Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
106
NAPOLI

Digitized by Google

97779 106

DISPVTATIONVM
IVRIS SELECTARVM
Cum Deciſionibus ſuper eis prolatis.

A V T H O R E
HIERONYMO ROCCA
CATHANZARIENSI.
EPISCOPO ISCLANO,
Olim Neapoli, deindè in Vrbe Aduocato.

VOLVMEN PRIMVM.
Per Materias ordine inſequenti diſtinctum,

NEMPÈ

De Maioratibus, & Primogenituris.
Fideicommiſſis, cæteriſque vltimis Voluntatibus.
Hærede, & Hæreditate.
Legitima.
Renunciationibus.
Feudis.
Emphyteuſi.
Regalibus.
Officijs.

1.2 144

Adiecto triplici Indice, Argumentorum, ſcilicet, Rerum notabilium, necnon legum explicatarum, Doctorumque auctoritatum, quæ, vel declarantur, vel reprobantur.



NEAPOLI,
Ex Officina Typographica Ioannis-Franciſci Paci M.DC.LXXXVI.
SVPERIORVM PERMISSV, AC PRIVILEGIO.

Digitized by Google

Digitized by Google



HIERONYMVS ROCCA CATHANZARIENSIS
EPISCOPVS ISCLANVS.

Arnoldo Van Westerhout ad Viuum del. et Sculp.

INNOCENTIO XI.

PONTIFICI OPTIMO MAXIMO.

HIERONYMVS ROCCA

Epiſcopus Iſclanus.

AD Tuos Pedes, Beatiſſime Pater, cum hoc munuſculo pronus accido; non vt Honori Tuo auctarium aliquod addam: Scio, Te tàm feliciter ſummum attigiſſe Gloriæ verticem, vt iam non ſit incremento locus, & ſi quis adhuc eſſet, ab appendice tàm leui, tàm nulla, quæ ſperanda eſſet Gloriæ appendix? Neque, vt Operi ipſi lumen afflet tàm lucida Inſcriptio; extremæ enim dementiæ eſſet Solem euocare è Cœlo, ut Lichnus à Sole luceat: Sed eo planè conſilio, ne minus religioſus videar, ſi dum Orbis vniuerſus Tuas laudes, aut in tabulis animat, aut in ære infundit, aut in cera inurit, aut in marmore, aut in gemma incidit, aut in exedris, & quod longè præſtantius eſt, in angiportis, in ſolis locis, vbi nulla placendi, adulandiue ſuſpicio, vno ore deprædicat, ipſe omninò aſymbolus, nullum donarium, anathèma nullum huic tholo ſuſpendam. Proclamat ſanè Roma, proclamat quiſquis Romam adorat, proclamat Hæreſis quoque (credat hoc quiſquàm?) in Petri Aula regnare Hierarcham, cui ſit quidem Argentum, & Aurum; ſed in eum vſum, qui ferrum abigat à Viennæ, ab Hungariæ, à Chriſtianæ Reipublicæ iugulo, & in Bizantini Tyranni, ſi minùs iugulum, certè iugum exacuat. Regnare Virum, qui verè Petrum, verè Chriſti Vicarium, verè Chriſtum referat. Pro-

clamant, inquàm, id ipſum Fidei perduelles, qui in Tua præconia per vias, per compita effuſi annos Tibi Phœnice viuaciores apprecati ſunt. Inter tot igitur feſtas admurmurationes, tot inter panegyricas, & panathenaicas gratulationes, inter tot lemniſcatas literas, quæ triumphos ex triumphis afferunt, Tuo potiſſimùm Auro, Tuis lacrymis omni Auro potioribus, Tuo commercio tàm prolixo cum Deo, Tuis ſupplicijs columbino gemitu interpunctis, vnicè debitos, Religioni duxi, non tollere vocem, vt ut ſtridulam, & illud ſaltē Tibi occinere, quod Diuus Thomas in Catena Aurea Vrbanum Quartum alloquens effudit: *Sanè*, inquit, *ſi ſecundùm Platonis ſententiam beata cenſetur Reſpublica, cuius Rectores operam Sapientiæ dare contingeret, illi ſiquidem Sapientiæ, quam imbecillitas intellectus humani erroribus plerumque commaculat; quantò magis ſub Veſtro Regimine beatus cenſeri poteſt Populus Chriſtianus, vbi tanta diligentia excellentiſſimæ illi Sapientiæ curam impenditis, quam Dei Sapientia carnalibus membris induta, & verbis docuit, & operibus demonſtrauit*. Et quænam iſthæc Sapientia? quæ, ſcilicet, ſciat, Orbis Terrarum non ſeruitutem ſibi traditam, ſed tutelam, & Chriſtianam Rempublicam non tàm ſuam eſſe, quàm ſe Reipublicæ; cuius beneficio ſic Principem quis in ſummo Principatu, ſic Patrem gerat, vt Eum omnes tàm ſupra ſe eſſe, quàm pro ſe norint, & prodeuntem certatim Populi, velut beneficum, ac ſalutare quoddam Numen aſpiciant, alterniſque iudicijs inter amorem, timoremque medij ambigant. Dominum ne ſalutent, an Patrem? Cuius vigilantia omnium ſomnos defendat, cuius labor omnium otium, cuius induſtria omnium delitias, cuius occupatio omnium vacationem: Hanc Sapientiam Tibi ineſſe, non ſolùm Fidei, ſed etiam oculis credimus; imò credunt etiam Heterodoxi, qui contra Te, non modò loqui non audent; ſed Tuum etiam Nomen, ſi minus adorant, certè mirantur, ac laudant: Habes, Beatiſſime Pater, obſequij mei mētem, cur, ſcilicet, Myrica humilis inter tot præcelſas Pinus, & arida Myrtus inter tot Lauros hoc induſtriæ meæ ſpecimen olim Romæ poſitum, Apophoreti inſtar ad Te deferam, vt nimirum adgratulanti Cœlo, & ſubſilienti præ gaudijs Orbi accinam, & gementibus Inferis conuicium vtcumque faciam; Iam Conſtantinopoli imminet Poloniæ Rex, qui Tuæ Purpuræ debet, Tuæ, inquàm, Purpuræ, etiam non dum ad Supremas Infulas

In Catena Aurea in eius Dedicatoria ad Vrbanum IV.

fulas

Digitized by Google

ſulas cúnctæ, quòd Luna eius Nomini impalleſcat. Iam agnoſcit Angliæ Rex, quæ Tibi Dignitas, quæ vis Deitatis Vicaria, inſit. Iam ſe, iam Regiam omnem poteſtatem Romano Hierarcha minorem fatetur. Iam Regnum, verèque diuiſos Orbe Catholico Britannos ſub ſuaue Ortodoxę Religionis iugum redigere ſatagit. Iam Hæreſum Hydram tàm fæcundi capitis, tàm numeroſi nominis, Innocentiæ, an Innocentis face domat? Iam poſtliminio reddit Vrbibus Templa, Templis Aras, Aris Diuos, Diuis Cultum, Cultui Romam, ac Cœlum. Iam Chriſtianiſſimus Rex Hugonottis aqua, & igni interdixit, neque in Gallia Gallus oberrat, qui Petro non excubet, qui Petri Fidei non accinat. Iam Sabaudiæ Dux Tuis adactus ſtimulis è Lucernæ Valle Barbatulos ad vnum omnes exegit; adeòut ea Vallis tamdiù Hæreſeos Lerna, nunc Viridarium Fidei ſit, & Lucerna, lucerna Agnus citrà Metaphoram ſit. Quid Hungaria, non ne, & hæc liquidò demonſtrat, non in primo gradu nos eſſe, ſed in limine votorum. Iam principes huius Regni Arces, iam Budam ipſam, grande Rei Chriſtianæ Momentum, non tàm æneis globis, quàm Aurea Tuæ Munificentiæ procella Religio expugnauit. Quid reliquum ſibi vota ferunt; niſi, vt Superos omnes in vota vocem, vt, ſcilicet, bonos tandem deducant ad exitus ſpem illam de Te conceptam; ſub Tuis, nempè, auſpicijs tàm fælicibus, tàm fauſtis, vt verè Tibi militet Æther, & coniurati veniant ad claſſica Diui, ſub Tuis, inquàm, auſpicijs Grande Sepulcrum, & piaculare Saxum è media Barbaria tandem aliquando receptum iri: Huius Voti non exiguam partem iam tenemus; adeòut de Maximo INNOCENTIO XI. dicere liceat, quod Eccleſiaſticus de Dauide cecinit: *Dedit in dextera eius tollere hominem fortem in bello, & exaltare cornu gentis ſuæ; ſic in decem millibus glorificauit eum, offerendo illi coronam gloriæ, contriuit inimicos eius vndique, & extirpauit Philiſtym vſque in hodiernum diem*: Quid ſupereſt? Quod continuò ſequitur, *Contriuit cornu ipſorum vſque in æternum*. Vale, Teque diù ſerua Orbi, quem, Auro tàm benè expenſo, Ferro tàm benè educto, è Ferreo verè Aureum reddis.

Apocalip. cap. 21.

Eccleſiaſtic. cap. 47. n. 4.

LECTO-

LECTORI
TYPOGRAPHVS.

PAVCIS Te volo, Candide Lector, in veſtibulo Operis, vt Authoris mens, vt ſubiecta Operis materies, vt rerum forma, ac ſpecies, vt ſtyli facies, & color Tibi in proſpectu ſit; Non illum lucri malè ſuada fames, non inanis gloriolæ ſtudium ab ineunte ætate ad hæc ſtudia traxit; ſed ingenij indoles ſpontè ſua vergens ad laborem eruditè impenſum, qui ſanè labor ipſe ſibi merces eſt; cum literarium otium non otioſè vſurpat, ſed ſplendidè fallit, ac placidè oblectat: Et ſanè in labore ipſo hæſiſſet planè calamus, neque Forum, nedum Typos, aut poſteros cogitaſſet, vt eorum oſor, qui dies totos ignauia continuant, ita non æmulator eorum, qui famam, vel ſpe, vel voto præſumunt, niſi officij ratio vmbratile ſtudium è Cleanthis Lucerna in diem euocaſſet, ac Solem. Audiebat, quod Roma, quod Orbis Vniuerſus audit, INNOCENTII XI. præconia, & quibus deprædicandis, & ſi quanta, quanta eſt inſudet Fama; citrà rē tamen, ac citrà verùm loquitur, vt hiſce præconijs, vel tenui voce accineret, ac veluti Anſer inter Olores; ſtridulè quidē, ſed obſequioſè ſtreperet, ex Vmbra in Solem eduxit iſthæc olim Romæ elucubrata literarij otij penſa, vt ijs tàm grande Nomen, tantiq; Nominis laudes, vtcumque in fronte attexeret; Itaq; alij propterea dedicant, quia edunt. Author propterea edit, vt dedicet, ſatis emolumenti ex editione laturus, ſi memorē grati animi notam erga communem Chriſtianæ Reipublicæ Parentem verè Optimum inter Optimos, & inter Maximos ſinè controuerſia Maximum, Typis imprimat, Æternitatique commendet: Hæc de mente.

Quod verò ad materiam attinet, non hic obuia quæque, & quidquid in Foro, aut in Schola quotidie agitur; ſed ex conferta Conſiliorum ſylua, ſelectiora offert, & quæ ſapere poſſint moroſo huius Sæculi palato; Nam, & ſi Romæ non diù egerit, nimis intempeſtinè auocatus à ſtudijs, abductus à cauſis valetudine ægra, quæ illum adhuc malè habet; breui tamen ſpatio tot ibi Conſilia curſim excudere neceſſè habuit, vt ſi omnia vellet his quatuor Voluminibus inſerere, non quatuor Volumina ederet, ſed aliorum ſupra alia coaceruatorum voluminum ſtruem. Ex ijs penitiora iſthæc, et veluti in literario receſſu poſita elegit, in quibus, ſi minus eruditio, et ars, ipſa certè materies ingenia aleret; Creſcit enim, vt benè Maternus apud Quintilianum, cum amplitudine rerum, vis ingenij, nec quiſquàm claram, aut illuſtrem orationem efficere poteſt; niſi qui cauſam parem inuenit.

Quintilian. in Dialog. de Oratore.

Ad formam venio ac de ea duo omninò bona fide affirmare auſim. Alterum eas ab ipſo propugnari partes, quibus lorica firmior, & ferri acies adſit munimentum omne ruptura; Eos probauit Authores, qui non Scholæ, ſed vitæ ſcribunt, nec famæ,

aut

Digitized by Google

aut fumo, ſed vero, ac luci imminens: Hinc frequentiſſimè ad cauſæ patrocinium vocat Sacræ Rotæ Romanæ Deciſiones, de quibus propè modùm aſſerendum, quod Statius de Iouis affatis.

Graue, & immutabile Sanctis
Pondus adeſt verbis, & vocem Fata ſequuntur. In Thebaid. lib. 1.

Alterum in laudandis Authoribus oculatum ab illo, non auritum afferri calamum; neque in Scriptoribus recenſendis exſcriptor; ſed lector fuit; Odit, qui de Authoribus alieno plerumque Amanuenſi, plerumque ex temporaneo fidem adhibent Authori; vndè frequentiſſimè fit, vt Authoritates adductæ ad rem, de qua agitur, non accitæ veniant, ſed, obtorto veluti collo, velint, nolint, inuitæ trahantur;

Stylus demùm, (ſi vocabula quædã excipias, quæ ſiue neceſſitas ſiue vſus apud Scholaſticos etiam, nedum apud Forenſes, barbarè efferri vult) ſtylus, inquàm, is eſt, qui, neque barbariem, neque faſtum oleat, in quo, ſcillcèt, oratio non ornata, non compta, ſed munda ſit, & quæ cultum contemnere potiùs, quàm neſcire videatur; Vt enim ferendi quoquo modo ſunt harum lucubrationum Authores, in quibus non niſi triſtem, & impexam antiquitatem, nec niſi nuda oſſa, & maciem exanguem videre eſt; Ita laudandi præ reliquis, ſua quidem ſententia, ſunt, qui non horridum, & male olentem ſtylum, neque fęcem quotidiani ſermonis, ſed aliquem verborum delectum hìc etiam adhibent, quique non rudibus; ſed ferro dimicant, & ferro quidem non rubigine adeſo ſed nitidè exterſo; Candorem igitur, ac nitorem præcipuè in Stylo profitetur, quem non ſola munditiès; ſed etiam diſtinctio facit; hęc enim rerum euidentiam aperit, verèq; diem quęſtionibus affundit, eaſq; oculis affert; Vt huic verò euidentię conſuleres, Diſputationũ materies in ordinem digeſſit, & in peculiares veluti familias adlegit, ac Synopſim fortaſsè prolixiorem ſingulis diſputationibus prefigendam duxit, in eaque capita, non ambiguè, ſed aſſeueranter poſuit, qua quidem in re, ſi diligentiam nimiam quis reprehenderit, is Martialem audiat, vel inclamantem

Addita per titulos ſua nomina rebus habebis,
Pręteręas, ſi quid non facit ad ſtomachum. Epigramm. lib. 13. c. 2.

Vel iocosè, ac lepidè excuſantem,

Lemmata, ſi quæris, cur ſint adſcripta, docebo;
Vt ſi malueris, Lemmata ſola legas; Idem lib. 14 cap. 2.

An autem ſingulos rerum articulos hìc aptè diſtinguat, & ab incertis certa ſeparet, nigra diuidat à candidis, Tuum eſto Iudicium; quòd ſi beneuolum Authori accidet, habet ſub incude, ac malleo ſtudiorũ ſecundũ, & Tertium Volumen de cauſis Ciuilibus, & Quartum de Beneficialibus, nec non Cõmentaria ad Conſuetudines Cathanzarienſes, quas Patrię hac ſaltem in parte non ingratus ciuis debet; imò Tractatum benè longum, valdèque elaboratum de Retentione, poſt hęc duo Volumina Typis tradendum, quem numeris omnibus penè abſolutum, operoſiore tamen cura, ac lima ſeueriore molitur; ſed his hęc duo Volumina pręuia, aut fidem facient, aut finem. Vale.

EX mandato Reuerendiſſimi Domini mei D. Franciſci Verde Vicarij Generalis Capitularis, vidi, ac diligenter inſpexi Volumen primum, cui titulus: *Diſputationum ſelectarum cum Deciſionibus ſuper eis prolatis*, per Illuſtriſſimum, ac Reuerendiſſimum Hieronymum Rocca Epiſcopum Iſclanum compoſitum, in quo multa, ac varia vtriuſque Iuris arcana, nec non grauiſſimorum Doctorum doctrinas recenſet, & expendit, & quidquid in ijs ſit tenendum, ſummo greſſu proſequitur, & legentibus manifeſtat; Quapropter cum in eo nihil erroneum, ac Fidei Catholicæ, & bonis moribus aduerſum reperiatur: quinimmò opus ſit ſummo ingenio, & induſtria elaboratum, & Reipublicæ Chriſtianæ vtiliſſimum, Typis mandari optimo Iure poterit, hac die 14. Octobris 1685.

Petrus de Felice.

Stante ſuprascripta relatione imprimatur. 29. Octobris 1685.

Franciſcus Verde Vic. Capitul.

ECCELLENTISSIMO SIGNORE.

GIo: Franceſco Paci ſupplicando eſpone à V.E. come hà da ſtampare vn Volume di Legge intitolato: *Diſputationum Selectarum*, compoſto da Monſignor Girolamo Rocca Veſcouo d'Iſchia, che perciò ſupplica V.E. reſti ſeruita dar licenza, che ſi poſſa imprimere, e l'hauerà à gratia vt Deus.

Mag. Doctor Blaſius Altimare videat, & in ſcriptis referat.

CARRILLO Reg. MIROBALLVS Reg. IACCA Reg. PROVENZALIS Reg.

Prouiſum per S.E. Neap. die 12. Nouembris 1685.

Comus.

Ill. Marchio Criſpani non interfuit.

EXCELLENTISSIME DOMINE.

LEgi attentiſſimè duo Volumina Legalia *Diſputationum Selectarum*, compoſita per D. Hieronymum Rocca Epiſcopum Iſclanum, & in illis nihil reperij contrarium, & diſſonum Iuriſdictioni Regali, imò illa plena ſelectis doctrinis, & peregrinis ponderationibus, & rationibus, & proinde multum adiutura dubijs cauſarum deciſionibus. Vnde imprimi poſſe cenſeo, ſi Excellentiæ Tuæ videbitur, cui ſummum deprecor felicitatis. 4. Nonas Decembris M.DC.LXXXV.

Excellentiæ Tuæ

Humillimus Seruus
Blaſius Altimarus.

Viſa retroſcripta relatione, imprimatur; Verùm in publicatione ſeruetur Regia Pragmatica.

CARRILLO Reg. SORIA Reg. MIROBALLVS Reg. IACCA Reg. PROVENZALIS R.

Prouiſum per S.E. Neap. die 5. Decembris 1685.

Comus.

ARGV-

ARGVMENTA
DISPVTATIONVM.

CAPVT I.

Confiſcatio, quoties prouenit à diſpoſitione Iuris communis, licet Iuriſdictiones, Burſęque Fiſcales ſint omninò ſeparatæ, Fiſcus cuiuſque loci capit bona ſub ſua Iuriſdictione exiſtentia; idque ob Iuris communis auctoritatem cum iudicati poteſtate coniunctam. Ad ornatum, & intellectum nobilis Theoricæ *Bartoli in l. 1. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.*

Reprobatur diſtinctio *Peregrini* aſſerentis; doctrinam *Bartoli* procedere, quando ſub vno, eodemque Principe Iuriſdictiones, & Burſæ Fiſcales ſunt ſeparatæ; ſecus, quando ſub diuerſis Ditionibus ſunt prorſus diſtinctæ.

Reus ultimo affectus ſupplicio pro crimine, ex quo, inſpecto Iure communi, bona confiſcantur, vbique ſeruus euadit pœnæ; neque hæredes poteſt habere; Reiecta contraria ſententia *Belloni Iunioris.*

In Maioratuum inſtitutione, an poſſit adijci cōditio, quòd ſi Maioratus ſucceſſor aliquod patrauerit crimen, bona in ſequentem ſucceſſorem, hora præambula tranſeant, excluſo Fiſco: Laudatur recepta diſtinctio à Doctoribus potiſſimùm Hiſpanis comprobata.

Clauſula præſeruatiua Iurium Fiſci à Principe appoſita in facultate inſtituendi Maioratum, quos operetur effectus fauore eiuſdem Fiſci, & an, & quando initio obuiet acquiſitionis in præiudicium vocatorum, patrato crimine per poſſeſſorem Maioratus, ob quod confiſcatio ſibi locum vindicauerit.

Ex verbis Teſtatoris precatijs, & enunciatiuis, an, & quando valeat fideicommiſſum induci. Ad intellectum Iurium in *l. Thais 41. §. ſorore, ff. de fideic. libert. & in l. fideicommiſſa 11. §. hæc verba, ff. de legat. 3.*

Hæres fiduciarius quādo quis dici debet, & ex quibus fiduciaria qualitas excluſa remaneat

CAPVT II.

In Maioratibus, ſiue Primogenituris, quoties deficientibus deſcendentibus maſculis, vocantur in genere Maſculi Collaterales de Familia ipſiuſmet Inſtitutoris, intelligi debent vocati exiſtētes de Familia, ſeu Columnello, ſub quo diſponens continetur, inſpecto communi ſtipite, non extantibus deſcēdentibus ex familia effectiua.

Maſculus ex fœmina nupta in Familia, an, & quando veniat appellatione maſculorum tranſuerſalium de Familia vocatorum ad Maioratum, & an deficere faciat conditionem, ſi ſine maſculis, in præiudicium maſculi ex maſculo deſcendentis à communi ſtipite cum Inſtitutore: Latè ad examen reuocatur, pluribus adhibitis diſtinctionibus in huiuſmodi articulo ob diſſidentes ſententias ſatis inuoluto.

Agnationis cōſeruandæ ratio ex quibus potiſſimùm coniecturis dici debeat contemplata.

Tranſactio ſuper re Maioratui, ſeu fideicommiſſo obnoxia, an, & quando inferat ſucceſſoribus præiudicium: & an Aſſenſus Regius requiratur, quoties agitur de interuertendo ordinem Primogenituræ Regia facultate munitum.

CAPVT III.

Bona Maioratui, ſeu Primogenituræ obnoxia, quoties lineā vnius ex vocatis ſūt ingreſſa, non poſſunt facere trāſitum, uel ulteriorem, uel retrogradum ad alteram lineam; niſi linea ingreſſa fuerit omninò euacuata, & extincta, tám ſi agatur de deſcendentibus, quám de tranſuerſalibus: Reprobata ſententia *Raudenſis*, diſtinguente inter filiam, & ſororem ultimi poſſeſſoris.

Soror ultimi poſſeſſoris Maioratus, tamquám proximior in gradu excludit fœminam ex altera linea non admiſſa; licet deſcendat ex Primogenito præmortuo; in quo Ius Primogenituræ nondum fuit radicatum: Refellitur contraria opinio *Molinæ*; & in quo caſu poſſit illa ſubſiſtere.

Lineæ maſculinæ omnimoda euacuatione non expectata, in Maioratuum ſucceſſione admittitur tranſitus ad alteram lineam fauore Maſculi agnati, etiam remotioris, neglecta filia, ſiue ſorore ultimi poſſeſſoris, licet proximiori in gradu, quoties id ſuadet expreſſa, uel ſaltem tacita Inſtitutoris uoluntas, Plures expenduntur coniecturæ, ex quibus huiuſmodi uoluntas deprehendi ualeat.

Maioratus, an dici ualeat inſtitutus gratia conſeruādæ Agnationis, quoties poſt maſculos uocantur fœminæ, & de diſtinctione in huiuſmodi articulo adhibenda.

In Maioratuum ſucceſſione attenditur proximitas reſpectu ultimi poſſeſſoris; non autem Inſtitutoris; tám ſi agatur, de deſcendentibus, quàm de tranſuerſalibus, etiam ſi fiat tranſitus de linea ad lineam, uel de uno genere perſonatum ad aliud. Præcipuè, quando agitur de fideicommiſſo in remotiſſimum tempus protracto. Multòque magis, quoties Inſtitutor in ultima ſubſtitutione diſpoſuit, ut in ſuccedendo ſeruari debeat ordo à Iure communi præſcriptus.

Digitized by Google

ARGVMENTA

CAPVT IV.

Vocatis ad Primogenituram, ſeu Maioratum Senioribus de familia, illi debetur ſucceſſio, qui in tota deſcendentia vocata natu maior exiſtat, ſucceſſionis caſu eueniente.

Sacerdos poteſt ſuccedere in Maioratibus, ſiue Primogenijs, quoties perſonæ Eccleſiaſticæ non reperiuntur expreſsè excluſæ, neque fuit iniunctum onus nubêdi pro côſeruatione Agnationis, & Familiæ; Præcipuè, quando poſt omnes lineas extinctas, vocatur aliquod Monaſterium.

Succeſſioni Sacerdotis non aduerſatur vocatio Maioris natu de familia, eiuſque filiorum de Primogenito in Primogenitum.

Diſpoſitio *leg. pars literarum, ff. de Iudic.* qua reperitur ſancitum, vt Magiſtratus, durante anno, conueniri non valeant, de quibus Magiſtratibus ſit intelligenda, & an comprehendat Magiſtratus minores, uel Defenſores Ciuitatum, Ad eiuſdem legis intellectum.

CAPVT V.

Moribus Romanis fuit introductum, ut Pater liberis impuberibus teſtamentum facere ualeat, ne impubes inteſtatus decedat.

Subſtitutio pupillaris uerè, ac propriè, quò ad diſpoſitionem eſt unicum teſtamentum Patris, patrio confectum nomine ex Iuris priuilegio, & in nim patriæ poteſtatis; non autem nomine filij, prout nonnulli malè aſſerunt; & non niſi fictè, & impropriè dici ualet teſtamentum impuberis; duas tamen eſſe cauſas, ſiue hæreditates, eſt affirmandum. Ad intellectum difficilium Iurium *in §. igitur inſtit. de pupill. ſubſtit. l. 2. ff. de vulgar. & pupill. l. Papinianus* 8. *§. ſed neque impuberis, ff. de inoffic. teſtam.*

Plures afferuntur ualdè ſingulares illationes in Iure ex proxima concluſione reſultantes.

Subſtitutio pupillaris quandoque iudicatur, tamquàm Teſtamentum Patris, quandoque filij, prout magis impuberi expedit ad Tabulas pupillares conſeruandas; licet re uera Patris teſtamentum ſit: Qua diſtinctione adhibita, exiſtimat Author, rectè ad concordiam reuocari poſſe nonnullorum Iuriû acerrimam Antinomiam, quæ Interpetrum rigidè torquet ingenia.

Stante ſtatuto, quòd de quolibet Teſtamento Gabella perſolui debeat, unicam; non autem duplicem eſſe ſoluendam ex teſtamento pupillarem ſubſtitutionem continente, latiſſimè oſtenditur, Reiecta contraria ſententia Marthæ.

CAPVT VI.

Barone poſſidente plura fideicommiſſa, ſi uigore Bullæ S.M. Clementis VIII. alienentur, uel ſubiugentur bona ad unum fideicommiſſum ſpectantia, atque ob eiuſdem Baronis obitum fideicommiſſa ad diuerſas perſonas deuoluantur, an uindicet ſibi locum contributum pro ſuppletione, ſeu refectione illius fideicommiſſi, quòd maiùs detrimentum eſt paſſum; Et an in alienatione bonorum pro exſoluendo ære alieno per Baronem contracto, uindicet ſibi locum ordo inter fideicommiſſum aſcendentium, & tranſuerſalium.

De contributione facienda inter hæredem in Feudalibus, & hæredem in Burgenſaticis pro rata ad extinctionem æris alieni á defuncto contracti, qui tempore obligationis bona utriuſque ſpeciei poſſidebat, & de pluribus alijs caſibus ſingularibus, in quibus, inſpecta diſpoſitione Iuris, contributioni eſt locus.

CAPVT VII.

Præſcriptio, non ſolùm longiſſimi temporis; ſed neque etiam Centenaria, & Millenaria, nequit currere contra fideicommiſſarios, utpotè non dum natos, agere non ualentes, omninò reprobata contraria ſententia, inter Immemorabilem, & Centenariam diſcrimen conſtituente.

Ex lapſu Centenariæ cum obſeruantia, an ſit præſumenda Principis derogatio; quoties conſtat de initio acquiſitionis rei fideicommiſſariæ diſtractæ; Et an ſuſtineri ualeat diſtinctio inter initium certum apparens, & caſum, in quo de initio nonconſtet.

Cêtenaria, an æquipolleat Immemorabili; quoties titulus, ex quo reſultat initium, á fideicommiſſario actore producitur; non autem à poſſeſſore rei fideicommiſſo obnoxiæ, & an huiuſmodi productio tituli uitioſi facta à fideicommiſſario actore præiudicet re., & poſſeſſori, quin poſſit allegare, meliorem titulum præſumptum ſibi ſuperueniſſe ab immemorabili reſultantem.

CAPVT VIII.

Vocatis ad feudum, Maioratum, ſiue fideicommiſſum, filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo matrimonio procreandis, uerè, & non fictè, expreſsè excluſis legitimatis, uenire legitimatos per ſubſequês matrimoniû, latè oſtenditur; Pluribus adhibitis diſtinctionibus totam ferè huiuſmodi materiam complectentibus. Ad ornatum, & explicationem celebris Reſcripti S. Mem. Alexandri III. *in cap. Tanta, qui filij ſint legitimi*, Iuriumque Ciuilium, *in Authent. quibus mod. natur. effic. legit. § ſi igitur licentia, & §. quoniam variè.*

CAPVT IX.

Repreſentatio legalis, etiam in ſucceſſione fideicommiſſaria, alioquin competens, in veriori ſententia, an dici debeat excluſa ob clauſulas *De vno in alium, Ordine ſucceſſiuo, Seruata ſemper prærogatiua gradui, & Quòd ſemper intelligi debeat de proximitate grauati, non grauantis.* Latè ſingularum huiuſmodi

di clauſularum virtus ad examen reuocatur.

Clauſula, *Salua gradus prærogatiua*, an aduerſetur clauſulæ, *Quòd ſucceſſio deferatur in ſtirpes, & non in capita*; ita ut vna alteram deſtruat, & quænam ſit capienda interpretatio, ad hoc, vt prædictæ clauſulæ, alioquin ſibi inuicem contrariæ, ad concordiam reduci valeant. Nonnulli afferuntur intellectus pro euitanda earumdem clauſularum Antinomia; ad hoc, vt in ſingulis caſibus ſuum habeant effectum, omni prorſus ſemota repugnantia.

Ex vi *vulgaris Anomalæ* contentæ in *Compendioſa*, an Nepos ſubingrediendo locum Patris prædefuncti, ex propria perſona ad fideicommiſſum ſuccedere poſſit, immediatèque capere à grauato totum id, quod Patri deberetur, ſi viueret. Quidue aſſerendum, quoties ſubingreſſio in locum Patris fuit à Teſtatore prohibita, & ad certum caſum paritatis graduum reſtricta.

CAPVT X.

Alienationis prohibitio concepta cum dictione, *Inſuper*, dicitur ſtare independenter; non autem conſequutiuè ad præcedentes ſubſtitutiones; ideòque abſolutum, ſeparatumque fideicommiſſum inducit.

Conuentio inter fratres inita in contractu ſuper reciproca ſucceſſione, etiam per viam Donationis, an, & quando ſubſiſtat, ad intellectum *tex. in l. licet, C. de pactis.*

Inſinuatio eſt præſumenda ex lapſu triginta annorum cum obſeruantia, & ex Iuramento ſuppletur; licet ſpecificè eidem inſinuationi non fuerit renunciatum.

Identitas bonorum fideicommiſſi, ex quibus comprobata remaneat, & in quo caſu aliquarum demonſtrationum conuenientia ſufficiat, licet in reliquis diſcrepantia adeſſe videatur.

Trebellianicæ detractio cenſetur à Teſtatore interdicta ob prohibitam alienationem omnium bonorum, expreſſa potiſſimùm ratione, vt conſeruētur in Agnatione, & Familia.

Legitima cenſetur conſumpta ex alienationibus factis per hæredes grauatos, præcipuè non confecto Inuentario, onuſque probandi, quòd alienationes legitimæ detractionem adæquent, fideicommiſſario actori non incumbit; ſed potiùs reo conuento ab hærede grauato alienante cauſam habēti; Et in quibus caſibus huiuſmodi onus probandi ad fideicommiſſarium pertineat.

CAPVT XI.

Hæres fideicommiſſi reſtitutione grauatus poteſt aduerſus fideicommiſſarium deducere totum id, quod ſibi alio iure, quàm hæreditario debetur, etiam Inuentario non confecto; niſi tamen Teſtator expreſsè de iuribus, rebuſque hæredis diſpoſuerit; Idque, non ſolùm vindicat ſibi locum in fideicommiſſo particulari; ſed etiam vniuerſali: Reprobata contraria ſententia *Io. de Anania*. Ad intellectum difficilis textus *in §. ſi verò, Authen. de hæredib. & falcid.*

Hæres grauatus, non confecto Inuentario, licet amittat Falcidiam; non tamen Trebellianicam; Pluresque expēduntur rationes, quibus huiuſmodi receptior ſententia innititur.

CAPVT XII.

Diſpoſitio *Authēt. Res, quæ, C. commun. de legat.* vindicat ſibi locum, nedum in fideicommiſſo inſtituto in contractu, ſed etiam in ultima voluntate. Reprobata contraria ſententia *Gloſæ*.

Prouiſio fideicommittentis, pręcipuè tranſuerſalis, ſuper dotibus filiarum hæredum grauatorum ex fideicommiſſo extrahendis, licet ad mentem legis ſit referenda, bonis, ſcilicet, liberis non exiſtentibus; Id tamen procedit, quatenus adſint bona libera eiuſdem fideicommittentis, ſecus, ſi ad hęredes grauatos, non niſi bona fideicommiſſo obnoxia obuenerint.

Exceſſus in dote ex fideicommiſſo iam extracta non eſt præſumendus, ſed à fideicommiſſario actore probandus, & in quibus caſibus huiuſmodi probatio ad eumdem fideicommiſsarium non pertineat.

Dos à fideicommiſſo ſemel extracta, an, & quādo ad idem fideicommiſſum reuertatur.

Filiæ ius irreuocabile dicitur quæſitum ſuper dote ſemel conſtituta; Pluresque referuntur ſingulares effectus ex hac concluſione reſultantes.

CAPVT XIII.

Subſtitutio compendioſa, quoties legitur concepta ſub commemoratione mortis per verba, uel directa, uel ſaltem communia; non autem obliqua; etiam, ſi non fuerit adiectum uerbum, *Quandocumque* comprehendit *Vulgarem*, quam Noſtrates *Anomalam* nuncupant, præſeruantem ſequentes gradus à caducatione, quæ alioquin ex gradus præcedentis corruptione omninò ſequeretur: Ad ornatum celebris theoricæ *Bart. in l. quamdiu 64. ff. de acqui r. hæredit.*

Caducato medio ſubſtitutionum gradu, in quibus caſibus caducentur, etiam ſubſequentes; adeòut non uindicet ſibi locum *Vulgaris Anomala* ſub *Compendioſa* comprehenſa; Ad declarationem, & limitationem eiuſdem doctrinę *Bartoli*, loco proximè laudato.

Nepotes ſuccedunt Patruo, uel alteri Collaterali in capita, & nō in ſtirpes, ceſſante cōcurſu cum Patruis, uel Auunculis; idque etiam procedit in ſucceſſione Fideicommiſſaria, præcipuè, quando ſubſtitutio eſt concepta ſub unica uerborum ſtructura.

CAPVT XIV.

Fideicommiſſa, & ſubſtitutiones, tàm obliquæ, quàm directę conſtitui poſſint in contracti-

bus, illaſque ſunt irreuocabilia . Reprobata contraria ſententia *Menochij, & Facchinei.*

Pactum ſuper fideicommiſſo reciproco inter fratres initum in contractu, an , & quando non poſſit dici de futura ſucceſſione;ſed potiùs de certis rebus particularibus ; atque adeò in Iure ſubſiſtens ; licet fuerit facta mentio , uel de hæreditate , uel de eius portione, ſiue quota , fueritque conceptum per uiam obuentionis bonorum.Ad ornatum Iurium in *l.pactum quod dotali, & l.fin.Cod.de pactis* .

Legitima poteſt detrahi per filios ex fideicommiſſo reciproco conuentionali , utpotè prȩſeferente titulum lucratiuum ; non autem onerosum .

CAPVT XV.

Fideicommiſſum reciprocum maſculinum, adhuc de linea ad lineam , cum perpetua excluſione fœminarum , etiam alterius lineæ, reſultat,ob uerba excluſiua earumdem, cum clauſulis perpetuitatem prȩſeferẽtibus,quibus ſtantibus , non poteſt conſiderari prælatio maſculorum diſcretiuè in ſingulis lineis; ſed potiùs linea maſculina iã incepta non eſt interrumpẽda,quouſque extant maſculi per alteram ſœmininam,prȩcipuè,quãdo per Teſtatorem fuerunt contemplati hæredes inſtituti,utpotè unicam lineam ſingularem conſtituentes.

CAPVT XVI.

Fideicommiſſum Maſculinum reciprocum , & perpetuum reſultat ex uocatione expreſſa omnium maſculorum deſcendentium cum clauſulis perpetuitatem denotantibus ; idque, etiam procedit in fideicommiſſo inſtituto in donatione.

Vocatio deſcendentium , data conſtitutione plurium linearum ab initio , an intelligi debeat diſcretiuè de filijs , & deſcendentibus vniuſcuiuſque lineæ inter ſe ; vel potiùs admittatur ſubſtitutio de linea ad lineam, etiã ſi agatur inter tranſuerſales.

A celebri *conſ.Oldradi* 21.ex quibus potiſſimùm coniecturis recedi ſoleat.

Vocatio deſcendentium à primis donatarijs non poteſt intelligi diſcretiuè in ſingulis lineis;quoties ex coniecturis colligi valeat,diſponentem voluiſſe inſtituere reciprocam ſubſtitutionem inter omnes vocatos , etiam de linea ad lineam ; Pluresque expenduntur coniecturæ hanc reciprocam linearem ſuadentes .

CAPVT XVII.

Snbſtitutio reciproca ſuaptè natura odium redolet, præcipuè de linea ad lineam , ne contra Iuris principia,naturalemque libertatem fideicommiſſa multiplicentur ; ideòque omnis benigna , poſſibiliſque interpetratio ad illius excluſionem eſt capienda.

Coniecturæ ad inducendam tacitam reciprocam linearem debent eſſe vrgentiſſimæ;adeò ut ex illis in neceſſariam reſultet conſequẽtiam.

Teſtator,quoties,pluribus hȩredibus inſtitutis, eorum liberos , deſcendenteſque ſubſtituit, oritur quidem fideicommiſsum deſcenſiuum in qualibet deſcendentia ; non autem poteſt dici inducta reciproca ſubſtitutio linearis. Nullatenus aduerſantibus clauſulis *ad inuicem , & in infinitum* , rationeque expreſſa conſeruandæ agnationis , ex quibus reſultat alioquin fideicommiſſum deſcenſiuum in ſingulis lineis; non autem de linea ad lineam ; Idemque aſſerendum de prohibitione alienationis, quæ non eſt ſufficiens coniectura ad reciprocam linearẽ inducendam, quoties eſt conſequutiuè , & acceſſoriè poſita ad roborandum fideicommiſſum deſcenſiuum antecedenter conſtitutum in ſingulis lineis.Niſi tamen aliæ coniecturæ concurrant reciprocam linearem ſuadentes.

CAPVT XVIII.

Filij in conditione poſiti , ad fideicommiſſum vocati ex ſtatuto,vel cõiecturis,an, & quando cenſeantur vocati , nedum ad portionem proprij Parentis ;ſed etiam Patrui ab inteſtato ſine liberis defuncti , latè ad examen reuocatur . Plures expenduntur coniecturæ, inter quas progreſſum ad plures ſubſtitutionum gradus , necnon prohibitionem de non alienando, vt bona conſeruentur in familia, potiſſimùm attendi debere oſtenditur pro inducenda vocatione nepotum , etiam ad ſucceſſionem Patrui, cæteris coniecturis , ſignanter ſubſtitutione reciproca , paruiſaciendis .

Subſtitutio *vulgaris anomala* tacitè comprehenſa ſub fideicõmiſſaria,an, & quando poſſit præſeferre vocationem nepotis in conditione poſiti,etiam ad portionem Patrui.

Repreſentatio , ſiue ſubingreſſio in fideicommiſſis aſcendentium,an ſit regulanda iuxta ordinem inteſtatæ ſucceſſionis , & an ſit admittenda ,quoties vocantur ſuperſtites.

Fideicommiſſum conditionale,neque etiam ad deſcendentes tranſmittitur, nullatenus attẽta coniectura reſultante ex vocatione filiorum in conditione poſitorum inducta à ſtatuto, quæ ſolùm operatur prædilectionem Patris; non autem Patrui.

Ad hæreditatem Patrui ſine liberis ab inteſtato defuncti , ſuperſtite vnica nepte ex altero fratre præmortuo, an ſit admittenda pro virili Mater eiuſdem Patrui , vnà cum nepte , vel potiùs eadem Mater trantùmmodò ſuccedere debeat.Ad intellectum difficilium Iurium in *Authent.vt fratrum filij & §.ſi igitur defunctus , Authent. de hȩredib ab inteſt. venient.* Approbatur interpretatio *Iacobi de Beluiſo*,reprobato *Alberici* intellectu .

CA-

DISPVTATIONVM.

CAPVT XIX.

In ſucceſſione fideicommiſſi, appellatione filiorum, nepotum, & pronepotum non veniunt fœminæ, ſtante expreſſa Teſtatoris voluntate conſeruandi, propagandi, & manutenendi agnationem, & familiam. Accedentibus potiſſimùm coniecturis deſumptis ex Religioſorum, & illegitimorum excluſione, & ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, cum vocatione proximiorũ de familia.

Teſtator, quoties poſt completas omnes ſubſtitutiones per modum regulæ patefecit suũ votum, independenter, & in ſeparata oratione ſuper conſeruatione agnationis bonorum in familia; hoc caſu eadem ratio agnationis conſeruandæ omnes præcedentes qualificat ſubſtitutiones, etiam ad excluſionem fœminarum, quarum ſucceſſio conſeruationi agnationis repugnat, neque dicitur ſtare acceſſoriè, & dependenter ad veſtiendam, & cohoneſtandam excluſionem Religioſorum, vel ſaltem deſeruire debet pro interpretanda voluntate eiuſdem Teſtatoris ſuper excluſione fœminarum, non ſolùm in concurſu cum deſcendentibus maſculis; ſed etiam agnatis remotioribus de familia.

CAPVT XX.

Fœminis in donatione vocatis ſub nomine filiorum, & deſcendentium, non poteſt donans ex interuallo ſuper bonis donatis fideicommiſſum vniuerſale conſtituere ad fauorem Primogeniti maſculi, excluſis fœminis, earumque deſcendentibus, quibus Ius irreuocabile fuerat quęſitum.

Ad effectum ſubijciendi fideicommiſſo bona priùs donata, etiam vigore ſpecialis facultatis in donatione reſeruatæ, eſt facienda de illis nominatim mentio. Vel ſaltem liquidò conſtare debet, voluiſſe donantem eadẽ vti facultate, & ex quibus coniecturis eadẽ voluntas dici debeat excluſa. Declaratur doctrina *Molin. de rit. nupt. lib. 3. quęſt. 24. nu. 295. & ſeqq.*

Donatio contemplatione matrimonij, ſi fuerit facta filijs, & deſcendentibus, non poteſt donans ex interuallo declarare, intellexiſſe de maſculis tantùm.

CAPVT XXI.

Reus, qui ſuccumbuit in ſua exceptione deducta, plenèque cognita in iudicio exequutiuo, non poteſt ampliùs eamdem numero exceptionem per viam actionis in Iudicio Ordinario experiri.

Fideicommiſſum cenſetur tacitè remiſſum in diuiſione inter fratres inita ex clauſulis in Inſtrumento adiectis *ad habendum, &c. ponens, &c. conſtituens, &c.* & quænam ſit virtus huiuſmodi clauſularum, latè in præſenti agitur, pluribus diſtinctionibus adhibitis, contrarias auctoritates rectè conciliantibus.

Fideicommiſſi tacita remiſſio reſultat, quoties ſequeretur inæqualis diuiſio. Quiduè aſſerendum, quando inter diuidentes legitur promiſſa euictio cum verbis vniuerſalibus, & geminatis.

Diuiſio, quoties eſt facta inter fratres ſine pręiudicio Iurium vnicuique competentium, An huiuſmodi reſeruatio impediat tacitam remiſſionem fideicommiſſi, alioquin ex alijs clauſulis ampliſſimis reſultantem, & quinã intellectus eidem clauſulæ præſeruatiuæ ſit tribuendus, qui cum tacita fideicommiſſi remiſſione ſit compatibilis.

CAPVT XXII.

Subſtitutio, ſi fuerit facta, eueniente caſu, quo hæredes inſtituti uxorem non ducerent, altero ex eiſdem hæredibus inſtitutis decedente innupto, an in illius portione ſubſtitutus ſit admittendus; vel potiùs fiat locus Iuri accreſcendi ad fauorem alterius cohæredis inſtituti, qui vxorem duxit.

Pluralitas, an, & quando ſit reſoluenda in ſingularitatem ex præſumpta voluntate Teſtatoris, etiam ad excluſionem Iuris accreſcẽdi, ſeu non decreſcendi; Ad declarationem *text. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Senat. Conſult. Trebellian.*

Reſoluta pluralitate in ſingularitatem, ſubſtitutio dici debet fideicommiſſaria, vtpotè diuerſos reſpiciens effectus.

Obtemperans Teſtatoris præcepto, in quo caſu Iure fideicommiſſi portionem capiat contrauenientis.

CAPVT XXIII.

Fidecommiſſum reſultat in bonis donatis ex ratione expreſſa, & non ſubintellecta, vt bona donata conſeruentur in domo, & familia, quacumque alienatione prohibita.

Teſtamentum, ſi ita ſcriptum inueniatur, *ille hæres eſto ſecundũ infraſcriptas conditiones*, ſi nihil eſt adiectum, neque aliqua legatur conditio in Teſtamento, an Teſtamentum dicatur puram habere inſtitutionem, & an cõditio in futurum collata á Teſtatoris dependens poteſtate, ſi deficiat, faciat deficere inſtitutionem. Expenduntur nonnulla Iuria ſingularia ad ornatum doctrinæ *Caſtr. in l. 2. ff. de hæred. inſtit.*

CAPVT XXIV.

Fideicommiſſum in donatione non reſultat ex ſimplicibus verbis proœmialibus, *cupiens, & volens, omnia, & ſingula eius bona in eius familia conſeruari*; quoties alienandi prohibitio non concurrit; ea ratione expreſſa, vt bona in familia perpetuò conſeruentur.

Ex verbis enunciatiuis, an, & quando reſultet fideicommiſſum.

CAPVT XXV.

Cõditiones, etiam voluntariæ adiectæ in vltimis uoluntatibus, licet regulariter formã præſeferant indiuiduam ſpecificè implendam

dam, neque de caſu ad caſum extendendam; etiam ex identitate, uel maioritate rationis; Nihilominus eſt admittendum implementum per æquipollens, extenſionemque patiuntur ad caſus ſimiles, quoties idem reſultet effectus à Teſtatore contemplatus, quem potiùs, quàm modum implementi cõſideraſſe eſt præſumendum; Idemque aſſerendum, quoties eiuſdem Teſtatoris uoluntas pinguiùs remanet impleta.

Hinc ad plures inſertur caſus ſingulares, in quibus; nedum in vltimis voluntatibus: ſed etiam in contractibus, extenſio admittitur de vno caſu ad alium, ex præſumpta, veriſimilique diſponentis voluntate.

Teſtator, ſi demandauit, quòd ab ipſo diſpoſita exequi debeant, *prout iacent*, an ex huiuſmodi verbis, utpotè præciſis, excludatur extenſio de caſu ad caſum, & de pluribs effectibus reſultantibus ex eiſdem uerbis, tàm in ſtatutis, quàm in ultimis uoluntatibus.

Dictiones taxatiuæ, *eo caſu eueniente*, uel *tunc, & eo caſu*, non impediunt extenſionem ad caſus ſimiles diuerſitatem rationis non habentes; quoties concurrit ueriſimilis, præſumptaque uoluntas diſponentis huiuſmodi extenſionem ſuadens.

CAPVT XXVI.

Fœmina deſcendens ex Maſculo, & extra familiam nupta, an intelligatur comprehenſa ſub uocatione deſcendentium per lineam maſculinam, ſiue per uirilem ſexum, quoties agitur de ſucceſſione in fideicommiſſo, uel Maioratu. Quiduè aſſerendum, quando fuit contemplata Agnatio, uel ſimpliciter uocata linea maſculina; Vel de ea eſt facta mentio per uocationem indeterminatam, durante, ſcilicet, linea Maſculina, uel deficiente linea maſculina; Vel quoties fœmina non deſcendit immediatè ab ipſo Teſtatore, ſeu hærede grauato, ſed potiùs ex filio hæredis grauati, ſiue ulterioris gradus deſcẽdente. Ad ornatum celebris *gloſ. in l. Gallus, §. nunc de lege Velleia, ff. de lib. & poſth.*

CAPVT XXVII.

Filiorum appellatione in fideicommiſſis, & maioratibus ueniunt, etiam nepotes, quando diſpoſitio eſt facta ſub conditione reſpiciente futurum, & incertum euentum, prorſuſque à Teſtatore ignoratur, an tempore euenientis conditionis ſint ſuperſtites filij; uel nepotes. Reprobatur contraria ſententia huiuſmodi coniecturam reicijens.

Expenduntur plures aliæ coniecturę, ex quibus deprehendi ualeat, filiorum appellatione Teſtatorem intellexiſſe, etiam de nepotibus; potiſſimùm, ne detur inæqualitas in ſuccedendo inter plures nepotes, ex fratribus eiuſdem Teſtatoris; & ne ſequatur abſurdũ, ut remotiores in gradu præferri debeant magis dilectis.

Affertur Authoris diſtinctio rectè diſſidentes hinc indè Doctorum ſententias concilians inter caſum, in quo agatur de libertate bonorum, & alterum, in quo ſubſtitutio vlteriorem habeat progreſſum ad diuerſum gradum, ſeu diuerſum perſonarum genus, & de diſcrimine inter vnum, alterumque casũ.

CAPVT XXVIII.

Filia familias, quamuis nupta non poteſt, neque etiam inter liberos, de ſuis dotibus, ſiue profectitijs, ſiue aduentitijs teſtari, adhuc Patris accedente conſenſu, nequę teſtamentum ſubſtineri valet ex beneficio clauſulæ codicillaris in vim donationis cauſa mortis, niſi expreſſus, ſpecialiſque eiuſdem Patris accedat conſenſus in ipſo actu teſtandi; non autem præſumptus, vnà cum præſentia donatarij omninò à Iure requiſita, quoties mortis cauſa donatur.

Expenditur vera ratio, ob quam filijsfamilias teſtamentum facere ſit interdictum.

Filio familias non eſt à Iure permiſſum, patris conſenſu non accedente, cauſa mortis donare, neque etiam bona aduentitia, ſiue profectitia, licet eidem patri in eiſdem bonis non fuerit quæſitus vſusfructus, cum Patris conſenſus non requiratur ratione præiudicij ob vſumfructum, ſed potiùs ad integrãdam filij perſonam, Reprobatur theorica *Bartolo* tributa in *Nouella* 117. *Auth. vt liceat Matri, & Auiæ*, ipſamque *Auth.* in verbo, *diſponere*, eſſe mendosè traductam in Latinum ex Græco Idiomate oſtenditur, eiuſdemque traditur intellectus.

CAPVT XXIX.

Licet regulare ſit, vt quoties in fideicommiſſis ſunt vocati plures per copulam, inter quos cadit ordo charitatis, & affectionis; nulla tamen concurrit pręciſa inſtituendi neceſſitas, uocatio intelligatur facta ordine ſimultaneo; non autem ſucceſſiuo.

Id tamen non procedere oſtenditur, quoties uocatio eſt facta ſub nomine collectiuo plurium perſonarum, & graduum; quos ſimul admittere ſit impoſſibile; Idemque aſſerendum, quoties diſpoſitio reſpicit tempus futurum, & remotiſſimum, vel tractum habet ſucceſſiuum; prout contingit in Maioratuũ ſucceſſione; deſcendenteſq; ſunt uocati cum clauſulis perpetuitatem præſeferentibus.

CAPVT XXX.

Iuſtitutus hæres in uſufructu omnium bonorũ, alio poſt ipſius obitum hærede uniuerſali inſtituto, dici debet merus legatarius, Inſtitutus uerò poſt mortem eiuſdem uſufructuarij habetur, tamquàm purè, & liberè hæres in proprietate; adeòut ualeat, adhuc uſufructuario uiuente, ſtatim hæreditatem adire, illamque aditam, ſiue expreſsè, ſiue tacitè, ad ſuos hæredes tranſmittere; quãuis prædeceſſerit uſufructuatius; ſed ſi repudiet,

diet, uel ante aditam hæreditatem moriatur, cenſetur hæreditas hæredi uſufructuario iam uſque ab initio accreuiſſe, accedentibus potiſſimùm pluribus coniecturis hoc ipſum ſuadentibus, Reprobantur contrariæ ſententiæ.

CAPVT XXXI.

Vſusfructus vxori per Virum legatus, quamuis iuxta celebrem *Bulgari* Conſuetudinem, extantibus liberis, reſolui debeat in alimenta; id tamen non procedit, quoties Vſusfructus fuit relictus Vxori vnà cum Matre Teſtatoris, eiuſque liberis.

Vſusfructus Vxori relictus debetur, etiam ſi ad ſecundas conuolauerit nuptias; quoties expreſsè, vel ſaltem tacitè deprehendi non poteſt, ſuiſſe uxori interdictas.

Viduitatis conditio non dicitur indicta ex conditione à Viro adiecta Vxori inſimul permanendi, vel morandi vnà cum filijs, & ab eis non diſcedendi.

Viduitatis condirio expreſsè indicta in legato Iocalium facto per Virum Vxori, non poteſt dici repetita in legato Vſusfructus omnium bonorum.

Repetitio alicuius qualitatis, ſiue oneris, ex quibus rationibus, & cauſis cenſeri debeat excluſa, & ex quibus inducta.

CAPVT XXXII.

Vſusfructuarius omnium, ſingulorumque bonorum, cum pleno, & integro vſufructu, an illum conſequi valeat, etiam ſuper rebus particulariter legatis; adeòut legatario cenſeatur tãtùmmodò relicta nuda proprietas, neque eidem ſit permiſſum in vſufructu eiuſdem rei legatæ cum Vſufructuario vniuerſali concurrere, Ad ornatum celebris *Modeſtini* Reſponſi *in l.ſi alij 19. ff.de Vſufructu legato*.

CAPVT XXXIII.

Sub legato Vſusfructus Domus comprehenduntur Viridarium, Stabulum, & Horreum, gratia eiuſdem Domus à Teſtatore comparata; licet ad illa per Domum non pateat aditus; cum deſtinatio Patris familias magis attendi debeat, quàm aditus, licet Via Conſularis adſit intermedia.

Declarantur Iura in *l.prædijs. §.Balnea, ff.de leg.3.l.Olimpieo, ff.de ſeruitut.*Vrban.*prædior. l.Vxori meæ, 32.ff.de legat.3.*

CAPVT XXXIV.

Legatum factum Vxori per Virum, donec vitam vidualem ſeruauerit, & poſt eiuſdem Vxoris obitum Titio, debetur Titio, etiam ſi Vxor ſtatim ad ſecundas conuolauerit nuptias, inſpecta veriſimili mente diſponentis.

Expenditur, & declaratur ſingulare *Vlpian.* reſponſum, *in l.mulier 22. ff.ad Senat. Conſult. Trebell.*

CAPVT XXXV.

Agitur latiſſimè de pluribus effectibus reſultantibus ex clauſula, *Actum*, Et an, & quando ſuppleat ſubſcriptionem, Signum, rogitumque Notarij.

Apoſtillæ Interlineares, Marginales, ſeu Additionales, quam conſtituant probationem. Plures afferuntur diſtinctiones totam ferè huiuſmodi materiam, alioquin inuolutam, complectentes.

In diſpoſitione ad pias cauſas ſola Schedula Teſtatoris manuſcripta, vel ſubſcripta ſatis, ſuperque ſufficit, abſque ullo teſtium interuentu, cum *Decretalis Alexandri Tertij in cap.relatum 11.de teſtam.* enunciet teſtes demonſtratiuè; non autem taxatiuè; adeòut ſufficiat ſola naturalis probatio, abſque alia Iuris poſitiui ſophiſtica ſolemnitate.

Priuilegium piæ cauſæ procedit, nedum quando eadem pia cauſa eſt inſtituta; ſed etiam ſubſtituta; Reprobatur contraria ſententia *Butrij, & Saliceti*.

Inſtitutioni purè factæ in teſtamento; an poſſit Teſtator in Codicillis addere conditionem ſubſtitutionis piæ cauſæ, ſi Inſtitutus ſine liberis deceſſerit, & an fauore eiuſdem piæ cauſæ hæreditas directò Codicillis adimi valeat. Examinantur doctrinæ *Bartoli*, et *Baldi* inuicem pugnantes.

Teſtamentum, an, & quando dicatur imperfectum ratione uoluntatis, ita ut, neque etiam fauore piæ cauſæ ſubſtineri ualeat. Ad intellectum doctrinæ *Bartol. in l.in teſtamento, ff.de fideicommiſſar. libertat.*

CAPVT XXXVI.

Agitur de ſtatuto Aſculano expoſcente requiſitionem, ſiue præſentiam Mariti in teſtamento ab Vxore condito.

Maritus poteſt genericè præſtare conſenſum, vt Vxor liberè teſtetur, quamuis ipſe fuerit hæres inſtitutus. Reprobatur contraria ſententia, & in quibus caſibus ſit amplectenda.

Metus á Viro illatus Vxori ad extorquendam eius Inſtitutionem nullatenus præſumendus; ſed liquidó probandus.

CAPVT XXXVII.

Statutum excludens fœminas propter filios, Nepoteſque maſculos ab hæreditate Patris, vel Aſcendentis ab inteſtato defuncti; quibus concurrentibus ſit intelligendum de Aſcendente in eodem genere maſculino; non autem fœminino; ideóque hæreditatem Matris non comprehendat, quamuis Rubrica eiuſdem ſtatuti indefinitè de Aſcendente loquatur.

Statutum excluſiuum fœminarum, propter maſculos ab hæreditate Aſcendentis regulariter non excludit ab hæreditate Materna.

Rubrica ſtatuti, an, & quando poſſit allegari ad deciſionem cauſarum.

Statutum diſponens, quòd maſculinum concipiat fœmininum, quomodo intelligendum.

Enu-

Digitized by Google

Enumerantur plures caſus, in quibus maſculinum non concipit fœmininum.

CAPVT XXXVIII.

Statutum, quoties in fœminarum excluſione non habuit reſpectum ad perſonam alicuius maſculi in ſpecie; ſed ſolummodò ad ſimplicem conſeruationem familiæ, & ſtirpis; tunc filia dotata excluditur à ſucceſſione fratris per Patruum aliosque Agnatos.

Fœminarum excluſio ob Agnatos, an procedat, Matre exiſtente in medio; Quiduè aſſerendum, ſi Mater ex aliquo impedimento à Iure communi proueniente non poſſit ſuccedere, uel nolit luctuoſam filij hæreditatem agnoſcere, uel ab eodem ſtatuto repetiatur expreſsè excluſa, Et an gradus ſucceſſibilis, uel potiùs perſona à ſtatuto omiſſa, ſit in cauſa, ut locum non habeat ſtatutaria diſpoſitio, & caſus ſucceſſionis ad Ius commune reducatur.

CAPVT XXXIX.

Teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita per Teſtatorem ſubſcriptum, ſigillatum, & Notario traditum coram ſeptem teſtibus, an, & quando ſubſtineatur; ita ut de illius identitate dubitari non valeat, licet in dorſo eiuſdem teſtamenti non legatur ſcriptus rogitus Notarij, Et an eadem forma teſtandi procedat, tàm in legatis, quàm in hæredis inſtitutione, Et an ſufficiat ſola Teſtatoris ſubſcriptio.

Teſtamentum nuncupatiuum implicitum non ſubſiſtit, quoties certò certiùs non conſtat de identitate ſchedulæ teſtamentariæ; ſed poteſt aliquo modo de ſuppoſitione alteriùs ſchedulæ ſuſpicari, Et an ſufficiat certitudo moralis ſuper identitate eiuſdem ſchedulæ.

Notarij fides ſuper rogitu non diminuitur, ſi fuerit appoſitus in folio ſeparato inuoluente totam ſchedulam teſtamentariam, neque ex hoc reſultat præſumptio ſuppoſitionis alterius ſchedulæ.

Emptio pro perſona nominanda, an, & quando præſumatur facta de proprijs pecunijs ipſius ementis, vel potiùs perſonę poſtmodùm nominatæ.

CAPVT XL.

In teſtamento condito in Terris Ditioni Eccleſiaſticæ ſubiectis ſufficiunt, etiam in prophanis, vel duo Teſtes cum Parocho, vel quatuor ſine Parocho, formamque à S.M. Alexandro III. traditam in Decretali, *cap. cum eſſes, de Teſtam.* eſſe tantùmmodò probatoriam; non autem ſolemnem, pluribus argumentis apertè comprobatur.

Publicatio, ſeu ſolemnis ſtipulatio Teſtamenti ad diem ſequentem, non eſt imperfectio voluntatis Teſtatoris; ſed potiùs ſolemnitatis, quæ non eſt attendenda, quoties non agitur de probando teſtamento iam completo per ſcripturam, ſed per Teſtes.

Celebre *conſ. Oldrad.* 119. in quibus terminis ſit amplectendum.

Diſcordia Teſtium, & Parochi in cortice verborum, non autem in ſubſtantialibus, ſuper teſtamentaria diſpoſitione, non attenditur, & in quo caſu contrarietas Teſtium in formalitate verborum teſtamenti illorum fidem minuat.

Notarius, an cenſeatur rogatus apponere clauſulam Codicillarem in Teſtamento, & quatenus non legatur appoſita, An ex interuallo ſubintelligi, & ſuppleri valeat, illaque extendi in copia Teſtamenti ab eodem Notario tradita.

CAPVT XLI.

Clauſula codicillaris ſubſtinet teſtamentum, in quo Poſthumus fuit ſcienter præteritus, cum cenſeatur purè grauatus; non autem ſub conditione reſtituere hæreditatem hęredibus, etiam extraneis ſcriptis in Teſtamento, vnica tantùm Quarta detracta; Præcipuè, quando eadem clauſula codicillaris legitur concepta per verba futuri temporis, vel præteriti imperfecti, aut ſubiunctiui; Et ex quibus præſumatur, Teſtatorem de Poſthumo naſcituro cogitaſſe, ſaltem in generè. Quiduè aſſerendum, inſtituto hærede prorſus extraneo, vel Poſthumo in pupillari ętate decedente.

Clauſula codicillaris ad effectum, vt operetur in Teſtamento cōdito à rudi, Iuriſque ignaro, an requiratur, quòd à Notario; nedum fuerit illi lecta materno ſermone, & declarata virtus eiuſdem clauſulæ; ſed etiam, quòd idem Notarius eiuſdem clauſulæ virtutem rectè intelligat.

Filij á Statuto vocati, vtpotè in conditione poſiti, intelligi debent vocati per ſubſtitutionem obliquam; non autem directam.

CAPVT XLII.

Codicilli in priori Teſtamento conditi, ſi fuerint reuocati, & demum in nouiſſimo Teſtamento confirmentur, exequi debent ex actu confirmante; non autem confirmato.

Codicillorum obſeruantia demandata à Teſtatore intelligi debet in ijs partibus tantùm, in quibus cum poſterioribus codicillis non repugnant; ſecus autem in ea parte, in qua inuicem aduerſantur; in iſta enim attenditur poſterior diſpoſitio.

Subſtitutio concepta ſub negatiua conditione non exiſtentiæ proximiorum, expirat, aliquo proximiore exiſtente; etiam ſi non eſſet ſucceſſibilis; quia in conditionibus attenditur nudum factum exiſtentiæ; non autem Iuris effectus.

Repetitio qualitatis in quibus caſibus non admittenda.

In fideicommiſſis ſucceſſiuis ſub negatiua conditione conceptis, ſequens admitti non debet, donec adſit ſpes, quòd in gradu præcedenti

Digitized by Google

denti perſonæ capaces poſſint adeſſe, vel ſuperuenire, qua ſpe pendente, fideicommiſſum remanet in ſuſpenſo; idque procedit in quolibet incapaci; dnmmodò tractu temporis habilis fieri valeat.

CAPVT XLIII.

Diſpoſitio Teſtatoris tribuens hæredi facultatem legandi vni, vel pluribus perſonis omninò incertis, à Iure improbatur; ſecus aſſerendum, ſi legatum conſeratur in arbitrium ipſius hæredis, vel tertij; quo non arbitrante, vindicat ſibi locum atbitrinm boni viri.

Teſtes ad hoc, vt probent nouam Teſtatoris voluntatem, requiritur, quòd ſpecificè ad illum nouum actum diſponendi fuerint rogati, neque ſufficit ipſorum deſcriptio, & rogitus in Teſtamento.

Per vnicum Teſtem, an, & quando voluntas Teſtatoris probari valeat. Ad intellectum *legis Theopompus 15. ff. de dote prælegat.*

Præſumptio Iuris deducta ex *l. miles 11. §. defuncto, ff. ad leg. Iuliam de adult.* in quibus caſibus procedat, & an eadem præſumptio obſtet, quoties ſpuria filiatio eſt magis proficua.

Nominatio perſonæ incertæ de certis eligendæ, quoties à Teſtatore eſt in hæredem collata, an, & quando poſſit ab eodem hærede reuocari. Ad intellectum *leg. quem hæredi, 26. ff. de reb. dub.*

CAPVT XLIV.

Facultas Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri, eiuſque priuilegia, an ſibi locum vindicent, quoties legatum alioquin incertum, poteſt ad certitudinem redigi per electionem, declarationemque legatarij, vel Exequutoris Teſtamentarij, conſtito de voluntate Diſponentis, & an copulatiuè debeat concurrere incertitudo Perſonarum, vſuumque piorum.

Legatatius, & Exequutor Teſtamentarius in quo potiſſimùm differant, & quomodò alter ab altero dignoſci valeat.

CAPVT XLV.

Legati ademptio, reuocatio, vel diminutio in dubio non præſumenda, præſertim fauore Piæ Cauſæ.

Quoties agitur de duabus diſpoſitionibus recipientibus duplicationem, ſeu reiteratione, ſequens diſpoſitio inter viuos non cenſetur facta in exequutionem legati præcedentis, ſed vtraque ſuum effectum ſortiri debet, præcipuè, quando ſecunda diſpoſitio inter viuos non eſt ſortita effectum eodem tempore, quo fuit facta, ſed vtriuſque diſpoſitionis exequutio fuit collata in tẽpus mortis Teſtatoris: Ad intellectum difficilium Iurium in *l. Lucius Titius 22.* la ſeconda, *ff. de legat. 2. & in l. quinquaginta.* aliàs *quingenta 12. ff. de probat.* quorum Antinomia conciliatur.

CAPVT XLVI.

Simulatio, ſiue colluſio in contractu, ex quibus potiſſimùm coniecturis, & præſumptionibus deprehendantur: Latiſſimè agitur de pluribus argumentis ad illam detegendam.

Hæres grauatus, ſi aliqua bona hæreditaria diſtraxerit, & ex illorum pretio alia comparauerit, an, & quando bona empta loco fideicommiſſi ſubrogentur. Ad explicationẽ Iurium in *l. Imperator 72. & l. ſed quod inde 73. ff. de legat. 2.*

Mors alicuius, ex quibus præſumptionibus deduci valeat.

CAPVT XLVII.

Hæres, ad hoc, vt priuetur beneficio Inuentarij ob omiſſam deſcriptionem alicuius rei hæreditariæ; ſola non ſufficit omiſſio, ſed ulteriùs requiritur dolus in dubio non præſumendus, ſed liquidò probandus; Præcipuè, quando agitur de rebus immobilibus non deſcriptis, inter quas connumerari etiam cenſum, oſtenditur.

Clauſula, *ſaluo Iure addendi*, appoſita per hæredem in Inuentario, an ſuffragari poſſit, quoties conſtat, eumdem hæredem, tempore confecti Inuentarij, incontrouertibilem ſcientiam rei non deſcriptæ habuiſſe.

Hæres doloſè omittens aliquid deſcribere in Inuentario, an eius beneficio priuetur, vel potiùs puniatur in duplum.

Hæres beneficiatus, an, & quando fructus ex hæreditate perceptos faciat ſuos, etiam in creditorum perniciem. Pluresque adhibentur diſtinctiones totam huiuſmodi materiam, alioquin inuolutam; complectentes.

CAPVT XLVIII.

Hypotheca tacita à Iure introducta pro faciliori exequutione legatorum, an poſſit à Teſtatore remitti, utpotè ipſius fauorem reſpiciens.

Emens rem hæreditariam ab hærede beneficiato pro ære hæreditario exoluendo, an ſit ſecurus aduerſus quoſcumque creditores, & legatarios; Et an debeat eſſe ſollicitus de integra uerſione pretij in eamdem cauſam. Ad intellectum *text. in l. fin. §. & ſi præfatam, Cod. de Iur. delib.*

Montiſtarum conditio in erectionibus, & additionibus Montium, an debeat eſſe æqualis ob identitatem cauſæ, nulla habita ratione diſcriminis temporis.

CAPVT IL.

Debitor, cum in quærendis poſſit etiam creditoribus hypothecarijs præiudicium inferre; Reprobata contraria ſententia *Ancharani*; Meritò valet hæreditatem non adire; prout etiam legatum, legitimam, Trebellianicam, Falcidiamque remittere. Ad ornatum, & intellectum nobilis *textus in leg. qui autem 6. ff. quæ in fraud. creditor.*

Hæteditatis iam aditæ præmatura reſtitutio

ab hærede grauato, vel Maioratus poſſeſſore fieri non poteſt in creditorum perniciem, quibus ius eſt quæſitum ad fructus medij têporis ab eodem hærede percipiendos. Ad explicationem difficillimi *Papiniani* Reſponſi in *l. Patrem 19. ff. quæ in fraud. creditor.* cuius multiplices intellectus latiſſimè ad examen reuocantur.

Lucro dotali ſtatutario, præmoriente Vxore, ſine communibus liberis, debito, poteſt Maritus, tám conſtante matrimonio, quàm poſt obitum eiuſdem Vxoris renunciare in creditorum detrimentum; niſi tamen fuerit in pactum expreſsè deductum; Idemque aſſerendum, ſi ſtatuto ſpecificè caueatur, quòd pactum lucri dotalis in Inſtrumento dotali intelligi debeat expreſſum.

Maſculus poteſt admittere ſororem à Staturo excluſam ad æqualem ſucceſſionem in bonis paternis, etiam ipſius Maſculi creditoribus reluctantibus.

Vſusfructus Patre quæſitus in bonis aduentitijs filij non poteſt á Patri remitti in damnum creditorum, idemque de quolibet alio vſufructuario affirmandum; ſecus ſi de vſufructu agatur quærendo.

Penſionarius non poteſt extinguere penſionem in præiudicium ſui creditoris, vel ceſſionarij; ſignanter in rem propriam Procuratoris conſtituti; Reprobata contraria ſententia, & in quibus caſibus huiuſmodi concluſio ſibi locum non vindicet.

Debitor in quærendis, ad inſtar priuati creditoris, etiam Fiſco valet inferre præiudiciũ; Reiecta contraria ſententia *Angeli, & Peregrini*. Ad explicationem Reſponſorum *Papiniani, & Pauli in l. cum quidam 26. & in l. fraudem 45. ff. de Iur. fiſc.* quorum Iurium plures afferuntur intellectus apud Interpretes admodùm diſcrepantes, eorumdemque acerrima conciliatur Antinomia.

CAPVT L.

Hæredis bona, an, & quando comprehendantur ſub hypotheca per defunctum cõtracta, latiſſimè agitur, pluribus adhibitis diſtinctionibus complectentibus totam ferè huiuſmodi materiam; Et quatenus ſub eadem veniant hypotheca, præcipuè in obligatione Camerali, an id procedat, ne dum quò ad immediatos, ſed etiam quò ad mediatos, vlterioreſque hæredes, Et an, & quando appellatione hæredum, tám in diſpoſitionibus Teſtamentarijs, quàm in contractibus, veniant tantùmmodò hæredes immediati; non autem mediati.

CAPVT LI.

Plures hæredes, an, & quando teneantur pro portionibus hæreditarijs, tàm in actione perſonali, quàm hypothecaria, latè ad examen reuocatur, pluribus adhibitis diſtinctionibus: Quidue aſſerendum, quoties defunctus Teſtamento, vel contracta cauerit, ſiue ijdem hæredes inter ſe cõuenerint, quòd onus æris alieni alter ex illis ſubeat. Ad ornatum *l. 1. & 2. Cod. de hæred. action.*

Hypotheca pro legato competens, an differat ab alijs hypothecis, & an ſuaptè natura ſit diuidua.

Fauore dotis, an poſſit in ſolidùm agi contra vnum ex pluribus hęredibus, & an in hoc dos dici debeat priuilegiata. Ad intellectum *leg. cum ab vno 55. ff. de legat. 1.*

Hæres beneficiatus per imaginariam ſolutionem, an, & quando præſumatur ſibi de bonis hæreditarijs ſatisfeciſſe, fructuſque à die aditæ hæreditatis ſuos faciat ratione dominij;. Et an pro ſatisfactione ſui crediti tot bona hæreditaria valeat ſibi adiudicare, & inſolutum recipere, nullo Iudicis adhibito decreto.

Facultas à Iure tributa hæredi beneficiato dãdi inſolutum bona hæreditaria creditoribus hæreditarijs, an procedat in creditore cenſus; Quidue aſſerendum reſpectu fideiuſſoris.

Hæres, an, & quando poſſit impugnare factum defuncti, eidemque contrauenire, præcipuè ſi à Iure, vel ab homine improbetur; Ad declarationem difficilis *text. in l. filiusfamilias, § cum Pater, ff. de legat. 2.* Quidue ſit affirmandum in legatario.

Repreſentare duplicem perſonam; an, & quando quis valeat.

CAPVT LII.

Fructus per filium perceptos ex Patris iudicio, pendente conditione fideicommiſſi, non ex ipſa legitima; ſed ex reſiduo hæreditatis ſatis opulentę, eſſe in legitimam imputandos, latiſſimè comprobatur; Ad ornatum nobilis doctrinæ *Cumani in l. cohæredi. §. cum filia, ff. de vulg. & pupill.* Reprobatur contraria ſententia *Alexandri*.

Præceptum Patris filio iniunctum de imputandis fructibus in legitimam, ſubſtineri ſaltem debet indirectè per viam reſtitutionis eorumdem fructuum perceptorum ex reſiduo hæreditatis ultra legitimam contra expreſſam Patris voluntatem in vim fideicommiſſi; cum poſſit Pater diſponere, vt filius fructus perceptos vltrà legitimam, vnà cum reliquo hæreditatis dodrante, reſtituat.

Clauſula, *omni meliori modo*, per æquipollens ſupplet celebrem cautelam *Soccin. Iun. conſ. 122. lib. 1.* operando reductionem diſpoſitionis ad legitimum modum pro illa ſubſtinenda; Quinimò ſufficit, quòd verba æquipollentia, quibus Teſtator eſt vſus, redacta ad Iuris intellectum, limiteſque poteſtatis, ita præſeferant.

Simplex, nudumque præceptum Patris, quòd filius imputet fructus in legitimam, nõ adiecta pœna priuationis, neque dato ſubſtituto in caſu contrauentionis, an reſoluatur in ſini-

ſimplex conſilium neceſſariò non obligans.

CAPVT LIII.

Hæredibus fideicommiſſarijs competit hypothecaria actio pro fideicommiſſi reintegratione, etiam contra bona propria hæredis grauati alienantis, non ſolùm pro reſtitutione pretij; ſed etiam pro reddendis rationibus rerum diſtractarum, præcipuè, ſtante mala fide eiuſdem hæredis.

In legitimam illæ tantùmmodò alienationes ſunt imputandæ; quæ fiunt cum totali dominij translatione; nullatenus attentis hypothecis, ideòque cenſus impoſitus ab hærede grauato non eſt imputandus in legitimæ detractionem fauore creditoris cenſus, diſsẽtientibus fideicommiſſarijs.

Nouercæ relictum lex non applicat filijs prioris matrimonij; ſed ſolummodò reuocat, tãquám non ſcriptum illud plus, quod eidem Nouercæ eſt relictum; ideòque Nouerca, tãquàm hæres, dempto illo pluri, poteſt petere immiſſionem.

CAPVT LIV.

Officium Scriptoratus Apoſtolici emptum á Patre pro filio, cum reſeruatione Decreti præſeferente reſeruationem Dominij ad fauorem ipſius Patris ementis, ea conditione appoſita in ipſo emptionis limine, quòd ſi filius, eodem Patre conſentiente, Vxorem duceret, idem Officium remaneat liberum à ſupradicta dominij reſeruatione, fructuũque diſpoſitione, non poteſt imputari á Patre in legitimam filij.

Impenſam factam à Patre pro filio ratione ſtudij, vel in libris emendis, pariter in legitimam imputari non poſſe oſtenditur.

CAPVT LV.

Sub generali renunciatione facta à filia ob dotem à Patre receptam pro omni, & toto eo, quod quouis modo poſſet prætendere, tám in bonis Maternis, quàm Paternis, & Fraternis, an intelligatur comprehenſa excluſio, etiam à Iure ſuperueniente ſuccedendi Fratri ab inteſtato.

Generalis renunciatio modo quó ſupra concepta, an complectatur lucrum iam delatum filię renuncianti ex beneficio *leg. fæminę, C. de ſecund. nupt.* & an conſtituendum ſit diſcrimen inter lucrum delatum, ac deferendum.

Filię conſenſus tacitus ſecundis nuptijs Patris, an operari poſſit remiſſionem pœnarum, quæ eidem Patri binubo à Iure fuerunt inflictæ, & an pœnæ ſecundò nubentium vtrique Parenti ſint communes.

Diſpoſitio dictæ *leg. fæminæ, C. de ſecund. nupt.* reſpectu neceſſariæ ſucceſſionis ſeruandæ per Patrem binubum filijs prioris Coniugij in bonis obuentis á ſucceſſione filij prædefuncti, an locum habeat, non ſolùm in ſucceſſione immediata; ſed etiam mediata, proueniente, ſcilicet, ex portione alterius Fratris prædefuncti; Et an excludat Patrem binubum, etiam à legitima; itaut proprietas filijs prioris Matrimonij reſeruanda eamdẽ capiat legitimam; Quidque aſſerendum, cõdito à filio Teſtamento, inſtitutoque penitus extraneo. Ad intellectum *text. in §. hinc Nos, Authent. de nupt.*

CAPVT LVI.

Renunciatio ampliſſima facta à Moniali ob ingreſſum in Religionem operatur, ac ſi eadem Monialis in rerum natura ampliùs non exiſteret; adeòut perpetuò excluſa remaneat, ne dum ab hæreditatibus Patris, & Matris, quibus fuit ſpecificè renunciatum; ſed etiam Fratris vterini ex proprio ære dotantis ab inteſtato ſine liberis defuncti, quoties renunciationis verba ſunt vniuerſalia, & effrenata hæreditatem, etiam fraternam, apta comprehendere; Multòque magis, quãdo eadem renunciatio legitur à Fratre acceptata *pro ſe, & hæredibus quibuſcumque*, ſub qua ſtipulatione non poteſt dici ex tacita vocatione hæredum ab inteſtato comprehenſum Monaſterium ex perſona Monialis.

Licentia Ordinarij in renunciatione à Moniali facienda requiſita à *Sacro Concilio Tridentino*, an in ſcriptis ſit præſtanda, uel potiùs ex teſtium, Notarijque depoſitionibus probari poſſit, fuiſſe impartitam.

Conciliaris diſpoſitio, an uindicet ſibi locum in contractibus geſtis à Nouitijs vltrò, citròque obligatorijs pro implemento propriæ obligationis.

Solemnitates indictæ á Statuto laicali, an ſint ſeruandæ in renunciationibus factis à Nouitijs in actu profitendi.

CAPVT LVII.

Feudale, an ſit præſumendum, quod feudi intra fines continetur.

Conceſſo Caſtro, an cenſeatur etiam conceſſa Iuriſdictio. Et an illa cohæreat Territorio, uel potiùs Perſonę. Et an Iuriſdictio poſſit ſeparari á Territorio, & è contra.

Feudatarius, an ualeat poſſidere bona intra fines Feudi Iure allodij.

Baro Feudo aliquid addens, an efficiatur Feudale.

Habens Caſtrum ſine Iuriſdictione, ſi illam poſteà acquirat, an Feudo accreſcat. Ad ornatum *text. in cap. 1. §. è contrario, de inueſtit. de re alien. fact.*

Pignus in propria ſignificatione differre ab hypotheca latè oſtenditur; adeòut Statutum, præcipuè exorbitans, uel Iuris communis correctorium, loquens de pignore, non extendatur ad hypothecam.

Hypothecam ſpecialem à generali ualdè differre, pluribus expẽſis Iuribus ſingularibus, comprobatur; Ad ornatum ſingularis diſtinctionis traditæ à *Gloſ. in §. nos igitur*, uer-

ARGVMENTA

verbo *tradere Creditoribus, ad fin, Auth. de non alienand aut permut. reb. Eccleſ.*

CAPVT LVIII.

Conceſſo Feudo, ſeu Caſtro, cum clauſula generali, *cum Prædijs, Pratis, Paſcuis, alijſque Pertinentijs, &c.* an ſub lege Inueſtituræ intelligi debeant comprehenſa, tamquam feudalia, Molendina, & Battinderia intra fines eiuſdem Feudi exiſtentia.

Clauſula generalis, *cum Pertinentijs, Molendinis, Prædijs, &c.* an ſit intelligenda reſpectu Iuriſdictionis, non autem qualitatis Feudalis, quò uſque apertè probetur, quòd Inueſtiens tunc temporis ea poſſideret.

Molendina Bannalia, ſiue Bannerata habentia ius cogendi ad molendum, an præſumi debeant Feudalia, uel ſaltem Iuriſdictionalia: Et an ex Iuriſdictionis qualitate valeat inferri ad Feudalitatem: Quidue aſſerendum in Molendinis in flumine publico exiſtentibus.

Vniuerſitas, an poſſit condere ſtatutum prohibens Ciuibus, & Incolis, ne exeant Territorium ad molendum.

CAPVT LIX.

Bulla Sanctæ Memoriæ Vrbani VIII. *de Præiudicialibus* 157. in ordine in nouo Bullario, dum in fine præſeruat Centenariam in alienatione bonorum Eccleſiæ, non eſt intelligenda de Centenaria iam completa tempore editionis eiuſdem Bullæ; ſed ſufficit, illam eſſe completam tempore litis motæ.

Subinfeudatio, Iure feudorum inſpecto, eſt permiſſa Feudatario, etiam Domini non accedente conſenſu, dummodò tamen neceſſaria concurrant requiſita.

Subinfeudatio facta à feudatario ſenio iam confecto, & in decrepita ætate conſtituto, abſque ſpe liberos generandi, ſubſiſtit; quoties, vltra legalem permiſſionem, accedit expreſſa facultas Subfeudandi à Domino directo conceſſa in limine Inueſtituræ, nulla prorſus habita ratione de clauſula preſeruatiua Iurium eiuſdem Domini immediatè adiecta, quæ debet intelligi de alio preiudicio quàm de reſultante ex ipſomet Subinfeudationis actu.

Reprobatur contraria ſententia diſtinguens inter facultatem ſubinfeudandi conceſſam fauore certæ perſonæ, vel in genere, atque indiſtinctè in forma Priuilegij.

Fraus in Subinfeudante ſpe liberos generandi deſtituto eſt ſolùm conſiderabilis reſpectu præiudicij Agnatorum; non autem Domini; Ad ornatum nobilis *gloſ. in cap. 1. §. ſed etiam res, verbo in fraudem, per quos fiat Inueſtitura.*

CAPVT LX.

Per reſeruationem omnium fructuum Feudi in venditione eiuſdem contentam, durante vita venditoris, cum libera illorum adminiſtratione, & facultate percipiendi propria auctoritate, inductum videtur Ius vſusfructus; ideóque ſuper ea requiritur Apoſtolicum Beneplacitum, quod conceſſum ſuper venditione, nullatenus poteſt ſuffragari, quò ad reſernationem.

Ius vſusfructus, an, & quando dici debeat reſeruatum ſuper Feudo, vel potiùs ſimplex fructuum commoditas, tamquàm nudi facti, Feudi ſubſtantiam non tangens; Ad ornatum nobilis theoricę *Bartoli in leg. codicillis, §. inſtituto, ff. de legat. 2. & Iſerniæ in cap. Imperialem de prohibit. feud. alienat. per Federic.*

CAPVT LXI.

Feudum nouum ex pacto, & prouidentia, an alienari poſſit à primo acquirente in præiudicium Agnatorum. Quidue aſſerendum in Feudo antiquo paterno. Et an, & quando Agnati proximiores Feudum nulliter alienatum reuocantes, teneantur pretium emptori reſtituere.

Fideicommiſſum à primo acquirente, an poſſit conſtitui ſuper Feudo nouo, ſi diſcrepet ordo ſuccedendi præſcriptus in fideicommiſſo, ab ordine Inueſtituræ.

Præſcriptio immemorabilis, an legitimum præbeat titulum poſſeſſoribus Feudi ex pacto, & prouidentia alienati, ad effectum excludendi agnatos ſucceſſores, vtpotè non natos, alienationis tempore, atque adeò agere non volentes.

Contractus venditionis Feudi, quando communi æſtimatione redundauit in vtilitatem, ne dum prædeceſſoris alienantis; ſed etiam ſucceſſorum, & an, & quando ſubſtineatur alienatio.

CAPVT LXII.

Temporis conuentionalis lapſus ſuper expeditione aſſenſus, an obſtet, quoties impedimentum ex facto Principis, vel eius Supremi Magiſtratus, prouenit.

Aſſenſus, ſi fuerit expeditus ab emptore, elapſo tempore ſtatuto in contractu, an, & quando uenditor eidem contractui ſtare teneatur, neque ab eo poſſit reſilire.

Promiſſione facta de uendendo Feudum, reſeruato aſſenſu, illo demum ſuperueniente, an nouus requiratur contrahentium conſenſus.

Matrimonium, ſi fuerit contractum ſub conditione diſpenſationis Apoſtolicæ, eadem obtenta, nouus requiritur conſenſus: Et de ratione diſcriminis inter conditionem aſſenſus in uenditione Feudi, & diſpenſationis Apoſtolicæ ſuper Matrimonio.

Aſſenſus ex quibus dici debeat ſubreptitius, ſeu obreptitius.

CAPVT LXIII.

Renouationem emphytheuſis Eccleſiaſticę potiùs eſſe concedendam Patrno ultimi emphyteutæ, quàm Matri, latè oſtenditur;

Re-

Reprobato *Romano*, eiuſque Aſſeclis.

Ius petendi renouationem emphytheuſis eſt regulandum ab ea qualitate, quæ ſuccedendi facultatem præſtat; ideòque Agnatus eſt præferendus omnibus alijs cognatis prædicta agnatia qualitate deſtitutis.

Ius petendi renouationem, etiam in emphyteuſi pactionata, non eſſe hæreditarium, ſed ſolùm qualitatem ſanguinis, & proximitatis eſſe attendendam, nulla habita ratione qualitatis hæreditariæ, pluribus comprobatur.

Ius petendæ renouationis eſt regulandum iuxta ordinem ſucceſſionis ab inteſtato ſecundùm ſubiectam materiam, vt, ſcilicet, ſit habenda ratio inteſtatæ ſucceſſionis inter illos de eodem ſanguine, ac genere primi acquirentis, nullatenus verò eſt admittendus, qui eſt de ſanguine prorſus extraneo, & extra genus vocatum, & ob accidentalem coniunctionem cum vltimo moriente, contendit excludere illos de ſanguine, ſeu genere uocato.

CAPVT LXIV.

Emphytheuſis in lineam maſculinam ſemel ingreſſa, ob ſtatutum excluſiuum fœminarum propter maſculos, cui eſt præſumendum, tàm Dominum directum concedentem, quàm primum acquirentem, conformes ſe reddere voluiſſe, an ab eadem linea egredi non poſſit, quouſque in totum extincta, vel euacuata remaneat; adeòut; donec exiſtant deſcendentes ex linea admiſſa, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, reintegratio fœminarum excluſarum ex altera linea dari non poſſit.

Vel potiùs, deficientibus maſculis ex linea ſemel admiſſa, fœminæ ex altera linea, vtpotè non perpetuò, ſed temporaliter excluſæ, ad emphytheuſim ſint reintegrandæ, Et quænam ſit differentia ad rem, de qua agitur, inter emphytheuſim in vnam lineam obuentam ex titulo diuiſionis, vel ratione ſtatuti excluſiui fœminarum propter maſculos, Et an rectè in huiuſmodi materia ualeat inferri à Feudo ad emphytheuſim; Ad intellectũ, & ornatum Iurium in *cap.1.de natur.ſucceſs. feud.& in cap.1.§.quin etiam ſub tit.Epiſcop. vel Abbat.iu vſib.feudor.*

CAPVT LXV.

Pater, quoties ſtipulatur emphyteuſim, præcipuè Eccleſiaſticam, pro certo filiorum numero, proprijs expreſſis nominibus, conceſſio non poteſt ſuffragari pro alijs filijs, ſiue exiſtentibus tempore Inueſtituræ, ſiue poſteà ſuſceptis.

Melioramenta magni valoris nõ ſunt reficienda, etiam ſi emphyteuſis deuoluatur ob lineam finitam, & non ob culpam emphyteutæ, quoties in Inueſtitura ita ſpecificè reperitur conuentum. Quidue aſſerendum, quoties emphyteuta in dolo malo verſatus eodem pacto abuteretur, ſaciendo exceſſiuas expenſas in meliorando, quas Dominus directus non ſoluendo effectus non poteſt reficere.

Et an quando emphyteuſi deuoluta, ob lineam finitam, ſint hæredi emphyteutæ reficienda melioramenta in ædificijs conſiſtentia. Ad intellectum *text.in cap.1.§ ſi vaſſallu, tit.hic finit.lex iu vſib.feudor.*

CAPVT LXVI.

Dominus directus, an, & quando propria auctoritate poſſit capere poſſeſſionem rei emphyteoticę deuolutæ ob lineam finitam, in iudicium non uocato hærede vltimi emphyteutæ; Et quid operetur pactum in Inueſtitura appoſitum capiendi poſſeſſionem propria auctoritate.

Emphytheuſis Eccleſiaſtica efficitur tranſitoria ad hæredes, etiam extraneos, ex clauſulis *ad habendum, & in perpetuum*, non cæteratis, ſed extenſis, & appoſitis in diſpoſitiuis, non autem in exequutiuis, præcipuè quando ex titulo oneroſo eſt quæſita, promiſſaque annua præſtatio ferè fructibus reſpondens.

CAPVT LXVII.

Contractus locationis potiùs dici debet, quàm emphyteuſis, quoties quantitas Canonis eſt ad menſuram fructuum, vel eiuſdem ſolutio ſit in pluribus vicibus, nullatenus attenta mentione emphyteuſis, necnon alienationis prohibitione ſub pœna caducitatis, quæ rectè conueniunt conducenti rem, præſertim ab Eccleſia.

Fœminæ veniunt in contractu locationis terũ Eccleſiæ, utpotè bonæ fidei.

Conceſſio in emphyteuſim, quoties legitur facta alicui *præſenti, ſtipulanti, & acceptanti pro filijs ſuis, & ad eorum tertiam generationem*, Patri nihil quæritur, ſed totum conceditur, & acquiritur filijs, qui, tamquàm primi acquirentes, à generationibus diſtinguuntur, neque ſub illis dicuntur compreheuſi.

Capitula, alioquin dubia, an, & quando ex Inſtrumento poſtmodùm celebrato interpretationem recipere debeant.

In ſententia potiùs attendenda diſpoſitiua, quàm narratiua.

Aſſenſus Apoſtolicus non requiritur in re Eccleſiæ locari ſolita, non obſtante eiuſdem ſoliti alteratione; quoties non tendit in damnum, ſed potiùs in fauorem Eccleſiæ.

CAPVT LXVIII.

Inueſtitura dici debet noua, quoties eſt facta eidem emphyteutę ob canones nõ ſolutos, etiam non apprehẽſa poſſeſſione rei emphyteoticæ per Dominum directum; ſecus ſi deuolutio euenerit ob lineam finitam; Idemque aſſerendum, ſi ſecunda inueſtitura emanauerit ſub commemoratione antiquæ, ſtantibus nouis pactis in ſecunda Inueſtitu-

ar

ra adiectis, quæ non legebantur in prima. Et de pluribus alijs, ex quibus Inueſtitura dici debet noua.

Emphyteuſis, an, & quando dici debeat quęſita ex titulo oneroſo.

Primus acquirens, an, & quando ualeat uocatis in Inueſtitura præiudicium inferre.

CAPVT LXIX.

Salinæ in locis publicis, ſeu Fiſcalibus exiſtentes ſunt de Regalibus Principis; in locis uerò priuatis reſpectu proprietatis ſunt eorum, quorum ſunt Prædia, Quo uerò ad Vectigal, quod pro illis perſoluitur, eſt de Regalibus minoribus; non autem maioribus; Ad ornatum Iurium *l forma, §. Salinæ, ff. de Cenſ. & in l. magis puto, §. ſed. & ſi Salinas, ff. de reb. eorũ, qui ſub Tutor.*

Salinas omnes, etiam antiquiſſimo tempore ſpectaſſe ad Reges oſtenditur.

Ius Regale Salinarum dici debet conceſſum per Principem ex conceſſione meri, mixtique Imperij, & omnimodæ Iuriſdictionis, nec non Regalium maiorum.

Regalibus maioribus in Inueſtitura cõceſſis, an, & quando minora intelligi debeãt impartita.

Baroni, an ſit licitum cogere Vaſſallos, ut emant ſal à Salinario ab eodem Barone deputando, quoties non adeſt concurſus Principis, & an hoc dicatur licitum Monopoliũ.

CAPVT LXX.

Ius cuſtodiendi, quòd menſuræ, & pondera ſint iuſta, ſpectat ad Deputatos in vna quaquaque Ciuitate, ceſſante potiſſimùm Principis concurſu, neque ad Priuatos huiuſmodi munus Ponderatoris publici pertinere poteſt; Sed, vel ad eos, quibus Princeps demandauit, vel ad Conſules Ciuitatis; Ad ornatum Iurium in *§. eos autem, Authent. de Collator. & in l. Modios 9. Cod. de ſuſceptor. præpoſit. & Archar. lib. 10.*

Portus immunis conceſſio importat immunitatem à quibuſcumque Pedagijs, & Gabellis; non autem á mercede Ponderatori publico ſoluenda, quàm ſub nomine Vectigalis non comprehendi, oſtenditur.

Exemptio ab oneribus, quamuis ampla, nõ cõprehendit ea, quæ pro mercede ſoluuntur.

CAPVT LXXI.

Bannitum per Principem plenariè reſtitutum recuperare per quamdam ſpeciem Poſtliminij, nedum bona penes Fiſcum exiſtentia: verùm etiam ab eodem Fiſco in alium diſtracta pretio reſtituto, latè pluribus argumentis comprobatur; Reiecta cõtraria ſentẽtia.

Plenaria reſtitutio ex quibus potiſſimùm clauſulis reſultet, & an, & quando extẽdi debeat, etiam ad bona, quamuis de illis in Reſcripto ſpecialis mentio non fuerit habita.

Interdictum quorum bonorum, in quo potiſſimùm differat à remedio *leg. fin. C. de edict. Diu. Adr. tollen.*

CAPVT LXXII.

Creditor ſeminis, vel pecunię ad illud comparandum, an præferri debeat locatori prædij.

Hypotheca, ſiue conuentionalis, ſiue legalis, præcipuè quò ad effectum ordinis temporis, nullum habet legis, vel rationis naturalis fundamentum, neq; prouenit à Iure naturæ, vel gẽtium, ſed eſt quoddam pignus intellectuale ex figmẽto Iuris Romanorũ introductum; ideòque poteſt à Supremo Principe, qui dicitur lex animata, tolli, ſiue moderari.

Annona, an Principem repreſentet, eiuſque Aerarium, & de pluribus ad Annonam, eiuſque Oeconomicam adminiſtrationem pertinentibus; Ad intellectum plurium Iurium de huiuſmodi materia agentium.

In generali ſermone, an, & quãdo perſona Principis locatoris intelligi debeat comprehẽſa.

Princeps ex contractu cum ſubdito inito, nedũ naturaliter, ſed etiam ciuiliter obligatur.

CAPVT LXXIII.

Obligatio aſſignandi frumentum recollectum in prædijs Fiſcalibus conductis, illudque Annonæ vendendi, quatenus indigeat, interpretationem paſſiuam recipit à Iure, deducto, ſcilicet, ſemine, victuque neceſſario eiuſdem obligati; Ad ornatum, & intellectũ *text. in l. 2. C. vt nemin. lic. in emption. ſpecier. lib.* 10. cuius ſanctionẽ procedere, nedũ in diſpoſitione legis, vel ſtatuti; ſed etiam in contractu latè oſtẽditur, reiectis contrarijs.

Conuentio cum Principe inita intelligenda, prout de Iure, ſemperque facienda eſt interpretatio contra eumdem Principem, eiuſque Aerarium, reſtringendo verba contractus ad æquitatem.

Promiſſio inita in contractu de tradendis, vel vendendis fructibus, an intelligi debeat deductis expenſis, vel potiùs integri ſint præſtandi: Declaratur doctrina Iacob. *de Arena in l. fructus, ff. ſolut. matrim.*

Obligatus tradere frumentum, uel aliam ſpeciem, re non tradita, non tenetur ad intereſſe; niſi creditor probet, ſe fuiſſe paratum in loco ad recipiendum, debitoremque certioraſſe; nam alioquin debitor non poteſt dici in mora conſtitutus, nulla habita ratione diei certæ in contractu adiectæ.

CAPVT LXXIV.

Vectigalis ſolutio, an ſpectet ad emptorem, vel potiùs ad venditorem Mercium, latè agitur, pluribus adhibitis diſtinctionibus decernentibus totam ferè huiuſmodi materiam, alioquin ob diſſidentes Interpretum ſententias inuolutam; Quidue affirmandum, quoties fuit ſpecificè inita conuentio, vt merces venditæ ad locum tranſuehi debeant deſtinatum, expenſis, periculoque eiuſdem Venditoris.

Gabella an ſit ſoluenda per emptorem; quoties actus introductionis mercium eſt momentaneus, non ordinatus ad introducendum; ſed

Digitized by Google

potiùs ad conſignandas merces recipienti, pro quo ſunt deſtinatæ.

Dobanæ vocabulum, tàm apud Iuriſconſultos, quàm Latinæ linguæ auctores ignotum, vnde Ethymologiam deducat; Et an *Ducenarij*, corrupto vocabulo, appellentur *Dobanerij*.

CAPVT LXXV.

Vectigalis fraudati in materia agi nō poteſt ſine fragrātia, actualiq; apprehēſione bonorū, quæ in commiſſum incidiſſe contenditur, cum cauſa fraudatæ Gabellæ ſit criminalis.

Gabellarij non poſſunt prætendere, ſuiſſe fraudatam Gabellam; ex quo in Apothecis Mercatorum inuenerint merces non denunciatas, cum debuerint in earumdē introductione debitas adhibere diligentias.

Negatiua ſolutionis Gabellę non poteſt probari ex libris Datij.

Gabellarijs non eſt permiſſum obſignare merces iam introductas.

CAPVT LXXVI.

Vectigalium in exactione exequtiuè proceditur, potiſſimùm, ſtante priuilegio Manus Regiæ conductoribus Fiſcalibus impartito.

In ſtipulatione, ſiue conceſſione facta á Principe, quoties aliquid deducitur ex fructibus certi, determinatique fundi præſtandum, ſi fructus non naſcantur, vel nati fuerint cōſumpti ſine culpa promiſſoris, ex alijs non debentur: deſignatio enim certi, determinatiq; corporis intelligi debet facta gratia limitandæ obligationis, ſiue conceſſionis; idemq; procedit in vltimis voluntatibus.

CAPVT LXXVII.

Iùs exigendi Vectigal, vtpotè de Regalibus, eſt reſeruatū Supremo Principi; ideòq; à priuatis perſonis poſſideri nō poteſt ſine legitimo titulo ex eiuſdē Principis cōceſſione quæſito.

Gabella, vtpotè odium redolens, non poteſt extendi, neque etiam ex identitate, uel maioritate rationis; ſed ſtrictè, quātùm fieri poteſt, intelligenda in eo dumtaxat caſu, de quo tenor eiuſdem Gabellæ ſpecificè loquitur.

Libris Gabellarij, an ſit plena fides præſtanda, quò ad probandam ſolutionem Gabellæ; Declarantur Iura in *l. exemplo, C. de probat.* & *in l. ſin. C. de conuen. fiſc. debit. lib. 10.*

CAPVT LXXVIII.

Vectigalium indictio, augmentum, & prorogatio ſpectat ad Principē in Supremæ Poteſtatis ſignū, adeòut eorumdem prorogatio fieri non poſſit per eiuſdem Principis Miniſtrū.

In Regalibus Principi reſeruatis non eſt ſtādū aſſertionis cuiuſuis ſupremi Magiſtratus, etiam Cardinalis Legati à Latere; niſi tamen agatur de re maximi momēti, de qua ſit præſumēdum, eumdē Principē ſuiſſe certioratū.

Gabella prorogata, an dici debeat noua Gabella: Et an augmentū factū per Principem ſpectet ad primum conceſſionariū Gabellæ.

CAPVT LXXIX.

Statuta ſuper Gabellis, utpotè odium redolentia, ſūt ſtricti Iuris, ideóq; nullatenus extēdēda ultra caſum, de quo loquūtur, & loquētia in caſu ſimplici non ſunt trahēda ad mixtū.

Gabella, an ſit ſoluenda in diſtributione frumēti facta per Vniuerſitatem inter Piſtores, quoties ſuit ſoluta in actu emptionis.

Gabella vnica, an debeatur, quoties primus cōtractus transfunditur in ſecundum, uel ſecūdus emanauit in exequutionem alterius.

CAPVT LXXX.

Dominium rei, quę incidit in commiſſum, ſtatim quæritur Gabellario; adeòut exequntiuè ſit permiſſa rerum captura, neq; citatio partis requiratur; cum non ſit ſententia; ſed potiùs quoddā mandatum exequutiuum iuſtificatum in ſeipſo propter naturā negotij.

Confeſſio qualificata in ſpecie fraudatę Gabellæ poteſt ſcindi; Præcipuè, quando continet diuerſa facta in diuerſis locis, & temporibus, habetq; pręſumptionē contra ſe ex negatiua ſolutionis, utpotè in libris datij non deſcriptæ.

CAPVT LXXXI.

Gabella, an ſolui debeat ex Materiato, quoties ex aliqua parte conflatur ex Materia ſuppoſita Gabellę; Pręcipuè, quoties id, quod ex Materia conficitur Gabellabili, ad eādē materiā, ſuaq; initia ampliùs reuerti nō poteſt.

Gabella, utpotè odioſa, ſtrictiſſimè eſt interpretanda in eo dumtaxat caſu, & reſpectu illius Materiæ, de qua eiuſdem Gabellæ, tenor literaliter loquitur.

CAPVT LXXXII.

Forenſes, inſpecta diſpoſitione iuris communis, ab Vniuerſitatibus collectari non poſſunt ex Iuriſdictionis defectu; Idque, etiam ſi poſſideant bona in Territorio.

Facultas collectandi forenſes occupata á Ciuitatibus Italiæ ex generali conſuetudine nō ſuffragatur, niſi ſit immemorabilis; quia agitur de reſeruatis Supremo Principi, neque uindicat ſibi locum in Caſtris, & Villis.

Forenſis, quò ad ſolutionem collectarū, nō dicitur Ciuis alterius Caſtri ſubiecti Ciuitati.

Forenſes non poſſunt ab Vniuerſitatibus collectari in maiori ſumma, quàm Ciues.

CAPVT LXXXIII.

Immunitas conceſſa Ciuibus, ſuffragatur etiam allectis ex Priuilegio, qui rectè, ac propriè dici debent Ciues, non minus, ac originarij: Idq; etiā ſi in Ciuitate incolatū non gerant.

Ciuilitas, etiam per ſpiritualem natiuitatem acquiritur; itaut in illo loco quis dicatur ortus, vbi ſalutari Lauacro Sacri Baptiſmatis fuit ablutus.

Soluens intereſſe, vel pœnam, dicitur obſeruare contractum.

De pluribus effectibus reſultantibus ex ſimplici adiectione pęnæ á lege, vel ſtatuto indictæ.

CAPVT LXXXIV.

Immunitas à ſolutione collectarum præſcribitur ex ſolo lapſu longiſſimi temporis, etiam ſine titulo, & bona fide.

Præ-

Digitized by Google

Præſcriptio, an, & quando currat in Iuribus negatiuis; Ad intellectum *text. in l. hæc Iura*, ibique *Gloſ.* verbo *habuerit, ff. de ſeruitut. vrban. præd.*

Molendina non ſolent collectari, vtpotè exiſtentia in continuo periculo, & obnoxia ingentibus expenſis pro conſeruatione.

Conſtitutiones Principis derogatoriæ exemptionum ſunt intelligendæ de Gratioſis, nō autem de competentibus ex diſpoſitione Iuris communis, quales dici debent quęſitæ ex legitima præſcriptione, vel ex titulo oneroſo, etiam, reſultante ex immemorabili.

CAPVT LXXXV.

Obſeruantia potiſſimùm attendi debet in ſolutionibus, & contributionibus collectarũ, nihilque contra illam innouandum, eodemque modo collectas ſolui oportet, quo diſtributæ ab antiquo tempore reperiuntur, & Vniuerſitas ſi intra annum á lege preſcriptũ non reclamauerit, ampliùs non audiēda; Ad ornatum *l. qui granatos 5. Cod. de Cenſ. et Cenſitor. lib. 11.*

Vnio Caſtrorum facta Ciuitati intelligi debet quò ad caput, & Regimen, remanente alioquin partitione publicorum onerum cum eiſdem Caſtris inita in ſuo robore.

CAPVT LXXXVI.

Cumulatio poſſeſſorij cum petitorio, ex quibus cauſis ſit concedenda, latè agitur in preſenti, Pluresque adhibentur animaduerſiones totã ferè huiuſmodi materiam cõplectentes.

Proteſtatio emiſſa in prima ſolutione per metũ extorta, intelligi debet repetita in ſequentibus ſolutionibus; ſecus aſſerendum in Iudicialibus.

Contra Communitatem non poteſt dici quęſita quaſi poſſeſſio ex ſolutione collectarum facta à particularibus, ſed requiritur ſcientia, & patientia eiuſdem Communitatis, congregato Conſilio.

CAPVT LXXXVII.

Xenia, ſiue Munera dari ſolita per Cardinales promotos Cubicularijs Participantibus, an ſpectēt ad Cubicularios tēpore Promotionis Pontifici inſeruientes, vel potiùs ad nouos Cubicularios Participãtes Pontificis ſucceſſoris, quoties eorumdem Munerum diſtributio eſt facienda per Præfectum Cubiculi eiuſdem Pontificis ſucceſſoris.

Fructus, qui diſtribuuntur certo anni tempore, an ſpectent ad Canonicos, qui tempore diſtributionis non ſunt ampliùs Canonici; licet tales fuerint tempore recollectionis eorumdem fructuum.

Pœnæ maleficiorum, an ſint debitæ ei, qui eſt Officialis, vel conductor tempore confiſcationis, ſeu cõdemnationis, vel potiùs tempore delicti, ſeu inchoati proceſſus.

CAPVT LXXXVIII.

Ius deputandi Officialem in Caſtro exiſtēte ſub Iuriſdictione temporali Archiepiſcopi, tamquám Baronis, ſpectat ad Capitulum, Sede Vacante; non autem ad Reuerendam Cameram ratione ſpolij, ad quàm tantùmmodò pertinet emolumentorum perceptio, dempto tamen congruo ſalatio Officialis, & expenſis: Ad intellectum *Cap. verùm de for. compet.*

Ex cõceſſione fructuũ nullatenus cenſeri debet conceſſa Iuriſdictio, cum ſint res omninò diuerſæ; non enim eſt incompatibile, vt Iuriſdictio penes unũ exiſtat, fructus autem, & emolumenta penes alium.

CAPVT LXXXIX.

Prorogatio officij facta per Principem, adhuc durante primo termino, non præſefert nouã electionem, ſed dicitur idem officium prorogatum, & extenſum, perindè, ac ſi ab initio ita fuiſſet conceſſum, ideòque, cum non agatur de tollendo Iure quæſito; ſed ſolùm quærendo, citatio partis non requiritur.

Alternatiuæ electioni non infertur præiudiciũ, quoties Papa præueniendo vacationem, impedit, labi tempus, eamdemque electionem ſemel factam prorogat.

Ad Epiſcopatum promoto, ſi concedatur beneficiorum, & penſionum retentio, nullum dicitur illatum preiudicium Patronis laicis, quia Papa per diſpenſationem preuenit, & impedit vacationem.

CAPVT XC.

Promiſſio, ſiue cõceſſio facta de officio vacaturo, an, & quãdo ſubſiſtat; Affertur diſtinctio, pro qua comprobanda, expēduntur Iura in *l. fin. C. de pactis, & in l. 3. §. de illo, ff. pro ſocio*; Eorumdemque traditur intellectus.

CAPVT XCI.

Suppreſſio, ſeu translatio officij venditi; quoties euenit ex mandato Principis, an Vēditor teneatur releuare indemnem emptorem, pretiumque ſolutum reſtituere, & in quo caſu competat actio contra Principem pro conſequutione pretij ſoluti, vel contra venditorē, ſi eidem pretium Princeps perſoluit: Ad ornatum nobilis *Pauli* reſponſi in *l. Lucius Titius 11. ff. de euiction.*

Vēditor, qui noluit teneri de euictione, *niſi pro dato, & facto ſuo tantùm*, an, re euicta, ſaltē teneatur ad reſtitutionem pretij: Et an venditor poſſit conuenire emptorem pro pretio adhuc non ſoluto.

Emptor ſcienter emens rem ſuaptè natura euictioni obnoxiam ex cauſa præexiſtente, an poſſit agere de euictione, vel ſaltem ad pretij reſtitutionem; Quidne aſſerendum, ſi euictio legatur promiſſa in forma Iuris. Ad intellectum *l. ſi fundum ſciens, Cod. de euiction.* Quidne pronunciandum, ſi res viliori pretio fuerit vendita, promiſſa euictione per emptorem *de dato, & facto ſuo tantùm.*

DISPV-

I. M. I.

DISPVTATIONVM IVRIS SELECTARVM

CVM

Deciſionibus ſuper eis prolatis.

AVTHORE

HIERONYMO ROCCA

CATHANZARIENSI,

EPISCOPO ISCLANO,

Olim Neapoli, Deindè in Vrbe Aduocato.

VOLVMEN PRIMVM.

Tibi ſeruiat Deus meus, quid quid loquor, & ſcribo, & lego, & numero.

Diu. Auguſt. lib. 1. Confeſs. Cap. 15.

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Confiſcatio, quoties prouenit à diſpoſitione Iuris communis, licet Iuriſdictiones, Burſæque Fiſcales ſint omnino ſeparatæ, Fiſcus cuiuſque loci capit bona ſub ſua Iuriſdictione exiſtentia; idque ob Iuris communis auctoritatem cum iudicati poteſtate coniunctam, ad ornatum, & intellectum nobilis Theoricæ *Bartoli in l. 1. C. de Summ. Trinit. & fid. Cathol.*

Reprobatur diſtinctio *Peregrini* aſſerentis, doctrinam *Bartoli* procedere, quando ſub vno, eodemque Principe Iuriſdictiones, & Burſæ Fiſcales ſunt ſeparatæ; ſecus, quando ſub diuerſis Ditionibus ſunt prorſus diſtinctæ.

Reus vltimo affectus ſupplicio pro crimine, ex quo inſpecto Iure communi bona confiſcantur, vbique ſeruus euadit pœnæ; neque hæredes poteſt habere; reiecta contraria ſententia *Belloni Iun.*

In Maioratuum inſtitutione, an poſſit adijci conditio, quòd ſi Maioratus ſucceſſor aliquod patrauerit crimen, bona in ſequentem ſucceſſorem hora præambula tranſeant, excluſo Fiſco: Laudatur recepta diſtinctio à Doctoribus potiſſimùm Hiſpanis comprobata.

Clauſula præſeruatiua Iurium Fiſci à Principe appoſita in facultate inſtituendi Maioratum, quos operetur effectus fauore eiuſdem Fiſci, & an, & quando initio obuiet acquiſitionis in præiudicium vocatorum patrato crimine per poſſeſſorem Maioratus, ob quod confiſcatio ſibi locum vindicauerit.

Ex verbis Teſtatoris præcarijs, & enunciatiuis, an, & quando valeat fideicommiſſum induci ad intellectum Iurium *in l. Thais 41. §. ſorore, ff. de fideic. libert. & in l. fideicõmiſſa 11. §. hæc verba ff. de legat. 3.*

Hæres fiduciatius quando quis dici debeat, & ex quibus fiduciaria qualitas excluſa remaneat.

SVMMARIVM.

1 *Status controuerſiæ in duplicem inſpectionem diuiditur.*

2 *Confiſcatio, quoties prouenit à Iure communi, licet Iuriſdictiones, & Burſæ Fiſcales ſint omnino ſeparatæ; Fiſcus cuiuſque loci capit bona ſub ſua Iuriſdictione exiſtentia.*

Examinatur theorica Bart. in l. 1. C. de ſumm. Trinit. & Fid. Cathol.

3 *Doctrina* Bart. in Peregrini *ſententia procedit, quando ſub vno, eodemque Principe Iuriſdictiones, Burſæque Fiſcales ſunt ſeparatæ.*

Secus, quando Iuriſdictiones ſunt ſub diuerſis Ditionibus.

4 *Confiſcatio fieri debet pro delicto, pro quo delinquens vbique puniri poſſit, veluti pro crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ; ſecus autem humanæ.*

5 *Reprobatur huiuſmodi diſtinctio* Peregr. & n. ſeqq.

Auctoritates ab eodem adductæ ſigillatim ad examen reuocantur.

6 *Referuntur Auctoritates firmantes, Doctrinam* Bart. *procedere, etiam in diuerſis Principatibus, & Dominijs.*

7 *Fiſcus Apoſtolicus ob ſententias confiſcationis bonorum latas à Principibus exteris publicauit bona delinquentium in Ditione Eccleſiaſtica.*

8 *Refelluntur argumenta* Peregrini, & n. ſeqq.

9 *Lex ſemper loquitur; adeò vt ſe habeat, tamquàm Princeps Vniuerſalis in toto Orbe.*

10 *In crimine læſæ Maieſtatis confiſcatio eſt ipſo Iure indicta.*

Adeò vt ſententia condemnatoria Iudicis, ſolùm deſeruiat pro ſimplici criminis declaratione, vt ad confiſcationis exequtionem deueniri valeat.

11 *Irrogata pœna publicationis bonorum, ſi eam habuit cauſam, quæ ex Iuris communis diſpoſitione proficiſcitur; ad ea quoque bona pertinet, quæ in aliena Iuriſdictionis Territorio exiſtunt.*

Idque propter Iuris communis auctoritatem cum iudicati poteſtate coniunctam iuxta ſententiam Antonij Fabri.

12 *Bannitus in vno Territorio eſt capax acquirendi in alio.*

13 *Intellige, quando verſamur in confiſcatione facta contra contumacem qui cum, attento Iure nouiſſimo ſeruus pœnæ non dicatur, poteſt acquirere, & retinere in alieno Territorio.*

14 *Secus aſſerendum ſequuta morte delinquentis, qui cum ſtatim ſeruus pœnæ fuerit effectus, non poteſt retinere dominium bonorum in alieno Territorio exiſtentium.*

15 *Ideòque Fiſcus alterius Ditionis illa occupat, ſi non Iure confiſcationis, ſaltim vti vacantia.*

Affertur egregia diſtinctio Baldi *id optimè comprobans.*

16 *Eademque diſtinctio vindicatur à contrarijs adductis per* Peregrinum, & n. ſeqq.

17 *Reus vltimo affectus ſupplicio pro crimine, pro quo de Iure bona confiſcantur, vbique eſt ſeruus pœnæ, neque hæredes habere poteſt.*

18 *Impugnatur* Bellonus Iun. *aſſerens, quòd reus vltimo affectus ſupplicio ſeruus pœnæ non euadat ex diſpoſitione* Auth. ſed hodie, C. de donat. inter vir. & vxor.

19 *Oſtenditur, textum prædictæ Auth. ſolùmmodò correxiſſe Iura antiqua in condemnatis ad mortem ciuilem; ſecus naturalem qui ſerui pœnæ omninò efficiuntur, Iuribus antiquis remanentibus omnino incorrectis.*

Expenditur gloſ. in d. Auth. ſed hodie in princ. *id apertè comprobans.*

20 *Condemnati ad mortem naturalem ob crimen læſæ Maieſtatis in primo capite, ſerui pœnæ efficiuntur, neque hæredes habere poſſunt; ſed Fiſcus occupat bona tanquàm vacantia.*

21 Iidem euadunt inteſtabiles, & perdunt Ciuitatē, libertatem, & omnia, quæ liberis hominibus competere valent.

22 In vindicandis pœnis, per l. Iuliam inflictis aduerſus reos læſæ Maieſtatis, publica omnium Principum defenditur cauſa.

23 Principi, quæ affertur iniuria, omnino aliorum Principum iniuria eſt; quia non tàm perſona, quàm dignitas læditur.

24 Darius in vltimo vitæ ſpiritu exclamauit vindictam poſcens ab Alexandro Magno aduersùs Beſſeum, à quò fuit occiſus.

25 Imperator non ſolùm eſt confederatus Papæ; ſed eius Aduocatus, & Defenſor; Imò Eccleſiæ feudatarius.

26 Offendens Imperatorem, Papam offendere dicitur; ideòquè incidit in pœnam læſæ Maieſtatis, etiàm quò ad ipſum Papam.

27 Regnum Hungariæ eſt de Iuribus Sancti Petri, & Sedis Apoſtolicæ.

28 De Diplomate à S.M. Gregorio Septimo conſcripto Salomoni Hungariæ Regi, & Genſæ Hungariæ Duci hoc ipſum comprobante.

De alijs Diplomatibus S.M. Nicolai Quarti ad Rodulphum Romanorum Regem, & Albertum Auſtriæ Ducem, & ad Legatum Apoſtolicum.

29 Ob crimen læſæ Maieſtatis patratum contra Imperatorem, vti Regem Hungariæ, dicitur læſa Maieſtas Sedis Apoſtolicæ.

30 Idque, etiam ſi Regnum Hungariæ ſit ſub protectione eiuſdem Sedis Apoſtolicæ.

31 Ob crimen à Francipanio commiſſum, vtpote tangens ſtatum Religionis ob coniurationem cum Turcis habitam, dicitur læſa Maieſtas, non ſolùm humana, ſed Diuina.

32 In Crimine læſæ Maieſtatis Diuinæ abſque controuerſia vnuſquiſque Fiſcus confiſcat in ſuo, etiā ſi Principatus ſint diſtincti.

33 Deſerentes arma Infidelibus ſunt puniendi tanquàm hæretici, & foro Sacræ Inquiſitionis ſubijciuntur, & de ratione.

34 Ob quamlibet tranſgreſſionem legum Eccleſiaſticarum in Religionis perniciem, bona vbique exiſtentia poſſunt confiſcari.

35 Ad Criminis comprobationem ſufficit inſtrumentum ſententiæ condemnatoriæ, quoties, non in contumaciam; ſed potiùs ex veris probationibus reperitur prolata.

36 Confiſcatio, quoties prouenit à Iure communi, non vindicat ſibi locum regula, quòd ſententia ſine actis non probet.

37 Nam non agitur de illius exequutione; ſed ſententia, & fides illius exequutionis, ſolùm deſeruit ad oſtendendum factum, quòd condemnatus fuerit conſequutus pœnas ipſo Iure indictas.

38 Præcipuè, quando ſententia fecit tranſitum in rem iudicatam.

39 Sententia probat, etiam ſine actis in crimine læſæ Maieſtatis, cum copia Proceſſus tradi non ſoleat, nè Regnorum aperiantur arcana.

40 Præcipuè, quando delictum eſt ſatis ſuperque notorium.

41 Cꝯſtitutiones Apoſtolicæ prohibent quaſcumque alienationes bonorum Iuriſdictionalium ſine aſſenſu.

42 Aſſenſus Principis feudi alienationem informat, illamque animat.

43 Rex confirmans feudi alienationem cum qualitate alterante, cenſetur reuocare, quatenus hęc qualitas alterans importet.

44 In aſſenſibus ſuper prohibitis attendi debet, quid cogitauerit Princeps; non autem impetrans.

45 Idque, etiam procedit in licētia Principis ſubijciendi feudum Primogenituræ.

46 De quæſtione, an in Maioratus inſtitutione poſſit adijci conditio, quòd, ſi Maioratus ſucceſſor aliquod patrauerit crimen, bona in ſequentem ſucceſſorem hora præambula delicti tranſeant, excluſo Fiſco à confiſcatione.

47 Affertur egregia diſtinctio communi ſenſu Doctorum, præcipuè Hiſpanorum, recepta in hac ſententia.

48 Clauſula præſeruatiua Iurium Fiſci in caſu confiſcationis, quos operetur effectus fauore eiuſdem Fiſci.

49 Succeſſores, ob quam cauſam conqueri non poſſint de præſeruatione Iurium Fiſci, eueniente confiſcationis caſu.

50 Stante prædicta Clauſula præſeruante Iura Fiſci, delictum vnius ex vocatis præiudicat alijs ſucceſſiuè inſtitutis.

51 Idque, etiam procedit in vocatis ad donationem.

52 Auctoritates firmantes, ob crimen poſſeſſoris Maioratus, ſeù fideicommiſſi bona deuolui ad ſucceſſiuè vocatos, excluſo Fiſco, intelligendæ, quando quis Maioratum, ſeù fideicommiſſum in bonis in eius liberæ diſpoſitione exiſtentibus inſtituit.

53 Secus, quando habuit licentiam à Principe inſtituendi Maioratum, qui non aliter voluit aſſentiri, niſi præſeruatis Iuribus Fiſci in caſu confiſcationis.

54 Reprobatur ponderatio, quòd Auctores Hiſpani firmantes, diſtinctionem, de qua ſupra n. 47. loquantur iuxtà terminos legis Hiſpaniarum, & n. ſeqq.

55 Oſtenditur, rationem ab eiſdem Auctoribus Hiſpanis adductam procedere indiſtinctè in omnibus caſibus conſimilibus.

56 In deciſione articuli conſimilis eſt attendenda ratio à Doctoribus adducta; quoties, non ſolùm eſt innixa particularibus legibus; ſed etiam Iuris communis diſpoſitioni.

57 Clauſula præſeruatiua confiſcationis in caſu criminum exceptorum æquiparatur clauſulæ tantùmmodò præſeruatiuæ in omnibus caſibus, in quibus de Iure intrat confiſcatio, & n. ſeqq.

58 Patrato crimine læſæ Maieſtatis, ſtatim ipſo Iure Dominium bonorum delinquentis quæritur Fiſco, & n. 10.

59 Clauſula præſeruatiuæ Iurium Fiſci, licet in aliquorum ſententia non faciant ſuſpenſiuam conditionem; præſeferunt tamen conditionem reſolutiuam.

60 Operantur, quòd ſi actus afferat aliquod præiudicium, pro non facto habeatur.

61 Clauſula ſine præiudicio Iurium Fiſci æquipollet verbis in licentijs Regis Hiſpaniarum apponi ſolitis in Maioratus erectione.

62 Præſeruatio Iurium; ne dum præteriti, & præſentis; ſed etiam futuri temporis tribuit nouum Ius præſeruanti, quatenus antea, non competiiſſet.

63 Ex conſtitutionibus Apoſtolicis non ſolùm Forenſes, ſed etiam ſubditi non poſſunt acquirere bona Iuriſdictionalia ſine Pontificꝯ aſſenſu.

64 Donatio, quoties eſt facta ſub conditione reuerſionis ad donantem in caſu alienationis, nullus ſucceſſor, ſiuè vocatus, poteſt prætendere, ius ſibi fuiſſe quæſitum; niſi ſub dicta conditione reſolutiua

ua initio acquiſitionis obuiante.

65 Donatio feudi, ſi fuerit facta per Principem Matri, & filio ſub conditione Iuramenti fidelitatis; ſi illud per matrem non fuerit preſtitum, dicitur reſoluta ſubſtitutio, etiam quòad filium.

66 Diſpoſitio, quoties ab initio reperitur concepta ſub aliquali preſeruatiua ad fauorem concedẽtis, ſeù permittentis, primo non implente, deficit diſpoſitio, quò ad omnes ſucceſſiuè vocatos.

67 Per moleſtiam ab vno ex hæredibus illatam vxori contra conditionem à Teſtatore appoſitam, deficit inſtitutio, & ſubſtitutio, quò ad omnes.

68 Teſtator, ſi onus fideicommiſſario iniunxit aſſumendi inſignia, nomenque familię ſub pœna priuationis; data vnius contrauentione, omnes ſubſtituti dicuntur priuati; licet ſint parati Arma, & inſignia aſſumere.

69 Caducitas incurſa ob fellouiam, vel non ſolutũ Canonem à poſſeſſore, preiudicat omnibus ſucceſſiuè vocatis in Feudo, vel Emphiteuſi pacti, & prouidentię, & de ratione.

Ideòque iuxta Baldum, ſi Regina Apuliæ delinquat contra Eccleſiam Romanam, cuius eſt feudum, ſoror non ſuccedit.

70 Declaratur Rouit. conſ. 1. lib. 1. ſuper intellectu clauſulæ fidelitate Regia ſemper ſalua, & n. ſeqq.

71 Contra Rouiti ſententiá fuit pronunciatum.

72 De diſtinctione Baldi, an, & quando crimen læſę Maieſtatis à Feudatario patratum præiudicet ſucceſſoribus remiſſiuè.

73 Vocati ſub conditione, ſi nempè primus confiſcationem non fuerit paſſus, excluduntur patrato crimine ex conditionis defectu.

74 Maioratus inſtitutio ex facultate Regia, videtur eſſe quædam diſpoſitio indiuiſibilis.

75 Super Teſtamento reuocato nullũ poteſt conſtitui fundamentum, & de ratione.

76 Precipuè, ſtante clauſula, Caſſans, &c. ex qua primum Teſtamentum, neque etiam allegari poteſt ad alterius declarationem.

77 Ex primo Teſtamento reuocato deſumi non valet interpretatio ſecundi.

78 Donare videtur, qui non adimit, quod poteſt adimere.

79 Declaratur tex. in l. vnum ex familia, §. ſi de falcidia, ff. de legat. 2.

80 Traditur intellectus l. ſi Sponſus, §. ſi quis rogatus, ff. de donat. inter vir. & vxor. & n. ſeqq.

81 Hæres preciſè à Teſtatore coactus, ſubſtituto hereditatem reſtituere cũ facultate certam deducendi portionem, illa non deducta, præſumitur, hæredem defuncti voluntatem pinguiùs impleuiſſe, vt integra hęreditas ad ſubſtitutum deueniat.

82 Prædictus tex. in d. § ſi quis rogatus loquitur præſumptiuè; ideòquè probationem in contrarium admittit.

83 Quando Teſtator adhibuit verba abſolutè arbitraria; tunc non niſi ordo, & diſtributio cenſetur hęredi commiſſa.

Secus, ſi fuerit vſus verbis liberam pręſeferentibus facultatem; tunc enim diſpoſitionis ſubſtantia dici debet commiſſa.

84 Verba, quoties ſunt prægnantia, & geminata liberam facultatem præſeferunt, licet alioquin arbitrium redoleant effrenatum.

85 Libera voluntas, an, & quando reſultet.

86 Ex verbis pręcarus, & enunciatiuis valet fideicommiſſum induci.

87 Intellige, quando reſpiciunt tempus pręſens, aut futurum; non autem pręteritum.

88 Vel quoties Teſtator vlterius nõ fuit progreſſus.

Secus, quando in liberam hęredis facultatem diſponendi, & non diſponendi totum ſe contulit.

89 Declaratur deciſio Rotæ 640. par. 1. diuerſor.

90 Eſt compatibile, quòd fideicommiſſum conditionale, & ab alieno arbitrio, & voluntate dependens, non ſubſiſtat, & nihilominus hæredis inſtitutio pura, & libera ſubſtineatur.

91 Declarantur Iura in l. fideicommiſſa 11. §. hæc verba, ff. de legat. 3. & in l. Thais 41. §. ſorore, ff. de fideicomm. libertat.

92 Ex quibus verbis excludatur inſtituendi neceſſitas.

93 Reprobatur Dec. conſ. 63. & conſ. 362. & 497.

94 Declaratur tex. in l. ſi mihi 94. ff. de legat. 1.

95 Hæres fiduciarius dumtaxat ille dici debet, qui veluti merus depoſitarius, nudusque miniſter perneceſsè totam hæreditatem alteri tenetur reſtituere.

96 Hæres fiduciarius, an, & quando quis dicatur, & an requirantur, ne dum cauſa, ſed etiam verba.

97 Hæres fiduciarius non eſt appellandus, qui liberam, abſolutamque diſponẽdi facultatem habuit.

CAPVT I.

1 IN huiuſmodi ſatis ardua, valdeque nobili controuerſia, in qua ex mandato Sanctæ Mem. CLEMENTIS X. mihi inter cæteros Vrbis Aduocatos fuit demandatum, vt quid pro veritate ſentirem, ſcriptis cõmendarem, de duobus potiſſimùm diſceptari contingit.

Primò, nempe, an ob ſententiam confiſcationis bonorum in Aula Cæſarea latam contra ſatis deplorandæ ſortis iuuenem Franciſcum Francipanium vltimo affectum ſupplicio ob deteſtabile crimen læſæ Majeſtatis humanæ in primo capite contra Imperatorem patratum, potuerit legitimo Iure Fiſcus Apoſtolicus confiſcare, tám Iuriſdictionalia, quàm Allodialia eiuſdem Francipanij in Ditione Eccleſiaſtica exiſtentia.

Secundò, admiſſa confiſcandi facultate, an Iuribus Fiſci aduerſari valeat fideicommiſſum inſtitutum fauore familiarum vocatarum poſt eiuſdem Francipanij lineam extinctam.

Quò ad primam inſpectionem, Fiſci Apoſtolici Iura uidentur omnino inconcuſſa, vtpote receptiſſimæ innixa concluſioni, quòd,
2 quoties ob crimen læſæ Majeſtatis humanæ confiſcatio prouenit ex Iuris communis diſpoſitione Auth. bona damnatorum in fine, C. de bon. proſcript. l. quis quis 5. C. ad l. Iul. Majeſt. Clar. in § fin. qu. 78. ſub n. 1. verſ. ſed certè, & in §. læſa Majeſtatis crimen num. 9. verſic. in

hoc

hoc tamen, Gig.de crim. leſ.Majeſt.lib.2. tit.2. de pœn.q.1 n.6.Farin.in Prax.q.116. de crim. leſ.Majeſt.§.1 n.12. Maſſim.Fauſt. in conſ. pro Ærar.claſ.6.ordin.576. licèt Iuriſdictiones, Burſæque Fiſcales ſint omnino ſeparatæ; Nihilominus cuiuſque loci Fiſcus capit bona ſub ſua Iuriſdictione exiſtentia; Idque ob Iuris communis auctoritatem cum iudicati poteſtate coniunctam iuxta celebrem doctrinam communis Præceptoris Bart. frequentiori Doctorum ſenſu comprobatam poſt Nicol.de Matarell.in l.1.n.50.& ſeq.verſic. aut Iuriſdictiones ſunt ſeparatæ, C. de Summ.Trin.& Fid. Cath.ibique Bald.in fine n.100.& ſeqq.idem Bald.in l ex facto 35.n.10. ff. de hered. inſtit. Canoniſta in cap.poſtulaſti de for. compet.præcipuè Butrius n.9.in fine, ibi; Si autem burſæ Fiſcales ſunt diuerſę; vt quia confiſcatio fit in terris Imperij, & bona ſunt in Territorio Eccleſiæ, vel è contra, &c. ſed ſi confiſcatio fit de Iure communi, vbilibet fit, & bona apprehendet Fiſcus loci, vbi ſunt, Abbas n.11.in fin verſ.3. caſu.Barboſ n.10.verſ. verùm ſi quis.Imol. in Clem.paſtoralis.n.52.& 70.de re iudicat.egregiè præ cęteris Io:Andr.in cap.cum ſecundùm 17.n.3.& ſeqq. de haret in 6. vbi relata contraria ſententia Riccardi de Malumb ſingulis eius argumentis ſatisfacit; ſubditque, itá pronunciatum fuiſſe per Sanctæ Memoriæ Nicolaum Quartum Ign. in l.neceſſarios §.non aliàs n.421.ff.ad Senat. Conſ. Syllan. Conſtant. in l.1 n.161.C.de pœn.Fiſcal. lib.10. Angel.de Malef.verb. Et eius bona publicamus n.5. verſ. ſecundo caſu, ibique latè Auguſt. in addit.Roman.ſingul.578.Roland.conſ.78.n.14.& ſeqq. lib.2.& conſ.21 n.19.lib.4.Alex.conſ.31.n.24.& 15.lib.1.Barbat.conſ.70.n.38.lib.4.Imol. conſ.35.num.23.in fin.& ſeqq. Plot.inter conſ. crimin.diuerſ.conſ.130.n.15.Bertaz.conſ.crim. 82.n.5. verſ. hoc præſuppoſito, & n.6.lib.1. Spad.conſ.27.num.1.& ſeq.& n. 10.& conſ. 28.n.8.lib.1.Beſold.conſ.153.n.83.& ſeqq. p. 4.& in tract. de iure ciu. cap.7.n.3. Vrſill.ad Afflict.dec.282.n.19.Farin.in praxi quæſt.25. n.100, qui teſtatur de communi, Beſſ. de public.bonor.n.62.Garron. de Iur. & priuil. Fiſc. art.36 n.85.Caſſan.ad conſuet.Burgun. rubr.2. tit.Des confiſcation. n.18. verſ.ſi verò confiſcatio fiat de Iure.Roſenthal.de feud.cap.5.concluſ. 52.in gloſ.Ripol.de Regal. cap.9.n.20. Merlin. de pign.lib.5.tit.1.q 5.n.14.vſq; ad 18.Guazzin.de confiſcat.bonor.concluſ.13.limit.13.n 9. eruditus in Vrbe Aduocatus Maſſin. eodem tract.q.43.n.6.9.& ſeqq.De Marin.reſolut.35. n.1.ibique doctiſſimus Rodoer. in addition. Ronit.in Prag.1. de bon.prodit.n.11. Gaſp.Kloch. in conſ.pro Ærar.lib.2.cap.136.n.16.Kiniskil. de Iur.& priuil.Ciuit. Imper.lib.2.cap.15.n.4. & 37. Creſp.de Valdaur. obſeruat. 15.n.281. verſ.ſed defert Fiſco.Renat. Coppin. de doman. Franc.lib.3.n.21.fol.544. Mager. de Aduoc. Armat.cap.17.n.155.Petr.de Poteſt. Princip. & infer.ab eo cap.10.n.12. Fermoſin. allegat. Fiſcal.46.n.7.& duobus ſeqq. p.1.Marc. Ant. Sabell.in ſua Pract.vniuerſ. litt. C.§.confiſcatione n.8.Sanch.ad præcept. Decal. lib.2.cap. 20.n.30.31, & 34. Caluin.de æquit. lib.1.cap. 32.n.8.Cauagnol.in Parafr.dec. 5.fol. 463. n. 34.Caball.reſolut.crimin.138.n.5.& 6. doctiſſimus Epiſc.Antonell.de loco legal. lib. 3. cap. final. qu.1 n.1.& ſeqq. Cenſal. in l vnic.§.8.n. 9.C ſi quis Imperat. maledix. Capyc.latr.conſult.131.n.31.& ſeqq. Caſtropal.oper.moral. tom.1.diſp.5.tract.4. punct.16. Card. de Luca de Regal.diſc.148.n.46.& diſc.149.n.21.Surd. dec.280.n.9. Affl.dec.282.n.16.Eruditiſsimus Ant.Fab.omni æuo cõmendandus in ſuo Cod.lib. 9.tit.6 defin.2.Io:Franc.de Ponte dec.Collater. Conſ.23.n.23.& ſeq.Rot. coram Merlin. deciſ. 125.n.9. repetita in recent.dec.449.n.9.par.5. & dec.16.n.10.poſt primum vol.conſ.Farinac.

3 Et quamuis nonnulli inferiùs laudandi Doctrinam Bart. intellexerint tantùmmodò procedere; quando ſub uno, eodemqne Principe Iuriſdictiones, Burſæq; Fiſcales ſunt ſeparatæ, prout loquitur Bart. dans exemplũ, quòd ſi Præſes Marchiæ Anconitanæ pro Eccleſia Romana publicaret de Iure communi bona alicuius, intelligerentur, etiam publicata bona, quæ ille habet in Ducatu Romano; ſecùs verò quando, proùt in præſentia, Iuriſdictiones ſunt prorſus diſtinctæ, & ſub diuerſis Ditionibus; quò caſu non ſit locus publicationi bonorum exiſtentium extra Territorium Principis bannientis ad commodum alterius Fiſci, ſub cuius Iuriſdictione eadem bona reperiuntur; licet publicatio á Iure communi ſit indicta ob defectum Iuriſdictionis, à qua tamquám ab eius cauſa prouenit publicatio præſeferens actum Iuriſdictionis, Corn.conſ.333.num.26.lib.1.Menoch. conſ.147.n.154 & firmat in ſpecie Anteſignanus huius ſententiæ Peregrin.de Iur. Fiſc. lib.
4 5.tit.1. nu.138. verſ.ſed hic ſubſiſtendum, ubi, quòd Bart. doctrina ſit vera, quoties confiſcatio præſupponitur facta pro delicto, pro quo delinquens vbique puniri poteſt, & cum authoritate Superioris, vbique Iuriſdictionem habentis, veluti pro crimine hæreſis, quod vbique eſt delictum; nam tunc Fiſcus, ubi bona ſunt ſita, illa capiet, & ſententia Ius faciet apud omnes Fiſcos; ſecus verò ſi confiſcatio facta fuerit pro crimine ſæculari; nam tunc in praxi non uidetur, poſſe adaptari, quòd per ſententiam latam ab Imperatore, aut Rege Hiſpaniarum bona delinquentis exiſtentia ſub Dominio Veneto publicentur, & per illius Fiſcum occupentur, cum quò ad hæc bona deficiat Iuriſdictio confiſcantis, eundemque Peregr, ſequuntur Horat. Montan. dans exemplum de Rege Hiſpaniarum, & Galliæ de Regal.tit. bona contrahentium inceſtas

ſtas

ſtas nuptias n.16.Bottilier.de ſucceſſ. ab inteſt. Theor.110.n.23.verſ.alij tamen melius dicūt, Guazzin.de confiſcat. d.concluſ.13.limit.13.n. 13.verſic.qui Peregrinus Maſſin. eod. tract.qu. 43.n.19.& latiùs prę ceteris hanc ſententiam contra Fiſcum ſubſtinet innixus auctoritati *Peregrini Bellon.de Iur.accreſc. p.3.cap.10.q. 3.à n.64.vſque ad 74.*

5 Nihilominus prædicta ſententia nullo prorſus Iure meretur attendi,& omnino reijcienda uidetur, utpote aberrans à communi, & innixa principijs nullatenus in Iure ſubſiſtentibus.

Primò, quia ſi attendere uelimus auctoritates allegatas *à Peregrin.* loco ſuperiùs citato, ſub cuius fide articulo non examinato ſimpliciter cæteri turmatim pertranſeunt, nullo Iure firmant aſſumptum, neque adaptantur; ſingulas enim breuiori, qua poteſt, methodo, percurrendo.

Allegatur primo loco *Caſtrenſ. conſ.* 319. *lib.*1.qui expreſsè loquitur in caſu, quo confiſcatio fuit facta iuxta formam Iuris municipalis Florentiæ, *vt n.3.verſ.dico etiam*,ibidem expreſsè contrarium firmans, quando confiſcatio fieret de Iure communi, & ita eſſe intelligendum *Caſtr.* in ſpecie aduertit *Auguſtin.ad Angel. de maleſic. verbo, & eius bona publicamus n.5.verſ.& intellige.*

Præter quám quòd idem *Caſtr.* loquitur, quando ſententia fuit lata in contumaciam, qui caſus, ex infra firmandis, eſt omnino diuerſus á præſenti, in quo ſententia vltimi ſupplicij iam fuit exequutioni demandata.

Secundò loco adducitur *Butr.conſ.*60.qui præſupponit, non adeſſe crimen læſę Majeſtatis, quòdque confiſcatio fuerit facta in uim particularis ſtatuti, ut ex conſilij initio dignoſci poterit.

Tertiò affertur *Bologn.conſ.*35.qui pariter ſupponit, ſententiam confiſcationis fuiſſe latam in contumaciā, prout in themate conſilij, & clarius *n.* 8.

Quartò *Nellus de Bannitis in prima parte ſecund.temp.q.*17.*n.*17. & præter quàm quòd illius diſtinctiones non eſſe attendendas dicit in ſpecie *Farinac.in Praxi d.q.25 n.3.verſ. & licet*; adhuc ſi diligenter conſideretur *in verſic quando fertur circa med.*potius probat contrarium, admittendo Doctrinam *Bald.in d.l.1.in fin. C.de Summ. Trinit. & fid. Cath.*quoties verſamur in cōdemnato cū morte ſubſequuta, qui ex proximè allegādis efficitur ſeruus pœnæ, *vt in l.qui vltimo,ff.de pœn.*

Tandem affertur *Afflict. in cap. Domino Guerram, §.nunc venio num.8.in tit.hic finitur lex*; ſed in meo Codice deſideratur.

Patet igitur ex prædictis, auctoritates *à Peregrino* allegatas non firmare contrariam concluſionem, quinimò loqui contra com-
6 munem: Si quidem theoricam *Bartoli* procedere; etiam in diuerſis Principatibus, & Dominijs, optimè firmant in ſpecialibus terminis,omiſſis alijs, qui poſſent allegari.

Anton.de Butr.in cap.poſtulaſti n.9. de foro compet. ubi reaſſumendo doctrinam *Bart.* in ſpecie loquitur de confiſcatione facta in Terris Imperij extendenda ad bona ſita in Terris Eccleſiæ.

Imol.conſ.35.n.23.in fin.& ſeq,ubi de Ferraria, & Venetijs.

Alexand.conſ.31.n.2.4.& 15.lib.1. ubi de diuerſis Territorijs Bononiæ, & Mutinæ.

Barbat.conſ.70.per tot. ubi de Bononia, & Ferraria.

*Bertazzol.conſ.criminal.82.num.5.verſ.hoc præſuppoſito,& num.6.lib.1.*ubi de bonis exiſtentibus in Territorijs Mutinenſi, & Bononienſi.

Spad.conſ.27.lib. 1. ubi ita in praxi deductū fuiſſe teſtatur in Vrbe ob confiſcationem in Gallia ſequutam.

Andr.de Iſern.in tit. quæ ſint regalia nu. 48. verſ.ſed ſi lex,ubi,quòd ſi Gallicus, uel tenens bona Franciæ delinquat in Regno Siciliæ, in quo ibi iuſtè condemnatus ſit, perdet bona Franciæ; nam ſententia facit Ius,quò ad omnes, & pro ueritate res iudicata accipitur.

Cabal.reſolut.crimin.138.n.6.,ubi teſtatur, quòd ob crimen læſæ Majeſtatis humanæ patratum contra Marchiones Malaſpina fuerint publicata bona Perduellium exiſtentia in diuerſis Iuriſdictionibus, & in alieno Principatu.

*Capyc.latr.conſult.151.n.21,& ſeqq.*ubi de confiſcatione facta in ſtatu Eccleſiaſtico extendenda ad feuda exiſtentia in Regno Neapolitano.

*Caſſan.ad conſuetud.Burgund.rubr.2.tit.Des confiſcationes n.17.& ſeqq.*qui pariter loquitur in diuerſis Principatibus.

*Card.de Luca de Regal. diſc.148.nu.46.*ubi, quód propoſitio ſit communis, & recepta, quòd in bonis exiſtentibus in diuerſis Ditionibus, ſeu Principatibus quilibet Fiſcus confiſcat in ſuo; idque teſtatur in praxi deductum per Datariam, & Cameram Apoſtolicam, à qua fuerunt publicata officia uenalia poſſeſſa per eum, cuius bona ob crimen læſæ Majeſtatis humanæ fuerant confiſcata in Principatu Ianuæ,*& diſc.149.n.21.*ubi quòd *Cin.,Bart.,Bald.*,& alij *in d.l.1.C.de Sūm.Trin. & Fid.Cathol.* exemplificent in Bononienſi, qui poſſidet bona in Territorio Mutinenſi, uel è contra.

7 Quibus ſtantibus,ſententia pro Fiſco non ſolùm eſt magis communis;ſed etiam uſu recepta, utpote comprobata ex inconcuſſa obſeruantia rerum Iudicatarum in pluribus caſibus, in quibus ob ſententias confiſcationis bonorum latas à Principibus exteris,Camera Apoſtolica publicauit bona Delinquētis ſita

in

in Ditione Eccleſiaſtica; prout, omiſſis alijs,
ita ſuit obſeruatum in confiſcatione bonorũ
Concini exiſtentium in ſtatu Eccleſiaſtico ob
ſententiam confiſcationis contra eundem la-
tam in Gallia, de qua loquitur *Spad. d. conſ.
27.lib.1.*

8 Verùm, ut prædicta receptiſſima ſententia
Fiſco fauorabilis, reiectis contrarijs, ſolidiùs
confirmetur, placeat aduertere, quòd potiſ-
ſima ratio, cui innituntur *Peregrin.* eiuſque
Aſſeclæ ſuper defectu Iuriſdictionis, omnino
corruit: Cum enim in crimine læſæ Maje-
ſtatis confiſcatio bonorum ſit ipſo iure in-
dicta à lege communi, & uniuerſali, quæ ubi-
que locorum una, & eadem eſt, ſemperque
9 loquitur, *l. Arriani, C. de haretic.* adeòut ſe
habeat, tanquàm Princeps Vniuerſalis in to-
to Orbe.

Meritò Apoſtolici Fiſci ius nullatenus eſt
deſumendum ex confiſcatione facta in ſen-
tentia Iudicis condemnatis; ſed potius indi-
cta à lege, quæ ipſo Iure confiſcat bona delin-
10 quentis, quoties agitur de crimine læſæ Ma-
jeſtatis Diuinæ, uel humanæ *d.l. quis. quis, C. ad
l. Iul. Majeſt. Auth. bona damnatorum in fin. C.
de bon. proſcriptor.* adeòut confiſcatio fauore
Reu. Cameræ, non tam ex competentis Iudi-
cis ſententia, quàm ex Iuris communis di-
ſpoſitione deſcendat, cuius auctoritas vbi-
que Terrarum uiget; ſolùmque deſeruiat ſen-
tentia Iudicis condemnantis pro ſimplici
declaratione criminis, ut poſſit poſteà deue-
niri ad exequutionem confiſcationis anteà
factæ à lege, ut egregiè declarant *Archidiac.
in cap falicis ſub n.13. ad med.* ibique *Gemin.
n.8. de pæn. in 6. Barbat. d. conſ. 70. n. 39. verſ.
facit text. lib. 4. Spad. d. conſ. 27. num. 14. lib. 1.*
alijſque adductis *Farinac. de crimin. laſa Ma-
jeſt. qu. 116. §. 1. n. 20. Carpan. ad ſtatut. Mediol.
§. omnium n. 632 Maſſin. de confiſcat. qu. 43. n.
14. & ſeqq.* & conferunt adducta *per Amaja
in l. 1. n. 58. & ſeqq. C. de Iur. Fiſc. lib. 10.* & ad
propoſitum innuit, *Iſern. in tit. qua ſint regal.
n. 48.* & eleganter aduertit *Ant. Fab. in C. lib.
9. tit. 27. definit. 1.* ubi, quòd irrogata per cõ-
petentis Iudicis ſententiam uniuerſorum bo-
11 norum publicatio, ſi eam cauſam habuit, quę
ex Iuris communis ratione proficiſcatur; ad
ea quòque bona pertineat, quæ in alienæ Iu-
riſdictionis Territorio exiſtunt, quippèque
Ius ubique faciat, propter Iuris communis
auctoritatem cum Iudicati poteſtate con-
iunctam.

Prout, neque etiam alicujus momenti eſt
altera ratio, quam adducit *Peregr.* quòd Ban-
12 nitus in uno Territorio ſit capax acquiren-
di, & retinendi bona in alio, nam optimè
procedit concluſio, quando uerſamur in con-
fiſcatione facta contra contumacem, qui cum
non dicatur ſeruus pœnæ, inſpecto Iure no-
13 uiſſimo *Auth. ſed hodie, C. de donat. inter vir.
& vxor.* abſque dubio poteſt acquirere, &
retinere in alieno Territorio, quia quò ad
Principem, in cuius Ditione bona ſunt ſita,
non cenſetur reus deliquiſſe, neque ipſius bo-
na dici poſſunt uacantia, cum ab ipſomet
Domino retineantur.

Secus verò, quando (prout in præſenti
Themate) fuit ſubſequta mors delinquentis,
14 qui cum ſeruus pœnæ ſtatim fuerit effectus
*l. qui vltimo 29 l. quò ad ſtatum 12. ff. de pæn.
gloſ. in Auth. ſed hodie in princip. C. de donat.
inter vir, & vxor,* alijque inferiùs allegandi,
non poteſt retinere dominium bonorum exi-
ſtentium in alieno Territorio; Ideòque Fi-
ſcus, ubi bona ſunt ſita, illa occupat, ſi non
15 Iure confiſcationis, ſaltem uti uacantia,
iuxta ſingularem receptamque diſtinctio-
nem, *Bald. in l. 1. in fin. n. 100. & ſeq. C. de
Summ Trinit. & Fid. Cath. vbi, quòd ſi ſtatus
perſona ſic mutetur, quòd non poteſt habere
proprietatem bonorum, tunc omnia confiſcan-
tur, vbique poſita, puta, cum quis decapitatur;
non tamen confiſcãtur omnia Fiſco Iudicis pro-
nunciantis, ſed Fiſco ratione bonorum, qui oc-
cupat illa, vt vacantia, & repellitur hares:
Aut ſtatus perſonę non repugnat obtinenda
proprietati; tunc non confiſcantur, niſi bona,
qua habentur in loco condemnationis; non bo-
na extra illud Territorium ſitnata, nam quan-
tùm ad confiſcationem poteſt diuidi effectus
ſententia,* ut ſunt ipſiſſima aurea uerba *Baldi*,
& benè poſt eundem utrumque caſum diſtin-
guentes aduertunt *Auguſt. ad Angel. de male-
fic. verbo, & ejus bona publicamus n. 6. & ſeq.
Nell. de Bannit. vbi ſupra n. 17. in fin. Caſtr. d.
conſ. 319. n. 3. verſ. Dico ergo lib. 1. Barbat. conſ.
70. n. 38. lib. 4.* & admittit acerrimus propu-
gnator contrariæ ſententiæ, *Bellon. Iun. de
Iur. accreſcen. d. cap. 10. qu. 3. n. 52. & ſeqq.*

Atque ex hac recepta diſtinctione fundi-
tus corruit contraria ponderatio, quòd ſicu-
ti, ſi Frangſpanius condemnatus in contu-
maciam ab Imperatore cum confiſcatione
bonorum ob crimen læſę Majeſtatis confugiſ-
ſet ad ſtatum Eccleſiaſticum, non potuiſſent
ejus bona publicari, fuiſſetque capax, tan-
quàm homo integer, retinendi illorum do-
minium, & de nouo acquirendi; Ita, etiam
idem dicendum, poſtquàm obijt vltimo affe-
ctus ſupplicio.

Siquidem hujuſmodi paritas, & illatio ma-
nifeſtè conuincitur erronea ex ſupradicta
diſtinctione *Baldi*, & aliorum ſuperiùs alle-
gata, conſtituentium, ad effectum, de quo
agitur, maximum diſcrimen inter unum
caſum, & alterum.

16 Nullatenus uerò uidetur tanto Viro digna
propoſitio, per *Peregrinum* adducta, qui im-
pugnando prędictam diſtinctionem *Baldi*, ait,
quòd ſi reus naturaliter ſit mortuus, ſucce-
dant ejus hæredes ab inteſtato in bonis non
con-

Digitized by Google

confiſcatis exiſtentibus in aliena Prouincia; Ideóque nõ ſint vacantia; eſt enim pluſquàm manifeſta petitio principij; ſupponit enim id, quod eſt in quęſtione, vt ſcilicet vltimo ſupplicio affectus pro crimine, pro quo
17 de Iure communi bona confiſcantur, non ſit ubique ſeruus pœnę, quòdque hæredes poſſit habere, quod omnino eſt falſum, & à regulis Iuris aberrans, utpote repugnans expreſſæ diſpoſitioni *text. in d. l. qui vltimo 29. ff. de pœn. gloſ. in d. Auth. ſed hodie in princip. C. de donat. inter Vir, & Vxor. Altegrad. conſ. 98. n. 34 lib. 1. Ciarlin. controu. 161. num. 27. & ſeqq. Andreol. controu. 58. n. 17.* eruditiſſimus, maximiq; ingenij vir. *Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 32. n 34. & ſeq. Mart. Medic. dec. 42. & in addit. n. 2. & ſeqq.*

Prout fallax eſt alterum aſſumptum, cum
18 quo procedit *Bellon. Iun. de Iure accreſc. d. cap. 10. qu. 3. n. 74.* quòd Reus ultimo ſupplicio affectus de Iure nouiſſimo non ſit ſeruus pœnæ ex diſpoſitione *d. Authent. ſed hodie, C. de donat. inter Vir, & Vxor.*

Siquidem *textus* eiuſdem *Authent.* correxit jura antiqua ſolùmmodò in condemnatis ad mortem ciuilem, ueluti deportationem, damnationem in metallum, & alias ſimiles pœnas, in quibus condemnati naturaliter non moriebantur; ſed ſuperuiuebant, qui alioquin, inſpecto antiquo Iure, ſtatim efficiebantur ſerui pœnæ *l. aut damnum, §. eſt pœna l. quò ad ſtatum 12. l. quidem 17. l. qui vltimo ſupplicio 29. ff. de pœn.* cuius antiqui Iuris rigorem dicta *Auth.* ſubſtulit; diſponendo, quòd iſti hodie non efficiantur ſerui pœnę, ſed quò ad eos, qui ſunt condemnati ad mortem natura-
19 lem cum ſubſequuta, (prout in præſenti) exequutione ſententię; ita ut moriantur, neque ſuperuiuant, Iura antiqua remanſerunt omnino incorrecta, & etiam hodie ſerui pœnę efficiuntur, prout in ſpecie declarat *gloſ. in d. Auth. ſed hodie in princip.* optimè aduertens, quód per eandem *Auth.* non ſit correcta *d. l. qui vltimo, ff. de pœnis*; cum loquatur de ſuper uiuentibus pœnæ ultimi ſupplicij, qui de Iure nouiſſimo non efficiuntur ſerui pœnæ; non autem de affectis pœna ultimi ſupplicij, cum morte ſubſequuta, qui abſque principio difficultatis ſerui pœnæ efficiuntur; idemque firmat *Barboſ in d. Auth. n. 3. Bart. in l. eius, qui apud Hoſtes 8. §. ſi cum n. 1. ff. qui teſtam. facer. poſſ. Marant. in l. is poteſt n. 113. ff. de acquirend. poſſ.* quæ eſt impreſſa in fine eius praxis *Gilel. in l. 2. n. 2. C. qui Teſtam. fac. poſſ. Couar. in 3. parte Rubr. n. 24. & nu. 44. de Teſtam. Vaſq. de ſucceſſ. reſolut. lib. 1. §. 3. n. 27. Andr. ab Eccleſ. inter cõſ. feudal. diuerſ. conſ. 58. nu. 9. Cephal. conſ. 58. ſub num. 4. & 22. lib. 1. Bim. conſ. 11. n. 26. & ſeq.* aduertens, jus antiquum non eſſe correctum in delictis, pro quibus publicatio bonorum eſt indicta *Beſold. conſ. 153. n. 84. par. 4. Spad. conſ 27. nu. 19. lib. 1. Gomez ad l. 4. Tauri nu. 3 Gam. decij. Luſitan. 362. n. 2. & in tract. de Sacram. præſtand. vltim. ſupplic. damnat. qu. 5. & 7.* vtrobique *nu. 10. Pinel. Select. interpetr. lib. 2. cap. 7. nu. 9. Renſner. de Teſtam. p. 2 cap. 43. num. 4. & ſeq. Manſ. eod. tract. tit. 2. n. 39. verſ. hodie autem. Farinac. de crim. læſ. Maieſt. q. 116. §. 2. per tot.* egregiè doctiſſimus *Nicol. Anton. in tract. de Exilio lib. 2. cap. 23. ſub n. 15.*

20 Quæ omnia fortiùs procedunt in condemnatis ad mortem naturalem ob crimen læſæ Maieſtatis in primo capite, in quibus non habet locum *text. in d. Auth. ſed hodie*, ſed efficiuntur ſerui pœnæ, neq; poſſunt habere hęredes, ſed Fiſcus ubique occupat eorum bona, uti uacantia *Gig. de crim. læſæ Maieſt. lib. 2. Rubr. de pœn committen. crim. læſæ Maieſt. q. 2. n. 1. in fin. Farinac. eodem tract. qu. 116 § 2. per tot. Beſold. conſ. 153. n. 8. p. 4.* ubi, quòd non ſolùm efficiantur inteſtabiles, nec poſſint ha-
21 bere hæredem; ſed perdant Ciuitatem, libertatem, & omnia, quæ hominibus liberis cõpetunt *Renſner. de Teſtam par. 2. cap 43. nu 4. & ſeqq. Manz. eodem tract. tit. 2. n. 39. verſ. hodie autem Carpzon. in prax. crimin. par. 3. qu. 135. num. 26. & ſeqq. Miller. de Princip. & ſtat. Imper. Roman. German. par. 2. cap. 68. num. 7.* eamdemque differentiam, inter capitaliter damnatum cum morte ſubſequuta, & damnatum, in uita tamen ſuperſtitem, benè agnouit ex aduerſo allegatus *Bellon. de Iur accreſc. d. cap. 30. q. 3. n. 52. & ſeq. & n. 64. & ſeqq.* & tamen *n. 69. & ſeqq.* fretus auctoritate *Peregrini* loco ſuperiùs laudato, cum eodem miſerè labitur.

22 Prædictis omnibus accedat, quòd cũ in vindicandis pœnis per *legem Iuliam* inflictis aduerſus reos læſæ Maieſtatis, publica omnium Principum cauſa defendatur, ut eleganter aduertit eruditus *Anneus Robert. lib. 2. rer. iudicat. tit. ad leg. Iul. Maieſt. decret. 32.* ibi: *Quæ*
23 *Principi affertur iniuria, omnino aliorum Principum iniuria eſt, quia non tàm perſona, quàm dignitas læditur*, quod, & Darius in ultimo vitæ ſpiritu exclamauit uindictam poſcens
24 ab Alexandro Magno aduerſus Beſſeum, à quo fuerat occiſus, ut refert *Iuſtin. lib. 2. hiſtor. in princip* ibi: *Quod ad vltionem pertineat iam non ſuam, ſed exempli, communemque omnium Regum eſſe cauſam, quam negligere illi, & indecorum, & periculoſum eſſe.*

Multò magis id aſſerendum in præſenti; quia cum crimen læſæ Maieſtatis fuerit patratum aduerſus Imperatorem, qui non ſo-
25 lùm eſt confæderatus Papæ; ſed eius Aduocatus, & defenſor *cap. venerabilem 34. de elect. Petr. de Monte in tract. de Monarch. concil. verſ. poſtquàm n. 3 Loffred. conſ. 5. n. 34.* latè *Mager. de Aduocat. Armat. cap. 7. n. 50. & ſeqq.* præcipuè *n. 57. Decian. tract. crim. tom. 2. lib. 7. cap.*

cap.8.n.4. verſ. imò offendens Imperatorem, *Pariſ.de Put.de re milit.* §.*pæn. Vulſur.de Regim.mund.in 2.par.q.4.n.16.Franc.Arias de bello n.198.Marc.Mont.de concil. nu.194. Reſtaur.de Imperat.q.73.n.7.& ſeq. Gig.de crim. læſæ Majeſt.tit.qualit. & à quib.crim.læſ.Majeſt.committ.q.8.per tot.Rot.dec.16.n.22. verſ. quia crimen dicitur commiſſum in Papam poſt primum vol.conſ. Farin.* Quinimò Imperatorem eſſe feudatarium Eccleſiæ, illique præbere fidelitatis iuramentum, *per text.in cap. tibi Domino diſtinct.63.& in clement.1.de Iure iur.* ubi fuit præſtitum S.M. Clementi V. ab Henrico Imperatore, idemque ſtatutum *in Concilio Toletano ſexto*, circà tempora S.M. Honorij Tertij, affirmat *Mart.de Iuriſd.p.1.c.18. n.12. & ſeqq.*

26 Hinc reſultat, ut offendens Imperatorem, Papam offendere dicatur; atque adeò incidat in pœnam læſæ Majeſtatis, etiam quò ad ipſum Papam, ut in ſpecie *Barc. in extrauag. ad reprimendum verbo rebellando n.6.verſ.quid ſi aliquis homo de Terris Eccleſiæ. Præpoſit. in cap.in primis* §.*de perſona n.22.2.q.1.* optimè uidendus *Gigas de crim. læſæ Majeſt. tit qualiter, & à quibus crim.læſæ Majeſt.committ.qu. 8.per tot.inter tract. diuerſ.tom.2.fol.76.* ubi, ſiuè delinquens ſit ſubditus Imperatoris; ſiuè Papæ. *Farinac.in Prax.tom.4.q.112.n.246.& ſeq.Decian in tract.crimin.lib.7.cap.5.n.19.& cap.8.n.3.verſ. ideò offendens Imperatorem. Menoch.conſ.99.n.38.lib.1.* alijſque congeſtis *Laratha in Teatr.feudal.par.10. dilucid.113. Rota d.dec.16.n.22. verſ. & poteſt, poſt primũ vol.conſ. Farinac.*

Præcipuè, quia Francipanius coniurauit in
27 Regnum Hungariæ, quod eſt fiduciarium, &
de juribus S.Petri, & Sedis Apoſtolicæ, à quo
Sanctus Stephanus Rex titulum Regium à
Siluestro ſecundo accepit, ſeque, & Regnum
ejdem Sedi ſubmiſit, teſte eruditiſſimo *Bonfin.*
rer.Hungaricar.decad.2.lib.1. vbi refert diplo-
28 ma S.M.Gregorij VII. aliaque duo diploma-
ta adducuntur per *Steuc.Hiſtor. lib.2.cap.94.*
quæ idem Gregorius ſcripſit Salomoni Regi
Hungariæ inter *decretal. diuerſ. tom 2. epiſt.*
13, in qua habentur hæc uerba: *Sicut à majoribus Patriæ Tuæ cognoſcere potes, Regnum Hungariæ Sacroſancta Romana Eccleſiæ proprium eſt*, & in alia eiuſdem Gregorij ad Geuſam Hungariæ Ducem, quæ eſt *ld* 70. *Marc. Ant.Marcell. Venetus in eius tract. de Iur. ſecular.Roman.Pont.cap.25. Cardin. Baron.Annal.Eccleſiaſt.tom.2. Anno Dom.1074.fol.464.* iuxta Romanam Impreſſionem, idemque tradit *Laurent.Beierl.in Theatr.Vitæ Humanæ tom.6. Verbo Pontifex fol.539.litt.A.* & habetur, etiam in Breuiario Romano in lectione S. Stephani Regis Hungariæ ſub die 20. Auguſti, ibi: *Stephanus in Hungariam Chriſti fidem, & Regium nomen inuexit, Regia Corona à Romano Pontifice impetrata, ejuſque iuſſu in Regem inunctus, Regnum Sedi Apoſtolicæ obtulit*, & legitur, etiam in Epiſtola ejuſdem Siluestri ad ipſum Regem relata per *Melchior Incofer.in Annal.Hungar.tom.1. Anno Chriſti 1000.pag.256*, nec non ex alijs S. M. Nicolai Quarti ad Rodulphum Romanorum Regem, & Albertum Auſtriæ Ducem, & ad Legatum Apoſtolicum in dicto Regno, relatis à *Rainaldo Annal.tom.14.Anno 1291.n.47. & Anno 1306.n.25.* ubi refert Inſtrumentum factum in Comitijs Generalibus, in quibus præſente Legato Apoſtolico Proceres Regni decreuerunt, quòd ad Summum Pontificem Regis confirmatio pertineret; Idemque comprobãt *Auguſt.Steuc.in comput. Lauren. Vall. de falſ. donat.Conſtãt.lib.2.n.94.Hermeſ.in faſcic.Iur. public.cap.4.de Imper.Roman.num.20.* impius, omnique æuo deteſtandus *Bodin. de Republ. lib.1.cap.9.*§.*ad præterea Regna fol.210.* qui teſtatur, à Ladislao Vndecimo, promiſſum Summo Pontifici annuum cenſum, idque negare non audet ſemper execrandus *Arniſeus de Iur.Majeſt.cap.4.verſ.verùm Pontifex*, & ex Noſtris *Azor.inſtit.moral.tom.2. lib.11.cap. 5.qu.4.verſ.Hungariæ Regnum.Mart.de Iuriſd. p.1.cap.26.n.49. & ſeq.*

29 Quibus ſtantibus ob crimen læſæ Maieſtatis patratum contra Imperatorem, uti Regem Hungariæ ab Eccleſia Romana agnoſcẽtem omnem poteſtatem, dici debet læſa Majeſtas ipſius Sedis Apoſtolicæ; ideóque eo fortiùs ſibi locum uindicant ſuperius deducta reſpectu permiſſæ confiſcationis.

30 Quinimo; quatenus, (ſine veri præiudicio) Regnũ Hungariæ eſſet tantùmmodò ſub protectione, & clientela Sedis Apoſtolicæ; adhuc eadem læſio conſiderari debet reſpectu Pontificis; Ius enim clientelæ, & protectionis ad mutua obligat officia, *text.Bodin.de Repub. lib.1.cap.7.pag.106.verſ.quæ omnia*, latè *Miller.de Princip.& stat.Imperat.p.1.cap.18.per tot.* & ex Noſtris *Anſald.de Iuriſd.p.3.tit.vnic. cap.8.n.64.& ſeq.* benè *Arias de Meſa*, olim egregius Præceptor meus in Neapolitana Accademia, cui totum debeo, quantum in legali ſcientia profecerim, *Var. lib.2. reſol. 21. num. 9.*

Prædicta verò omnia fortiùs procedunt,
31 cum crimen à Francipanio commiſſum re uera tangat ſtatum Religionis, ejuſdemque
maximum detrimẽtum, ob deteſtabilem con-
iurationem habitam cum Turcis infeſtiſſimis
hoſtibus Chriſtiani nominis in euerſionem
Regni Hungariæ; Meritó, non ſolùm dicitur
commiſſum crimen læſæ Majeſtatis humanæ;
ſed etiam Diuinæ, quo caſu eſt indubitatum,
32 quòd vnuſquiſque Fiſcus confiſcat in ſuo,
etiam ſi Principatus ſint diſtincti *cap.cum ſe-*
cundùm, §.*fin.de hæret.in 6.Farinac. de hæreſ.*
qu.190.num.176. alijque congeſti per *Bellon.*

Iun.de jur.accreſc.d.cap.10.q.3.n.29. & ſeqq.
33 prout in fortioribus terminis aſſeritur,
quòd deferentes arma Infidelibus ſint punien-
di, tanquám hæretici, & ſubijciantur foro
Sacræ Inquiſirionis *cap.cum ſecundùm de hæ-
ret.in 6.Bonadill.in Polit.lib.1. tom.1.cap.17.
n.69.*Canter.*in ſuis quæſt.cap.1.de hæret.n.67.
& ſeq.* ubi, quòd hoc crimen tendat in de-
trimentum ſtatus torius Religionis, Reipu-
blicæque Chriſtianę,*Caren.de Offic S.Inquiſit.
p.2.tit.17.§.20.de Portant.arma Infidel.n.64.
& ſeqq.Azeued. ad leg.nou. recompilat. lib.8.
tit.2.de lôs Iudos, Iudios, y Moros leg.10. per
tot. Caſtropal.oper. moral. tract. 9. diſput. 8.
punct.16.§.10.*
34 Et generaliter, quòd ob quamlibet tranſ-
greſſionem legum Eccleſiaſticarum in perni-
ciem Religionis, bona ubique exiſtentia poſ-
ſint confiſcari, tradunt *Suarez de defenſ. fidei
lib.3.cap.22.& de fide,& ſpe diſput.22 ſect.6.
n.3.Caſtropal.oper.moral.tom.1 diſput.5 tract.
4.puncto 16.*

Neque alicujus momenti videtur obiectum,
quòd proceſſus contra Francipanium confe-
ctus non fuerit productus; atque adeò de cri-
mine læſæ Majeſtatis non dicatur conſtare.

Siquidem,omiſſo, quòd ſatis probabilis ſit
35 opinio affirmans, ad criminis comproba-
tionem ſufficere Inſtrumẽtum ſententiæ con-
demnatoriæ, quoties (prout in hac ſpecie)
non in cõtumaciam, ſed potius ex veris pro-
bationibus reperitur prolata iuxta theori-
cam *Bald.in l.ſciant cuncti 25.nu.12. in fin.C.
de probat.Felin.in cap.cum in Eccleſijs 10.n.9.
de major.& obedien.Natt.conſ.540.nu.17. 28.
& ſeq.Maſcard.de probat.concluſ.461.nu.21.
Zuff. de crim.proceſſ.legitim.lib.1.qu.41.num.
12.& ſeqq.* & in ſpecie *Spad. d.conſ.27. à nu.
21.* uſque ad finem, *& conſ.65.*per tot.*lib.1.*

Adhuc in re, de qua agimus, cum confi-
36 ſcatio re ipſa fiat à Iure communi; non vin-
dicat ſibi locum regula, quòd ſententia ſine
actis non probet *Caſſador.dec.3. de procurat.
Mohedan.deciſ.11.de re judicata*; Non enim
propriè agitur de illius exequutione;ſed ſen-
tenria, & fides illius exequutionis ſolùmmo-
37 dò deſeruit ad oſtendendum factum, quod
ſcilicet Francipanius debitas pœnas fuerit
conſequutus pro crimine læſæ Majeſtatis ipſo
Iure inducente cõfiſcationem bonorum, pro-
ut rectè aduertit *Spad.d.conſ.27.num.21. &
ſeqq.lib.1.Put.dec.198.nu.1.& ſeq. & deciſ.
391.n 1.lib.1.incorrect.Card.Mantic.dec.350.
n.9.Royas dec.475.n 3.verſic. hoc tamen Rot.
in recent.dec.296.n.3. & ſeq.p.5.& deciſ.72.
nu.10.& ſeq.p.9.*

Præcipuè,quando fecit tranſitum in rem
38 iudicatam *Cranett.de antiq.tempor.p.2. num.
32.*& in his terminis *Spad.d.cõſ.27.n.31.lib.1.*

Multòque magis, cum verſemur in ſenten-
39 tia ab Excelſo Conſilio Status Imperatoriæ
Majeſtatis prolata ſuper atrociſſimo crimine
læſæ Majeſtatis, cujus proceſſus copia dari
non ſolet, ne Regnorum Sacra pandantur
Arcana; his enim ſtantibus nunquám dubi-
tatur de ſufficientia ſententiæ, etiam ſine
actis *Spad.d.conſ.27.n.32.lib.1.* & in terminis
læſæ Majeſtatis Diuinæ *Gratian.cap.121.n.4.
Verall.dec.134.n.2.& 3.p.3.*Rota *poſt ſecundũ
volum.conſil Farinac.dec.123.n.10.* & admit-
40 tit *Buratt.dec.94.nu.3.* præcipuè,quando de-
lictum eſt ſatis ſuperque notorium, quo caſu
ad exequendam pœnam á Iure communi in-
dictam,nedum acta, ſed neque aliud Iudicis
factum requiritur, ut poſt plures allegatos
*Schrader de feud.2.par.9 princip.ſect.8 ſub n.
47.verſ.atque hæc.Peregrin.de Iure Fiſci lib.3.
cap.8.num.18.Carlenal. de Iudic.lib.1.tom.2.
diſp.1.num.46.*

Quò verò ad ſecundam inſpectionem,con-
fiſcationi non aduerſatur fideicommiſſum
ordinatũ in donatione per Clar. Mem.Car-
dinalem Antonium Barberinum ad fauorem
familiarum vocatarum poſt extinctam lineã
Franciſci; Præmiſſa enim incontrouertibili
facti ſerie, quòd licet Marius Frangipanius
in Teſtamento condito 17.Septembris 1638.
de Caſtro Nemi,alijſque omnibus ſuis bonis;
Primogenituram inſtituerit ad fauorem pri-
mo loco familiæ Francipaniæ de Croatia,
ſecundo familiæ Frangipaniæ de foro Iulio,
tertio familiæ Franciſci Fliſci Ianuen. quar-
tò familiæ de Maximis Romanæ, quintò ran-
dem familiæ Aſtalliæ pariter Romanæ, cum
prohibitione alienationis, ac cuiuſcumque
detractionis, priuando vocatos in caſu deli-
cti, etiam ex crimine læſę Majeſtatis,ob quod
eſſet imponenda pœna confiſcationis bono-
rum per menſem ante.

Nihilominus 14. Ianuarij 1654. præuia
reuocatione dicti primi Teſtamenti, aliud
condidit, in quo vniuerſalem hæredem libe-
rè, & abſque ullo onere inſtituit Cardinalem
Antonium Barberinum, eundem rogando,
quòd ipſi, ſi magis placeret, de dicta hæredi-
tate diſponeret iuxta formam, & modum
ab ipſo Teſtatore præſcriptum in primo ejus
Teſtamento, & eo caſu familia Aſtallia præ-
ferri deberet familiæ de Maximis, collata
tamen ad liberam voluntatem D. Cardinalis
diſpoſitione modo, quo ſupra facienda, ad
quam noluit eundem D. Cardinalem obliga-
re, qui volens de bonis ſub dicta hæreditate
compræhenſis diſponere ad fauorem Foren-
ſium, præuia ſupplicatione, in qua fuerunt
recenſitæ ſupradictæ diſpoſitiones contentæ
in vtroque Teſtamento, non tamen fuit facta
aliqua mentio de prohibitione alienationis
cum priuatione vocatorum delinquentium
per menſem ante, etiam in caſu delicti læſæ
Majeſtatis, ex quo veniret imponenda pœna
confiſcationis bonorum, obtinuit à S M.Ale-

xandro

xandro VII. facultatem diſponendi de Caſtro Nemi, alijſque bonis ad fauorem exterarum familiarum de Frangipanis, & Fliſchis, per Teſtamentum, donationem, uel alium contractum, cum ſpecifica declaratione ſequentibus uerbis expreſſa: Ibi, *Et cum declaratione, quòd per præſentes, ac omnia, & ſingula in eis contenta, nullo modo eidem Cameræ præiudicare intendimus in caſu deuolutionis, caducitatis, vel confiſcationis, & in alijs quibuſcumque Cameræ Iuribus ex cauſa de præſenti, de præterito, & de futuro, quodque dicta proteſtatio intelligi debeat repetita in principio, medio, & fine, & alia qualibet parte breuis litterarum Apoſtolicarum.*

Pro cuius facultatis exequutione D. Cardinalis, præmiſſa declaratione, quòd bona omnia abſque ullo onere ad ipſum liberè ſpectarent & ad ſui libitum de eis diſponere poſſet, neque ad aliquid teneretur, quòdque uti intenderet Breui dictæ facultatis, ſibi, eiſdemque uocatis, & ſubſtitutis, ut ſupra à Sanctiſſimo conceſſæ, & attributæ; prout in ſupradictis litteris Apoſtolicis latius contineri dicitur, donauit irreuocabiliter inter uiuos Franciſco Frangipanio de Croatia Caſtrum Nemi, reſeruata ſibi illius Iuriſdictione, uſuque Palatij eius uita durante, nec non alia bona allodialia cum Inſtitutione perpetuæ Primogenituræ ad fauorem deſcendentium dicti Franciſci, & ſucceſſiuè extincta illius linea, ad fauorem familiæ Fliſchiæ, Altalliæ, & de Maximis ad formam primi Teſtamenti à Mario conditi anno 1638. cum prohibitionibus contentis in primo Teſtamento condito à Mario Frangipanio, quas haberi uoluit pro expreſſis de uerbo ad uerbum.

His igitur in facto præmiſſis utpotè euidentialibus, cum tàm ſuper bonis allodialibus, quàm ſuper Caſtro Nemi tamquam Iuriſdictionali, non potuerit inſtitui Primogenitura fauore familiarum Forenſium, de Frāgipanis, de Croatia, & fòro Iulio, nec non familiæ Fliſchiæ Ianuenſis, ſine ſpeciali facultate Pontificis, ex notiſſimis Conſtitutioni-
41 bus Apoſtolicis prohibentibus quaſcumque alienationes inforentes.

Cumque Pontifex hujuſmodi facultatem diſponēdi ad fauorem dictarū familiarum D. Card: Antonio fuerit impartitus, cum dicta præſeruatione Iurium Cameræ: Ibi, *Saluis, & illæſis remanentibus Iuribus, & actionibus quomodocumque Cameræ noſtræ Apoſtolicæ deſuper competentibus, & quandocumque competituris, tàm in petitorio, quàm in poſſeſſorio, & quibuſcumque titulis, cauſis, temporibus, euentibus, caſibus, & capitibus, etiam de neceſſitate ſpecialiter exprimendis, & cum declaratione, quòd per præſentes, ac omnia, & ſingula in eis contenta, nullo modo præiudicare intendimus in caſu deuolutionis, caducitatis, vel confiſcationis, & in alijs quibuſcumq; dictæ Cameræ Iuribus ex cauſa de præterito de præſenti, & de futuro*, ut ſunt ipſiſſima uerba Breuis: ubi, quòd hæc proteſtatio intelligatur appoſita, & repetita in qualibet parte eiuſdem Breuis.

Quinimò idem D. Cardinalis prædictam donationem fecerit cum inſertione totius Breuis, & expreſsè fuerit profeſſus, ſe illam facere, utendo prædicta licentia, & facultate, ſibi, eiſdemque uocatis, & ſubſtitutis, ut ſupra à Sanctiſſimo attributa, proùt in ſupradictis litteris Apoſtolicis latiùs contineri dicitur, ad quas, &c.

Hinc pernecceſsè ſequitur, ut cum D. Cardinalis uoluerit iuxta formam præciſam dicti Breuis donare, neque aliter agere potuerit; cum alienatio Caſtri, aliorumque bonorum alioquin ex Conſtitutionibus Apoſtoli-
42 cis prohibita, eſſet omninò regulanda in omnibus ab aſſenſu Papæ informante, & animante ipſam alienationem *Camerar. in cap. Imperialem, fol. mihi 46. col. 4. litt. S. de prohib. feud. alien. per Feder. Felin. in cap. ſuper litteris 20. n. 10. poſt med. de reſcript. Surd. conſ. 5. nu. 62. Decian. reſponſ. 86. n. 53. lib. 6. Corſett. conſ. 23. n. 28.* ubi in ſpecie inquit, quòd Rex con-
43 firmans cum qualitate alterante, cenſeatur reuocare, quatenus qualitas alterans importet *Medic. conſ. 62. num. 6. & conſ. 71 num. 53. Montan. de Regal. verbo, & dimidium Theſauri ſub n. 12. verſ. nec ſufficit, fol. 326. à t.* ubi, quòd
44 in aſſenſibus ſuper prohibitis, attēdi debeat, quid cogitauerit Princeps, non autem impetrans *Paleaz. de majorat. p. 1. q. 70 nu. 37. Galeot. controu. 23. nu 23. & ſeq. lib. 2. Bich. deciſ. 299. n. 25*, & in ſpecie de licentia Principis
45 ſubijciendi feudum Primogenituræ, *Duran. deciſ. 145. nu. 18.*

Meritò ex prædictis clauſulis, præſeruata dici debent Iura Cameræ, quó ad futuram confiſcationem, iam purificatam; adeò ut non potuerit Cardinalis, neque ex prohibitione alienationis, neque ex relatione habita ad primum Teſtamentum reuocatum, præjudicium inferre eiſdem iuribus Principis aſſentientis ſub dicta præſeruatione confiſcationis, & non aliter.

46 Ad quod comprobandum mirificè urgent ea, quæ adducuntur per DD. potiſſimum Hiſpanos proximè allegandos, qui agentes de famigerata illa quæſtione; An in Maioratuum, ſiue Primogeniorum inſtitutione poſſit adijci conditio, & clauſula, quòd ſcilicet, ſi Majoratus ſucceſſor commiſerit aliquòd delictum exceptum in facultatibus Regijs, veluti crimen læſę Majeſtatis Diuinæ, uel humanæ, hora præambula delicti bona in ſequentem ſucceſſorem tranſeant, pro excluſione Fiſci á Majoratus confiſcatione egregiam

adhibent diſtinctionem rei, de qua agimus, ſatis appoſitè congruentem.

47 Quòd, aut ex facultatibus Regijs eſt inſtitutus Majoratus, & Rex eam facultatem fuit impartitus ſub ea conditione, ut ſi aliquis ex poſſeſſoribus Maioratus crimen commiſerit læſæ Maieſtatis humanæ, uel Diuinæ, eo ipſo bona in ſequentes ſucceſſores non tranſeant, ſed Fiſco applicentur, & in hoc caſu, cum Inſtituens Majoratum uigore dictæ facultatis Fiſco dicatur applicare eumdem Majoratum in caſu delicti excepti, ipſeque Fiſcus dici debeat vocatus ab Inſtitutore, ſicuti quilibet alius ex ſubſtitutis; meritó utens facultate Regia habente ſupradictam clauſulam, non poſſit inſtituere Maioratum ſub ea conditione, ut ſi aliquis ex ſucceſſoribus cogitauerit patrare delictum contra Majeſtatem Diuinã, uel humanam, hora antecedenti bona tranſeant ad ſucceſſores; quia hoc eſſet Regiam eludere facultatem, ac aduerſus mentem Principis illam concedentis agere; Ideòque bona remaneant confiſcata à die commiſſi criminis, omninò excluſis ſubſtitutis.

Si uerò quis Majoratum inſtituit ex ſua priuata facultate vigore diſpoſitionis Iuris, & tunc dicta conditio excluſiua confiſcationis in caſu delicti, utpote á Iure non improbata, poſſit apponi, ſitque omninò ſeruanda, ut in terminis egregiè præ cæteris firmant utrumque caſum diſtinguentes *Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 12 n. 56. & ſeq.* ibique *Adden. n. 57. & cap. 2. n. 10. & lib. 4. cap. ult. n. 63. Gomez. ad leg Tauri 40. n. 91. verſ. Pulchrum tamen Gregor. Lopez lib. 6. verb. Qua nõ pudieſſe, qu 2. tit. 2. q. 6. col. 2. poſt med. verſ. hodie communiter Mierez de Maiorat. p. 4 q. 23. n. 23. Canter. in quæſt. crimin. tit. de quæſt. tangen. punit. delict. cap. 1. nu. 52. Angul. de meliorat. ad l 2. tit. 6. lib. 5. n. 6. & ſeqq.* benè *Sanchez ad præcept. Decalog. lib. 2. cap. 18 n. 41. & ſeqq. Molin Theolog tom. 3. de iuſt & Iur. diſp. 657. num. 2. in princip.* ubi, quòd ſi aliquis ex ſucceſſoribus in aliquod ex criminibus exceptis in Regia facultate incidat, confiſcatur Majoratus, eoque priuantur cæteri ad illum vocati, *& diſput. 582. n. 1 Caſtropal. oper. moral. tom. 1. tract 4. diſput. 4 punct. 7 n. 12. Cenſal. ad Peregr. de fideic. art. 31, ad nu. 35. circa fin fol. 314. ſub verſ. & ex his.*

Qua receptiſſima diſtinctione retenta, abſque dubio in præſenti uerſamur in primo diſtinctionis membro, nam Primogenitura ad fauorem familiarum de Frangipane, de Croatia, & de foro Iulio, nec non familiæ de Fliſco Ianuenſis uti exterarum, abſque dubio non potuit inſtitui ſine expreſſa, & ſpeciali facultate Pontificis reſiſtentibus Apoſtolicis Conſtitutionibus ſatis notis; ideòque, cum eadem facultas à S. M. Alexandro VII. fuerit D. Cardinali impartita ſub ſpecifica conditione præſeruante Iura Cameræ in caſu confiſcationis, etiam ex cauſa de futuro, quæ intelligi debeat repetita in qualibet parte Breuis; ipſaque Primogenitura iuxta tenorem dictæ facultatis fuerit ordinata, adeò ut re uera dici poſſit, quòd bona Majoratus á Papa aſſentiente fuerint donata ſub prædicta conditione reſeruatæ confiſcationis.

Hinc perneceſsè oritur, ut familiæ exteræ ſubſtitutæ non poſſint Fiſcum excludere à confiſcatione, ſub prætextu, quòd ab Inſtitutore fuerit prohibita alienatio bonorum; ſed potius eiſdem ſubſtitutis obſtare debet prædicta facultas Papæ aſſentientis expreſsè reſeruantis confiſcationem, cujus caſus iam euenit; adeò ut reſoluta licentia, ſine Papæ aſſenſu ob euentum dictæ conditionis, perindè ſit, ac ſi nunquàm fuiſſet conceſſa facultas inſtituendi Maioratum, & quò ad omnes uocatos fideicommiſſum extinguatur, cum ſinguli euaſerint donatarij ſub dicta conditio-
48 ne præſeruatiua Iurium Cameræ in caſu confiſcationis, cujus vigore eueniente caſu eiuſdem confiſcationis, diſpenſatio obtenta reducitur ad ſtatum non entis, & præſeruata remanent Iura Cameræ, quò ad confiſcationem, excluſis omnibus ſucceſſiuè vocatis, vt præter *Molin. Gomez. Mier. Sanchez*, alioſque ſupra allegatos, in terminis conſimilis clauſulæ præſeruantis iura Fiſci firmant *Decian. reſponſ. 18. sub n. 347. verſ. & ſtante tom. 1. Pariſ. conſ. 21. n. 55. lib. 1. Spad conſ. 4. n 39. lib. 1. Roſental. de feud. p. 5. c. 2. n. 52. & ſeq.*

49 His omnibus accedat, quòd dictis familijs vocatis ad Primogenituram nullum Ius, neque aliqua ſpes ad ipſa bona dici poteſt quæſita; ſed tantùm conditionaliter ob dictam conditionem confiſcationis in facultate Pontificis expreſſam, & tacitè repetitam in inſtitutione Primogenij; adeò ut eadem reſeruatio obuiet, & omninò reſiſtat cuicumque initio acquiſitionis ab eiſdem uocatis prætenſæ vigore Primogenij, qui non poſſunt conqueri, ex quo bona, quæ alioquin ſine Papæ aſſenſu non potuiſſent in illos alienari, neque fuiſſent in aliquo commercio, fuerunt initio ante acquiſitionem affecta hac inſita qualitate, conditione, & onere, ut tranſire debeant in Fiſcum in caſu delicti, pro quo bona uenirent publicanda, omninò excluſis ſubſtitutis.

Ideòque prædictis attentis, delictum unius
50 ex uocatis præiudicat alijs ſucceſſiuè ſubſtitutis *Peregrin. conſ. 77. n. 8. & ſeqq. lib. 3. Fuſar. de ſubſtitut. qu. 592. n. 21. Cutell. de donat. ſpecial. 8. diſcurſ. 1 tract. 2. nu. 5. Surd. dec. 256. num. 5 & ſeq.* & in terminis donationis dixit
51 *Rota in recent. dec. 203. num. 24. & seq. p. 6. & dec. 356. n 5. & ſeq. p. 12.*

Atque ex his, etiam patet, nullatenus ap-
52 plicari auctoritates ex aduerſo allegatas firman-

Digitized by Google

mantes, ob crimen poſſeſſoris Majoratus, ſeù
fideicommiſſi bona deuolui ad ſucceſſiuè vo-
catos, quia loquuntur, & ſunt intelligendæ,
quando quis inſtituit Majoratum, ſeù fidei-
commiſſum in bonis proprijs in eius libero
53 commercio exiſtentibus; Secus autem, quan-
do pro inſtituendo Majoratu, præcisè opus
habet licentia Principis; tunc enim euenien-
te caſu confiſcationis in ſpecie præſeruatæ in
eadem facultate, Majoratus, ſeù fideicom-
miſſum extinguitur, quò ad omnes vocatos,
ut ſupra fuit latè firmatum, & egregiè decla-
rat *Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 4. cap. vltimo
nn. 67. verſ. non etiam obſtat*.
54 Leuis quoque uidetur alia ponderatio,
quòd auctoritates *Molin. Gomez, Sanchez*, &
aliæ pro Fiſco allegatæ loquantur iuxta ter-
minos legum Hiſpaniarum.
Siquidem, etiam in pręſenti caſu, ſatis aptè
55 militat identitas rationis ab eiſdem Docto-
ribus Hiſpanis conſiderata; quemadmodùm
enim iuxta leges Hiſpaniarum, quoties Inſti-
tutor Majoratus indiget facultate Regia, ſine
qua Majoratum, ſeu fideicommiſſum inſti-
tuere non poteſt; tunc ordo ſuccedendi eſt
regulandus præcisè ab ipſa facultate Princi-
pis aſſentientis; quæ habet in ventre condi-
tionem, quód in caſu confiſcationis ſint ſalua
Iura Fiſci; ideòque hoc caſu eueniente facul-
tas reſoluitur, perindè, ac ſi non fuiſſet con-
ceſſa, & uia aperta remanet Fiſco ad conſe-
quendam confiſcationem, excluſis omnibus
ſucceſſiuè uocatis; Ità, etiam eadem prorſus
ratio congruit in præſenti, quia cùm ob re-
ſiſtentiam Apoſtolicarum Conſtitutionum
Poſſeſſor bonorum Iuriſdictionalium, nec
non allodialium prohibitorum alienari, non
poſſit de illis diſponere, neque per ultimam
uoluntatem, neque per contractum abſque
aſſenſu Principis, qui in caſu, de quo agitur,
fuit conceſſus cum dicta conditione præſer-
uante Iura Cameræ in caſu confiſcationis;
utique ſicut iuxta ſenſum Doctorum Hiſpa-
norum regulatum, etiam à diſpoſitione Iuris
communis, licentia reſoluitur eueniente caſu
confiſcationis, nè alioquin Regia facultas re-
maneret eluſa; pernecesſè, idem etiam di-
cendum in præſenti Themate, in quo Papa
diſpenſando Conſtitutionibus Apoſtolicis
aſſenſum eatenus uoluit impartiri, & non
aliter, quatenus Iura Fiſci illæſa omninò re-
maneant in caſu confiſcationis; atque adeò
56 pro deciſione præſentis articuli attendere
debemus rationem à prædictis Doctoribus
Hiſpanis adductam, utpotè, non tám funda-
tam in particularibus legibus, quàm in di-
ſpoſitione, & ratione Iuris communis, iuxta
monitum *Bald. in cap. 1. §. injuria ſub num. 17.
verſ. & quia iſtud opus de pac. iuram. firmand.
in vſibus feudorum*.
57 Minus, etiam refragatur differentia ex ad-
uerſo adducta, quòd Doctores Hiſpani lo-
quantur, quando in facultate Regia euenien-
te caſu criminum exceptorum diſpoſitiuè
permittitur confiſcatio, & in præſenti ſolum
reſeruetur.
Nam, ſicuti in caſu diſpoſitionis confiſca-
tio temporalis durante uita delinquentis,
alioquin Fiſco à Iure permiſſa, fit perpetua,
etiam in præiudicium vocatorum, neque di-
ſpoſitio recipit interpretationem reſtricti-
uam à Iure, ut aliquid operetur.
Ita, etiam idem dicendum in caſu reſerua-
tionis ob omnimodam identitatē rationis in-
ter unum, & alterum caſum; adeòut, ſi in
quæſtione Hiſpanorum clauſula non eſſet di-
ſpoſitiua, ſed reſeruatiua ſine præiudicio cō-
fiſcationis, idem proculdubio rèſpondiſſent;
quia poſt factam confiſcationem in uita de-
linquentis non poſſent admitti ſucceſſores in
caſu mortis; niſi cum reali præiudicio Fiſci
58 in amiſſione bonorum ipſo Iure eidem quæ-
ſitorum, ſtatim poſt latam ſententiam in hoc
crimine læſæ Majeſtatis ex adductis per *Pe-
regrinum de Iur. Fiſc. lib. 5 tom. 1. n. 171. in fin.
Farinac. de crim. læſę Majeſt. qu. 116. §. 2. n. 66.
& ſeq.* atque adeò, quod ibi dicitur de tri-
bus delictis exceptis, generaliter in caſu no-
ſtro militat in omnibus delictis, pro quibus
bona eſſent confiſcanda.
Præcipuè, quia, cum incontrouertibile ſit,
quòd Pontifex omnem prorſus caſum confi-
ſcationis fauore Cameræ præſeruare volue-
rit, utique clauſulæ, *non intendimus præiudi-
care, &c. ſine præiudicio Iurium, &c. & ſaluis
59 Iuribus, &c.* aliæque ſimiles, licet in aliquo-
rum ſententia, non faciant conditionem ſu-
ſpenſiuam, præſeferre tamen conditionem
reſolutiuam, tradunt præ cæteris *De Ponte
conſ. 81. nu. 38. & duob ſeqq. Lanarius conſ. 15.
n. 11. Honded. conſ. 86. nu. 44. & ſeq. lib. 2. Pe-
regrin. de fideicom. art. 47. n. 29. in fin verſ. in-
tellige. Salgad. in labyr. credit. p. 2. cap. 6. n. 60.
Mareſcott. var. reſolut. lib 2. cap. 138. num. 2.
Gratian. cap. 317. n. 31. & ſeq. & cap. 980. n. 8.
adden. ad Ludoniſ. dec. 332. ſub n. 6. poſt med.
verſic. quod tamen eſt intelligendum Rot. diuerſ.
dec. 320. n. 2. p. 1. in recent. dec 300. n. 6. p 8. &
dec. 414. n. 24. & ſeq. p. 12. Bich. dec. 541. n. 10.*
60 & operantur, quòd ſi actus afferat aliquod
præiudicium, pro non facto habeatur *l. ſi Te-
ſtamento 51. §. 1. ff. de manumiſſ. Teſtam. de Pō-
te conſ. 5. n. 66. Surd. conſ. 333. n. 10. verſ. & ubi
poſſeſſio Salgad. d. cap. 6. n. 60. & ſeqq addent.
ad Buratt. dec. 511. n. 6. Merlin. dec. 316. n. 25.
in princip. Dunozett. Sen. dec. 123. nu. 5. Duno-
zett. Iun. dec. 931. n. 8. Coccin. dec. 2283. n. 103.*
Et re uera huiuſmodi clauſulæ præſeruan-
tes, non ſolùm Ius de præterito, & de præ-
ſenti, ſed etiam de futuro, rectè conueniunt
verbis diſpoſitiuis; quemadmodùm enim ex
iſtis, conditio reſolutiua reſultat, per cujus
pu-

purificationem, primogenitura perindè habetur, ac ſi non eſſet inſtituta; adeòut eueniente caſu delicti, perpetuo fiat cõfiſcationi locus in in præiudicium omnium uocatorum ex propria perſona.

61 Ita, etiam eadem reſolutio oritur ex hujuſmodi clauſulis ita conceptis, quæ proindè æquipollent uerbis in licentijs Regis Hiſpaniarum appoui ſolitis, eumdemque prorsùs effectum operãtur *Pariſ.conſ.21.n.54. verſic. & conditionaliter, & ſeq.lib.1.Schrader. de feud.p.5.cap.2.nu.12.52.& 54. Frecc.de ſub feud.lib.2.qu.37.n.18. Afflict.in cap.1.n.29. poſt med.qui ſucceſſ.teneant.Carlenal.de judic. tom.2.diſput.23.n.57.& 60.*

62 Regulare enim eſt, ut præſeruatio Iuris, nedum præteriti, & præſentis, ſed etiam futuri, tribuat nouum Ius præſeruanti, quatenus anteá non competijſſet *Alex. conſ. 28. n.4.in fin.Crauett.conſ.748.ſub num 10.verſic. quartò Ius nouum.Menoch.conſ.341.n.21.verſ. hoc caſu reſeruatio,* & in ſpecie *Manent.dec.1. nu.45.& 48.& ſeqq.* ubi, quòd non ſtet ſimpliciter in puris terminis reſeruationis, ſed ampliatiuè per modum principalis diſpoſitionis.

Neque objiciatur, quòd prædicta ſolùm poſſint procedere, quò ad familias Aſtalliam, & Maximam ultimo loco uocatas, quæ, cum ſint capaces acquirendi bona controuerſa ſine dicta licentia, ipſis nullum poſſit inferri præiudicium ex dicto Breui præſeruante Iura Cameræ in caſu confiſcationis, quo non indigebant.

63 Siquidem, reſpectu Caſtri Nemi Iuriſdictionalis ponderatio non ſubſiſtit, cum ex notiſſimis Conſtitutionibus Apoſtolitis, ſignanter S.M.Clementis Octaui, Pauli Quinti, Vrbani Octaui, & Innocentij Decimi, nõ ſolùm exteri; ſed etiam ſubditi non poſſint acquirere bona Iuriſdictionalia ſine expreſſo aſſenſu Pontificis; Ideòque ſibi locum vindicant ſuperiùs firmata, reſpectu præſeruationis Iurium Cameræ in caſu confiſcationis.

Quinimmo, cùm Breue habilitauerit tantùmmodò familias exteras: iſtæ duæ Romanæ videntur deſtitutæ licentia, & facultate acquirendi Iuriſdictionalia.

Quò verò ad alia bona permiſſa alienari in ſubditos ſine aſſenſu Apoſtolico; licet in illis non reſiſterent Apoſtolicæ Conſtitutiones, neque prædictæ familiæ Romanæ, tamquàm ſubditæ aliquo indigerent aſſenſu.

Nihilominus, cùm Papa noluerit aſſentiri translationi bonorum, ſiue Iuriſdictionaliũ, ſiue allodialium faciendæ per viam donationis in familias Forenſes, niſi ſub expreſſa cõditione præſeruante Iura Cameræ in caſu confiſcationis, & non aliter.

Hinc pernecesſè ſequitur, ut nullus ex familijs ſubditis ſucceſſiuè in donatione vocatis poſt extinctas lineas familiarum forenſiũ, poſſit prætendere, fuiſſe factum locum uocationi, iuſque ſibi quæſitum ſuper bonis allodialibus alienari non prohibitis in ſubditos; niſi cum dicta conditione reſolutiua in caſu confiſcationis qualificante permiſſionem alienationis faciendæ in familias forenſes, quæ omninò impedit effectum vocationis, & aduerſatur cuicumque initio acquiſitionis fauore earumdem familiarum non Forenſiũ ſucceſſiuè, & in conſequentiam vocatarum; itáut nullo Iure poſſit dici, quòd ſucceſſiuè vocati, alioquin capaces acquirendi ſine aſſenſu, ob delictum alterius priuentur Iure ſuo reſultante ex ſucceſſiua uocatione; ſed potius, quòd ex prædicto aſſenſu qualificato in caſu confiſcationis oriatur impedimentum, nè acquirere poſſint, dum tempore euenientis conditionis reperiuntur bona allodialia Cameræ Apoſtolicæ ipſo Iure, & irreuocabiliter, iam quæſita ob caſum præſeruatæ confiſcationis, qui iam euenit; adeòut perindè ſit, ac ſi eadem bona nunquàm fuerint ſubiecta fideicommiſſo ad fauorem familiarum non Forenſiũ, prout in proximis terminis, quòd
quoties donatio eſt facta ſub conditione re-
64 uerſionis ad donantem in caſu alienationis,
vel ſimiliũ, ex prædicta forma ab initio adie-
cta, nullus ſucceſſiuè vocatus poſſit præten-
dere, Ius ſibi fuiſſe quæſitum, niſi cum dicta
conditione reſolutiua obuiante initio acqui-
ſitionis, per *tex. in l. in rebus, & l. cum autem,*
vbi Bald. & Iacob. de Sancto Georg. ff. de pact.
optime firmat uidendus *Peregr. conſ.77.n.8.*
& ſeqq.lib.3.Molin.de Iuſt.& Iur.tract.2.diſp.
582.nu.1.verſ.quoniam quando, & verſ.ſi ve-
rò ex facultate.Cutell. de donationib. tract. 2.
diſc.1.ſpecial.8.n.5.& 8. ubi, quòd per pactũ
reſolutiuum, ſiue non implementum condi-
tionis ab initio adiectæ donationi, euaneſcat,
etiam Ius tertij, cujus intereſſe venit acceſſo-
riè, & in quamdam conſequentiam *Card.de*
Luca in theatro lib.7.de donat. diſc.10.nu. 10.
verſic.ſecus autem, & n. 12. verſ.ideòque, &
ſeq. egregiè *Rot.in recent.dec.203.num.23. &*
ſeq.p.6.& dec.356.n.5. & ſeq.p.12. Comitol.
dec.54.n.40.Buratt.dec.246.n 8.Duran. deciſ.
339.n.66. & ad propoſitum conferunt addu-
65 cta per *Mart.vot. 200. per tot.* ubi, quòd ſi
fuerit per Principem facta donatio feudaliũ
matri, & filio, ſub conditione Iuramenti fi-
delitatis præſtandi, ſi illud per matrem non
fuerit præſtitum, dicatur expirata, & reſolu-
ta ſubſtitutio, quò ad filium.

66 Eſt.n.aperta Iuris cõcluſio, ut quotieſcunq; diſpoſitio ab initio reperitur concepta ſub aliquali præſeruatiua ad fauorem concedentis, ſeù permittentis, ſi primus non impleat, deficiat conditio, ſeù diſpoſitio, quò ad omnes ſucceſſiuè vocatos, qui non poſſunt contendere; factum fuiſſe locum voca-

tio-

tioni, iuxtà receptam theoricam *Zanch. in l.*
hæredes mei, §. cum ita n.43. ff. ad Senat. Con-
ſult. Trebell. Peregr. d. conſ.77. n.12. lib.3. & de
fideicom. art.15. n.7. Ruin. conſ.150. n.9. verſic.
2. infertur lib.3, ubi, quòd per moleſtiam ab
67 vno ex hæredibus illatam vxori contra con-
ditionem á Teſtatore appoſitam, deficiat in-
ſtitutio, & ſubſtitutio, quò ad omnes, latè
Cephal. conſ.243. nu.22. & ſeqq. lib.2. Soccin.
Sen. conſ.21. nu.2. & duob. ſeqq. lib.3. Caſanat.
conſ.2. num.28. & 31. Caſtill. qui plures refert
tom.6. controu. Iur. cap.119. n.9. Durant. de art.
teſtandi tit.3. cautel.4. Fuſar de ſubſtit. qu.582.
n.21. Surd. dec.101. n.7. Theſaur. deciſ.270. nu.
27. verſ. reſpondetur. Rota in recent. deciſ.203.
num.25. p.6.

68 Hinc in ſimili habemus, quòd ſi teſtator
adiecit onus fideicommiſſario aſſumendi in-
ſignia, nomenque familiæ, ſub pœna priua-
tionis, data controuentione vnius, omnes
ſubſtituti dicuntur priuati fideicommiſſo, pe-
rindè, ac ſi illud non extaret, licet aliòquin
ſint parati Arma, & nomen aſſumere *Felic.*
inter conſ. Caſtr. conſ.239. Pariſ. conſ.19. n.83.
& ſeq. lib.2. Decian conſ.2. n.148. lib.2 Fuſar.
de ſubſtit. q 447. n.7. Theſaur. d. dec.270. n.27.
verſic. reſpondetur.

Ita, etiam ob patratam felloniam, uel ob
69 non ſolutum Canonem á poſſeſſore, incurri-
tur caducitas, etiam in præiudicium aliorum
ſucceſſiuè vocatorum in feudo, uel emphy-
theuſi pacti, & prouidentiæ; Idque, non ob
aliam rationem à DD. proximè allegandis
adductam; niſi quia emphyteuſis, vel feudum
videtur conceſſum ſequentibus ſub conditio-
ne, ſi priores inueſtiti ſoluant Canonem, vel
ſint fideles Domino concedenti, qua condi-
tione ceſſante, omninò, quò ad omnes in
inueſtitura compræhenſos, reſoluitur conceſ-
ſio *Speculat. de locato §. nunc aliqua qu.78.*
Bald. in cap.1. §. aut ſi libellario column.2. qui-
bus modis feud. amit. ubi infert, quòd ſi Regi-
na Apuliæ delinquat contra Eccleſiam Ro-
manam, cujus eſt feudum, ſoror non ſuccedit,
Peregr. d. conſ.77. num.2. lib.3. Clar. in §. em-
phytheuſis q.8. n.14. Roſental. de feud. cap.22.
concluſ.4. Fulgin. de emphyt. tit. de ſolut. Canon.
q.1. n.48. Cald. de emphyt. lib.4. cap.19. n.16. et
ſeqq. Card. de Luca de feud. diſ.5. n.16. Afflict.
dec.282. n.12. Coccin. dec.343. nu.1. Card. Ca-
ualer. dec.398. num.3.

70 Neque adaptantur exarata, per *Rouit.*
conſ.1. nu.50. & ſeqq. lib.1. firmantem in ter-
minis clauſulæ *fidelitate Regia ſemper ſalua*
appoſitæ in Priuilegio conceſſo ſuper feudo,
quód ſequuta infedelitate unius, ceſſet, tan-
tùmmodò ejus reſpectu Priuilegium, firmó
tamen remanente, quò ad alios ad feudum
uocatos.

71 Siquidem, præterquàm quòd contrà *Rouiti*
ſententiam fuit indicatum, prout teſtatur
Io: Andr. de Georg. in repet. feudal. cap.52. in
fin. & Fiſcus non erat in cauſa; ideòque eo
non opponente, nemo alius poterat de hoc
Iure excipere, prout in ſpecie *Bich. deciſ.670.*
num.22. ad finem. Adhùc ſubiecta materia eſt
longè diuerſa: Ipſe enim loquitur in feudo,
in quo res eſt ſpecialis, & quò ad præiudiciū
agnatorum, deuolutionemque feudi ad Do-
minum ob crimen à feudatario patratum,
adhibenda eſt recepta diſtinctio, de qua *Bald.*
72 *in l. placuit.42. ſub n.1. verſic. conſidera, aut*
fellonia, C. de liber. cauſ. Iſern. in tit. qua ſit
prima cauſ. benefic. amitt. n.49. in fin. ibique *Af-*
flict §. denique n.4. Frecc. de ſubfeud. lib.3. au-
thor.29. n.1. Marin. de gen. feudor. p.1. tit.2. nu.
88. Vulte. de feud. cap.11. n.147. Piſtor. quæſt.
Iur. lib.2. qu.16. nu.32. & ſeqq. Loffred. conſ.1.
num.43. Menoch. conſ.304. n.34. & ſeq lib.34.
& ſeqq. Mart. vot. Piſan.97. num.15. Vrſin. de
ſucceſſ. feud. p.1. q.7. art.2. num.8. & ſeqq. &
num.15. Farinac. de delict. & pœn. quæſt.25.
num.92. Rot. in recent. deciſ.213. num.12. &
ſeqq. p.12.

Vlterius eſt animaduertendum, quód in
caſu, ſuper quo *Rouit.* conſuluit, omnes, &
ſinguli de familia Sanſeuerina in præceden-
tibus Inueſtituris erant æqualiter uocati, il-
liſque originaliter, & purè Ius quæſitum in
feudo independenter ab alijs, unde meritò
clauſula *fidelitate Regia ſemper ſalua* in priui-
legio ſuperueniente inſerta Ius quæſitum
ex forma Inueſtituræ illis auferre non pote-
rat, ſed infedeli tantùm præiudicium inferre.

In præſenti verò facti ſpecie, nullum pror-
ſus Ius poterat dici quæſitum ſubſtitutis ſuc-
ceſſiuè vocatis; niſi ſub dicta conditione
Iura Fiſci, eueniente caſu confiſcationis, præ-
ſeruante, eorumdemque excluſio, nullatenus
prouenit immediatè ex delicto per Frangi-
panium patrato; ſed potius ex defectu con-
73 ditionis, quaſi ſub conditione uocati, ſi pri-
mus confiſcationem paſſus non fuerit, prout
diſtinguendo priuationem ad effectum con-
ditionis, probant *Cephal. conſ.52. n.15.27. &*
per tot. lib.1. Menoch. conſ.78. nu.3. Surd. deciſ.
232. n.3. Priol. dec.198. n.7. & ſeqq.

His omnibus accedat, quòd cum Cardina-
lis Primogenituram expreſsè inſtituerit de-
clarans, uti velle facultate, ſibi, alijſque vo-
catis in Breui conceſſa, uolueritque ad for-
mam ipſius Breuis diſponere, actus remanet
indiuiduus ratione voluntatis, tàm Principis
aſſentientis, quàm Cardinalis donantis; at-
que adeò præſeruatio Iurium Cameræ eue-
niente caſu confiſcationis, militat, etiam
quò ad ipſas familias Romànas; ita ut ipſarū
fauore Cardinalis ſubſtitutionem non fece-
rit in caſu delicti, dum in omnibus voluit, ſe
74 conformem reddere cum prædicto Breui, ut
in his terminis, optimè firmant, *Gomes ad l.*
Tauri 40. num.92. in fine. Caſtropal. oper. moral.
tom.

Digitized by Google

tom.1.tract.4.punct.5.num.17, ubi, quòd to-
tus Majoratus cenſeatur ex facultate Regia
inſtitutus: cumque uideatur eſſe quædam
diſpoſitio indiuiſibilis, non poſſit dari locus,
ut pars aliqua facultati Regali reſpondeat, &
pars alia legali facultati.

Prædicta uerò omnia fortius procedere
debent pro ſubſtituenda confiſcatione, exclu-
ſis, tàm familijs Forenſibus, quàm ſubditis,
dum nulla prorſus eſt habenda ratio de pri-
mo Teſtamento Marij, in quo, ne dum fuit
prohibita alienatio, ſed etiam in caſu confi-
ſcationis ob crimen læſæ Majeſtatis per men-
ſem ante priuatus hæres grauatus; cum illud
fuerit poſtmodùm reuocatum, inſtituto Do-
mino Cardinali hærede liberè, & abſque vllo
onere; ideòque ſuper eodem primo Teſtamē-
to, utpote uoluntariè reuocato, nullum fun-
damentum conſtitui poteſt; cū ſit abſolutiſſi-
mū, ſatiſq; uulgatū Iuris principiū, quòd ne-
75 mo paganus decedere poſſit cum duobus te-
ſtamentis *l.hac conſultiſſima, §. ſi quis autem,
C.de Teſtam.l.quærebatur, ff. eodem Bart. in l.
Statius florns* 48.*n.2.ff.de Iur.fiſc. Dec.in cap.
1.in 1.lectura n.58.verſic.ſed adde, & in 2.nu.
14.de conſtitut.*Ruin.*conſ.93.num.14. verſ.&
iſtud, etiam, & conſ. 144.ſub num.17. verſ.ex
vno tamen lib.2.Curt.Iun.conſ.163.n.14.& 15
Menoch.conſ. 176.nu.3.Surd.conſ.230.nu.1.&
ſeq.*latè *Ciriac.controu.168.num. 16.* Rot.*in
recent.dec.265.num.7.par. 11. Dunozett. Iun.
dec.107. num.9. Bich.dec.317.nu.38. & 458.
nu.1.& 533.n.19.*

Attenta potiſſimùm clauſula *caſſans* in ſe-
76 cundo Teſtamento appoſita, ex qua, non ſo-
lùm primum Teſtamentum dici debet expreſ-
sè reuocatum, ſed neque, etiam allegari po-
teſt ad alterius declarationem, iuxta theoricā
*Bart.in d.l.Statius. Florus n.2. in fin .ff. de Iur.
fiſc.Cardin.Mantic.de coniect.lib.8. tit.20.n.4.*

77 Contraria uerò concluſio, vt ex primo
Teſtamento deſumi poſſit interpretatio vo-
luntatis Teſtatoris, ſeu ambiguitatis verbo-
rum ſecundi Teſtamenti, nullo Iure procedit;
quando agitur de Teſtamento reuocato, *Dec.
in d.cap.1.de conſtitut.nu.14.poſt principium
in prima lectura, Barbat. conſ.59. ante num.2.
lib.1.Ruin.conſ.93.ſub num.13.lib.2.Natt conſ.
476.num.27. Cardin.Mantic. de coniect. lib.4.
tit.2.nu.4.& lib.12.tit.16. ſub nu.21.Gratian.
cap.751.num.1. Anton.Fab.in Cod.lib.6.tit.5,
defin. 16.*

Et licet poſtmodùm idem D. Cardinalis
donationem fecerit ad fauorem familiarum,
cum erectione Primogenituræ, conformando
ſe cum uoluntate ejuſdem Marij declarata
in primo Teſtamento reuocato: Nihilomi-
nus, cum bona donata tranſiuerint in dona-
tarios ex mera, libera, & abſoluta voluntate
ejuſdem Domini Cardinalis, qui inſpecto ſe-
cundo Teſtamento, tanquám heres liberè in-
ſtitutus, poterat ad ipſarum familiarum fa-
uorem non diſponere.

His præhabitis, abſque difficultate dictæ
familiæ dicuntur habuiſſe bona ex ſola dona-
tione D. Cardinalis qualificata á prædicta
reſeruatione iurium Cameræ in caſu confi-
ſcationis; non autem ex Teſtamento Marij
78 *l.1.§.ſciendum, ff. de legat.3.*Ibi, *Dum eis da-
tur, vel dum eis non adimitur,* ubi *Bald.* dicit,
quòd donare videtur, qui non adimit, quod
poteſt adimere, & optimè firmant omiſſis
alijs *Surd.conſ.29.n.18. lib.1.& conſ.353.nu.
9.in fin.& ſeqq.& conſ.380.ſub num.27. verſ.
quod ſi.lib.3.Decian.conſ.48.n.18.& ſeq.lib.2.
Fuſar.conſ.63.n.14.Molin.de contract.tract.2.
diſp.480. ſub nu.10.verſ.quo loco, etiam obſer-
uatum, & ſeqq. Cald. de Iur. Emphyt.tit.de
poteſt.eligen.lib.3.cap.16.nu.6. verſ.crederem
profectò, cum ſeqq. Tondut. lib.1. quæſt.ciuil.
cap.50.num.44.lib.1.Peregr.de fideic. art.32.
nu.33. circa med.verſ. cujus ſententię, & dec.
Patau.106.n.3.& ſeqq.Galeot. reſponſ. fiſcal.
60.num.3.* benè Rota *in recent. deciſ.205.num.
4. & ſeqq. et deciſ. 314. num. 7. & ſeqq.
part.9. & deciſ.170. num.22. par.12.& poſt
Feuzon. ad ſtatut. Vrb. deciſ. 100. ſub §. ſta-
tutum enim verſ. tamen hoc non eſt verum*,
79 in quibus omnibus diſtinguendo, ita decla-
ratur *text.in l.vnum ex familia 67.§.ſi de fal-
cidia, ff.de legat. 2.*

Neque poterit obijci à ſubſtitutis, quòd
Cardinalis donādo ad formam præſcriptam
in primo Teſtamento Marij, & cum omni-
moda relatione ad illud, videatur potius eiuſ-
80 dem Teſtatoris fidem ex ſoluere voluiſſe, il-
lamque adimplere, quám quidquàm de pro-
prio donare, iuxta ſingularem *tex. in leg. ſi
Sponſus, §.ſi quis rogatus, ff. de donation. inter
Vir, & Vxor,* Ibi: *Si quis rogatus ſic percepta
certa quantitate, Vxori ſuæ hæreditatem reſti-
tuere, & is ſine deductione reſtituerit, Celſ.lib.
10.ff. ſcripſit, magis pleniore officio præſtandæ
fidei functum maritum, quàm donaſſe videri, et
rectam rationem huic ſententiæ Celſus adiecit,
quòd plerique magis fidem exoluunt in hoc ca-
ſu, quàm donant, nec de ſuo putant proficiſci,
quod de alieno pleniùs reſtituunt, voluntatem
defuncti ſequuti,* de quo textu nos alibi latiùs
agemus.

Nam prædictus *Textus* loquitur in hærede,
qui præcisè cogebatur ſubſtituto hæredita-
tem reſtituere; ſolùmq; poterat certam por-
tionem deducere, inferens, quòd dictam por-
tionem non deducens, uoluerit defuncti vo-
luntatem ſatis exuberanter implere; dum
enim hæres ſciebat, ſubſtitutum ex volun-
tate defuncti totum aſſem, dempta certa por-
tione, conſequturum, utique, dum hæres no-
luit illam portionem deducere, proculdubio
id egiſſe uidetur, ut integra hæreditas abſq;
ulla diminutione deueniret ad ſubſtitutum,
quem

Digitized by Google

quem certum erat, purè, & præcisè fuiſſe per
teſtatorem ad ſucceſſionem uocatum.
Id autem nullo jure poteſt conuenire in
præſenti caſu, in quo D. Cardinalis abſque
ullo prorſus onere fuit, purè, ac liberè inſti-
81 tutus hæres; ideòque deficit fundamentalis
ratio textus poſita in libera, & clara uolun-
tate Teſtatoris, quòd ſubſtitutus deberet hę-
reditatem aſſequi, ob quam infert *Vulpian.*
quòd hæres relinquens ſubſtituto, uolunta-
tem defuncti ſequi uideatur, eamque pinguiùs
implere, ut egregiè explicando prædictum
textum, illique reſpondendo, optimè aduer-
tit ſubtiliſſimus *Eman. Coſt. Select. interpret.*
lib.1.cap.22.n.3. affirmans, quòd, ubi hæres
ab obligatione eſt ſolutus; ſi tamen, iuxta
Teſtatoris mentem diſponat, non ideò voca-
ti id à Teſtatore recognoſcant, ſed ex ſolo
hæredis Beneficio, & in his terminis *Rot. in*
recent.dec.314.n.8.& dec.205.num.8.& trib.
ſeqq.p.9.& dec.170.n.22.p.12.
Vlterius idem textus loquitur præſumpti-
82 uè: Ibi, *magis pleniore officio præſtandæ fidei*
functum maritum, quàm donaſſe videri, & in-
feriùs: Ibi, *Celſus adiecit, quòd plerique magis*
fidem exoluunt in hoc caſu, quàm donant, nec
de ſuo putant proficiſci, quod de alieno pleniùs
reſtituunt: unde ceſſat, quando conſtat, hæ-
redem, non tàm uoluiſſe defuncti uoluntatem
implere, quám de ſuis bonis diſponere, prout
apertiſſimis uerbis profeſſus fuit D. Cardina-
lis donans præmittendo ſpecificam declara-
tionem, quòd bona omnia abſque ullo onere
ad ipſum ſpectarent, neque ad aliquid tene-
retur, prout apertiſſimè colligitur ex verbis
Donationis: Ibi, *Prædictus Eminentiſſimus, &*
Reuerendiſſimus D. Cardinalis Barberinus con-
ſiderans, d. hæreditatem eſſe ſuam, & non tene-
ri ad aliquid, & ulteriùs: ibi, *& quàmuis ipſe*
Eminentiſſimus D. Cardinalis rectè ſciat, eius
vita naturali durante ipſum eſſe liberum, & ab-
ſolutum Dominum, & patronum totius hæredi-
tatis prædictæ, & eueniente tempore ſui obitus
de illa ad ſui libitum diſponere poſſe, ut in ſpe-
cie benè arguit *Rota in recen. d. dec. 314. nu. 8.*
uerſic. præterea, & duob. ſeqq. p. 9. ubi, quòd
ſtante dicta declaratione, ceſſat omnis diſpu-
tatio, neque admittatur præſumptio, aut
coniectura, ubi in contrarium rei apparet
euidentia.
Nullatenus aduerſante, quòd primum Te-
ſtamentum intelligi debeat reuocatum, tan-
tùmmodò, quò ad ea, quæ ſunt contraria
diſpoſitis in ſecundo, uidelicet, quò ad inſti-
tutionem hæredis, aliaque incompatibilia;
ſecus autem, quò ad fideicommiſſum inter
plures familias inſtitutum, quod in poſterio-
ri Teſtamento; ne dum fuit confirmatum; ſed
etiam de nouo iniunctum.
Siquidem pro remouendo obiecto, eſt dili-
genter animaduertendum, quòd in primo
Teſtamento ſcriptus hæres fuit præceptiuè
grauatus reſtituere integram hæreditatem
alijs ſucceſſiuè vocatis; in ſecundo uerò Car-
dinalis non legitur grauatus, ut Primogeni-
turam fauore uocatorum in primo Teſtamē-
to inſtitueret; ſed potius id totum eiuſdem
Cardinalis abſoluto arbitrio remittitur, qua-
uis prorſus neceſſitate ſemota, ideoque per-
neceſsè aſſerendum, quód hæc poſtrema di-
ſpoſitio directè aduerſetur, ſitque omninò
incompatibilis cum prima.
Hujuſmodi verò repugnantia, & incom-
patibilitas euitari non poteſt ex contraria
ſophiſtica animaduerſione, quod nempè uer-
ba præcaria præcedentia reſpiciant ſubſtan-
tiam oneris, & fideicommiſſi, verba uerò fa-
cultatiua ſubſequentia, non niſi ordinem in-
ter uocatos; aliaſque qualitates arbitrarias.
Nam ex uerbis facultatiuis ſuperiùs ex-
penſis: Ibi, *Che poſſa, ſe cosi piacerà à S. E. chia-*
mare, inſtituere, e ſuſtituire, potius deprehen-
ditur, fuiſſe inſpectam ſubſtantiam diſpoſi-
tionis, ipſamque fideicommiſſi eſſentiam; ex
benè deductis per *Eman. Coſta, ſelect. interp.*
83 *lib.1. cap.21. n.9. antè med.* Satiſque recepta
eſt Doctorum diſtinctio, quòd, aut Teſtator
adhibuit uerba abſolutè arbitraria, & in hoc
caſu non niſi ordo, & diſtributio cenſeatur
hæredi commiſſa, ſi uerò fuerit uſus uerbis
liberam pręſeferentibus facultatem, & in hoc
themate, ſiuè præceſſerit, nec nè diſpoſitio,
utroque caſu dici debet commiſſa ſubſtantia,
ut in ſpecie aduertunt *Caſtr. in l. 1. n. 7. verſ. ra-*
tio autem: ibique *Alex. n. 12. verſ. item adde,*
ff. de legat. 1. Surd. conſ. 380. nu. 3. & melius *nu.*
43. uſque *ad* 47. aſſerens, non inueniri, neq;
legem, neque contradictorem, *Venturin. conſ.*
2. ſub n. 177. verſ. non faciunt negotium cum
ſeqq. alijſque relatis *Attolin. reſolut. 6. num.*
31. & ſeqq.
Non poteſt autem hęſitari, quin uerba
84 Teſtatoris in Cardinalem directa, liberam;
abſolutamque præſeferant voluntatem; non
autem nudum arbitrium, non ſolùm inſpecta
eorumdem prægnantia; ſed etiam gemina-
tione, quibus ſtantibus, etiam verba alioquin
effrænatum arbitrium redolentia, in liberam
reſoluuntur uoluntatem, *Corn. conſ. 205. lib. 4.*
Roland. conſ. 59. n. 32. & conſ. 60. nu. 24. lib. 1.
Crauett. conſ. 105. n. 4. in fin. Pariſ. conſ. 71. nu.
19. lib. 3. Surd. conſ. 380. n. 42. affirmans, quòd
libera uoluntas reſultet, quando fuerit à Te-
85 ſtatore diſpoſitum, quòd hæres faciat quid
quid ſibi uidebitur, ſiuè omne id, & totum,
quòd ſibi placuerit, alijſque relatis, *Decian.*
reſponſ. 35. n. 8. lib. 3.
Parumque releuat, quòd adhuc ex uerbis
86 præcarijs, enùnciatiuis, nudumque deſideriū
præſeferentibus, ualeat fideicommiſſum indu-
ci *l. Thais 41. §. ſorore, ff. de fideic. libert.* latè
Manſ. conſult. 172. per totum lib. 2. Rota diuerſ.

640. p. 1. in recent. dec. 464. p. 14. cum alijs
ex aduerſo congeſtis.
Omiſſo enim, quòd authoritates contra-
87 riæ loquantur, quando verba præcaria reſpi-
ciunt tempus præſens, aut futurum; non au-
tem præteritum, prout in præſenti themate,
Attolin. d. reſolut. 6. n. 20. verſic. quia reſpondetur in princip. Rot. diuerſ. d. dec. 640. n. 16. verſ.
hinc eſt p. 1. adhuc animaduertendum, quòd
concluſio ex aduerſo adducta ſubſiſtat, quo-
88 ties Teſtator ulterius non fuit progreſſus, in
quibus terminis auctoritates adductæ pro-
cedunt; ſecus aſſerendum, quando, prout in
hac facti ſpecie, poſt pateſactum ſuum deſi-
derium, in liberam, abſolutamque hæredis
facultatem diſponendi, & non diſponendi
totum ſe conferat; tunc enim uerba arbitra-
ria præcedentia qualificantur à ſubſequenti-
bus, quæ liberam, & abſolutam voluntatem
præſeferunt, iuxta ſpecialem theoricam
Bart. in l. fideicommiſſa, §. ſi ſic fideicommiſſum
verſic. quamquàm, ff. de legat. 3. Caſtr. in l. item
eorum, §. Decuriones n. 1. ff. quòd cuiuſque Vni-
uerſ. nomin. Iaſ. in l. ſi ſic legatum nu. 22. 26. &
28 ff. de legat. 1. latè Surd. conſ. 380. à num. 33.
vſque ad 44. Gratian. cap. 23. n. 9 et ſeqq. Attolin. d. reſolut. 6. n. 20. & ſeq. & admittunt con-
cluſionem ex aduerſo allegati Palm. conſult.
56. n. 3. verſic. ex quibus, & nu. 9. in princip.
Rot. diuerſ. d. deciſ. 640. num. 22. 24. & 26. in
fine par. 1.
Atque ex his oritur reſponſio ad eãdem
89 deciſ. 640. p. 1. diuerſ. firmantem fideicommiſ-
ſum: nullatenus attento, quòd S. M. Leoni X.
fuerit tributa facultas diſponendi per verba
ſatis effrænata: Ibi, altè, & baſsè; Eſt enim
animaduertendum, quòd poſtmodùm lege-
bantur adiecta uerba reſtrictiua: Ibi, Ben prie-
go, e ſupplico, che delle coſe, che le laſcio, ne
faccia un dono à Catarina, perche non vorria,
che riceueſſe torto, ex quibus qualificata re-
manſerunt antecedẽtia uerba liberam facul-
tatem præſeferentia, prout rectè aduertit ea-
dem deciſio num. 22. 24. & 26. in fine & benè
ponderat Surd. d. conſ. 380. nu. 38. & ſeq. Gratian. d. cap. 23. n. 6 & ſeq. In preſenti uerò the-
mate uerba præcaria non ſubſequuntur, ſed
potiùs præcedunt; ideòque non qualificant;
ſed potiùs à ſubſequentibus qualificantur ex
ſupra firmatis.
Prædicta uerò uerba ſubſequentia, ſatis ſu-
perque effrænata nullo Iure reſtringi ualent
ex abſurdo ponderato, quòd alioquin Teſta-
toris diſpoſitio eſſet nulla, utpotè in liberam
hæredis uoluntatem collata: Eſt enim
90 compatibile, quod fideicommiſſum condi-
tionale, & ab alieno arbitrio, uoluntateque
dependens non ſubſiſtat; & nihilominus hæ-
redis inſtitutio pura, & libera ſubſtineatur,
prout apertè diſponit text in l. fideicommiſſa,
§. ſic fideicommiſſum verſ. quamquàm, ff. de
legat. 3. in quo, licèt irritetur fideicommiſſũ,
tanquàm in liberam hæredis uoluntatem col-
latum; nihilominus inconcuſſa remanet eiuſ-
dem hæredis libera inſtitutio.
Prout etiam non rectè conuenit text. in
91 l. fideicommiſſa 11. §. hęc verba, ff. de legat. 3.
ibi enim poſt uerba præcaria nullum legitur
uerbum liberã hęredis facultatem redolens.
Alter uerò text. in l. Thais 41. §. ſorore, ff. de
fideicommiſſ. liber. non continebat, niſi uerba
importantia nudum arbitrium boni uiri obli-
gatorium, prout eundem textum declarando
aduertit Surd. d. conſ. 380. n. 32 Corn. conſ. 321.
n. 28. lib. 2. Pariſ. conſ. 71. n. 18. lib. 3. Ruin. conſ.
222. n. 10. lib. 1. & conſ. 133. n. 3. uerſic. tamen
cum reuerentia lib. 2. Alex. conſ. 175. n. 9. lib. 6.
Menoch. de arbit. lib. 1. q. 8. nu. 12.
Prædicta uerò omnia fortius procedunt;
quia Teſtator non grauauit Cardinalem, ut
inſtitueret; ſed id pleno Iure remiſit in eiuſ-
dem Cardinalis liberam uoluntatem, nullo
neceſſitatis uinculo obnoxiam, prout ſatis li-
quidò dignoſci ualet ex uerbis immediatè
ſubſequentibus: Ibi, Rimette, perciò nel libe-
ro arbitrio, e volontà di detto Sig. Cardinale,
che poſſa, ſe così piacerà à S. E. chiamare, in-
ſtituire, e ſoſtituire quello, &c. & quando à S. E.
piaccia di farlo, perche vuole, che queſto in
tutto, e per tutto dipenda dalla mera volontà,
& arbitrio di S. E. Quæ uerba, ut pote ſatis
92 ampla, & effrænata, nullatenus præſeferre
ualent inſtituendi neceſſitatem, prout de
uerbis longè minùs amplis ſunt Iura ſatis ſin-
gularia in l. fideicommiſſa, §. quamquàm, ff. de
legat. 3. l. fideicommiſſaria libertas, ff. de fidei-
comm. libert. Natta conſ. 530. num. 8. Surd. conſ.
380. n. 32. & ſeqq. Peregrin. de fideicomm. art.
33. n. 65. & ſeqq. Andreol. contron. 105. n. 6. &
ſeq. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 6. nu.
70. et ſeqq. Attolin. reſolut. 6. nu. 22. 27. & 32.
& reſolut. 7. n. 37. & 43. & in his ſpecialibus
terminis Rot. in recent. dec. 692. nu. 7. & ſeqq.
p. 18. tom. 2.
Nullatenus uerò ſubſiſtit aſſumptum, quód
etiam admiſſa libera facultate Cardinalis di-
ſponendi, nihilominus, dum diſpoſuit, iuxta
formam Teſtamenti Marij, & cum omnimoda
relatione ad illud, potius dici debeat proro-
gaſſe fideicommiſſum ejuſdem Marij in dona-
tione per eumdem Cardinalem facta, quàm
nouum fideicommiſſum feciſſe, ex Decio conſ.
63. & 362. et 497. n. 3. et ſeq.
Siquidem Decij ſententia communi Docto-
93 rum ſenſu eſt reiecta, & contra eundem
conſuluit, Soccin. Iun. con. 75. per tot. lib. 3.
quem ſequitur Peregrin. de fideicom. art. 16.
num. 114. in fin. & articulo ad partes diſcuſſo
Merlin. dec. 432. à nu. 11. & per totum Rot. in
Bononien. fideicommiſſi 22. Iunij 1671. §. nec
ſubſiſtit coram Reuerendiſs. Calatain.
94 Prout neque aduerſatur text. in l. ſi mihi
104.

104. *ff. de leg.* 1. ibi, enim hæres non habebat
poteſtatem diſponendi, & non diſponendi,
ſed potiùs reperiebatur præcisè grauatus; at-
que adeò diſponendo, nihil de ſuo dediſſe
videbatur; ideòque nullatenùs mirandum, ſi
bona Teſtatori potiùs, quàm hæredi accepto
ferantur, quod ſecus in præſenti themate aſ-
ſerendum, dum Cardinalis erat inſtitutus
hæres abſolutus, & liber dominus; adeò ut
potuerit non diſponere, & per conſequens
non militat prædicti textus diſpoſitio; prout
illum declarando firmant, *Surd. conſ. 29. n. 18.
Fuſar. conſ. 63. nu. 14. & ſeqq. & de ſubſtit.
qu. 511. nu. 2. Eman. Coſt. Select. lib. 1. cap. 22.
nu. 9. Peregrin. dec. Patau. 106. nu. 3. Rot. in
recent. dec. 205. num. 5. & ſeqq. & dec. 314.
num. 8. & ſeqq. par. 9. & dec. 170. nu. 22. par.
12. Coccin. dec. 2158. nu. 23.*

Atq; hinc etiam ex prædictis ſecundi teſta-
mēti verbis, omninò corruit cōtrariū ſuppo-
ſitum, quòd Cardinalis fuerit hæres fiducia-
95 rius: talis enim ille dumtaxat dici debet, qui
ueluti merus depoſitarius, nudusque Miniſter
totam hæreditatem alteri reſtituere tenetur;
de quo Iuriſconſultus *in l. Sejus Saturninus 46
ff. ad Senat. Conſult. Trebell. l. in fideicommiſſo
3. §. cum Pollidius, ff. de vſufructu l. ſi ita lega-
tum §. Pegaſus, ff. de legat. 2. l. Lucius §. hære-
de l. in fideicommiſſariam, ff. ad Senat. Conſult.
Trebell. Caſtr. in d. leg. Sejus Saturninus col. 2.
verſic. ex quo ff. ad Senat. Conſ. Trebell. Alciat.
Parerg. Iuris, lib. 3. c. vlt. verſic. Vulpianus. Bu-
deus in annot. ad Pandec. ad l. 2. ff. de orig. Iur.
fol. 24. & 25. Cuman. conſ. 108. ſub num. 2. Me-
noch. conſ. 1135. nu. 16. verſic. eſt enim hæres fi-
duciarius, Bertazol. conſ. 8. nu. 1 lib. 1. Pacian.
conſ. 66. n. 91. Tiraq. de retract. conuent. in præ-
fat. n. 39. verſic fiduciam, Peregrin. de fideicom.
art. 3. ſub n. 19. propè fin. verſic. ego autem fidu-
ciarium, ibique Cenſal. in obſeruat. Cancer. var.
reſolut. p. 1. cap. 1. nu. 215. in fin. verſic. & quod
hæc fuerit, & nu. ſeq. Argel. de acquir. poſſeſſ.
qu. 15. art. 6. n. 56. Fontanel. de pact. nupt. clauſ.
5. p. 4. gloſ. 8. n. 77. Hodiern. in l. hac edictali qu.
28. nu. 28. C. de ſecund. nupt. Manſ. conſult. 173.
nu. 1. & ſeqq.* egregiè præ cæteris *Torre de
pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 7. n. 2. & ſeqq.* qui
plures alios colligit. *De Luca de pluralit. bo-
min. legal. c. 78. nu. 1. Mainard. dec. 85. n. 3. lib. 5.
Buratt. dec. 616. nu. 21.* Card. *Caualer. dec. 284.
n. 3. & 381. n. 2.*

96 Prout pariter hæres fiduciarius eſt appel-
landus, qui tacitè, & clam fidem ſuam Te-
ſtatori accomodauit; atque adſtrixit de re-
ſtituendo alteri integram hereditatem; adeò
ut concurrant, ne dum cauſa, ſed etiam uerba
hujuſmodi fiduciariam qualitatem præſefe-
rentia, *l. quidam 46, ff. de hæred. inſtituend. d. l.
Sejus Saturninus 46. ff. ad Senat. Cōſult. Trebell.
Dec. conſ. 310. n. 3. in fin. verſ. ſed ſolùm conſide-
ratur, & num. 4. verſic. quòd tunc demum, &
verſic. & hoc debet probari Barbat. conſ. 46. nu.
3 verſic. ſed etiam lib. 1. Peregrin. de Iur. Fiſc.
lib. 3. tit. 19. n. 6. & de fideic. art. 3. n. 19. de Lu-
ca de pluralit. homin. legal. d. cap. 78. n. 2. Torre
de pact. futur. ſucceſſ. d. lib. 3. cap. 7. n. 7. et ſeqq.
Cardin. Caualer. dec. 381. nu. 2.*

Non autem hæres fiduciarius, ſed potius
97 uerus, & proprius hæres eſt nuncupandus idē
Cardinalis, qui, ex ſupra latè firmatis, libe-
ram, abſolutamque, de bonis hæreditarijs di-
ſponendi facultatem habuit, *l. quidam cum
filium 46. verſ. reſpondi:* Ibi, *Manifeſtum eſſe
debet, ſcriptum hæredem fidem dediſſe, & te-
ſtatorem fidem ejus ſequutum fuiſſe, ff. de hæred.
inſtit. Bart. in leg. cum filius familias, verſic. re-
manebit, ff. de legat. 1.* Roman. *conſ. 67. ſub nu.
17. Peregrin. de fideicom. art. 3. n. 19. & de Iur.
Fiſc. lib. 3. tit. 19. nu. 3. Argel. de acquirend. poſ-
ſeſſ. quæſt. 15. num. 60. Tondut. lib. 1. qu.
Ciuil. cap. 77. num. 26. Torre de pact. fut. ſucceſſ.
d. lib. 3. cap. 7. num. 36. verſ. quando Teſtator.
Hodiern. in l. hac edictali, q. 28. n. 34. C. de ſecūd.
nupt. de Luca de pluralit. homin. legal. d. cap. 78.
num. 8. Bich. dec. 35. & deciſ. 317.* utrobique
*num. 1. & ſeqq. & dec. 354. Rot. in recent. deciſ.
226. n. 4. & ſeq. p. 12.*

Ex quibus omnibus, ſatis liquidò remanet
comprobatum optimum Ius Reuerendæ
Cameræ Apoſtolicæ pro confiſcatione ſub-
ſtinenda.

*Iuxta firmata poſt plures habitas acerrimas
diſputationes, fuit deciſum pro Reuerenda
Camera Apoſtolica, per Clar. Mem. Cardi-
nalem Gaſtaldum, tunc temporis eiuſdem
Cameræ Apoſtolicæ Theſaurarium: Dein-
dè huiuſmodi controuerſia poſt meum di-
ſceſſum ab Vrbe, fuit tranſacta cum Fiſco
Apoſtolico (Ita mandante pro ſua Paterna
pietate,* SS. D. N. INNOCENTIO XI.)
*reſtituta Marchioni Cornelio Frangipa-
nio dimidia parte bonorum confi-
ſcatorum, reliquis penes Came-
ram Apoſtolicam rema-
nentibus.*

ARGVMENTVM.

In Maioratibus, ſiue Primogenituris, quoties deficientibus deſcendentibus maſculis, vocantur in genere maſculi Collaterales de familia ipſiuſmet Inſtitutoris, intelligi debent vocati exiſtentes de familia, ſeu Columnello, ſub quo diſponens continetur, inſpecto communi ſtipite, non extantibus deſcendentibus ex familia effectiua.

Maſculus ex fæmina nupta in familia, an, & quando veniat appellatione maſculorum tranſuerſalium de familia vocatorum ad Maioratum, & an deficere faciat conditionem, ſi ſine maſculis, in præiudicium maſculi ex maſculo deſcendentis à communi ſtipite cum Inſtitutore: latè ad examen reuocatur, pluribus adhibitis diſtinctionibus in huiuſmodi articulo ob diſſidentes ſententias ſatis inuoluto.

Agnationis conſeruandæ ratio ex quibus potiſſimùm coniecturis dici debeat contemplata

Tranſactio ſuper re Maioratui, ſeù fideicõmiſſo obnoxia, an, & quando inferat ſucceſſoribus præiudicium: & an Aſſenſus Regius requiratur, quoties agitur de interuertendo ordinem Primogenituræ Regia facultate munitum.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries.*

2 *Lineæ collateralis vocatio intelligi debet de illa, ſub qua diſponẽs inſpecto communi ſtipite continetur.*

3 *Familiæ vocatio, quoties plures exiſtunt Columnelli intelligitur de familia, & Columnello, ſub quo diſponens continetur, conſiderato communi ſtipite.*

Familia, ſeù agnatione vocata intelligitur de familia, ſeù agnatione Columnelli, de quo eſt ipſemet diſponens, non exiſtentibus deſcendentibus de familia effectiua: ibidem.

4 *Præcipuè, quando Inſtitutor Maioratus in ſubſtitutione proximiorum Collateralium, ad propriam ipſius familiam ſe reſtrinxit.*

5 *Familia contentiua proxima præpoſita cenſetur contentiuæ remotæ.*

6 *Familia in genere quando vocatur, intelligitur illa, quæ ſit de Columnello fideicommittentis, & deſcendat ab aliquo communi ſtipite; ſecus verò à diuerſo habente ſolummodò identitatem Cognominis, & Armorum.*

Non eſt habenda ratio inanis vinculi Cognominis.

7 *Familia contentiua duplex eſt, altera proximior, altera verò remotior, vbi explicatur.*

8 *In concurſu duarum linearum, intelligitur vocata proximior, non autem remotior.*

9 *Exiſtens de familia contentiua proximiore, vtpotè deſcendens ab vnico communi ſtipite cum Inſtitutore Maioratus, præfertur alteri de linea contentiua remotiore.*

10 *Familia diſcretiua proxima venit tàmquam ſpecies effectiuæ diſcreta ab alia contentiua, tamquàm magis remota.*

11 *Contendenti ſuccedere in Maioratu inſtituto ad fauorem proximiorum Collateralium de familia, incumbit onus probandi, non ſolùm, ſe eſſe agnatum, & de familia; ſed etiam proximiorem.*

12 *Aſſerens, ſe vocatum tanquàm vnum de linea maſculina Inſtitutoris, quæ copulatiuè probare debeat.*

13 *Maioratus Inſtitutor, quoties ſimpliciter non vocat maſculos; ſed maſculos de ſua familia, tunc maſculi ex fœminis non intelliguntur vocati.*

14 *Linea maſculina non incipit à fœminà, quæ potius eſt finis lineæ maſculinæ, & principium fœmininæ.*

15 *Aduerſus agentem ad fideicommiſſum poteſt opponi, ſubſtitutio de te non loquitur.*

16 *Agenti ad fideicommiſſum, tamquàm vni de familia Teſtatoris, incumbit onus probandi, ſe eſſe de Columnello eiuſdem Teſtatoris per gradus, & ſtipitem.*

17 *Familiæ, & agnationis identitas regulariter probatur ex identitate Cognominis, & Inſigniũ.*

18 *Stegmatis Gentilitij, Inſigniumq; identitas non ſufficit.*

19 *Ex aliqua additione facta Inſignibus, non inducitur, neque præſumitur familiæ diuerſitas.*

20 *Additiones Raſtri in Inſignibus denotant impedimentum Secondogenitis præſtitum in ſuccedendo.*

21 *Maſculus ex fœmina nupta in familia in aliquorum ſententia excludit à ſucceſſione Maioratus alium de familia ortum ex maſculo, facitque deficere conditionem, ſi ſine maſculis.*

22 *Contrariam ſententiam eſſe veriorem oſtenditur,* & n. ſeqq.

23 *Coniunctio per fœminam proximiorem eſt impertinens.*

24 *Auctores pro ſententia fauorabili fœminæ nuptæ in familia, & maſculo ex eadem procreato, loquuntur, quoties non fuit habita ratio conſeruandæ agnationis, ſecus, quoties fuit contemplata agnatio, expreſsè, vel ſaltem tacitè.*

25 *Adducuntur auctoritates ſpecificè ita diſtinguentes.*

26 *Teſtator maſculus, quoties ſpretis proprijs fœminis deſcendentibus, ſolos filios, vel deſcendentes maſculos, illiſque deficientibus, tranſuerſales instituit, ordinando perpetuum fideicommiſſum in deſcendentia maſculina: tunc non veniunt, niſi maſculi agnati, & per maſculum.*

27 *Maſculis ad fideicommiſſum vocatis, maſculi ex fœminis non admittuntur.*

28 *Præcipuè, quando Teſtator habuit reſpectum ad agnationem.*

29 *Maſculus ex fœmina non valet eſſe melioris conditionis in ſuccedendo, quàm ſit eius Mater.*

30 *Fœmina, vbi non ſuccedit, pariter non valet ſuccedere maſculus ex ea deſcendens, quia caret principio producente.*

31 *Sa-*

31 *Satis abſurdum eſt, ipſa origine rei ſublata, einſdem imaginem derelinqui.*

32 *Maſculi vocati intelliguntur, vt bona in familia conſeruentur.*

Ideòque excluſa matre ad agnationem conſeruandam impare, excluditur etiam maſculus ex ea deſcendens.

Expenduntur plura Iura hoc ipſum apertè cōprobantia.

33 *Maſculi deſcendentes, quoties ſunt vocati, & non fuit habita ratio agnationis, licet veniant maſculi ex fœminis; non tamen valent ſuccedere inſimul cum maſculis, & de ratione.*

Prout nepotes ex filia non admittuntur, facta conceſſione filijs cum qualitate maſculinitatis.

34 *Præcipuè, quoties concurrit maſculus ex maſculo cum maſculo ex fœmina.*

35 *Agnationis conſeruandæ ratio dicitur habita ex ipſamet Maioratus inſtitutione.*

36 *Ex longa ſubſtitutionum diuerſarum perſonarum, graduum, & ordinum ſerie in infinitum protracta, dicitur habita ratio conſeruandę agnationis.*

37 *Fœminarum deſcendentium excluſio, ac maſculorum ſubſtitutio, & prælatio, denotat fuiſſe contemplatam agnationem.*

38 *Maſculinitatis qualitas, ſæpiùs repetita non ſimplicem, & primariam ſexus prædilectionem; ſed potius cauſatiuam conſeruandę agnationis principaliter contemplatæ, præſeferre videtur.*

39 *Onus ſpecificè iniunctum à Teſtatore filijs maſculis ex fœminis aſſumendi Cognomen, & Inſignia familię eiuſdem Teſtatoris, deficientibus trāſuerſalibus maſculis, denotat, fuiſſe habitam rationem conſeruandæ agnationis.*

40 *Fœmina nupta cum maſculo de familia ad hoc, vt poſſit admitti ad ſucceſſionem Maioratus, quę requirantur in ſententia* Rouiti.

41 *Maſculus ex fœmina nupta in familia, in quibus caſibus poſſit admitti ad excluſionem maſculi ex maſculo de eadem familia,* & n. ſeqq.

42 *Maſculus ex fœmina, etiam nupta in familia, non dicitur maſculus ex maſculo.*

43 *Prælatio, quando fuit ſimpliciter conceſſa cuilibet maſculo de familia, tunc in aliquorum ſententia, maſculus ex fœmina nupta in familia poteſt admitti ad Maioratum.*

44 *In fideicommiſſo ſimpliciter maſculino inſtituto à fœmina, maſculus ex fœmina nupta in familia poteſt admitti ad ſucceſſionem Maioratus in nonnullorum opinione.*

45 *Secus aſſerendum in fideicommiſſo merè agnatitio inſtituto à maſculo, cum erectione Primogenituræ, & perpetua prælatione maſculorū agnatorum proximiorum, perpetuò excluſis fœminis, etiam deſcendentibus.*

46 *Tranſactio inita cum poſſeſſore Maioratus non præiudicat ſucceſſoribus.*

47 *Ideòque ab eiſdem poteſt impugnari.*

48 *Maioratus poſſeſſori ſuccedendi ordinem interuertere non conceditur, alioſque actus præiudiciales gerere in detrimentum Primogenituræ.*

49 *Prohibita alienatione, intelligitur etiam prohibita tranſactio.*

50 *Aſſenſus Regius eſt neceſſarius, quoties agitur de interuertendo ordinem ſuccedendi in Maioratu Regia facultate munitum.*

51 *Tranſactio bona fide inita ſuper re alienari prohibita, ſubſtinetur.*

52 *Secus aſſerendum, quoties res eſt omninò clara.*

53 *Pactum reſolutiuum, eueniente aliquo caſu, adiectum in tranſactione, illam reſoluit, perindè, ac ſi non fuiſſet inita, eodem caſu eueniente.*

CAPVT II.

1 CVM Dominus Hector Pignatellus Inſtitutor Maioratus, de quo in præſenti eſt controuerſia, in defectum propriæ lineæ maſculinæ expreſsè vocauerit lineam maſculinam, & maſculos ex illa, de familia tranſuerſalium, vt clara ſunt verba Primogenituræ *in §. primo, loco in fine*: ibi, *Quod habeat locum, tàm in ſucceſſione deſcendentium, quàm Collateralium in dictis Ducatu, & Comitatu, & alijs bonis prædictis vnitis, & aggregatis, quomodòcumque, & quotieſcumque caſus euenerit: Quinimmò, deficiente fortè, quod abſit, linea maſculorum deſcendentium ab eodem Illuſtriſſimo Domino in perpetuùm, alij quicumque remoti, & aliàs non ſucceſſibiles de domo, & familia ipſius Illuſtriſſimi Domini de Pignatellis, ad dictam ſucceſſionem admittantur iuxta poſſibilitatem, & facultatem ipſi Illuſtriſſimo Domino conceſſam*, & rurſus, & clariùs *in §. quod quādo infrá*, ubi in caſu deficientiæ lineæ maſculinæ deſcendentis ab eodem Maioratus Inſtitutore, diſponitur per hæc ipſiſſima verba, *Maſculi de domo, & familia ipſius Illuſtr. Domini de Pignatellis, quantùmcumque remoti, & aliàs non ſucceſſibiles, ſiue ſint ex deſcēdentibus ab Illuſtriſſimo Domino, ſiue ab alijs collateralibus, ſiue tranſuerſalibus, legitimi, & naturales, legitimè deſcendentes, ſeruata gradus, & ætatis prærogatiua, cum repræſentatione gradus, & perſonæ præmorientis, tamquàm particulares ſucceſſores in perpetuùm modo, quò ſupra ſuccedant, & ſuccedere debeant*, & probatur, etiam ex Priuilegio Cæſareæ Majeſtatis, §. *& ſi quis fuerit ſuperſtes*: ibi, *Quinimmò deficiente ipſa linea veſtra deſcendentium à vobis maſculorum in infinitum, alij qui cumque remoti, & aliàs non ſucceſſibiles de domo, & familia veſtra de Pignatellis, ad ſucceſſionem eandem admittantur.*

Hinc pernecesſè reſultat, vt cum defecerint deſcendentes maſculi ex linea dicti Inſtitutoris, ſucceſſio controuerſi Maioratus ſpectet ad Dominum Marchionem Caſalis Noui; non autem ad Dominum Marchionem Sambuci: cum idem Marchio Caſalis Noui deſcendat ab Angelo communi ſtipite cum eodem Hectore Maioratus Inſtitutore; atque adeò ſit proximior agnatus eidem Inſtitutori; Marchio verò Sambuci nullatenus deriuet ab eodem Angelo communi ſtipite, ſed à Thoma lineam toto Cœlo diſtinctam præferen-

ronte , neque aliquo agnationis vinculo coniunctam cum eodem Maioratus Inſtitutore , prout ad oculum dignoſci poterit ex inſpectione Arboris Genealogicæ, præcedentibus legitimis probationibus ſatis accuratè confectæ.

2 Siquidem receptiſſima eſt Iuris propoſitio , vt vocatio lineæ Collateralis intelligi debeat de illa , ſub qua, inſpecto communi ſtipite, continetur diſponẽs, iuxta receptã doctrinã *Soccin. in l. Gallus 29. §. nunc de lege, u. 3. ff. de liber. & poſth.* quã ſectãtur *Pariſ. cõſ. 51. n. 5. et ſeqq. lib. 2. Soccin. Sen. cõſ. 33. n. 9. lib. 3 Ruiu. conſ. 98. nu. 1 lib. 1. & conſ. 153. nu. 10. lib. 2. verſ. ergo pari ratione*, ubi dicit, quòd, ſicut quando Teſtator habet deſcendentes, cẽſetur illos, dumtaxat uocare, ita quando careret deſcendentibus , cenſetur eos ſolùm uocare, qui ſunt de ſuo Columnello *Fuſar. conſ. 107. num. 6.* & pluribus allegatis, *de ſubſtit. q. 348. num. 4. Menoch. conſ. 233. nu. 16. Peregrin. conſ. 57. num. 8. & conſ. 42. num. 4. lib. 5. & de fideicomm. artic. 22. num. 26. & ſeq. Altograd. conſ. 79. nu. 56. & ſeqq. lib. 2. Bellon. Iun. conſ. 11. ſub num. 54. Giouagnon. conſ. 75. n. 9. lib. 1. Oſaſch. conſ. 74. n. 10.* Rogger. *conſ. 37. n. 18. lib. 2. Tondut. reſolut. ciuil. 138. n. 16. lib. 2. Caſtill. lib. 5. controu. cap. 93. §. 16. num. 44. Andreol. contr. 338. nu. 5. & ſeqq. Altograd. Iun. controu. 38. n. 63.* Merlin. *dec. 669. n. 29. & ſeq.* repetita *in recent. deciſ. 15. p. 7. Card. Celſ. dec. 341. num. 2.*

3 Regulare enim eſt , ut uocatio familiæ , quoties plures exiſtunt Columnelli , intelligi debeat de familia , & Columnello , ſub quo diſponens continetur, conſiderato communi ſtipite, iuxta theòricam *Bart. in l. filius familias §. cum* Pater, *ff. de legat. 1. & in l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. Soccin. in l. ſi cognatis nu. 31. ff. de reb. dub. Fuſar. d. conſ. 107. n. 4. et ſeq.* aſſerens, quòd familia , ſeu agnatione uocata, intelligatur de familia, ſeu agnatione Columnelli, de qua eſt ipſemet diſponens, non exiſtentibus deſcendentibus de familia effectiua, *Mandel. conſ. 37. num 28. lib. 2. Menoch. conſ. 458. num. 1. & ſeqq. Peregrin. de fideicom. art. 32. n. 83. propè fin. verſ. & ſi plures ſunt Columnelli, Altograd. Iun. d. contr. 38. num. 63.* Cyriac. *contr.* 281. *nu.* 70. benè *Rot. in recen. dec. 300. n. 30. verſ. et hinc videmus par. 1. Raudenſ. deciſ. Piſan. 47. nu. 38. & ſeq.*

4 Præcipuè, quando (prout in præſenti themate) Inſtitutor Majoratus in ſubſtitutione proximiorum Collateralium ſe reſtrinxit ad propriam ipſius familiam, ponderatis verbis poſſeſſiuis: Ibi, *De Domo, & familia ipſius Ill. Domini de Pignatellis* ; iſtud enim verbum *ipſius* eſt perſonaliſſimum, *Rip. in l. filius fam. §. diui n. 111. ff. de legat. 1. Gabr. conſ. 132. n. 60. lib. 1. Menoch. conſ. 733. n. 21.* ideòque reſtringit uocationem ad familiam proximiorem, & Columnellum, ex quo erat idem diſponens; neque intelligi ullo Iure poteſt de familia remotiore , licet etiam illa à quodam communi, ſed antiquiori ſtipite , fortaſſe deriuauerit *Altograd. d. conſ. 79. nu. 59. & ſeq. lib. 2. Cyriac. d. controu. 281. num. 72. & ſeq. Card. de Luca in Theatr. verit. & Inſt. lib. 10. de fideic.*

BERNARDINVS Sfortia agnoſcens ſe in decrepita ætate conſtitutum, omninò carere ſpe liberos ex ejus vxore ſuſcipiendi, ſuam inſtituit hæredem uniuerſalem Reſtitutam Sfortia, ex fratre Ridulpho prædefuncto neptem, quæ tunc temporis, ipſomet Teſtatore Patruo curante, nuptui reperiebatur tradita Angelo Sfortia de ejus agnatione, licèt in gradu ſatis remoto, conſtituens Primogenituram perpetuam in quodam ſuo Prædio ruſtico, aliqualem Iuriſdictionem habente, nuncupato *Pagliara*, decernendo, ut in eo ſuccedere debeat ſolus Primogenitus dictæ Reſtitutæ, uel qui

Pri-

Digitized by Google

Primogeniti locum obtinebit, eoque deficiente, Secundogenitus, & ſic deinceps in infinitum: Itaut Prædium prædictum indimiſutum, & indiuiſibile tráſeat de Primogenito in Primogenitum in infinitum. In reliquis uerò bonis ſuę hæreditatis in modico aſſe conſiſtentibus, poſt obitum dictæ Reſtitutæ, ſubſtituit pro æquis portionibus filios maſculos ejuſdem Reſtitutæ, incluſo etiam Primogenito, quos inter ſe reciprocè ſubſtituit in caſu obitus cuiuslibet, quandocumq; ſine liberis maſculis.

Inſuper idem Teſtator, decedentibus omnibus filijs maſculis dictæ Reſtitutæ neptis, uel eorum deſcendentibus pariter maſculis in infinitum; adeòut omninò fuerit extincta linea maſculina dictæ Reſtitutæ ſuæ hæredis uniuerſalis, hoc, inquàm, caſu in dicta Primogenitura ab eodem Teſtatore inſtituta, & in uniuerſa eius hæreditate, ordine, quo ſupra, ſubſtituit Nicolaum Sfortia ipſius Teſtatoris nepotem ex Iulio fratre conſobrino prædefuncto, & poſt illius obitum eius filios maſculos in infinitum, cum reciproca ſubſtitutione, ut ſupra inter eoſdem; ita tamen, ut Primogenitus, uel qui Primogeniti locũ obtinebit, ultra portionem ei debitam, in reliquis bonis dici debeat ſubſtitutus in dicto Prædio, ejuſdemque ſucceſſor Primogenitus de Primogenito in Primogenitum, & ſic deinceps, ut ſupra, in infinitum.

Deficiente verò, & omninò extincta linea maſculina dicti Nicolai, ſuccedant in ſua hæreditate filiæ fęminæ legitimæ, & naturales ſupradictæ Reſtitutæ ſuæ neptis hæredis uniuerſalis, vt ſupra inſtitutæ, & Nicolai ſui nepotis, ut ſupra ſubſtituti pro æquali parte, & portione, earumque filij, & deſcendentes, tàm maſculi, quàm fęminæ in infinitum, cum perpetua Primogenitura, & fideicommiſſo inter eoſdem, ordine, quo ſupra, conſtituto.

In defectum autem lineæ fæmininæ ſupradictæ Reſtitutæ, & Nicolai, ſubſtituit illos, quibus jure, communi inſpecto, ſucceſſio eſt debita, prout ſunt ipſiſſima verba Teſtaméti ad me tranſmiſſi.

Cumque ex Reſtituta fuerint procreati Hortenſius Primogenitus, qui adhuc viuente Reſtituta matre in vigeſimo anno uxoratus deceſſit, ſuperſtite Clara ejus filia, nec non Fabritius Secundogenitus, qui poſt obitum Reſtitutæ matris in Primogenitura ſucceſſit, quo demum decedente, fuerint ſuperſtites Theodorus unicus filius, qui paritèr in dicta Primogenitura fuit ſucceſſor, & Cęcilia eius ſoror, cumque idem Theodorus nouiſſimè ſine liberis deceſſerit, ſuperſtite prædicta Cęcilia unica ejus ſorore.

Proindè orta eſt controuerſia ſuper ſucceſſione in dicta Primogenitura inter Claram filiam Hortenſij Primogeniti prædefuncti, adhuc viuente Reſtituta ejus matre, & Cęciliam vnicam ſororem Theodori ultimi poſſeſſoris Maioratus; ideòque pro ueritate conſultus conſtanter reſpondi, Ius omninò aſſiſtere pro Cęcilia ultimi poſſeſſoris ſorore.

Initio igitur, duo pernecesſè ſunt præmittenda, ueluti baſes dicendorum: Alterum, quòd reſpectu Predij controuerſi, in quo potiſſimùm tota conſiſtebat hæreditas, dubi-
1 tari non poſſit, quin Teſtator Primogenituram, ſeu Majoratum proprium, & formale conſtituere voluerit; Tum ex uocatione Primogeniti in Primogenitum, eoque deficiente, Secundogeniti, & ſic deinceps in infinitum, ex traditis in ſpecie per *Moliu. de Hiſpan. Primog. lib. 1. cap. 1. num. 22. & cap. 4. n. 36. Peregrin. conſ. 34. num. 11. lib. 3. Menoch. conſ. 904. n. 44. Fuſar. de ſubſtitut. q. 384. num. 7. Caſtill. lib. 5. contron. cap. 93. §. 4. n. 5. & ſeq. Andreol. contron. 254. n. 35.*

2 Tum etiam, inſpecta diſpoſitione eiuſdem Teſtatoris, qui demandauit, ut idem Prædium ad unum ſolum Primogenitum ex filijs Reſtitutæ neptis, deberet peruenire indiuiſibile, cum excluſione ſimultanei concurſus plurium perſonarum, quod etiam præſeferre uidetur tacitam Majoratus inſtitutionem, licet de eo nulla fuerit habita expreſſa mentio in Teſtamento, prout poſt *Io: Andr. & Aretin.* firmant, *Suarez in l. quoniam in prioribus ampliat.* 10. *C. de inoffic. teſtam. Surd. conſ. 375. num. 16. Fuſar. de ſubſtit. qu. 356. num. 4. & d. q. 384. n. 2. Andreol. controu. 254. n. 36. Epiſc. Simanch. de Primog. lib. 1. cap. 6. Roxas de incompatibilit. p. 5. cap. 5. n. 16. Cardin. de Luca de fideicom. diſc. 16. num. 6. Carol. Anton. de Luca de linea legali, art. 8. nu. 2. Fontanell. dec. Cathalon 32. n. 8. & ſeq.*

Solùmque contrarium eſſet aſſerendum,
3 ſi Teſtator ſimpliciter demandaſſet, ut prædium indiuiduum ad unum ex nepotibus perueniret, quo caſu id Iure Primogenituræ non eſſet intelligendum; ſed tantùm hæredis electione, uel ſorte, iuxta ſingulare monitum, *Bald. in cap. 1. §. vidimus n. 17. qui feud. dar. poſſ.* quem ibidem ſequũtur, *Martin. Lauden. in fin. Aluarot. in cap. 1. num. 17. de eo, qui ſibi, & hæred. ſuis*, benè *Hodiern. controu. 32. num. 55.*

Alterum uerò eſt præmittendum, quòd ob prædeceſſum Hortenſij Primogeniti, adhuc ſuperſtitibus Reſtituta, & Angelo ejus parentibus, abſque eo, quòd Ius ſuccedendi in Primogenitura fuerit radicatum in perſona eiuſdem Hortenſij, eique Ius aliquod certum, firmum, & inuariabile quæſitum, euaſerit Primogenitus Fabritius Secundogeni-
4 tus: cum nemo ſit, qui ignoret, quòd Primogenitus is debeat nuncupari, qui tempore, quo feudum, uel ſucceſſio aperitur, primus

in

in rerum natura exiſtit, *cap. item opponitur*
22. qu.2.cap.nam, & ego, de verb.ſignific.Al-
ciat.in l.proximis, ff.eod.Pariſ.conſ.72.n.109.
& ſeq.lib.4.Honded.conſ.70.nu.16.lib.2. Me-
noch.conſ.97.num.3.& ſeqq.& conſ.442. nu.
23.Surd.conſ.468.num.4. Valenzuol.conſ.69.
n.10.Bece.conſ.121.& conſ.123. vtrobique
num.1.Mart.conſ.106. Tiraq.de Iur. Primog.
qu.3.num.6.& ſeq. Molin. de Hiſpan.Primog.
lib.1.cap.5.num.20. & ſeq. Paleaz de Maio-
rat.p.2.q.4.illat.3.num.1. Gratian.cap.834.n.
19.Andreol.contron.254. num.35. Cardin.de
Luca de fideicomm.diſc.209.ſub num.2. in ſup-
plem.Seraphin.dec.459.n.1. Cardin.Ottobon.
dec.254. n.2.

Idq; etiam ab obſeruantia fuit comproba-
tum, dum ob mortem Reſtitutæ, & Angeli
coniugum, ſucceſſit in Primogenitura Fabri-
tius, qui tempore delatæ ſucceſſionis Primo-
genitus reperiebatur.

His igitur præmiſſis, quæ in ſtricta Iuris
cenſura omninò ſubſiſtunt, neque aliquam
pati poſſunt controuerſiam; abſque dubio ad
ſucceſſionem in hujuſmodi Primogenitura
ob deficientes lineas maſculinas Reſtitutæ,
& Nicolai, eſt priuatiuè admittenda Cęcilia
ſoror Theodori vltimi poſſeſſoris Majoratus,
omninò excluſa Clara filia Hortenſij Primo-
geniti, ex pluribus inconcuſſis Iuris conclu-
ſionibus, ex quibus, meo iudicio inſimul ex-
pendendis, res videtur abſolutiſſima.

5 Primò, quia recepta eſt Iuris propoſitio,
communi Doctorum ſenſu, rerumque Iudi-
catarum auctoritate comprobata, quòd, quo-
tieſcumque bona Majoratui, ſeu Primoge-
nituræ obnoxia lineam vnius ex uocatis fue-
rint ingreſſa, nullo prorſus Iure fieri ualeat
tranſitus, uel ulterior, uel retrogradus ad
alteram lineam; niſi linea ingreſſa fuerit om-
ninò euacuata; adeòut; non ſolùm deſcen-
dentes ex ultimo Maioratus poſſeſſore; ſed
etiam tranſuerſales proximiores in gradu,
ſint admittendi, excluſo prorsùs maſculo re-
motiore ex altera linea, in quam, Primoge-
nitura nunquàm fuerit ingreſſa; multóque
magis fæmina, (prout in præſenti themate)
de quo diſceptatur, vt in proximis terminis;
Bald.in ſuo celebri conſ.200.num.2.lib 5. ubi
6 agens de feudi ſucceſſione fauore filiæ ultimi
poſſeſſoris, optimè, & eleganter aduertit per
hæc uerba: *Concluſum enim, & conſolidatum*
fuit feudum in ultimo maſculo, ergo tranſit per
eum in filiam ſuam hæredem, & non reſpicit
retro ad gradum deſtitutum, & caducum, nam
quod ſemel eſt annichilatum, numquã reſurgit,
quem ſequuntur, *Tiraq.de Primog. qu.10.nu.*
21. Cald.de renonat. Emphyt.q.9. n.31.Palaz
Rub.in cap.per veſtras in Rubr.§.60.n.32.Mē-
chac. de ſucceſſ.creat. lib. 3. §.2.n.9.Gregor.
Lopez l. 3. tit. 13. p.6. gloſ. verbo Mugeres
verſ.an autem fæmina, Burg.de Pax. conſ.29.
n.30.Angul.de Meliorat.in leg. 11.gloſ.9.n.5.
quos refert *Roxas de incompatib.p.3.cap.4.n.*
31. Quòdque inter fœminas illa ſit potior,
quæ in locum perſonæ proximoris ſuccedit,
hoc enim facit ſucceſſorium edictum, legiti-
7 maque conſequentia poſt eumdem *Bald.* vbi
ſupra aduertit *Angel.cōſ.321.Caſtrēſ.cōſ.191.*
n.1.& ſeq.Surd.cōſ.370.n.14.et ſeq.& in ſpe-
cie ſucceſſionis in Maioratu, ſeu Primogeni-
tura, omiſſis penè innumeris, qui poſſent
laudari, benè præceteris firmant, *Franc. à*
Sonſ.in l.fæminæ, ff. de regul.Iur.p.1.art.5.n.
383. aſſerens, quòd Primogenitus, qui ſuc-
ceſſit, ſeipſum, ſuamque lineam includat,
reliquis omnibus, qui ex ea non ſunt, omni-
nò excluſis, æquiparando lineam poſſeſſoris
cum linea Primogeniti, *Piccard.poſt princip.*
Inſtit.de hære.qua ab inteſt.defer.n.22.26.29.
& 36.Iaſ.conſ.256.n.8.& ſeqq.lib.3.Caſtrenſ.
*conſ.164.lib.2.*Rimin.*Iun.conſ.544.n.215.lib.*
5.Pariſ.conſ.72.n.100.& ſeq.lib.4.Surd conſ.
403.n.16.lib.3.Dec.cōſ.98.lib.3 Menoch.*conſ.*
211. et 220.propè fin.& conſ.205.n.19.lib.2.
Celſ.Vgo.conſ.120.n.14.lib.1.Guttier.conſ.13.
n.12.& ſeqq.et lib.3.pract.q.67.n.17.& ſeqq.
Valenz.conſ.69.n.19. Bellon.Iun.conſ.72.n.2.
29.& ſeqq.Peregrin.conſ.42.n 6.lib.3.Fuſar.
conſ.41. n.140. Raudenſ.reſp.26.n.5. & 16.
lib.1.Ramon.conſ.100.n.306.& 502.Caſanat.
conſ.38.n.114. Lanar.conſ.35.Rouit.conſ.15.
n.47.& ſeqq.lib.1. Molin. de Hiſpan.Primog.
lib.3.cap.4.n.14.& cap.6 num.29.30. & 32.
8 *Mier.de Maiorat.2.p.q.7.nu.41.* affirmans, id
adeò verum, ut contendens, quòd deſcen-
dat ab aliqua linea, teneatur præcisè proba-
re, quòd bona fuerint ingreſſa in lineam ab
eo prætenſam; alioquin non admittendus,
Couar.practicar.cap.38.n.6. Mart. de ſucceſſ.
legal.p.1.q.12.art.1.num.3.Molin.Theolog.de
Iuſt.& I*ur.diſput.625. Amat. reſolut.1.n.32.*
*et 52.*ubi, quòd hoc ſit tàm vulgatum, quòd
comprobatione non egeat, *Spin. in Specul.*
Teſtament.gloſ.15.princip.n.128. latè *Caſtill.*
plures alios referens, *contron. Iur.lib 5. c.93.*
n.4.et ſeqq.et n.16. Cyriac. contron.654. n.7.
Cardin.Mantic.de coniect. vltim.volunt. lib.8.
tit.18.n.16 Vrſin.de ſucceſſ.feudor.par.2.q.4.
art.2.n.8.et ſeqq.Tōdut.lib.1. quæſt.ciuil.cap.
89.num.6. et ſeq. Roblez de repreſentat. lib.3.
cap.4.num.8. ubi, quòd id, non ſolùm in de-
ſcendentibus, ſed etiam in tranſuerſalibus
procedat, *Roxas de incompatibil.par.3. cap.*
4.num.26. et 50. De Luca de linea legal. art.8.
*n.39.*eruditus *Alderiſ. de hæred.tit.4. n.58.et*
ſeqq.et n.62.Card.de Luca de fideic.diſc.1.nu.
13.et ſeq. et diſc. 2. nu.2. et 4. et diſc.5.n.4.et
*diſc.15.n.7.*Magrett.*ad* Conſtit.*Pragmat.Duc.*
Sermon.§.12.obſeruat.8.n.4.et ſeqq.Cenſal.in
obſeruat. ad Peregr. art. 20. verſ. ſecunda ſit
concluſio, fol. 30. iuxta Venetam Impreſ-
ſionem.

9 Et deciſum teſtantur, Phęb dec.22.num.9.
et dec.40.n.5. Percyr. dec. Portugal.59.num.5.
rectè aduertens, quòd in Primogeniturís vnà
ſolùm detur linea, quæ eſt poſſeſſoris, à qua,
donec non euacuetur, non poſſit fieri tran-
10 ſitus ad aliã, quia reliquæ non ſunt habendæ
in conſideratione, Milanenſ. dec.9.n.1.lib.1.
benè Fontanel.dec.34.n.15.et ſeqq.et dec.36.n.
13.et ſeqq. ubi, quód in Primogenito linea
ultimi poſſeſſoris continuetur in tranſuerſa-
les, qui debent ſuccedere; quemadmodùm ſi
eſſent deſcendentes, & eodem modo exclu-
dunt alios, qui non ſunt in linea admiſſa, Cu-
tell.dec.18. Royas deciſ.72. nu.2.et ſeqq. Bich.
dec.622.nu.4. deciſio Siciliæ in celebri cauſa
ſucceſſionis Principatus Buteræ impreſſa
pænes, Card. de Luca poſt diſc. 103. de feud.n.
173 et n.181.

11 Idque, etiam ſi alius reſpectu Inſtitutoris
Majoratus proximior ſit, vt poſt Soccin.
Iun.conſ.126.n.27.lib.1. Natt.conſ.22.num.1.
lib.1. Roland.conſ.110.num.14. lib.1. Cephal.
conſ.659. n.48. Menoch.conſ.442.n.10.lib.5.
Surd.conſ.403.num.16.lib.3. Peregrin.conſ.50.
lib.5. & in ſpecie firmant, Sous.in d.l.fæminę,
ff.de Regul.Iur.p.1.art.5.n.219. Roblez de re-
preſentat.lib.3.cap.4.num.10. Addit.ad Molin.
de Hiſpan.Primog.lib.3.cap.4.n.12. & ſeqq.
de Luca de linea legal.art.12.n.2.

12 Et in his præciſis terminis, quòd ſoror vl-
timi poſſeſſoris Primogenituræ, ſeu Maio-
ratus, tamquàm proximior eidem vltimo
poſſeſſori, excludat fęminam ex altera linea
non admiſſa, utpote remotiorem; quinimò
etiam maſculum, acerrimè diſputato articu-
lo ad partes, & ſatisfaciẽdo omnibus contra-
rijs, egregiè ſubſtinent videndi præ cæteris,
Additio ad Molin. de Hiſp. Primog lib.3.c.5.n.
72. & ſeqq. vbi, quòd idem ſit aſſerendum de
filia vltimi poſſeſſoris, ac de ſorore, quòdque
pro ſorore vltimi poſſeſſoris Maioratus, ſeu
Primogenituræ ſemper cenſuit iudicandum,
Cenſal. in obſeru. ad Peregr. de fideicomm.art.
20.verſic. ſecunda ſit concluſio, et verſic. tertia
concluſio fol.30. et verſ. quinimò, fol.31. iux-
ta Venetam impreſſionem, vbi etiam pro ſo-
rore ultimi poſſeſſoris Maioratus, Caſtill.lib.
5.controu. cap.92. n.17. Roxas de incompati-
13 bil par.3.c.4.n.53. & ſeqq. optimè in ſpecia-
liſſimis terminis aduertens, quòd, quando
aliqua fœmina ſupereſt ex linea poſſeſſoris
Maioratus, ſiue effectiua, ſiue recta, ſiue cõtẽ-
tiua; tunc ad ſuperſtitẽ ex hac linea decurrat
ſucceſſio Maioratus, abſque eo quód ad lineã
anteriorem Primogeniti retrocedat, neque
ad aliam deuoluatur ex regula cap. primi de
natur. ſucceſſ. feud. ibi, ad ſolos, & omnes, qui
ex illa linea ſunt, ex qua iſte fuit, Card. de Lu-
ca de fideic. diſc.203.num.8. in ſuppl.tom.16.
14 part.3. aſſerens, quòd quoties ſucceſſio ob
defectum lineæ Primogenitæ ſit ingreſſa aliã
maſculinam lineam ſecundò, vel vltrò geni-
tam, tunc fæminæ, & cognati habeantur pro
extraneis à prima linea, dum ab illa iam bo-
na exierunt, neq; tranſeant ad alteram ma-
ſculinam, qua deficiente, tunc potius conti-
nuationem in eadem linea prætendere poſ-
ſunt fæminæ, uel cognati de iſta ſecunda ad-
miſſa, & poſſidente, quám illi de prima iam
effecta extranea, & remota, ne alioquin de-
tur gradus retrogradus regulariter in ſuc-
ceſſionis concurſu non admittendus, rectèq;
n.11. & ſeqq. ſatis ad propoſitum proſequi-
tur, quòd fæminæ dici debeant nobiliores,
15 quæ ſunt de linea magis qualificata, ob pri-
mogenij, vel Maioratus ſucceſſionem, quod-
que referendum ſit bonæ ſortunæ fęminarum
illius lineæ, in quam Primogenitura eſt in-
greſſa; prout è conuerſo adſcribendum ad-
uerſo fato primæ lineæ, quòd in eam Primo-
genitura non intrauerit Cutell. dec.28. & ad
leg.Sicil.cap.52.notab.53.n.18.fol.567. idem-
que firmant aliæ auctoritates ſuperius lau-
datæ, quarum pleræque, ſi diligenter atten-
dantur, loquuntur in fortioribus terminis,
fauore nempè fæminæ proximioris vltimo
poſſeſſori Primogenituræ ad excluſionem
maſculi remotioris ex altera linea.

16 Solùmque in eo caſu, in quo deficiant om-
nes ex linea effectiua, ſiue contentiua vltimi
poſſeſſoris Maioratus, cum ex ipſamet natu-
ra eiuſdem Maioratus neceſsè ſit, quòd quę-
rat ſucceſſores, & tranſeat ad alios ex altera
linea; tunc ad eos, qui ſunt ex linea ſuperio-
ri Primogeniti, reuoluitur ſucceſſio; quia in
concurſu fæminarum, vel maſculorum ex fæ-
minis ex lineis diuerſis, ſiue diſparibus; ſatis
æquum, rationique conſonum videtur, quòd
prælatio ſit concedenda exiſtentibus ex linea
ſuperiori Primogeniti, ſeu prius vocati agna-
ti, & magis priuilegiata, proùt egregiè, &
latè poſt Decian.conſ.21. lib.3. alioſque alle-
gatos comprobat Roxas de incompatibilit. d.
par.3.cap.4.num.55. & ſeqq. optimas pro hac
ſententia ponderationes adducens.

17 Prædicta verò omnia in fortiori caſu fue-
runt comprobata per celebrem ſententiam,
quæ in rem iudicatam tranſijt, prolatam in
ſucceſſione Regni Aragoniæ à nouem Sapiẽ-
tiſſimis Iudicibus, inter quos connumeratur
Sanctus Vincentius Ferrerius, Pontificio poſt-
modum cõfirmatã Oraculo S.Mem.Papæ Be-
nedicti, in qua, poſt obitum Regis Martini
vltimi poſſeſſoris, fuit decreta Regni ſuc-
ceſſiò fauore Regis Ferdinandi filij ex ſorore
eiuſdem Regis Martini, excluſo prorſus Lu-
douico nepote ex Violante filia Regis Ioan-
nis fratris Primogeniti, prout ex Hiſtoricis,
teſtãtur Roderic. Sanchius in Hiſt. Hiſpan. p.4.
lib.11. cap. 83. 87. & 88. Petr. Herodot. in
tract. rer. ab antiq. Iudic. lib.5. cap.14. & ex
noſtris Aguirr. in Reſponſ. pro Rege Portugal.

par.

part.1.n.149.& 154.Raudenſ conſ.3.n.3.lib.1.
& de Analog.part.1.n.19.Seſs.dec.Arag.254.
n.15. & ſeqq. Roxas de incompatibilit. part.3.
cap.4.n.32. & ſeq. referens elegantem ratio-
nem aureis verbis in eadem ſententia ex-
preſſam: Ibi, *Verùm ſicut intercisa fontis ve-*
na, atque aliò deriuata, totius prioris curſus
alueus aqua priuatur; ita tota progenies eius,
qui ſemel à ſucceſſione paterni fontis excluſus
eſt, in perpetuùm exareſcit, eamdemque ratio-
nem expendit Cyriac. *in diſquiſit. Iuriſd.Du-*
18 *cat.Mant.ſiuè controu.Mantuan. art.6. n.434.*
ubi, quòd ſucceſſiones ſint ad inſtar flumi-
nis, quod fluit in proximum Canalem; non
autem regurgitat in caput ſuum; Idque opti-
mè probatur per *text. in §. caeterum inſtit. de*
legit.agnat.ſucceſſ. Ibi, *Quòd ideò ità conſtitu-*
tum erat, quia commodiùs videbatur ità Iura
conſtitui, ut plerumque hæreditates ad maſcu-
los, confluerent, quod ex eodem textu pro-
bant, *Herman. in rubr. de acq.poſſeſſ.lect.2.n.*
32. verſ.non obſtat text.in §.ceterū: ibi, *quod*
verbum, confluerent, *denotet, quòd ſui natura*
ex diſpoſitione Iuris antiqui hæreditas con-
fluebat, prout dicitur de flumine, remoto obſta-
culo, Andr.Knicb. de vet.pact.p.3.cap.3.num.
30. & ſeq.

Neque obijciatur, quòd ſuperiori loco
19 firmata, ſubſiſtere ualeant reſpectu filię ulti-
mi poſſeſſoris Majoratus; non autem ſororis,
iuxta diſtinctionem à nonnullis traditam,
præcipuè *Raudenſ.conſ.18.n.19.& 160.lib.1.*
aſſerens, quòd diuerſa ſit ratio in ſorore,
quàm in filia ultimi poſſeſſoris, *Soccin. Iun.*
conſ.68.n.24. lib.1.Dec.conſ.518 n.28. alijq;
relegendi penes *Caſtill.lib.5. contr.cap.91.n.*
71.uerſic. deindè, quia ratio, & n.ſeq.

Siquidem huiuſmodi diſtinctionem inter
filiam, & ſororem ultimi poſſeſſoris, utpotè
inſubſiſtentem, in ſpeciereijciunt, *Molin. de*
Hiſpan Primog. lib.3.cap.5. num.72. et ſeqq.
ubi, quòd idem ſit aſſerendum de filia ultimi
poſſeſſoris, ac de ſorore, ibique *add. Mierez*
de Maiorāt.2.p.q.6. Caſtill. d. lib.5. controu.
cap.91.n.72. in fin. uerſic. & hac uſque adeò,
optimè *Roxas de incompatibil. par.3.cap.4.n.*
53.et ſeqq. ubi, quòd idem ſit dicendum de
filia ultimi poſſeſſoris Majoratus, ac de ſo-
rore, aliæque auctoritates proximè adductæ,
quæ in ſpecie loquuntur de ſorore ultimi
poſſeſſoris; cum reuera nullum prorſus dari
poſſit iuridicum diſcrimen, inter filiam, &
ſororem ultimi poſſeſſoris, ſiuè inſpiciatur
ratio proximitatis gradus reſpectu grauati;
ſiuè altera ratio, quòd Primogenitura unam
lineam ingreſſa, non poſſit ab ea exire, & ad
aliam tranſitum facere, niſi illa penitus
euacuata.

20 Ceterùm pro tollendis æquiuocis in huiuſ-
modi articulo apud Doctores potiſſimùm
Conſulentes, malo fato noſtræ legalis ſcien-
tiæ, ſatis inuoluto, animaduertendum exi-
ſtimo, quòd contraria concluſio à Doctori-
bus, præcipuè Hiſpanis, adducta, inter quos
de huiuſmodi articulo frequentiùs diſcepta-
ri contingit, ut ſcilicet, non expectata om-
nimoda euacuatione lineę maſculinæ, admit-
tatur tranſitus ad alteram lineam, fæmina
proximiore neglecta ex linea iam admiſſa,
procedere poſſit: Vel quoties id perneceſsè
ſuadeat uoluntas expreſſa, uel ſaltem tacita
Inſtitutoris Majoratus; nec non natura, &
qualitas in diſpoſitione requiſita, ex latè cō-
geſtis per *Molin.de Hiſpan.Primog.lib.3.cap.*
10.n.36.& lib.6.cap.4.n.38.& ſeq. et cap.6.
per tot. alijſque allegatis, *Caſtill.lib.5.controu.*
cap.93.num.16.et ſeqq.Gratian.cap.621.num.
3.et duobus ſeqq. Rot. in recent. dec.627.n.5.
p.2.Leo deciſ.Valent.1.n.41.lib.3.& pluribus
congeſtis. *Roſa conſult.69.n.33.*

21 Hujuſmodi uerò uolūtas deprehēdi poterit,
quoties Majoratus eſt Agnatitius, ſiuè Agna-
tionis conſeruādæ gratia inſtitutus, quo caſu
eſt admittendus maſculus de Agnatione, etiā
remotior, ad excluſionem fęminæ, licet pro-
ximioris ſuperſtitis ex linea, iam admiſsa, in
quibus terminis procedunt firmata per Do-
ctores Hiſpanos, præcipuè per *Molin. de*
Hiſp.Primog.lib.3.cap.5.num.1.et ſeqq. Greg.
Lopez in l.3.tit.13.p.6.gloſ.2.q.21.verſ. et no-
ta, quòd maſculus, Lara in compend.Vitæ Ho-
min.cap.30.n.120.Anēdan.in l.40. Taur.gloſ.
9.num.49.et ſeq. Molinus de Rit. *nupt.lib.3.q.*
24.n.197 Aluarad. de coniect. ment. defunct.
lib 2.cap.3.§.4.n.2.et n.24. Caſtill. alios refe-
rens, *controu.Iur.lib.2.cap.4.num.76.Caſanat.*
conſ.45.n.124.et conſ.57.n.54. Valenz. conſ.
97.n.128.et ſeq.Vela diſſert.49.num.50.Fon-
tanell. deciſ. Cathal.36. num.8. Seſſ. deciſ.
Arag.254.n.188.Larrea dec.Granat.53 n.18.

Et ex noſtris Italis *Menoch. conſ. 95. n.24.*
& conſ.348.n.23.et conſ.836.num.10.et conſ.
1006.num.13. et ſeq.et num.25.et ſeq.Decian.
conſ.74.n.54.et ſeq.lib.3.Io: Franc. de Ponte
conſ.12.n.12.lib.2. vbi, quòd in his, in qui-
bus attenditur conſeruatio familiæ, quando
eſt controuerſia inter lineam, & lineam,
gradus proximitas, nullatenus ſit habenda
in conſideratione, *Fuſar. de ſubſtit. q.335 n.*
20.Gratian.cap.491. doctiſſimus ſemperque
commendandus, tum ob eximiam eruditio-
nem, tum etiam ob integritatem in iudican-
do *Io: Franc.Marcian.diſp.10.num.13.lib.1.de*
Luca de linea legal.art.12.n.57. verſ.altera ca-
ſus, latiſſimè *Roſa d.conſult.69.n.46.verſ.ter-*
tia propoſitio, ubi pro Patruo ad excluſionem
ſororis ultimi Poſſeſſoris Majoratus.

22 Vel quoties reperiuntur aliqui ſpeciali-
ter vocati; ij enim præferuntur, etiam ſi ſint
in remotiori linea, & gradu conſtituti; cū in
hoc caſu regulæ linearū, & graduum locum
non obtineant, quia ſpecialis vocatio,

claraque voluntas id excludit; prout eſt text.
ita communi Doctorum ſenſu intellectus, ſi-
gnanter per Bart. ibid. n.2. & ſeq. in l.cum
ita 33. §. in fideicõmiſſo, ff. de leg.2. ibi, In fidei-
commiſſo, quod familiæ relinquitur, ij ad pe-
titionem eius admitti poſſunt, qui nominati sũt,
aut poſt omnes eos extinctos, &c. & in his ter-
minis loquuntur Angel. conſ.306. in fin. Alex.
cõſ 123. n.1. lib.1. Ruin. cõſ.163. n.10. & duob.
ſeqq. lib. 3. Soccin. Iun. conſ.20. num.8. lib.3.
Paul. de Mont. Pic. conſ.96. Federic. Scot. in
1. part. lib.6. reſponſ.20. nu.20. Pariſ. conſ.18.
num.86. lib.2. Cephal. conſ.251. n.18. verſ. po-
ſtremò, Fab. de Anna conſ. 53. nu.81. & ſeqq.
Surd. conſ.125. nu.15. & duob. ſeqq. lib.1. Me-
noch. conſ. 200. à n.10. vſque ad 26. & conſ.
106. n.34. lib.2. Molin. de Hiſp. Primog. lib.1.
cap.6. num.33. Card. Mant. de coniect. vlt. vol.
lib.12. tit. fin. nu.18. quos refert, & ſequitur,
alijs adductis, Caſtill. lib.5. controu. cap.93. n.
17. Roxas de incompatibilit. d. par. 3. cap. 4.
num. 64.

23 Vel quando Teſtator omninò ſeparauit li-
neam maſculinam, & fæmininam, priuſque
maſculos, quàm fæminas vocauit, ſiue fæmi-
nas ipſas, non niſi in defectu maſculorum
omnium, ſubſtituit, quia tunc attenditur
qualitas lineæ & nõ gradus, & quouſque ad-
fuerit perſona, quæ qualitatem habeat ma-
ſculinitatis, non ſuccedit fæmina, quamuis
ſit proximior; ſed potius maſculus, licet in
gradu remotiori exiſtens; ideóque maſculus
alterius lineæ excludit fæminam, etiam pro-
ximiorem eius lineæ, in quam Maioratus fue-
rat ingreſſus, quia quæritur linea, vbi ſit ma-
ſculus, vel perſona, quæ habeat qualitatem
à Teſtatore requiſitam; prout per text. in cap.
1. de eo, qui ſibi, vel hæred. ſuis, in quo repe-
ritur ſancitum, quòd, quamuis feudum non
24 tranſeat de una linea ad aliam, ex deciſio-
ne alterius text. in cap.1 de natur. ſucceſſ. feud.
Nihilominus ſpecifica diſpoſitio, qua omnes
maſculi prius, quám fæminæ uocantur, effi-
cit, ut fiat tranſitus ad alteram lineam, ubi
maſculus reperitur, probant Bald. in authent.
ceſſante n.5. Cod. de legit. hæred. Soccin. in l. Gal-
lus, § nunc de lege Velleja, num 4. ff. de liber. &
poſth. Corn. conſ.24 num.22. Caſtr. conſ.170. n.
2. lib.1. Philipp. de Caſat. inter conſ. Bald. conſ.
137. lib. 2. cui ſe ſubſcripſerunt decem, &
octo egregij Iuris conſulti, optimè præcæte-
ris, Surd. conſ.349. nu.1. & ſeq. & conſ.407. n.
35. & ſeq. lib.3. Gabr. conſ.70. n.11. lib.2. Va-
lenz. conſ.97. num.128. & ſeq. Auendan. ad leg.
40. Taur. gloſ 9. n.75. Lara in Compend. Vit.
hom. cap.30. n.96. verſ. aut vocauit filios Card.
Mant. de coniect. vlt. vol. lib.8. tit.18. n.6. Sola.
ad conſtit. Sabaud. tit. de feud gloſ. vnic.3. part.
n.1. & ſeq. fol.77. Caſtill. alijs relatis, d. lib.5.
cap.93. n.18. & ſeqq. Roſa d. conſult.69. n.42.
& ſeq. vbi plures alios refert apud eũdem re-
legendos, de Luca de linea legal. art.12. num.
57. Seſſ. dec. Arag.254. num.188. Larr. dec. Gra-
nat.34. num.13. & ſeq.

25 Ideòque fæminæ, quamuis in linea ſupe-
riori, uel proximiori gradu conſtitutæ, nul-
lo modo introduci poſſunt, utpotè non inue-
nientes gradum; cum á Teſtatore fuerit ſpe-
cificè formata linea de maſculo in maſcu-
lum, & in caſu obitus cuiuſcumque eorum,
qui abſque deſcendentibus maſculis deceſſe-
rit, expreſsè reperiatur ſubſtituta linea ma-
ſculi ſequentis, Burſat. conſ.229. n.14. & ſeqq.
lib. 3. Menoch. conſ.172. n.12. lib.2. & conſ.
400. n.43. lib.4. Surd conſ.349. n.1. & ſeqq. lib.
3. Fab. de Aun. conſ.53. n.81. & ſeqq. lib.1.

26 Neque eſt curandum de proximitate gra-
dus, & lineæ; niſi inter illas perſonas, in qui-
bus adeſt hæc prærogatiua, ſeu qualitas; cum
inſpiciatur linea, quę prærogatiuam ha-
beat ſuccedendi, iuxta ipſius Maioratus in-
ſtitutionem, Gabr. conſ.86 num.3. lib.1. Pariſ.
conſ.36. n.13. lib.2. Honded. conſ.70. nu.44. &
ſeq. lib.1. Alex. conſ.88. n.1. lib.1. Peregr. de
fideicomm. artic. 21. num. 9. Molin. de Hi-
ſp. Primog. lib.3. cap.8. n.8. Card. Mant. de con-
iect. lib.8, tit.18. n.5. et 54. benè Caſtill. lib.5.
contr. c.93. n.21. ubi, quòd linea, in qua non
reperitur prærogatiua ſuccedendi, non attẽ-
datur, ſicut, neque ſexus, neque gradus.

27 Sicut enim, quando eſt prærogatiua in li-
nea, remotior illius præfertur proximiori-
bus ex alijs lineis præcedentibus, cap. 1. de
28 Nat. ſucceſſ. feud. Ita etiam, ubi prærogatiua
eſt in ſexu maſculino, remotior ex illo fæmi-
næ præfertur proximiori, prout optimè ar-
29 guit Bald. conſ. 137. num.1. in fin. lib.2. in
hæc uerba: Pro quo facit, quia quandocumq;
eſt prioritas in ſexu, vel linea, remotior lineæ,
vel ſexus præfertur cuicumque proximiori po-
ſterioris lineæ, vel ſexus, quę ſequuntur Surd.
conſ.349. n.1. & ſeq. ubi optimè loquitur, &
conſ.407. n.35. & ſeq. lib.3. Cephal. conſ.251.
nu.42. & ſequ. & nu.70. & ſeq. lib.2. Molin.
de Hiſpanor. Primog. lib.3. cap.8. n.7. & ſequ.
Gregor. Lopez in l.3. tit.13. part.7. gloſ. magn.
qu. 21. quos refert, & ſequitur Caſtill. lib.5.
controu. cap 93. num.21.

30 Vel quoties Primogenitura iam fuit radi-
cata in Primogenito præmortuo; ita ut filia
eiuſdem repræſentare ualeat qualitatem Pri-
mogenituræ ſui Patris, ad excluſionem lineæ
Secundogeniti, in quibus terminis intelligẽ-
dæ auctoritates allegatæ per Cancer. var. par.
3. cap.21. de tranſmiſ. nu.295. & ſeqq. Ioann.
Franc. Marcian. diſput.10. n.11. & ſeqq. lib.1.
qui etiam loquitur inſpecta leg.40 Tauri, re-
ctèque aduertit Magrett. ad Conſtit. Pragmat.
Ducis Sermonetæ, §.12. obſeru.8. n.36. & ſeqq.

31 Vel demum, quando agitur de Maiorati-
bus purè adminiſtratorijs ex deductis per
Card. de Luca de fideicomm. diſc.3. n.6. & ſeq.

Præ-

Digitized by Google

Prædictæ uerò omnes declarationes nullo prorſus Iure poſſunt conuenire themati, de quo eſt ſermo in præſenti; Tum quia non eſt controuerſia ſuper Maioratus ſucceſſione cũ maſculo agnato alterius lineæ, licet remotiori, in quo caſu ingenuè fateor, obiectum eſſe magni faciendum, præcipuè in Maioratibus Agnatitijs ex proximè firmatis; ſed ſolùmmodò contẽditur cum fæmina ex altera linea magis remota.

Tum etiam, quia Primogenitura nunquam potuit dici radicata in Hortenſio Patre Claræ præmortuo, ſuperſtitibus Reſtituta, & Angelo Parentibus, quo caſu eadem Clara eius filia, nullo prorſus Iure uidetur admittenda, ſtante potiſſimùm expreſſa uocatione Fabritij ad Primogenituram, qui tẽpore delatæ ſucceſſionis fuit repertus Primogenitus, prout in proximis, imò fortiori-
32 bus terminis *Larrea dec. Granaten. 51. nu. 18. & ſeqq. par.* 2. ubi de incompatibilitate filij in ſuccedendo; eò quia Pater Primogenitus alterum obtinuerit Majoratum.

Tum demum, quia ob concurſum alterius fæminę, licet deſcendentis ex linea Primogeniti non admiſſa, non poteſt agnationis cõſeruatio conſiderari; eò enim ipſo, quòd Majoratus Inſtitutor fæminas poſt maſculos ad-
33 miſit, non poteſt dici, Majoratum ob agnationẽ conſeruandã fuiſſe principaliter inſtitutũ; cũ ad hũc effectũ opus ſit, ut ſoli maſculi; non autem fæminæ uocentur, ut probant *Padill. in l. cum acutiſſimi n. 22. Cod. de fideicomm. Dec. conſ. 370. n. 3. Pariſ. conſ. 78. n. 27. lib. 2. Crauett. conſ. 250. num. 1. Rimin. conſ. 100. num. 277. Surd. conſ. 475. num. 16. 19. & 20. Peregr. conſ. 70. num. 23. lib. 3. Molin.* poſt alios allegatos *de Hiſpan. Primog. lib. 3. cap. 5. num. 50. verſic. ex quibus,* Menoch. *lib. 4. præſumpt. 69. n. 10. Card.* Mantic. *de coniect. vltimar. volunt. lib. 6. tit. 15. n. 9. Fuſar. de ſubſt. q. 499. n. 15. & 17. Caſtill. contron. Iur. lib. 2. cap. 4. n. 159. & 178. & lib. 3. cap. 19. num. 57. & lib. 5. cap. 93. §. 2. num 9. & ſeq. Aluarad. de coniect. ment. defunct. lib. 2. c. 3. §. 4. Gregor. Lop. in l. 3. gloſ. magna q. 19. tit. 13. part. 3. Mier. de* Maiorat. *par. 2. q. 6. num. 65. Salazar. de vſu, & conſuetud. cap. 12. num. 64. Guttier. conſ. 13. num. 23. Barboſ. voto deciſ. 126. num. 16. p. 2.* ubi alios refert, *Giurb. dec. 32. n. 15. & 20. Phæb. dec. Luſitaniæ 44. n. 10. tom. 1. Seſſe deciſ. Aragon. 374. num. 23.*

34 Vel, quatenus ſit admittẽda altera ſentẽtia affirmans, vt licet fæminæ ſint uocatæ, dummodò ob defectum maſculorum, ſiue poſt maſculos uocentur, non propterea dici poſſit, non fuiſſe agnationem contemplatam; licet enim verè dici non valeat agnatio abſolutè, & in tota diſpoſitione conſiderata; Nihilominus dici debeat inſpecta, limitatè ſcilicet in omnibus illis gradibus, in quibus maſculi ſint uocati, fæminæq; excluſę; ideòq; conſiderabitur agnatio, uſquequò maſculi ſuperſint, qui illam conſeruare poſſint; ijs uerò deficientibus, fuerint uocatæ fęminæ ad conſeruandam Maioratus perpetuitatem, ne in ultimo deficiat maſculo; bonaque libera remaneant contra Inſtitutoris uoluntatem, prout per *text. in l. qui ſolidum 78. §. prædium, ff. de legat. 3. et in l. liberorum in fin. ibi, Vt ex prole eorum, earumque diuturnitatis nobis memoriã in æuum relinquamus, ff. de verbor ſignific.* firmant *Bald. conſ. 41. n. 1. lib. 3. Ancaran. 339. Caſtrenſ. conſ. 421. n. 2. lib. 1. Surd conſ. 316. num. 14. & conſ. 443. nu. 41. & ſeq. & conſ. 475. n. 19. & ſeq. & dec. 76. n. 21. Bero. conſ. 96. num. 6. lib. 2. Gabr. conſ. 116. nu. 13. lib. 2. Raudenſ. conſ. 35. n. 82. lib. 2. Decian. reſp. 127. n. 25. lib. 3. Caſanat. conſ. 4. n. 217. & ſeq. & conſ. 38. n. 82. & ſeq.* latè *Valenz. conſ. 113. n. 8. lib. 2.* Menoch. *conſ. 172. & lib. 4. præſumpt. 88. num. 19. Gerard.* Mazzol. *conſ. 6. n. 9. Ramon. conſ. 190. num. 404. verſ. non autem. Hotoman. conſ. 29. num. 67. Peregrin. de fideicom. artic. 25. num. 26. & 47. Gratian. cap. 621. num. 34. Molin. de Hiſp. Primog. lib. 3. cap. 5. n. 50. verſic ex quibus, Auendan. in leg. 40. Tauri gloſ. 9. num. 51. Gregor. Lopez in l. 3. tit. 13. par. 6. gloſ verbo Mugeres Garzia de nobilitate gloſ. 1. §. 1. nu. 29. Aguirr. in Apolog. ſuper ſucceſſ. Regn. Luſitan. part. 2. nu. 57. & ſeqq. Vela diſcept. 49. à num. 38. & maximè à num. 70. Aluarad. de coniect. ment. defunct. lib. 2. cap. 3. num. 28. Lara in Compend. Vit. homin. cap. 30. n. 85. Caſtill. controu. Iur. lib. 5. cap. 92. n. 6. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. q. 499. ſub n. 24. Caren. reſol. 129. nu. 1. & duob. ſeqq. Roxas de incompatibilit. par. 3. cap. 4. n. 7. & duob. ſeqq.* qui alios allegat, *Roſa d. conſult. 69. n. 48. & ſeq.* ubi plures alios refert, *Hieron. de Leo in reſponſo poſt deciſ. 173. Valentia n. 56. Theſaur. dec. 188. n. 16. Muta dec. Siciliæ 57. num. 8. Cutell. dec. pariter Sicilię 29. n. 19. Bich. dec. 287. num. 20. Duran. dec. 126. num. 38. & ſeq. Rot. in recent. dec. 18. n. 31. par. 10.*

35 Quid quid tamen ſit de veritate huius poſtremæ ſententiæ, quam, in præſenti ad examen reuocare neceſſitas non expoſtulat; illa tamen procederet, quòuſque durauit agnatio, uſque ad ultimum maſculum Maioratus poſſeſſorem, in quibus tantùm terminis poteſt contendi, Majoratum eſſe Agnatitium; Aſt ubi deficit omninò agnatio, & ob mortẽ Theodori ultimi poſſeſſoris ſine filijs ſucceſſit Cęcilia eius ſoror; res videtur abſolutiſſima, & conſtituta extra omnem controuerſiam; tunc enim non poteſt amplius conſiderari agnatio, quia iam fuit extincta, & omninò ad ſucceſſionem priuatiuè eſt admittẽda eadem ſoror vltimi poſſeſſoris Majoratus, tamquàm in gradu proximior, excluſa prorſus Clara remotiore deſcendente ex linea

Hor-

Hortenſij ad Maioratum nũquàm admiſſa.

36 Non enim in Iure eſt nouum, ut Maioratus uſque ad certas perſonas ſint Agnatitij, exindè uerò fiant Regulares; prout in his noſtris terminis ubi ſucceſſio, extinctis agnatis, deuoluitur ad fœminas, uel ad alios cognatos, optimè præceteris aduertunt, Surd. conſ. 316. n. 13. & conſ. 475. n. 19. & ſeq. Molin. de Hiſp. Primog. lib. 1. c. 5. n. 37. & lib. 3. c. 5. n. 50. in fin. ubi eius additio plures alios affert, Mier. de Maiorat. p. 2. q. 6. n. 65. Molinus de ritu nuptiar. lib. 3. q. 24. n. 133. & ſeq. Peregrin. de fideicom. art. 25. n. 26. Lara in compend. Vit. Homin. cap. 30. n. 14. Caſtill. lib. 5. controu. cap. 92. num. 5. & 6. quos refert, & ſequitur Roſa d. conſult. 69. n. 24.

37 Vlterius, his omnibus accedat, quòd in Primogenituræ, ſeu Majoratus ſucceſſione iuxta veriorem, magiſque receptam ſententiam, eſt attendenda proximitas reſpectu ultimi poſſeſſoris, eiuſdemque intuitu eſt metienda; non autem reſpectu Inſtitutoris, prout omiſſis innumeris loquentibus in fideicõmiſſis, qui in medium poſſent afferri, in ſpecialibus terminis ſucceſſionis in Primogenitura, firmant præ cæteris, Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 3. cap. 9. num. 15. Amat. reſolut. 1. nu. 21. Fuſar. de ſubſtitut. q. 484. num. 15. Caſtil. lib. 3. controu. cap. 15. n. 51. & lib. 5. cap. 91. n. 61. Molin. Theolog. de Inſt. & Iur. diſput. 628. Theſaur. lib. 2. quæſt. for. q. 12. n. 18. Auendan. in l. 40. Tauri gloſ. 20. n. 17. & 22. Guttier. practicar. q. lib. 3. q. 66. n. 7. 8. 9. & 11. Io: Franc. de Pont. conſ. 4. n. 67. lib. 1. Valenz. conſ. 97. n. 17. Burg. de Pax conſ. 29. n. 51. & de Tenut. cap. 85. n. 62. & ſeq. Gratian. c. 285. n. 21. & ſeq. Menchac. de ſucceſſ. creat. §. 26. n. 11. Mier. de Maiorat. ſecunda parte q. 8. Sarmient. lib. 8. ſelect. ad l. cum ita, §. in fideicommiſſo n. 12. ff. de legat. 2. de Luca de linea legali art. 8. nu. 80. Cenſal. in obſeruat. ad Peregrin. artic. 20. verſ. tertia ſit concluſio propè fin. & verſic. ſecundò, quia eſt proximior, fol. 30. in fin. & 31. & verſ. reſpondetur, fol. 33. iuxta Venetam Impreſſionem. Roxas de incompatibilit. p. 3. cap. 4. num. 51. Alderiſ. de hered. tit. 4. n. 73. Barbat. de Maior. & Primog. perſonal. p. 2. art. 1. ſub nu. 81. Milanenſ. dec. 208. n. 203. lib. 1. Gam. dec. 7. dec. 206. n. 23. & ſeqq. & dec. 354. n. 10. Pereyr. dec. 5. n. 4.

38 Idque, non ſolùm abſque ulla prorſus controuerſia procedit in deſcendentibus, Molin. de Primog. Hiſp. d. lib. 3. cap. 9. n. 1. Mier. de Maiorat. par. 2. q. 8. Cenall. comm. contra comm. q. 398. Caſtill. lib. 5. controu. cap. 93. §. 13. n. 2. Valenz. conſ. 97. n. 114. & ſeq. Cancer. var. lib. 1. cap. 1. n. 137. Couarr. pract. cap. 38. nu. 38. Peregrin. de fideic. art. 20. n. 2. Fuſar. de ſubſtit. q. 484. n. 1. & q. 485. n. 23. Lara de Anniuer. & Cappell. lib. 2. cap. 2. n. 7. Flor. de Men. in addit. ad Gam. deciſ. 7. per totum.

39 Sed etiam in tranſuerſalibus, vt in ſpecie, Molin. d. lib. 3. cap. 9. num. 11. et ſeq. Ramon. conſ. 100. n. 490. & ſeq. Valenzuol. conſ. 97. num. 17. & ſeq. & n. 214. & ſeq. Auendan. ad l. 40. Taur. gloſ. 20. n. 22. Guttierez lib. 3. practicar. q. 66. nu. 7. & ſeq. Molin. Theolog. de Inſtit. & Iur. diſput. 618. Amat. reſolut. 10. n. 22. & 60. Gratian. cap. 456. n. 32. Mart. de ſucceſſ. legal. p. 4. q. 3. art. 6. n. 33. Riber. de ſucceſſ. Regn. Portugal. num. 23. fol. 8. Caſtill. controu. Iur. lib. 3. cap. 19. n. 140. et ſeq. & lib. 5. c. 93. §. 13. n. 8. Cardin. de Luca de fideicom. diſc. 1. n. 15. circa fin. & diſc. 3. n. 6. & diſc. 23. n. 4. Molinus, pro hac ſentẽtia referens 67. Doctores, de rit. Nuptiar. lib. 3. q. 24. n. 333. Fontanell. dec. Cathal. 36. n. 12. et ſeqq. Larrea dec. Granat. 54. n. 2. lib. 2. Milanſ. dec. Siciliæ 8. n. 101.

40 Præcipuè, quoties agitur, (prout in præſentia) de fideicommiſſo tractum habente ſucceſſiuum, in quo caſu impoſſibile ferè redditur, proximitatem Teſtatoris grauantis perſcrutari ſine litium inextricabili labyrintho, qui alioquin reſultaret in fideicõmiſſis protractis in tempus remotiſſimum, ſuper hujuſmodi proximitatis difficillima probatione; cum ſæpiſſimè, ſi attendenda eſſet proximitas grauantis, non grauati, turbarentur ſucceſſiones, & à liberis morientis, in tranſuerſales remotiſſimos, tranſiret hæreditas, contra diſpoſitionem text. in l. vnic. verſ. ſiquidem C. de his, qui ante apert. Tabul. quas rationes rectè ponderauit, Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 26. n. 11. poſt med. Cardin. de Luca de fideicom. diſc. 23. n. 7. Buratt. deciſ. 744. n. 12. egregiè Cardin. Ottobon. dec. 21. nu. 13. & dec. 35. n. 6.

Signanter quia, cum in iſtis fideicommiſſis perpetuis, ut plurimum vocari ſoleant perſonæ incertę, neque Teſtatori cognitæ, non poteſt vindicare ſibi locum ratio maioris affectionis ipſius Teſtatoris, prout in fideicommiſſis ſimplicibus conſiderari ualet, Socin. conſ. 249. num. 21. poſt med. lib. 2. Surd. conſ. 370. n. 11. Cabball. conſ. 60. n. 8. & 9. lib. 1. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 26. num. 11. Cardin. de Luca de fideicom. diſc. 23. num. 4. & ſeqq. Buratt. dec. 682. n. 5. & deciſ. 744. n. 12. Cardin. Ottobon. dec. 21. n. 4. & ſeqq. et n. 13. et ſeqq. et dec. 35. n. 6. et ſeq. & in ſpecie ſucceſ-
ceſſionis in Primogenitura tractum habente
41 ſucceſſiuum, tradunt, Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 3. cap. 9. n. 13. et lib. 1. cap. 6. num. 29. aliiſque relatis. Caſtill. lib. 5. controu. cap. 92. nu. 46. verſic. ſecus uerò ſtatuendum, fol. 435. iuxtà Lugdunenſem Impreſſionem.

Multòque magis ſuperiùs firmata ſunt
amplectenda, ea potiſſimùm animaduerſio-
ne adhibita, quòd Teſtator deficientibus
omninò lineis dictæ Reſtitutæ, & Nicolai,
uocauit illos, quibus, Iure communi inſpecto,
42 ſucceſſio eſt debita, quales ſunt proximio-
res in gradu ultimo morienti, l. 2. §. legitimæ,
ff. de ſuis, et legit. hæred. Inſtit. de legit. Agnat.
ſucceſſ. in princip. in quibus, licet huiuſmodi
43 qualitas Primogenituræ non legatur repe-
tita; ideòque hoc caſu eueniẽte, poſſet acer-
rimè diſceptari, an proximiores dici debeãt
vocati ad fideicommiſſum ſub qualitate
eiuſdem Primogenituræ in antecedentibus

ſub-

ſubſtitutionibns expreſsæ, & pro excluſione
repetitionis huiuſmodi qnalitatis valdè ur-
geant deducta in his ſpecialibus terminis,
per Imolam in l. ſi verò, §. de viro, ff. ſolut.
matrim. propè fin. quem ſequuntur, Soccin.
conſ. 103. n. 31. et ſeq. lib. 2. Gozadin conſ. 59. n.
4. Pariſ. conſ. 44. num. 16. lib. 2. Riminald. conſ.
244. n. 27. lib. 2. Bardellon. conſ. 95. aſserens
in fortioribus terminis, id procedere, etiam
ſi teſtator poſt perſonas expreſsas dixiſset,
vt ſemper ſuccedat Primogenitus de domo;
cum huiuſmodi clauſula ad ſolas perſonas
expreſsas ſit referenda, idemque firmant,
Menoch. conſ. 326. n. 71. et ſeq. Fuſar. de ſubſtit.
q. 389. n. 3. Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 1. cap.
5. num. 36. & ſeq. & lib. 3. cap. 5. num. 18. ubi,
etiam allegat textum in l. qua conditio, ff. de
condit. & demonſtrat. benè Hodierna controu.
34. n. 3. & ſeq.

Et pro repetitione eiuſdē qualitatis acer-
rimè inter cæteros pugnant, Decian. conſ. 1.
n. 185. & conſ. 26. n. 44. & conſ. 103. n. 12 lib.
2. Odd. cōſ. 95. n. 87. & ſeq. lib. 1. alijq; relegen-
di penes. Caſtill. lib. 2. controu. cap. 4. num.
136. et ſeqq.

44 Nihilominus, quid quid ſit de huiſmodi
controuerſia, quæ in præſentia non eſt di-
ſceptanda; cum nondum caſus euenerit; ex
diſpoſitione, modo, quo ſupra, concepta, ut
ſcilicet deficiente linea maſculina Reſtitutæ,
& Nicolai, ſuccedere debeant illi, quibus, Iure
communi inſpecto, ſucceſſio eſt debita, va-
lidiſſima inſurgit coniectura, quòd fideicom-
mittens, præcipuè tranſnerſalis, in ſucceſſio-
ne præſentis fideicommiſſi, & Maioratus om-
ninò uoluerit, ſeruandam eſſe proximitatem
grauati, iuxta modū á Iure communi in ſuc-
cedendo præſcriptum; non autem ipſius Te-
ſtatoris grauantis; prout in ſpecie huiuſmo-
di coniecturam magni eſſe faciendam admo-
nent, Socc in. conſ 49. lib. 1. Ruin. conſ. 90. lib.
2. Port. Imol. cōſ. 121. col. 1. Menoch. conſ. 124.
ſub n. 50. lib. 2. Gallus de except. p. 2. tit. 4. ex-
cept. 26. num 93. fol. 469. Amat. reſolut. 10. nu.
51. Peregrin. de fideicom. art. 20. ſub n. 9. in fin.
verſ. tertius caſus eſt, Fuſar. de ſubſtit. q. 484.
n. 47. & conſ. 80. num. 2. & ſeq. & nouiſſimè
poſt Barbatum, Alderiſ. de hæred. tit. 4. n. 74.

Licet autem id diſpoſitum reperiatur in
alijs ſubſtitutionibus; non autem in illa, de
qua eſt ſermo; nihilominus non eſt in Iure
45 nouum, ut una ſubſtitutio ab alia interpre-
tationem recipiat, l. qui filiabus in princip ff.
de legat. 1. Bart. in l. cohæredi, §. ex his, & in
l. Centurio num. 27. ff. de vulgar. Ruin. conſ. 3.
num. 17 lib. 2. Odd. conſ 95. n. 76. Fuſar. conſ.
41 n. 103. Altograd. conſ. 60. n. 105 lib. 1. Car-
din. Mant. de coniect. ultim. volunt. lib. 6. tit. 13.
n. 5. Cyriac. controu. 301. n. 32. & controu. 302.
n. 60. Tondut. lib. 2. quæſt. ciuil. cap. 110. n. 32.
Hodiern. controu. 32. n. 2. & in proximis termi-
nis, Fuſar. de ſubſtit. q. 320. n. 78. & ſeq. An-
dreol. contr. 82. n. 9. & in ſpecie ſubſtitutionū
46 in Maioratibns, Larrea deciſ. Granat. 54. n. 6.
uerſic. quò fit, ut eum ex una ſubſtitutione.

Neque obijciatur, quòd ſit attendenda
proximitas grauantis; non autem grauati,
47 quando fit tranſitus de linea, ad lineam in-
ter tranſuerſales, uel de nno perſonarum
genere ad aliud, ut puta de maſculis ad fæ-
minas; tunc enim non agitur de illa ſucceſſi-
ua uocatione; ſed repetitur primum princi-
pium, & caput ſucceſſionis; atque adeò fieri
debet regreſſus ad perſonam Teſtatoris, einſ-
dēq; proximitas attendenda, propter nouum
ſtatum perſonarum, prout poſt gloſ. in l. eum
ita, §. in fideicommiſſo in ſecundo reſponſo, qua-
tenus, ibi deciditur, poſt extinctos nomina-
tos, & qui ab illis deſcendunt, uocari proxi-
miores teſtatoris, ff. de legat. 2. ibique Bald.
Cuman. Caſtr. & Alciat. ex recentioribus fir-
mant, Decian. reſponſ. 9. n. 19 lib. 2. & meliùs
reſponſ. 14 à num. 1. vſque ad 6. lib. 5. Rimin.
Iun. conſ. 167. n. 8. Panzirol. conſ. 170. Fuſar.
conſ. 85. n. 11. & de ſubſtit. q. 484. n. 21. Gabr.
conſ. 112. n. 12. & ſeq. lib. 2. Menoch. conſ. 124.
Cephal. conſ. 493. n. 46. Caball. conſ. 114 ſub n.
16. et ſeq. lib. 2. Ladereh. conſ. 45. n. 13. verſic.
& id æquitati, Altograd. conſ. 65. n. 11. lib. 1.
Oddus conſ. 39. n. 30. Aldouin. conſ. 91. num. 49.
Ruſtic. conſ. 2. n. 113. poſt tractatum de fil. in
condit. poſit. Peregrin. de fideic. art. 20. num. 5.
et deciſ. Patan. 132. n. 3. verſic. ſed iſtis non ob-
ſtantibus, Cardin. Mantic. de coniect. vltim. vo-
lunt. lib. 8. tit. 12. n. 31. Cyriac. controu. 269. n.
14. Gratian. cap. 493. num. 25. Vaſq. de ſucceſſ.
§. 26 limit. 31. n. 15. in verbo iuxta ſuperiora,
Tondut lib. 2. q. ciuil. c. 112 n. 13. Alderiſ. de
hæred. tit. 4. num. 74. Roſa conſult. 2. num. 15.
Merlin. dec. 520. n. 11. repetita in recent. dec.
519. n. 13. et ſeqq. p. 5. tom. 2. Rot. in eiſdem
dec. 693. n. 3. p. 2.

48 Predicta enim non procedunt, quoties
agitur de fideicommiſſo in remotiſſimum
tempus protracto, poſt quod Teſtator veri-
ſimiliter credidit, caſum ſubſtitutionis eſſe
euenturum; tunc enim urget ſuperiùs pon-
derata ratio difficultatis probandæ proxi-
mioritatis reſpectu grauantis, nec non alte-
ra, quòd ſucceſſiuè uocati non ſit cógniti
Teſtatori, prout in ſpecie ſatisfaciendo obie-
cto aduertunt, Surd. conſ. 370. num. 15. Gabr.
conſ. 112. n. 13. et 14. Molin. de Hiſpan. Primog.
lib. 3. cap. 9. n. 13. Ginrb. de feud. §. 2. gloſ. 8. n.
43. Cardin. de Luca de fideicom. diſc. 23. num. 8.
Merlin. d. dec. 520. n. 13. et ſeqq. Buratt. deciſ.
682. n. 5. et ſeq. Cardin. Ottobon. d. dec. 21. num.
20. et dec. 35. n. 6. et ſeqq. quid quid in contra-
49 rium aſserāt, Roſa, & ab eo allegati d. conſult.
2. num. 15.

His igitur firmatis, perneceſsè aſſerendū,
Cæciliam ſororem Theodori ultimi poſſeſ-
ſo-

ſoris Maioratus eſſe omninò præferendam, tanquàm proximiorem in ſucceſſione eiuſdē Maioratus Clarę remotiori in gradu deſcendenti ex linea Hortenſij, nunquàm ad Maioratum admiſſa.

Quæ omnia fortiùs abſque ulla controuerſia procedunt, animaduertendo, quòd in præſenti ſucceſſione Maioratus non adeſt concurſus maſculi Agnati, uel æqualis gradus, uel remotioris, in quibus terminis, ſatis
50 ardua eſt quæſtio, quæ rigidè Doctorum torquet ingenia, potiſſimùm Hiſpanorum, an fæmina proximior in gradu ultimo poſſeſſori, ſiuè ſit filia, ſiuè ſoror, ſit præferenda maſculo remotiori de Agnatione.

51 In qua pro prælatione filiæ, ſiuè ſororis ultimi poſſeſſoris Maioratus aduerſus Patruum, uel alium maſculum remotiorem de Agnatione, acerrimè pugnaut, omiſſis antiquis, ex recentioribus præ cæteris, *Burgos de Pax. conſil. 29. n.28. et conſ. 26.n.40. et ſeq. Molin. de Hiſpan. Primog. cap.4. n.42. et cap.5.n.71. ubi add. n.72. verſ. ex quo rerum iudicatarum*, & in ſimilibus terminis, *cap.7. num.10 et 11. et n.21. et ſeq. Mier. de Maiorat. p 2 q 6. n.49. Lara in compend. Vitæ Homin. cap.30. num.87. Loffred. conſ.39. Morot. conſ. 30. in fin. Cenſal in obſeruat. ad Peregrin. de fideicommiſſ. art.20. verſ. tertia ſit concluſio, fol. 30. et ſeq. iuxta Venetam Impreſſionem*, ubi plures alios congerit, *Fontanell. deciſ. Cathalon.36. n. 11. et ſeq.* quos refert *Roſa d. conſult 69. n.12.*

52 Pro contraria uerò ſententia, quam in ſtricta Iuris cenſura, ueriorem exiſtimo, magiſque conſentaneam Teſtatorum voluntati, fauore maſculi remotioris de Agnatione contrá fæminam, licet in gradu proximiorem ultimo poſſeſſori Maioratus, quoties uerſamur in Maioratu Agnatitio, & conſtat de voluntate Inſtitutoris, uel expreſſa, vel ſaltem tacita ſuper conſeruatione bonorum in Agnatione, ſatis neruosè dimicant ex Hiſpanis, *Sonſa in repet. l. fæminę p.1 n.35. ff. de reg. Iur. Molin. de Hiſp. primog. lib.6 c.4. n.38. & ſeq. & cap.6. per tot. Gregor. Lop. l.3. p.6. tit.13 gloſ.2. q.21. uerſ. ſi verò conditor Maioriæ, Burg. in Proem. leg. Taur. num.123. & ſeq. & conſ.29. num.66. Auendan. ad l.40. Taur. gloſ.9. num.5. verſ.7. Molin. de Rit. nupt. lib 3. q 24. n.331. Aluarad de coniect. ment. defunct. lib.2 c.3. § 4 n.6. & ſeq. Valenz. conſ 40. n.76. & ſeq. & conſ.113. n.109. & conſ.97. num.71. Lara in compend. Vit. homin. cap.30. n.86. Caſanat. conſ.48. n.5. & conſ.53. ferè per totum, Caſtill. cap. 143. §. vnic. num. 4. & ſeqq. Hier. de Leo dec. Valent. 1. n.41. lib.3.*

Et ex Italis poſt antiquiores, *Ruſtic. in l. cum anus, lib.4. cap.2. num.17. & lib.6 cap. 16. n.1. & ſeq. Menoch. conſ.95. n.51 lib.1 & conſ.203. num.13. lib.3. & conſ.1099. n.30. lib. 11. & lib.4. præſumpt.91. num.5.* latè *Theſaur. quæſt. forenſ. lib.2. q.12. per tot. Muta dec. Sicil. 57. n.19.* latè *Cutell. dec.* pariter *Sicil. 29. n.10. et ſeq. & ad l. Martini not.53. nu.6. & ſeq.* quos refert, & ſequitur, pluribus alijs congeſtis, *Roſa d. conſult. 69. n.33.*

Quæ controuerſia nullatenus conuenit in præſenti, cū ſit quæſtio inter fęminam agnatam proximiorē in gradu ultimo poſſeſſori Maioratus, tanquā ſororē, cū altera fæmina pariter agnata deſcendente à linea Primogeniti nunquàm admiſſa, & in gradu remotiore eidem vltimo poſſeſſori; ideòque, deficiente concurſu maſculi agnati, cæteris, alioquin paribus, fæmina agnata proximior vltimo poſſeſſori, eſt præferenda alteri fæminę pariter agnatæ remotiori, ex ſupra latè firmatis.

53 Accedat his omnibus, quòd, cum agatur de ſucceſſione in Primogenitura, quæ ſuaptè natura, ex proximè firmandis, eſt indiuidua, & indiuiſibilis, non poteſt vllo Iure contrarium ſubſiſtere aſſumptum, quòd ſaltem Clara admitti debeat ad concurſum cum Cæcilia in ſucceſſione Maioratus, cum vtraque conſtituta reperiatur in pari gradu cum Bernardino Inſtitutore, iuxta ſententiam *Corn. Pariſ. Gabriel.* Menoch. & aliorū, relatam per *Fuſar. de ſubſtitution. q 484. n.36.*

Nam ſequeretur abſurdum, quòd, uno, eodemque tempore, duo reperirentur Primogeniti, quod directè aduerſatur, nedum apertæ eiuſdem Inſtitutoris uoluntati, qui ſatis liquidò declarauit, quòd unus ſolùmodò eſſet Primogenitus, quòdq; Prædiū Primogenituræ obnoxiū de Primogenito in Primogenitū in infinitū perueniret indiuiſum; ſed etiā ipſimet naturæ Maioratus, qui eſt indiuiſibi-
54 lis, neque diſtributionem bonorum patitur inter plures, *Oldrad. conſ.231. n.2. Soccin Sen. conſ.47. n.6. lib.3. Pariſ. conſ.72 num.81. Surd. conſ.362. n.4. & conſ.241. n.14.* Menoch. *conſ. 204. n.18. lib.3. Peregr conſ.34. n.8. lib.3. & conſ.30. n.12. lib.5. Valenz. conſ.69. n.18. Couarr. var lib.3 cap.5. n.3.* Molin. *de Hiſp. Primog. n.1. cap.1. n.22. & cap.4. n.4. & ſeqq.* & *num.16.* rectè, aduertens, quód in Primogenitura, non niſi unus ualeat ſuccedere, iſque Primogenitus, quòdque bona Primogenituræ ſubiecta indiuiſibilia eſſe debeant; cum nihil magis ex diametro naturæ Maioratus contrarium dici poſſit, quàm, quòd in his bonis ſimul, eodēque tempore plures ſuccedāt, bonaq; inter eos ſint diuidēda, *Mier. de Maior. p.2 q.5. Valaſq. cōſult. 82. n. 5. & 10. Gratian. cap 825. n.4. Caſtill. lib.5. contron. cap.110. n. 15. & cap.93. §.2. n.5. & ſeq.* ubi, præcipuè,
55 quando, prout in præſentia, Inſtitutor apertis uerbis diſpoſuit, ut Primogenitura in uno poſſeſſore eſſe debeat, *Parlador. in ſexquicent. 24. §.1. n.4. & ſeq. fol.119. Spin. in ſpecul. Teſtam.*

*ſtam.gloſ.33.n.26.Altograd.Iun.controu.42.n.
67.de Luca de linea legali art.8.n.2.& art.11.
num.14.*Roxas *de incompatibil.part.5.cap.4.
num.16.* referens illud Euangelij *Matth.c.12.
Omnę Regnum diuiſum deſolabitur, Epiſc. Si
mane. de Primogen. lib. 1. cap.6. Seſſe deciſ.
Aragon.254.n.77.lib.3. Fontanell. dec.Catha-
lon.34 n.9.et ſeqq. et dec.32.num.9.Card:Ot-
tobon.dec.182.num.22.*

Nullatenus uerò uidentur ſubſiſtere ex ad-
uerſo deducta in motiuis Dominorum Ad-
uocatorũ ad me tranſmiſſis,pro admiſſione
Claræ deſcendentis ex linea Hortenſij Pri-
mogeniti, licet prædefuncti,ad ſucceſſionem
Maioratus; quòd quoties Ius Primogenituræ
56 eſt conſtitutum, quilibet ex filijs diuerſum
gradum ab alijs conſtituat,nempè filius Pri-
mogenitus cum ſuis deſcendentibus primum
gradum,Secundogenitus cum ſuis deſcendẽ-
tibus, ſecundum, & ſic deinceps in futurum,
ut poſt *Caſtrenſ.* & alios,declarat *Celſus Vgo
conſ. 120.n.12. et 14. Valaſq. ad l.40. Taur.
gloſ.17.n.26.* quos refert, & ſequitur *Cancer.
var.par.3.cap.21.de tranſmiſ.num.295.*

57 Adeò ut, uocatis ab Inſtitutore Primoge-
nitis, non ſolùm Primogenitus; ſed eius li-
nea, ſeu gradus,nempè omnes deſcendentes
ex eo in perpetuùm uocati eſſe cenſeantur,
*Molin. de Hiſpan.Primogen. lib.1.cap.1.n.17.
et lib.3.cap.6.n.29.Peregr.conſ 39.n.14.Can-
cer.d.cap.21.n.296. et ſeq.* ubi, quòd non ſo-
lùm deſcendentes ex Primogenito admit-
58 tantur, ex euidenti Teſtatoris uocatione;
ſed etiam ex uera tranſmiſſione Iuris ſucce-
dendi,*Tiraq.de Primog. q.40.n.156.Peguer.
deciſ.116.num.10.*

59 Quòdque, ſtatim, quòd quilibet ex Primo-
genitis naſcitur, ſtatim cũ Iure Primogeni-
turæ acquiratur ei ſpes certa,& incõmutabi-
lis, formataque ad ſuccedendum in Maiora-
tu,ſuo loco,& tempore; ita ut ſi cõtingat,ip-
ſum mori ante Patrem, dictum Ius ſucceden-
di, & ſpem formatam,ad ſuum Primogeni-
tum tranſmittat,*Præpoſit. in cap. 1.n.8.de
feud.March. Tiraq. de Iur. Primog.q.21.n.7.
et q.43.n.14. et q.60. num.69. et 93. Mier. de
Maiorat.ſecunda part. init. n.65.Gregor.Lopez
ad leg.9.tit.7.par.2. uerbo de Liniag.Molin.de
Hiſp. Primog. lib.3.cap.6.n.36.Valaſ.ad l.40.
Tauri gloſ. 17. per totum.* aſſerens, ſufficere,
60 quòd Pater aliquo habuerit tempore Primo-
genituræ qualitatem;licet ante delatam ſuc-
ceſſionem moriatur, ut filius ex eo,euenien-
tis ſucceſſionis tempore ſuperſtes, ex ea
Primogenituræ qualitate ad ſe tranſmiſſa,
Patruum excludat, quos ſequitur *Cancer. d.
cap.21.de tranſmiſſ.num.298.Ioann.Andr.de
Georg.allegat.9.n.28.* ubi, quòd neptis ex fi-
61 lio Primogenito repræſentet, nedum Patrẽ,
ſed perſonam,& Ius Primogenituræ.

62 Atque adeò his firmatis, parum referat,
quòd Hortenſius Primogenitus Pater Claræ,
uti præmortuus Primogenituram non poſſe-
derit, cum ſatis ſuperque ſufficiat, quòd ſi
uixiſſet, ſuccedere potuiſſet in Primogenitu-
ra,ad hoc,ut eadem Clara eius filia, utpotè
repræſentans qualitatem Primogenituræ ſui
Patris,ad illius ſucceſſionem ſit admittenda;
cum ob deficientiam maſculorum lineæ ad-
miſſæ, ſit reintegranda ad lineam non deſti-
tutam; ſed ſuſpenſam,ex adductis per *Molin.
de Hiſpan. Primog. lib.3. cap.5. num.72. et
cap.4. num.4.* ibique *add. et cap. 6. num.36.
et duob. ſeqq. Fontanel.de pact. nupt. clauſ.4.
gloſ.25.n.17. et ſeqq. Caſtill. lib.5.contr.c.91.
num.69. et ſeqq.et num.72.et lib.3. cap.15.n.
76.& ſeqq.* Deciſio Siciliæ in ſucceſſione Sta-
tus Buterę impreſſa poſt *diſcurſum* 103.*Card.
de Luca de feud.n.244.et ſeqq. Io:Franc.Mar-
cian.diſp.10.n.14. et ſeqq. de Luca de linea le-
gal.art.11.n.11.*qui etiam affert pro hac ſen-
tentia, *Mart.de ſucceſſ.legal.* crediderim,aliũ
locum ex conſueta incuria Typographi ſem-
per metuendi, ibi repoſitum, nam in loco
allegato *Martæ*, nihil huiuſmodi inueni-
mus.

63 Siquidem prædictæ contrarię auctoritates
fauorabiles pro fæmina ex linea Primogeniti
non admiſſa,nullo prorſus Iure merentur at-
tendi; cum ſententia fauens fæminæ proxi-
miori deſcendenti ex linea iam admiſſa ad
Primogenituræ ſucceſſionem, nedum com-
probata reperiatur communi Doctorum
ſenſu;ſed etiam plurium rerum iudicatarum
auctoritate, Pontificioque Oraculo Sanctæ
Memoriæ Papæ Benedicti; & iudicio Sancti
Vincentij Ferrerij, ex ſupra firmatis *num.* 5.
et ſeqq.

Præcipuè, quia *Molina*, huius ſententiæ
Anteſignanus, cum quo cæteri pertranſeunt,
numero, auctoritateque impares,ſibimet ipſi
eſt contrarius in concluſionibus per eundem
firmatis; quòd nempè Primogenitura unam
lineam ingreſſa in ea perſeueret, quouſque
omninò euacuetur, quòdque in Primogeni-
turis, & Maioratibus,etiam ſi de ſucceſſione
tranſuerſalis agatur, ſit attendenda proxi-
mitas grauati; non autem grauantis, quæ
concluſiones pluries ab eodem *Molina* firma-
tæ, prorſus deſtruunt eiuſdem *Molinæ* ſen-
tentiam, præcipuaque fundamenta ab eo al-
lata ſuper reintegratione fæminæ ex linea
Primogeniti non admiſſa, ob defectum ma-
ſculorum lineæ admiſſæ, quamuis ſit ſuper-
ſtes Soror in gradu proximior ultimo poſ-
ſeſſori.

64 Vlteriùs eſt diligenter ponderandum;
quòd auctoritates contrariæ eſſent fortaſsè
aliqua animaduerſione dignæ, quando in
Hortenſio Primogenito Reſtitutæ præde-
functo ſine filijs maſculis, ſuperſtite Fabri-
tio Secundogenito,ſuiſſet radicatum Ius Pri-

mogenituræ, cum quo præſuppoſito loquun-
tur auctoritates contrariæ, ut rectè aduer-
tunt, *Auendan. ad l.40. Taur.gloſ.7.per tot.*
Flor.de Men.ad Gamm.dec.348. verſ.mea au-
tem opinio, quos refert, & ſequitur *Caſtill.lib.*
3.controu.cap.19.n.173.verſ.ſi verò in patre
defuncti, & num. ſeqq. Magrett. ad conſtit.
Tragm.Ducis Sermonetæ, §.12.obſeru.8. num.
36.& ſeqq. quem refert *de Luca de lin. legal.*
art.12.n.20.verſ.ſecundò,quòd ibi ſucceſſio.

65 Secus verò aſſerendum, quando idem
Hortenſius in Primogenitura nunquàm ſuc-
ceſſit, ſeu eiuſdem ſucceſſioni factus fuit
locus ad fauorem Fabritij Secundogeniti,
qui ob mortemHortenſij fratris,adhuc Mar-
gherita,& Angelo parentibus ſuperſtitibus,
Primogenitus euaſit, & in Primogenitura
poſt obitum parentum ſucceſſit, tanquàm
proximior tempore delatæ ſucceſſionis ex
diſpoſitione expreſſa Teſtatoris vocantis
Primogenitum maſculum, eoque deficiente
Secundogenitum; hoc enim caſu, quouſque
omninò euacuata non remanet linea Fabri-
tij, in quam Primogenitura fuit ingreſſa,
nullo prorſus Iure permittenda videtur re-
trograda ſucceſſio ad fauorem Claræ ex Pri-
mogenito numquàm admiſſo,deſcendentis in
præiudicium Ceciliæ ſororis Theodori ulti-
mi Majoratus poſſeſſoris in gradu proximio-
ris, ex ſuperiori loco firmatis.

66 Signanter, quia cum Hortenſius viuente
Reſtituta, & Angelo Parentibus,Ius Primo-
genituræ non acquiſiuerit,re uera, & cum
effectu Primogenitus dici nō potuit, *Oldrad.*
conſ.224.n.27.Abbat conſ.85. num.1. & ſeq.
lib.1.Soccin.conſ.47.num. 13.lib.3.Tiraq de
Iur.Primog.q.21.num.7. Auctor damnatę me-
moriæ *ad conſuetud. Pariſ.§.8. gloſ.3. num.4.*
& ſeq.

67 Multòque magis, quia regulare eſt, ut in
Maioratus ſucceſſione inſpici debeat habili-
tas tempore, quo ſucceſſio defertur, quæ ſo-
lummodò erat conſiderabilis in Fabritio
Secundogenito, qui Primogenitus euaſit ob
fratrem Primogenitum ſine liberis maſculis
prædefunctum, eumdemque inuenit Primo-
genitum delata ſucceſſio, *Molin.de Hiſp.Pri-*
mog lib.1.cap.13.n.37.& lib.3.cap.2.n.16.&
cap.10.num.39.& ſeqq. Aluarad. de conteſt.
ment.defunct.lib 2.cap.3.n.12. Mier. de Maio-
rat.p.1.q.2 num.11. quos refert, *Roblez de*
repreſentat.lib.3.cap.9.num.27.verſic.vnde
habilitatem.

His omnibus accedat, quòd auctoritates
68 contrariæ ut plurimùm loquantur in con-
curſu fæminæ proximioris de linea admiſſa
cum Patruo, uel alio Agnato, licet remotio-
re, in quibus terminis loquitur, etiam *de*
Georg.d.allegat.9.n.28. & Molinā, loco ſupe-
riùs laudato, acritèr reprehendit, *Auenda-*
69 *nus ad l. 40. Taur. gloſ.7. per tot.* aſſerens,
quòd neceſſe ſit, ut in Patre Primogenito
fuerit radicatum aliquod Ius ſuccedendi de
70 præſenti conſiderabile, firmum, & inuaria-
bile, quem refert, alijs allegatis, *Caſtill.lib.*
3.controu.cap.19.num.173.& ſeqq. Flor.de
Men.ad Gamm.deciſ.348. verſic.mea autem
opinio, optimè aduertens, quòd non intelli-
gat, quòmodò dici poſſit proximior tempo-
re delatæ ſucceſſionis, qui iam multis ab
hinc annis mortuus fuerat, & ſi ipſe non fuit
proximior, nullum Ius habuit, ac proindè
tranſmittere non potuit, nec vocatus fuit,
& per conſequens, nec uocati ſunt eius de-
ſcendentes, qui ab ipſo ſumunt initium, ne-
que virtute repreſentationis gradus admit-
teretur, quia huiuſmodi repreſentatio non
admittitur; niſi in caſibus à Iure expreſ-
ſis, & nullibi in Iure admittitur tranſuerſa,
& remota repreſentatio, nulloque Iure fun-
data, & latè pluribus alijs congeſtis, *Menoch.*
conſ.269.à num.8. vſque ad 68. rectèque
conferunt deducta, per *Roblez de repreſenta-*
71 *tione num.6.cap.6 num.4.in fin. & lib.3.cap.*
4.num.4. ubi affert rationem, ob quā in Ma-
ioratibus,inſpecta diſpoſitione Iuris, non
poſſit dari repreſentatio; quid quid in con-
trarium ſit aſſerendum,attentis peculiaribus
legibus Hiſpaniæ, in quibus terminis proce-
dunt Auctoritates contrariæ.

72 Tandem ad exuberantiam eſt expenden-
dum, quòd,licet Cæcilia ſoror Theodori ul-
timi poſſeſſoris Majoratus, re uera dici non
ualeat de linea Theodori fratris Primoge-
niti ultimi poſſeſſoris; prout conſiderat, *Ca-*
ſtrenſ.in l ſi maritus n.5.C.de Procurator.Celſ.
Vgo conſ.33.n.4.Menoch.conſ.205.n.29.Mier.
p.2.q 6.n.2. Caſtill.controu.Iur.lib.3. cap.19.
num.52. Roblez de repreſentat. lib.2. cap.4.n.
15 Roſa d.conſult.69.n.177. Cenſal.in obſeru.
ad Peregrin.de fideicom.art.20. verſ.ſecundò,
quia,licet non ſit in linea, fol.31. iuxta Venetā
Impreſſionē, ubi, quòd ſoror poſſit, etiam ali-
quo modo dici de linea fratris ultimi poſseſ-
73 ſoris; Eſt tamen de linea Fabritij ſui Patris,
qui uti Primògenitus ſucceſſit, ſuoſque de-
ſcendentes incluſit, cæteroſque excluſit; ideò-
que licet non ſit de linea actuali ultimi poſ-
ſeſsoris; eſt tamen de linea Fabritij ſui Pa-
tris, qui in Primogenitura ſucceſſit; prout
admittit *Roſa*, ſemotis, cōtrarijs coniecturis,
& ceſsante concurſu maſculi Agnati, licet
remotioris, *d.conſult.69.n.12.verſic.licet enim*
ſoror, & n. 177. Fontanell.dec.36.n.13. vbi,
74 quòd in Primogenijs linea ultimi poſseſso-
ris continuetur in tranſuerſales, qui debent
ſuccedere, quemadmodùm, ſi eſsent deſcen-
dentes, & eo modo excludunt alios, qui non
ſunt de linea admiſsa, *Grinell. deciſ Dolan.*
109.n.14.

AR-

ARGVMENTVM.

Vocatis ad Primogenituram, ſeu Maioratum ſenioribus de familia, illi debetur ſucceſſio, qui in tota deſcendentia vocata natu maior exiſtat, ſucceſſionis caſu eueniente.

Sacerdos poteſt ſuccedere in Majoratibus, ſiue Primogenijs, quoties perſonæ Eccleſiaſticæ non reperiuntur expreſsè excluſæ, neque fuit iniunctum onus nubendi pro conſeruatione agnationis, & familiæ; Præcipuè, quando poſt omnes lineas extinctas, vocatur aliquod Monaſterium.

Succeſſioni Sacerdotis non aduerſatur vocatio Majoris natu de familia, ejuſq; filiorũ de Primogenito in Primogenitũ.

Diſpoſitio *leg. pars litterarum, ff. de Iudic.* qua reperitur ſancitum, vt Magiſtratus, durante anno, conueniri non valeant, de quibus Magiſtratibus ſit intelligenda, & an comprehendat Magiſtratus minores, vel Defenſores Ciuitatum, ad eiuſdem legis intellectum.

SVMMARIVM.

1 *Senioribus de familia vocatis; illi debetur ſucceſſio, qui natu maior exiſtat, eueniente ſucceſſionis caſu.*

2 *In Maioratu, ſeu Primogenitura vni tantùm eſt priuatiuè debita ſucceſſio.*

3 *Primogenitura, ſeu Maioratus cenſetur inſtitutus, quoties vocantur ſeniores de familia, de Primogenito in Primogenitum.*

4 *Præcipuè, quando vocatur ad ſucceſſionem Primogenitus ſenior, ſeu antiquior de Domo, familia, aut linea per nomen collectiuum.*

5 *Multò magis, quando reperitur diſpoſitum, vt bona tranſeant ad ſeniorem.*

6 *Sacerdotium non impedit ſucceſſionem in Maioratibus, & Primogenituris, quoties perſonę Eccleſiaſticæ non reperiuntur expreſsè excluſæ, neque fuit iniunctum onus nubendi pro conſeruatione familiæ, & agnationis.*

7 *Eccleſiaſtica perſona non excluditur à fideicõmiſſo, uel Maioratu; niſi quatenus verba expreſſa Teſtatoris pernecesſè concludant.*

Imò, ne excludatur, omnis eſt capienda poſſibilis interpretatio.

8 *Iura ſanguinis, & agnationis adhuc per Sacerdotem, ſiue Monacum retinentur.*

Quid, ſi fuerit vocatis iniunctum onus aſſumendi nomen, & arma Teſtatoris: ibid.

9 *Præcipua ratio conſtituendi Primogenituras alia non eſt, niſi, vt bona vnita, & indiuiſa in vnum perſeuerent pro conſeruatione bonorum in familia.*

10 *A Sacerdote bona Maioratus poſſeſſa, dicuntur conſeruari in familia pro eius decore, & dignitate.*

11 *Sacerdotis vocatio ad Maioratum fortiùs deprehenditur, quoties Teſtator, poſt extinctam eius lineam, voluit ſuccedere Eccleſiam.*

12 *Sacerdos, an dici debeat excluſus à Maioratu ex vocatione ſenioris, eiuſque filiorum, de Primogenito in Primogenitum.*

13 *Maioratus Italiæ in hoc differunt ab illis Hiſpaniæ, quòd, ſcilicet, ſint ſaltuarij de ſeniore in ſeniorem, ſpectata tantùmmodò prærogatiua ætatis per naturam, ſeu veritatem; non autem prerogatiua lineæ, neque gradus.*

14 *Ad effectum inſpiciendi, quis ſit natu Maior, & reſpectiuè Primogenitus, tempus delatæ ſucceſſionis attendi debet.*

15 *Magiſtratus anno durante quis non poteſt conueniri ex diſpoſitione* l. pars litterarũ, ff. de Iudic.

16 *Intellige, vt id procedat in Magiſtratibus maioribus; non autem in minoribus.*

17 *Magiſtratus, ſeu Defenſores Ciuitatum comprehenduntur ſub iſtis minoribus Magiſtratibus.*

18 *Diſpoſitio* dictæ leg. pars litterarum, ff. de Iudic. *procedit, quando quis conuenitur in loco, vbi Magiſtratum gerit; ſecus ſi alibi, vbi forum alioquin ſequitur.*

19 *Sacerdos non poteſt dici ſubditus Ciuitati, neq; de eius corpore.*

20 *Magiſtratus etiam durante officio, poteſt conueniri à non ſubdito.*

CAPVT IV.

IMmiſſio eſt concedenda Reu: Domino Michaeli, quia cum per obitum Comitis Ludouici Iunioris ſine filijs, factus fuerit locus uocationi lineæ Vincentij ſenioris, ex qua deſcendunt Michael, & Dionyſius Aduerſarius in æquali gradu concurrẽtes; abſq; dubio ſucceſſio eſt debita eidem Michaeli, utpotè ſeniori inter omnes uocatos de prædicta linea Vincentij, ſtante expreſſa diſpoſitione Franciſci Teſtatoris: Ibi, *Vadino al più vecchio della linea del Colonnello di Vincenzo ſuo Auo, e così ne' ſuoi figlioli, però Primogeniti, di Primogenito in Primogenito*, qua
1 prærogatiua ætatis tantùmmodò inſpecta, illi debetur ſucceſſio, qui ex tota illa deſcendentia uocata, natu maior exiſtit, eueniente caſu ſucceſſionis, iuxta celebre *conſ.4. Alex. lib.4.* quem ex recentioribus ſequũtur, omiſſis alijs, *Surd. conſ.455. num.14. & conſ.403. n.57. & ſeqq. Peregrin. conſ 74. n.17. lib.3. Menoch. conſ.442. n.4. & ſeq. lib.5. Honded. conſ. 70. num.2. & ſeqq. lib.2. Maluaſ. conſ.22. n.30. & ſeqq. Bellon. Iun. conſ.11. per tot. Redenaſc. conſ.82. ſub num.5. Gratian. cap.695. n.1. & ſeqq. Amat. reſolut.1. n.12.27. & ſeq. Mart. de ſucceſ. legal. p.3. q.8. art.1. du.8. vſq; ad 12. Theſaur. Iun. quaeſt. forenſ.35. num.5. & 17. lib.1. & q.20. num.3. lib.2. Fuſar. de ſubſtitut. q.387. num.38. & conſ.39. num.8. & ſeqq. Altograd. Iun. contr.42. n.32. & ſeq. Maſſin. de confiſcat.*

q.33.n.7.& ſeqq. Manzini conſult.93.n.14. & ſeqq. Rota in Caſalen. de Garettis. 1. Iulij 1587.coram Rubeo, *apud Theſaur d.q.20.ſub nu.18.lib.2.*& latè *Rot.in Piſauren.Maioratus, impreſſa in recent.dec 66.& 344. p. 14.*

2 Idcòque eſt omninò excludendus Aduerſarius, tanquám Iunior; cum enim, ex infra firmandis, verſemur in Majoratu, ſeu Primogenitura, vni tantùm, eſt priuatiuè debita ſucceſſio, *Surd.conſ.362.num.6.Menoch.conſ.* 401 *et* 1005.vtrobique,*num.22.Tiraquell.de primog.q.23.n.13.Molin.eodem tract. lib.1.c.1.num.7.& 8.& lib.3.cap.1.per tot. Couarr. var.lib.3.cap.5.n.3. Cyriac.controuerſ.312.n.61.& ſeq.Valaſch.cōſult.82.n.3.Card.de Luca defideicom diſcurſ.6.n.6.Fontanell.dec.35.n.4 Bich.dec.274.num.22. Rot.in recent.dec.407.num.4. p.9.* cum aliis cap. antecedenti congeſtis.

3 Non poteſt autem in præſenti dubitari de erectione Maioratus, ſeu Primogenituræ, pōderatis verbis teſtamēti:Ibi, *Quale mancando, vadino al più vecchio della linea del Colōnello di Vincenzo ſuo auo, e così ne' ſuoi figlioli, però Primogeniti di Primogenito, in Primogenito*, & inferiùs:ibi, *ſe in quel tempo fuſſe viuo, così di Primogenito, in Primogenito*, ex quibus cenſeri inductum Maioratum, ſeu Primogenituram, in ſpecie firmant, expendendo verba *de Primogenito in Primogenitum Molin. de Hiſp.Primog.lib.1.cap.5.num.39.* ibique *add. Menoch. conſ.1023.n.7. lib.12.* latè poſt plures allegatos, *Caſtill.contron.Iur.tom.4.cap.9.n.42.& tribus ſeqq.Flor.Diaz.de Men. var.lib.1.q.17.n.38. Paleaz.de Maiorat.p.2.q.12.Auendan. in l.41. Taur.gloſ.3.num.13. Andreol. controu.254 n.35.Fuſar de ſubſtit.q.384.n.5.Seſſe dec Aragon.362.n.63.*

4 Eademque concluſio abſque controuerſia procedit, quando, prout in præſentia, uocatur ad ſucceſſionem Primogenitus ſenior, ſeu antiquior de domo, familia, aut linea, per nomen collectiuum, vt in ſpecie, poſt *Ancharan. conſ.27.* alioſque fideliter allegatos, *Molin.de Hiſpan.primog.d.lib.1.cap.5.d.num.18.* uſque *ad 23.Caſtill.tom 5.controu. cap.93.§.1. num. 49.& ſeq.& num. 54.* ubi ſignanter, quando qualitas maioris natu pluries in Teſtamento legitur repetita, & latiùs, *§.3.n.1.& ſeqq Menoch conſ.1006.n.48 lib.12. Molin. Ieſuit. tom.3. diſputat. 590. verſ. tertia eſt, Florez Diaz lib.1.cap.18.n.33.& ſeq.Mierez de Maiorat p.1.q.5.n.13.Perez de Lara de Anniuerſar.lib.1.cap.4.n.39.& 43.Auendan. in l.41.Taur.gloſ.3.n.13.Seſſ.dec.Aragon.362.n.63. Rot.in rec.dec.407.n.7.8.& 14.p.9.& dec 1.n.1.2.8.9.14.& ſeqq.& n.43.& ſeqq.* ubi præcipuè, quando uocatur maior natu de linea, *& dec.358.n.4.p.10.*

5 Multòque magis, quando, inſpectis verbis Teſtamenti: Ibi, *Vadino al più vecchio*, apertiſſimè deprehenditur, Teſtatorem uoluiſſe, bona ad unum ſolum ſeniorem de familia deuenire debere, quo caſu aſſerendum, fuiſſe inſtitutum Primogenium, ſeu Majoratum, ut benè aduertunt poſt Io: *Andr. & Angel. Suarez in l. quoniam in prioribus ampliat. 10. n.26. C. de inoffic. Teſtam.* ubi dicit perpetuò commendandum *Menoch.conſ.713.num.1.& ſeqq.Surd.conſ.375.num.16.Molin de Primog. d.lib.1.cap.5.n 34.Fuſar.de ſubſtit.d.q.384.n.2.Andreol.controu.254.n.36.Fontanell.deciſ.32.n.8.& ſeq.& n.14.*

His igitur firmatis, nullius momenti ſunt obiecta ex aduerſo excitata; Alterum nempè, quòd D.Michael, ut potè Sacerdos, atq; adeò inhabilis ad conſeruandam agnationem, ſit incapax ſuccedendi in dicto Majoratu, ſeu Primogenitura.

Alterum uerò, quòd non poſſit dici Primogenitus; dum habuit Æneam alterum fratrem natu majorem, licet præmortuum; Neutrum enim in iure ſubſiſtit.

6 Non primum, nam Sacerdotium non impedit ſucceſſionem in Majoratibus, & Primogenituris, potiſſimùm conſtitutis ex bonis patrimonialibus, quando, prout in hac facti ſpecie, perſonæ Eccleſiaſticæ non reperiuntur expreſsè excluſæ, neque fuit iniunctum onus nubendi pro conſeruatione familiæ, & agnationis, prout omiſſis pluribus, qui poſſent allegari, in ſpecie loquentes de Clerico, ſeu Sacerdote, tradunt, *Molin. de Primog.lib.1.cap.13.n 95. Io: Licier.eod tract. lib.1.q.24.n.16.Laudēs,* ſimili tract.*q.30.per tot.Gomez ad l.40.Taur.num.66.ad fin. Greg. Lopez in l.2.tit.15.p.2. verbo: Siendo ombre paraello*, & in fortioribus terminis de Monacho, *Mierez de Maiorat.2.p.q.3.n.17.& 32.in princip. Mattienz. in l.1.tit.7.gloſ.1.n.18. lib.5. nou. collect. Reg. Spin. in ſpecul. Teſtam.gloſ.12.in princip.n.33.verſ.ſecundo uerò caſu, Auendan. in l.40.Taur. gloſ.4. num.39. et 45.Honded.conſ.62.n.37.vol.1.Valaſc.conſult.101.num.7.Florez.Diaz.de Mena var.lib.1.q.16 et art.2. num.5. et in addit. ad Gamm. dec.6.verſ.ſexta concluſio*, & ſemoto onere ſpecificè iniuncto per Teſtatorem Primogenito, ut nuberet, pro indubitato ſupponit, *Rot.in recent.dec.346 n.4.p.12.*

7 Regulare enim eſt, ut perſona Eccleſiaſtica non excludatur à fideicommiſſo, uel Majoratu; niſi quatenus uerba expreſſa Teſtatoris perneceſsè concludant; quinimmó, ne excludatur, omnis poſſibilis interpetratio capienda ſit, *Aldobrand. conſ.3. num.2. lib.2.Mart.de ſucceſſ.legal.p.1.q.2.art.4.n.19.& ſeq.Manz.conſult.80.n.16.& ſeq. Archiepiſc.Carrill.dec.266.n.15.& ſeq.*

Parùmque releuat, quòd per Sacerdotem non poſſit conſeruari agnatio cum procreatione liberorum, ad quem effectum ſolent

or-

ordinari Primogenituræ.
Siquidem, quò ad iura ſanguinis, & agna-
8 tionis, illa adhuc per Sacerdoté retinétur, ut
iu fortioribus terminis de Monacho, dixit,
Bald. in auth. ſi qua mulier, n. 10. ibique Bart. n.
5. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Dec. in auth. ingreſſi, n.
7. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Decian. conſ. 82. nu. 4.
lib. 4. Molin. de Primog. Hiſp. lib. 1. cap. 13. n.
73. & ſeqq. Manzius conſult 80. n. 8. Archiep.
Carril. d. deciſ. 266. n. 7. & ſeq. Rota in Bonon.
ſucceſſionis 9. Decembris 1622. coram Vbald.
Seniore, de Luca de pluralit. homin. legal. cap.
88. num. 2. & ſeqq. vbi ampliat, etiam ſi fue-
rit vocatis iniunctum onus, aſſumendi No-
men, & Arma Teſtatoris, ſuper quo eſt cogi-
tandum, ex adductis in contrarium per Frã-
cb. dec. 29. n 8. Ginrb. dec. 32. n. 27.
Onus verò nubédi, liberoſq; procreãdi, nulli-
bi legitur demandatũ in teſtaméto; Cũ enim
pręcipua ratio conſtituendi Primogenituras,
alia non ſit; niſi, ut bona unita, & indiuiſa
9 in vnum perſeuerent, pro dignitate, & deco-
re familiæ, perpetuaq; bonorum in eadem
conſeruatione, quæ quidem in plures diuiſa
partes, de facili dilabuntur, Bald. in auth. ex
Teſtamento, num. 39. Cod. de collat. Soccin. Sen.
conſ. 47. n. 6. lib. 3. Pariſ. conſ. 72. n. 81. lib. 4. Ce-
phal conſ. 3. n. 90. Surd. conſ. 241. num. 14. conſ.
362. n. 3. & 4. conſ. 375. n. 15. Peregr. conſ. 34.
n. 9. lib. 3. & conſ. 30. n. 12. lib. 5. Paleaz de
Maiorat. part. 1. q. 1. n. 9. Tiraq. de Iur. Primog.
q. 71. n. 2. Cyriac. contron. 312. num. 65. Fonta-
nel. dec. 32. num. 9.
Abſque dubio huiuſmodi ratio optimè cõ-
gruit Sacerdoti; dũ ab eodẽ bona Maioratus
10 poſſeſſa conſeruari dicuntur in familia, pro
eius decore, & dignitate, eiuſdemque Sacer-
dotis prætenſa excluſio omninò deſtruitur:
nõ ſolùm ex ſupra deductis; ſed fortiùs, quia
Teſtator, poſt extinctam lineam Vincentij,
11 vocauit R. D. Franciſcum ex linea Horatij
Naldi, & deficientibus omnibus lineis, vo-
luit, ſuccedere Eccleſiam Sancti Franciſci, ex
quibus deprehenditur expreſſa voluntas ip-
ſius Teſtatoris, quòd non abhorruerit, vt eius
hæreditas tranſiret etiam ad Sacerdotem,
vt in ſpecie optimè arguit, Valenz. conſ. 23. n.
31. lib. 1. & in terminis uocationis locorum
Piorum Archiepiſc. Carrill. d. dec. 266. n. 17.
verſ. quibus accedit.
Neq; obijciatur, quòd Teſtator cõſideraue-
rit ſeniorem de linea Vincentij in ſtatu habi-
li ad liberos procreandos, dum vocauit na-
tu maiorem de eadem linea, eiuſque filios, de
Primogenito in Primogenitum.
Huiuſmodi enim uocatio filiorum ſenio-
ris de linea, ſatis prudenter fuit appoſita à
12 Teſtatore, ad euitandam quæſtionem, adeò
inter Doctores agitatam, an ſcilicet Primo-
genitura, ſeu Maioratus ſit ſaltuarius de ſe-
niore in ſeniorem, uel potiùs unam lineam
ingreſſus, ad aliam non poſſit tranſire, niſi il-
la prorſus euacuata, iuxta latè deducta cap.
antecedenti, de qua ſaltuariatione nimis
præiudiciali conſeruationi familiarum pote-
rat probabiliter dubitari, expreſsè non uo-
catis filijs Maioribus natu; cum iuxta magis
13 receptam ſententiam, Maioratus Italiæ in
hoc differant ab illis Hiſpaniæ, quòd ſcilicet
ſint ſaltuarij, vt Noſtrates loquuntur, de ſe-
niore in ſeniorem, ſpectata tãtùmmodò præ-
rogatiua ætatis per naturam, ſeu ueritatem,
nullatenus attenta prærogatiua lineæ, mi-
nuſque altera gradus, iuxta famigeratum,
conſ. Alex. 4. lib. 3. quem ſequuntur, Surd. conſ.
403. & conſ. 455. Bellon. Iun. conſ. 11. n. 38. Pe-
regr. conſ. 64. n. 10. lib. 2. & conſ. 34. n. 17. lib. 3.
Redenaſtb. cõſ. 82. Theſaur. Iun. lib. 2. q. 20. n. 3.
& lib. 1. q. 35. num. 4. 5. & 17. Mangil. de im-
putat. q. 77. n. 169. Amat. reſolut. 1. n. 12. Prat.
diſcept. 38. tom. 1. & in addit. ad Paſchal. de
patr. poteſt. par. 4. cap. 9. ad num. 6. Galcot. lib.
1. contron. 48. cum alijs latè congeſtis per
Card. de Luca de fideicomm. diſc. 1. n. 4.
Poterat autem omitti alterum obiectum,
quòd D. Michael non ualeat dici Primogeni-
tus; dum habuit Æneam alterum fratrem
natu maiorem.
Nam, licet ipſe Michael fuerit Secundoge-
nitus, tamen per obitum fratris Primogeni-
ti, antequam euenerit caſus ſucceſſionis, de-
ſijt eſſe talis, ac Primogenitus euaſit, ad ex-
14 cluſionem Aduerſarij natu minoris; Recepta
enim eſt Iuris propoſitio, quòd ad effectum
inſpiciendi, quis ſit natu maior, & reſpectiuè
Primogenitus, attendi debeat, ſolùmmodò
tempus delatæ ſucceſſionis, Honded. conſ. 70.
n. 16. lib. 2. Surd. conſ. 468. num. 4. Valenz. conſ.
69. n. 10. & latiùs conſ. 97. num. 19. & duob.
ſeqq. lib. 1. Mart. conſ. 106. num. 10. Palcaz de
Maiorat. part. 2. q. 4. illat. 3. n. 1. Molin. de Pri-
mog. lib. 1. cap. 6. n. 43. Tiraq. de Iur. Primog. q.
3. num. 6. & ſeq. Fuſar. de ſubſtit. q. 387. n. 48.
& q. 388. n. 1. & ſeqq. Menoch. lib. 4. præſump.
92. num. 2. & 6. ubi in ſpecie, quando uoca-
tur maior natu de Domo, Gratian. diſcept.
834. n. 26. & ſeq. latè Caſtil. tom. 5. contron.
cap. 93. §. 1. n. 30. & ſeqq. & num. 35. ubi de
maiori de Domo, ſeu familia, Vin. dec. 502. n.
8. benè Rot. diuerſ. dec. 128. n. 1. part. 2. Duno-
zett. Iun. dec. 602. n. 7. Card. Ottobon. dec. 254.
num. 2.
Ex quibus omnibus apertiſſimè remanet cõ-
probatũ Ius D. Michaelis natu maioris, ad ex-
cluſionem D. Aduerſarij Iunioris, qui ad im-
pediendam huius cauſæ propoſitionem, fru-
ſtra poterit ſe tueri exceptione dilatoria,
quòd, ſcilicet, non poſſit conueniri, durante
15 anno Magiſtratus ſuæ Ciuitatis, ad quem
nouiſſimè curauit, ſe aſſumi, ex diſpoſitione
text. in l. pars litterarum, ff. de Iudic.
Huiuſmodi enim diſpoſitio triplici potiſ-
ſimùm

ſimùm ratione non militat in præſenti.

Tum quia tantùmmodò vindicat ſibi lo-
16 cum in maioribus Magiſtratibus, de quibus loquitur *text. in l.2. ff. de in Ius vocand.* non autem in Magiſtratibus minoribus, qui poſſunt indiſtinctè conueniri, etiam durante tempore Magiſtratus, vt eſt *text. expreſſus in l. nec Magiſtratibus in fine, verſ. quòd ſi ex minoribus, ff. de iniur.* & probat alter textus à contrario ſenſu intellectus *in d. l.2. ff. de in ius vocando*, ibique *gloſ. l. vt vim in princip. verſ. ſed Magiſtratum, ff. de Iuſt. & Iur. Azor. in ſum. tit. Cod. vt omn. Iud. tàm Ciuil. quàm Crimin. n.3. Abb. in cap. legebatur, n.3.* ibique *Felin. n.2. de maior. et obed. Amod. de ſindic. verbo olim Poteſtatem, ſub num. 42.* optimè *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 9. n.1004 et duob.*
17 *ſeqq.* ubi in ſpecie, quòd Magiſtratus, ſeu Defenſores Ciuitatum comprehendãtur ſub iſtis minoribus Magiſtratibus, in quibus non procedit diſpoſitio *d. l. pars litterarum*, utpotè intelligenda de Magiſtratibus maioribus habentibus merum Imperium, quales ſunt Conſules, Præfecti, Prætores, de quibus, *text. in d. l. 2. ff. de in Ius vocand.*

18 Tum etiam, quia, *præd. l. pars litterarum*, iuxta magis receptum intellectum, ſolùmmodò procedit, quando quis conuenitur in loco, ubi Magiſtratum gerit; ſecus ſi alibi, ubi forum alioquin ſequitur, *Felin. in d. cap. legebatur, n.4. verſ. item ſi conuenitur, de maior. et obed. Scacc. de Iudic. d. lib. 2. cap. 9. n.984.* ubi, quòd ità ſeruetur.

Tum demum, quia, cum D. Michael, utpotè Sacerdos, non poſſit dici ſubditus Ciuita-
19 ti, *cap. Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de conſtit. Surd. conſ. 301. num. 12.* neque de eius corpore; meritò electio Aduerſarij in Magiſtratum facta ab eadem Ciuitate, eidem præiudicium inferre non ualet, prout in ſpecie, quòd Ma-
20 giſtratus, etiam durante officio, poſſit conueniri à non ſubdito, poſt *Parid. de Puteo de Sindic.* à contrario ſenſu intellectum, *verbo Officialis durante officio, ſub num. 1.*, aduertit, *Scacc.* ubi ſupra *num. 984. verſ. dum ſentit.*

ARGVMENTVM.

Moribus Romanis fuit introductum, ut Pater liberis impuberibus teſtamentũ facere valeat, ne impubes inteſtatus decedat.

Subſtitutio pupillaris verè, ac propriè; quò ad diſpoſitionem eſt vnicum teſtamentum Patris, patrio confectum nomine ex Iuris priuilegio, & in vim patriæ poteſtatis; non autem nomine filij, prout nonnulli malè aſſerunt; & non niſi fictè, & impropriè dici valet teſtamentum impuberis; duas tamen eſſe cauſas, ſiue hæreditates, eſt affirmandũ. Ad intellectum difficilium Iurium *in §. igitur inſtit. de pupill. ſubſtit. l.2. ff. de vulgar. & pupill. l. Papinianus 8. §. ſed neque impuberis, ff. de inoffic. teſtam.*

Plures aſſeruntur valdè ſingulares illationes in Iure ex proxima concluſione reſultantes.

Subſtitutio pupillaris quandoque iudicatur, tanquam Teſtamentum Patris, quandoque filij, prout magis impuberi expedit, ad Tabulas pupillares conſeruandas; licet re uera Patris teſtamentum ſit: Qua diſtinctione adhibita, exiſtimat Author, rectè ad concordiam reuocari poſſe nonnullorum Iurium acertimam Antinomiam, quæ Interpetrum rigidè torquet ingenia.

Stante ſtatuto, quòd de quolibet Teſtamento Gabella perſolui debeat, vnicam; nonautem duplicem eſſe ſoluendam ex teſtamento pupillarem ſubſtitutionem continente, latiſſimè oſtenditur, Reiecta contraria ſententia Marthæ.

SVMMARIVM.

1 *Moribus Romanis fuit introductum, vt Pater liberis impuperibus teſtamentum facere poſſit, ne pupillus decedat inteſtatus.*

2 *Ex lege duodecim Tabularum, non poteſt quis, niſi de rebus ſuis diſponere, non autem de alienis; prout Pater facit in pupillari ſubſtitutione.*

3 *Ad Pupilli fauorem, & honorem pertinet cũ teſtamento decedere, illumque habere hæredem, quem ei Pater ſtatuit.*

4 *Subſtitutionem improbans pupillarem, pupillo aduerſatur.*

5 *Subſtitutio pupillaris verè, quò ad diſpoſitionẽ, diti debet teſtamentum Patris, patrio confectum nomine, neque niſi fictè, & impropriè dici valet teſtamentum filij impuberis, licet, quò ad materiam, plures ſint hæreditates, & n. ſeqq.*

6 *Expenduntur plura Iura ſingularia id apertè comprobantia.*

7 *Subſtitutio pupillaris ſtrictè, ac propriè loquẽdo, dicitur teſtamentum Patris, licet impropriè, ac fictè dicatur teſtamentum filij.*

8 *Subſtitutio pupillaris vnicum teſtamentum dicitur, quia vnus, & idem Teſtator eſt, vna forma, vna ſolemnitas, vna obſeruatio in ſententia* Duareni.

9 *In ſubſtitutione pupillari patris teſtantis attenditur perſona; non autem pupilli, & unum patris eſt teſtamentum, cuius pars quædam, et acceſſio eſt pupillaris.*

10 *In ſententia Vaconii in ſubſtitutione pupillari quatuor ſunt conſideranda, videlicet cauſa Effi-*
ciens,

ciens, Formalis, Materialis, & Finalis.

Reſpectu Efficientis, & Formalis, Vnicum eſt teſtamentum Patris, & filij, reſpectu verò Materialis, & Finalis, duo videntur teſtamenta, cũ duę ſint hæreditates.

11 In quo ſenſu ſubſtitutio pupillaris nuncupetur in Iure duplex teſtamentum, uel duplices Tabulæ.

12 Subſtitutio pupillaris vnum eſt teſtamentum duarum cauſarum; ideſt duarum hæreditatum.

Traditur intellectus text. in § igitur, inſtit. de pupill. & n. ſeqq. & 51.

13 Teſtamenta ex hærditatum numero non diſtinguntur.

14 Pater in pupillari ſubſtitutione non teſtatur pro filio, & nomine filij, ſed tantùm nomine patrio, eiusque perſonæ; licet ex Iuris priuilegio, & vigore patriæ poteſtatis, teſtetur, etiam de rebus filij.

15 Subſtitutio pupillaris, licet diuerſis reſpectibus, interdum patris, interdum filij teſtamentum in Iure nuncupetur, & n. 28.

Re tamen uera patris teſtamentum eſt, ipſe n. tantùm patrio teſtatur nomine; non autem filius.

16 Auctor miratur, Pratum virum, alioquin doctiſſimum, gloriari de diſtinctione à ſe allata ſuper vnico teſtamento, & duplici hæreditate, tanquàm ab eo inuenta, dum apud plures eſt receptiſſima.

17 Aſſenſus Patri datus ad teſtandum, ſeu diſponendum de feudis, ob quam rationem non comprehendat ſubſtitutionem directam factam filio impuberi in feudis proprijs eiuſdem impuberis, in ſententia Montani.

18 Subſtitutio pupillaris, cum ſit verè, ac propriè teſtamentum Patris, quo ad diſpoſitionem, excluſa omninò, remanet Mater, etiam à legitima.

Expenditur, text. in cap. ſi Pater de teſt. in 6.

19 Principijs præſuppoſitis, neceſsè eſt, omnia etiam principiata conſiteri, iuxta monitum Baldi.

20 Affertur egregia, eſt ſubtilis ratiocinatio eiuſdem Baldi, ob quam cauſam in ſubſtitutione pupillari mater excludatur à legitima.

21 Mater ad ſecunda vota tranſiens, reſeruare tenetur filijs prioris coniugij, ex ſubſtitutione pupillari quęſita, cum re vera illa ex viri teſtamẽto, & liberalitate conſequatur, cum alijs, matre penitus excluſa, relinquere potuerit.

22 Proximitas teſtatoris; non autem pupilli, in ſubſtitutione pupillari eſt attendenda in veriori ſententia; cum teſtamentum ſit Patris; non autem filij.

23 Gabella de vnico actu, pluries ſolui non debet.

24 Subſtitutio pupillaris nuncupatur pars, & ſequela paterni teſtamenti, eiuſdemque portio.

25 Gabella non eſt iteratò ſoluenda pro acceſſorijs, dependentibus, & conſequutiuis.

26 Ideòque pro fideiuſſione Gabella ſolui non debet, ſtante ſtatuto, quòd de quolibet contractu ſoluatur.

27 Falcidia vna tantùm detrahitur in ſubſtitutione pupillari: quia vnicum eſt patris teſtamentum.

28 Subſtitutio pupillaris, quandoque iudicatur, tanquàm teſtamentum Patris, quandoque filij; prout magis impuberi expedit ad Tabulas pupillares conſeruandas.

Declara, vt n. 15.

Hac diſtinctione adhita, exiſtimauit Io: Andreas de Paula, Authoris Præceptor egregius in Neapolitana Accademia, rectè poſſe conciliari, Iuriũ, ſententiarumque Antinomiam in hac materia.

29 Fauore Pupilli vna Patris, & filij reputatur hæreditas.

30 Subſtitutioni pupillari, ſi præiudicium inferret, vel non expediret, quòd pro impuberis teſtamento haberetur; tunc Tabulæ pupillares pro Patris teſtamento ſunt habendæ.

31 Subſtitutio pupillaris eſt admodùm fauorabilis, vtpotè à Iure introducta, ad vtilitatem, honoremque pupilli.

32 Subſtitutio pupillaris patris teſtamentum dici debet, vel ad excludendam Matrem à querela inofficioſi aduerſus Tabulas pupillares.

33 Vel, ut ſubſtitutus pupillaris non valeat patris hæreditatem repudiare, impuberis autem agnoſcere.

34 Impuberi, ſi expedit pupillarem ſubſtinere ſubſtitutionem, quæ alioquin non ſubſiſteret, patris, & filij duplices Tabulæ, nedum duplices hæreditates eſſe cenſentur.

Declarantur Iura, in l. in duplicibus 78. ff. ad leg. falcid. & in l. 1. ff. ſi cui pluſquàm per leg. falcidiam.

35 Gabella vnica; non autem duplex eſt ſoluenda in ſubſtitutione pupillari, ſtante ſtatuto, quòd de quolibet teſtamento, Gabella ſit ſoluenda, & de ratione.

Reprobatur contraria ſententia Marthæ, de qua n. 57. & in quo caſu ſit amplectenda, n. 61.

36 Vigeſima, quæ antiquitus de rebus in teſtamento relictis pendebatur, fuit omninò ſublata per Iuſtinianum.

37 Statuta aliter decernentia, dicuntur exorbitantia à Iure communi, eiuſdemque correctoria; ideòque ſtrictè intelligenda.

38 Statutum ſuper Gabellis, præcipuè Iuris communis correctorium, ſtrictam recipere debet interpetrationem, neque extendendum ad caſum, de quo non loquitur.

39 Pro vt non eſt trahendum de caſu ſimplici ad mixtum.

40 Statuti verba, quoties non conueniunt, neque etiam eiuſdem diſpoſitio.

41 Præcipuè, ſi ſtatutum ſit Iuris communis derogatorium.

42 Statuta loquentia de Gabella ſoluenda de relictis, & diſpoſitis; ſucceſſionem non capiunt vniuerſalem.

43 Statuta imponentia Gabellam pro ſucceſſione, & hæreditatibus; non comprehendunt filios, ſi ſint hæredes.

44 Gabellæ de comprehenſione ſub ſtatuto, ſufficit; vt aliquo modo poſſit dubitari, ad hoc, ut contra Gabellam ſit iudicandum, pręcipuè, ſi ſtatutum ſit Iuris communis correctorium.

45 Referuntur Iura, & auctoritates; ex quibus in aliquorum ſententia contenditur, ſubſtitutionem pupillarem verè, ac propriè eſſe teſtamentum filij.

Sed contraria ſententia verior, n. ſeqq. & ſup. n. 6. & ſeqq.

46 Statutum excludens fœminas propter maſculos, reſeruata Matri dimidia legitima in hæreditate filij inteſtati, vel inteſtabilis, in aliquorum opinione, non habet locum in ſubſtitutione pupillari: quia Pupillus dicitur decedere teſtatus.

Declara, vt num. 52.

47 *Dictio*, tanquàm *denotat fictionem, & improprietatem.*

48 *Idem aſſerendum* de dictione, quodammodò.

49 *Reprobatur intellectus*, text. in §. igitur inſtit. de pupill. *traditus à* Barbato, *meritò à* Giurba *reprehenſo*.

50 *Declaratur*, text. in l. 2. verſ. nam ſi principale, ff. de vulg. & pupillar.

51 *Intellectus* text. in §. igitur inſtit. de pupillari, & ſupra n. 12.

52 *Examinantur ſingulæ auctoritates contrariæ adduci ſolitæ pro ſententia affirmante, quòd pupillaris ſubſtitutio ſit teſtamentum filij verè, & non fictè, illaſque potius probare contrarium oſtenditur.*

Declaratur, Rot. in recent. dec. 431. n. 2. par. 2.

53 *Aliud eſt, quòd pupillaris ſubſtitutio ſit filij teſtamentum, quia nempè filius diſponat, quod omninò eſt falſum.*

Aliud verò, quòd eatenus dici valeat filij teſtamentum, quatenus pater de eius diſponat hæreditate.

54 *Statuta ad caſus fictos non pertinent.*

55 *Præcipuè, quando non verſamur in materia fauorabili, quæ nos reducat ad Ius commune; ſed potius odioſa, eiuſdemque Iuris correctoria.*

56 *Statutum loquens de Gabella ſoluenda de quolibet teſtamento, non poteſt intelligi de ſubſtitutione pupillari, quæ non niſi fictè, & omninò impropriè dicitur teſtamentum impuberis.*

57 *Reprobatur contraria ſententia* Marthæ *aſſerentis, in ſubſtitutione pupillari duplicem deberi Gabellam, ſtante ſtatuto, quòd eadem Gabella de quolibet teſtamento ſoluatur; & in quo caſu eius ſententia fortè ſit amplectenda.*

58 *Teſtamentum patris priùs fieri debet, & deindè ſubſtitutio pupillaris, quæ non poteſt præcedere.*

59 *Poteſt tamen pater ex interuallo pupillariter ſubſtituere.*

60 *Tabulæ pupillares, quas eruditiores ſecundas, uel inferiores appellant, olim in ima Cera fieri conſueuerunt.*

61 Marthæ *ſententia, de qua* n. 57. *eſt fortè amplectenda, quoties Pater in ſeparato prorſus teſtamento fecit pupillarem ſubſtitutionem, & in his terminis intelligendæ auctoritates ab eodem* Martha *allegatæ*.

C A P V T V.

1 MORIBVS Romanis fuit introductum, ut Pater liberis impuberibus teſtamentum facere poſſit, ne pupillus, cui interdicta reperiebatur teſtamenti factio, inteſtatus decederet *l. Moribus* 2. cum ibi notatis, *ff. de vulg. & pupill. Duaren. de vulg. cap.* 12. *Connan. comment. Iur. ciuil. lib.* 10. *cap.* 5. *n.* 2. *Gomes. par.* 1. *var. cap.* 4. *n.* 1. ibique *Soarez in*
2 *addit*: Cum inſpecta lege duodecim Tabularum id cautum non fuerit; non enim quis poterat, niſi de rebus ſuis diſponere; non autem de alienis, *l. verbis legis* 120. *ff. de verb. ſignific. l. conficiuntur*, §. *ſi poſt*, *ff. de Iur. codicill.* prout facit Pater in pupillari ſubſtitutione, *l. ſed, & ſi plures*, §. *ad ſubſtitutos*, *ff. de vulgar. l. Papinianus*, §. *ſed neque impuberis*, *ff. de inoffic. teſtam. Bart. in l.* 2. *num.* 30. *ff. de vulg. Oſuald. lib.* 6. *c.* 25. *Picchard. ad Rubr. inſtit. de pupill. ſubſtit. Connan. comment. Iur. ciuil. lib.* 10. *cap.* 5. *num.* 2. *Trentacinq. de ſubſtit. p.* 2. *q.* 1. *n.* 7. *Petr. Gregor. Syntag. Iur. lib.* 42. *cap.* 17. *n.* 1. *& ſeq.* Caſtill. *lib.* 2. *contr. cap.* 14. *num.* 3. *verſ. prætereà*, *Cald. de nominat. emphyt. q.* 8. *n.* 29.

3 Idque ad ipſius pupilli fauorem pertinere, eiuſdemque honori adſcribendum, cum teſtamento decedere, illumque habere hæredẽ, quem ei Pater ſtatuit, reſcripſit Imperator, *inſtit. de pupillar. ſubſtit. in princip.* ibi, *Quod inſtitutum æquiſſimum ſanè fuit, vt eum eius ætatis filij ſint, in qua ipſi ſibi teſtamentum facere non poſſint; parentes ei faciant l. & quia* 6. ibi: *Et quia hoc defunctorum intereſt, ut ſucceſſores habeant, ff. de interrogat. action. l. ſi pupillus* 42. *ff. de acquir. hæredit. Bart. in l.* 2. *n.* 18. *ff. de vulg.* ibique præceteris *Iaſ. n.* 22. *& ſeq. Soccin. Iun. n.* 2. idem *Bart. in l. Iulianus*, *ff. de acquir. hæredit. Ioſon. in l. Lucius* 18. *ff. de vulg. Zanch. in l. hæredes mei*, §. *cum ita n.* 532. *ff. ad Trebell. Piccard. ad* Rubr. *inſtit. de pupil. ſubſtit. num.* 14. *Trentacinq. de ſubſtit. p.* 2. *q.* 1. *num.* 7. *Polit. eod. tit. n.* 7. *Intrigl. de ſubſt. cent.* 1. *q.* 60. *n.* 6. *Card. Mant. de coniect. ult. volunt. lib.* 5. *tit.* 12. *num.* 12. *Fuſar. de ſubſtit. q.* 99. *Spin. in ſpecul. Teſtam. gloſ.* 22. *n.* 4. *in princip. Caſtill. lib.* 2. *contr. cap.* 14. *n.* 2. *& ſeqq. & cap.* 15. *n.* 5. *Petr. Gregor. Syntag. Iur. lib.* 42. *cap.* 17. *n.* 1. *& ſeq.*

4 Adeòut ex his reſultet, ut ſubſtitutionem pupillarem improbans, pupillo meritò aduerſetur, *l. ſi pupillus* 42. *verſ. impugnat enim utilitatem pupilli*, *ff. de acquir. hæredit. Ferrer. ad conſtit. Cathal. los impuberes gloſ.* 1. *n.* 100. *Petr. Gregor. Syntag. Iur. p.* 3. *lib.* 42. *cap.* 23. *nu.* 4.

His igitur præmiſſis, quæ in iure ſunt omninò abſoluta, vnicam Gabellam ex teſtamento ſubſtitutionem pupillarem continente, deberi videtur reſoluendũ ex pluribus; quæ, ſaltem inſimul ponderanda, rem extrà omnem controuerſiam conſtituunt.

5 Primò, quia apud Interpretes, præcipuè eruditiores, ea videtur receptior ſententia, vt ſubſtitutio pupillaris verè, quò ad diſpoſitionẽ, dici debeat teſtamẽtũ Patris, patrio cõfectũ nomine, neq; niſi fictè, & impropriè, nũcupari valeat teſtamentum filij; adeòut unicũ ſit patris Teſtamentum; licet quò ad materiam, duæ ſint diſtinctæ hæreditates, Patris, nempè, & filij; prout aperta adſunt iura id mirificè comprobantia, ſi rectè intelligantur, *in l. patris, & filij* 20. *ff. de vulg. & pupillar.* Ibi, *Patris, & filij teſtamentum pro vno habetur*, & melior *text. in l.* 2. §. *prius*, *ff. eod.*

ibi,

Ibi, *Conſtat enim, vnum eſſe teſtamentum, licet duæ ſint hæreditates*, *cap. ſi pater in fin. de teſtam. in 6.* ibi, *Nam teſtamentum huiuſmodi pupillare paternum, vel paterni pars, potiùs eſt cenſendum, l. 2. §. 1 ff. de hæred. vel act. vend.* ibi, *licet enim vnum teſtamentum ſit, alia tamen, atque alia hæreditas eſt*.

6 Per quæ iura itá in ſpecie ſubſtinent, *Bart. in l. Patris, & filij n. 2. ff. de vulg.* ubi in propoſito dubio, an ſcilicet Patris, & filij ſint duo teſtamenta, uel potiùs unum, latiùs diſtinguit, tandem reſoluens, quòd, ſi perſonã Patris teſtantis inſpicere uelimus, negari non poſſit, quin unum dumtaxat ſit teſtamentum, quia vnus, idemque facit utrumq; teſtamentum; reſpectu uerò hæreditatum, duo dici debeant teſtamenta, idéq; tradit idẽ *Bart.* benè intellectus *in l. Papinianus, §. ſed nec impuberis n. 3. ff. de inoffic. teſt. Alex. in l. 2. n. 22. verſ. ſed reſponde, ff. de vulg.* ubi, quòd
7 pupillaris ſubſtitutio ſtrictè, & propriè loquendo dicatur Teſtamentum Patris; licèt impropriè, & fictè teſtamentum filij, ibique *Aretin.* & cæteri repetentes, *Zaneb. in l. hæredes mei 57. §. cum ità n. 530. ff. ad Trebell.* & omiſſis pluribus alijs antiquis, ex eruditioribus Interpretibus, præ ceteris firmant,
8 *Duaren. ad tit. de vulg. & pupill.* ibi, *Vnum teſtamentum dicitur, quia vnus, & idem teſtator eſt, vna forma, & vna ſolemnitas, una obſeruatio, Pater vtramque facit; non enim hìc requiruntur quatuordecim teſtes, quaſi duo teſtamenta ſint; ſed ſufficiunt ſeptem teſtes, hac ratione dicitur, unũ eſſe teſtamẽtũ patris, et filij*, ſubdens ulterius; *ſed quia duæ ſunt hæreditates, altera patris, altera filij, dicitur, duplex eſſe teſtamentum*.

9 *Connan. lib. 10. comm. Iur. cap. 8 num. 4 fol. 709.* aſſerens, quòd in pupillari ſubſtitutione patris teſtantis attendatur perſona, non pupilli; quoniam utrumque unum, & idem eſt teſtamentum; ſic tamen, ut patris eſſe dicatur, non impuberis, & totum patris ſit, cuius pars quædam, & acceſſio eſt pupillaris, & quia duæ ſunt hæreditates, Patris, & filij teſtamenta dicuntur.

10 *Vacon. declarat. lib. 4. cap. 73. num. 6.* qui ad declarationem *text. in d. §. igitur inſtit. de pupill. ſubſtit.* egregiè quatuor eſſe conſiderandas cauſas exiſtimauit, videlicet Efficiẽtem, Formalem, Materialem, & Finalem; Si ad cauſam Efficientem, & Formalem reſpectus habeatur, unum eſt teſtamentum Patris, & filij; una enim eſt cauſa efficiens, ideſt ipſe Pater teſtator, una etiam forma; cum una, eademque patris, & filij teſtamenti ſit forma, quæ dat eſſe rei. Si uerò materiam uelis reſpicere, duo dicenda ſunt teſtamenta; cum duæ ſint hæreditates, altera patris, altera filij; idemque aſſerendum reſpectu finis; cum duo ſint fines; per teſtamentum enim Patris ipſimet patri, per pupilli teſtamentũ ipſi ſuccceditur.

11 *Cuiac. in l. 2. §. 4. ff. de vulg.* aſſerens, quòd facta ſubſtitutione pupillari duo teſtamenta uideantur, alterum patris, alterum filij, idéq; duplex teſtamentũ nuncupatur à Iuriſconſ. *in l. in duplicibus 78. ff. ad l. falcid. & in l. 1 ff. ſi cui plus, quàm per leg. falcid.* ueriùs tamen eſt, unicum teſtamentum, duas hæreditates eſſe.

12 Idemque conſtanter affirmant plerique eruditiores Inſtitutiſtæ *in d. §. igitur inſtit. de pupillar.* intelligentes eumdem *textum*, ſicuti idemmet Imperator declarauit, & ab omnibus fuit intellectus, ut quamuis pupillaris ſubſtitutio perindè cenſeatur, ac ſi à filio facta fuiſſet, deindèq; ſubdat, *Vnum eſſe Teſtamentum duarum cauſarum, ideſt duarum hæreditatum*; Nihilominus, quò ad diſpoſitionem, vnum ſit teſtamentum Patris, ſed duæ hæreditates, quarum altera à Patre ad filiũ defertur, altera à filio ad ſubſtitutum, prout declarant, *Port. in d. §. igitur n. 4. Bellon. Minſing. & Oinotom. Vulteius* rectè poſt *Cuiac.*
13 aduertens, quòd verè unum ſit teſtamentũ, quòdque ex hęreditatum numero teſtamenta non diſtinguantur, *Vigl.* affirmans, quòd duo uideantur teſtamenta, ſed cum vtriuſque factio à ſolo patre procedat, & ad vtraſque Tabulas, & principales, & pupillares eadem ſollemnia ſufficiant, non poſſit omninò duplex cenſeri teſtamentum; duæ tamen ſint hæreditates; nam primùm Patri, deindè filio morienti ſucceditur.

Et in hanc eamdem ſententiam conue-
14 niunt, *Fuſar. de ſubſtit. q. 88. n. 2. verſ. & dicitur Gomes var. tom. 1. cap. 4. n. 7. verſ. non obſtat, etiam ſecundum*, ubi, quòd Pater non teſtetur pro filio, & nomine filij; ſed tantùm nomine proprio patris, eiuſque perſonæ; licet ex priuilegio, & uigore patriæ poteſtatis teſtetur, etiam de bonis filij, poſſitque facere ſubſtitutionẽ pupillarem de eius hæreditate. *Amat. reſolut 2. num. 27. Caſtill. lib. 2. contr. c. 14. num. 5.* aſſerens, poſt plures allegatos;
15 quòd, licet diuerſis reſpectibus interdũ patris, interdũ filij teſtamentum nuncupetur pupillaris ſubſtitutio, re tamen uera patris teſtamentum ſit; ipſe enim tantùm teſtatur, non filius.

Paſchal. de patr. poteſt. p. 1. c. 9. num. 5. vbi, quòd ſubſtitutio pupillaris reſpectu ordinis ſit teſtamentum patris, qui teſtatur nomine proprio; ſed vigore patriæ poteſtatis teſtetur, etiam de bonis filij, ibique *Prat. in annot. verſ. nec ſuffragatur Barbato*, affirmans, quòd verè, ac propriè vnicum ſit teſtamentum, & unica diſpoſitio à Patre facta; ſed quòd in ea comprehendatur hæreditas, & patrimonium filij impuberis, qui dum exiſtit in patria poteſtate, teſtamentum facere non poteſt.

Digitized by Google

16 Valdèq;mirādum,eundē *Pratum*,virū alio-
quin eruditum,de huiuſmodi diſtinctione,iu-
xta morem, ſummoperè gloriari,tanquàm
ex eius Minerua originaliter inuenta, cum
fuerit comprobata ab innumeris ferè Au-
thoribus ſupra allegatis, & proximè recen-
ſendis, inter quos *Polit.de ſubſt. pupill.num.
5.Cardin.de Luca de fideic diſc.79.n.5. Carol.
Anton.de Luca ad Franch.deciſ.295. n.3.verſ.
ſubſtitutionem pupillarem*, *Giurb. deciſ.*11. &
latiùs *obſeruat.*72.vbi ex communi Interpre-
tum ſenſu, quòd ſubſtitutio pupillaris verè,
ac propriè ſit teſtamentum patris, & non
niſi fictè,& impropriè teſtamentum filii,eru-
ditus magnuſque Feudiſta, *Montan.de Rega-
lib.§.fin.num.13.in princip.* ubi, quod ſub-
ſtitutio pupillaris unum ſit teſtamentum, li-
17 cet ſint duæ hæreditates, ex hoc rectè infe-
rens, aſſenſum datum Patri ad teſtandum,
ſeù diſponendum de feudis,non comprehen-
dere ſubſtitutionem directam factam filio
impuberi in feudis proprijs eiuſdem filij, cū
de re ad rem non extendatur, tanquam
ſtricti Iuris, *& controu.68. num.7. & ſeq.
Neapod.in conſuetud.ſi aliquis moriens in gloſ.
medietatem n.21.& nu.22.verſic.quæro ergo*,
& meliùs *in conſuetud. filius familias in gloſ.
poſſunt, verſ.ſed certè ſub n.*8.ubi, quòd ſub-
ſtitutus pupillaris, licet capiat á pupillo; nō
tamen ex diſpoſitione pupilli,ſed patris;cum
pupillus non fecerit ipſe teſtamentum;neque
poſſit dici Teſtator; quia unus eſt Teſtator,
ſcilicet pater, & quòd,licet ex diſpoſitione
Iuris filius dicatur decedere teſtatus, veriùs
ſit tamen ex teſtamento Patris,non ſuo.

Atque ob hanc rationem unitatis, & ſin-
gularitatis teſtamenti, cum ſubſtitutio pu-
pillaris ſit uerè, ac propriè teſtamentum
Patris nomine proprio, eiuſdemque perſo-
næ;non autem pro filio, ipſiuſque nomine
confectum; excluſa remanet mater,nedum
18 á luctoſa filij impuberis ſucceſſione,*l.Preci-
bus*,cum ibi notatis,*C.de impub & alijs ſubſt.*
ſed etiam á legitima, *cap.ſi pater de teſtam.in
6.*cum alijs infrà allegandis, alioquin nullo
prorſus iure excludenda,ſi uerè filij teſtamē-
tum eſſet, quò ad diſpoſitionem, uel nomine
filij à Patre conditum; prout nonnulli malè
ſentiunt,& latè firmant,*Pariſ.conſ.58.nu.17.
lib.2.Laderch.conſ.2.Honded.conſ.73.in fine,
lib.3.Peregrin.conſ.32.n.14.& ſeqq.lib.2.&
de fideicom.art.34.num.21.Amat.reſol.25.n.
1.Trentacinqu.de ſubſtit.p.2.cap.16. num 1.
Gratian.cap.407.n.6.& ſeqq.Vaſq. de ſucceſſ.
progreſſ.lib.1.p.3.§.15.n.16. Barri de ſucceſſ.
lib.4.tit.7.num.1.& 3.Paſchal.de patr.poteſt.
p.1.c.9.nu.15.& ſeq. Fontanell.de pact.nupt.
clauſ.7.gloſ.1.p.3.n.58.Card Mant.de coniect.
ult.vol.lib.2. tit.14.n.21. Caren.reſol.78.n.8.
& ſeq.* ubi,etiam ſi ſit ſubſtitutio pupillaris
ſub compendioſa verbis directis concepta,
Surd.dec.273.n.3 ibique, *Hodier.Afflict.dec.
310.num.2.Guid.Pap.dec.533.n.1.in fin. Bor-
gog.dec.20.n.18.par.3.Ginell. dec. Dolan.41.
num.21.* latè *Mart.Medic. dec.Senen. 69. Rot.
in recent.dec.120 n.1. & ſeqq.part.7.*

Et in ſpecialibus terminis, quòd, non ob
aliam rationem in ſubſtitutione pupillari
Mater excluſa remaneat á legitima;niſi quia
eadem pupillaris re vera formaliter, ac pro-
priè ſit teſtamentum Patris, Iure patrio;non
autem nomine filij confectum, probat *text.
in d. cap.ſi Pater de Teſtamen. in 6.* Ibi, *licet
autem filius in teſtamento ſuo Matrem portione
iure naturæ debita priuare non poſſit; pater ta-
men in teſtamento, quod filio impuberi facit,
poteſt; nam teſtamentum huiuſmodi pupillare
paternum, uel paterni pars potiùs eſt cenſen-
dum*, rectèque aduertit *Bald.in d.l. Precibus,
n.24. Cod.de impub. & alijs ſubſtitut.* elegan-
ter, iuxta morem,aſſerens, quòd præſuppo-
ſitis principijs,neceſsè ſit, omnia etiā princi-
19 piata conſiteri; ideòque, cum pater poſſit
pro impubere teſtari, aut dicemus,eum poſſe
20 de vniuerſo Iure teſtari; ergo Mater exclu-
detur;Aut, quòd Pater ſolū teſtari valeat de
bonis áſeipſo profectis;& tūc filius decederet
ꝓ parte teſtatus,&pro parte inteſtatus,quòd
eſt impoſſibile: Itē bona pupilli vnita ſepara-
rētur, quod fieri nequit,*l.ſi plures, §.filio, ff.
de vulg.& pupill.l.1.§ præterea, ff.de ſeparat.
bonor.* Vlteriùs aſſerere,quòdMater veniret ad
omnia;ideòq;maritus Pater pupilli teſtari nō
poſſet de rebus ſuis proprijs, eſſet abſurdo
abſurdiùs,quare neceſsè eſt,arguit,*Bald.*Ma-
trem potiùs excludi,quàm omnes Iuris regu-
las confundi; eandemque rationem afferunt,
poſt alios, quos allegant, *Riminal.Iun. conſ.
543.n.6.& ſeq. Altograd.conſ.91.n.83.lib.1.
Borrell.conſ.99.n.6.* egregiè *Montan.controu.
68.n.7.Gomeſ.var.tom.1.cap.4.de pupill. ſub-
ſtit.ſub num 7.verſ.non obſtat. etiam ſecundum,
Paſchal.de patr poteſt.part.1.cap.9.n.15.verſ.
& ratio eſt*, affirmans, pupillarem ſubſtitu-
tionem reputari teſtamentum patris, qui
nullo Iure cogitur matri ipſius pupilli legi-
timam relinquere,*Trentacinq. de ſubſtit.* latè
reſpondens contrarijs, *part.2.cap.16.num.4.
Fuſar. de ſubſtit. q.242. Marta de ſucceſſ. leg.
part.2.q.3. art.8. n.26. & ſeqq. Afflict.deciſ.
310.* ubi, quòd Mater excludatur à legiti-
ma per ſubſtitutionem pupillarem, quia eſt
diſpoſitio Teſtatoris.

21 Hinc etiam oritur alia recepta propoſi-
tio, ut Mater ad ſecunda vota tranſiens te-
neatur reſeruare ſuijs prioris matrimonij ex
ſubſtititutione pupillari quæſita; cum re ue-
ra illa ex uiri teſtamento, & liberalitate cō-
ſequatur, cum alijs, Matre penitus excluſa,
relinquere potuerit; prout in ſpecie firmant,
*Acoſta in d.cap.ſi Pater,§.3.verbo cenſendum,
n.19.de teſtam. in 6. Io: de Garron. de ſecund.
nupt.*

Digitized by Google

nupt.n.15.& ſeqq. Franc.Aretin. conſ.40. de
Luca ad Franc.dec.666. num.4. qui nonnullas
declarationes affert.
22 Prout etiam alia inſurgit concluſio,
ut cum pupillaris ſubſtitutio re uera ſit te-
ſtamentum patris;non autem filij, eiuſdem
patris ſit proximitas attendenda; non filij
impuberis, iuxta ueriorē ſententiam, quam,
reiecta contraria,ſubſtinent,Surd.conſ.31.n.
22.vſque in fin.Facchin.lib.4.contron.Iur.cap.
86. Card.Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.5.tit.
11. Gomes var.tom.1.cap.10.num.31.in fine,
Gratian.cap.661.n.6.Roſa conſult.2.num.54.
alijſq;pluribus cōgeſtis, Amat.reſol.10.n.27.
Firmata igitur ex prædictis unitate te-
ſtamenti in ſubſtitutione pupillari, quò ad
diſpoſitionem;cum ſtatutum, de quo eſt ſer-
mo,diſponat, ut de quolibet teſtamento ſol-
ui debeat Gabella; non autem de qualibet
hæreditate, quòd diligenter animaduerten-
dum rogo; pernecesſè ſequitur, unam tan-
tùm Gabellam eſſe præſtandam; cum ſit re-
23 gulare,ut de unico actu,pluries Gabella ſol-
ui non debeat, iuxta receptam doctrinam
Bart. in l.ſancimus 4.n.1. verſ. non debet Ga-
bella iteratò ſolui, Cod. de Conſul. lib.12. & in
l.interdum §.quoties, n.1. verſ. & iſta lex. ff.
de public. & vectig.Bald.in l.cum dotem 10.n.
4. verſ. modò extra quæro, Cod.de Iur.dot. &
in l. cum eoſ. 7. n.5 Cod.ſi quis alt. vel ſibi,
Alex.conſ 143.n 6.Corn.conſ.106.n.4.lib.4.
Burſatt.conſ.190.num.54. Bertaz.conſ.crimin.
336 n.11.Caball.conſ.24.ſub n.9 lib.1. Cy-
riac.contron.99.n.2. & ſeq.Epiſc Seanarol.de
Viſit.carcer.lib.2. §.2.cap.17.num.15. Surd.
dec.305.n.21.& dec.321.num.1.& ſeq.Mo-
nac. dec Florent. 11.num 7.
24 Secundó, unicam deberi Gabellam, eſt
pronunciandum; cum enim pupillaris ſubſti-
tutio nuncupetur pars,& ſequela paterni te-
ſtamenti, §. liberis inſtit. de pupillar. ſubſt: l.
2. in princip. verſ. nam ſi principale, l. ex pu-
pillari, ff.de vulg.& pupill.cap.ſi pater in fin.
de teſtam. in 6. Connan. lib.10 comment. Iur.
cap.8.n.4.Surd.conſ.37.n.44. & conſ.240. n.
3. Harpreсt. in add. ad Clar.lib. 3.ſentent. §.
Teſtamentum.q.60.n.3. lit.B. Merlin. contron.
1.n.26.lib.2. ubi, quòd ſubſtitutio pupillaris
ſequela ſit paternæ hæreditatis, eiuſdemque
portio,Caſtill.tom.2.contr.c.14.n.5. verſ. quo
loco,Caren.reſol.23.n.20.Amat.reſol.10.n.27.
25 Hinc reſultat, ut pro acceſſorijs, depen-
dentibus,& conſequutiuis non ſit iteratò ſol-
uenda Gabella; prout admonet, Bald. in d.
l.cum dotem 10. in fin. Cod. de Iur.dot. ubi,
26 quòd de contractu fideiuſſionis Gabella non
ſoluatur; ſtante ſtatuto, quòd de quolibet
contractu ſolui debeat, Roman.in l.interdum,
§.quoties,n.5.ff. de publican. Ancharan.conſ.
72.num.3.verſ.ex iſtis concludo, Cranett.conſ.
223. n.10.verſ.ſimiliter,Rimin.Iun. conſ.163.
num.7.Aldobrand.conſ.51.num.4 lib.2.Card.
Mant.de tacit.lib.2.tit.3.n.22. verſ.& locum,
habet.Alderiſ. de Simbolic.contract. cap.9.tit.
1.num.70.Surd.dec.305.n.22. Monach. deciſ.
Florent.11.num.6.
27 Tertiò, in proximis terminis abſolutiſſi-
mum eſt in Iure, quòd de teſtamento Patris
pupillarem ſubſtitutionem continente,non
duplex;ſed una tantùm detrahatur falcidia,
l. in ratione 11 §.quod vulgò, ff.ad leg.falcid.
ibique gloſ.in princip. rationem affert, quia
unum eſt teſtamentum, propter unum teſta-
torem, eandemque rationem adducunt:ibid.
Imol.num.10. rectè aduertens,quòd,licet du-
plex ſit hæreditas; tamen, quia ab vno, eo-
demque teſtatore vim, formam, originemq;
capit; Meritò unica ſufficiat falcidia, Angel.
n.1.in princip.verſ.exemplum ſi Teſtator, Ca-
ſtr.n.2.verſ. attamē reputatur unum,Harpreсt.
loco proximè allegato n.3 verſ.hinc eſt, Petr.
Gregor.Tholoſ.ſyntag.Iur.vniuerſ.par.3.lib.42
cap.20.num.1.
28 Quartò, cum ſubſtitutio pupillaris,quan-
doque iudicetur, tanquàm teſtamentum Pa-
tris, quandoque,tanquàm teſtamentum filij;
prout magis pupillo expedit ad conſeruan-
das Tabulas pupillares; qua diſtinctione ad-
hibita optimè conciliari poſſe antinomias
Iurium, & ſententiarum in hoc articulo, do-
cuit eruditiſſimus, omnique æuo commen-
dandus Io: Andreas de Paula olim Præcep-
tor meus in Neapolitana Accademia in re-
petitione,§.igitur inſtit.de pupill.ſubſtit.idēq;
in ſpecie aduertunt,Dec. in l.Teſtamento, n.7.
Cod.de teſtam. milit.Zaneb in l.hæredes mei,
29 §.cum ità,num.53. & ſeqq. ff.ad Trebell.ubi,
quòd fauore pupilli vna patris, & filij repu-
tetur hæreditas, Petr.Barboſ.in l.2. n 149. &
ſeq. ff.de vulg.& pupill. Vaſq. de ſucceſſ. pro-
greſſ.lib.2.§.14. ubi,quòd pupillaris ſubſtitu-
tio modo Patris teſtamentum, modò filij in-
telligatur, quaſi geminam, bifrontemque
naturam gerat, quò magis pupillaris ſubſti-
tutio conſeruetur, tantus eſt fauor ipſius;
Bellon. de Iur.accreſc.cap.9.q.37.à n.5.tom.3.
benè Donell.enucleatus,lib.2.cap.25.lit.E. &
30 F. aſſerens, quód ſi pupillari ſubſtitutioni
præiudicium inferret,uel nō expediret, quòd
pro impuberis teſtamento haberetur, tunc
Tabulæ pupillares pro patris teſtamento eſ-
ſent habendæ, Altograd.conſ.91.n.35.lib.1.
Paſchal.de patr.poteſt.par.1.cap.9.n.6.Fuſar.
de ſubſt.q.88.n.4.Magon.dec.Florēt.44.n.19.
31 Præcipuè, quia eſt admodùm fauorabilis,
utpotè à Iure inducta ad vtilitatem,commo-
dúq;pupilli, l.ſi pupillus 42.ff. de acq.hæred.
gloſ. in l. ex tribus 26. Cod. de inoffic. teſtam.
uerbo filio, Bart.& alij in l.2.ff.de vulg.& pu-
pill.Cephal.conſ.114.num.20. Altograd. conſ.
91.num.22.27.& ſeqq.& n.35.lib.1. Cardin.
Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.5.tit.7.num.

27. Trentacinq. de ſubſtit. part. 2. cap. 3. num. 1. & part. 4. cap. 2. n. 11. Fuſar. de ſubſtit. q. 89. cum alijs initio allegatis.

32 Ideòque ſubſtitutio pupillaris fauore pupilli teſtamentum patris dici debet; adeòut, una, eademque Patris, & filij ſit hæreditas; Vel ad excludendam Matrem à querela inofficioſi aduersùs Tabulas pupillares, *l. Papinianus, §. ſed neque impuberis, Cod. de inoffic.*
33 *teſtam.* Vel ut ſubſtitutus pupillaris non valeat patris hæreditatem repudiare; filij autẽ agnoſcere, *l. quidam elogio 20. Cod. de acquir. hæred. l. qui Patris 59. ff. eodem*, vel è contra Patris hæreditatem acceptare, & pupillarem repudiare, *leg. quidam, Cod. de Iure deliber. Vanderan. de privileg. credit. cap. 17. num. 10. Tondut. lib. 1. q. civil. 92. in fin.* Vel ut unica detrahatur falcidia, *l. in ratione 11. §. quod vulgò, ff. ad leg. falcid.* Vel demùm ad alios plures effectus à Doctoribus proximè allegatis conſideratos; quos non eſt opus ſingulos in præſentia enunciare.

34 Prout etiam, ſi pupillo expedit ſubſtinere pupillarem ſubſtitutionem, quæ alioquin nõ ſubſiſteret, patris, & filij duplices Tabulæ, nedum duplices hereditates eſſe cenſentur, in quibus terminis intelligenda Iura, *in l. in duplicibus 78. ff. ad l. falcid. et in l. 1. ff. ſi cui plusquàm per l. falcid. Bellon. Iun. de Iur. accreſc. cap. 9. q. 36. n. 14. & ſeqq.*

35 His igitur præmiſſis; cum pupilli fauor verſetur, ne duplex ſoluatur Gabella, vnicum cenſeri debet patris, & filij teſtamentum, eademque diſpoſitio; prout in ſpecialibus terminis optimè firmat videndus, *Imol. in l. Patris, & filij 20. §. 1. verſ. ſed tu adde, quòd fortè, ff. de vulg. & pupill.*

36 Quintò, his omnibus ea accedat animaduerſio; quòd cum per Iuſtinianum ſublata fuerit Vigeſima, quæ Auguſto mandante, antiquitùs de relictis in teſtamento pendebatur, pro locupletando ærario tempore belli pecunia indigente *l. fin. in princip. Cod. de edict. Diu. Adrian. tollen.* de quo meminit, ex *Hiſtoricis Dio. de bell. Roman. lib. 53.* & ex noſtris, *Cuiac. ad lib. 6. Paul. recept. tom. 1. col. 475. & ad l. fin. Cod. de edict. Diu. Adrian. toll. propè fin. tom. 3. in append. col. 38. in fin.* quos refert *Argel. de acquir. poſſ. q. 1. art. 1. n. 3. & ſeqq.* adeòut ampliùs de huiuſmodi relictis Gabella non ſit ſoluenda, prout per dictum *text.* notat ibi *Bald. in 1. notab. num. 13.* qui ulteriùs ſubdit, malè facere, qui contrarium ſtatuunt, ibiq; *Caſtr. n. 3. Bertacch. de Gabell. in 5. part. 8. part. princip. ſub n. 1. Ferret. eod. tract. ſub num. 354. Menoch. de adipiſc. remed. 4. n. 2.*

37 Meritò, ſtatuta aliter decernentia dicuntur exorbitantia à Iure communi, eiuſdemq; correctoria; ideòque tanquàm omninò odioſa, ſtrictè debent intelligi, *Caſtr. Bertacch. & Ferret.* locis proximè allegatis, *Roman. conſ. 464. in princip. Ancharan. conſ. 264. num. 1. & ſeq. Soccin. Sen. conſ. 302. num. 2. verſ. quoniam ad hoc, Gabr. conſ. 20. n. 8. lib. 1. Ladereh. conſ. 38. num. 7. Surd. conſ. 470. num. 22.*

38 Cumque ſtatutum, de quo eſt ſermo, litteraliter loquatur de Gabella ſoluenda de quolibet teſtamento, ſtrictam recipere debet interpretationem, neque, vtpotè Iuris communis correctorium, extendi ualet, iuxta ſuppoſitum Gabellarij, ad duplices hæreditates patris, & filij impuberis, de quibus idem ſtatutũ nullo modo loquitur, *Bald. in l. contractus 16. ſub num. 3. & 6. C. de fid. Inſtrum. & in l. 1. n. 7. C. quæ ſit long. conſuetud. Rip. in l. filius fam. §. Diui n. 79. ff. de legat. 1. Angel. conſ. 385. num. 1. Anchar. conſ. 264. Decian. conſ. 48. col. fin. verſ. hinc eſt, Abb. conſ. 83. ſub num. 2. lib. 2. Ruin. conſ. 112. ſub n. 14. lib. 5. Venturin. conſ. 39. nu. 100. Menoch. conſ. 166. nu. 5. Honded. conſ. 1. n. 31. & ſeq. lib. 1. Altograd. conſ. 4. n. 17. lib. 1. Laſſart. de decim. vendit. in præfat. ſub n. 31. Bertacch. de Gabell. p. 1. num. 18. Cyriac. contron. 286. n. 2. & ſeq. Caroc. dec. 99. n. 15. Barz. deciſ. 50. num. 29. Caeberan. deciſ 4. n. 7. 10. & ſeq. Merlin. dec. 193. n. 13. & ſeq. Surd. dec. 56. n. 3. & ſeq.*

39 Neque extendi poteſt de caſu ſimplici ad mixtum, *Alex. conſ. 82. n. 17. & ſeq. lib. 3. Soccin. ſen. conſ. 302. n. 2. verſ. probatur etiam lib. 2.*

40 Cumque verba ſtatuti hæreditatibus non conueniant, neque eius diſpoſitio in hoc caſu locum ſibi uindicat *l. 4. §. quoties, ff. de dam. infect. Alex. conſ. 17. n. 2. lib. 1. Cyriac. cõ-*
41 *tron. 286. n. 2.* Præcipuè, quia ſtatutum Iuris communis derogatorium reſtringi debet ad id, de quo ſpecialiter loquitur, *l. Precibus in fin. C. de appellat. Alex. conſ. 131. n. 3. lib. 1. Maſtrill. dec. 175. n. 31. Bich. dec. 554. n. 3.*

42 Atque hinc in proximis terminis recepta eſt ſententia affirmans, quòd huiuſmodi ſtatuta loquentia de Gabella ſoluenda de relictis, & diſpoſitis, ſucceſſionem non capiant vniuerſalem, iuxtà ſingulare *conſ. fulgoſ. 215.* eſſeq; uerissimã, firmiſſimamq; doctrinã, dicit *Ruin. conſ. 139. n. 17. et ſeqq. lib. 5. Cephal. conſ. 13. n. 18. Rimin. Iun. conſ. 15. n. 63. Card. de Luca de Regal. diſc. 83. n. 7. & diſc. 154. n. 17.*

43 Prout etiam ſtatuta imponentia Gabellã pro ſucceſſione, & hæreditatibus, non comprehendunt filios, & deſcendentes, ſi ſint hęredes, prout in ſpecie dixerunt, *Angel. & Imol. in l. in ſuis, ff. de lib. & poſth. Io. de Plat. in l. 1. verſ. item, niſi illo, C. quib. ad conduct. prad. Fiſcal. lib. 11. Port. in §. ſin autem n. 29. inſtit. de hæred. qualit. & differ.* ibique *Aretin. n. 8. Bart. in l. 1. n. 1. C. de impon. lucrat. deſcrip. lib. 10. Capra conſ. 41. nu. 2. & ſeq. Rimin. Iun. conſ. 15. n. 9. & 56. Surd. conſ. 461. n. 15. Altograd. conſ. 97. n. 4. & n. 75. et ſeq. lib. 1. Merlin. dec. 193. n. 14.*

44 Et in omnem caſum ſatis ſuperque ſuffi-

cit,

cit, quòd poſſit de comprehenſione dubita-
ri, ut contrà Gabellam, tanquàm odioſam,
Iuriſque communis correctoriam, ſit iudicā-
dum, *Bartol. in l. ſi pupillus, ff. ad leg. faleid.*
Ang. conſ. 385. n. 1. Dec. conſ. 48. n. 5. Cranett.
conſ. 3. in fin. Natt. conſ. 264. num. 8. Surd. conſ.
305. n. 44. Deeian. conſ 457. n. 8. Becc. conſ. 96.
n. 1. Perſonal. de Gaboll. n. 38. Gratian. cap. 17.
n. 17. & ſeqq. Cyriac. contron. 265. num. 21. &
ſeqq. Ciarlin. controu. 245. n. 12. Larrea alle-
gat. fiſcal. 7. num. 23. tom. 1. Boſſ. in Prax. tit. de
Vectigal. n. 10. Sixtin. de Regal. *lib. 2. cap. 6. n.*
143. Guttierez de Gabell. q. 6. n. 10. Laxart. eod.
tract. in præfat. n. 31. Card. de Luca de Regal.
diſc. 83. n. 8. & diſc. 154. n. 18. Foutanell. deciſ.
265. n. 9. Chriſtin. dec. Belg. 269. n. 28. Rot. in
recent. deciſ. 118. in fin. p. 11. Cacher. dec. 114.
num. 5. & 7.

Superiùs verò firmatis nullo prorſus iure
aduerſari poterit unicum obiectum exci-
tatum in Allegationibus Iuris Domino-
rum Aduocatorum ad me tranſmiſſis, ſatis
eruditè pro Gabellario editis, quòd nempè
ſubſtitutio pupillaris propriè; non autem
fictè, ſit teſtamentum filij; ideóque duo pror-
45 ſus diſtincta, & ſeparata ſint teſtaméta, alte-
rū patris, alterū filij, & per conſeqnēs duplex
ſit ſoluēda Gabella, *§. igitur inſtit. de pupill.*
ſubſtit ibi, *Igitur in pupillari ſubſtitutione ſecun-*
dum præfatum modum ordinata duo quodammo-
dò ſunt teſtamenta, alterum patris, alterum filij,
tanquàm ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet, &
in l. 2. verſ. nam ſi principale, ff. de vulgar. &
pupill. ſubſtit. ibi, *Nam ſi principale teſtamentū*
ruptum ſit, & pupillare euanuit, & in l. Papi-
nianus 8. §. ſed neque impuberis, ff. de inoffic. te-
ſtam. ibi, *quia filij teſtamentum eſt*; per quæ iura
Domini ex aduersò ſcribentes,ità ſuſtinere affir-
mant, *Bart. in d. l. Papinianus, §. ſed neque impu-*
beris ff. de inoffic. teſtam. ibique Ant. Fab. in
Rational. in 1. ratione decidendi, Staiban. ſen. conſ.
85. num. 1. Borrell. cōſ. 36. n. 6. Altograd. conſ. 91.
num. 28. lib. 1. Gratian. cap. 542. n. 60. Hodiern. in
l. hac edictali q. 28. num. 40. & controu. 14. nn. 3.
10. Franc. Marcian. diſput. 46. n. 3. lib. 1. Barri de
ſucceſſ. lib. 17. tit. an condit. poſſ. impler. n. 7. Simon.
de Petr. de interp. vlt. vol lib. 3. dub. 3. n. 7. fol. 111.
à tergo. Fuſar. de ſubſtit. q. 444. n. 2. Barbat. de di-
uiſ. fruct. p. 3. cap. 2. n. 252. Toudut. lib. 1. quæſt. ci-
uil. cap. 92. num. 22. Vanderan. de priuileg. credit.
c. 17. n. 8. Alderiſ. de hered. tit. 3. n. 43. Card. Celſ.
dec. 334. nu. 12. Rot. in recent. deciſ. 431. n. 2. par. 2.
ubi, quód ſtatutum excludens fæminas pro-
pter maſculos, reſeruata matri dimidia legi-
46 timæ in hæreditate filij inteſtati, uel inteſta-
bilis, non habeat locum in ſubſtitutione pu-
pillari, quæ dicitur teſtamentum filij, idemq;
in his terminis firmat, *Pariſ. conſ. 15. n. 5. &*
per tot. lib. 3. quæ omnes auctoritates allegā-
tur in contrarijs Allegationibus.

Siquidem, pro reſponſione eſt animaduer-
tendum, quòd, ex ſupra latè firmatis, con-
traria ſententia eſt uerior, atque receptior;
quòd nempè pupillaris ſubſtitutio verè, &
propriè, quò ad diſpoſitionem, ſit unicum
teſtamētū patris, patrio nomine confectum;
nōantè nomine filij, quódque, non niſi fictè, &
omninò impropriè, dici valeat impuberis te-
ſtamentum, adhibitis potiſſimùm diſtinctio-
nibus ſuperiori loco expenſis, quas in præ-
ſentia repetere neceſſitas non expoſtulat.

Nullatenus reſiſtentibus iuribus in con-
trarium allegatis, quæ ſi rectè intelligātur,
ſolùmmodò probant, quòd ſubſtitutio pu-
pillaris impropriè, & fictè ſit teſtamentum
impuberis, eò quia de ipſius hæreditate aga-
tur; Idque ſatis apertè deprehenditur, pon-
47 deratis dictionibus, *quodammodò, & tan-*
quàm, quibus vtitur Imperator *in d. §. igitur*
inſtit. de pupill. ſubſt. quæ denotant fictionem,
& improprietatem; prout de dictione, *tan-*
quàm, dixit *gloſ. in cap. ſolita* verbo *tanquàm*,
ibique *Felin. n. 3.* cæterique Canoniſtæ, *de*
majorit. & obedient. & probant iura *in l. ſi pe-*
cunia, ff. ſi cert. petat. & in l. iubemus, §. ſanè,
C. de Sacroſ. Eccleſ. Soccin. Iun. conſ. 5. n. 4. lib.
6. Cardin. Maut. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit.
16. n. 3. Ludouiſ. dec. 467. n. 12.

48 Et de dictione, *quodammodò*, quòd denotet
improprietatem, ſunt pariter iura *in l. 2. ff.*
qui, & à quib. & in l. in ſuis, ff. de liber. & po-
ſthum. & in authēt. de Iure *Iur. à morien. præſt.*
§. 1. collat. 5. Bart. in l. 1. n. 1. ff. rer. amot. Iaſ. in
l. ſcire num. 4. ff. de uerb. oblig. Gozad. conſ. 48.
n. 22. Menoch. conſ. 526. num. 10. Franc. Marc.
dec. 288. n. 2. p. 2. Franch. dec. 282. n. 9. alijſque
congeſtis, *Epiſc. Barboſ. dict. 328. n. 1.* nec non
fictionem præſeferat, *l. Prætor. §. 1 ff de eden.*
l. 1. vbi Aretin. ff. de verbor. obligat. Tiraq de
Iure Primog. q. 33. n. 9. Barboſ. ubi ſupra n. 2.

Et in his ſpecialibus terminis, ex commu-
ni penè omnium ſententia, ponderata prædi-
cta dictione, *tanquàm*, de qua *in d. §. igitur*,
optimè aduertūt, poſt plures allegatos *Giurb.*
dec. 11. n. 18. & ſeqq. & obſern. 72. Caſtill. tom.
2. controu. cap. 14. nu. 15. de Luca, ad Franch.
dec. 295. propè fin. verſ. ab increpatione, alijque
ſuperiori loco allegati, fruſtrà repetendi;
49 Quid quid in contrarium non rectè ſentiat
Barbat. de diuiſ. fruct. p. 3. c. 2. n. 252. aſſerēs,
dictionem, *tanquàm, in d. §. igitur* adiectam,
potiùs eſſe veritatis expreſſiuam, quàm im-
proprietatis inductiuam, quem iure meritò,
ab eius increpationibus ſe tuendo, neruosè
reprehendit, *Giurb. d. obſeruat. 72.*

Alter uerò *text. in d. l. 2. verſ. nam ſi princi-*
pale, ff. de vulg. & pupill. in quo reperitur
ſancitum, ut, ſi principale teſtamentum rup-
tum ſit, & pupillare euaneſcat, neque etiam
50 aduerſatur; Vt enim benè explicat *gloſ. ibid.*
verbo *pupillare*; ideò pupillare teſtamentum
euaneſcit; quia pars eſt, & ſequela teſtamen-
ti paterni, prout ſuperiori loco fuit compro-
batum; non autem probat contrarium aſ-
ſumptum, ut ſubſtitutio pupillaris ſit uerè, ac
pro-

propriè teſtamentum filij; omnemque diſpu-
51 tandi occaſionem ſubſtulit idemmet Imperator *in d.§.igitur*, qui cum antecedenter dixerit, quòd in pupillari ſubſtitutione ordinata duo quodāmodò ſint teſtamēta, alterū Patris, alterū filij; tanquàm ſi ipſe filius ſibi hæredem inſtituiſſet, ſe declarando, immediatè ſubdit; *aut certè unum teſtamentum eſt duarū cauſarum, ideſt duarum hæreditatum*; prout eundem *textum*, iuxtà declarationem ab eodem Imperatore traditam, ibidem intelliguut, *Port. Oinot. Vigl. alijque eruditiores Inſtitutiſtæ ſuperiùs laudati*, quibus addendi *Arnold. Vinnius, Broens, & Vuſſembec*, ſummę eruditionis, & auctoritatis uiri, qui omnes *in d.§.igitur*, in hanc conueniūt ſententiam, ut nempè ſubſtitutio pupillaris verè, ac propriè, quó ad actum diſponendi dici debeat vnicum patris teſtamentum, nomine patrio confectum; non autem nomine filij, prout malè nonnulli aſſerunt; ſed quòd duæ ſint hæreditates; quòdque fictè, & omninò impropriè nuncupetur teſtamentum filij, & in hoc ſenſu ſint intelligenda omnia Iura ex aduerſo allegata.

52 Prout neq; etiam auctoritates contrariæ aduerſantur, nam *Bart. in d. l. Papinianus, §. ſed neque impuberis n. 3. ff. de inoffic. teſtam.* non aſſerit id, ad quod allegatur; cum potiùs doceat, quòd teſtamētū, quod pater filio impuberi facit, cenſeatur factū iure patrio; non autem pupilli nomine, ideòque huiuſmodi auctoritas potiùs mirificè fauet noſtrę ſententię.

Minus etiam obſtat, *Anton. Fab. in* Ration*al. ad d.§. ſed neque impuberis*, cuius uerba transcribere liceat: *Illud certè conſtat, de quo nemo unquam dubitauit, duas eſſe hæreditates, aliam patris, aliam filij, & quemadmodùm non alitèr poteſt pater diſponere de filij hæreditate, quàm ſi de ſua quoq. diſponat, nec priùs facere teſtamētū filio, quàm fecerit ſibi, l. 2. §. priùs autem de vulg. & pupillar. ſubſtit. ità neque poſſe alterius, quàm filij, teſtamentum eſſe, quatenus pater de filij hæreditate diſponit; neque indicium è contrario alterius eſſe, quàm patris, ſum quoque, cum diſpoſuit de bonis filij; quia nec alia ratione patri conceſſum eſt, vt poſſit teſtamentum facere filio impuberi, niſi quòd eà ætas iudicio, & propèmodùm ſenſu penitus carere intelligitur*: Hæc *Faber*, qui apertiſſimè docet, pupillarem ſubſtitutionem, non alia prorſus ratione teſtamentum filij eſſe, niſi, quòd pater de eiuſdem filij hæreditate diſponat, in quo ſenſu ſi accipiatur *Fabri* doctrina, illā libētiſſimè amplectimur; cū potiùs retor-
53 queatur contra Aduerſarios: Aliud enim eſt (animaduertendum rogo) quòd ſubſtitutio pupillaris ſit filij teſtamētum, quia nempè filius diſpoſuit, quòd omninó eſt falſum, ex ſupra firmatis: Aliud verò, quòd eatenus dici poſſit teſtamentum filij, quatenus pater diſponat de eius hæreditate, per vnicum tamen teſtamentum.

Altograd. d. conſ. 91. num. 28. lib. 1. quamuis aſſerat, quòd in pupillari filius videatur teſtatus; nihilominus, *n. 30. & ſeq.* ſe explicando aſſerit, quòd reſpectu cauſæ efficientis, & vnitatis ſollemnitatis ſubſtantię, & formę, ſit unicum teſtamentum patris, & filij, quòdque appelletur teſtamentum duarum cauſarum; hoc eſt duarum hæreditatum, quódque propterea habito reſpectu ad duas hæreditates dicantur duo teſtamenta; adeóut, perindè ſit, ac ſi pupillus teſtatus fuiſſet; ideòque loquitur hic Author per verbum, *perindè*, impropriètatem denotans, imò *nu. 88.* poſt *Paſchal.* ſubdit, quòd pupillaris ſubſtitutio reputetur teſtamentum ipſius Patris, qui licet teſtetur pro filio; diſponit tamen proprio nomine, etiam de bonis filij, ex particulari priuilegio, & ità etiam loquitur *Toudut. dict. q. 92. nu. 22. lib. 1.*

Deciſio uerò R*otæ in recent. 431. num. 2. p. 2.* non aduerſatur, rectè aſſerens, benè intellecta, quòd ſtatutum loquens de hæreditate filij inteſtati, uel inteſtabilis non habeat locum in ſubſtitutione pupillari, quæ dicitur teſtamentum filij ad effectum, ut dicatur teſtatus; licet enim ex diſpoſitione Iuris filius dicatur decedere teſtatus; ueriùs eſt tamen ex Teſtamento Patris; non autem ſuo; prout optimè poſt *Neapod.* aduertit doctiſſimus M*ontan. controu. 68. n. 7. in fin. verſ. & licet ex diſpoſitione Iuris, & n. 7. verſ. in quæſt. noſtra, infereus ad Conſuetudinem Neapolitanam, ſi aliquis moriens* loquentem de moriente, qui fecerit teſamentum, ibique cæteri gloſatores.

Aliæ verò auctoritates parui faciendæ; cum obiter, non examinato diligenter articulo, aſſerant, quòd pupillaris ſubſtitutio dicatur teſtamentum filij, vel quò ad eius hæreditatem, uel quòd cenſeatur, ac ſi à filio facta fuiſſet; ideòque impropriè, uel demùm quoties de impuberis utilitate agatur; nam alioquin loquētes aberrarent, nedum á communi Doctorum ſententia; ſed etiam ab uniuerſis Iuris principijs.

Cum igitur, ex ſuperiùs firmatis, pupillaris ſubſtutio, non niſi fictè, & impropriè, dici debeat teſtamentum filij impuberis; alijs rationibus ſuperiori loco adductis pro excluſione Gabellæ, ea accedat ualdè releuans inſpectio; quòd, cum ſtatuta ad caſus fictos non
54 pertineant, prout docent, *Abb. conſ. 68. nu. 13. lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 336. n. 29. Altograd. conſ. 97. num. 8. & 86. lib. 1.* neque ad caſus improprios ſint trahenda, *l. 3. §. hæc verba, ff. de negot. geſt. Menoch. conſ. 227. n. 40. & 47. Altograd. conſ. 17. n. 57. lib. 1.*

55 Præcipuè, quando non uerſamur in mate-

ria

Digitized by Google

ria fauorabili, quę nos reducat ad Ius com-
niune; ſed potiùs odioſa, eiuſdemque Iuris
correctoria, utpotè eſt diſpoſitio ſtatutaria
ſuper Gabellis ex teſtamentis pereipiendis,
Gallia ad conſuetud. Alexand. cap. 20. num. 20.
Carpan. ad ſtatut. Mediol. *in Prælud. num.* 428.
Altograd. conſ. 15. *n.* 33 *lib.* 2.
56 Meritò, cum ſtatutum, de quo eſt diſce-
ptatio, loquatur de Gabella ſoluenda ex
quolibet teſtamento, nullo iure poteſt intel-
ligi de ſubſtitutione pupillari, quæ, non niſi
fictè, & impropriè, dicitur teſtamentum im-
puberis; prout in conſimilibus terminis pro
excludendo ſtatuto, conferunt deducta per
Giurb. dec. 11.
57 Neque prædictis omnibus aduerſatur in
cōtrariū allegatus *Marta de ſucceſſ. legal. p.* 4.
q. 9. *art.* 5. *n.* 24. in cuius doctrina potiſſimam
conſtituitur difficultas à Iudice contrà Do-
minum Marchionem, cuius iura tuemur; af-
firmans, quód Gabella ſit ſoluenda, tàm de
teſtamento Patris, quám de pupillari ſub-
ſtitutione.
Si quidem, præterquàmquòd, potiùs eſt
deferendum ſententiæ *Imolæ* celebris Iuris
conſulti ſuperiori loco allegatę *in d. l. Patris,*
& filij 20. *num.* 1. *verſ. ſed tu adde, ff. de uulg.*
pupill. Adhuc *Marta* nullo iure meretur at-
tendi, utpotè procedens cum falſo ſuppoſito,
quòd, nempè, duo ſint teſtamenta, & duæ ſe-
paratæ diſpoſitiones, quòd, ex ſupra latè fir-
matis, nullatenus ſubſiſtere fuit comproba-
tum; ſolùmque eius ſententia fortè eſſet am-
58 plectenda in caſu, quem etiam idem *Marta*
proponit, quando Pater poſt teſtamentum
ſibi met factum, quod pernecesſè præcedere
debet, *l.* 2. *§ priùs, ff. de vulg. & pupillar §.*
liberis inſtit. de pupill. ſubſtit. Craſſ in §. ſubſti-
tutio, q. 24. *n.* 2. *Bachou. in not. ad Vueſembec.*
tit. 6. *de vulg. & pupill. lit. A f.* 490. *Goueau. in*
l. iam hoc iure n. 11 *ff. de vulg. Paſchal. de patr.*
poteſt. p. 1. *c.* 9. *n.* 39 *Argel. de acquir. poſſeſſ. q.*
7. *art.* 1. *nu.* 31. *Intrigl. de ſubſtit. cent.* 1. *q.* 74.
59 *Caren. reſol.* 23 *nu.* 20. ex interuallo iure pa-
trio ſubſtitutionem fecerit pupillarem, quod
eidem Patri eſſe permiſſum, eſt in iure abſo-
lutiſſimum *l. ſi quis eum, §. fin. ff. de vulg. &*
pupillar. ibique gloſ. Bart. & cæteri *Bachou. in*
not. ad Vueſembec. ubi ſupra *Leon. de ſubſtit.*
60 *tit. de pupillar. n.* 132. licet regulariter pu-
pillares ſubſtitutiones, quas nonnulli erudi-
tiores ſecundas, alij inferiores Tabulas nun-
cupant, in inferiori parte teſtamenti, ſeù in
ima cera fieri conſueuerint, teſte eruditiſſi-
mo *Vulte. inſtit. de pupillar. in princip. Gotho-*
fred. ad l. 2. *quēadmod. teſtam. aperiant. Oſuald.*
ad Donnell. commentar. Iur. ciuil. lib. 6. *cap.* 27.
lit. L. in fin. Petr. Gregor. lib. 42. *Syntag.* 22. *nu.*
18 *& ſeq. Briſſon. lib.* 3. *antiq. cap.* 22. Tunc
61 enim, cum duo dici poſſint ſeparata teſta-
menta, duæ fortaſsè eſſent ſoluendæ Gabel-
læ, & in his terminis ſunt intelligendæ au-
thoritates ab eodem *Marta* allegatę, ſignan-
ter, *Angel. in d. l. Patris, & filij num.* 4. *uerſ.*
& illud eſt utile pro ſtatuto, ibique *Alex. nu.*
2. *uerſ. puto tamen, ff. de vulgar.*

Viſis hiſce Allegationibus, tranſactio controuerſiæ finem impoſuit, ſatis modica ſumma Gabellario perſoluta.

ARGVMENTVM.

Barone poſſidente plura fideicommiſſa, ſi vigore Bullæ S.M. Clementis VIII. alienentur, uel ſubiugentur bona ad vnum fideicommiſſum ſpectantia, atque ob eiuſdem Baronis obitum fideicommiſſa ad diuerſas perſonas deuoluantur, an vindicet ſibi locum contributum pro ſuppletione, ſeu refectione illius fideicommiſſi, quòd maiùs detrimentum eſt paſſum; Et an in alienatione bonorum pro exſoluendo ære alieno per Baronem contracto, vindicet ſibi locum ordo inter fideicommiſſum aſcendentium, & tranſuerſalium.

De contributione facienda inter hęredem in Feudalibus, & hæredem in Burgenſaticis pro rata ad extinctionem æris alieni à defuncto contracti, qui tempore obligationis bona vtriuſque ſpeciei poſſidebat, & de pluribus alijs caſibus ſingularibus, in quibus, inſpecta diſpoſitione Iuris, contributioni eſt locus.

SVMMARIVM.

1 *Bulla S. Mem. Clementis VIII. ſuper Baronibus, ſubijcit hypothecis creditorum Baronis omnia fideicommiſſa, ſiue ab aſcendentibus, ſiue à tranſuerſalibus inſtituta.*

2 *Conſtitutio loquens de perſonis, ratione rei non deſinit eſſe realis.*

3 *Bulla Clementis VIII. ſuper Baronibus, eſt realis, neque reſpicit perſonas, & Iura ſanguinis; ſed tantùmmodò ipſamet bona, & ſucceſſores.*

4 *Ab eadem Bulla bona fideicōmiſſis ſuppoſita ſunt redacta ad inſtar allodialium, ad effectum, vt creditores ſuper illis eorum credita conſequi valeant.*

5 *Contributo eſt locus pro rata in ſolutione æris alieni inter omnes poſſeſſores bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, quoties à Barone, qui æs alienum contraxit, tanquàm vnicum Patrimonium poſſidebantur.*

con-

Digitized by Google

Contributio eſt facienda inter hæredem in feudalibus, & hæredem in burgenſaticis, pro rata extinctionis æris alieni à defuncto contracti.

6 Contributum inter hæredem in feudalibus, & hæredem in burgenſaticis, ideò datur, quia reſpectu obligantis conſiderantur tanquàm vnicum Patrimonium, & ſub eadem natura retinentur.

7 Hæc eadem ratio conuenit contributo faciendo inter plura fideicommiſſa; quoties Baro, tempore æris alieni contracti, illa poſſidebat, tanquàm vnicum Patrimonium, æqualiter obligatum creditoribus in vim dictæ Bullæ.

8 In paganis non datur, niſi vnicum Patrimonium.

9 Princeps, ſi alicui concedat facultatem obligandi bona omnium Maioratuum, ſi per mortem poſſeſſoris Maioratus ad plures peruenerint, omnes tenentur pro rata contribuere ad æs alienum à poſſeſſore contractum.

10 Penſio ſi fuerit indiſtinctè à Papa impoſita ſuper duobus Beneficijs per vnum poſſeſſis, ſi poſtmodùm per mortem ipſius poſſeſſoris ſeparentur, & duobus conferantur, penſio eſt pro rata proportionabiliter diſtribuenda.

11 Contributio datur inter plures tertios poſſeſſores bonorum, quæ reperiuntur affecta ære alieno à priori poſſeſſore contracto.

12 Nauis leuandæ gratia ſi iactus mercium fuerit factus, omnium contributione refici debet, quod pro omnibus factum eſt.

Expenditur tex. in l. 1. ff. ad l. Rhodiã de iactu.

13 Pretium redemptionis Nauis à Piratis captæ ab omnibus eſt contribuendum.

14 Ob incendium, ne totam Viciniam comburat, ſi oporteat deſtruere vnam Domum, fieri debet contributio ad reficiendum damnum pro rata per omnes vicinos.

15 Vtilis actio negotiorum geſtorum competit cuilibet, pro alio ſoluenti, qui ſi ſoluat ſolidum, efficitur creditor alterius, pro rata ad ipſum pertinente.

16 Specialis hypotheca aliquorum bonorum fideicommiſſo ſubiectorum, non operatur, quin omnia fideicommiſſa ſub generali hypotheca comprehenſa, pro rata contribuere debeant ad extinctionem æris alieni.

17 Bulla Baronum cum in §. 10. alternatiuè loquatur de fideicommiſſis aſcendentium, ſeu collateralium, an prius ſit detrahendum æs alienum à fideicommiſſo aſcendentis, & in ſubſidium à fideicommiſſo tranſuerſalis. & num. ſeqq.

18 Bulla Baronum indiſtinctè ſubijcit hypothecis creditorum omnia fideicommiſſa à Barone grauato, & debitore poſſeſſa tempore contractæ obligationis, nulla adhibita diſtinctione, an ſint ordinata à tranſuerſalibus, ſiue aſcendentibus.

19 Diſpoſitio Auth. res quæ, Cod. commun. de legat. habet particularem rationem, etiam innixam præſumptæ voluntati fideicommittentis, ob quam fideicommiſſum aſcendentium priùs tenetur ad dotes, vel alimenta, quàm fideicommiſſum tranſuerſalium.

20 Fideicommiſſum vniuerſale non eſt priùs excutiendum, quàm particulare, in detractione dotis in terminis d. Auth. res, quæ, Cod. commun. de legat. & de ratione.

21 Dictio, I. denotat ordinem.

22 Sed aliquando non præſefert ordinem, neque eſt disiunctiua mentis, et verborũ, ſed ſolùm verba disiungit, non autem mentem, & reſoluitur in coniunctionem, prout ſemper fieri ſolet, in ſtatutis.

23 Regulariter dictio, ſeu, ſtat copulatiuè, & augmentatiuè.

24 Præcipuè, quando eſt poſita inter diuerſa.

25 Bulla Baronum dicitur fauorabilis, vtpotè tollens obſtaculum fideicommiſſorum, quæ ante legem duodecim Tabularum non erant cognita

26 Dictio, ſeu, in ſtatuto fauorabili reſoluitur in disiunctiuam.

27 Multòque magis, quando ſtatutum, vel conſtitutio loco dictionis, ſeu, immediatè in particula ſequenti vtitur dictione copulatiua, Ac.

28 Eodem modo, quo ex ordinata affectione proceditur ad fauorem, ità ex ordinato odio proceditur ad pęnas.

Odium præſumitur ordinatum iuxta ordinationem ſcripturæ: ibid.

29 Statutum, quoties diſponit, vt plures pro alio teneãtur, adſtringi primariò debent proximiores, & in ſubſidium remotiores; ita ut iſti ab illis indemnes releuentur.

Idemque aſſerendum in cautione de non offendendo.

Vel, quòd Banniti non ingrediantur Statum Eccleſiaſticum, vel quòd emantur bona confiſcata.

30 Statutum, vel conſuetudo, quòd conſanguinei teneantur fideiubere pro Bannito, intelligi debet de proximioribus, qui, ſcilicet, poſſunt ſuccedere ab inteſtato ei, pro quo fideiubere debent.

31 Statutum, vt conſanguinei, vel habitatores teneantur reſarcire damnum illatum à Bannitis, ob quam cauſam dici debeat conditum, et an habeat locum in abſentibus.

32 Statuta prædicta ceſſant, quoties non adeſt ſpes ſucceſſionis, & releuationis.

33 Tutela, quæ proximioribus defertur, intelligitur de proximioribus, qui poſſunt ſuccedere.

34 Bulla Baronum non emanauit in odium fideicommittentium, quaſi debita non impediuerint; ſed potiùs fauore creditorum, ob quam rationem fauorabilis dici debet.

CAPVT VI.

PRO fauorabili reſolutione huius difficillimæ, ac ſingularis quæſtionis, an Ducisſa Ceræ hæres fideicommiſſaria Duciſſæ Portiæ ab Anguillaria, & hæres beneficiata Ducis Franciſci Mariæ vltimi defuncti, poſſit cogere Ducem Silicis hæredem fideicommiſſarium, Clar. Mem. Card. Ceſij, ad contribuendum ex dicto fideicommiſſo extinctioni æris alieni contracti, tàm à dicto Duce Franciſco Maria, quàm à Duce Andrea eius Patre, tria neceſſariò in facti ſpecie præmittenda, utpotè euidentialia, & quæ nullam prorſus patiuntur controuerſiam.

Primum nempè, quòd Dux Andreas, & Dux Franciſcus Maria eius filius, tempore contracti æris alieni, poſſederint utrumque fideicommiſſum inſtitutum, tàm à Cardinali Ceſio, quàm à Duciſſa Portia, & Paulo Æmilio.

Secun-

Secundum, æs alienum fuiſſe ab vtroque
poſſeſſore grauato contractum, non intuitu
potiùs nnius, vel alterius fideicommiſſi; ſed
promiſcuè.

Tertium, non adeſſe bona libera, neque
Ducis Franciſci Mariæ, neque Ducis Andreę,
quibus præmiſſis conſtanter affirmandum,
locum eſſe contributioni.

Cum enim ex Conſtitutione S.M.Clemen-
1 tis VIII. ſuper Baronibus 41. in ordine in
nouo Bullario, ſupponantur indiſtinctè hy-
pothecis creditorum omnia fideicommiſſa;
ſiue ab aſcendentibus, ſiue á tranſuerſalibus
inſtituta, & tám pro ære alieno ab ijſdem
aſcendentibus, quàm à tranſuerſalibus con-
tracto; cum conſtitutio ſit realis, neque re-
2 ſpiciat perſonas, & Iura ſanguinis, ſed tan-
tùmmodò ipſamet bona, & ſucceſſores nulla
prorſus attenta diſtinctione perſonarum, de
quibus, cum loquatur ratione rei, non deſi-
nit eſſe realis, *Soccin.Iun.conſ.251.num.152.*
lib.3. ubi de communi, *Surd.conſ.257.nu.15.*
3 *lib.2.Cephal.conſ.53.n.43.& 46.* & in ſpecie
eiuſdem Bullæ dixit, *Rot.in recent.dec.36.ſub*
num.28.& ſeq.p.5.

4 Cumque per eamdem Conſtitutionem bo-
na fideicommiſſis ſuppoſita ſiut redacta ad
inſtar allodialium, ut generaliter circa ope-
rationem facultatis Principis habetur apud
Molin.de Primogen.par.4.cap.5. per tot. Mie-
rez de Maiorat.p.4.q.3. num.1.& ſeqq. Feli-
cian.de cenſib.lib.2. cap.3.n.20. Lara de Vit.
Homin.cap.23.n.24. & ſeqq. Florez de Men.
lib.2.Var.q.21.num.22. Molin.Theolog. tract.
2.diſput.652.num.1.& ſeqq. Salgad.in labyr.
credit.p.2.c.9.n.28.29.& 61. apud quos plu-
res allegantur, & in ſpecie dictæ Conſtitu-
tionis, *Spad.conſ.19.lib.1. Buratt. deciſ.401.*
num.3.Rot.in recent.dec.66.n.9.p.11. Idque
ad effectum, ut ualeant creditores ſuper illis
eorum credita conſequi, & omnes ſucceſſo-
res in fideicommiſſis ab eodem Barone debi-
tore poſſeſſis, teneantur ad illius debita.

5 Meritò intrat contributum pro rata inter
omnes poſſeſſores bonorum fideicommiſſo
ſubiectorum; Idque ea potiſſimùm ratione,
quia omnia bona fideicommiſſaria, ſiue
aſcendētium, ſiue tranſuerſalium, ſunt ęqua-
liter obligata pro ære alieno contracto á Ba-
rone grauato, qui dum debita contraxit,
ad ſuum vnicum Patrimonium reſpectum
habuiſſe cenſendum eſt, nullatenus attenta,
neque diſtincta diuerſa qualitate bonorum
ſubiectorum ſeparatis fideicommiſſis, neque
diuiſione, quę ex poſt facto inducitur ex ſuc-
ceſſione; ſed potiùs effectu, qui oritur ex ob-
ligatione facta per Baronem indiſtinctè de
omnibus bonis fideicommiſſarijs, quæ in
vim Bullæ ab eodem Barone, tanquám vni-
cum Patrimonium retinebantur, ex conge-
ſtis, per *Io: Franc.à Ponte conſ.52. num.1.&*
ſeqq. ſignanter *num.23. & ſeqq. lib.1. Rouit*
conſ.91.n.1.lib.2. Lanar.conſ.80.num.23.38.
45.& ſeqq. Frecc.de ſubfeud. lib.3. differ.13.
Io: Andr.de Georgio allegat.19.num.62. verſ.
ſi verò, lib.1.Theodor. allegat.14. num.1. &
ſeqq. Amicangel.de feud.q.2.num.16.& ſeqq.
egregiè præ cæteris, *Montan. in cap. Imperia-*
lem §.præterea Ducatus n.70.fol.187. Molfeſ.
ad Conſuetud. Neapolit.tom.1.p.2.q.12.n.24.
Merlin.lib.2.cap.81.nu.12. Donat. Anton.de
Marin.quotid.reſolut.lib.1. cap.162.num.1.et
ſeqq.Capye.dec.198. ibique *Petr. in addit. in*
fine, Franch.dec.1.num.24. ibique *de Luca in*
obſeruat.

Quæ auctoritates, licet loquantur de con-
tributione facienda inter hæredem in feuda-
libus, & hæredem in Burgenſaticis pro rata
ad extinctionem æris alieni contracti à de-
functo, qui tempore obligationis utraque
bona, & feudalia, & burgenſatica poſſi-
debat.

6 Ratio tamen, cui potiſſimùm eſt innixa
concluſio, optimè conuenit ad firmandam
contributionem in præſenti; Ideò enim da-
tur contributum inter hæredem in feudali-
bus, & hæredem in burgenſaticis, nullate-
nus aduerſante diuerſiſſima qualitate bono-
rum feudalium, & burgenſaticorum; quia
nempe, reſpectu obligantis conſiderantur,
tanquàm vnicum patrimonium, & ſub ea-
dem natura retinentur, prout optimè ad-
uertit, *Io: Franc à Ponte d. conſ.52. nu.23.&*
ſeq.lib.1. Montan.in d.cap.Imperialē, §. præte-
rea Ducatus n.70.verſ.licet feudalia, de Marin.
d.cap.162.num.7. alijque proximè laudati.

7 Hinc meritò ad rem, de qua eſt contro-
uerſia, cum Dux Franciſcus Maria, & Dux
Andreas poſſederint tempore contracti æris
alieni utrumque fideicommiſſum, tàm Car-
dinalis Ceſij, quàm Duciſſæ Portiæ, & Pauli
Emilij, tanquàm unicum Patrimonium ęqua-
liter obligatum creditoribus in uim Bullæ,
& debita non fuerint contracta, potiùs in-
tuitu, & occaſione vnius, quàm alterius fi-
deicommiſſi, in quibus terminis procedunt
auctoritates ex aduerſo allegatæ; ſed pro-
miſcuè, & indiſtinctè; indubitati Iuris eſt,
quòd ex prædictis ſit locus contributioni,
etiam attenta diſpoſitione Bullę Baronum,
nullatenus conſiderantis diſtinctam qualita-
tem bonorum, neque diuerſa genera fidei-
commiſſorum; ſed omnia indiſtinctè ſubij-
cientis hypothecis creditorum.

8 Præcipuè, quia in hoc Bulla videtur eſſe
conformis diſpoſitioni Iuris communis, quo
cauetur, ut in paganis non detur, niſi unicum
Patrimonium, *l.Iuris peritos 33.§.cum Oriñ-*
dus, ff. de excuſ.tutor. Tiraquell.de primogen.
quæſt.35.n.29. quòd ab ære alieno totum affi-
citur, *l. fideicommiſſum 50. §.tractatum,* ibiq;
præ cæteris. *Bart.ff.de Iudic. l.hæreditas, ff.de*

*reg.Iur.l.1.§.ſi hæres,ff.ad Trebel.l.ſi quis ſer-
uum,leg ſeq ff.de legat.2.l.2.*ubi *gloſ. & Scri-
bentes,*Cod.*ad Trebell.l.aliena,ff.famil.erciſc.
Valenz.conſ.150.n.56.tom.2. Molin. de Pri-
mog.Hiſp.lib.1.cap.10.n.2.& 3. Mierez de
Maiorat.par.1.q.37.num.6. Gratian.cap.194.
n.32 Coſta remed.ſubſidiar.119.n.13.Cardoſ.
in Prax.Iudic.* uerbo *debitor.num.19. Parlad.
lib.1.rer.quotid.cap.3.n.6.Schulteſ.practic.q.
14.num.25. Aym. Public.ad conſuet. Aluern.
tit.24.art.3.gloſ.1.num.2.* cum alijs relegen-
dis apud *Salgad.in labyr.credit.p.2.cap.12.n.
17.& pluribus ſeqq.*

9 Prædicta verò omnia confirmantur per
plura alia ſimilia,ſatis conuenientia,valdeq;
proxima, ad rem,de qua agimus, inter quæ
illud eſt urgentiſſimum mirificè noſtram the-
ſim determinãs,quòd,quemadmodùm, ſi per
Principẽ fuerit alicui conceſſa facultas obli-
gandi bona omnium Maioratuum, nulla ha-
bita ratione ad cauſam particularem unum
ex dictis Maioratibus tangentem, ſed ad ge-
nericam; tunc ſi per mortem poſſeſſoris eo-
rumdem Maioratuum, illi ſeparentur, & ad
plures poſſeſſores diuiſi peruenerint, omnes
tenentur pro rata contribuere ad ęs alienum
contractũ á poſſeſſore Maioratuum, cui
prædicta facultas obligandi fuerit per Prin-
cipem conceſſa, prout egregiè firmat uiden-
dus, *Salg.in labyr.credit.p.2.cap.9.n.23.&
ſeqq.& cap.11.num.24.*

Ita etiam idem dicendum in præſenti,at-
tenta Bulla Baronum tribuente ſimilem fa-
cultatem obligandi indiſtinctè omnia bona
fideicommiſſaria, illa reducendo ad inſtar
allodialiũm; quemadmodùm enim ſi exiſte-
rent bona propria Ducis Andreæ, & Ducis
Franciſci Mariæ, quæ ad plures ſucceſſores
tranſijſſent; abſque dubio omnes ijdem ſuc-
ceſſores pro rata deberent contribuere ad
æs alienum; Sic etiam aſſerendum in præſen-
ti, dum ex Bulla omnia bona fideicommiſſa-
ria ſunt redacta ad inſtar allodialium, ex ſu-
pra allegatis.

10 Vlteriùs, idem habemus in materia pen-
ſionis,nam ſi una, eademque penſio fuerit à
Papa impoſita, ſuper duobus indiſtinctè be-
neficijs per unum legitimè obtentis, & poſ-
ſeſſis, ſi poſtmodùm morte iſtius poſſeſſoris
ſeparentur, & duobus conferantur, penſio
prædicta inter eadem duo beneficia eſt pro
rata proportionabiliter diuidenda, *cap.con-
ſtituens,* ibique, *Abb.num.8. Anchar.& Inno-
cent. de relig.domib.Sarnen.in compend.Signa-
turæ num.88. verſ. eſt, & alius caſus, Campa-
nil.in diuerſ.Iur.Canon.Rubr.11.cap.13.num.
87. Anton.Auguſt.de ſolat.penſion.n.2. Gig.de
penſion q.85. num.5.Pariſ.de reſignat.benefic.
lib.6.q.4 num.47.Mareſc.var.lib.1. cap.21.n.
16. Lotter. de re benefic.lib.1.cap.38.& duob.
ſeqq. Salgad. in Labyrint. creditor. d.part.
2.cap 9.n.24. & d.cap.11.num.24.& ſeqq.
& de Regia protect. part.3.cap.3. num.70.
& ſeq.Toadut.de Penſion.cap.23. num.2.&
ſeq.*

Prout etiam Iure eſt cautum, ut detur cõ-
tributio inter plures tertios poſſeſſores bo-
11 norum, quæ reperiuntur affecta ære alieno
à priori poſſeſſore contracto; ſi enim à cre-
ditoribus unus ex prædictis tertijs poſſeſſori-
bus uexetur, poterit hic pro rata bonorum
contra alios agere ad contributionem,prout
eſt *text. expreſſus in l.cum poſſeſſor, ff. de
cenſibus.*

Præterea ſuadet locum eſſe contributioni,
12 ſatis ęqua ratio per Iuris Conſul.adducta in
l.1.ff ad leg.Rhod.de iactu, ibique præ cæteris
Alberic. in quo, *text.* reperitur ſancitum, *vt
ſi leuandæ Nauis gratia iactus mercium factus
ſit, omnium contributione ſarciatur, quod pro
pro omnibus factũ ſit,Gaſpar. Kloch.de contri-
but. cap.17.num.248.& ſeq.& cap.19. num.
334. Rocc. de Nauibus, & Naul. notab.
96.n.249.& ſeqq.* cui concordat conſimilis
text. in l.2.§.ſi Nauis,ff.eodem, qui ex eadem
13 proxima ratione mandat, pretium redem-
ptionis nauis à Piratis captæ, ab omnibus
eſſe contribuendum, *Rocc.de aſſecurat. notab.
55.num.193.* quæ Iura exornant, *Ioann. de
Euia in labyr.commerc.Naual.cap.13.de Nau-
fragio, n.10.Gregor.Lopez in l.6.gloſ.3.tit.9.
part.5. Santern. de aſſecurat. part.4. num.25.
& ſeqq.*

14 Ex hac eadem ratione, ne incendium
totã Viciniam comburat, ſi deſtrui oporteat
unam domum, fieri debet contributio ad
reficiendum damnum pro rata per omnes
uicinos, *Mornac.in l.ſi quis fumo, §.iuſto me-
tu, ff.ad l.Aquil.& in l.2.ff.ad leg.Rhod.de
iact.Bald.conſ.442.num.1.lib.3.Caſtrenſ.conſ.
220.num.2.lib.1.Salicet.in l.ſi vendita.n. vlt.
ff.de peric.& commod.rei vendit. Farina c. in
Prax.crimin.p.3.q.110.cap.3.n.144.& ſeqq.
Menoch.lib.2.de arbitr.Iudic.cent.4. caſ.399.
num.14 Berlich p.3. concluſ.25. tit.de reliq.
Iur.incendior.nu.126.*& nouiſſimè eruditus,
& integerrimus *Regens Marcellus Marcianus*
Iunior nimis intempeſtiuè è viuis ereptus,&
potiùs oſtenſus, quàm datus, *de Incendiarijs
num.44.*

Hujuſmodi uerò rationes optimè deſer-
uiunt in præſenti, rectèque congruunt pro
contributione firmanda;æquitas enim non
patitur, ut fideicommiſſum Card: Ceſij li-
beratum ab hypothecis creditorum ex con-
ſtitutione cenſuum, & erectione Montis, nõ
cõtribuat pro rata ad illorum extinctionem,
cum fideicommiſſo Portiæ, & Pauli Æmilij;
quód enim pro vtroque fideicommiſſo factũ
eſt, omnium contributione ſarciri debet, ex
Iuribus allegatis.

Prædictis omnibus accedat,vt cum inſpe-

cta

ćta Bulla Baronum fideicommiſſum Cardi-
nalis Ceſij fuerit æqualiter ſuppoſitum hy-
pothecis creditorum,vná cum alijs bonis fi-
deicommiſſarijs obligationis tempore poſ-
ſeſſis á Duce Franciſco Maria, & Duce An-
drea debitoribus, & ex Montis Ceræ extin-
ćtione, fuerit vtile negotium geſtum pro fi-
deicommiſſo dićti Cardinalis Ceſij, quòd
fuit liberatum ab hypothecis creditorum,
quibus æqualiter,vná cum alijs bonis fidei-
commiſſarijs,erat affećtum; inficiari non po-
terit, quin, non exiſtentibus bonis liberis
debitorum,competat Dominæ Duciſſæ utilis
aćtio negotiorum geſtorum contra bona
15 fideicommiſſaria Card: Ceſij; huiuſmodi
enim aćtio cuilibet competit pro alio ſoluen-
ti, qui ſi ſoluat ſolidum, efficitur creditor
alterius pro rata ad ipſum pertinente, *l.qui
vtiliter, § fin.ff.de negot. geſt. Alberic. in leg.
Ariſto* poſt medium, *verſ.ſecundo caſu, ff.quæ
res pignor.oblig.poſſ.Ancbar.conſ.*285.*num.*4.
*verſ.ſed deſcendo breuiter, Cardin.Mant.de ta-
cit.lib.*7.*tit.*8.*num.*22.*verſ.ſed tamen, Buratt.
dec.*509.*n.*2. & in ſpecialibus terminis idem
*Buratt.dec.*401.*n.*4.

Neque poterit excludi contributio ex eo,
quia loca Montis Ceræ ſint ſpecialiter im-
poſita ſuper bonis Portiæ ſenioris,ideóque
ex eiſdem bonis fieri debeat extinćtio.

Siquidem animaduertendum, quòd, cum
adſit obligatio generalis aliorum bonorum
fideicōmiſſariorū, expreſſio ſpecialis bono-
rum Portiæ fuit facta reſpećtu Montiſtarum,
ad certum, nempè, effećtum decernendi do-
tem,quam Montes neceſſariò habere debent;
16 ideóq; ſpecialis hypotheca nullatenus ope-
ratur, quin omnia fideicommiſſa ſub gene-
rali hypotheca comprehenſa pro rata con-
tribuere debeant, vt in terminis contribu-
tionis, *Franch. dec.*159.*per tot.* quem ſequi-
tur *Montan.* videndus *in §. Præterea Ducatus
n.*71.*de prohibita feud.alienat.per Federic.*
17 Minus obſtat, quòd, cum Bulla Baronum
in §. 10. loquatur altetnatiuè de fideicom-
miſſis aſcendentium, ſeu collateralium,prius
ſit detrahendum æs alienum á fideicommiſ-
ſo Portiæ, & Pauli Æmilij aſcendentium,
& in ſubſidium á fideicommiſſo Card. Ceſij
Collateralis.

Nam reſpećtu Motus proprij S.M. Grego-
rij XV. hypothecantis indiſtinćtè omnia
bona per Duces poſſeſſa cuicumque fideicō-
miſſo, vinculis, & obligationibus ſubiećta,
eſt ponderandum, quòd,cum indiſtinćtè Bul-
la Baronum æquè ſubijciat hypothecis cre-
ditorum omnia fideicommiſſa á Barone gra-
uato,ac debitore poſſeſſa,tempore contraćtę
obligationis, nulla prorſus facta diſtinćtio-
18 ne,an fideicōmiſſa ſint ordinata á tráſuerſa-
lib⁹, ſiue deſcēdentib⁹, prout in §.10.ad me-
dium:ibi,*per quoſcumque aſcendentes,ſeu col-
laterales, Rot.in rec.dec.*36.*n.*25.*p.*5.

Cumque obligatio bonorum fideicom-
miſſo ſubiećtorum demandata in eadem Bul-
la fauore creditorum,non procedat á volun-
tate fideicommittentium,quo caſu poſſet at-
tendi inſpećtio, an ſit primò detrahendum
debitum á fideicommiſſo aſcendentis, & in
ſubſidium á fideicommiſſo tranſuerſalis; ſed
abſolutè ab ipſamet Bulla, quę utrumque
fideicommiſſum, ſiue aſcendentis,ſiue colla-
teralis, ſubijcit hypothecis creditorum, ne-
que mandat,priùs vnum, quàm alterum di-
ſcuti; ſed indiſtinćtè omnia afficit, neque in
eis aliquod conſtituit diſcrimen.

Meritò non vindicat ſibi locum ſimile de-
dućtum, *ex Auth. res, quæ, C.commun.de le-
gat.* tum, ex quo ſolùm poſſet habere locum,
19 ubi cauſa, ob quam debita ſunt contraćta,
haberet aliquam particularem rationem,quę
fideicommiſſa aſcendentium; non autem illa
collateralium de Iure pereuteret, prout eſt
debitum contraćtum pro dotibus conſtituē-
dis, uel reſtituendis, pro alimentis deſcen-
dentium,& ſimilibus, de quibus præ cæteris
lato calamo agunt, *Fuſar. de ſubſtitut. q.*535.
*Caſtill lib.*6.*controuerſ.cap.*161. *& lib.*8.*cap.*
68. apud quos plures recenſentur, quæ cir-
cumſtantia, cum ceſſet in præſenti, nullate-
nus eſt locus prædićtæ diſtinćtioni.

Tum etiam,quia concluſio ex aduerſo ad-
dućta, ut derogatio fideicommiſſi in vim
dićtę *Auth. res, quæ,*procedat ordinatim af-
ficiendo,priùs fideicommiſſum aſcendentiū,
& deindè tranſuerſalium in ſubſidium, eſt
innixa præſumptæ voluntati eorumdem fi-
deicommittentium, qui, cum á Iure ſint ob-
ligati ad dotandum, ſeu alendum, ſtante
huiſmodi neceſſitate, lex interpretatur, vt
primò detrahi debeant dotes á fideicommiſ-
ſo ordinato ab aſcendente, qui tenebatur
dotare, & alere, & poſtmodùm á Collatera-
li, qui non eſt adſtrićtus à Iure, niſi in ſubſi-
dium, metiendo voluntatem eorumdem fi-
deicommittentium á neceſſitate impoſita á
lege.

Huiuſmodi autem inſpećtio nullatenus
poteſt conſiderari in præſenti; cum remotio
obſtaculi fideicommiſſi,fauore creditorum,
nullo prorſus iure procedat á voluntate Ba-
ronum, quibus omninó inuitis bona fideicō-
miſſaria diſtrahuntur; ſed abſolutè, &
immediatè proueniat ab ipſamet Bulla,
quæ indiſtinćtè vult, affici hypothecis cre-
ditorum omnia bona fideicommiſſaria á Ba-
ronibus poſſeſſa; ideòque non uindicat ſibi
locum inſpećtio diſcuſſionis faciendæ priùs
in bonis fideicommiſſarijs Aſcendentis, & in
20 ſubſidium Collateralis, vt in proximis ter-
minis egregiè aduertit, *Rot. in recent. deciſ.*
266.*n.*4.*& ſeqq.par.*10.In qua,non ex alia
ratione Rota noluit admittere diſcuſſionem

fideicommiſſi uniuerſalis, exiſtente etiam
fideicommiſſo particulari in terminis dictæ
authent. res, quæ, iuxta ibidem tradita per
Bald Caſtr. & Iaſonem.n.32. quos ſequuntur
*Decian.conſ.18.num.28 lib.2. Cancer.var.re-
ſolut.p.1.cap.9.num 165.Peregrin. de fideicō-
miß artic.42.n.54. Fuſar. de ſubſtit.q.531 n.
58. Merlin dec 657.n.17.Bich.dec.251 n.20.
Magon.dec.Rot.Lucenſ.28. antè num.76.* Niſi,
quia huiuſmodi priuilegium detractionis nō
prouenit à voluntate fideicommittentis; ſed
ab ipſa lege, quæ æquè ſubijcit utrumque
fideicommiſſum, neque mandat priùs vnum,
quám alterum diſcuti.

Neq; aduerſatur, quòd Bulla in §.10.ad me-
diū in ea parte, in qua derogat fideicōmiſſis
cōſanguineorū, conſtituat alternatiuā inter
perſonas aſcendentium, & collateralium:
ibi, *per quoſcumque aſcendentes, ſeu collatera-
les*, quaſi denotet ordinem, quòd fideicom-
21 miſſa collateralium teneantur pro debito
alieno in ſubſidium poſt fideicommiſſa aſcē-
dentium, *Bald. in l cum quidam n.4.* ibique
Angel. & Salicet. uterque *n.5.in fin.Iaſ num.2.
poſt princip C.de verbor.ſignificat.Beron.conſ.
155.n.5.lib.2.*

Siquidem dictio illa, *Seu*, poſita inter fidei-
22 commiſſa aſcendentium, & collateralium,
non denotat ordinem, neque eſt diſiunctiua
mentis, & verborum; ſed ſola verba diſiun-
git; non autem mentem, & reſoluitur in
coniunctiuam, prout ſemper fieri ſolet in
legibus, & ſtatutis, ex ſingulari doctrina
Bart.in l.ſi is, qui ducenta, §. vtrum n.1. ibique
*Alex.in addit.ff.de reb.dub. Curt. in l.edita, n.
3.C.de edend.Caſtrenſ.conſ.162.n.4.lib.2.Dec.
conſ.399.lib.5.Menoch.lib.4. præſumpt.82.n.
15.*latè *Caren.reſolut.172.n.2.& ſeqq. Mart.
de ſucceſſ.legal. tom.1.p.3.q 1. art.4. num.40.
& ſeq.Oſaſch.dec.Pedamont.13.n.2.*

23 Quinimò regulariter dictio, *Seu*, ſtat copu-
latiuè, & augmentatiuè, perindè, ac ſi Bulla
dixerit, non ſolùm per quoſcumque aſcen-
dentes; ſed etiam per collaterales, ac peni-
tus extraneos, *Bart.per illum text. in l ſi quis
ita 32.in princip.ff.de aur.et argēt.legato Bald.
in l.cū quidā ſub n.4.C.de verb. ſignif.Iaſ.conſ.
64.n.2.lib.1.Dec.in l.petens.n.11 per text.ibi,
C.de pact.Roman.conſ.363.num.2.Menoch.cōſ.
307.n.28.Albert.de Pergam. de propoſit.num.
133.Rebuff.in tract.nominat.q.14.n.44.Cened.
ſingul.42.n.3.& ſeq.* & firmant plures addu-
cti *per Epiſc.Barboſ dictione 363.n.6.Ludouiſ.
dec.21.num.2.Rota in recent.dec.316.n.5.p.5.*
Idque, etiam in materia ſtatuti ſtrictè inter-
petranda, *Crauett. conſ.105. num. 5. & ſeq.
lib.1.*

24 Signanter, quia prædicta dictio eſt poſita
inter diuerſa, utpotè ſunt aſcendentes, col-
laterales, ac penitùs extranei, quo caſu ſtat
augmentatiuè, *Bald.conſ.218.n.3.lib.2.*

Multòque magis, quia legitur adiecta in
25 diſpoſitione fauorabili, prout eſt Bulla Ba-
ronum, ut potè tollens obſtaculum fideicom-
miſſorum, quæ ante legem duodecim Tabu-
larum non erant cognita, cum illorum uſus
inceperit temporibus Auguſti Cæſaris, *§.1.
ad finem inſtitut.de fideicom.* ideòq; cū reducat
iſtam materiam iuxta terminos Iuris antiqui,
non dicitur irrationabilis, neque odioſa; ſi-
gnanter, quia principaliter emanauit fauo-
re publicæ utilitatis, licet in conſequentiam
reſultet in dānum aliorum, *cap ſtatuimus de
decim.in 6. gloſ. in cap. ſi propter, verbo præiu-
dicium, de reſcript.in 6.* ibiq; *Gemin.n.9.Franc.
n.6.Couar.var.lib.3.cap.11.n.5.verſ.ſolet, &*
latiſſimè *Sanchez de matrim.lib.1.diſp.1.n.4.
Salaſ.de legib.q.97.tract.14 diſp.11.ſect.4.n.*
10. & in ſpecie dictæ Bullæ, *Spad.conſ.19. nu.
22.lib.1.Cardin.de Luca de feud.diſc.73.n.29.
Rot.in recent.dec.36.num.46.par.5.*

Quo caſu exiſtente ſtatuto fauorabili, re-
26 ſoluitur in diſiunctiuam, *Vital.in Clement.ſi
Religioſus, num.7.de Procurat.Cenea ſingulari
42.n.3. Rebuff in tract.nominat q.14.num.44.*

Et ſine difficultate in hoc caſu, quia eadem
27 Bulla loco dictionis, *Seu*, immediatè in par-
ticula ſequēti utitur dictione copulatiua, *Ac*,
ut in ſpecie egregiè conſiderat *Caren.d.reſol.
172.n.8.verſic. &, quòd in hac re.*

His igitur firmatis, non aduerſatur contra-
28 ria ponderatio, quòd nempè eodem modo,
quo ex ordinata affectione proceditur ad fa-
uorem; ita ex ordinato odio de Iure proce-
ditur gradatim ad pœnas, odiumque præſu-
mitur ordinatum, iuxta ordinationem ſcrip-
turæ, prout eleganter monet, *Bald.in d.l cum
quidam, Cod.de verbor ſignific.* ibique *Salicet.
& Iaſon*, uterque *n.5. Caſtrenſ.n.2.* Ideòque,
29 quando conſtitutio, uel ſtatutum diſponit,
quòd plures pro alio teneātur, primariò ad-
ſtringi debeant Proximiores, & in ſubſidium
remotiores; ita ut iſti ab illis indemnes rele-
uentur, prout in exemplo dandi cautionem
de non offendendo, uel quòd Banniti non in-
30 grediantur Statum Eccleſiaſticum, uel quòd
emantur bona confiſcata, tradunt *Herculan.
de cautione cap.49.n 8.& ſeq. Guazzin de Pa-
ce, & tregua.§.3.q.59 n.2. & ſeq.Paſcal.de
Patria poteſt.par.4.cap.5.n.73. Neguſant.qu.
531.n.3.& ſeqq.Vermigliol.conſ.316.n.1. &
ſeq. Choell.in Bull.Boni Regim. cap.44.nu.13.*
Ita eodem modo idem dicendum in aliena-
tione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum,
ut priùs ſint diſtrahenda fideicommiſſa aſcē-
dentium, & deindè tranſuerſalium, pro
ſoluendo ære alieno à grauatis contra-
cto.

Siquidem omnia prædicta exempla, ideò
procedunt, & admittuntur in ſuis caſibus, in
quibus à Doctoribus firmantur, quia ſingula
in illis habent particularem rationem rei, de
qua

Digitized by Google

qua eſt ſermo, nullatenus congruentem; om-
nia enim regulãtur; Vel à comodo ſucceſſio-
nis, prout in ſtatuto, ſeu conſtitutione, quòd
conſanguinei teneantur fideiubere pro Ban-
nito, & ſimilibus, quę intelligi debent de
proximioribus, qui ſcilicet, poſſent ſucced-
re ab inteſtato illi, pro quo fideiuberę de-
bent; quam rationem potiſſimùm expendunt
auctoritates, proximè in obiecto adductæ.

Vel ad effectum impediendi delicta, prout
31 in ſtatuto, ut conſanguinei, uel habitatores
teneantur reficere damnum, quod cenſetur,
& dicitur emanaſſe, uel in odium conſangui-
neorum, & habitantium, qui delictum non
impediunt; ideòque non habere locum in ab-
ſentibus, qui non poſſunt impedire, tradit in
ſpecie *Roman. conſ. 7. n. 5. & ſeqq.* quem ſe-
quitur, *Menoch. conſ. 101. n. 43.*

Vel, ut conſanguinei, metu, ne proximiores
uexentur, à patrandis delictis retrahantur,
ob quam rationem huiuſmodi ſtatuta potiſ-
ſimùm dici debent condita, prout in ſpecie
rectè admonet, *Ruin. conſ. 8. n. 1. lib. 5.* & prop-
tereà cum magis à conſanguineis, quàm ab
alijs delicta impediri ualeant, ideò, etiam ex
ordinę odij, ſtatutum priùs de conſanguineis
32 intelligitur, atq; adeò paſſim prædicta ſtatu-
ta, & cõſtitutiones ceſſant, quoties non adeſt
ſpes ſucceſſionis, & releuationis, *Vermigl. cõſ.
320 n. 1.* rectèque conferunt deducta per *Pa-
ſchal. de patr. poteſt. par. 4. cap. 5. num 73. verſ.
ſed, deindè cogit proximiores ad releuandum;*
33 Prout ex hac eadem ratione tutela, quæ pro-
ximioribus defertur, intelligitur de proxi-
mioribus, qui poſſunt ſuccedere, iuxta tra-
dita per *Bart.* & alios, *in l. 1. ff. de legitim. tu-
torib.* prædictæ uerò rationes nullatenus in
præſentia congruere poſſunt.

Tum, quia aſcendentes, qui fideicommiſsũ
ordinarunt, & illius ſucceſſores, nullo iure
poſſunt argui de negligentia, quare debita
non impedierint, præcipuè, quia Bulla non
emanauit ad impedienda debita, & ne Baro-
nes æs alienum cantraherent; ſed tantùmmo-
dó intendit, ut debita per Baronem contra-
cta, perſoluantur.

Tum, etiam, quia fideicommiſſum aſcen-
dentis non poteſt ſperare releuationem à de-
ſcendente grauato, neque aſcendens iam prę-
mortuus poteſt illi ſuccedere, prout neque
etiam ualet conſiderari ratio maioris odij
erga aſcendentes, quám erga tranſuerſales,
34 quia Bulla non emanauit in odium fideicõ-
mittentium, quaſi debita non impedierint;
ſed potiùs fauore creditorum, ob quam ra-
tionem dicitur fauorabilis, *Spad. d. conſ. 19.
num. 22. lib. 1. Card. de Luca de feud. diſc. 73. n.
29. Rot. in recent. d. dec. 26. n. 46. part. 5.*

*Iuxta allegata, cauſa pluriès propoſita,
fuit per Rotam deciſum coram Eminentiſ-
ſimo Domino meo Cardinali Cerro* deciſ.
818. & 852. *inter ſuas impreſſas.*

ARGVMENTVM.

Præſcriptio, non ſolùm longiſſimi tempo-
ris; ſed neque etiam Centenaria, & Mil-
lenaria, nequit currere contra fidei-
commiſſarios, vtpotè non dum natos,
agere non valentes, omninò reprobata
contraria ſententia, inter Immemorabi-
lem, & Centenariam diſcrimen conſti-
tuente.

Ex lapſu Centenariæ cum obſeruantia, an
ſit præſumẽda Principis derogatio; quo-
ties conſtat de initio acquiſitionis rei
fideicommiſſariæ diſtractæ; Et an ſubſti-
neri valeat diſtinctio, inter initiũ certum
apparens, & caſum, in quo de initio
non conſtet.

Centenaria, an æquipolleat Immemorabi-
li; quoties titulus, ex quo reſultat ini-
tium, à fideicommiſſario actore produ-
citur; non autem à poſſeſſore tei fidei-
commiſſo obnoxiæ, & an huiuſmodi
productio tituli vitioſi facta à fideicom-
miſſario actore, præiudicet teo, & poſ-
ſeſſoti, quin poſſit allegare, meliorem
titulum præſumptum ſibi ſuperueniſſe
ab immemorabili reſultantem.

SVMMARIVM.

1 *Prſcriptio non poteſt currere contra fideicõmiſ-
ſarios agere non valentes, vtpotè non natos alie-
nationis tempore.*

*Et tot requiruntur prſcriptiones, quot ſunt
perſonæ, & gradus.*

2 *Idque procedit, non ſolùm in præſcriptione lon-
giſſimi temporis; ſed etiam in Centenaria, & Mil-
lenaria.*

*Adeòut tertius poſſeſſor rei fideicommiſſariæ
alienatæ non præſcribat contra fideicommiſſariũ,
neque etiam ſpatio mille annorum.*

3 *Reprobatur contraria ſententia, præcipuè Hi-
ſpanorum, diſtinguens, inter Immemorabilem, &
Centenariam,* & num. ſeqq.

4 *In Iure Patronatus Gentilitio non cadit, neque
etiam immemorabilis præſcriptio centum, & vl-
tra annorum.*

5 *Alienando, cui non poteſt præiudicari, neque
etiam poteſt præſcribendo.*

6 *In feudis, præſcriptio, quæ obeſt alienanti feu-
dum pactionatum, non nocet agnatis futuris ſuc-
ceſſoribus; etiam ſi ſit Centenaria, vel Millenaria.*

7 *Impugnatur contraria ſententia Hiſpanorum
reſpe-*

reſpectu præſcriptionis immemorabilis.

8 Ex lapſu centenariæ cum obſeruantia, non debet præſumi derogatio Principis; quoties conſtat de initio acquiſitionis rei fideicommiſſariæ diſtractæ, & n. ſeqq.

9 Affertur ratio dictæ concluſionis.

10 De diſtinctione adhibenda inter initium certum, de quo conſtat, & caſũ, in quo initiũ non apparet.

11 Centenaria, cum æquipolleat immemorabili, quoties non conſtat de certo initio, poterit allegari per poſſeſſorem rei fideicommiſſariæ, quicumq; melior titulus de mundo.

12 Pro vetuſtate, cum magna ſit præſumptio, ideò tribuimus ei titulum, cuiuſque optimum fingimus auctoritate legis præceſſiſſe.

13 Lex non facit quidquam iniuſtum, aut imperfectum.

14 Doctores præſumentes titulum, vel derogationem fideicommiſſi in centenaria, intelligendi quoties non conſtat de certo initio.

15 Quando conſtat de initio, ſtante alienatione fideicommiſſi facta à grauato; tunc, cum centenaria non æquipolleat immemorabili, non poteſt ſub ſe includere præſumptionem tituli, & n. ſeqq.

16 Præſumptio, quamuis ſit à lege approbata, veritati cedere debet.

17 Dum conſtat de initio, præſumptio tituli non ſuffragatur; etiam ſi mille effluxerint anni.

18 Immemorabilis, licet verificetur in centenaria in materia Iuriſpatronatus; id tamen intelligendum; dummodò non conſtet de initio contrario.

19 Stante initio, ceſſat in centenaria, non ſolùm ratio; ſed etiam qualitas, ob quam immemorabili conceditur præſumptio cuiuslibet melioris tituli.

20 Immemorabili tribuitur præſumptio tituli ob magnam vetuſtatem.

21 Huiuſmodi ratio non militat in Centenaria continente certum initium, quo ſtante, non oportet quærere alium titulum à Iure præſumptum.

22 Centenaria non æquipollet immemorabili, ideòque non includit in ſe præſumptionem tituli, eò ipſo, quòd conſtat de initio.

23 Deciſio Rotæ in recent. 253. par. 13. aſſerens, quòd ex curſu Centenariæ præſumatur derogatio Principis ſuper alienatione fideicommiſſi, eſt intelligenda cum præſuppoſito, quòd non conſtet de initio.

24 Expenditur ſingularis, text. in cap. cum Nobis de præſcriptionibus, ſuper deductione impedimẽtorum in centenaria præſcriptione Eccleſiæ Romanæ competente.

25 Præſcriptio Centenaria, ſi haberet vim immemorabilis, quò ad tituli præſumptionem, huiuſmodi deductiones non fierent, cum in immemorabili non admittãtur, cũ non proſint, & de ratione.

26 Ab infinito, ſi finitum demas, ſemper quod remanebit, erit infinitum, atque adeò ſemper erit perfecta immemorabilis.

27 Omnis immemorabilis ſupponit quid infinitum, à quo nullum tempus finitum poteſt deduci.

28 In aliquorum ſententia, etiam in Centenaria ad inſtar immemorabilis, præſumitur titulus, & omnia neceſſaria requiſita.

29 De initio certo dicitur conſtare in centenaria; imò Millenaria poſſeſſione, quoties producitur titulus à poſſeſſore rei fideicommiſſariæ, quo caſu ceſſat poſſibilitas tituli melioris.

30 Secus autem, quoties à fideicommiſſario produceretur titulus emptionis; tunc enim non remaneret excluſa in reo, et poſſeſſore multiplicatio, & allegatio aliorum titulorum, qui à Iure præſumuntur.

31 Referuntur auctoritates huiuſmodi diſtinctionem firmantes in ſpecie immemorabilis.

32 Actor, quamuis exhibeat aliquem titulum, qui apparet vitioſus, poſſeſſor poterit dicere, ei ſuperueniſſe alium titulum meliorem ab immemorabili præſumptum.

33 Ique, etiam, ſi productio tituli fuiſſet facta ab anteceſſoribus, quando ſucceſſor non venit Iure hæreditario; ſed proprio.

34 Author fatetur, eſſe valdè releuans motiuum, quòd productio tituli vitioſi facta per actorem, non præiudicet poſſeſſori, quin poſſit allegare meliorem titulum ab immemorabili reſultantem.

35 Ad effectum, vt in centenaria dicatur conſtare de certo initio, ſatis eſt, ſi ab actore producatur titulus, & de ratione.

36 Incompoſſibilis eſt in eadem perſona titulorum ſucceſſiua multiplicatio.

37 Semel dominus ex vno titulo; licet alium titulum poſſit acquirere.

Nihilominùs conſtare debet de acquiſitione ſecundi tituli ad vberiorem cautelam, & ad effectum, ut ex eo, ſi opus ſit, poſſit ſe defendere.

38 Res ſemel mea poteſt de nouo acquiri, vbi prima acquiſitio ſit dubia, ſecundaque plenior.

39 Doctores nullam adhibent diſtinctionem, an Inſtrumentum emptionis rei fideicommiſſariæ producatur à fideicommiſſario, ſeu ab emptore.

Sed ſimpliciter aſſerunt, quòd ſi conſtet habitum fuiſſe titulum ab hærede grauato alienante, præſcriptio Immemorabilis, ſeu Centenaria, remanet deſtructa.

40 In Centenaria, ſtatim dicitur probatum initiũ, eò ipſo, quòd conſtat de traditione rei, vel alio contractu à principio inter partes inito.

41 Sed in hoc Author ſentit difficultatẽ, dum prædicta procedunt, quando productio tituli fieret à poſſeſſore; ſecus verò à fideicommiſſario.

Nam ex illius productione non excluditur allegatio melioris tituli præſumpti facienda à poſſeſſore.

42 De vnica reſponſione, quæ poteſt dari huic obiecto.

CAPVT VII.

CIRCA duplicem inſpectionem uerſatur huiuſmodi controuerſia, Prima nempè, an contra hæredes fideicommiſſarios, obijci valeat per poſſeſſores bonorum fideicommiſſo ſubiectorum præſcriptionis exceptio.

Secunda, quatenus præſcriptio non obſtet, an ſaltem ex centenaria poſſeſſione cum obſeruantia, reſultet præſumptio, ſeu facultas allegandi quemcumque meliorem titulum; atque adeò Apoſtolicam derogationem fideicommiſſi, ſiue aliam quamlibet legitimam cauſam, ob quam alienatio rei fideicommiſſariæ ſit à Iure permiſſa.

Quò ad primam inſpectionem, receptiſ-

ſima

ſima eſt ſenrentia affirmans, quòd ſtante fideicommiſso perpetuo, nulla poſſit currere
1 præſcriptio contra fideicommiſsarios agere nou volentes, utpotè nondum natos, alienationis tempore, Crot. in l. filius fam. §. Diui, n. 143. ibique Rip. n. 116. Alciat. n. 48. ff. de legat. 1 Pinell. in auth. niſi triennale, C. de bon. mater. Barboſ. in l. cum notiſſimi, §. illud n. 36. & ſeq. C. de præſcript. Alex. conſ. 101. num. 23. lib. 6. Natt. conſ. 437. num. 5. & ſeqq. Dec. conſ. 445. n. 46. et ſeq. Rub. Alex. cōſ. 23. n. 13. Rimin. Iun. conſ. 339. à n. 145. vſque ad 163. Gratian. conſ. 201. n. 42. & ſeq. lib. 2. Pariſ. conſ. 23. n. 199. Menoch. conſ. 404. n. 61. Afflict. in cap. 1. §. quid ergo n. 20. de Inueſtit. de re alien. fac. Larath. in theatr. feudal. p. 8. dilucidat. 35. per tot. ubi num. 30. inquit, tot requiri præſcriptiones, quot ſunt perſonæ, & gradus, aſserens eſse concluſionem ab omnibus receptam, Peregrin. de fideicom. art. 41. num. 17. verſic. attamen propè fin. ubi, quòd Rota Romana reijciat tenentes contrarium, & de Iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. n. 17. Molin. de Primog. lib. 4. cap. 10. num. 3. Cancer. var. lib. 3. cap. 3. n. 26. Rota in recent. dec. 28. n. 38. p. 8. Dunozet. Iun. dec. 487. n. 38. Vbald. dec. 350. n. 13. & ſeq.

Quæ concluſio procedit, non ſolùm in
2 præſcriptione longiſſimi temporis, nempè triginta, & quadraginta annorum; ſed etiã in Centenaria, & Millenaria, & cuiuſcumque temporis, quantumuis remotiſſimi; quoties, prout in præſenti themate, conſtat de initio emptionis bonorum fideicommiſso ſubiectorum; ſemper enim obſtat illud inrefragabile fundamentum, quòd contra nondum natos, & non exiſtentes in rerum natura de tempore alienationis, non poſſit inchoari, & perfici præſcriptio, dum agere nou valebant, iuxta regulam, l. 1. §. vlt. C. de annal. except. & in l. in reb⁹, §. ult. C. de Iur. dot. prout in terminis Centenariæ, & Millenariæ, tradunt præ cæteris, Natta conſ. 437. ſub n. 5. circà medium, Caſtr. conſ. 467. n. 11. & ſeq. lib. 2. Gabr. conſ. 163. ſub n. 17. lib. 1. Dec. conſ. 498. ſub n. 22. Ioann. Bapt. Vicemal. inter conſ. feudal. diuerſ. impreſsa Lugduni Anno 1585. conſ. 1. n. 190. & ſeqq. Io: Gall. ibidem conſ. 2. num. 99. verſ. et quòd nulla currat præſcriptio, Menoch. conſ. 904. num. 6. & ſeq. Roſental. de feud. cap. 9. membr. 2. concluſ. 84. ſub num. 4. & 5. ubi, quòd Camera Imperialis, ita ſeruet, & gloſ. lit. D. ubi, quòd tertius poſſeſſor non præſcribat ſpatio, etiam mille annorum, Larath. in theatr. feudali part. 8. dilucidat. 31. n. 8. ubi, quòd iſta ſit mens omnium, Ciarlin. contron. 107. num. 62. tom. 1. Peregrin. de fideicommiſſis d. art. 41. num. 16. ante fin. & ſub num. 17. ubi, quòd Rota reſideat in hac ſententia, & conſ. 28. num. 16. lib. 1. Fuſar. de ſubſtitut. q. 528. ſub num. 4. Add. ad Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 10. num. 10. verſ. neque in hoc caſu, Leotard. de vſur. q. 54. n. 8. Hieron. de Leo dec. Valent. 83. nu. 15. Rot. in recent. dec. 291. n. 12. & ſeqq. p. 16. ubi, etiam ſi mille anni fuerint elapſi.

Neque audiendi ſunt contrarium aſſeren-
3 tes, Decian. conſ. 24. n. 108. & ſeq. lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 76. num. 99. & ſub n. 100 lib. 1. Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 4. cap. 10. num. 10. Matthienſ. in l. 8. gloſ. 5. n. 36. lib. 5. tit. 7. nou. recompilat. Gregor. Lopez. ad leg. Hiſpan. p. 4. tit. 26. lib. 10. in verbo non le empeſce in fin. dicti uerbi, fol. 71. col. 2. verſ. ſit quintus caſus Roderic. Suarez allegat. 3. ſub n. 3. verſ. benè fateor. Ant. Gomez ad l. 40. Taur. num. 90. propè finem, Cutell. de donat. tract. 2. diſcurſ. 1. ſpecial. 39 num. 15. & ſeq. ubi, quòd ſit differentia inter immemorabilem, & centenariam, Intrigliol. de feud. cent. 2. art. 32. n. 43. Salgad. in labyr. creditor. p. 1. cap. 40. num. 45. Epiſc. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 101. n. 11. cum loquãtur contra communem ſententiam, auctoritatemque rerum Iudicatarum.

4 Prout, in proximis terminis, idem dicitur de Iurepatronatus Gentilitio, iu quo non cadit, neque etiam immemorabilis præſcriptio centum, & ultra annorum; quia negligentia Anteceſſorum non infert ſucceſſoribus præiudicium, Gratian. diſcept. 577 nu. 43. & ſeq. Ciarlin. controu. 107. n. 62. tom. 1. Rot. in recent. dec. 220. n. 26. p. 11.

5 Regulare enìm eſt, ut cui non poteſt præiudicari alienando, neque etiam poterit, præſcribendo, DD in l. filius fam. §. diui, ff. de legat. 1. Caſtr. conſ. 466. num. 2. & ſeq. lib. 2. Alex. conſ. 101. n. 21. lib. 7. Surd. conſ. 276. n. 11. lib. 2. & conſ. 536. n. 7. Menoch. conſ. 825. n. 54. & ſeq. Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 4. c. 16. n. 3. Vaſq. Illuſtr. quæſt. cap. 52. n. 3. et ſeqq. Peregrin. de fideic. art. 41. num. 16. & ſeq. Balb. de præſcript. in 1. p. 6. p. princ. n. 16. et ſeq. Ciarlin. d. controu. 107. n. 62. Bich. dec. 603. n. 14.

Idemque habemus in feudalibus, quòd
6 præſcriptio, quæ obeſt alienanti feudum pactionatum, uel ius de præſenti in eo habenti, nullo Iure noceat Agnatis futuris ſucceſſoribus ſub Inueſtitura comprehenſis, utpotè non dùm natis, uel agere non valentibus tẽpore alienationis; idque, etiam ſi uerſemur in præſcriptione Centenaria, & Millenaria; prout in præciſis terminis firmant, Iſern. Aluarot. & Præpoſit. cæterique feudiſtæ in c. 1. § hoc quoque, de ſucceſſ. feud. idem Iſern. in cap. 1. §. quid ergo, ſub n. 7. verſ. item quid in feudo antiquo, ibique Afflict. n. 10. de Inueſtit. de re alien. fact. qui abſolutè conſtituit regulam generalem, quòd nũquàm contrà Agnatos præſcribatur feudum pacti, & prouidentiæ; & omiſſis innumeris, qui poſſent in medium afferri, optimè ſubſtinent, Gabr. conſ. 163. num. 16. & ſeq. lib. 1. Manent. conſ. 51. n. 11. egregiè pr̨e cæteris Peregr. conſ. 28. lib. 1.

qui

qui rèſpondet, & reprobat contraria, præ-
cipuè *num.15.& ſeqq. .& de Iur. Fiſc.lib.6.
tit.8. n.17. & de fideic.art.41. num.16. Petr.
Gregor.de conceſſ feud. p.2.q.10.n.47. Schra-
der.de feud.p.8.cap.6.num.6. & cap.8. num.
45.& conſ.1.ſub n.46. lib.1. Piſtor.q.8.n.41.
Cancer p.3.var.cap.3.n.25.& ſeq. Salgad. de
Reg.protect.p.3.cap.10.n.150.*& alijs latè cō-
geſtis, *Giurb. de ſucceſſ feud.cap.118.§.2.gloſ.
11.num.74.verſ.ſed præſcriptio, & gloſ. 12.
n.87.*& decîſum pro hac ſententia referunt,
*Tapp.dec.2.d n.359.& ſeq.Valaſc. deciſ.267.
num.7.Caſtill.dec.66.num.6. Gamm.deciſ.26.
num.5.& dec.93.num.3.Oſaſch.dec.177.Cop-
pen.dec.54.n.98.*

7 Quid quid in contratium dixerint reſpe-
ctu præſcriprionis immemorabilis, aberran-
tes à communi ſententia, Doctores potiſſi-
mùm Hiſpani, præcipuè *Molin. de primog.
Hiſp.lib.4.cap.10.num.10. Suarez allegat.3 n.
3.verſ benè fateor, Gregor. Lop.ad leg.Hiſpan.
p.4.tit.26.leg.10. in verbo nō le empeſte* in fin.
dicti uerbi, *verſ.ſit quintus caſus*, & in eodem
verbo paulò poſt princip. *verſ.præſcriptio ve-
rò centenaria, Ant.Gomez ad l.40.Taur.n.90.
propè fin.verſ.6.limita*, quos ſequuntur, &
referunt, *Decian.conſ.24.n.108.& ſeq.vol.1.
Intrigli.l.de feud. cent.2.art.32. num.43. Cy-
riac.controu.3 n.63.& ſeq. Epiſc.Antonell.de
tempor.legal.lib.2.cap.102.n.11.*

Quò verò ad ſecundam inſpectionem, an
ſaltem ex curſu centenariæ præſumi debeat
8 Principis derogatio, & quicumque alius ti-
tulus neceſſarius, pro ſubſtinenda alienatio-
ne rei fideicommiſſo ſuppoſitæ, etiam in
præiudicium ſucceſſiuè uocatorum, negatiuè
exiſtimo reſpondendum; ſuppoſito tamen,
quòd incontrouertibilitet conſtet, prout in
præſentia, de initio acquiſitionis rei fidei-
commiſsariæ ex titulo emptionis ab hærede
grauato.

Idque, ea potiſſimùm tatione, meo Iudi-
cio, ſatis urgente; ſi enim ex lapſu centena-
riæ cum obſeruantia, præſumenda eſset fi-
9 deicommiſſi derogatio, uel quilibet alius ti-
tulus, iuxta aſsumptum contrariæ ſententiæ;
abſque dubio prorſus inanis, & ſine aliquo
effectu remaneret receptiſſima concluſio ſu-
periùs firmata, quód, nempè, in fideicom-
miſso perpetuo, fideicommiſsarjis ſucceſso-
ribus, utpotè non ualentibus agere, non
obſtet præſcriptio centenaria; quinimo, ne-
que etiam Millenaria; nam excluſio fideicō-
miſsariorum á vindicandis bonis fideicom-
miſso ſubiectis, quæ alioquin non poſset re-
ſultare ex ptæſctiptione Centenaria, nel Im-
memorabili, ſatis ſuperque orireiur ex effe-
ctu ptoducto ab eadem præſcriptione Cente-
naria, ſe habente tanquám cauſa productiua
ſacultatis allegandi quemcumque meliorem
titulum, ptout patet ad ſenſum, & rogatur
diligenter aduerti.

Ideòque, pro euitando huiuſmodi abſur-
do, & ne fruſtatoria remaneat quæſtio inter
Doctores, tàm acriter agitata, quæque eo-
rumdem deſatigauit ingenia, an centenaria,
10 vel immemorabilis præiudicet fideicommiſ-
ſarijs, exiſtimo hanc perneceſsè adhibendam
eſse diſtinctionem pro euertendis equiuocis
in huiuſmodi atticulo, ſatis inter Doctores,
potiſſimùm recentiores, inuoluto.

11 Quòd nempè; aut nullo modo conſtat de
certo initio, & in hoc caſu, cum centenaria
æquipolleat immemorabili, eamdemque vim
habeat, poterit allegari quicumque melior
titulus de Mundo, iuxta veriorem ſententiā,
quam probant, poſt *Innoc. in cap.veniens nu.
2 in fin. de verb. ſignificat. Cepoll. de ſeruit.
Vrb.prædior.cap.19.ſub n.9.Cranett.de antiq.
temp.p.4.§.materia n.40. Theſaur. Iun. q.27.
lib.2.Add.ad Buratt.dec.875.num.8.Fontanel.
dec.217.num.19.& ſeq.lib.1.Rot.in rec. deciſ.
651.n.2.p.4.*

Cum enim non habeàmus principium, ne-
que ſciamus titulum, propter id, quod debe-
mus vetuſtati, pro qua eſt magna præſum-
12 ptio, iuxta diſpoſitionem, *l.1.§ fin.ff.de aquæ
pluu arcen.* ubi, quòd uicem legis obtineat,
*& l.hoc iure, §.ductus aquæ, ff. de aqua quo-
tid. & æſtiu.* tribuimus ei titulum, eumdem-
que fingimus auctoritate legis proceſſiſse,
ac illum quidem optimum, & cum omnibus
qualitatibus, ac ſolemnitatibus neceſsarijs,
13 quia lex nunquàm præſumit, neque facit
quidquám iniuſtum, aut imperſectum, neque
ſit credendum dè tanta antiquitate aliud,
quàm, quód legitimus præceſserit titulus, ex
latè adductis per *Pereir.recept.ſentent. lib.1.
q.23.n.110.Garz.de expenſ.& melioram. cap.
9.n.25.Caſtill.lib.5.controu.cap.93.§.8.n.48.
& ſeqq.& 54.& lib.7.de tertijs cap.26.n.68.*
ubi cæteri fidelitet allegantur, quos in præ-
ſentia fruſtratorium eſset conſcribere.

14 Et in his terminis ſunt intelligendæ aucto-
ritates præſumentes derogationem, vel aliū
quemcumque titulum ex lapſu centenariæ
cum obſeruantia, dum omnes, ſi rectè atten-
dantur, loquuntur cum præſuppoſito, quòd
non apparet de initio.

Aut verò conſtat, prout in præſenti the-
15 mate, de initio, ſtante alienatione facta à
grauato, & in hoc caſu, cum ex infra firmā-
dis centenaria non æquipolleat immemora-
bili; meritò non poteſt ſub ſe includere præ-
ſumptionem tituli.

Idque duplici potiſſimùm validiſſima ra-
tione; Tum quia, cum præſcriptionis vis, &
efficacia, quò ad inducendum titulum, conſi-
ſtat in præſumptione, quæ veritati apparen-
ti perpetuò cedere debet, quantumuis ſit à
16 lege approbata, *l.continuus, §.cum ità, ff. de
verbor.obligat. Abb.conſ.61.n.6.verſ.cum an-
tiquitas facti, Menoch.conſ.409 num.68.* & in
ſpe-

Digitized by Google

ſpecie. *Peregr. de Iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 25.*
vbi, quòd, veritas ſit omnipotens.
17 Meritó, dum conſtat de initio, huiuſmodi
præſumptio tituli non ſuffragatur, vt poſt
plures allegatos arguit, *Lotter. de re benefic.*
lib. 2. q. 7. num. 31. & ſeqq. ubi, quòd licet im-
memorabilis uerificetur in centenaria in Iu-
18 re Patronatus; id tamen eſt intelligen-
dum, dummodò non conſtet de initio
contrario, & eſt regulare, ut lapſus cuiusli-
bet temporis, quantùmuis longiſſimi, etiam,
ut noſtri dicere ſolent, mille annorum,
nō ſuffragetur, quoties conſtat de initio,
iuxta celebrem theoricam, *Innocēt. in cap. du-*
dum de Decimis, Ancharan. conſ. 82. n. 7. & 8.
Dec. conſ. 13. num. 2. & conſ. 36. num. 5. Caſtr.
conſ. 423. Couarr. in cap. poſſeſſor. part. 2. §. 8. n.
4. ad fin. de regul. Iur. in 6. Pariſ. conſ. 114. n. 8.
& 27. lib. 1. optimè *Camill. de Curt. in diuerſ.*
Iur. feudal. verſ. declaratur, num. 129. fol. 75.
Roderic. de ann. addit. lib. 1. q. 14. n. 8. Menoch.
lib. 3. præſumpt. 139. n. 49. Peregr. de Iur. fiſc.
lib. 6. tit. 8. n. 25. Afflict. in cap. 1. §. ſi per trin-
ginta in 1. Notab. tit. ſi de feud. fuer. contr. ubi
optimè loquitur, *Gratian. cap. 559. num. 34. &*
duobus ſeqq. egregiè pluribus congeſtis, *Can-*
cer. var. par. 3. cap. 3. num. 124. & ſeqq. Crauet.
de antiq. tempor. in 4. part. in §. abſolutis, ſub n.
60. & ſeq. & in § materia, ſub n. 2. Molin. de
Primog. Hiſp. lib. 2. cap. 6. n. 64. verſ. in ſecun-
da ſpecie, Card. de Luca de alienat. & contract.
probib. diſcur. 3. n. 9. & de Regalib. diſc. 47. n. 4.
& ſeqq. Giurb. dec. 71. num. 3. & ſeq. Raudenſ.
deciſ. Piſan. 9. num. 17. Ludou. dec. 467. num. 6.
Merlin. dec. 702. num. 39. Buratt. dec. 831. nu. 6.
Rot. in recent. dec. 314. & dec. 344. utrobique
num. 6. part. 11.
19 Tum etiam, quia, ſtante initio, ceſſat in
centenaria, non ſolùm ratio; ſed etiam qua-
litas, ob quam immemorabili cōceditur præ-
ſumptio cuiuslibet melioris tituli, quini-
mò, potiùs concurrunt qualitates contrariȩ
inter ipſas; Cum enim, ex ſupra deductis, prȩ-
ſumptio tituli, non ob aliam rationem im-
memorabili tribuatur; niſi, quia ob tàm ma-
20 gnam uetuſtatem, ac penè infinitam, exce-
dentem hominum memoriam, ſit præſumen-
dum, non ſine legitimo titulo factum, quod
tamdiù eſt factum.
Abſque dubio huiuſmodi ratio non mili-
tat in centenaria continente initium, in qua,
21 cum titulum habeamus, non oportet aliud
quærere, neque fatigari debemus in dan-
do eidem centenariæ alios titulos à Iure prȩ-
ſumptos, dum conſtat de initio certo, & in-
dubitato, ex quo uerus titulus reſultat; prout
22 in terminis, quòd centenaria non æquipol-
leat immemorabili; ideòque non includat in
ſe præſumptionem tituli, eò ipſo, quòd con-
ſtat de initio, egregiè firmant, *Auendan. ad*
l. 41. Taurigloſ. 1. num. 15. & in tract. de cenſ.
cap. 8. num. 18. & poſt *Molin. Theolog. & Hon-*
ded. Caſtill. lib. 7. de Tertijs, cap. 26. num. 69. in
fin. alijque relegendi penes, *Fontanell.* qui
egregiè, ac neruosè præ cæteris diſputat ad
partes, *dec. 586. à n. 1. vſque ad 13. & nu. 22.*
lib. 2. ubi plura habentur notabilia ad hanc
materiam.
Ideòque, ſtantibus ſpecialibus auctoritati-
bus, ita diſtinguentibus, ſatis probabiliter
exiſtimo, ſubſtineri poſſe in Iudicio opinio-
nem, *Rot. in recent. dec. 291. num. 14. part. 16.*
in qua approbatur prædicta diſtinctio, & re-
23 ſpondetur deciſioni *Rot. in recent. 253. n. 1.*
& ſeqq. part. 13. ubi firmatur concluſio, quòd
ex curſu centenariȩ prȩſumatur licentia, &
derogatio Principis, & quicumque alius titu-
lus neceſſarius; cum omnes auctoritates ibi-
dem allegatæ, ſignanter *Molin. Caſtill. Hieron.*
de Leo, & Capye. loquantur cum præſuppo-
ſito, quòd nullo modo conſtet de initio ac-
quitionis.
Supradicta uerò diſtinctio poterit mirifi-
24 cè confirmari per optimum *textum in cap.*
cum nobis 14. de præſcript. ubi loquens S. M.
Innocentius Tertius Pontifex de ſimplici, &
propria centenaria prȩſcriptione, quæ con-
uenit Eccleſiæ Romanæ expreſsè habetur,
quòd ex ea præſcriptione ſint faciendæ de-
ductiones impedimentorum, ſicut in alijs
præſcriptionibus: Ibi, *tempora tamen inter-*
cedentium Schyſmatum, quæ ſecundùm Iuris
ordinem præſcriptionem impediunt, nolumus
aliquatenus computari; ſed diligenti conſidera-
tione adhibita deduci, quæ deductio, cū abſq;
dubio de Iure ſit facienda, etiam in præſcri-
ptione centenaria, ſi concurrerent, alia impe-
dimenta; ideòque illa ſit ſubiecta malignita-
ti tituli uitioſi, ſi fortè appareret.
25 Hinc pernecesſè reſultat, ut, ſi præſcrip-
tio centenaria haberet uicem immemorabi-
lis, quó ad præſumptionem tituli, huiuſmo-
di deductiones abſque difficultate non fierēt,
cum in immemorabili non admittantur, quia
nihil prodeſſent, cum eadem immemorabilis
26 præſupponat tempus infinitum; ideòque
intrat regula, tam legalis, quàm Philoſophi-
ca, ſi ab infinito finitum demas, ſemper,
quod remanebit, erit infinitum, atque adeò
ſemper erit perfecta immemorabilis, ut poſt
Oldrad. conſ. 254. num. 14. aduertit *Molin. de*
Primog. Hiſpan. lib. 2. cap. 6. num. 47. Guttier.
27 *pract. quæſt. lib. 3. quæſt. 17. n. 290.* vbi, quòd
omnis immemorabilis ſupponat quid infini-
tum, à quo nullum tempus finitum poteſt
deduci, prout egregiè ad propoſitum ar-
guit, expendendo prædictum *text. Fontanell.*
d. dec. 586. num. 9. & quatuor ſeqq.
Verùm aduerſus prædicta maxima inſur-
git difficultas, quòd, etiam admiſſa, ſine ueri
præiudicio, ſupradicta diſtinctione, inter cē-
tenariam, & immemorabilem, quæ non trā-

Google

ſit abſque difficultate, cum etiam in centena-
28 ria habeamus ſpeciales auctoritates, indi-
ſtinctè firmantes, ut faciat preſumere titulũ,
omniaque neceſſaria requiſita, prout omiſſis
alijs, benè aduertunt, Peregrin. conſ. 85. nu. 4.
lib. 4. Soccin. Iun. conſ. 76. num. 9. & ſeqq. lib.
1. Cephal. conſ. 403. num. 62. lib. 3. Decian. conſ.
24. n. 110. verſ. quæ omnia, lib. 1. Riminal. Iun.
conſ. 26. n 8. verſ. quinimmò, & n. 9. & 33. lib.
1. Miſing. cent. 5. obſeru. 29. num. 31. latè Theſ.
Iun. q forenſ. 27. num. 18. & ſeq. lib. 2. Cyriac.
contrau. 3. n. 64. Fantanell. dec. 217. num. 19. &
ſeq. Reuerter. dec. 83. num. 3. ibique, de Marin.
in obſeru. & dec. 328. num. 4. Rot. in recent. dec.
218. num. 51. part. 6. & dec. 29. num. 2. & ſeqq.
part. 7.

29 Eatenus centenariæ, quin etiam millena-
riæ poſſeſſioni denegetur operatio, ut eius vi-
gore, allegari poſſit quicumque melior titu-
lus de mundo; quatenùs detur initium cer-
tum, ac præciſum acquiſitionis per titulum
explicitum, ad quem reſtringatur Ius poſſeſ-
ſoris, quo caſu ceſſat, ſublataque remanet
poſſibilitas tituli melioris, quæ conclusio nõ
eſt applicabilis in præſenti, nam tantùmmo-
dò poſſet procedere, ſi poſſeſſor rei fideicõ-
miſſariæ infælicìter, quinimò peſſimè conſul-
tus, produceret titulum emptionis reſul-
tantem ex inſtrumento inito cum hærede
grauato, quo ſtãte, præſumendum eſſet, pro-
duxiſſe meliorem titulum, atque adeò con-
ſtaret de initio certo, & indubitato, exclu-
dente præſumptionem alterius tituli, ex ſu-
pra firmatis.

30 Secus autem, quoties ab hærede fideicom-
miſſario produceretur dictum Inſtrumentum
emptionis, ſiue titulus ex eo reſultans; tunc
enim ex productione tituli facta ab actore,
nullo Iure remanet excluſa in reo, & poſſeſ-
ſeſſore multiplicatio, & allegatio aliorum
titulorum; ſemper enim, qui præſcripſit, di-
cere poterit, titulum illum exhibitũ ab acto-
re, non eſſe titulum, qui ſuæ poſſeſſioni cau-
ſam dederit, ſed alium adeſſe titulum potio-
rem, & meliorem, ſuæque poſſeſſioni reſpon-
dentem, qui, licet non oſtendatur, probatur
tamen, & præſumitur, probata immemora-
31 bili, vt in ſpecie immemorabilis, optimè pro-
bant, Barboſ. in Rubr. C. de præſcript. 30. vel
40 annor. num. 348. & ſeq. Cancer. var. lib. 3.
cap. 3. ſub n. 126. Molin. de Primog. lib. 2. cap.
8. n. 73. Capiblanc. de Baron. Prag. 11. n. 152.
Giurb. obſeru. 71. n. 15. egregiè iuxta morem,
32 Roſa cõſult. 12. n. 49. Card. de Luca de fideicom.
diſc. 164. n. 5. in ſupplem. ubi, quòd quãuis actor
exhibeat aliquem titulum, qui appareat vi-
tioſus, poſſeſſor poterit dicere, ei ſuperue-
niſſe alium titulum meliorem ſuppletiuum
cuiuſcumque defectus, & vitij, & de alienat.
& contract. prohib. diſc. 3. n. 18. Oſaſch. dec. 40.
num. 30. Maſtrill. dec. 114. num. 41. & ſeq. Caſ-
ſador. dec. vlt. num. 7. poſt med. de procurat.
Creſcent. dec. 21. num. 4. de probat. Rot. in rec.
dec. 56. num. 22. & ſeq. part. 7. & dec. 14. n. 41.
& ſeqq. part. 6. & dec. 158. n. 5. & ſeq. p. 10.
33 ubi, etiam ſi productio tituli fuiſſet facta ab
anteceſſoribus, quando ſucceſſor non uenit
Iure hæreditario, ſed proprio.

34 Huiuſmodi motiuum, licet alioquin
videatur grauiſſimum, maximaque ani-
maduerſione dignum, adeòut meum tor-
queat ingenium; Nihilominus exiſtimo, aliam
reſponſionem non adeſse; niſi, quòd ad effe-
35 ctum, ut in centenaria dicatur conſtare de
initio, ſatis ſuperque ſit, ſi ab actore produ-
catur titulus; ſi enim auctores, à quibus cau-
ſam habent poſseſsores rei fideicommiſsa-
riæ, emerunt, & ſoluerunt pretium hæredi
grauato venditori, ex hoc pernecesſè ſequi-
tur, quòd anteà eiſdem, nullo iure, fuerit quę-
ſitum Dominium; ſed potiùs tunc temporis
36 illud reſideret penes venditorem; cum in
prophanis regulariter incompoſſibilis ſit in
eadem perſona titulorum ſucceſſiua multi-
plicatio, reſpectu dominij, l. 1. §. ex pluribus,
ff de acq. poſſeſſ. cap. inter dilectos de fid. inſtru-
men. circà fin. §. ſi rem, inſtit. de legat. l. non ut ex
pluribus, ff. de reg. Iur. Caſanat. conſ. 9. num. 70.
Cancer. variar p. 3. cap. 7. nu. 313. Rota in re-
cent. deciſ. 218. n. 10. p. 6. Bich. deciſ. 96. num. 6.
Et licet in aliquorum ſententia ſemel Domi-
37 nus ex vno titulo, poſſit aliquando alium ti-
tulum acquirere, ex proximè allegandis.

Nihilominus, conſtare debet de priori ti-
tulo, nec non de acquiſitione ſecundi, pro
vberiori cautela, & ad effectum, ut ex eodẽ ſe-
cũdo titulo, ſi opus ſit, ſe defẽdere valeat, cap.
poſt electionẽ de cõceſſ. præbend. & benè expli-
cant, Felin. in cap. inter dilectos. nu. 18. de fid.
Inſtrum. Ricciard. in §. quos autem, à n. 149.
vſque ad 152. inſtit. de bonor. poſſeſſ. Peralt. in
l. 3. §. qui fideicommiſſum, num. 2. & 24. ff. de
hæred. inſtit. Oliban. de action. lib. 1. §. ſic
itaque, num. 7. & ſeq. Ant. Gomez ab leg. 45.
Taur. n. 97. & ſeq. Crauett. conſ. 16. n. 6. ubi,
38 quòd res ſemel mea, poſſit acquiri de nouo,
ubi prima acquiſitio ſit dubia, vel ſecunda
plenior, Oldrad. conſ. 23. in fin. Decian. conſ.
13. num. 1. lib. 2. Surd. conſ. 305. n. 59. benè Sua-
rez conſ. 10. n. 65. Cancer. var. par. 3. cap. 3. n.
287. & ſeqq. & c. 7. n. 313. Tiraq. de retract.
conſanguin. §. 1. gloſ. 7. n. 69. Rot. in recent. deciſ.
218. n. 16. & ſeq. p. 6.

Quibus ſtantibus, non poteſt dici, quòd
adeſset alius titulus tempore emptionis, qui-
nimò ex pretij ſolutione remanet excluſa
noua acquiſitio pro ſola cautela.

Probato igitur, ex prædictis, titulo emptio-
nis factæ per auctores poſseſsoris bonorum
fideicommiſso ſubiectorum ab hærede gra-
uato, eò ipſo excluditur efficacia immemo-
rabilis, vel centenariæ; nam Doctores ad
hunc

hunc effectum, nullam adhibent diſtinctio-
nem, à quo Inſtrumentum emptionis produ-
39 catur; ſed ſimpliciter aſserunt, quòd ſi con-
ſtet, habitum fuiſse titulum ab hærede gra-
uato alienante, præſcriptio immemorabilis,
ſiue centenaria remaneat deſtructa, ut pro
abſoluto ſupponunt in his terminis, *Caſtil. controu.par.5. cap.93.§.8.num.48. in princip. Mier.de Maiorat.p.4. q 21.n.53. Cald. recept. ſentent.lib.1.q.23 n.110. Couarr.in regul. poſſeſſor §.3.n.8.par.2. Fontanell.d.dec.586.num.* 17. ubi, quòd in centenaria, ſtatim dicatur
40 probatum initium, eo ipſo, quòd conſtet de
traditione rei, uel alio contractu à principio
inter partes inito.

Verùm, adhuc remanet aliqualis difficul-
41 tas; quamuis enim Doctores ſuperiùs alle-
gati, ſimpliciter, & indiſtinctè affirmēt, quód
in centenaria conſtet de initio, eó ipſo, quòd
appareat, poſſeſſorem rei fideicommiſſariæ habuiſſe titulum ab herede grauato alienante; nihilominus ſunt intelligendi, quando productio tituli fieret ab ipſo poſſeſſore; ſecus autem à fideicommiſſario; tunc enim excluderetur allegatio à poſſeſſore facienda alterius tituli, prout firmant auctoritates allegatæ in obiecto.

Neque ſatisfacit reſponſio, ut concluſio contraria procederet, quoties à fideicommiſſario produceretur derogatio fideicommiſſi, nam ex illius productione non excluderetur allegatio melioris tituli, facienda à poſſeſſoribus; ſecus verò, quando à fideicōmiſſarijs produceretur titulus emptionis factæ per auctores poſſeſſorum.

Si quidem non adeſt diſparitas, inter unú caſum, & alterum; cùm potiſſimùm uis obiecti conſiſtat in productione tituli facta à fideicommiſſario, quæ non poteſt nocere poſſeſſori, illumque excludere ab allegatione alterius tituli, quæ concluſio militat in productione cuiuſcumque tituli facta à fideicōmiſſario.

Ideòque, his ſtantibus, huic obiecto non
42 poterit, meo Iudicio, dari alia congrua re-
ſponſio, niſi, quia *Caſtill. Mierez*, & alij loquentes de initio excludente centenariam ob alienationem factam ab hærede grauato, indefinitè loquantur, nulla adhibita diſtinctione, á quo titulus fuerit productus.

ARGVMENTVM.

Vocaris ad feudum, Maioratum, ſiue fideicommiſſum, filijs legitimis, & naturalibus, & ex legitimo marrimonio procreandis, verè, & non fictè, expreſsè exclusis legirimaris, venire legirimaros per ſubſequens matrimonium, latè oſtēditur; Pluribus adhibitis diſtinctionibus, totam ferè huiuſmodi mareriam complectentibus. Ad ornatum, & explicarionem celebris Reſcripti S.Mem. Alexandri III. *in cap. Tanta, qui filij ſint legitimi*, Iuriumq; Ciuilium, *in Authent. quibus mod. natur. effic. legit. §. ſit igitur licentia, & §. quoniam variè.*

SVMMARIVM.

1 *Legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedunt, quoties in Inueſtitura vocantur filij legitimi, & naturales; quia verè, & propriè ſunt legitimi.*

Expenduntur, tàm Iura Canonica, quàm Ciuilia idipſum comprobantia.

2 *Inueſtitura, quoties non contenta vocatione filiorum legitimorum, vlteriùs addit, eſſe debere ex legitimo matrimonio natos, tunc ſuccedit legitimatus per ſubſequens matrimonium*, & n. 5.

3 *Ad Epiſcopatum, licet eligi non valeat, niſi de legitimo matrimonio natus; nihilominùs per ſubſequens matrimonium legitimatus, eſt habilis ad obtinendum Epiſcopatum.*

4 *Examinatur* text. in l. cum quis, §. qua propter, Cod. de Natur. liber. & in §. fin. inſtit. de nupt.

5 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, perindè eſt, ac ſi eſſet natus ex legitimo matrimonio, cum Ius eum legitimet, retrotrahendo matrimonium ad tempus natiuitatis.*

6 *Legitimitas fuit inducta, non à natura, ſed à Iure communi poſitiuo, ad differentiam Naturalitatis.*

7 *Legitimum eſſe, eſt quid Iuris poſitiui, non quid facti.*

8 *Lex, quando diſponit circa ea, quæ Iuris ſunt, efficaciter operatur, veritatemque; non autem fictionem continet*, & num. 34.

9 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium, efficitur legitimus, & Iuris, tàm Canonici, quàm Ciuilis interpetratione, ex legitimo matrimonio videtur natus.*

10 *Lex ex actu matrimonij ſubſequuto, præſumit, concubinam, vſque ab initio affectu maritali, fuiſſe cognitam.*

11 *Lex præſumit, concubinam ab initio fuiſſe vxorem, & hoc nominè dignam; adeòut ab eo tempore matrimonium inducat.*

12 *Lege operante, matrimonium ſubſequutum retrotrahitur, nec non legitimatio ipſa ad originem conceptionis, quò ad omnes Iuris effectus.*

13 *Filij, quando ex concubina naſcuntur, videtur ineſſe conditio, quòd ſint legitimi, eueniente caſu,*

quòd eius mater deſponſetur; qua conditione, purificata, perindè eſt, ac ſi filij nunquàm fuerint illegitimi.

14 *Traditur differentia, inter Ius Canonicum, & Ciuile, quò ad fictionem, vel præſumptionem, reſpectu legitimationis filiorum, ob ſubſequens matrimonium.*

15 *Legitimati per Reſcriptum regulariter non veniunt appellatione natorum, ſiue procreandorum ex legitimo matrimonio.*

Declara, vt n.17.

16 *Reprobatur contraria ſententia* Butrii, *& aliorum.*

17 *Princeps ſi legitimet cum clauſula,* quòd filii perindè habeantur; ac ſi eſſent legitimè nati, vel de legitimo matrimonio procreati, *hoc modo legitimati, dici debent nati ex legitimo matrimonio, quò ad omnes Iuris effectus.*

18 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium eſt fortior, & efficacior qualibet alia.*

19 *Legitimatio per ſubſequens matrimonium inducit omnimodam exæquationem inter natos ante matrimonium, eodem matrimonio poſteà ſubſequuto, & natos poſteà.*

20 *Aſſertur contraria ſententia* Baldi, *quam poſſe procedere oſtenditur in legitimatione ex Reſcripto, quæ eſt minùs fauorabilis, & potens.*

21 *Nemo poteſt naſci ex legitimo matrimonio, quin ſit legitimus.*

22 *Geminatio verborum nihil operatur, quando proferũtur plura verba ſynonyma idẽ, prorſus ſignificantia; cum potiùs præſumantur appoſita, gratia tollendæ dubitationis, quàm augendæ diſpoſitionis.*

23 *Verba, quòd filij ſint legitimi, & de legitimo matrimonio nati, ſunt ſynonyma.*

24 *Additio verborum,* de legitimo matrimonio nati, *præter alia verba,* legitimi, *non eſt fruſtratoria, ſed operatur excluſionem legitimati per Reſcriptum.*

25 *Legitimatus per ſubſequens matrimonium non ſuccedit, quando Teſtator nominatim abhorruit à legitimatione per ſubſequens matrimonium.*

26 *Quando, non ſolùm uocantur filij legitimi, & ex legitimo matrimonio nati; ſed vlteriùs adduntur verba:* procreandi ex legitimo matrimonio; *adhuc matrimonium ſubſequens operatur eumdem effectum legitimationis filiorum,* & n.ſeqq.

27 *Statutum loquens de nato, & procreato ex legitimo matrimonio, comprehendit legitimatum per ſubſequens matrimonium.*

28 *Legitimatus, quando expreſsè excluditur, intelligitur, de legitimato per Reſcriptum; non autem per ſubſequens matrimonium.*

29 *Legitimati, quando expreſsè excluduntur, intelligi debet, reſpectu legitimationis per Reſcriptum; non autem per ſubſequens matrimonium, de qua debet fieri expreſſa, & ſpecifica mentio.*

30 *Idque, etiam, ſi fuerit dictum,* de legitimo matrimonio procreati, & non aliàs.

31 · *Imò, etiam ſi fuerit additum Verbum,* verè, & non fictè.

32 *De huiuſmodi ampliatione, ob quam rationem poſſit dubitari.*

33 *Legitimatio, quam ſubſequens matrimonium operatur, eſt vera, & non ficta.*

34 *Fictio circa ea, quæ Iuris ſunt, inducit veritatem,* & num.8.

35 *Matrimonium, etiam in articulo mortis contractum, operatur legitimationem, reprobata contraria ſententia.*

36 *In Inueſtitura, quoties ad feudum ſimpliciter vocantur deſcendentes; abſque controuerſia veniunt legitimati per ſubſequens matrimonium.*

CAPVT VIII.

QVÆSTIO eſt in præſenti pro veritate ad iuridicum examen reuocanda, an ſcilicet, legitimatus per ſubſequẽs matrimonium admitti debeat ad ſucceſſionem feudi; cumque huiuſmodi articulus reperiatur apud Doctores potiſſimùm Conſulentes, valdè inuolutus: Quatuor caſus pernecesſè diſtinguere oportet, ſub quibus comprehenſam, exiſtimo totam iſtam materiam.

1 Primus igitur eſt, quando in Inueſtitura ſimplicitèr uocantur filij legitimi, & naturales, & tunc abſque controuerſia omnes conueniunt, quòd ſuccedere debeant legitimati per ſubſequens matrimonium, quia uerè, & propriè ſunt legitimi, iuxtà celebre reſcriptum S.M.Alexandri III. *in cap. tanta, 6. qui filij ſint legit.* Ibi, *Tanta eſt vis matrimonij, ut qui anteà ſunt geniti, poſt contractum matrimonij, legitimi habeantur,* cui concordant Iura Ciuilia, *in Authent. quibus mod. natural. efficiant. legit. §. ſit igitur licentia,* ibi, *Nihil à legitimis differentes, & in §. quoniam variè,* ibi, *Nihil diſſimiles legitimis, & in §. reliqui,* ubi dicitur, *Quòd eos efficientes legitimos, damus eis habere ſucceſſiones illas, quas habent hi, qui ab initio ſunt legitimi, l. cum quis, & l. nuper, C. de natur. liber. § fin. inſtit. de nupt. Caſtr. in l. vlt. C. de his, qui ven. ætat. impetr. Rip. in l. ſi vnquàm n.86. C. de reuoc. donat. Couarr. in 4 2. part. cap.8. §.1. n.3.25. & 27. Lup de illegit. comment.4. §.3. num.9. Peregrin. conſ.28. lib.3. & de fideicom. art.24. n.16. Menoch. conſ.266. lib.3. & lib.4. præſumpt. 81. num.2. Gabr. conſ.21. n.37. Cardin. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.11. tit.12. n.15. Odd. de compend. p.6. art.6. dub.4. num.4. & ſeq. Surd. de alim. tit.1. q.111. num.10. & tit.18. priuileg.67. n.8 Trentacinq. de ſubſtit. p.4. cap.7. n.4 Molin. de Primog. lib.3. cap.1. num.10. Mierez de Majorat. p.1 q.58. num.31.* in ſecunda editione, *Vrſin. de ſucceſſ. feud. p.1. q.4. art.2. in princip. Fuſar. de ſubſtit. q.409. num 1. Solorzar de Iur. Indiar. tom.2. lib.2. cap.17. num.49. & ſeq. Faxard. de legitim per ſubſeq. matr. num.16. Roxas de incompatibilit. p.1. c.4 n.21. & ſeqq. & n 65. & 66.* ubi latiſſimè *Surd. dec.319 n.1. Boer. dec.159. n.20. Dunozet.* Iun. *dec.879. num.8. Larrea dec. Granat.8. n.36.* rectè aduertens, quòd, licet Ius Canonicum *in d. cap. tanta,* ſolummodò loquatur de legitimatione per ſubſequens matrimonium ad ordi-

nes

Digitized by Google

nes ſuſcipiendos, & alia, quæ Eccleſiaſticæ
poteſtati ſubſunt, nihilominus Imperiales
leges Iuri Canonico religioſè deſeruientes,
ad bonorum admiſerunt ſucceſſionem.
2 Secundus caſus eſt, quando Inueſtitura,
non contenta uocatione filiorum legitimo-
rum, ulterius addit, eſſe debere ex legitimo
matrimonio natos; & receptior uidetur ſen-
tentia affirmans, quòd ſuccedat legitimatus
per ſubſequens matrimonium, quod tantæ
eſt efficaciæ, vt etiam ſi poſt natiuitatem fi-
liorum contrahatur, ius eos legitimet, retro-
trahendo matrimonium ad tempus natiuita-
tis, prout probatur *in d. cap. tanta, qui fil. ſint
legitim.*
Et quamnis obijci valeat, ex prædicto te-
xtu ſolùm probari, hos filios eſſe legitimos;
non autem ex legitimo matrimonio pro-
3 creatos; propterea ad hanc diluendam dif-
ficultatem, additur alter *text. in cap. cum in
cunctis, extrà. de electione*, in quo reperitur
ſancitum, *quòd nullus in Epiſcopum eligatur,
niſi de legitimo matrimonio ſit natus*; & nihi-
lominus *gloſ. in d. cap. tanta* verbo *legitimi*,
et in cap. innotuit verbo *coniugata de elect.* aſ-
ſerit, legitimatum per ſubſequens matrimo-
nium habilem eſſe ad Epiſcopatum, cum ex
vi matrimonij in omnibus euadat legitimus,
dicique debeat natus ex legitimo matrimo-
monio, cum matrimonium, vſque ab initio
conceptionis, vitia omnia præcedentia
tollat.
4 Id ipſum, etiam mirificè comprobant op-
timi textus Iuris Ciuilis; Alter *in l. cum quis,
§ qua propter, C. de natural. liber.* vbi Impera-
tor Iuſtinianus ſatis apertè decernit, filios,
tám natos antè matrimonium, quàm poſt
matrimonium contractum, *omnes vna, ea-
demque lance trutinari*, & ne quis ſtatim obij-
ciat, non tamen natos antè matrimoninm,
dici poſſe natos ex matrimonio, idem Im-
perator ſubdit, *ſed qui ex eiſdem matrimonijs
procreati ſunt, ſimili perfruantur fortuna.*
Alter veró *text. in §. fin. inſtit. de nupt.* ubi
agens Imperator de legitimatis per ſubſe-
quens matrimonium, & de natis poſt matri-
monium contractum, ait, *quod, et alijs libe-
ris, qui ex eodem matrimonio, poſteà fuerint
procreati, ſimiliter noſtra Conſtitutio prabuit*,
ex quibus Iuribus, ſatis liquidò deprehendi-
tur, naturales anteá natos, matrimonio
poſtmodùm ſubſequuto, ex eodem matrimo-
nio procreatos appellari.
5 Ob quæ iura hanc ſententiam, præ cęteris,
omiſſis alijs, conſtanter defendunt, uti uerio-
rem, *Couarr. in 4. 2. part. cap. 8. §. 2. num. 30.
Fortun. Garz. in l. Gallus, §. et quid ſi tantùm
n. 267. ff. de lib. et poſth.* vbi late, & rectè im-
probat contrariam *Bald. et Alex.* opinionem
*Lupus de illegit. commentar. 4. §. 3. n. 13. et ſeq.
Burſatt. conſ. 18. num. 7. Natta conſ. 12. num. 13
Alex. conſ. 5. num. 3. lib. 7.* ibique *Add. Gabr.
conſ. 21. num. 39. lib. 1. Ladereb.* ſ pluribus aliis
congeſtis, *conſ. 24. nu. 36. verſ. ſed praterquã,
et n. 50. verſ. quò eired*, affirmans, reſponden-
do contrarijs, Doctores contrarium tenentes
euertere diſpoſitionem Pontificiam, & Im-
perialem, *Lancellott. Gall. conſ. 122. num.
19. et per tot.* & in eadem cauſa, *Menoch. conſ.
779. num. 8. lib. 8.* & prius *conſ. 227. n. 64. lib.
3. Surd. conſ. 213. n. 18. et 21. Angniſc. conſ. 74.
n. 4. lib. 6. Decian. reſp. 33. n. 3. tom. 5. Giouagn.
conſ. 59. ex num. 45. lib. 1.* egregiè *Altograd.
conſ. 93. lib. 2. num. 1. et pluribus ſeqq. Mareſc.
lib. 3. var. cap. 18. ex n. 45.* Menoch. *lib. 3. pra-
ſumpt. 81. n. 4. et ſeq. Peregrin. de fideicom. art.
24. ex num. 14. Gratian. cap. 468. num. 53. Mer-
lin. de legit. lib. 1. tit. 2 q. 7. n. 10. et ſeq. Malin.
de Primog. lib. 3. cap. 1. n. 10. Garz. de Nobilit.
gloſ 21. num. 22. et 62. Garz. de benefic. p. 7.
cap. 2. num. 43. Lotter. de re benefic. lib. 2. q. 48.
n. 91. Aluarad. de coniect. ment. defunct. lib. 2.
cap. 7. n. 9. Vrſin. de ſucceſſ feud. p. 1. q. 4. ex n.
29. vſque ad 32.* qui, licet ſub dubius, in hanc
ſententiam videtur procliuior, *Hodiern. ad
Surd. decis. 319. num. 5.*, vbi reprobat
eamdem deciſionem, Surdi *Noguerol. alle-
gat. 23. n. 13. et ſeqq.* benè, & latè, Roxas *de
incompatibil. par. 1. cap. 4. num. 21. et ſeq. Fa-
xard. de legit. per ſubſeq. matrim. num. 143. et
ſeqq. Solozar. de Iur. Ind. lib. 2. cap. 17. n. 54.*
apud quos plures alij allegantur, & deci-
ſum teſtantur, *Caualcan. dec. 32. n. 12. verſ. et
ſic apparet, par. 3. Boer. dec. 159. num. 5. Cache-
ran. dec. 154. n. 5. et per tot. Larrea dec. Granat.
8. n. 6. & ſeqq.* quidquid in contrariũ nõ rectè
aſſerat *Caſtill. lib. 4. controu. cap. 31. num. 27.
32. 33. et 70. vſque in fin.*
Huiuſmodi verò ſentẽtia, omiſſis alijs, du-
6 plici potiſſimùm rationi ſatis congruè inni-
titur: Primò, quia inficiari non poteſt, quin
non á natura; ſed à Iure communi poſitiuo
fuerit inductum, filium eſſe legitimum ad
differentiam naturalis, *Authent. quib. mod.
natural. effic. legit. §. liceat igitur, et §. ſi quis do-
talia, authent. quib. mod. natur. effic. ſui*, & do-
cent apertè, *Bart. in l. ſi is, qui pro emptore,
n. 29. ff. de vſucap. Dec. conſ. 155. n. 6. Becc. conſ.
142. num. 8. et conſ. 165. num. 22. et ſeq. Gioua-
7 gnon. conſ. 59. num. 55. verſ. confirmatur.* Qui-
nimò eſſe legitimum, eſt quid Iuris poſitiui,
non quid facti, prout rectè obſeruat *Syluan.
conſ. 3. n. 21. verſ. ita quod*; Ideòque, his ſtanti-
bus, à Iure poſitiuo optimè potuit declarari,
hos natos antè matrimonium, legitimos ef-
fici, matrimonio ſequuto, & ex eodem matri-
8 monio natos cenſeri; quando enim lex diſpo-
nit circa ea, quæ Iuris ſunt, efficaciter ope-
ratur, veritatemque; non autem fictionem
continet, *l. ſi maritus, §. legis*, vbi *Bart. ff. ad
leg. Iul. de adult. & in d. l. ſi quis pro emptore,
num. 29. ff. de vſucap.* vbi in ſpecie loquitur,
etiam

etiam ſi vtatur verbo, videtur, Rip. in Rubr.
ff ſi cert.pet n.92.verſ. tu potes.
9 Atque adeò, dum text.in cap.tanta,qui fil.
ſint legit.vult,filios ex ui ſubſequentis Matri-
monij legitimos haberi, & Iura Ciuilia ſupe-
riùs allegata, appellant eos procreatos ex
iiſdem matrimonijs, ex quibus nati ſunt po-
ſteà geniti,diſponendo ,eos aqua lance truti-
nari; parique perfrui fortuna;prout in d.l.cum
quis, §.qua propter,Cod.de natural. lib. vel fi-
lios,ita reſtitui natura , & antiqua ingenuitati,
prout habetur in d. §. liceat igitur , Authent.
quib.mod.natural.effic.legit. idemque reperia-
tur ſancitum in §.ſi quis dotalia, Auth.quibus
mod.natur.effic.ſui: Ibi, et filios, vel praceden-
tes,uel conceptos legitimos et eſſe ſancimus,ex-
plorati Iuris eſt, hoc beneficium filijs impar-
tiri, non ex eo, quód Imperator reſcribendo
ita voluerit, & declarauerit ; ſed potiùs im-
mediatè ex ipſomet ſubſequuto matrimo-
nio;quod non poteſt efficere legitimos filios,
iam anteà natos; ſed tantùm naſcituros; niſi
lex ſtatuendo,idem decernat de filijs anteá
natis , quod de naſciturìs; adeòut , & anteà
nati, & poſteà naſcituri , eodem prorſus Iu-
re cenſeantur ; prout egregiè arguit ſubtilis,
Facchin.controu.Iur.lib.7.cap.51. litt.C. verſ.
Ego tamen, Nicol. de Vbald.de ſucceſſ. ab inte.
ſtat.par.1.n.65. latè Gionagn.d.conſ.59.n.55.
Altograd.d.conſ.93.n.9.& ſeq.lib.2.
10 His omnibus accedit,quòd lex ex actu ma-
trimonij ſubſequuto,præſumit , concubinam
vſque ab initio affectù maritali fuiſſe cogni-
tam, l.cum quis, §.neque enim, C.de natur.lib.
Ibi, Neque enim veriſimile eſt , eum , qui po-
ſteà, vel donationem , vel dotem conſcripſerit,
ab initio talem affectionem circà mulierem nõ
habuiße , quæ eam dignam eſſe vxoris nomine
faciebat, Rip. in l.ex facto, §. ſi quis rogatus,
il primo, n.46.ff.ad Trebell. Duenn. Reg.350.
ampl.3.Menoch.conſ.225.n.11.aſſerens,hanc
præſumptionem eſſe innixam Iuris veritati ,
Ladcrch.conſ.24.ſub n.13.verſ. ſecundò conſi-
11 dero, vbi , quòd lex præſumat , eam ab ini-
tio fuiſſe vxorem, & hoc nomine dignam, &
ab eo tẽpore matrimonium inducit , Alciat.
cõſ.52.n.3.to:3.lib.9.latiſſimè vidẽdus,Lotter.
de re benefic. lib.2. q.48. à num.82. vſque ad
95.Roxas de incompatibilit.par.1.cap.4.n.65.
12 Ideóque,lege ita operante, matrimonium
ſubſequutum retrotrahitur ; nec non legiti-
matio ipſa ad originem conceptionis , quò
ad omnes Iuris effectus ; prout affimant cõ-
muni ſenſu, Doctores in l.Gallus, §.& quid ſi
tantùm , ff. de liber. & poſthum. Ladereb. d.
conſ.24.n.22 Vuſſembec.conſ.44.n.40.ſeq.lib.
1. Auguiſe.conſ.74.n.3. & 9.lib.6.Surd.conſ.
13 213.n.17. ubi, quòd, quando filij ex concu-
bina naſcuntur , videatur ineſſe conditio,
quòd ſint legitimi, eueniente caſu,quòd eius
mater deſponſetur,qua conditione purifica-
ta,perindè ſit , ac ſi filij nunquàm fuerint il-
legitimi, Coſta de retrotract.cap.8.caſ.32.n.
3. & ſeqq. Menoch.conſ.227.n.63. verſ.reſpõ-
detur ſecundò, Altograd.d.conſ.93.num.13.&
ſeq. lib.2.
14 In hoc autem differunt Ius Canonicum,&
Ius Ciuile, inter ſe in huiuſmodi materia,
quia Ius Canonicum fingit matrimonium cõ-
tractum ante natiuitatem filiorum ; ideóque
fauore matrimonij eos habet pro legitimis;
Ius verò Ciuile,non fictionem, ſed præſump-
tionem inducit; præſumendo,vſque ab initio
matrimonium fuiſſe contractum ; ſed quo-
modocumque res ſe habeat , ſiue Ius Cano-
nicum, ſiue Ciuile inſpiciamus , eodem mo-
do intentum conſequimur , cum fictio circa
ea, quæ ſunt Iuris,inducat veritatem,Iuriſq;
præſumptio,liquidiſſima dici debeat proba-
tio, prout tradunt, Alba conſ.750.n.26. Al-
tograd.d.conſ.93.n.16. Alciat. Surd. & alij in
locis allegatis.
15 Secunda ratio accedat, quòd,licet regula-
riter legitimati per reſcriptum non veniant
appellatione natorum , ſiuè procreatorum
ex legitimo matrimonio, iuxta receptam
theoricam Bald. in l.Gallus, §.ſi eius , ibique
Imol.in fin. Soccin.Sen.num.6.verſ.tertius ca-
ſus , ff. de lib. & poſthum. idem Bald. in l.
ſi quis poſthumos , ff. eodem titulo Caſtr.
in l.fin.n.6. Cod.de his, qui ven. ætat. impetr.
Aretin.in l.ex facto,n.10.ff.de vulg. Alex. in
l.generaliter,§.cum autem,n.2. ibique Iacob.à
S. Georg.n.4. C. de inſtit. & ſubſtit.Bart. conſ.
75. Alex.conſ.2.n.13. lib.1. & conſ.172.n.2.
lib. 7. Dec. conſ. 155. num. 7. & conſ.425.
num. 4. & 12. Ruin. conſ. 80. num. 10. &
ſeq. & conſil. 103. num. 5. lib. 3. Pariſius
conſ. 9. num. 45. & conſ. 12. num. 48. lib. 2.
Bero.conſ.180.num.16.lib.2. Rimin. Iun.conſ.
46. num. 47. & ſeqq. lib. 1. Cephal. conſ.
606.num.35.& ſeqq.Decian.conſ.42.n.27.lib.
1.& conſ. 88.num. 11. & 24. lib.2. Menoch.
conſ.20.num.27.& conſ.173.n.71.Eugen.conſ.
52.n.66.Surd.conſ.1. n.97. verſ. & quamuis
regulariter, lib.1.& conſ.456. num. 9. lib.4.
Marzar.in Epit.de fideic.p.2.q.30. Molin.de
Hiſp.Primog.lib.3.c.3.n.31. qui teſtatur de
communi,Cardin.Mant.de coniect. ult.volunt.
lib.11.tit.10.num.23.& ſeq. Craſſ.in §. fidei-
commiſſum,q.38.n.5.Peregrin.de fideic.art.23.
num.45.Ruſtic. in l. cum anus lib.2. cap.15.n.
175.& ſeq.alijſque allegatis, Fuſar.de ſubſt.q.
408.n.71. Quidquid contrarium ab errantes
16 à communi,non rectè ſenſerint, Butr. in cap.
per venerabilem n. 17. extrà , qui fil.ſint legit.
Dec.conſ.624.num.4. Burſatt. conſ.18.n.6.&
10.Menoch.ſibi contrarius,conſ.225.num.19.
& conſ.227.n.31.
17 Nihilominùs , ſi Princeps legitimet cum
clauſula, Quòd perindè habeantur , ac ſi eſſent
legitimè nati , vel de legitimo matrimonio pro-
cre-

creati, virtute exæquationis factæ à Principe,
filij, hoc modo, legitimati dici debent nati de
legitimo matrimonio, & admittuntur ad
omnia ea, ad quæ admitti poſſunt nati poſt
contractum matrimonium, cum ſufficiat,
quòd à Principe fuerit inducta exæquatio;
prout tradunt, Affl. in cap. mulier habens §.
naturales filij, in 5. notab. n. 2. & 3. ſi de feud.
fuer. controu. int. Domin. & Agnat. Surd. conſ. 1.
num. 88. & ſeq. & n. 98. Pedroc. conſ. 10. n. 44.
& ſeqq. Laderch. conſ. 24. n. 15. Facchin. conſ. 2.
num. 14. lib. 2. Giouagn. conſ. 59. num. 49. Alto-
grad. d. conſ. 93. n. 17. lib. 2. Decian. conſ. 35. n.
41. lib. 4. Cephal. conſ. 111. lib. 1. Rimin. conſ.
294. num. 21. verſ. nec obſtat, lib. 3. Ruin. conſ.
161. num. 29. verſ. ſed quàmuis lib. 2. & conſ.
76 num. 12. lib. 3. Menoch. conſ. 20. num. 19. &
ſeq. & conſ. 827. num. 12. & ſeqq. Guttierez de
matrim. cap. 74. n. 15. Pret. de interp. vlt. vol.
fol. 315. n. 5.

Ergo multò magis id aſſerendum in legi-
18 timatis per ſubſequens matrimonium, cum
huiuſmodi legitimatio ſit fortior, & effica-
cior qualibet alia, Crot. in l. Gallus, §. & quid
ſi tantùm, ſub num. 169. verſ. quid prædicta,
ff. de lib. & poſthum. Cephal. conſ. 111. num. 2.
magiſque inducat omnimodam exæquatio-
nem, inter natos antè matrimonium, eodem
19 matrimonio poſteà ſequuto, & natos poſteà,
prout eſt text. ſatis apertus, in d. §. ſi quis do-
talia, Authent. quibus mod. natur. effic. ſui, &
in ſpecie firmant, præter proximè allegatos,
Laderch. d. conſ. 24. n. 15. & tribus ſeqq. Giouà-
gn. d. conſ. 59. n. 49. Altograd. d. conſ. 93. num.
18. & ſeq. lib. 2.

20 His igitur firmatis, non aduerſatur Bald.
Anteſignanus contrariæ ſententiæ contrà le-
gitimatum, in d. l. Gallus, § ſi eius in fin. ff. de
lib. & poſthum. & in l. filium in 1. lect. num. 1.
ff. de his, qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. Pau-
lus in 1. lectura n. 4. ff. de ſtat. homin. & conſ.
206. lib. 2. & conſ. 492. lib. 4. & conſ. 367. lib. 5.
quem ſequuntur, prę cęteris, Alex. conſ. 2. lib.
1. & conſ. 121. num. 8. lib. 2. & conſ. 7. Cardin.
Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 12. n.
14. & ſeq. & num. 17. vſque ad 26. Peregrin.
conſ. 1. num. 26. & ſeq. lib. 3. & conſ. 91. num.
36. lib. 1. et conſ. 56. n. 1. lib. 5. et de fideicom.
art. 24. à num. 25. vſque ad 46. Loffred. conſ. 1.
num. 49. de Marinis cap. 126. lib. 1. Ant. Fab. de
error. Pragm. decad. 35. error. 6. in fin. et lib. 6.
tit. 25. definit. 19. Vincent. de Ann. in repet. cap.
1. de Vaſſall. decrep. ætat. n. 431. Theſaur. deciſ.
193. Surd. dec. 319. alijque plures congeſti
per Caſtill. lib. 4. controu. cap. 31. n. 95.

Horum enim ſententia poteſt procedere
in legitimatione ex reſcripto proueniente,
quæ minus fauorabilis, & potens eſt; prout
rectè ſatisfaciendo contrarijs, aduertit, Co-
uarr. in 4. 2. par. cap. 8. §. 2. num. 30. Decian. re-
ſponſ. 33. num. 13. Mareſc. var. lib. 3. cap. 18. n.
50. et ſeq. Noguerol. allegat. 23. num. 31.

Præcipuè, quia vocatio natorum ex legi-
timo matrimonio, inuoluit, etiam legitimos;
cumque huiuſmodi verba ſint Synonyma,
21 potiùs dici debet inculcatio verborum; quàm
geminatio; nemo enim poteſt naſci ex legiti-
mo matrimonio, quin ſit legitimus; ideòque
cum ſit expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt,
nihil prorſus aſſerta geminatio operatur;
prout rectè, in his terminis, aduertunt, La-
derch. conſ. 24. n. 54. Anguiſc. d. conſ. 74. n. 6. lib.
6. Noguerol. d. allegat. 23. n. 32.

22 Multòque magis, quia geminatio verbo-
rum nihil operatur, quando proferuntur
plura verba Synonyma idem prorſus ſignifi-
cantia; potiùs enim præſumuntur appoſita,
tollendæ dubitationis gratia, quàm augendæ
diſpoſitionis, l. 1. §. ſed ſciendum, ff. de ædilit.
edict. Abb. in cap. ſolitę de maior. et obedient. et
in cap. certificari de ſepult. & in his terminis,
Marcabrun. conſ. 73. num. 52. verſ. quartò re-
23 ſpondeo, aſſerens, filios eſſe legitimos, & de
legitimo matrimonio natos, eſſe Synonyma,
& adhiberi cauſa tollendæ dubitationis. Bur-
ſatt. conſ. 18. n. 19. verſ. accedo ad ſeptimum,
Sfort. Odd. de compendioſ. p. 6. q. fin. concluſ. 7.
verſ. quartus caſus principalis, Mareſc. var.
lib. 3. cap. 18. n. 50. et ſeq. Giouagn. conſ. 59. n.
64. lib. 1.

Neque ſubſiſtit præcipuum fundamentum
contrariæ ſententiæ; quod, ſcilicet, prædi-
cta verba, de legitimo matrimonio nati,
nihil prorſus operarentur, & ſint ſine effe-
ctu, ſi non excluderent legitimatum per ſub-
ſequens matrimonium.

24 Siquidem eſt animaduertendum, quòd plu-
rimùm operetur additio eorũdẽ verborum,
excludendo legitimatos per reſcriptum; pro-
ut in ſpecie reſpondent, add. ad Alex. conſ. 5.
lib. 7. Burſatt. d. conſ. 18. num. 19. verſ nec repu-
gnat. Laderch. conſ. 24. nu. 55. Anguiſciol. conſ.
74. lib. 6. Marcabrun. conſ. 73. num. 39. & 52.
verſ. ſecundò reſpondeo, Odd. de compendioſ. in
vlt. fol. totius oper. num. 7. verſ. ego contrarium
teneo, Lup. de illegit. comment. 4. §. 3. num. 14.
ad fin. verſ. nec aliter, Noguerol. d. allgat. 23.
num. 36.

25 Fruſtrà autem ex aduerſo allegatur, Iſern.
in cap. 1. §. naturales num. 9. ibique, Bald. verſ.
quæro, ſi de feud. fuerit controu. cum loquatur
in terminis longè diuerſis, quando, nempè
Teſtator nominatim abhorruit à legitima-
tione per ſubſequens matrimonium, vocando
filios legitimos, & naturales verè, & non fi-
ctè, ex legitimo matrimonio procreandos, &
non per ſubſequens matrimonium, & in eiſ-
dem terminis loquuntur Menoch. conſ. 227. n.
18. Cephal. conſ. 82. n. 74. Odd. de ſubſtit. par. 6.
art. 6. num. 7. verbo, & legitimati, Mareſc. var.
lib. 3. cap. 18. n. 51. Giurb. ad conſuet. Meſſan.
cap. 1. gloſ. 4. p. 1. ſub n. 12. Bich. dec. 101. n. 19.
& ſeq.

26 Ter-

Digitized by Google

26 Tertius caſus eſt, quando vocatio eſt ſub
qualitate præcedentis ſecundi caſus, & ad-
duntur verba, *procreandi ex legitimo matri-
monio*; & licet nonnulli affirment, procrea-
tionem requirere legitimum matrimonium
inter parentes, inſpecto natiuitatis tempore,
inter quos præ cæteris, *Socc.Iun.con.77.num.
14.lib.3.Roland.conſ.100.lib.2.Card.Mant. de
coniect.vlt.vol lib.11.tit.12. à n.14.* aliiſque
relatis. *de Marin.d.cap.226.num.4.lib.1.* Ni-
hilominùs receptior eſt ſententia affirmans,
quòd adhuc matrimonium ſubſequens, quod
in caſu præcedenti operatur, filios eſſe ex le-
gitimo matrimonio natos, etiã operatur, eſſe
procreatos ex legitimo matrimonio, adhuc
inſpecto principio naſcẽdi; ita optimè, *Abb.
in d.c.tãta, n.10.qui fil.ſint leg.* ibiq; *Barboſ.n.
26.de Vegbas, nu. 82.in fin.add.ad Alex.conſ.
5.lib.7.Menoch.conſ.227.num.64 lib.3.* ubi de-
27 fendit, legitimatum per ſubſequens matri-
monium, in ſpecie ſtatuti loquentis, de nato,
& procreato ex legitimo matrimonio, *&
28 conſ.779.num.17.lib.8.* vbi, quòd, quando ex-
cluditur expreſsè legitimatus, hoc intelliga-
tur de legitimato per reſcriptum, & non per
ſubſequens matrimonium, *Lup.de illegit com-
ment 4.§.3 num.13.& ſeq.Molin.de Hiſp.Pri-
mog.lib.3.cap 1.num.10.* ubi de filio legitimo
vocato cum adiectione, *natus, & procrea-
tus ex legitimo matrimonio, Merlin.de legit.
lib.1.tit.2.q.7.num.11.* vbi pariter de nato ex
legitimo matrimonio, & procreato, *Mareſc.
lib.3.var.cap.8.num.42.& ſeqq. Thomas de
legitim.tit.9.cap.1.num.68. & tit.14.cap.11.
n.282. Fuſar.de ſubſtit.q.409.num.47.& ſeq.
Mierez de Maiorat. par. 2. q.1.* qui poſt alla-
tam ſententiam affirmantem, quòd in verbo,
natus, & procreatus, non comprehendatur
legitimatus; ſubdit, *num.5.* limitando, niſi fi-
lij ſint legitimati per ſubſequens matrimo-
nium, *Gregor.Lop.in l.2.tit.15.part.2.gloſ.10.
q.12. verſ.ſi verò legitimatio, Peregr.de fidei-
com.art.24.n.36.Gratian.cap.754.n.13. Mol-
feſ. ad conſuet.Neapol.par.2.q.10.nu.11.tom.
1.Aluarad. de coniect.ment.defunct.lib.2.cap.
3.num.9.verſ.ſed pro prima parte, Solorzar. de
Iur.Indiar.tom.2.lib.2.cap.17.num.51.Caſtil.
tom.5.contron.cap 75.n.184. & ſeqq.* optimè,
præ cæteris, *Noguerol.allegat.23.num.47.&
ſeqq. Ricc.dec.137.n.3. & duob.ſeqq. part.3.*
aliiſq; relatis, latiſſimè ex recentioribus. *An-
dreol.contron. 302. num. 6.* Doctores centum
quadraginta, pro hac ſententia congerens,
Altograd.conſ.93. lib. 2.

29 Quartus demum caſus eſt, quando legiti-
mati, expreſsè leguntur excluſi, & quæſtio eſt,
an excluſio intelligi debeat, reſpectu legiti-
mati per ſubſequens matrimonium, vel legi-
timati per reſcriptum; in quo articulo rece-
ptior, magiſque vera ſententia eſt, quòd ſo-
lùm, intelligi debeant excluſi legitimati, per
reſcriptum; adhoc enim, vt legitimatus per
ſubſequens matrimonium remaneat exclu-
ſus, eſt omninò, & præciſè neceſſaria expreſ-
ſa, & ſpecifica diſpoſitio loquens, de legiti-
mitate per ſubſequens matrimonium, iuxta
originalem doctrinam, *Iſern.in cap.1.§.natu-
rales, num.9. ſi de feud.defunct.contron ſit,* ibi-
que, præ cæteris egregiè *Afflict. in 5. notab.
ſub num. 3.* cuius hæc ſunt ipſiſſima verba,
*Ego verò ſum cum opinione Dom. Andreæ, vi-
delicet, quòd legitimatus per ſubſequens, ſuc-
cedat in feudis, data etiam Inueſtitura prædi-
cta; niſi expreſsè contrarium appareat ex for-
ma Inueſtituræ; puta, quia diceret, volumus,
quòd legitimatus per ſubſequens matrimonium
non ſuccedat. Bammacar.in d.§.naturales, q.2.
n.18.* Ibi: *Per alias clauſulas, quantùmuis ge-
nerales, non excluditur legitimatus per ſub-
ſequens, niſi de expreſſa mente conſtaret,*
idemque, tradunt, *Add.ad Alex.d.conſ.5 litt.
B.lib.7.Lup.de illegit. comment. 4.§.3.n.10.
verſ.aduertendum eſt, et n.16.et ſeq.Mierez de
Majorat.2.par.q.1.n.38.in 2.edit.Mareſc.var.
lib.3.cap.18.num 51. Petr. de fideicom.q.11.
num.239.verſ.vigeſima tertia concluſio, Roſen-
tal.de feud.cap.7.concluſ.19.Noguerol.d.alle-
gat.23.n.52.*

30 Idque, in fortioribus terminis procedit,
etiam ſi fuerit dictum *de legitimo matrimo-
nio procreati, & non aliàs*, prout in ſpecie
firmant, *Lup.de illegit.comment.4.§.3.num.
15 et ſeq.Guttierez de matrim.cap.74. n.14.*

31 Quinimò, etiam ſi fuerit additum uerbum
verè, et non fictè, Lup. ubi proximè *n.16 Ro-
ueſe.ad Bald.conſ.364.* idẽ *Bald.conſ.213.lib.5.*
ubi, quòd ſubſtitutio procreatorum ex verò
matrimonio, verificetur in legitimato per
32 ſubſequens marimonium; licet de huiuſmo-
di ampliatione poſſet fortaſsè dubitari, ex
ponderatis, *per Burſatt.conſ.390. num. 49. et
ſeq.Theſaur. dec.196 num.4. Vrſin.de ſucceſſ.
feudor.p.1.q.4.art.3. num.31. et ſeq. Ciarlin.
contron.for.cap.111. nu.3.* & licet perfuncto-
riè, *Altograd.d.conſ.93.n.51.lib.2.* Idque, ea
potiſſimùm adhibita animaduerſione, quia
tunc videtur habitus reſpectus ad actum na-
turæ, & ad illã nudã, purãq; facti ueritatem.

33 Potiſſima veró principalis concluſionis
ea eſt ratio, quia legitimatio, quam ſubſe-
quens matrimonium operatur, eſt vera, &
non ficta, & verbum *Habeantur*, de quo *in
d.cap. tanta, qui fil. ſint legit.* ſignificat pro-
prietatem, non autem fictionem, ut probat
ibidem, *Abb.num.4.Barboſ.n.14. Couarr.in 4.
2.par.cap.8.§.2.nu.26. Mareſc.var.lib.3.cap.
17.ex num.44.vſque ad 53.Gregor.Lop.in l.1.
tit.13.p.4.gloſ.7.* verbo *ſon legitimos*, optimè
*Lotter.de re benefic.lib.2.q.48. ex n.81. Bel-
lect.diſquiſit. Clerical.p.1.§.3.n.20.* rectèque
conferunt deducta, per *Solorzar. de Iur. In-
diar.tom.2.lib.2.cap.17.num.50. Mierez de*

Maio-

34 *Maiorat.2.p.q.1.num.7.in 2 edit. Altograd.d. conſ.93.n.16.* ubi, quòd fictio circa ea, quæ ſunt iuris, inducat veritatem.

35 Prædicta verò omnia procedunt, etiam ſi matrimonium fuerit contractum in articulo mortis, quia fraudem non committit, qui ſuo utitur iure, & ſi in conſequentiam tertij reſultet præiudicium, ut in ſpecie *Io: Andr. in cap. tanta, qui fil. ſint legit.* ibique *Abb. num.2. Zabarell. circa fin. Præpoſit. num.6. Barboſ. n.8.* idem *Io: And. in cap.2. de frigid & malefic. Bald. conſ.319. num.3. lib.4. verſ. ſuper tertio, Valenz. conſ.66. num.3. Lup. de illegit. comment.4. §.1. n.17. & 19. Bammacar. de feud. ad tit. ſi de feud. defunct. content. ſit, q.7. num.52. Conarr. in 4.2. par. cap.5. num.25. & ſeq. Sanchez de matrimon. lib.7. diſput. 105. n.8. Menoch. lib.5. præſumpt.5. n.16. Mareſcott. var. lib.3. cap.18, num.14. Fuſar. de ſubſtit. q.409. n.80. Vrſin. de ſucceſſ. feudor. part.1. q.4. art.3. Cancer. lib.3. var. cap.11. num.243. Suarez ad tit de los Pleitos l.9. num.10. Caſtill. in l.12. Taur. n.85. verſ. vltimò quero, ibique Cifuent. n.13. verſ. item noto, Gomez in l.9. num.58. Gregor. Lopez in l.1. tit.13. par 4. gloſ.* verbo: *ſe caſa con ella. Noguerol. d. allegat.23. num.65.* quidquid in contrarium aſſerant adducti per *Epiſcop. Antonell. de tempor legal. lib.4. c.27. num.10.*

36 His igitur præmiſſis diſtinctionibus, nos verſamur in præſenti themate in primo caſu, quia in Inueſtitura ſimpliciter uocantur deſcendentes; quo caſu indubitata eſt concluſio, quòd ueniant legitimati per ſubſequens matrimonium, ex aperta diſpoſitione *tex. in d. cap. tanta, qui fil. ſint legit.* & itá, præter generalia, de quibus ſupra in principio, in terminis feudi tenuerunt. *Iacob de Beluis in cap.1. §. naturales tit. ſi de feud. fuer. controu. inter Domin. et Agnat. in fin. fol.95.* ibique, etiam *Iſern. nu.8 Laudenſ. ad fin. verſ. quæro, an filij legitimati, Præpoſit. n.4. et Balzaran n.13. Facchin. controu. lib 7. cap.51. Becc. conſ. 142. num.5.* poſt med. *et ſeqq. Marta conſ.22. num.34. et ſeq.* & teſtatur de magis communi, & ueriori, quodque itá ſemper fuerit iudicatum, *Giouagn. conſ.59. num.45. et ſeqq.* ubi cumulat ſeptuaginta duos Doctores fruſtrà tranſcribendos, *et conſ.60. num.23. et ſeqq. lib.1. Collegium* Ingolſtadij, poſt dicta *conſ. Giouagn. in cōſ.61. n.16.* vbi de communi, *Clar. in § feudum q.83. verſ. ſed ſi feudum, Vrſin. de ſucceſſ. feud. p.1. q.4. art.1. num.5. et ſeqq.* ubi latiſſimè, & authoritatibus, & rationibus, comprobat, *Merlin. de legit. lib.1. tit.2. q.7. n.8. Noguerol. d. allegat.23. n.11. et ſeq. Altograd. d. conſ.93. n.58. in fin. et 59. Schrader. de feud. p.7. cap.5. n.21. Roſental. eod. tract. 1. p. c.7. concluſ.18. n.4.* alijque adducti, *per Caſtill. lib.4. controu. c.31. n.11. et ſeq. Cardin. de Luca de feudis diſc.15. n.3.* eruditus, ætatemque ſuperans *Aget. Viſion. feudal. Rubr.4. Viſion.5. lit. L. fol.216.*

ARGVMENTVM.

Repreſentatio legalis, etiam in ſucceſſione fideicommiſſaria, alioquin cōpetens, in veriori ſententia, an dici debeat excluſa ob clauſulas *De vno in alium*, *Ordine ſucceſſiuo*, *Seruata ſemper prærogatiua graduum*, & *Quòd ſemper intelligi debeat de proximitate grauati, non grauātis.* Latè ſingularum huiuſmodi clauſularū virtus ad examen reuocatur.

Clauſula, *Salua gradus prærogatiua*, an aduerſetur clauſulæ, *Quòd ſucceſſio deferatur in ſtirpes, & non in capita*; ita ut vna alteram deſtruat, & quę nam ſit capienda interpetratio, ad hoc, vt prædictæ clauſulæ, alioquin ſibi inuicem contrariæ, ad concordiam reduci valeāt. Nonnulli afferuntur intellectus pro euitanda earumdem clauſularum Antinomia; ad hoc, vt in ſingulis caſibus ſuū habeāt effectum, omni prorſus ſemota repugnantia.

Ex vi vulgaris Anomalę contentę in Compendioſa, an Nepos ſubingrediendo locum Patris prædefuncti, ex propria perſona ad fideicommiſſum ſuccedere poſſit, immediatèque capere à grauato totum id, quod Patri deberetur, ſi viueret, quiduè aſſerendum, quoties ſubingreſſio in locum Patris fuit à Teſtatore prohibita, & ad certum caſum paritatis graduum reſtricta.

SVMMARIVM.

1 *In ſucceſſione fideicommiſſi Aniti, non ſolùm filij, ſed omnes alij deſcendentes in infinitum, ſubingrediuntur gradum patris, & concurrunt in ſtirpes cum Patruis; prout, inſpecto Iure communi, eſſet ſeruandum.*

2 *Reijcitur contraria ſententia* Baldi,

3 *Repreſentatio legalis dicitur litteraliter expreſſa in Teſtamento, ſtantibus verbis*, Quòd filius locum Patris ſubingrediatur, reſpectu Aſcendentis, & Patrui.

4 *Repreſentatio, an dicatur excluſa ex clauſulis:* De vno in alium, ordine ſucceſſiuo, ſeruata ſemper prærogatiua graduum.

5 *Clauſula:* De vno in alium, *non eſt excluſiua repreſentationis, & de ratione.*

Eorumdem verborum ſenſus explicatur.

6 *Clauſula*, Ordine ſucceſſiuo, *repreſentationi non repugnat, quia vocati ordine ſucceſſiuo, cenſentur eo ordine vocati, prout ab inteſtato eſſent ſucceſſuri.*

7 *De contraria ſententia affirmante, vt repreſen-*

tatio non habeat locum in fideicommiſſis, quando vocatio deſcendentium legitur facta ordine ſucceſſiuo.

8 *Prior opinio eſt receptior, præcipuè, quando Teſtator antecedentes declarando ſubſtitutiones, diſpoſuit, vt* in ſtirpes, & non in capita, *ſucceſſio deferri deberet.*

9 *Clauſula:* Seruata ſemper prærogatiua graduũ, *repreſentationi obſtaret, ſi filius ex propria perſona ſuccedere velit, Patrem repreſentando.*

Satis dicitur ſeruata gradus prærogatiua, qui non corrumpitur, neque alteratur, ſed repreſentatur, dum filius Patris locum ingreditur.

10 *Per dictam clauſulam:* Salua graduum prærogatiua, *eadem non dicitur per Teſtatorem ſublata repreſentatio; ſed potiùs confirmata.*

11 *Ex eadem clauſula, licet ſolùm capere coniecturam, Teſtatorem voluiſſe in ſucceſſione cum diſpoſitione Iuris cõmunis ſe conformem reddere.*

12 *Dicta clauſula, multò magis repreſentationem non excludit; quoties ſubſequitur clauſula,* in ſtirpes, & non in capita.

13 *Dici debet appoſita à Teſtatore ad declarandum, quod, quando vocauit liberos, & deſcendentes, non omnes ſimul, & collectiuè vocauerit, ſed ordine ſucceſſiuo, eodemque modo, quo ab inteſtato eſſent ſucceſſuri.*

14 *Refertur contraria ſententia* Bartoli *affirmantis, quòd per dictam clauſulam,* Salua gradus prærogatiua, *cenſeatur excluſa repreſentatio.*

15 *Filius, quando ex legali priuilegio repreſentationis, ſubrogatur in locum Patris, Patruus, qui contendit nepotem, vti remotiorem excludere, non remanet proximior; ſed in æquali gradu cum nepote, quia gradus non corrumpitur; ſed repreſentatur.*

Potior in fideicommiſſo non dicitur ille, qui eſt potior in gradu, ſed qui in Iure ſucceſſionis ab inteſtato.

16 *Proximitas, præter gradus prærogatiuam, eſt ſpectanda in fideicommiſſis.*

17 *Repreſentationi fortiùs eſt locus, quando à Teſtatore cuiuslibet hæredis linea eſt diſtributiuè conſiderata.*

18 *Quando in Teſtamento ſuperſtites, eorumque liberi reperiuntur vocati; hoc caſu, nepotes repreſentatiuè ſubingrediuntur gradum paternum in fideicommiſſo.*

19 *Repreſentationis materia à voluntate potiſſimùm teſtatoris dependet.*

20 *Clauſulæ,* de vno in alium, ordine ſucceſſiuo, ſeruata ſẽper graduũ prærogatiua, & quòd ſemper intelligatur de proximitate grauati, non grauãtis, *eſt quæſtio admodũ controuerſa, an importent repreſentationis excluſionem.*

21 *Clauſula,* ſalua gradus prærogatiua, *aduerſatur alteri clauſulæ, quòd ſucceſſio deferatur,* in ſtirpes, & non in capita, *& vna alteram deſtruit,* & num. 26.

22 *Ad euitandam prædictam contrarietatem, eſt facienda interpretatio, vt ſucceſſio in ſtirpes ad illum ſolùmmodò caſum ſit reſtricta, quo fideicommiſſum peterent illi, qui æquè proximi in eodem gradu ſuccedendi exiſterent.*

Adeò, vt verba, in ſtirpes, & non in capita, *intelligi debeant, quando plures ſunt in paritate gradus; ſed impares numero.*

23 *Clauſula,* in ſtirpes, & non capita, *operatur, ſi fideicommiſſum peterent æquè proximi, & exiſtentes in eodem gradu.*

Secus, quando fideicommiſſum petitur à remotioribus, quos Teſtator in concurſu cum proximioribus excluſit, ex quo voluit ſeruari ordinem ſuccedendi ab inteſtato.

24 *Prædictus intellectus fortiùs procedit, ſtante declaratione Teſtatoris in illis verbis emiſſa, videlicet,* data paritate graduum, debere intelligi in ſtirpes, & non in capita.

25 *Repreſentatio eſt ordo fictus, ſeu legis fictio.*

26 *Ad euitandam contrarietatem inter clauſulam,* ſalua gradus prærogatiua, *& clauſulam, vt* ſuccedatur in ſtirpes, & non in capita, *eſt capienda interpretatio, ſingula ſingulis congruè referendo, modo ſuperiùs expreſſo* & n. 22.

27 *Hæreditas Patrui inter fratrum filios, ſeu Patrueles, an diuidi debeat in ſtirpes, quemadmodum diuiditur hæreditas deſcendentis, vel potiùs in capita, eſt quæſtio admodùm controuerſa.*

28 *Affirmant nonnulli cum* Azone, *in capita eſſe diuidendam.*

29 *Alij cum* Accurſio, *contendunt, eſſe deferendam in ſtirpes, prout ſucceditur aſcendenti.*

30 *Prædicta clauſula* in ſtirpes *dicitur à Teſtatore poſita ad huiuſmodi controuerſiam dirimendã.*

31 *Interpretationem ſuperiùs adductam, n. 22. dictæ clauſulæ,* in ſtirpes, & non in capita, *nonnulli affirmant, eſſe meram cauillationem, illamque impugnant.*

32 *Author exiſtimat, id fortaſsè poſſe procedere, quando teſtator ſimpliciter, & abſolutè demandaſſet, vt ſeruari deberet prærogatiua gradus, & ſuccedatur in ſtirpes, & non in capita.*

33 *Secus verò, quando vlterius mandauit, ſuccedi debere ordine ſucceſſiuo, & deindè ſeruandam prærogatiuam graduum, & poſtmodùm ſucceſſionem deferendam eſſe in ſtirpes, & non in capita; data tamen paritate graduum.*

34 *Repreſentationem, quoties Teſtator in certis caſibus, perſonis, & gradibus admiſit, cenſetur etiam ab eadem noluiſſe abhorrere in cæteris caſibus, cum vna pars teſtamenti alteram declaret.*

35 *In contrarium, quòd argumentum potiùs retorqueatur, vti brocardicum, quòd, cum repreſentatio fuerit demandata in certo caſu paritatis gradus, cenſeatur in alijs caſibus excluſa.*

36 *Sententia affirmans, in fideicommiſſis aſcendentium locum eſſe repreſentationi in infinitum fauore nepotum, aliorumque vlterioris gradus duobus principijs eſt innixa.*

Alterum, quòd in fideicommiſſis attendi debeat proximitas grauantis, & non grauati.

Alterum, quòd fideicommittens præſumatur, ſe conformaſſe cum diſpoſitione Iuris communis, ſuoſque deſcendentes eo ordine ad fideicommiſſum vocaſſe, quo de Iure ab inteſtato ſuccederẽt.

37 *Primum fundamentum dicitur ſublatum, attẽta voluntate Teſtatoris decernentis, attendendam eſſe proximitatem grauati, non grauantis.*

38 *Proximitas grauati, non grauantis, attendi debet in fideicommiſſis, quoties agitur de fideicommiſſo agnatitio, perpetuo, & per plura ſæcula poſſibiliter duraturo, & de ratione.*

39 *Patruus proximior grauato excludit nepotem remotiorem.*

40 *Quoties conſtat de voluntate Teſtatoris, verbis expreſſa, quòd attẽdi debeat proximitas grauati,*

non

non grauantis, ceſſat quælibet diſputatio.

41 *Proximitas grauantis, non grauati attēditur, quoties ſit tranſitus de linea ad lineam inter trāſuerſales, vel de vno genere perſonarum ad aliud.*

42 *Secus aſſerendum, quando agitur inter deſcendentes comprehenſos ſub eadem fideicommittentis linea, neque ſit tranſitus de linea ad lineam inter tranſuerſales.*

43 *Nepos, an, & quando poſſit contendere, ſe vocatum ad fideicommiſſum coniunctim cum Patruis ex propria perſona, ſtantibus clauſulis* de vno in alium, ordine ſucceſſiuo, ſeruata ſemper prærogatiua graduum.

44 *Vocatio plurium collectiuè, intelligi debet ordine ſucceſſiuo; præcipuè, ſtantibus clauſulis*, ſalua gradus prærogatiua, & quòd ſuccedi debeat in ſtirpes, & non in capita.

45 *Non aduerſantur* Fuſarius, & Peregrinus, *vtpotè loquentes, quando eſt relictum omnibus agnatis.*

46 *Clauſula*, de vno in alium, & ordine ſucceſſiuo, *appoſita in prima parte ſubſtitutionis, non cenſetur repetita in ſequentibus ſubſtitutionibus.*

47 *Licet filij, quò ad eorum Parentes dici poſſint vocati ordine ſucceſſiuo; tamen mortuis Parentibus, ex propria perſona poſſunt concurrere cum Patruis, in ſententia* Crauettæ, & Menochii.

48 *Ex vi Vulgaris Anomalæ contentæ in Compēdioſa, an nepos, ſubingrediendo in locum Patris prædefuncti, ex propria perſona ad fideicommiſſum ſuccedere poſſit, & capere immediatè à grauato totum id, quod deberetur Patri, ſi viueret.*

49 *Quid aſſerendum, quoties ſubingreſſio in locum Patris fuit à Teſtatore prohibita, & ad certum caſum paritatis graduum reſtricta.*

CAPVT IX.

TRIPLEX uidetur inſpectio præſentis controuerſiæ, pro ueritate diſcutiendæ; Prima, nempè, an Cæſar Antonius poſſit ingredi locum Patris præmortui, illiuſque gradum repræſentare ad effectum ſuccedendi in ſtirpes; atque adeò pro medietate in fideicommiſſo, de quo agitur, vnà cum Cæſare Maria, & Guidone Patruis, uel potiùs ijdemmet Patrui, tanquàm proximiores in gradu, tàm Carolo vltimo loco defuncto, quàm Cęſari fideicommittenti, ſint præferendi in ſucceſſione fideicommiſſi, excluſo prorſus Cæſare Antonio nepote.

Secundò, quatenus non ſit locus ſucceſſioni in ſtirpes, repreſentando locum, & gradum patris, an ſaltem nepos poſſit prætendere, ſe uocatum ad fideicommiſſum ex propria perſona, uti comprehenſum ſub uocatione facta nomine collectiuo, ibi: *Soſtituiſco l'altro, e l'altri di detti miei figliuoli, et i figliuoli nepoti, e pronepoti, e deſcendenti maſchi di quello, e di quelli, d'vno in altro.*

Tertiò tandem, an poſſit ingredi Vulgaris Anomala, ad hoc, ut nepos ſubingrediendo locum patris prædefuncti ex propria perſona ſuccedere poſſit, aç capere immedietatè á grauato id, quod Patri, ſi viueret, debebatur.

1 Quò ad primam inſpectionem, pro nepote ſtat receptiſſima Iuris propoſitio, quòd cum verſemur in ſucceſſione fideicommiſſi Auiti, non ſolùm filius, nepotes, & pronepotes; ſed omnes alij deſcendentes in infinitum, de quorum uocatione dubitari non poteſt, ſubingrediantur gradum patris, & concurrant in ſtirpes cum patruis; prout de Iure communi ab inteſtato eſſet ſeruandum, iuxtà diſpoſitionem *text. in §. cum filius inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* cui præſumitur, Teſtatorem fideicommittentem voluiſſe ſe omninò conformem reddere, iuxtá theoricā *gloſ.* communi Doctorum ſenſu receptā *in l. cum ita 33. §. in fideicommiſſo* in uerbo *primo, ff. de legat. 2.* ibique præ cæteris *Imol. circà fin. Alciat. n. 11. verſ. ego à ſententia*, quàm omiſſis alijs ſequuntur, *Iaſ. in l. 2. num. 4.* ibiq; *Curt. num. 2. & ſeq. C. de ſucceſſ. edic. Ruſtic. in l. cum auus lib. 3. cap. 10. nu. 38. ff. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ. 88. & 337. lib. 1. Gabriel. conſ. 86. num. 8. & 9. lib. 1.* ubi reprobat *Bald. Caball. conſ. ciuil. 14. num. 12. lib. 2. Odd. conſ. 39. n. 37. & 36. Honded. conſ. 70. lib. 1. Menoch. conſ. 124. n. 56. & lib. 4. præſumpt. 95. n. 14.* ubi de fideicommiſſo aſcendētis, *Rouit. conſ. 51. num. 2. & ſeq. lib. 1.* dicēs, quòd ſit concors omnium Doctorum ſententia, *Decian conſ. 1. n. 363. & conſ. 29. num. 6. & ſeq. & num. 10. lib. 1.* ubi, quòd procedat ſine difficultate in fideicommiſſo aſcendētium, *Spad. conſ. 243. num. 1. & ſeq. lib. 3. Altograd.* plures alios referens *conſ. 65. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. q. 485. num. 1. & ſeqq.* ubi innumeros refert *& conſ. 89. n. 1. Cardin. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 9. num. 2. et ſeq.* ubi, quòd ſit ſententia æquior, magiſque communis, *Peregrin. conſ. 46. num. 18. lib. 2. et de fideicom. artic. 21. num. 6. et 12. Cancer. var. par. 1. cap. 5. num. 50. et 52. Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 3. §. 26. num. 9. Petr. de fideicom. q. 11. num. 8. et ſeq.* latè *Caſtill. lib. 3. controu. Iur. cap. 19. n. 56. et ſeqq. et num. 62. et ſeqq. Baitell. ult. volunt. dec. 10. num. 75. et 77. et deciſ. 24. num. 4. Andreol. controuerſ. 143. num. 13. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 99. num. 1. Gamm. deciſ. 385. num. 3. Magon. deciſ. Florent. 144. num. 20. Barz dec. 93. n. 9. et ſeq. Vinius dec. 418. n. 4. Theſaur. dec. 65.* & hanc ſententiam, reiecta contraria *Baldi*, illique adhærentium, conſtanter amplexa eſt *Rot. diuerſ. dec. 448. num. 3. p. 1. et 426. num. 14. et ſeqq. p. 4. in rec. deciſ. 5. num. 20. p. 6. et dec. 241. num. 6. p. 9. Seraphin. dec. 1479. num. 2. et ſeqq. et deciſ. 1281. num. 1. Card. Celſ. dec. 88. n. 16. et ſeq.* ubi, quòd hæc opinio ſit verior, & magis communis.

2 Neque meretur attendi contraria ſententia; utpotè aberrans à communi, quàm cona-

nantur ſubſtinere in ſucceſſione fideicõmiſſaria, *Bald. in l. cum ità, §. in fideicommiſſo in fin. ff. de legat. 2.* ibique *Cuman. n.4. Angel. in §. cum filius n.2. inſtit. de hered. quę ab inteſt. deferunt. Eugen. conſ.61. num.37. Soccin. ſen. conſ.14. in fin. lib.3. Decian.* ſibi contrarius, *conſ.83 num.53. et ſeqq. lib.4. Bellon. conſ.50. num.10 Gugliel. de Benedic. in cap. Raimuntius* verbo *vxorem n.60. extrà de teſtam. Mattheac. de legat. et fideicom. lib.2. cap.6. Magon. deciſ. Lucenſ.84. num.21. et ſeqq.* alijque relegendi penes, *Fuſar. de ſubſtit. quaſt.485. num.3. et ſeqq.* cum eorum fundamenta nullo Iure ſubſiſtant, illud præcipuè, in quo ſe fundat, *Bald.* deductũ *ex text. in d. l. cũ ità §. in fideicõmiſſo ff. de leg. 2.* quòd, nempè, in fideicõmiſſis attendatur affectio Teſtatoris, quę eſt maior erga proximiorem, & quamuis ab inteſtato aliter ſuccedatur, id procedat, quiá lex ita diſpoſuit.

Siquidem Patruus non poteſt dici proximior nepote, quando nepos ſuccedit in locũ ſui patris, quia gradus repreſentatur. & nepos dicitur eſſe in eodem gradu cum patruo, *d. § cum filius inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* & quando filius in locum patris, ſuccedit, tanquã pater ſuccedit, nõ tanquàm filius; ideóq; gradus repreſẽtatur, nõ corrũpitur; illud autẽ, quod *Bald.* aſſerit, quòd in fideicommiſſis admittatur proximior, ex *d. l. cum ità, §. in fideicommiſſo, ff. de legat.* 2. procedit, quando quis eſt proximior, tám reſpectu sãguinis, quám ſucceſſionis; non enim conſideratur prærogatiua ſanguinis; ſed attenditur prærogatiua ſucceſſionis; affectio verò Teſtatoris in fideicommiſſis ſucceſſiuis, eſt conſideranda reſpectu Iuris ſuccedendi; ita vt, qui ab inteſtato ſuccederet, ſuccedat etiã in fideicommiſſis, ex præſumpta mente Teſtatoris, qui cenſetur, voluiſſe ſe conformem reddere cum diſpoſitione Iuris; prout optimè aduertunt, reprobando, *Bald.* eiuſque fundamenta, præ cæteris, *Gabriel. d. conſ.86. num.3. Honded. d. conſ.70. n.44. et ſeqq. lib.1. Peregr. de fideicom. art.21. n.9. et ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. d. q.485. num.3. verſ. reſpondetur tamen, Cancer. var. par.1. cap.5. num.50. et 52.*

3 Eademque repreſentatio, alioquin ex legis diſpoſitione inducta, remota quauis diſceptandi occaſione, litteraliter legitur expreſſa à Teſtatore: ibi, *Che il figlio entri nel luogo del Padre, riſpetto dell'aſcendente, e del patruo, Rot. diuerſ. dec.501. ante num. 1. verſ. et eò magis, p.4.*

4 Neq; dici poterit excluſa ex clauſulis, ibi, *di uno in altro, per ordine ſucceſſiuo, ſeruata sẽpre la prerogatiua de' gradi, e douerſi ſempre intendere della proſſimità, riſpetto al grauato, et non à me Teſtatore;* ſingulas enim prædictas

5 clauſulas, breui methodo percurrendo: Clauſula *d' uno in altro*, non eſt excluſiua repreſentationis, ut in ſpecie, pluribus congeſtis, egregiè firmat *Spad. conſ.244. num.1. et ſeqq. lib.3.* rectè aduertens, quòd per dicta verba, *de vno, in alium,* Teſtator videatur tantummodò inſpexiſſe ordinem ſuccedendi; non autem ordinem naturæ; adeòut ſenſus eorũdem verborum ſit, quòd bona deueniant ſecundum, quòd de Iure deuenire debent, non ſecundùm, quód quiſque natus eſt.

6 Prout, neq; etiam clauſula, *ordine ſucceſſiuo,* repræſentationi repugnat, quia uocati ordine ſucceſſiuo, cenſentur vocati, eo ordine, prout ab inteſtato fuiſſent ſucceſſuri; eſt enim præſumendum, Teſtatorem voluiſſe inter eos ſeruare Ius legitimarum hęreditatũ, *l. vlt.* ibique, *Caſtr. Iaſ. et Corn. C. de verb. ſignif. l. vel ſingulis, ff. de vulg. et pupill. l. cum pater §. à te peto,* vbi *gloſ. ff. de leg. 2. Bart. in l. ſi cognatis, verſ. quæro, quo ordine, ff. de reb. dub.* adeòut vocatio gradatim, & ordine ſucceſſiuo intelligi debeat facta, eo gradu, & ordine, quo eos lex ab inteſtato ad hæreditatem uocat, prout in ſpecie, optimè præ cæteris ſubſtinẽt *Caſtr. cõſ.454 in fin. lib.2. Anch. conſ. 25. Soccin ſen. conſ.37. in princ. et conſ.86. n.12. et ſeq. lib.3. Pariſ. conſ.38. nu.20. in fin. et ſeqq. lib.2 Decian. conſ.28 num.13. et ſeqq. lib.2. Gabriel. conſ.86. num.3. lib.1.* & latiùs, *conſ. 106. n.3.4. et 12. et ſeqq. lib.2. Surd. conſ 325. n.10. ante fin Petr. de fideic. q.11. num.121. et ſeqq. Caſtill. lib 3. controu. cap. 19. num. 310. et ſeq.* alijque adducti per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 485. num 50. & duobus ſeqq. & conſ.89. & 102.* vtrobique, *num.8. et ſeq.*

7 Et quamuis, in cõtraria nonnullorum ſententia, repreſentatio non habeat locum in fideicommiſſis, quando vocatio deſcendentium legitur facta ordine ſucceſſiuo, prout firmant *Port. Imol. conſ.54. nu.25. Ruin. conſ. 101. num.2. Rimin. Iun. conſ.75. n.29. Pancirol. conſ.170. num.16. Decian.* ſibi contrarius *conſ.1. n.374. lib.1. Crauet. conſ.67. num.5. Gozadin. conſ.4. num.33. Curt. Iun. conſ.264. ſub nu.32. verſ.2. principaliter, lib.3. Burſatt. conſ. 170. num.37. lib.2. Bart. dec. 93. n.22.* & licet perſunctoriè, *Rot. in Meleuitana pecuniaria 10. Februarij 1653. §. minus prætendi coram Reuerendiſs. Meltio,* ubi, quòd repreſentatio locum habere non poſſit, quando vocatio deſcendentium facta eſt ordine ſucceſſiuo.

8 Nihilominùs, cum poſteá Teſtator, declarando antecedentes ſubſtitutiones, diſpoſuerit, vt ſucceſſio deferri deberet in ſtirpes, & non in capita; fortiùs abſque difficultate, videtur procedere prima opinio, ut clauſula, *ordine ſucceſſiuo,* non excludat repreſentationem, vt in ſpecie, *Menoch. conſ.124. n.67. & ſeqq.* vbi reſpondet contrarijs, *Pariſ. conſ. 38. n.9. et ſeq. lib.2.* poſt plures allegatos, *Fuſar. de ſubſtit. d. q.485. n.51. & ſeq. & d. conſ.102. n.8.*

n.8. & 9. Guttierez practic. lib.4. q.67. num.
53. in fine.
9 Idemque dicendum de clauſula, ſeruata ſempre la prerogatiua de' gradi, quæ vtique obſtaret, ſi filius ex propria perſona ſuccedere vellet; ſecus verò Patrem repreſentando; ſatis enim dicitur ſeruata gradus prærogatiua, qui non corrumpitur, neque alteratur; ſed repreſentatur, dum filius patris locum ſubingreditur, Roland. conſ. 68. n.26. & ſeq. lib.1. Baitell. vlt. volunt. dec.10. n.84. & 85. adeòut, ex vi eiuſdem repreſentationis, Patruus non remaneat proximior, ſed potiùs in æquali gradu cum nepote, §. cum filius inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. & ita in ſpecie optimè firmant, Alciat. in l. cum ita §. in fideicommiſſo, n.12. ff. de legat. 2. Soccin. Iun. conſ. 126. n.12. & 14. & conſ. 20. lib.3. Pariſ. conſ. 36. n.5. & conſ. 38. n.9. & latè conſ. 91. & conſ. 92. col. pen. lib.2. Caſtr. conſ. 454. in fin. lib.2. Port. Imol. conſ. 55. Torniel. apud eumdem, conſ. 51. col.1. Decian. conſ. 29. nu.27. lib.1. Gabriel. d. conſ. 106. num.13. & ſeq. lib.2. Menoch. d. conſ. 124. n. 86. & conſ. 357. n.27. & præſumpt. 95. n.21 lib.4. Honded. conſ. 70. num. 44. & ſeqq. lib.1. Odd. conſ. 39. n.38. Caball. conſ. 114. n.23. & ſeq. lib.2. egregiè Surd. cõſ. 325. n.7. & ſeqq. præcipuè, num.10. & ſeq. Spad. d. conſ. 243. n.3. verſ. & eò magis, lib.1. vbi, quòd contraria ſententia, communi Doctorum ſenſu, reprobetur, & latiùs, conſ. 244. num.3. lib.3. Altograd. d. conſ. 65. n.15. lib.1. Peregr. de fideicom. art.21. n.18. & ſeqq. qui teſtatur, ita fuiſſe Iudicatum per tres celeberrimos Iuris conſultos, ibique Cenſal. in addit. ad n. 20. fol.40. iuxtà Venetam Impreſſionem, & conſ. 63. n. 10. lib.4. Fuſar. de ſubſtit. q.485. n.26. & conſ. 89. n.7. Guttierez pract. lib.5. q.67. n.53. et ſeq. aliique relati per Caſtill. lib.3. controu. cap.19. n.315. et ſeqq. Petr. de fideicom. q.11. n.127. pluresq; latiſſimè ad-
10 ducti per Roblez de repreſentat. licet ipſe diſſentiat, lib.3. cap.10. num.1. et ſeqq. vbi, quòd per dictam clauſulam, ſalua gradus prærogatiua, nedùm non dicatur per Teſtatorem ſublata repreſentatio; ſed potiùs confirmata, & hanc ſententiam amplexa eſt, Rot. diuerſ. deciſ. 426. n.5. part.4. aſſerens, quòd ex clauſula prædicta, ſolùm liceat capere coniectu-
11 ram, Teſtatorem voluiſſe in ſucceſſione ſe conformem reddere cum diſpoſitione Iuris communis.
12 Multòque magis prædicta clauſula non excludit repreſentationem, quia ſubſequitur clauſula, in ſtirpes, et non in capita, Fuſar. de ſubſtit. d. q.485. n.51. Guttierez pract. d. q.67. num.53. in fin. Menoch. lib.4. d. præſumpt. 95. n. 21. et conſ. 124. n.86. et ſeq.
13 Præterquàm, quòd, eadem clauſula, ſeruata ſempre la prærogatiua de' gradi, nullo Iure poteſt dici appoſita à Teſtatore ad excludẽdam repreſentationem; ſed potiùs ad declarandum, quòd, quando vocauit liberos, & deſcendentes, non omnes ſimul, & collectiuè vocare voluerit, ſed ordine ſucceſſiuo, & eo modo, quo ſuccederent ab inteſtato; ita tamen, quòd filius, ſeu filij ſubingrediantur in locum patris, reſpectu aſcendentis, & patrui, & ſuccedant in ſtirpes, & non capita.
14 Ideòque, non meretur attendi contraria ſententia, quòd per clauſulam, ſalua gradus prærogatiua, excluſa dicatur repreſentatio, eidemque directè aduerſetur, quam præ cæteris ſubſtinent, poſt Bart. in auth. defuncto, ibique Caſtr. verſ. ſed Iacobus de Beluiſo, C. ad Senat. conſ. Tertull. Peralt. in l. cum ità legatur, §. in fideicommiſſo n.19. ff. de legat. 2. Surd. conſ. 401. num. 56. Burſatt. conſ. 170. num.43. lib. 2. Dec. qui teſtatur, Rotam ita determinaſſe, conſ. 408. num.15. in fin. verſ. & ita iudicatum Facchin. conſ. 82. nu.7. & ſeqq. Fuſar. ſibi contrarius, conſ. 41. n.110. & ſeq. Menoch. pariter ſibi contrarius, conſ. 215. nu.138. & lib. 4. præſumpt 95. num.29. Crauett. conſ. 67. nu.3. Cephal. conſ. 489. num.22. Gabr. conſ. 152. nu. 23. lib.2. Lanar. conſ. 69. nu.23.25. & 29. Honded. conſ. 60. num.7. lib. 2. Forſter. lib. 3. de ſucceſſ. ab inteſt. cap.33. num.1. Ant. Fab. Decad. 55. error. 6. in princip. Baitell. vlt. volunt. dec. 30. num.1. & deciſ. 82. n.14. Card. Mant. de coniect. lib.8. tit.9. n.9. Mart. de clauſ. part. 3. clauſ. 74. latè Roblez. de repreſentat. lib.3. cap.10. num.10. & ſeqq. Barz. dec. 93. nu. 23. Cenſal. ad Peregrin. art. 52. qui refert deciſum per Sacrum Conſilium Neapolitanum, de qua deciſione teſtatur elaboratus Thor. in compend. deciſ. Regni tom. 2. uerbo fideicommiſſum fol.227. Cum re vera non habeat fundamentũ ſubſiſtens, neq; ſit amplectenda, utpotè aberrans á communi, quæ eſt innixa ſo-
15 lidiſſimis Iuris principijs, quòd nempè, quãdo filius ex priuilegio repreſentationis eidem à Iure communi conceſſo, ſubingreditur in locum Patris, Patruus, qui contendit nepotẽ excludere, uti remotiorẽ, non remaneat proximior, ſed in ęquali gradu cum nepote, quia gradus, in quò erat Pater præmortuus, à filio repreſentatus non corrumpitur, neque alteratur; ſed potiùs repreſentatur, dicto §. filius Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. Caſtr. conſ. 354. in fin. lib.2. Iaſ. cõſ. 215. num.22. lib.2. Soccin. Iun. conſ. 126. num. 25. vbi, quòd potior in fideicommiſſo non dicatur ille, qui eſt potior in gradu; ſed qui in Iure ſucceſſionis ab inteſtato, latè Honded. conſ. 70. num.44. & ſeqq. Rouit. conſ. 51. nu.8. lib.1. & præter alios laudatos pro hac ſententia, Molin. lib.3. de Hiſp. primog. cap.8. nu. 17. Auendan. in l.40. Taur. gloſ. 17. num.2. latè Caſtill. lib.3. controu. cap.109. num.302. & ſeq. Roech. reſponſ. 72. num.14. & ſeq. & num. 20. lib.2. Peregrin de fideic. art.21. num.9. & ſeq.

ſeqq. Rot. in recen. dec. 5. num. 22. & ſeq. par. 6. ubi, quód hic ſit effectus repreſentationis, ut dum filius perſonam Patris ingreditur, ex eiuſdem quoque perſona ſuccedere videatur, & præſeruetur gradus, non corrumpatur.

16 Licet enim nepotes non poſſint dici proximiores Iure ſanguinis; adhuc nuncupari valent proximiores Iure ſucceſſionis, quám proximitatem, præter gradus prærogatiuã, ſpectandam eſſe in fideicommiſſis, aduotarũt in his terminis, *Corn. conſ. 22. num. 15. lib. 2. Gabr. conſ. 86. num. 3. lib. 1. Honded. conſ. 70. num. 44. lib. 1. Menoch. conſ. 124. nu. 104. conſ. 211. num. 87. & conſ. 357. num. 34 Peregrin. de fideic. art. 21. num. 9. & 12.* quos refert, & ſequitur *Rot. in recent. d. deciſ. 5. num. 24. par. 6. Card. Celſ. dec. 88. num. 18. & ſeq.*

Atque ex his, etiam patet reſponſio ad obiectum deductum ex clauſula, *vt ſeruari debeat proximitas grauati, non teſtatoris*, quia ex vi repreſentationis nepos dicitur eſſe in pari gradu cum patruo, ex allegatis.

17 Præterea, eò libentiùs videtur eſſe locus repreſentationi; Tùm, quia teſtator cuiuslibet hæredis lineam diſtributiuè conſiderauit, *Soccin. Iun. conſ. 116. num. 23. §. quartò comprobatur lib. 1. Menoch. conſ. 200. num. 79. lib. 2. & præſumpt. 95. n. 39. lib. 4.*

18 Tum etiam, quia in caſu obitus alicuius ex filijs, nepotibus, pronepotibus, & deſcendentibus inſtitutis ſine liberis, prout in præſenti accidit, legitur facta ſubſtitutio per hæc verba, *Soſtituiſco l'altro, e gl'altri di detti ſuoi figliuoli, & i figliuoli, nepoti, pronepoti, e deſcendenti maſchi di quello, e quelle*; Quòd idem eſt, ac ſi teſtator vocaſſet filium ſuperſtitem, filioſque præmortuorum filiorum, quo caſu, iuxta receptiorem ſentẽtiam, filij præmortuorum concurrunt cum ſuperſtite, quia dicuntur coniunctim vocati cum eodem ſuperſtite; atque adeò admitti debent ad portionem, ad quam ſunt coniuncti, & in quam eorum Pater, ſi viueret, ſuccederet, *Corn. conſ. 37. num. 5. lib. 1. Pariſ. conſ. 38. n. 8. & tribus ſeqq. & conſ. 91. n. 28. & 30. lib. 2. Soccin Iun. conſ. 78. num. 22. lib. 3. Decian. conſ. 33. num. 26. lib. 3. Ruin. conſ. 171. num. 8. lib. 2. & conſ. 130. nom. 2. lib. 3. Menoch. conſ. 1005. num. 15. & ſeq & conſ. 124. n. 78. verſ. ſextò accedit, Theſaur. lib. 2. q. 95. n. 14. Cancer. var. lib. 3. cap. 21. n. 326. in fin. Fuſar. de ſubſtit. q. 485. n. 86. & ſeq. Peregr. de fideicomm. art. 21. n. 42. Barr. in tract. de reciproc. tit. penult. lib. 7. fol. 211. Tõdut lib. 2. q. Ciuil. cap. 118. n. 12. & ſeq. Ant. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 20. definit. 7.*

Prædicta omnia, quamuis valdè vrgere videantur contra Patruos, pro ſubſtinenda repreſentatione prætenſa per nepotem; Nihilominùs diligenter inſpecto integro contextu inſtitutionum, & ſubſtitutionum, necnõ declaratione earumdem facta per Teſtatorem fideicommittentem, anceps videtur cõtrouerſia, poſſetque pro Patruis contra nepotem obijci, quòd, cum tota huiuſmodi ma-
19 teria repreſentationis à voluntate potiſſimùm Teſtatoris dependeat, ab eaque ſit omninò regulanda; adeò ut reuera dici debeat merè coniecturalis; cum in caſibus, in quibus regulariter non eſt locus repreſentationi, poſſit decernere Teſtator, ut illa ſibi locum vindicet, *Menoch. conſ. 124. num. 36. & ſeq. & conſ. 200. n 72. lib. 2. & pręſumpt. 95. n. 19. & 35. lib. 4. Decian. conſ. 1. nu. 153. & 347. lib. 1.* Quemadmodùm è conuerſo poteſt illam, ſiue tacitè, ſiue expreſsè prohibere, etiã in caſibus, in quib⁹ regulariter à Iure cõceditur, *Menoch. conſ. 215. n. 139. & d. præſumpt. 95. à n. 19. in fin. lib. 4. Molin. lib. 3. de Hiſpan. Primog. c. 8. per tot. Roblez de repreſent. lib. 1. cap. 5. num. 16. & ſeq.*

Meritò, recurrendum ſit ad coniecturas eliciendas ex Teſtatoris voluntate, quæ ſi rectè attendatur, inſpecto toto tenore inſtitutionum, & ſubſtitutionum, nec non ſubſequenti declaratione earumdem, ſatis apertè præſeferre videtur, quòd in ſucceſſione fideicommiſſi pręferendi ſint Patrui, vtpotè proximiores in gradu nepotibus, prorſus excluſo repreſentationis beneficio, idque ex pluribus, quæ, ſaltem ſimul ponderata, ſunt magni facienda.

20 Primò, omiſſis dictis clauſulis, *d'vno in altro, per ordine ſucceſſiuo*, appoſitis in inſtitutionibus, & ſubſtitutionibus, nec non alijs clauſulis, *ſeruata ſempre la prerogatiua de gradi, e ſempre douerſi intendere della proſſimità riſpetto al grauato, & non à me teſtatore*, adiectis pro declaratione earũdem ſubſtitutionũ, poſt factas ſubſtitutiones collateraliũ, quæ iuxta ſententiam grauiſſimorum virorũ poſſunt importare excluſionẽ repreſentationis, ex ſupra allegatis; cum ſuper intellectu earumdem clauſularum, an ex illis dicatur, vel ne, Teſtatorem voluiſſe excludere repreſentationem, Doctores, pręcipuè conſulẽtes, adeò inter ſe pugnent, ſeque inuoluant, ut re uera uix dignoſci poſſit, quænam opinio ſit amplectenda, idque, infælici fato in hac legali ſciẽtia, in qua, ob diſſidẽtes ſentẽtias, ardore diſceptãdi, ueritas omninò obruitur.

Vnum potiſſimùm obiectum, meo iudicio, uidetur ualdè urgere pro excludenda repreſentatione contra Patruos per nepotem prætenſa, quòd, nempè, cum Teſtator, per uiam declarationis præcedentium ſubſtitutionum, expreſsè uoluerit, filium ſubingredi locum Patris, reſpectu deſcendentis, uel Patrui, & ſuccedere in ſtirpes, & non in capita; data tamen paritate graduum: Ibi, *douerſi intendere ſeruata ſempre la prerogatiua de' gradi, talmente non dimeno, che il figliolo*

entri

entri in luogo del Padre , riſpetto del deſcendente, e del Patruo ; cioè data la parità de i gradi , doverſi intendere in ſtirpe , & non in capi . Item ſempre doverſi intendere della proſſimità, riſpetto al grauato , & non à me Teſtatore.

Ex his uerbis uidetur apertè deprehendi ad
21 ſaluandam,contrarietatem, quæ adeſt,inter
clauſulam , *ſalua gradus prærogatiua* , & alteram clauſulam , *quòd ſucceſſio deferatur in ſtirpes,& non in capita*, quorum una alteram deſtruit , ut poſt *Fulgoſ. in authent. defuncto in tertio notab.* ibique Corn.*n.2.& 3.Cod. ad Senat.conſul.Tertull.* aduertit *Pariſ.conſ.91. num.24.lib.2. Mart. part.3. clauſ.43.num.7.*
22 quòd ea fuerit eiuſdem Teſtatoris uoluntas,
ut nempè ſucceſſio in ſtirpes, atque adeò repreſentatio ad illum ſolùmmodò caſum ſit reſtricta , quo fideicommiſſum peterent illi, qui æquè proximi, & in eodem gradu ſuccedendi exiſterēt: Exemplo ſit res manifeſtior, puta ſi ante fratrem , de cuius ſucceſſione agitur, alij duo fratres deceſſiſſent,unus quidem, uno filio ſuperſtite ; alter autem, pluribus filijs relictis, prout in ſpecie , ita eſſe intelligendam clauſulam, *in ſtirpes, & non in capita* , etiam in fideicommiſſo aſcendentis,pro excludenda repreſentatione Nepotis in concurſu cum Patruo, præcipuè, quando, prout in præſenti ex alijs clauſulis, ſaltem poteſt dubitari,an ſit locus repreſentationi, benè firmāt,*Curt.Iū.cōſ.22.n.16.et cōſ.128.n.3.* ubi , quód ſucceſſio in ſtirpes poſſit adaptari in caſu, in quo nepotes nō cōcurrunt ſimul cum Patruo, utpotè,quando ex uno filio exiſterent duo, uel tres nepotes;ex alio uerò unus tantùm nepos , & *conſ.161 propè finem, verſ. ad ſecundum fundamentum , Soccin. Iun. conſ.135.nu.7. verſ.nec præmiſſis obſtat,lib.1. & conſ.149 n.8 verſ.nec quidquam lib.2. Pariſ.conſ.40.num.31.& ſeqq.lib.2.Decian.conſ.1.num.394.lib.1.* ubi, quòd uerba, *in ſtirpes, & non in capita* , intelligi debeant , quando plures sūt in uno gradu;ſed impares numero, utpotè, quia concurrunt trium fratrum filij, & ex uno eſſent quatuor filij, ex alio duo , & ex tertio unus ; tunc enim per dictam clauſulam , tantùm habebit ille ſolus ex tertio, quantùm illi duo ex altero, & illi tres ex primo, quòdque iſta ſit uera intelligentia illorum uerborum , *Burſat.conſ.170.num.48.lib.2.* ubi,quòd dicta clauſula non operetur,niſi ſuppoſita paritate graduum,*Peregr.conſ.51. ſub num.15.Surd.conſ.362.num.19. verſ.4.reſpōdeo,Honded.conſ.63.n.27.lib.1.Marzar. de fideicom.q.34.* & iterum *conſ.3.num.4.Fuſar. de ſubſtit.q.485.num.116.verſ.iſti enim,Card. Mantic.de coniect.lib.8.tit.8.n.18.propè finem, Ant.Fab.tom.3.de error. Pragm.Decad.55.error.10.Ciroce.diſcept.25.n.5.* latè *Barz.deciſ. Bonon.93.n.20.& ſeqq.*& præ cæteris,egregiè *Robles de repreſent.lib.3.cap.8.à n.6.vſque ad 12. Manſ.conſult.84 n.31 Rot.in recent deciſ. 507.n.13.part.2.* & in his præciſis terminis , *dec.305.n.9.& et ſeq.part.14.* ubi,quòd,dicta
23 clauſula operetur,ſi fideicommiſſum peterēt
æquè proximi, & exiſtentes in eodem gradu; ſecus uerò, quando fideicommiſſum petitur à remotioribus , quos Teſtator in concurſu cū proximioribus,excluſit, ex quo uoluit ſeruare ordinem inteſtatæ ſucceſſionis; tunc enim per dictam clauſulam non cenſetur receſſiſſe à priori diſpoſitione,& in caſu dictæ deciſionis aderant ſedē prorſus clauſulæ,quòd attēdatur proximitas grauati,quódq; intelligantur uocati ordine ſucceſſiuo, & quòd intrent in locum Patris, reſpectu aſcendentis, & Patrui, & ſuccedant, in ſtirpes,& non in capita, prout *n.2.3.& 6.verſ.verùm etiam* ,quamuis ulteriùs in caſu eiuſdem deciſionis teſtator expreſſerit, quòd liberi, & deſcendentes admittantur eo modo , quo ſuccederent ab inteſtato, quod in præſenti caſu,uirtualiter uidetur diſpoſitum, ex prædictis clauſulis.
24 Huiuſmodi uerò intellectus uidetur in cō-
trouertibilis in præſenti themate, ut potè expreſſus in uerbis , abſque ullo ſubaudito Iuris intellectu , & ſemota quacumque Doctorum interpetratione, ponderatis uerbis,Ibi, *cioè, data la parità de' gradi,doverſi intendere in ſtirpe , e non in capi* , ex quibus ſatis liquidò deprehenditur, ſucceſſionem in ſtirpes & non in capita; atque adeò repræſentationem fuiſſe ſolùmmodò conſideratam à Teſtatore in caſu paritatis graduum ; quando , nempè , plures nepotes ex diuerſis fratribus in pari gradu exiſtentes , ſed impares numero,inter ſe contendunt ſuper ſucceſſione communis patrui ; ſecus uerò , quando , prout in præſentia,Patruus cum nepote concurrit ; tunc enim,cum non ſit uerificabilis paritas graduum, niſi per fictionem Iuris, cū repreſentatio ſit ordo fictus, ſeu fictio legis, dum nepos exiſtens in remotiori gradu ſanguinis,relinquit ſuum naturalem gradum ingrediens præcedentem gradum patris , *Bald.in l.tutela, §.ſi duo,ff.de legit.tutor. et in authent. ceſſante in fin. C. de legit.hæred. Menoch.conſ.124.num.96.lib.2.Oſaſch.conſ.72.n.20.in fin.et 24.Surd.conſ 455. num.6. et conſ. 468.num.5.lib.4. Valenz. conſ.23. num.42.et 79. Tiraquell. in l.ſi vnquam in princip.n.15. C.de reuoc. donat. et de utroque retract.* §.11. *gloſ.9.n.4.Fuſar.conſ.40.num.26.Montan.con-*
25 *trou.3.ſub n.4.in fin.verſ.ergo in conceſſione*
Fontanell.dec.584.n.22. Monter.dec.Aragon. 36.n.46.Capyc.Latr.dec.126.num.23. Gom. dec.Luſitan.69. n.4. latiſſimè *Gananer.conſ.5. num.39.et 137.* poſt ſuas *deciſ.* Non poteſt ad hunc caſum extendi ſucceſſio in ſtirpes , &
26 non in capita , utpotè qualificata ex uerbis
adiunctis, ſignanter per uiam declarationis,

ibi,

ibi, *cioè data la parità de i gradi*, ut in proxi-
mis terminis *Surd.conſ.362.n.17.et 21.*
27 Prædicta uerò omnia confirmantur, quia
ad euitandam contrarietatem inter clauſulã,
ſalua gradus prærogatiua, & clauſulam *ut ſuc-
cedatur in ſtirpes, et non in capita*, eſt capien-
da interpetratio, ſingula ſingulis congruè re-
ferendo, prout in terminis dictæ clauſulæ,
in ſtirpes, et non in capita, benè *Surd. d.conſ.
362.num.17.et 21.* aſſerens, ut ſcilicet, Te-
ſtator uoluerit ſeruari prærogatiuam gra-
dus, quoties ad ſucceſſionem fideicommiſſi
concurrunt diſpares gradu; adeòut uideatur
excluſa repreſentatio, iuxta ſententiam aſſe-
rentium, eamdem clauſulam operari repre-
ſentationis excluſionem.

Quoties uerò adeſt paritas graduum, ut-
potè, quia ad ſucceſſionem Patrui concur-
rant plures nepotes impares numero; ſed pa-
res in gradu, abſque concurſu alterius Pa-
trui; tunc ſuccedatur in ſtirpes, & non in ca-
pita, iuxta ſuperiùs deducta.

His omnibus accedat, quòd diſpoſitio, ut,
28 ſcilicet, data paritate graduum, ſucceſſio
deferatur in ſtirpes, & non in capita, non
fuit fruſtratoria; ſed potiùs cum diligẽti mi-
niſterio adiecta; uoluit enim Teſtator diri-
mere celebrem illam quæſtionem, adeò inter
Doctores exagitatam, utrum hæreditas Pa-
trui inter fratrum filios, ſeu Patrueles, diui-
di debeat in ſtirpes, quemadmodùm diuidi-
tur hereditas aſcendentis, uel potiùs in capi-
29 ta, affirmantibus nonnullis cum *Azone in
ſumma ad tit.C.de legit. hæred.n.11.* in capita
eſſe diuidendam, cuius ſententiam ſequun-
tur, *Morot.conſ.1. per totum, Iaſ.conſ.4. per
tot.Caball.conſ.114 num.30.lib.2. Rouit.conſ.
23.num.28.lib.1.* ibique doctus *Altimar. Gio-
uagn.conſ.23.nu.8.* latiſſimè *Caſtill. lib.3. con-
trouerſ.cap.19.à nu.77.* vſque ad *84. Gratian.
cap.709.num.30. Facchin. controu.Iur.cap.3.
per tot Molfeſ.ad conſuet.Neapol.p.4.de ſucceſ.
ab inteſt.q 37.* & per totam, *Fuſar.de ſubſtit.
q.482.Pratus practicar.obſeruat.c.11. Ciroc.
diſcept.25.num.5.in fin. Cardin.de Luca de fi-
deic.diſc.19.& de hæred.diſc.6. Franch.deciſ.
24.num.10.* ibique *de Luca in addit.n.2.The-
ſaur.dec.162.Criuell.dec.Dolan.130.Barz.dec.
9.num.27.* & coſtanter amplexa eſt, *Rot.di-
uerſ.dec.391.& 392.p.4.in recent.dec.600.n.
5.et ſeqq.p.5.tom.2.Buratt deciſ.352. Merlin.
dec.570.num.11.et ſeqq.& 631.num.9.Royas
deciſ.135.n.7.*
30 Alijs verò, cum *Accurſio in Auth. ceßante
verbo in ſtirpes, C.de legit.hæredib.* contendẽ-
tibus, ſucceſſionem eſſe deferendam in ſtir-
pes, prout ſucceditur aſcendenti, ut in ſpe-
cie pluribus pro hac ſententia allegatis, latè
Roblez de repreſentat.d.lib.3.cap.8.n.7. ubi,
quòd dicta clauſula *in ſtirpes*, dicatur poſita
ad tollendam huiuſmodi controuerſiam;
idemque aſſerit, *Rot.in recen.d.dec.305.n.10
in fin.p.14.* atque adeò, cum dicta clauſula
in ſtirpes, benè poſſit operari effectum ſuum,
neque dicatur otioſa, videtur non poſſe ex il-
la neceſſariò deduci argumentum repreſen-
tationis extra alium caſum.
31 Et quamuis interpetratio ſuperiùs data
dictæ clauſulæ *in ſtirpes, & non in capita*, ut,
ſcilicet, procedat reſtrictiuè ad caſum parita-
tis graduum; non autem, ut filius, & nepos
reſpectiuè poſſit ſubingredi gradum Patris,
& cum Patruo concurrere, à nonnullis Do-
ctoribus impugnetur aſſerentibus, eſſe merã
cauillationem, prout firmant, *Decian.conſ.
55.n.27.lib.3.Pariſ conſ.38.num.9.& ſeq.lib.
2.Burſatt.conſ.67.num.22.lib 1. Menoch.conſ.
793.num.3.verſ.quartò, & vltimo, & num.5.
& ſeq.Gallia conſ.17.n.12.& ſeq.* quos refert,
& ſequitur, *Altograd. conſ.65. num.7.lib.1.*
quibus addendi, *Mart. p.3.clauſ.43.num.7.*
reprobans in ſpecie, *Curt. Iun. & Marzar.*
ſupra allegatos aſſerens, illorum ſententiam
eſſe falſam.
32 Nihilominus eſt animaduertendum, quòd
id fortaſsè poſſet procedere, quando nempè
Teſtator ſimpliciter, & abſolutè demandaſ-
ſet, ut ſeruari deberet prærogatiua gradus,
& ſuccedi, *in ſtirpes, & non in capita*; tunc
enim, ex ſupra deductis, præcedens clauſula,
ſalua gradus prærogatiua, non aduerſaretur
ſucceſſioni in ſtirpes, uel quia gradus non di-
citur corrumpi; ſed conſeruari, dum filius
patris locum ſubingreditur, neque Patruus,
tunc dicatur proximior; ſed in eodem gradu
cùm nepote.

Vel, quia clauſula, *ſalua gradus prærogati-
ua*, poteſt uerificari inter illos, qui ſunt de
eadem ſtirpe; non autem inter ſtirpes di-
uerſas.

Vel demum, quia eadem clauſula poteſt
operari effectum ſuum, ne ſcilicet deſcenden-
tes collectiuè uocati, Patribus uiuentibus,
ſimul admittantur; ſed ordine ſucceſſiuo, poſt
illorum obitum.
33 Secus verò quando, prout in præſenti the-
mate, conſtet de expreſſa teſtatoris volun-
tate ex verbis deprehenſa; dum primo loco
mandauit, ſuccedere deberé ordine ſucceſ-
ſiuo, deindè ſeruandam eſſe prærogatiuam
graduum, & poſtmodùm ſucceſſionem defe-
rendam eſſe in ſtirpes, & non in capita, data
tamen paritate graduum, quibus ſtantibus,
ſatis manifeſtè deprehenditur, teſtatorem
voluiſſe reſtringere repreſentationem ad ſo-
lum caſum paritatis graduum, ut in ſpecie,
optimè arguit *Manſ. conſult.84.num.32.verſ.
hæc autem, et ſeqq.*
34 Neque obijci valet, quòd, cum Teſtator in
alijs caſibus, perſonis, & gradibus repreſen-
tationem, ſubingreſſionemque filij in lo-
cum Patris ſpecificè demandauerit, cenſea-
tur,

Digitized by Google

tur, etiam in cæteris caſibus, perſonis, & gradibus, ab eadem repreſentatione noluiſſe abhorrere, ut in terminis ratiocinatur poſt Guttier. practicar. q. 67. aliàs 68. à num. 55. Roblez de repreſentat. lib. 1. cap. 13. num. 24. cum regulare ſit, ut una teſtamenti pars per aliã declaretur, l. qui filiabus 17. in princip. l. ſi ſeruus plurium 50. §. ult. ff. de legat. 1. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 9. num. 12. Pariſ. conſ. 74. num. 12. lib. 3. Becc. conſ. 21. num. 11. et ſeq. Mart. vot. 107. num. 18. Simon. de Petr. de interpet. ult. vol. lib. 2. interpet. 3. dubit. 1. ſolut. 3. num. 64. et ſeq. fol. 241. Caſtill. lib. 2. controu. cap. 4. num. 11. Caualcan. dec. 18. nu. 118. et ſeqq. p. 3. Bart. dec. Bonon. 12. num. 11. et ſeq. Larr. dec. Granat. 67. num. 8. Bich. dec. 7. num. 8. & in his terminis, Roblez de repreſentat. d. lib. 1. cap. 13. n. 25.

35 Siquidem huiuſmodi argumentum deſumptum à diſcretiuo modo loquendi, potiùs uidetur retorquendum, uti brocardicum; cum enim teſtator repreſentationi locum eſſe ſtatuerit in certo caſu paritatis gradus, cenſetur in alijs caſibus voluiſſe illã excludere, ex adductis per Guttier. practicar. lib. 5. q. 67. num. 6. et ſeqq. Surd. conſ. 94. n. 67. ubi, quòd una diſpoſitio ab alia recipiat interpetrationem; præcipuè, quia ex dictis clauſulis, quæ ex aduerſo poſſunt ponderari pro excluſione repreſentationis, & ex alijs in teſtamento diſpoſitis, videtur, poſſe conſtare de contraria mente diſponentis.

Vlteriùs, repreſentatio, eò magis videtur excluſa, attenta diſpoſitione fideicommittẽtis, ibi, ſempre douerſi intendere della proſſimità, riſpetto il grauato, et non à me Teſtatore,

36 ex quo validiſſimum exiſtimo reſultare argumentum excluſiuum repreſentationis; opinio enim aſſerentium, in fideicõmiſſo aſcendentium, locum eſſe repreſentationi in infinitum, fauore nepotis, pronepotis, aliorumque vlterioris gradus, eſt potiſſimùm innixa duobus principijs, ſeu ſuppoſitis. Alterum, quòd cum in fideicommiſſis, iuxta eorumdẽ Doctorum ſententiam, attendi debeat proximitas grauantis, & non grauati, nepotes, & pronepotes, & alij poſſint repreſentare, uſque in infinitum, eumdem aſcendentem, à quo reperitur inſtitutum fideicommiſſum.

Alterum verò, quòd fideicommittens præſumatur ſe conformaſſe cum diſpoſitione Iuris communis, ſuoſque deſcendentes, eo ordine ad fideicommiſſum admittere uoluiſſe, quo de Iure ad ſucceſſionem ab inteſtato vocantur, prout has potiſſimùm rationes pro firmanda concluſione, quòd in fideicommiſſo aſcendentium repreſentatio admittatur, fauore nepotum, pronepotum, aliorumque deſcendentium in infinitum, expendunt, Gabriel. conſ. 106. n. 2. 3. & 32. lib. 2. Spad. conſ. 243. num. 1. & ſeq. lib. 3. Altograd. conſ. 65. lib. 1. Fuſar. de ſubſtitut. q. 485. num. 1. & ſeqq. Cardin. Mantic. de coniectur. lib. 8. tit. 9. num. 2. & ſeq. Andreol. controu. 143. num. 13. Tondut. lib. 1. quæſt. Ciuil. cap. 99. n. 1. alijque plures ſuperius initio allegati.

37 His igitur præmiſſis, ſublata remanet in præſenti prima ratio, ſeu ſuppoſitum, cui eſt innixa repreſentatio in fideicommiſſis aſcẽdentium vſque ad infinitum, attenta apertiſſima voluntate Teſtatoris, qui ad tollendas quaſcumque diſputationes, an in ſucceſſione fideicommiſſi attẽdi debeat proximitas grauati, uel grauantis, expreſſis verbis, determinauit, attendendam eſſe proximitatem grauati, inhærendo ſententiæ, quam ſecluſis circumſtantijs contrariæ voluntatis Teſtatoris, conſtanter, poſt Bart. in l. re coniuncti, nu. 3. & 62. ff. de legat. 2. uti ueriorem, magiſque receptam, ſectantur, Bero. in cap. in præſentia, num. 413. de probat. Ramon. cõſ. 103. n. 421. & ſeqq. Surd. conſ. 370. n. 19. Peregr. conſ. 63. n. 22. lib. 2. & cõſ. 44. n. 14. & cõſ. 50. n. 6. & ſeqq. lib. 1. & conſ. 42. in fin. lib. 5. & de fidicom. art. 20. n. 3. verſ. contrarium, & ſeqq. Decian. conſ. 25. lib. 3. Pappon. conſ. 46. num. 12. Odd. conſ. 39. n. 29. Facchin. conſ. 83. num. 17. & ſeq. lib. 1. Honded. conſ. 70. nu. 2. Altograd. conſ. 67. n. 1. lib. 1. Fuſar. conſ. 76. num. 1. & latè, de ſubſtit. q. 484. num. 10. & ſeqq. Cirocc. diſcept. 25. num. 13 & diſcept. 78. num. 121. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. q. 22. art. 1. n. 3. Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 12. num. 38. Mierez de Maiorat. part. 2. q. 8. num. 1. & ſeqq. Caſtill. lib. 3. controu. cap. 19. n. 140. & ſeqq. Molin. de pact. nupt. lib. 3. q. 24. n. 333. ubi congerit ultra ſexaginta Doctores, Mattienz. lib. 5. tit. 11. l. 8. gloſ. 3. n. 2. Guttierez quæſt. Ciuil. lib. 3. q. 66. num. 7. & ſeqq. Merlin. dec. 520. n. 1. & ſeqq. Card. Ottobon. dec. 22. nu. 1. & ſeqq. & dec. 35. Card. Cerr. dec. 190. n. 13. & ſeq. Carrill. dec. 233. num. 10. & frequenter in alijs.

38 Idque ſatis prudenter, quià, cum inſtituerit fideicommiſſum agnatitium, & perpetuũ, atque adeó per plura ſæcula poſſibiliter duraturum, optimè præuidit, quòd ſi attendenda eſſet proximitas grauantis, pro illa reperienda, neceſsè fuiſſet longam annorum ſeriem reuoluere, turbatæque ſucceſſiones, ſepiſſimè per ſaltus eſſent deferendæ, à liberis morientis in tranſuerſales remotiſſimos trãſituræ, contra diſpoſitionem, text. in l. unica, verſ. ſi quidem, Cod. de his, qui ant. apert. Tabul. & difficillima, penèque impoſſibilis fuiſſet euentura probatio proximioritatis Teſtatoris, cum maximo litium anfractu, contra text. in l. 1. ff. de Iur. Iuran. et l. properandum 10. Cod. de Iudic. quibus omnibus prudens teſtator voluit occurrere, vocando ad ſucceſſionẽ fideicommiſſi proximiores ipſi grauato; non autem ipſi teſtatori grauãti, prout benè, poſt plures allegatos, has rationes pon-

derant in ſpecie, *Surd.d.conſ.370.nu.11.verſ.*
accedit, Caball.conſ.60.nu.8.et ſeqq.lib.1.Fu-
ſar.de ſubſtit.q.484.n.15.verſ.et ab hac ſenten-
tia,Vaſqu.de ſucceſſ.progreſſ.lib.3.§.26.nu.11.
poſt med. Molin. de Primog. lib.3 cap.9.n.13.
Cirocc. diſcept.25.n.13. et diſcept.78.n.121.
Mart de ſucceſſ.legal. part.4. q.22 art.1.num.
3. & admittit *Roſa,conſult.2.num.4.et ſeqq.*&
egregiè arguunt, *Merlin. deciſ.520. num 10.*
Buratt. dec. 682.num.3. et deciſ.744 num.12.
Cauuler.dec.465.num.4 *Card.Ottobon.dec.21.*
num. 13. et duobus ſeqq. & nos alibi diximus.
39 Atq;adeò,cũ Patrui ſint proximiores gra-
uato, excludere debent nepotẽ remotiorem,
l.peto 69.§.fratre,ff.de legat.2. ibi,*ita res tem-*
perari debet, vt proximus quiſque primo loco
videatur inuitatus: Cumque habeamus ſatis
apertam teſtatoris voluntatem, quòd in ſuc-
ceſſione fideicommiſſi attendi debeat proxi-
40 mitas grauati, non grauantis, ab ea nulla-
tenùs uidetur poſſe recedi, *l fideicommiſſa 11.*
§ item ſi quis, ff. de legat.3.l.ex facto 35.ff.de
hæred.inſtit.l.cum quæſtio 33. Cod de legat.§.
diſponat,auth.de nupt. & in his terminis,*Pere-*
gr.de fideicom.art.20.n.9. verſ.ego autem, &
conſ.50.num. 1. lib.1. Card.Ottobon.dec.21.
num. 4. & ſeq. Card. Cerrus d. dec. 190. num.
14. & ſeq.
Prædicta uerò omnia multò fortiùs proce-
dũt in preſenti,ea potiſſimũ animaduerſione
adhibita, quòd, etiam,ſemota aperta uolun-
tate Teſtatoris, qui ſpecificè uoluit ſeruan-
dam eſſe proximitatem grauati,non grauan-
tis, quæ tollit quamcunque diſceptandi oc-
caſionem:Adhuc,cum hodie agatur inter de-
ſcendentes comprehenſos ſub eadem fidei-
committentis linea,neq;fiat tranſitus de una
linea in aliã inter trãſuerſales,uel de uno ge-
nere perſonarũ ad aliud; adeò ut proximior
41 agnatus ultimi grauati, non deſcendat à fa-
milia Teſtatoris, quo caſu procedit conclu-
ſio, ut attendi debeat proximitas grauantis;
niſi aliud coniecturæ ſuadeant, prout latè
firmant, *Cephal.conſ.333.per tot.lib.3.& cõſ.*
493.n.42.et 45.lib.4 Decian. reſponſ.9.n.19.
lib.2.et reſponſ.21.n.6.et ſeq.lib.3. & melius,
& pleniùs,*reſponſ.14 à n. 1. vſque ad 6.lib.5.*
Laderch.Imol.conſ.45.n.12 & ſeq. Rimin.Iun.
conſ.167.n.8. Paneirol. conſ.170. Caball.conſ.
114.n.16.& duobus ſeqq. lib.2. Giouagn.conſ.
62 num.14.verſ.rurſus,lib.1. Fuſar.conſ.85.n.
10. & ſeq. & de ſubſtit.q.484.num.16. & 21.
Pax.de tenut.cap.25.nu.23.Gratian. cap.493.
num.25.Cyriac.controu.269.n.14.Molin. de
Primog.lib.3 cap 9. n. 2. Peregr. de fideicom.
art.20. num.5. & duobus ſeqq. & dec.Patau.
132.ſub num.2.verſ.ſed iſtis non obſtantibus,Ca-
ſtill.controu.Iur.lib.5.cap.93 §.13.num.6. &
duobus ſeqq.Roſa conſult.2.num 15. Rot.in re-
cent.dec.693.num.3.& ſeq.part.2.& dec.519.
n.13.& ſeq.p.5.Carrill.dec.233.n.11.
Eò magis in ſucceſſione fideicommiſſi, at-
42 tendi debet proximitas grauati; non grauã-
tis, *Giouagn.conſ.62.num.14. verſ.rurſus, lib.*
1.Fuſar.conſ.85.num.10. Peregr. de fideicom.
art.20.num.5. & ſepè firmauit *Rot.*præcipuè,
in recent.d. dec. 519. num.13. & ſeqq.part.5.
tom.2.Carrill.dec.233.num.11. Card.Ottobon.
d.dec.21.num.16.& duobus ſeqq.
Atque ex his, ſublata,etiam remanet alte-
ra ratio, ob quam Doctores initio allegati
firmant, dari repreſentationem uſque ad in-
finitum in fideicommiſſo aſcendentis,quia,
nempè, Teſtator præſumitur, ſe conformaſ-
ſe cum diſpoſitione Iuris communis, regu-
lando ſucceſſionem fideicommiſſi, cum ſuc-
ceſſione ab inteſtato; ſtante enim expreſſa
uoluntate Teſtatoris, quòd attendi debeat
proximitas grauati; non grauantis; abſque
dubio, ſi Carolus ultimo loco defunctus ab
inteſtato ſucceſſiſſet,utique fratres,& Patrui
reſpectiuè excluſiſſent nepotem ab eius hęre-
ditate,ex uulgaris.
Quò uerò ad ſecundam inſpectionem,an
ſaltem nepos poſſit contendere, ſe uocatum
ad fideicommiſſum coniunctim cum patruis
ex propria perſona, uti comprehenſum ſub
illis uerbis, *ſoſtituiſco l'altro, e gl' altri di det-*
ti ſuoi figlioli, & i figlioli, nepoti, pronepoti, &
deſcendenti maſchi di quello, ò quelli, d'vno in
43 *altro*, ſi non adeſſent clauſulæ, *di vno in al-*
tro, ordine ſucceſſiuo, ſeruata ſempre la prero-
gatiua de' gradi, e ſempre douerſi intendere
della proſſimità del grauato, e non di me Teſta-
tore, fortaſsè poſſet ſuſtineri,ut nepos dica-
tur coniunctim uocatus ad fideicommiſſum,
una cum Patruis,ſaltẽ in capita.ſtante obitu
unius ex grauatis ſine liberis.*Iaſ. in l.Gallus,*
§.quidam rectè, num.31. & ſeqq. ibique *Ga-*
leaut.num.16. & ſeq. ff. de liber.& poſthum.
Couar.in cap.Raynutius §.2.num.4.extra de te-
ſtam.Card.Mant.de coniect. vlt.voluntat.lib.4.
tit.8.num.14.Peregr.de fideicomm.art.17.nu.
14.Raudenſ.dec.Piſan.31.num.239.Cacheran.
dec.Pedem.81. latè pluribus adductis,*Fuſar.*
de ſubſtit. q.476. num.16. & ſeqq.
44 Sed ſtantibus clauſulis prædictis, res ma-
ximam patitur difficultatem, quia fortiùs
militant uulgatæ Iuris concluſiones, ut uo-
catio plurium collectiuè,intelligi debeat or-
dine ſucceſſiuo, iuxta apertam diſpoſitio-
nem Iurium, *in l.peto,§.fratre, ff. de legat.2.*
l.cum ita, §.in fideicommiſſo, ff.eodem.Cardin.
Mant.de coniect.lib.4.tit.8.num.27. Barz.dec.
*9.n.3.Surd.dec.346.num.16.*cum alijs conge-
ſtis,per *Fuſar.de ſubſtitut.q.358.n.1. & ſeqq.*
Pręcipuè,ſtãtibus clauſulis,*ſalua gradus præ-*
rogatiua,& quòd ſuccedi debeat in ſtirpes,& nõ
in capita,prout de clauſula,*ſalua gradus præ-*
rogatiua,Soccin.Iun.conſ.89.nu.14.lib.3.Gabr.
de fideicomm. concluſ 3 num.20.Fuſar. de ſub-
ſtit.q.476.num.43.& q.358.num.20.Marzar.
in

Digitized by Google

in epitom.de fideicom.part.2.q.32.Seraph.dec. 934.*num.*4.Et de clauſula *in ſtirpes , & non in capita, Soccin.Iun.d.conſ.*89. *num.*14.*lib.*3. *Fuſar.d.q.*476.*num.*44. *Seraphin.d.deciſ.*934. *num.* 6.

45 Neque applicatur limitatio adducta , per *Fuſar.d.q.*358.*num.*13. *Peregr.de fideic. art.* 22.*num.*68. qui loquuntur , quando eſt relictum omnibus agnatis ; ſecus verò,quando , prout in præſenti , ex dictis clauſulis conſtat de contraria mente Teſtatoris, quòd admitti debeat proximior.

46 Et quamuis poſſit replicari , quòd clauſula, *de vno in alium , & ordine ſucceſſiuo* , uti appoſita in prima parte ſubſtitutionis , non cenſeatur repetita in ſequentibus ſubſtitutionibus, ex latè adductis, per *Pariſ.conſ.*38. *num.*18.*& ſeqq.*ſignanter *num* 20.*verſ.iſtis , tamen non obſtantibus lib.* 2. qui ſic in ſpecie reſpondet obiecto.

Nihilominus , huiuſmodi reſponſio non videtur ſatisfacere in caſu , de quo agitur , quia Teſtator per uiam declarationis præcedentium ſubſtitutionũ declarauit , ut ſucceſſio deferri deberet, *ſalua gradus prærogatiua, & in ſtirpes* , quæ clauſula ex ſupra firmatis,operatur,ut plures collectiuè uocati, intelligi debeant uocati ordine ſucceſſiuo ; adeòut proximior in gradu excludat remotiorem;ideòque huiuſmodi modus ſuccedendi virtualiter dicitur ineſſe ſubſtitutionibus declaratis ex notiſſimis regulis Iuris .

Niſi fortaſsè dicere velimus , cum *Menochio,conſ.*124. *num.*78. poſt medium *verſic.*
47 *idem reſpondit*, quòd, licet filij , quò ad eorum parentes,dici poſſint vocati ordine ſucceſſiuo;attamen,Parentibus ipſis mortuis,ex ſua perſona concurrant cum eorum Patruis; idemque firmat *Cravett. conſ.*67.*num.*5.*verſ. & in terminis poſt princip. lib.*1.

Tandem,quò ad tertiam inſpectionem,an
48 ex vi Vulgaris Anomalæ contentæ in compendioſa,nepos ſubingrediendo in locum Patris prædefuncti, ex propria perſona ad fideicommiſſum ſuccedere poſſit , ac capere immediatè á grauato totum id , quod deberetur Patri, ſi viueret , iuxta celebrem theoricam. *Bart.in l.quamdiù* 64.*num.*10.*ff. de acquirend.hæredit.*quam,omiſſis alijs,ſequuntur, *Gabr.conſ.*115.*nu.*3.*&* 4.*lib.*1. *Giouagn.* qui prę ceteris,optimè iſtam Vulgarem Anomalam diſcutit *conſ.*76.*n.*6.*& ſeqq. & conſ.* 77.*num.*9.*et ſeqq. lib.*1. *Ladercb. conſ.*712. *num.*4.*ad finem, Surd.conſ.*347.*num.*16.*Peregrin.de fideicom.art.*15.*num.*14. *Seraph.deciſ.* 145.*num.*3.*et ſeq.Rot.*poſt *Merlin.de legit.dec.* 96.*num.*3.*et ſeqq.*& nos alibi latiùs diximus.

49 Duplex reſponſio negatiua in ſpecie datur, per *Rot.in recent.dec.*305.*par.*14. rectè conueniens in præſenti ; Altera, quòd ſubingreſſio in locum Patris, ad effectum ſuccedendi Patruo,fuit per Teſtatorem prohibita, dum ſubſtitutionem regulandam eſſe decreuit á proximitate grauati ; non autem grauantis; Altera verò , quia idem Teſtator ſub ingreſſum filij in locum Patris,ad certum caſum paritatis graduum reſtrinxit.

ARGVMENTVM.

Alienationis prohibitio cõcepta cũ dictione, *Inſuper* , dicitur ſtare independenter; non autem conſequutiuè ad præcedentes ſubſtitutiones; ideòque abſolutum , ſeparatumque fideicommiſſum inducit.

Conuentio inter fratres inita in contractu ſuper reciproca ſucceſſione , etiam per viam Donationis, an , & quando ſubſiſtat, ad intellectum, *tex. in l. licet, C.de pactis.*

Inſinuatio eſt præſumenda ex lapſu triginta annorum cum obſeruantia, & ex iuramento ſuppletur ; licet ſpecificè eidem inſinuationi non fuerit renunciatum.

Identitas bonorum fideicommiſſi, ex quibus comprobata remaneat,& in quo caſu aliquarum demonſtrationum conuenientia ſufficiat,licet in reliquis diſcrepantia adeſſe videatur .

Trebellianicæ detractio, cenſetur à Teſtatore interdicta ob prohibitam alienationem omnium bonorum,expreſſa potiſſimùm ratione , vt conſeruentur in Agnatione, & Familia .

Legitima cenſetur conſumpta ex alienationibus factis per hæredes grauatos , præcipuè non confecto Inuẽtario,onuſque probandi, quòd alienationes legitimæ detractionem adęquent,fideicommiſſario actori non incumbit ; ſed potiùs reo conuento , ab hærede grauato alienante,cauſam habenti ; Et in quibus caſibus huiuſmodi opus probandi ad fideicommiſſarium pertineat .

S V M M A R I V M.

1 *Immiſſio competit fideicommiſſario , quoties conſtat de purificatione fideicommiſſi, identitate bonorum , & legitimatione perſonæ,ex remedio* leg.fin.Cod.de Edict.Diu.Adrian.tollend.

2 *Vel vtili Saluiano ratione hypothecæ compe-*

tente, etiam contra tertium ab hærede grauato cauſam habentem.

3 *Teſtator, quoties poſt factam ſubſtitutionem, ſubdit,* Ita, quòd bona remanere debeant in ſua agnatione, & familia maſculina, *intelligitur inductum nouum fideicommiſſum, propter dictionem,* Ita, quòd, *quæ ſtat ampliatiuè.*

4 *Prohibitio alienationis concepta per verbum,* Inſuper, *vtpotè nouæ orationis principium, dicitur ſtare independenter, & de per ſe, & abſolutum, ſeparatumque fideicommiſſum inducit.*

Idemque aſſerendum de dictione, Vlterius.

5 *Præcipuè, quoties alienationis prohibitio non legitur appoſita incontinenti poſt ſubſtitutionem; ſed poſt intermedias orationes.*

6 *Prohibitio alienationis ſtat conſequutiuè; non autem independenter, quoties oratio incipit per participium,* Prohibens.

7 *Intellige, quando adeſt ſolummodò participiũ,* Prohibens, *ſecus verò quando vlteriùs legitur dictio,* Inſuper, *tunc enim nouum fideicommiſſum inducitur.*

Declarantur, Gabriel, conſ. 124. & conſ. 132. & dec. Merlini 890. n. 10. & Coccini 294. n. 7.

8 *Dictio,* Inſuper, *quando regitur à verbo præcedentis orationis, non dicitur ſtare independenter, ſed continuatiuè, addendo ad ſuperiora, retentis eiſdem terminis.*

9 *Id procedit, quando ponitur inter duas orationes, quarum prima eſt perfecta, altera imperfecta ex parte Verbi.*

10 *Secus, quando legitur appoſita inter duas orationes perfectas in periodo, & capite omninò diuerſo; tunc enim ſtat inceptiuè.*

11 *In prohibitione alienationis quoties adeſt verbum relatiuum,* Dictis, *tunc cenſetur ſtare acceſſoriè, & reſtringitur ad terminos præcedentis ſubſtitutionis.*

12 *Id tamen non habet locum, quando prohibitio eſt magis ampla, quàm ſit præcedens ſubſtitutio*

13 *Prohibitio alienationis dicitur valida, quoties eſt veſtita adiectione pœna nullitatis, & caducitatis; in caſu alienationis, & obligationis.*

Vel quoties fuit demandatum, vt pars alienata, & obligata applicetur non alienanti neque obliganti, et in quo caſu contraria procedunt ub d.

14 *Prohibitio alienationis, fauore præcedentium ſubſtitutionum, præſumitur facta.*

15 *Poſt prohibitionem alienationis aliundè veſtitam, quoties à Teſtatore additur ratio generalis; quia voluit eius bona remanere in agnatione maſculina, inducitur abſolutum, & perpetuum fideicommiſſum inter omnes de agnatione, & de ratione.*

16 *Idque etiam, ſi prohibitio alienationis eſſet dependenter, & conſequutiuè ad præcedentes ſubſtitutiones.*

17 *Fœminarũ ex ſubſtitutione, finita linea maſculina, reſultat reciprocum fideicõmiſſum inter omnes maſculos de agnatione.*

18 *Subſtitutio intelligitur facta in omnibus bonis Teſtatoris; licet non fuerit adiectum ſignum aliquod Vniuerſale; quoties conſtat de enixa voluntate conſeruandi bona in agnatione.*

19 *Facta ſubſtitutione, vt bona in agnatione conſeruentur, intelligi debet indiſtinctè de omnibus.*

20 *Præcipuè, quando Teſtator loquutus eſt de bonis, addito pronomine poſſeſſiuo,* Suis, *quo caſu indefinita Vniuerſali æquipollet.*

21 *Confeſſio hæredis grauati immediati pro fideicommiſſi exiſtentia, valdè vrget ad interpetrandam Teſtatoris voluntatem.*

Signanter, quando non agitur de inducendo fideicommiſſo, ſed de eo iam inducto declarando.

22 *Obſeruantia ſubſequuta, eò, quia poſt hæredis grauati mortem ſubſtituti fuerint conſequuti omnia bona fideicommittentis, excluſis creditoribus, probat, eadem bona fideicõmiſſo fuiſſe ſuppoſita.*

23 *Fideicommiſſa poſſunt conſtitui in contractu, quando conuentio non eſt de tota hæreditate, neq; de illius quota.*

Ideòque poteſt conſtitui fideicommiſſum inter fratres in diuiſione bonorum.

24 *Fideicommiſſum in contractu à pluribus inſtitutum, non valet ab vno, vel altero ipſorum reuocari; ſed omnium requiritur conſenſus.*

Reprobatur contraria ſententia Beroi.

25 *Ab inæqualitate Iura magnoperè abhorrent.*

26 *Diſpoſitionem tranſiiſſe in contractum, ſatis liquidò deprehinditur ex numero teſtium.*

27 *Prout ex promiſſione Iurata de non contraueniendo ſub hypotheca bonorum.*

28 *Facultas reſeruata teſtandi de certis bonis, arguit, voluiſſe contrahentes eorum ſucceſſionem eſſe ſeparatam à bonis fideicõmiſſo conuentionali ſubiectis.*

29 *Conuentio non ſubſtinetur, quoties aufert liberam teſtandi facultatem.*

30 *Id tamen non procedit, quando adeſt reſeruatio facultatis diſponendi de certis bonis.*

31 *Conuentio, quando non eſt Vniuerſalis de omnibus bonis; ſed particularis, eſt valida.*

32 *Fideicommiſſum reciprocè conſtitutum in contractu inito inter fratres pro decore, et conſeruatione familiæ, ſubſiſtit.*

33 *Ex quibus clauſulis arguatur, diſpoſitionem tranſiiſſe in contractum irreuocabilem.*

34 *Irreuocabilitas vltimis voluntatibus directè aduerſatur.*

35 *Conuentio, quando non dicatur de futura ſucceſſione; ſed potiùs de bonis particularibus, cum obligatione ſtatim effectum ſortitura, licet differatur exequutio.*

36 *Conuentionis verba, quando fundantur in perſona promittentium, ſub conditione poſt mortem extitura: adeò, vt, eueniente caſu in perſona hæredum, obligatio incipiat, tunc omninò ſubſiſtit.*

37 *Idque, etiam ſi pactum fuerit poſt mortem collatum.*

38 *In pacto de ſuccedendo, ſi conuentio fuerit concepta per viam donationis, ſubſtinetur, quia pactum donationis eſt ſeparabile ab ipſo pacto de ſuccedendo.*

39 *Etiamſi fuerit concepta per viam obuentionis bonorum; quoties non eſt de tota hæreditate, neque de eius quota, neque de omnibus bonis; ſed de rebus particularibus.*

40 *Traditur intellectus* text. in l. licet, C. de pactis.

Idem textus, quamuis loquatur de rebus; nihilominùs vniuerſa ſignificatur hæreditas, ex quo non fuit datus alius cohæres.

41 *Inſinuationis negatiua non probatur ex lectura Inſtrumenti; & de ratione.*

42 *Inſinuatio, tanquàm ſollemnitas extrinſeca, eſt præſumenda ex lapſu triginta annorũ cũ obſeruãtia.*

43 Non

Google

43 *Non requiritur in donatione reciproca facta in augmentum decoris familiæ, & agnationis, pro conſeruatione bonorum.*

Nam donatio reciproca eſt permutatio.

44 *Reſtitutionis onus in donatione, quando reperitur iniunctum ad fauorem alterius, non requiritur inſinuatio, vbi de ratione.*

Reycitur contraria ſententia Aretini.

45 *Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis.*

46 *Vnicum plures defectus ſupplet, quando illius forma eſt ampla, & prægnans.*

47 *Iuramentum ſupplet defectum inſinuationis; quamuis in ſpecie cum Iuramento non fuerit inſinuationi renunciatum.*

48 *Impuberes obligantur ſine ſollemnitatibus Iuris, ſi fecerint contractum Iuratum, neque ab illis exigitur formalis renunciatio ſollemnitatis.*

49 *Reprobatur ſententia affirmans, quòd inſinuatio non ſuppleatur ex Iuramento; niſi cum Iuramēto cōcurrat expreſſa renunciatio inſinuationis.*

50 *Prædicta ſententia ſolùm poteſt procedere, quoties donator ſpecificè voluit, quòd donatio inſinuetur, & de ratione.*

51 *Liber Aeſtimi probat, bona fuiſſe illius, ad cuius fauorem ſunt deſcripta.*

52 *Præcipuè, quoties non apparet, quòd eo tempore eadem bona reperiantur deſcripta ad Aeſtimum alterius.*

53 *Aeſtima, & Cataſtra ſatis, ſuperque probant identitatem bonorum, ſignanter, quando verſamur in antiquis.*

54 *Teſtes de auditu, & fama in antiquis plenè probant.*

55 *Poſſediſſe Teſtatorem bona in aliqua Villa, ſi appareat, præſumitur, bona poſſeſſa ab hærede in eadem Villa fuiſſe Teſtatoris, niſi nouæ probentur acquiſitiones.*

56 *Præcipuè, quando à reis conuentis producuntur acquiſitiones ab hæredibus grauatis, factæ in alijs locis.*

57 *Multòque magis, quando non agitur contra tertium; ſed contra habentem cauſam ab hærede grauato.*

58 *Diſtinctio bonorum, donec probetur, omnia præſumuntur fideicommiſſaria.*

59 *Iden- tem bonorum ad probendam, duæ ſufficiunt demonſtrationes, etiam ſi in alijs ſit diuerſitas.*

60 *Confinia curſu temporis præſumuntur mutata.*

61 *Ad probandam identitatem bonorum, leuiores admittuntur probationes.*

62 *Signanter, quando verſamur in materia antiqua vltra centum annos.*

63 *In antiquis identitas, optimè remanet probata ex vnica generali demoſtratione.*

64 *Imò ſufficiunt argumenta, præſumptiones, & coniecturæ.*

65 *Trebellianicæ detractio cenſetur interdicta, ob ſtrictiſſimam prohibitionem alienationis omnium bonorum, expreſſa potiſſimùm ratione, vt conſeruentur in agnatione, & familia.*

66 *Reprobatur contraria ſententia, & in quibus caſibus poſſit procedere,* infrà n.68. 69. & 70.

67 *Præcipuè, quando prohibitio alienationis eſt realis, & nedum hæredibus facta legitur; ſed etiā omnibus alijs ſubſtitutis.*

68 *Contraria concluſio, de qua* n.66. *poteſt fortaſsè procedere, vel, quoties alienationis prohibitio eſt nominatim facta hæredibus inſtitutis; non autem ſubſtitutis.*

69 *Vel, quoties eſt ad certum tempus reſtricta, maximè, ſi tempus expirare poterat, viuente adhuc hærede grauato.*

70 *Vel demum, quoties non eſt expreſſa; ſed tacita.*

71 *Legitimæ detractio cenſetur cōſumpta ex alienationibus factis ab hæredibus grauatis, præcipuè non confecto Inuentario.*

72 *Quando agitur contra tertium, & reum poſſorem, onus probandi, quòd grauati tot bona alienauerint, quæ legitimæ detractionem adæquent, an incumbat fideicommiſſario,* & n. ſeqq.

73 *Fideicommiſſarius, quando agit contra habentem cauſam ab hærede grauato, eidem incumbit onus probandi, quòd alienationes ſint anteriores, qua probatione peracta, ſi reus excipiat illas non eſſe ſufficientes, adſtringitur talem inſufficientiam probare.*

74 *Fideicommiſſario petenti immiſſionem incumbit prædictum onus probandi, vel quando nullæ aſſeruntur alienationes anteriores.*

75 *Vel, quando de ſtatu hæreditatis conſtat per Inuentarium, vel aliter, & alienationes, & detractiones ſunt certæ.*

76 *Quando non conſtat de ſtatu hæreditatis, neque per Inuentarium, neque aliundè, & adſunt ingentes alienationes anteriores; tunc fideicommiſſario fauet Iuris præſumptio, quòd detractiones adæquentur, & conſumantur ab alienationibus præcedentibus.*

77 *Detractiones; quoties redduntur turbidæ, & illiquidæ ex præcedentibus alienationibus, immiſſionem fideicommiſſario impedire nequeunt.*

CAPVT X.

1 IMMISSIO, omni prorſus Iure, videtur concedenda, cum conſtet de fideicommiſſis, eorumque purificatione, bonorum identitate, perſonarumque legitimatione, quibus concurrentibus, fideicommiſſario non eſt deneganda, vel ex remedio, *l. fin.* C. *de edict. Diu. Adr. tollend.* competente, nedum hæredibus directis; ſed etiam fideicommiſſarijs, in quos, abſque alia verbalis reſtitutionis ſolemnitate, tranſierunt Iura, & actiones, ut ibidem declarat, *Bart. ſub num. 9. verſ. adde etiam, gloſ. fin. in l. penultima,* ubi idem *Bart.* §. *fin. n. 6. verſ. utrū, et ſeq.* C. *ad Senat. Conſult. Trebell. Ruin. conſ. 28. num. 2. et ſeq. lib. 5. Honded. conſ. 64. nu. 56. et ſeqq. lib. 1. Gabr. conſ. 44. n. 6. lib. 2. Menoch. de adipiſcēd. remed. 4. n. 199. Peregrin. de fideicomm. art. 2. nu. 60. et ſeq.* Card. *Caualėr. decis. 204. num. 4.*

2 Vel utili Saluiano, ratione hypothecæ cōpetente, etiam contra tertium ab hærede grauato cauſam habentem, *gloſ. fin. in d. l. penult. C. ad Senat. conſult. Trebellian. Bart. in d. l. fin. ſ b num. 7. verſic. eſt alia differentia, C. de edict. Diu. Adrian. tollend. Gabr. d. conſ. 44. nu. 2. et ſeqq. lib. 2. Riminald. Iun. conſ. 190. nu. 35.*

Gra-

Gratian.cap.731.num.14.Surd.dec.76.num.4. et ſeqq.Seraphin.dec.828.num.1.Merlin.deciſ. 186.nu.8.Bich.dec.161.num.1.Card.Ottobon. deciſ.111.num.4. Card. Celſ.dec.108.n.2.

3 De primo fideicommiſſo inſtituto à Franciſco Scotto ſeniore, non eſt vllo Iure hæſitandum; ſiquidem Teſtator poſt factam ſubſtitutionem Gregorio, ſubdit per hæc ipſiſſima verba: *Ita, quòd bona eiuſdem Teſtatoris remanere debeant in ſua Agnatione, & Familia maſculina tantùm; hoc eſt, quòd perueniant de maſculo in maſculum proximiorem, ordine ſucceſſiuò, fœminis perpetuò excluſis; durante tamen linea maſculina*, ex quibus intelligi debet inductum nouum fideicommiſſum propter dictionem illam, *Ita quòd*, quæ ſtat ampliatiuè, & augmentatiuè, *l.codicillis, ff. de vſufruct. legat. Angel.in l. nulla,ff.de leg.* ubi in ſpecie de dictione, *Ita quòd, Gabr.conſ.118,num.22.lib.1. Riminald.Iun.conſ.464.num.39.Ruin.conſ.92. nu.6.lib.3. Decian.conſ.33.n.94 lib.1. et conſ. 84.num.27.lib.3.* & in terminis, optimè poſt plures allegatos, comprobat videndus, *Giouagnon. conſ. 75.num. 67.et ſeq. lib.1. et conſ.25.n.20.lib.2.*

Vlteriùs, ab eodem Teſtatore legitur demandata fœminarum Dotatio ex fructibus ſuorum bonorum, prohibita omninó Dotatione earumdem ex proprietate, ſubdens, *Quæ proprietas, et bona perpetuò ſemper temporibus remanere debeant in familia, et Agnatione maſculina ipſius Teſtatoris*, prohibita, etiam, poſt multas peractas ſubſtitutiones, alienatione omnium bonorum: ibi, *Prohibens inſuper, & expreſſè vetans ipſe Teſtator dictis ſuis filijs, & deſcendentibus in perpetuum, quo vis modo alienari, et hypothecari ſua bona, ſub pæna nullitatis, & caducitatis, quòdque, vbi fieret alienatio, & obligatio, pars alienata, vel obligata applicetur non alienanti, neq; obliganti, & hoc, quia voluit perpetuò remanere in eius agnatione maſculina.*

4 Huiuſmodi enim prohibitio veſtita, illa ratione, *quia voluit*, cum concepta legatur per modum nouæ, ſeparatæq; orationis, & diſpoſitionis, augmentatiuè ad præcedentes ſubſtitutiones, ut oſtendit verbum illud, *Inſuper*, quod eſt nouæ orationis principium, dicitur ſtare indepẽdenter, & per ſe; ideòque ſeparatum, & abſolutum fideicommiſſum inducit, prout optimè, præ cæteris, comprobant, *Peregrin.conſ.45.num.13.& duob.ſeqq. & num.20.lib.1.& conſ.57.num.11. & ſeqq. lib.5.& dec.134.num.11.Pariſ.conſ.90.n.27. & conſ.92.num.33.lib.2.Gabr.conſ.111.n 21. lib.1.Menoch.conſ.348.n.43.lib.4.Mart.conſ. 109.num.5.& ſeq.Bero.conſ.80. num.4. verſ. præmiſſis, & num. ſeq.lib.2. Rimin.Iun.conſ. 482.num.38.Altograd.conſ.92.nu.19. & 40. verſic.id, quod, & num.45.lib.1.Peregrin.de fideic.art.14.num.13.Gratian.cap.828.num.7. verſ.aliud eſt quando*, latè *Caren.reſolul.163. num.13.& ſeqq. Tondut.quæſt.ciuil.p.1.cap. 47.n.1.& ſeqq.Card.Caualer.dec.481.n.5.& ſeq.Bich.dec.315.num.12.& dec.343.nu.11. & ſeq.* ubi de prohibitione alienationis concepta per conſimilem dictionem *Vlteriùs* directa ad ipſa bona, & imperſonaliter per verba perpetuatiua, *Rot. in recent.deciſ.180. n.11.& duob.ſeqq.part.5.& dec.313.n.11.p. 10.* & in præciſis terminis prohibitionis conceptæ per dictionẽ, *Inſuper*, optimè, *Facebin. conſ.92.nu.28.lib.3. Giouagnon.conſ.39.n.15. in fin.lib.1. Bero.conſ.80.num.4. verſ.præmiſſis, & n.5.lib.2.* quos refert, & ſequitur, *Merlin. dec.228.num.fin.Card.Cerr.dec.65.ante num.1.verſic.& quod attinet*, rectèq; ad propoſitum, confert *text.in l.Seiæ inſuper, ff.de hæredib. inſtituend.*

5 Præcipuè, quia alienationis prohibitio nõ legitur appoſita incontinenti poſt ſubſtitutionem; ſed poſt intermedias orationes, quo caſu, eò magis dicitur ſtare independenter, *Facebin.d.conſ.92.n.28.verſic. quinimò lib.3. Gabr.conſ.123.ante num.1. verſic.iterum cum prohibitio lib.1.*

6 Nullatenus verò aduerſatur contraria animaduerſio, quòd eadem prohibitio ſtet conſequutiuè; non autem independentet, & de per ſe, cum oratio incipiat per Participium, *Prohibens*, importans continuationem ſermonis, connexionemque diſpoſitionis; atque adeò aſſerendum, quòd prohibitio non ſtet principaliter, & de per ſe, ſed potiùs famulari, & ſtare conſequtiuè ad præcedentem ſubſtitutionem, & iuxta illius terminos reſtringi, ut in ſpecie reſpondit, *Gabr. conſ. 124.num.12.& conſ.138.num.25. verſ. ſtante igitur lib.2.Coccin.dec.294.nu.7.Merlin.dec. 890 num.10.*

7 Siquidem, ea eſt adhibenda animaduerſio, quòd Gabriel, prædictæque Rotæ deciſiones loquantur, quando adeſt ſolùmmodò participium, *Prohibens*, in quibus terminis præſens quæſtio non verſatur, quia vltra dictum participium, adeſt, etiam dictio, *Inſuper*, quæ, ex ſupra firmatis, eſt nouæ orationis principium, & oſtendit, Teſtatorem vltra præcedens fideicommiſſum, aliud nouum, & ſeparatum ſubiungere voluiſſe, vt in terminis benè diſtinguunt, *Bero.conſ.80.num.4. verſ.præmiſſis, & n.ſeq. lib 2. Rimin.Iun conſ.482.nu. 38.Giouagn d.conſ.39.n.15.in fin.lib.1.Merlin. dec.228.in fin.Card.Cerrus,d.deciſ.65.num.3. et ſequ.*

8 Nullo verò Iure aduerſatur replicatio, quòd dictio, *Inſuper*, tunc ſolùm dici poſſit nouæ orationis principium, quando oratio, cui præponitur, habet verbum proprium, & ſeparatum; ſecus verò, quando regitur à verbo præcedentis orationis; prout in præſenti pro-

prohibitione, in qua nullum legitur verbum, quod perfectam faciat orationem; quo caſu dictio, Inſuper, dicitur ſtare continuatiuè, addendo ad ſuperiora, eiſdem retentis terminis, cap. ſtatutum, §. inſuper de reſcript. in 6. Bero. d. conſ. 80. n. 5. lib. 2. prout diſtinguit ex aduerſo allegatus, Pariſ. de Reſignat. tom. 2. lib. 2. q. 11. num. 22. verſ. ſed huic argumento, & n. 24. Mareſcot. var. lib. 1. cap. 51. n. 8.

9 Obiectum enim fortaſsè poſſet procedere, quando huiuſmodi dictio, aliæq; conſimiles, ſuaptè natura repetitiuæ, ponũtur inter duas orationes, quarum prima eſt perfecta; altera imperfecta ex parte uerbi, aut ex parte ſuppoſiti, uel appoſiti; hoc enim caſu, ueram exiſtimo concluſionem, quòd ſequens oratio ex præcedẽti ſuppleatur, cum omnibus ſuis qualitatibus, iuxta monitum, Bart in l. 1. in princip. ff. de publican. & Vectigal. & conſ. 27. ſub n. 1. lib. 1. Iaſ. in §. æquè n. 45. inſtitut. de action. & conſ. 207. num. 5. & ſeqq. lib. 2.

10 Secus aſſerendum, quando, prout in hac ſpecie, appoſitæ leguntur inter duas orationes perfectas, dum alienationis prohibitio fuit concepta principaliter, & de per ſe in periodo, & oratione ex omni parte perfecta, & in capite omninò diuerſo, per uerba ſeparara inducentia nouam, perfectamque diſpoſitionem, ſemota quauis connexione, & dependentia; Et licet non habeat verbum proprium; non tamen regitur à verbo præcedentis orationis; ſed potiùs ab illo participio, Prohibens, quod vice verbi fungitur, & in verbum reſoluitur, iuxta receptam theoricam, Iaſ. in l. Centurio num. 43. ff. de vulgari, Feder. de Sen. conſ. 145. num. 16. verſ. item alia ratione; in hoc enim caſu hujuſmodi dictiones non ſtant per modum repetitionis, & copulationis qualitatũ, conditionumque præcedentium; ſed potiùs inceptiuè, faciendo duas diſpoſitiones diuerſas, & ſeparatas, vt innuunt, Bart. & Iaſ. in locis proximè laudatis, & apertè in his terminis optimè diſtingunt, Ruin. conſ. 10. num. 26. lib. 1. Roland. alios referens, conſ. 34. num. 36. lib. 3. latè, Peregr. de fideicomm. art. 16. num. 12. Gratian. cap. 828. n. 11. & ſeq. & egregiè, præcæteris, videndus, Card. Cerrus d. deciſ. 65. n. 5. & duob. ſeqq.

11 Minus etiam meretur attendi, quòd in prohibitione alienarionis legatur verbum illud relatiuum, Dictis: ibi, Prohibens, inſuper, dictis ſuis filijs, &c. quod operatur, vt prohibitio cenſeatur ſtare acceſſoriè, & reſtringi debeat ad præcedentis ſubſtitutionis terminos; licet ſit poſita in oratione diuerſa, & ſeparata, Alex. conſ. 59. col. vlt. lib. 3. Ruin. conſ. 108. num. 13. in fin. lib. 2. & conſ. 134. nu. 15. & ſeq. lib. 3. Gabr. conſ. 138 num. 26. & ſeq. lib. 2. Decian. con. 94. num. 18. in fin. & 20. lib. 5. Torniol. conſ. 8. num. 101. & conſ. 102. n. 10. Laur. de Pin. conſ. 12. n. 6. Rimin. Iun conſ. 371. n. 83. lib. 3. Cephal. conſ. 17. n. 14. lib. 1. Menoch. conſ. 642. n. 5. & conſ. 1216. n. 22 & ſeq. Honded. conſ. 78. n. 40. & ſeqq. lib. 1. Maluaſ. conſ. 90 num. 40. Surd. conſ. 67. num. 40. & conſ. 96. num. 41. lib. 1. & dec. 125. n. 1. & dec. 85. n. 2. & ſeq. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 6. n. 25. pluribuſque alijs congeſtis, Fuſar. de ſubſtitut. q. 683. n. 20. Seraph. dec. 482.

12 Id enim non procedit, quando, prout in hoc themate, prohibitio eſt magis ampla, & latior, quàm ſit præcedens ſubſtitutio, cum contineat deſcendentes de familia in præcedenti ſubſtitutione, ſaltem non ita clarè cõprehenſos; hoc enim caſu, quamuis adſint dictiones relatiuę; non ideò tamen prohibirio ad perſonas ſupra expreſſas reſtringitur, ſed omnes afficit, vt in ſpecie firmant, Paſcib. conſ. 92. n. 10. verſ. hoc tantùm addam, Decian. conſ. 86. nu. 23. & ſeq. lib. 3. Menoch. conſ. 920. num. 18. verſ. ſeptimus eſt caſus, Cephal. conſ. 107 n. 11. Curt. Iun. conſ. 43. col. penult. verſ. nõ obſtat, Gratian. cap. 828. n 15. Fuſar. ita in ſpecie limitans contrariam concluſionem, dict. q. 683. n. 23. Rot. diuerſor. dec. 133. n. 5. & ſeq. par. 4. Cardin. Cerrus d. dec. 65. n. 9. & duobus ſeqq.

13 Prædicta uerò omnia, eò libentiùs amplectenda, quia prædictæ alienationis prohibitioni fuit per Teſtatorem adiecta ratio generalis, & per modum diſpoſitiuum: ibi, Et hoc, quia voluit, perpetuò remanere in eius agnatione maſculina; Cum enim alienationis prohibitio eſſet aliundè veſtita, atque adeò valida; Tum, quia Teſtator adiecit pænam nullitatis, & caducitatis, actumque irritauit alienationis, Anan. conſ. 47. n. 8. verſ. ſed certè ego, Alciat. conſ. 75 n. 7. & conſ. 777. num. 41. Berrett. conſ. 142 n. 6. Rimin. Iun. conſ. 456. n. 83. lib. 4. Decian. conſ. vlt. lib. 1. Corn. conſ. 258. num. 14. lib. 1. Eugen. conſ. 44. n. 53. & ſeq. lib. 1. ubiquòd ad veſtiendam alienationis prohibitionem, ſufficiat annullatio, & priuatio in caſu controuentionis, Fuſar. de ſubſtit. q. 685. n. 19. Caren. reſolut. 163. num. 29. Bich. dec. 92. n. 29. Arguell. deciſ. 54. n. 25. Rot. in Peruſina fideicommiſſi de Bigazzinis impreſſa apud Giouagn. lib. 1. reſp. 75. Tum etiam, quia demandauit, vt pars alienata, & obligata applicetur non alienanti, neque obliganti, Ruin. conſ. 128. num. 11. & conſ. 208. num. 16. lib. 1. Ceph. conſ. 730. num. 48. & ſeqq. Rimin. Iun. conſ. 456. num. 85. & ſeq. Vegg. conſ. 74. num 400. Curt. ſen. conſ. 40. num. 17. & ſeq. Altograd. conſ. 92. num. 29. lib. 1. Gabr. de fideicom. concluſ. 9. num. 23. & 25. Zuccar. deciſ. Lucenſ. 76. num. 138. Bich. d. dec. 343. n. 16. verſ. & de ſecundò, Rot. in d. Peruſina fideicommiſſi de Bigazzinis, apud Giouagn. reſp. 75. n. 76. benè, Montan. contr. 51. num. 1. Barr. de ſucceſſ. lib. 8. tit. 3. num. 3. in princip. Mart. de ſucceſſ. legal.

gal.part.4.q.21.art.8.num.71, alios referens, *Caren.reſol.163.num.30.*

14 Tum demum propter ſubſtitutiones antecedentes, quarum fauore alienationis prohibitio facta præſumitur, *Facebin.conſ.57.n.1.& ſeq.lib.2. Surd.conſ.67.num.40.& ſeq. Cephal.conſ.153.n.54.& duob.ſeqq. Decian.conſ.50.n.22.lib.1.* Riminald. *Iun.conſ.531.num.4.& ſeq. Menoch.conſ.327.n.95. Peregr.* qui teſtatur de communi, *conſ.45.n.16.lib.1. Fuſar. de ſubſtit.q.635.n.26. Bich.dec.129.n.11.* & contraria procedunt, quando adeſt ſola pena nullitatis in caſu alienationis, quæ non eſt ſufficiens ad veſtiendam prohibitionem; dum non adeſt ſubſtitutus, cuius fauore nullitas inducitur; prout rectè diſtinguit *Ger.Spin.conſ.37.n.3.verſ.in propoſito autem, Montan.controu.51.num.1.in fin. Rot.in recent.dec.284.num.10.et ſeqq.part.6.Card.Celſ.dec.218.num 14.*

15 Atque adeò, ratio generalis, *quia voluit, perpetuò bona remanere in eius agnatione maſculina*, ne ſapiat ſuperfluitatem, abſolutum, & perpetuum fideicommiſſum inter omnes de agnatione Teſtatoris inducit, prout fuit originalis diſtinctio, *Socein.Sen.in l.qui Romæ 22.§.cohæredes n.16.ff.de verb.obligat.* quem ſequuntur, *Crot.conſ.48.num.9.& ſeqq.* vbi, quòd contrarium conſulere eſſet perniciosũ *Mart.conſ.43.n.24. Roland.conſ.23.num.22.et 24.lib.4. Bertazzol.conſ.6.n.10.verſ.tertiò principaliter, et ſeqq.Surd.conſ.67.num.37.in fine, verſ.pro qua argumentatione, cum ſeqq. Curt.Iun.conſ.114.num.16.et ſeq.et conſ.115.num.11.et ſeqq.* benè, *Morot.conſ.50.n.19.et duob.ſeqq. Peregrin.conſ.45.ſub n.16.lib.1. Berett.conſ.115.num.2.Gabr.conſ.132.lib.1. Giouagn.conſ.26.num.7.lib.1.Altograd.* plures referens, *conſ.92.n.24. Card.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.6.tit.14.ſub n.24.* propè *finem, verſ.aut ergo praecedit, Theſaur.Iun.lib.3.q.forenſ.117.num.9.Bellon.de his, quæ fiunt incontin.lib.2.c.86.n.2.Caren.reſol.163.n.28. Montan.cõtr.51.n.1.verſ.ideò alij diſtinxerũt, Oſaſch.dec.49.num.14.Borgognin.dec.18.n.66. Zuccar.dec.Lucẽſ.76 n.127 Card.Canaler.dec.481 num.4.Rota in Peruſina fideicommiſſi de Bigazzinis*, apud *Giouagn.conſ.75.num.72.verſ.& pro corroboratione, & nu.74.& ſeqq.lib.1.Rot.in recent.d.dec.284.num.8.& ſeq.*
16 *p.6.*ubi *num.3.& ſeqq.* in fortioribus terminis, quamuis prohibitio alienationis eſſet dependenter, & conſequutiuè ad præcedentem diſpoſitionem.

17 Prædictis omnibus accedat, quòd Teſtator poſt ordinatas omnes ſubſtitutiones fauore maſculorum, & poſt extinctam lineam maſculinam, ſubſtituit fæminas de familia, & agnatione, ex qua fæminarum ſubſtitutione, finita linea maſculina, ſatis liquidò deprehenditur, Teſtatorem ordinaſſe reciprocum fideicommiſſum in omnibus ſuis bonis inter omnes maſculos de agnatione, *Iaſ.in l.1.§.hoc autem in 2.lect.num.3 ff.ad Trebell. Ruin.conſ.199.num.5. verſ.ſed prædictis, lib.2.& conſ.140.num.9. verſic.ſi enim vult, Anchar.conſ.120.num.4.Gratian.cap.773.nu.12.verſ.accedit*, alijſque relatis, *Arguell.dec.81.num.21.& ſeq.* repetita poſt *Cenſal. ad Peregrin.dec.10.n.9.* in Veneta Impreſſione.

18 His igitur firmatis, ſatis apertè remanet comprobatum, á Teſtatore fuiſſe ordinatum perpetuum fideicommiſſum, non ſolùm in portione relicta Gregorio; ſed etiam in omnibus alijs ſuis bonis; de quibus, licet non fuerit loquutus, adiecto aliquo ſigno uniuerſali, ſed ſolùm indefinitè; Nihilominùs, cum liquidò conſtet de eius enixa voluntate ſuper conſeruatione bonorũ in agnatione, eadéq; ratio militet reſpectu portionum relictarum Cæſari filio, & Anibali, & Horatio nepotibus; Meritò aſſerendum, indefinitam uniuerſali æquipollere, *l.ſi pluribus*, ibique *Bart. ff.de legat.2.Menoch.conſ.397.num.12.lib.4.& conſ.1157.num.4.lib.12.Card.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.3.tit.4.n.12. Peregrin.de fideicom.art.7 ſub nu.55. Gratian.cap.685.num.9. Fuſar.de ſubſtit.q.472.nu.75.Menoch.præſumpt.62.num.2.et ſeq.lib.4.*

19 Et in ſpecie, quòd facta ſubſtitutione, ut bona conſeruentur in agnatione, intelligi debeat indiſtinctè de omnibus, *Menoch.d.præſumpt.62.nu.12.Fuſar.de ſubſtit.d.q.472.*
20 *num.75.* Multòque magis, quia Teſtator ſemper loquutus eſt de bonis, addito pronomine poſſeſſiuo, ibi *ſua bona*, & rurſus, ibi *bona dicti Teſtatoris*, quò caſu indefinita loquutio ſemper eſt intelligẽda de omnibus, iuxta theoricam, *Socein.Iun.in l.hæredes mei, §.cũ ita, num.18.in fine, ff.ad Trebell.& conſ.110.num.32.lib.3.Peregrin.de fideic.art.13.n.10.* ubi, quòd per hæc verba totalitas, non portio ultimi morientis, videatur deſignata, *Menoch.d.præſumpt.62.num.8.& ſeq.lib.4. Fuſar.de ſubſtitut.d.q.472.num.61.Cardin.Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.3.num.12.verſ.patendum, Trentacinq.de ſubſtit.p.5.cap.2.n.17.verſ.hæc verba, Bart.dec.Bonon.5.num.40.47.51.et 54. et deciſ.9.num.37.verſ.quò ad tertium.*

Prædicta neró omnia validiſſimum robur accipiunt; Tunc ex confeſſione emiſſa ab hæredibus grauatis in diuiſione inter eoſdem inita, in qua approbantes fideicommiſſum á Franciſco inſtitutum, incontrouertibiliter illud fuit præſuppoſitum in omnibus bonis,
21 cum regulare ſit, ut confeſſio hæredis grauati immediati pro exiſtentia fideicommiſſi ſummoperè vrgeat ad interpetrandam Teſtatoris voluntatem, *Pariſ.conſ.11.num.38.lib.1.Crauett.conſ.202.num.48.et ſeq. Ruin.conſ.128.num.10.lib.2.Gabr.conſ.132.nu.43.*

verſ.

verſ.tertia coniectura, Menoch.conſ.636.num. 36.lib.7.Bellon.Iun.conſ.12.num.54. verſ.tertio reſpondeo, Fuſar. de ſubſtit. q.501. num.9. Cardin. Mantic.de coniect. ultim. volunt.lib.3. tit.1.n.28.Caren.reſolut.43.n.25.& 28.Royas decis 354.num.10.Et in terminis confeſſionis emiſſæ in diuiſione, Decian.conſ.44. num.73. et 76.lib.3.Cardin. Mantic. de coniectur.lib.3. tit.1.num.28.Rot.in recent. dec.212.num.7.p. 4.et apud Gionagn.conſ.36.n.47 lib.2.

Præcipuè, cum non agatur de inducendo fideicommiſſo, ſed de eo iam inducto declarando, Bellon. Iun. conſ.18.num.29. Gionagn. conſ 37.num 47. lib.2. Caren. d.reſolut.43.n. 29.Rota in Bonon.de Foetis impreſſa,poſt d.cōſ. Gionagn.num.57.

22 Tum etiam ex ſubſequta obſeruantia.dum poſt obitum hæredum grauatorum omnia eorum bona Auita ſubſtituti fuerunt adepti vigore dicti fideicommiſſi, obtentis ſententijs fauorabilibus, creditoribus eorumdem hæredum grauatorum excluſis, cum non poſſint allegare ſententias iniuſtè pro ipſis latas, l.ſi ſeruus plurium §. 1.ff. de legat. 1. Ruin. conſ.72.lib 5.& in ſpecie Peregr. de fideic.art.53.num.33.et duobus ſeqq.ubi plures allegat Roman.conſ.374.ſub num.9. verſ.an inſtātia,Caren.reſolut.163.n.48.Ludoniſ. dec. 556.n.4.repetita in recent dec.384.nu.2.p.2.

Quò uerò ad aliud fideicommiſſum inſtitutum ab Anibale,& Horatio heredibus grauatis in diuiſione inter ipſos inita pro conſeruatione, & decore familiæ, in qua, approbantes fideicommiſſum à Franciſco conſtitutum, eidem ſuppoſuerunt, etiam bona propria ab eiſdem queſita in Villa S.Agathe, ac reſpectiuè reciprocè ſibi ipſis donarunt, cum promiſſione iurata de obſeruando, & non contraueniendo, & ſub hypotheca omnium ſuorum bonorum, reſeruata facultate teſtandi de ſcutis bis mille,& medietate Mo-
23 bilium, de eo non videtur hæſitandum; explorati ſiquidem Iuris eſt, poſſe fideicommiſſum conſtitui, etiam in contractu, quando conuentio non eſt de tota hæreditate, uel de illius quota.l.quoties,3.C.de donat.quæ ſub modo, l.ut hæredibus, ff.de legat.2.l.mulier,§. fin.ff.ad Sen.Conſult. Trebell.l.unica §.ſin autem, vbi gloſ.C.de caduc.tollend.Iaſ.in l.ſtipulatio hoc modo n.11.ff.de verb. obligat. Bald. cōſ.249. verſic.ſubſtitutio lib.2.Dec.cōſ.239.n. 8.Caſtren.conſ.384.num.1. et conſ.347.lib.1. Alex.conſ.83.num.6.lib.2. Gabr. conſ.16.n. 16.& ſeq.lib.1.Mart.conſ.191.num.1.et ſeqq. Decian.conſ.31. num.61.et ſeqq. lib.1.Surd. conſ.247.num 3.et ſeq.et dec.144.num 6.Odd. conſ.39.n.13. Peregrin. de fideicomm. art.1.n. 16.et art.51.n.2.Carpan.ad ſtatut.Mediol.cap. 32.num.106.Caſtill.lib.3. contron.cap.19 nu. 252. Fuſar.de ſubſtitut.q.14.n.1.et 8.et q.308 num.68.et ſeq.aſſerens, hanc ſententiam eſſe veriorem, & in praxi receptam, & ab ea non recedendum, Marzar. de fideicomm. p 2.q.2. verſic.nihilominus,Molin.de Primog.lib.1.cap. 12.per tot.Auendan.in l.44.Taur. gloſ.3. Antunez de donat.Reg.lib.1.prælud.2.§.2.n.122. Oſaſc.dec.85.num.6.Boer.dec.355.num.1.et 3. Magon.dec.Florent.71. Seraphin.deciſ.416.n. 16.et dec.828 num.2.Card.Celſ. dec.36.num. 1.et dec.143.num.6.Dunozett.Iun.dec.915.n. 2.& Nos alibi latiùs firmauimus, & in ſpecie fideicommiſſi facti inter fratres in diuiſione Cranett. conſ.130.num.10. verſ.ſeptimò poſito, Io: Petr. Ala inter reſolut. Caren.67. num.20.

Nulla uerò eſt habenda ratio de reuoca-
24 tione eiuſdem fideicommiſſi facta ab Anibale; illa enim nullo prorſus Iure potuit ſubſiſtere;cum recepta ſit Iuris propoſitio,quòd fideicommiſſum in contractu à pluribus inſtitutum non poſſit ab vno, vel altero ipſorum reuocari, ſed præcisè omnium requiratur conſenſus, Cranett. conſ.19.n.12.et ſeqq. Pariſ.conſ.26.nu.108.lib.2. Cephal.conſ.301. num.112.Surd.conſ.247.num.11. Bellon. Iun. conſ.22.num.10.et ſeqq. Decian.conſ.31. num. 63.et conſ.41.num.37.et ſeqq.lib.1. Odd conſ. 39.num.25.Honded.conſ.40.n.69.lib.1.Gabr. conſ.137.n.30.lib.1.Peregrin.de fideic.art.51. n.44.Tiraq.de legg.connub.gloſ.5.n.11.Fuſar. de ſubſtitut.q 308.num.88. Boer.dec.355.n.2. et ſeqq.Seraphin.dec.427.nu.3.et ſeqq. Card. Celſ.deciſ.36.num.2.Dunozett.Iun.dec.915.n. 4.et ſeqq. quid quid in contrarium malè ſen-
25 ſerit Bero conſ.30.n.23.et 25. lib.3. Alioquin enim magna reſultaret inæqualitas, à qua Iura omninò abhorrent, l.penultima in fine, C.commun.diuidun.authent.de nō elig ſecund. nuben.§.fin. ibi æqualitatis,maximè inter fratres,Becc.conſ.24.n.12. lib.1. Magon.deciſ.Lucenſ.48.num.18.Dunozett Iun. dec.915.n.8.

26 Non poteſt autem heſitari, quin prædicta diſpoſitio in contractum tranſiuerit;id enim apertiſſimè deprehenditur; Tum ex numero teſtium, Iaſ.in l.quæ dotis num.46.ff.ſolut. matrim.Burſat.conſ.136.num.44.& 49.lib.2. Port.Imol.conſ.36.n 43.& ſeq.& num.62.

27 Tum etiam, ponderatis illis verbis, ibi, Ideò fratres prædicti volentes conſulere ſibi, eorumque deſcendentibus maſculis de familia, ad hanc conuentionem, concordiam, & pactum deuenerunt, &c. nolentes,vim perpetuæ, & irreuocabilis Donationis inter viuos habere, & quæ in caſibus prædictis, ſtatim ſuum ſortiri debeat effectum, &c. cum promiſſione Iurata de non contraueniendo, & ſub hypotheca omnium ſuorum bonorum, ut rectè aduertit, Soccin.Iun.conſ.80.lib.2.Aym.conſ.139.ſub num. 2.Purpurat.conſ.538.num.1. verſic.ſi tamen Gaill practicar. obſeruat.lib.2.cap.126.n.6.

28 His omnibus accedat reſeruata facultas teſtandi de ſcutis bis mille, ac medietate

mobilium; ex illa enim ſatis apertè dignoſci ualet, noluiſſe paciſcentes huiuſmodi facultatem ſibi auferre; ſed potiùs voluiſſe eorum ſucceſſionem eſſe ptorſus ſeparatam à bonis fideicommiſſo conuentionali ſubiectis, ut benè iu propoſito, arguit *Gabriel. conſ. 137. n. 19. lib. 1. Facchin. conſ. 58. n. 18. lib. 2. Abb. cõſ. 18. num. 3. uerſ. ſolùm ergo lib. 1. Oſaſch. decíſ. Pedemont. 124.*

29 Atque ex his patet reſponſio ad obiectum, quòd huiuſmodi conuentio ſubſtineri non valeat, utpotè liberam teſtandi auferens facultatem *ad textum in l. ſtipulatio hoc modo concepta 61.* cum ibi notatis, *ff. de verbor. obligat.* Attenta enim reſeruatione prædicta,
30 talis facultas in bonis reſeruatis remanet libera, *Bart. in leg. fin. num. 11. verſic. ſi verò, C. de pactis Rum. conſ. 126. num. 5. & 7. lib. 1. Iaſ. conſ. 311. column. 4. verſic. accedat ad prædictorũ confirmationem lib. 2. Natta conſ. 474. num. 1. et ſeqq. Menoch. conſ. 92. n. 49. verſic. nec in hoc caſu, et num. ſeq. Curt. Iun. conſ. 1. n. 16. Honded. conſ. 40. n. 38. lib. 1.*

31 Præcipuè, quia conuentio non eſt uniuerſalis de omnibus bonis; ſed particularis; ideòque valida, *Alber. in l. fin. C. de pact.* ibiq; *Io: Fab. Salicet. & Iaſ. limitat. 3.* idem *Iaſ. in l. ſtipulatio, hoc modo concepta num. 11. ff. de verb. obligat. Gugliel. de Benedict. in cap. Raynuntius verbo duas habens filias n. 217. extra de teſtam. Bart. conſ. 72. Caſtr. conſ. 324. lib. 2. Alex. conſ. 29. num. 10. lib. 5. Gabr. conſ. 137. n. 17. 33. & 37. lib. 1. & conſ. 36. num. 1. lib. 2. Honded. conſ. 40. n. 31. & 47. lib. 1. Odd. conſ. 39. num. 14. & ſeqq. et n. 20. Hotoman. conſ. 1. Port. Imol. conſ. 36. num. 13. & conſ. 80. num. 7. et ſeqq. Peregrin. conſ. 4. num. 1. lib. 1. & de fideicomm. art. 51. num. 29. & ſeqq. Surd. conſ. 247. num. 4. & conſ. 517. num. 2. verſ. demum, Craſſ. in §. ſucceſſio q. 9. num. 10. & ſeq.* latè *Fuſar. de ſubſtitut. q. 308. num. 68. & ſeqq. Feron. ad conſuetud. Burdeg. tit. de teſtam. §. 22. Oſaſc. d. dec. 100. num. 26. Theſaur dec. 225. num. 11. Magon. dec. Florent. 102. Barz. dec. Bonon. 14.*

32 Multóque magis, cum prædictum fideicommiſſum conuentionale fuerit inter ipſos fratres reciprocè conſtitutum pro decore, & conſeruatione familiæ: ibi, *Ad hanc autem conuentionem, et donationem reſpectiuè deuenerunt pro decore, et conſeruatione familiæ,* vt aduertit *Honded. conſ. 40. num. 41. et ſeq. lib. 1.* & ulteriùs concurrit, etiam prohibitio alienationis, pæna caducitatis; nec non inſinuatio, Iuramentum, præcarium, & clauſula constituti, & obligatio expreſſa de obſeruando ſub hypotheca bonorum, nec non clauſu-
33 la, *omni meliori modo*, quæ omnia ſatis ſuperque demoſtrant, huiuſmodi diſpoſitionem eſſe contractum; atque adeò non potuiſſe per paciſcentes reuocari, prout de prohibitione alienationis, *Mart. conſ. 191. num. 8.* præſertim *num 19.* & de iuramento, idem *Mart.* ubi proximè *eodem num. 19. et ſeqq. Gozadin. conſ. 87. nu. 13. Guidon. Pap. conſ. 31. num. 2. in fin. verſic. et pro hoc, et num. ſeqq.*

De obligatione omnium bonorum pro obſeruantia pacti, & promiſſione de non contrauueniendo, probat *text. in l. vbi autem 27. ff. de donat. cauſ. mortis, Iaſ. in l. quæ dotis n. 31. ff. ſolut. matrim. & in l. non omnis num. 2. verſ. ſed iſtis non obſtantibus, ff. ſi cert. petat. Facchin. conſ. 58. num. 5. verſic. confirmatur lib. 2. Guid. Pap. d. conſ. 31. num. 1.*

De præcario, ſeù clauſula conſtituti, *Roland. conſ. 61. num. 45. & ſeq. lib. 2. Port. Imol. cõſ. 36. num. 39. & ſeqq.* Et de clauſula, omni meliori modo, *Thobias Nonius conſ. 43. num. 7. Curt. Iun. conſ. 81. num. 3. Bellon. Iun. conſ. 2. nu. 19. & ſeqq. Dilect. de art. teſtan. tit. 2. caut. 10. n. 3. Card. Celſ. dec. 36. num. 10* & de prædictis omnibus *Soccin. Iun. conſ. 141. num. 1. 13. & ſeqq. lib. 1. Gabr. conſ. 137. à princip. & num. 33. verſic. hinc eſt lib. 1. Burſat. conſ. 136. per tot.* præcipuè *nu. 49. Mart. conſ. 191. per tot. Seraphin. dec. 258. Cardin. Celſ. dec. 36. num. 11.*

34 Maximè, quia contrahentes expreſsè voluerunt, conuentionem reuocari non poſſe, quod ultimis volũtatibus directè aduerſatur *l. 4. in fin. ff. de adim. legat. l. ſi quis in princip. ff. de legat. 2. leg. ubi ita donatur, ff. de donationib. cauſ. mortis, Iaſ. in leg. non omnis, num. 2. ff. ſi cert. petat. Seraphin. deciſ. 258. num. 6.* rectèque conferũt deducta per *Couarr. in Rubr. de teſtam. p. 2. n. 11. Roland. conſ. 8. n. 14. 26. & 37. lib. 1. & conſ. 61. n. 24. 43. & 50. lib. 2. Clar. in §. donatio q. 4. circa fin.*

35 Neque huiuſmodi conuentio dici poterit de futura ſucceſſione; ſed potiùs de bonis particularibus per paciſcentes poſſeſſis, cũ obligatione ſtatim effectum ſortitura, quò ad ipſam obligationem; licet quò ad exequutionem differatur, *Alberic. in l. fin. num. 2. verſ. ſed quæro, C. de pact. Oldrad. cõſ. 139. n. 1. Purpurat. conſ. 538. num. 2. Alex. conſ. 83. num. 6. verſic. nec dicitur pactum lib. 2. Dec. conſ. 655. num. 11. Gaill. pract. obſeruat. lib. 2. obſeruat. 126. n. 2. & ſeq. Adrian. Neguſ. q. 275. num. 12. & ſeq. Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato, q. 9. nu. 10. Peregr. de fideicom. art. 51. n. 32. Card. Celſ. d. dec. 36. n. 12.*

36 Licet enim hæreditas pacto dari nequeat; nihilominùs, quando conuentionis verba fundantur in perſona promittentium, ſub conditione poſt mortem extitura; adeòut, eueniẽte caſu in perſona hæredum, obligatio incipiat; tunc omninó ſubſiſtit, *Curt. Iun. in l. licet, n. 17. & ſeq. C. de pact. & in l. fin. n. 50. Cod. eod.* ibique, *Bart. num. 11. Bero. conſ. 39. num. 34. lib. 3. Celſ. Vgo, conſ. 100. num. 7. Cranet. conſ. 139. num. 2. Alciat. conſ. 96. num. 12. Gabr. conſ. 137. n. 16. Purpurat. conſ. 538. num. 2. lib. 2. Simon. de Petr. conſ. 123. num. 11. & ſeq. Dec. conſ. 225. 236. & 613. Anchar. q. familiar. lib. 4. q. 32. num. 4. & ſeqq.* Card. *Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 33. num. 11. Mart. de ſucceſſ. legal. part. 4. qu. 25. art. 2. num. 1. & 4.* latiſſimè præ cæteris, *Fuſar. de ſubſtitution. q. 308. & ſeq. Gratian. cap. 692. num. 1. & ſeq. Andreol. contr. 27. num. 3. Card. Celſ. d. deciſ. 36. num. 13.*

37 Idque etiam ſi pactum fuerit collatum

poſt

Digitized by Google

poſt mortem, nam à Iure non eſſe improbatum, ſed potiùs validū, probat *tex. in l. vnica, Cod. vt action. ab hæred. & contra hæred. §. poſt mortem inſt. de inutil. ſtipulat. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta num. 19. verſic. 3. conſului, ff. de verbor oblígat. Socein. Iun. conſ. 80. nu. 1. lib 2. Port. Imol. conſ. 81. num. 12. Card. Celſ. d. dec. 36. nu. 14.*

38 Signanter, quia verba conuentionis ſuper fideicommiſſo conuentionali leguntur, etiā concepta per viam reciprocæ donationis, iuxta cautelam originaliter traditam per *Dec. in l. pactum 3. num. 3.* ibique, *Alciat. num. 10. verſic. & quantum ſit, C. de pactis*, qui ſingulariter affirmat, quòd etiam in pacto de ſuccedendo, ſi conuentio fuerit concepta per uiam donationis, ſubſtineatur, quia pactum donationis eſt ſeparabile ab ipſo pacto de ſuccedendo, idemque tradunt, *Siluan. conſ. 90. num 4. & ſeqq. Marcabrun. conſ. 6. num 27. & ſeq Gaill obſeruat. 126 a. 3. & ſeqq. lib. 2. Molpheſ ad Conſuet. Neapolit p. 1 tit. de renunciat. q 8. num. 11 Guidon. Papa dec. 510. Boer. dec. 355. n 2. & ſeqq. Magon. dec. Florent. 102. num. 1. Cardin. Celſ. dec. 36. n. 15.*

39 Parumque releuat, quòd conuentio legatur concepta per viam obuentionis bonorū poſt mortem; cum enim nō loquatur de tota hęreditate, neque de eius quota, neque de omnibus bonis proprijs ab hæredibus grauatis poſſeſſis, ſed de certis rebus particularibus, reſeruata facultate teſtandi de ſcutis bis mille, & medietate mobilium, in quibus abſque dubio hæredes poterant habere, fueritque ſtipulata per viam donationis irreuocabilis inter viuos, & cum alijs clauſulis ſuperiùs enunciatis, uerborum formula, & expreſſio non meretur attendi, neque de ea eſt ulla prorſus ratio habenda, prout optimè præ cæteris declarāt, *Dec. conſ. 236. n. 4. verſ. non obſtat; Purpurat. conſ. 402. n. 83. & ſeqq. Pariſ. conſ. 26. n. 88. lib. 2. & meliùs, conſ. 72. num. 20. verſ. & aduertendum, lib. 4. Curt. Iun. conſ. 81. ſub n 2. verſ. reducendo igitur, & num. ſeqq. Thob. Nouius, conſ. 43. num. 6. Bellon. Iun. conſ. 22. num. 11. & ſeqq. Card. Celſ. dec. 36. num. 16.* & per Nos alibi fuit latiùs firmatum.

40 Atque hinc, etiam patet reſponſio ad *text.* ex aduerſo allegatum, *in l. licet 19. Cod. de pactis*; ille enim, iuxta communem intellectum, procedit in conuentione omnium bonorum, atque adeó in ſucceſſione vniuerſali; ſecus verò in bonis particularibus, vt rectè adnotat *Caſtrenſ. conſ. 324. num. 1. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. q. 308. n. 78. verſ. ad quintum*; Licet enim textus loquatur de rebus: ibi, *alterius rebus potiatur*; nihilominus, appellatione rerum, de quibus in eodem *text.* vniuerſa ſignificatur hæreditas, ex quo alius cohæres non fuit datus, & confert *text. in l. rei appellatione 23. ff. de verbor. ſignificat.* & ita præ cęteris declarant, *Bart. in d. leg. licet. n. 3 Bald. n. 2. & ſeq. Caſtrenſ. num. 3. & 4. Dec. num. 8. Iaſ. n. 13. Salicet. num. 2. Franc. Curt. num. 7.* latèque comprobat, *Honded. d. conſ 40 num. 53. & ſeqq. lib. 1. Fuſar. de ſubſtitut. d. q. 308 num. 78. verſ. ad quintum, Card. Celſ. dec. 36. num. 17.*

Quāuis enim appellatione rerū, nō veniat vniuerſalis hæreditas, *l. fin ff de vſufruct. leg.* id tamē accidit, quādo, dato vniuerſali hęrede, fit mētio rerū; ſecus aſſerendū in terminis dictæ *leg. licet*, cum ibi legatur pactum, quód ſuperſtites de rebus prædecedētis potiantur, nullo dato hærede vniuerſali, ideò ſignificatur vniuerſalis hæreditas, & ita reſpondent *d. leg fin. ff. de vſufruct. legat. Bart. in d. l. licet, nu. 3.* Caſtr. *n. 3. Salic. num. 2. Iaſ. num. 13. Dec. num. 8.* Curt. *Iun. n. 7. Honded. d. conſ. 40. num. 54. lib. 1. Fuſar. de ſubſtitut. d. q. 308. num. 78. verſ. ad quintum.*

Nullatenus verò, meretur attendi obiectū ſuper defectu inſinuationis, quatenus dicta
41 conuentio donationem contineat reciprocam; Tum quia eius negatiua ex Inſtrumenti lectura, nullatenus poteſt dici probata, cum potuerit diuerſo tempore, & ab alio etiam Notario fieri. *Canar. de inſinuat par. 1. n. 49. Epiſc. Thomat. dec. Maceraten 13. n 18. & dec. 68. num. 41. Rot. in rec. dec. 385. num. 5. verſ. & manu alterius notarij, part. 2.* & poſt *Gilian. ad Statut. Peruſ. dec. 22. num. 13.* Card. *Cerrus dec. 441. num. 27.*

42 Tum etiam, quia ex lapſū triginta annorū cum obſeruantia, eſt pręſumenda, tanquàm ſollemnitas extrinſeca, *Felin. in cap. illud, n. 6. de præſumpt.* Canar. *de inſinuat. par. 1. q. 3. n. 3. 7. & 8. Gabr. eod. tit. concluſ. 1. n. 56. Dec. cōſ. 409. num. 9.* Cephal. *conſ. 170. num. 22. & conſ. 171. num. 37. in fin. & num. 40. & 44. Gabriel. conſ. 35. num. 52. lib. 1.* eruditus *Manfrell. ad* Capyc. *latr. dec. 156. num. 12.* doctiſſimus *Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 2. cap. 31. n 42. Put. dec. 132. lib. 2.* in correctis, *Caualer. dec. 575. n. 11. Buratt. dec. 120. num. 37. & ſeq. Peutinger. deciſ. 365. num. 10. & duob. ſeqq* Card. *Cerrus deciſ. 31. n. 16. et dec. 441. num 28.*

43 Tum demum, quia inſinuatio non requiritur, quoties, prout in præſentia, donatio eſt reciprocè facta, præſertim in augmentum decoris familiæ, & agnationis pro conſeruatione bonorum, *Port. Imol. conſ. 81. num. 23. et 28. Ang. conſ. 167.* Curt. *Iun. conſ. 85. nu. 5.* ubi de communi *Oldrad. conſ. 139. Simon. de Petr. conſ. 144. num. 31.* Io: *Andr. ad ſpeculat. in tit. de Inſtrumentor. edition. §. porrò in magna additione in verſic fuit alia quęſtio Tiraquell. de Primog. q. 5. num 6. Molin eod. tract. lib. 2. cap. 8. num. 16. et ſeqq.* Clar. *in §. donatio q. 2. n. 2. in fin.* ibique nouiſſimi *Add. num. 6. et q. 16. verſ. ſed num quid Peregrin. de fideic. art. 51. n. 61. Antunez de donat. lib. 1. prælud. 2. n. 53. Ho-*

Digitized by Google

dier.in l.hac edictali q.36. num.2. Cod. de ſe-
cund.nupt.Pecb.de teſtam. coniug.lib.1. cap.7.
num.4.Bonden.collect.8.n.4.Rot.in recent.dec.
74.num 17.& ſeq.p.5.ubi in ſpecie de ſuppo-
ſitione propriorum bonorum fideicommiſſo
Maiorum, Manfrell.ad Capyc.latr.dec.156.n.
10.Poſth.reſolut.83.in fin.Torre de pact futur.
ſucceſſ.lib.1.cap.13.num.7.Buratt.dec.7.nu.8.
Carpzon. deciſ. Saſſon.124. dicitur enim, po-
tiùs permutatio, quam donatio, l.hoc Iure
§.labeo l.Aciliciniis,ff de donat.& in his ter-
minis,rectè aduertit Hodiern.in l.hac ædictali
q.36.num.3.C.de ſecund.nupt.

44 Præcipuè, quando ex pacto reſtitutionis
onus reperitur iniunctum ad fauorem alte-
rius,iuxta formam l quoties, C. de donat.quæ
ſub mod. nam ob onus iniunctum,donatio ob
cauſam de futuro facta uidetur ; ideòque in-
ſinuatione non indiget, ut in ſpecie, Bartol.
in l.Aquilius, ff. de donat.Alex.conſ.12.nu 7.
lib.1.Ruin.conſ 182.n,13.lib.2. Torniell conſ.
81.num.23.quos refert, & ſequitur,Peregrin.
de fideicomm. art.51. num.64. quid quid in
contrarium,non rectè ſenſerit, Aretin. conſ.
17.col.5.& 6.

45 Cæterùm, ſublata prorſus remanet queli-
bet diſceptandi occaſio, cum ob Iuramentũ
in eadem donatione præſtitum, inſinuatio
nullatenus fuerit neceſſaria, utpotè ab eodẽ
Iuramento,ſatis,ſuperque ſupp eta;prout in
ſpecie comprobant, Imol. in cap. cum contin-
gat, num.90.de Iur.Iur.Gabriel.de donat. con-
cluſ.1.n.66.Alex conſ.4.nu.10.lib.1. Roland.
conſ.70.num.22 lib.2. Soccin.Iun.conſ.67.&
conſ.118 lib.2. Dec.conſ.239. num.3. Crauett.
conſ.118 Menoch.conſ.1. num. 377. Calderin.
conſ.1.tit.de donat. Decian.conſ.60. n.1.lib.4.
Turrett.conſ.16.nu.17.lib.2.Corn.conſ.17.lib.
4.Bece.conſ.62.num.4.Curt.Iun conſ.34.num.
1.Roland.conſ.70.n.22.lib.2.Cancer var.lib.1
cap.8.de donat.num.5. Gabriel de donat. con-
cluſ.1.num.66. Io:Andr.in Add.ad Speculat.
tit.de Inſtrum.edit.§ porrò, verſ.ſed quid ſi re-
nuncians,Seraphin.de priuileg. Iuramenti Pri-
uileg.73.num.3.Ciriac.controu.128. n.99. &
102.ubi, quòd inſinuationi cenſeatur renun-
ciatum per clauſulam Iuramenti, omnia, &
ſingula vera eſſe, & non contrauenire, latè
Ciroce.diſcept.53.num.46.& ſeqq. Card. de
Lugo de Iuſt.& Iur.diſp.23. ſect.10.num.115.
tom.2. Manfrell.ad Capyc. latr. dec.156 num.
11.add.ad Buratt.dec.924 n.18.Peregrin.dec.
Patau.91.n.7.ubi de magis communi, & ve-
riori, Franc.Marc.dec.606.num.1. Capyc.de-
ciſ.159.num.31. Seraph.dec.472. nu.14. 746.
n.5.&1184.n.14.& ſeq.ubi poſt Dec.cõſ.238.
n.3.& conſ.414. in fin. alioſque allegatos,
quòd Iuramentum unicum plures defectus
46 ſuppleat, quando illius forma eſt ampla, &
prægnans, Card.Mantic dec.166.num.17.Du-
ran.dec.84. num.26.Ludouiſ. dec.391.num.5.
ibique Add.num.10. Dunozett.Iun.deciſ.598
num.14.Bich.dec 243. num. 24.

47 Huiuſmodi verò concluſio procedit,quam-
uis in ſpecie cum Iuramento inſinuationi nõ
fuerit renunciatum, iuxta veriorem ſenten-
tiam, magiſque receptam, quam,reiectis cõ-
trarijs, ſectantur, Imol. in d.cap.cum contin-
gat num.90.de Iur.Iur. optimè Alex. conſ. 4.
num.10 lib.4. Soccin Iun.conſ.130.lib.3. Me-
noch.conſ.1.n.377. Cancer. var.d.cap.8.num.
6.lib.1. & latiùs p.3.cap.7.num.308. Mancin.
de Iurament p.4.effect.19. Gratian. cap.531.
num.35.& ſeq. ubi, quòd ſufficiat ſola pro-
miſſio Iurata de obſeruando donationem
Add.ad Magon.dec.Lucenſ.38.in lit fin.Capyc.
d.deciſ.159.ſub num.31. alijſque pluribus cõ-
geſtis,Ciroce d diſcept.53.nu.48.Buratt.deciſ.
76.num.11.optimè Rot. in recent. dec.682.n.
12.& ſeqq.p.4.tom.3.

Idque ea ſatis euidenti ratione,quòd,nem-
pè, Ius non uideatur conſiſtere in eo, quòd
fuerit renunciatum Iuris ſolemnitati; ſed
in eo, quòd illud, quod eſt promiſſum,
ſub Iuramento, eſt Deo promiſſum, gloſ.
in authent. Sacramenta Puberum, uerbo pu-
blicu ſcire, C. ſi aduerſ. vendit. unde ſer-
uari debet, niſi aliàs includeret pecca-
tum, cap. ſi verò de Iur. Iur. cap. quamuis
de pactis in 6. Abb. conſ 95.in fin.lib.2. & in
ſpecie,arguit Rot. in recent. d.deciſ.682.num.
12.& ſeqq.p.4.tom.3.

48 Hinc videmus, quòd impuberes ſine Iuris
ſolemnitatibus obligantur, ſi contractum
fecerint Iuratum, neque ab illis exigitur for-
malis renunciatio ſolemnitatis; ſed ſufficit,
quòd ſolùmmodò ſeruare contractum iura-
uerint, ut aduertunt Bald.& Salicet. in d.au-
thent.Sacramenta Puberum; talis enim pro-
miſſio facta Deo, uirtualiter includit renun-
ciationem omnium, quæ poſſunt eſſe contra-
ria l.1.§.1 ff.ſi vſusfruct.petatur l.3 §.qui ha-
bet. ubi Caſtrenſ.ff.de ſeruit.ruſticor. prædior.
cum alijs allegatis per Euerard. in loc. à con-
ceſſ. antecedent.

49 Neque audiendi, Clarus in § Donatio qu.
18.num.2. Gabr.de donat.concluſ.1. num.73.
Corn.conſ 69 num.16.poſt med.lib.2.Menoch.
conſ.165. num.5. Cephal.conſ.208. num.18.
Laurent. de Pinu, conſ.81.in fin. & num. 20.
Lancellott Gall.conſ.39. num. 38. Thob. Non.
conſ.108.num.9.Merend.controuerſiar. Iur.lib.
1.cap.13.num.4. Barz.dec.25.num.4. Magon.
dec.Florent.65.num.41.Dexart.dec.Sardin.41.
num.19.& ſeq. alijque congeſti per Gratian.
cap.531.num.34.& duob.ſeqq. & perfunctò-
riè articulo non examinato, Rot. in recent.
dec.293.n.10 p.4.tom.2. firmantes, quòd in-
ſinuatio ex Iuramẽto nõ ſuppleatur,niſi cum
Iuramẽto expreſſa renunciatio inſinuationis
concurrat; cum huiuſmodi ſententia com-
muni Doctorum ſenſu,ſacreque Rotę aucto-

ri-

ritate ſit reprobata ex doctrinis, & rationibus ſuperiori loco expenſis, illamque non eſſe in iudicando ſequẽdam, ingenuè ſatetur *Hermoſ. ad Greg. Lopez in add.gloſ.15.l.9.tit. 4.par 5 vol.1.num.21.fol.290. à ter.*

50 Solùmque arbitror, illam poſſe procedere, quoties donator ſpecificè voluit, quòd donatio inſinuaretur; cum tunc iuramentum non poſſit operari contra expreſſam diſponentis voluntatem, ut in propoſito, tradunt, *Socein Iun. conſ.8. num.13. lib 4. Magon.* qui alios allegat, *d.dec. Florent 65. nu 64. & ſeq.* quos refert, & ſequitur *Cancer. d. par.1. cap. 8. de donation. num.6. in fin.*

Cæterùm, quó ad deſcendentiam, legitimationemque Ioannis actoris in hoc Iudicio de illa non poteſt hæſitari; cum ſatis ſuperque comprobata remaneat. Poſſeſſio verò bonorum, de quibus agitur, penes Franciſcum fideicommittentem probatur, tum ex libris
51 Æſtimi, ſeu (ut vulgò nuncupant) Cataſtri, olim productis ab hæredibus eiuſdem fideicommittentis, in quo aſſerunt, poſſidere in Villa Sanctæ Agathæ inter confinia expreſſa modia bis mille, quę propterea cēſentur fuiſſe in bonis fideicommittentis, & ab illo poſſeſſa, cum aſſerantur poſſideri ab hæredibus eiuſdē fideicōmittentis, & ſub nomine, & tanquā illius hæredibus, qui libri, cū publica ſint auctoritate cōfecti & in publico Archiuio ab Officiali ad id deputato cōſeruētur, rectè probāt, bona fuiſſe illius, ad cuius fauorem ſunt deſcripta, *Aretin. in leg. Decem. nu.4. ff. de verbor. obligat. Roman. conſ.165* ubi ampliat etiam, quòd ſcriptura illa reperta in Regiſtro Æſtimi non habeat, neque diem, neque Conſulem, *Alex. conſ.9. num.5. lib.2. Berout conſ.77. num.13. & ſeq. & conſ.79. num.13. & 15. lib.3. Rum. conſ.40 num.7. lib.4. Soccin. ſen. conſ.205. per tot. lib.2. Mandell. conſ.6. num.8. Peregr. de fideicom. art.44. num.7 & ſeqq. Fuſar. de ſubſtitut. q.618. nu.18. & conſ.106. nu. 6. Petr. de interp. vlt. volunt. fol.555 nu.359. & ſeqq. Magon. dec. Florent. 10. nu.6. & ſeq. & deciſ.37. num.3. Seraphin. dec.1344. nu.2. Card. Celſ. dec.295. num.2 Bich. dec.27. num. 13 Rot. in recent. dec.295. ſub num.1. ante fin. verſ. ex cataſtro, part.8.*

52 Præſertim, cum non appareat, quòd eo tēpore eadem bona reperiantur deſcripta ad Æſtimum alterius, iuxta theoricam, *Caſtr. in l. ſi pater, n.2. Cod. de act. empt.* quem ſequitur, *Soccin. ſen. in l.1. num.37. ff. de acquir. poſſeſſ. & conſ.89. n.12. in fin. lib.1. & conſ.205. lib.2. & conſ.46. num.2. lib.3. Bero. conſ.79. n. 9. Roland. conſ.4. num.17. lib.2. Bertazzol. conſ. ciuil.52. num.37. lib.1. Peregr. de fideicom. art. 44. num.7. in fin. & deciſ.2. num.1. Maſcard. de probat. concluſ.778. num.30. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. q.618. n.19. Rot. in recent. d. deciſ.205. num.7. part.8.*

Multòque fortiùs, quia eadem partita Æſtimi fuit deindè formata in perſona aliorum hæredum ſucceſſiuè vocatorum, quæ Æſti-
53 ma, & Cataſtra, ſatis, ſuperque comprobant poſſeſſionem, cum verſemur in antiquis, *Roman. conſ.165. Menoch. de recup. remed.3 ſub num.570. verſ. cum verò factum, Poſth. de manuten. obſeru.27. num.1.* & in ſpecie, *Peregr. de fideicom. d. art.44 num.3. & ſeq. Fuſar. de ſubſtitut. q.618. num.18. Mareſcott. var. reſol. lib.1. cap 12. n.46* Magon. *dec. Florent. 10. num. 6. & ſeq. et dec.37. num.3.*

54 Prædictis omnibus famulatur depoſitio teſtium hoc ipſum comprobantium, qui, licet de auditu, & publica voce, & fama; nihilominùs, cum verſemur in antiquis vltra centum annos, plenè probant; in his enim, quæ memoriam hominum excedunt, probatio per famam ſufficit, *Innoc. in cap. veniens nu.7. de verbor. ſignific. Bald. in auth. quas actiones nu.15. & ſeq. Cod de Sacroſ. Eccleſ. & conſ.89. nu.5. lib 1. Angel. in l. at, qui natura §. cum me abſente ff. de negot. geſt. Gabr. de teſtib. concluſ.3 nu.1. & ſeq.* & in his præciſis terminis, *Peregrin. d. art.44. nu.17. & conſ.48. nu.15. lib.1. & deciſ.2. num.1. Marzar. in Epit. de fideicom. qu.60 Fuſar. d. qu.618. nu.21. & ſeq. Magon. dec. Florent. 27. nu.18. Barz. dec. Bonon.2. nu.39. Duran. dec.344. nu.4. Rot. in recent. dec.254. nu.52. et ſeq. par.4. tom.2.*

55 Firmata igitur ex prædictis poſſeſſione bonorum penes fideicommittentem in Villa Sanctæ Agathæ, bona ibidē poſſeſſa per hæredes grauatos, & in præſenti controuerſia, præſumi debent de illis olim poſſeſſis à fideicommittente in eadem Villa, quòuſque nouæ acquiſitiones concludenter probentur, iuxta celebre *conſ. Fulgoſ.145. num.2. verſ. Porrò ſi aliunde, Bald conſ.89. nu.4. in princ. lib.1. Aretin. conſ 19. nu.5. Zaſ. conſ.5. Natt. conſ.235. nu.17. verſ. nam reperitur Pedroch. conſ.39. n.171. et ſeq. lib.1. Burſatt. conſ.268. nu.6. lib.3. Menoch. conſ.704. nu.8. et ſeq et præſumpt.15. nu.34. lib.6 Peregr. de fideic. d. art.44. nu.22.* vbi in ſpecie, quòd facta probatione per Æſtimum, ſeù Cataſtrum, vel alitèr, quòd Teſtator in aliquo loco poſſederit prædia, ſi fortaſsè comperiatur, hæredes poſſidere in eodem loco Agros, præſumi debeant eſſe de bonis fideicommittentis, niſi intermediæ, & particulares acquiſitiones producantur; aſſerens, ita ſæpè in praxi habuiſſe, & obtinuiſſe, *et conſ.48. num.10. et ſeq. lib.1. et conſ.35. in fin. lib 3. et conſ.19. lib.4. et dec.2. nu.1. Maſcard de probat. concl.778. nu.43. ad med. Fuſar. de ſubſtit. d. qu.618. nu.45. et conſ.161. num.1.* affirmans, in praxi nunquàm vidiſſe poni difficultatem, *Marzar. de fideicom qu 58. Caren. reſolut.163. nu.52.* Caualcan. *dec.41. nu.10.*

Digitized by Google

nu.10.par.3. Rot in recent. dec.131. num.5.
part.1. Ludouiſ. dec 575. num 9. ibique add.
num.11. lit.C. Merlin. deciſ.776. nu.8. Royas
dec.253. num.5. in fin. Card. Ottobon. deciſ.
143. nu.16. & ſeq. Card. Celſ. dec.108. nu.4.
& dec.173. nu.6. & ſeq. Card. Cerrus deciſ.
246. num.1. & ſeq.

Sicuti in ſimili dicimus de Emphiteuta,
ſeu Feudatario, qui, niſi exhibeat nouum ti-
tulum acquiſitionis factę de bonis in eodem
loco; Dominus habet intentionem funda-
tam in omnibus bonis à Vaſſallo ibidem
poſſeſſis, Iaſ. in l.2. nu.110. Cod. de Iur. Em-
phit. Curt. Iun. conſ. 158. num. 3. Ruin. conſ.
108. num.23. lib.2. Roland. conſ.66 col.1.
lib.3. Iacob. de S. Georg. in ſua Inueſtitura, in
verbo dictique Vaſſalli, Peregrin. de fideic.
art 44. num.23. & de Iur. fiſc. lib.7. tit.3. n.
19. add. ad Ludouiſ. dec.575. nu.11. verſ. ſi-
cut in ſimili, Rota dec.93. num.4. poſt Poſth.
de manut.

56 Precipuè, quia à reis conuentis fuerunt
productę nonnullæ acquiſitiones factæ per
hæredes grauatos in alijs Villis, vnde, ſi
alias habuiſſent, & potiſſimùm de bonis cō-
trouerſis, vtique produxiſſent, pro vt rectè,
poſt Decian. conſ.76. num.25. lib.3. arguit
Caren. d. reſolut.163. nu.57. & ſeq. Peregrin.
d. conſ.48 nu.13. & ſeq. lib.1. vbi ſignanter,
57 quando, prout in præſenti themate, non
agitur contra tertium, ſed potiùs contra
habentem cauſam ab hærede grauato, quem
veriſimile eſt, quód ſi aliundè bona proue-
nirent, poſset ſe ſcripturis adiuuare, Card.
Celſ dec.124. num.12. Rot. in recent. dec.254.
num 54 & ſeq. part.4. tom.2.

58 Modia verò tercentum Terrarum empta
in Villa Sancti Alberti, valdè diſtant à bonis
controuerſis, & in omnem euentum, donec
probetur diſtinctè, quæ nam eſſent, omnia
præſumi debent fideicommiſſaria, Sim. de
Petr. de interpetrat. vlt. volunt. lib.5. dubit.4.
num.335. & ſeq. lib.2. fol. mihi 554. Add. ad
Ludouiſ. dec.575. ſub num.11. verſ. ſed quia,
Card. Ottobon. dec.102. num.14. & duob. ſeqq.
Rot. in recent dec.279. num.11. part.5.

59 Ex quibus omnibus, ſatis ſuperque videtur
probata identitas tot concurrentibus demō-
ſtrationibus; & tamen duæ ſufficerent, etiam,
ſi in alijs eſſet diuerſitas, iuxta recæptā theo-
ricam Bart. in l. demonſtratio, num.14. & ſeq.
ff. de condit. & demonſtrat. Alex. conſ.133. n.5.
lib.5. Ruin. conſ.50. num.12. lib.1. Rimin. Sen.
conſ 429. num.5. & ſeqq. Decian. reſponſ.17. n.
9. lib.3. Menoch. conſ.409. num 64. Cephal. cōſ.
44. num.39 & ſeqq. lib.1. Hier. de Mont. de fi-
nib. regun cap.87. nu.4. Mareſc. var. lib.1. cap.
12. n.23. Farinac. in frag. part.2. verbo, identi-
tas, num.12 Ludouiſ. dec.172. num.2. Card. Ca-
ualer. dec.311. num.4. Coccin. dec.120. n.5. Car-
din. Ottobon. dec.102. num.3. Card. Cerr. dec.3.
num.15. Dunozet. Iun. dec.939. num.12. Rot. in
recent. dec.88. n.14. part.7.

60 Idque, etiam, ſi aliquæ demonſtrationes, &
confinia non congruerent; curſu enim tem-
poris præſumi debent mutata, Decian. conſ.
12. num.14. lib.3. Mareſcott. var. lib.1. cap.12.
num.23. Rot. in recent. dec.75. num.2. par.10. et
dec.88. num.16. part.7.

Quæ omnia eò libentiùs admittenda; Tum
quia ad probandam identitatem bonorum
61 leuiores probationes admittuntur, gloſ. in
cap. ſi Papa, verbo probata, de priuileg. in 6.
Soccin. ſen. conſ.89 num.2. lib.1. Afflict. dec.23.
num.3. Seraphin. dec.1209. nu.3. & dec.1344.
n.1. Ludouiſ. dec.172. n.6. ibique, add. num.10.
62 Tum etiam, quia uerſamur in materia an-
tiqua vltra centum annos, Dec. conſ.109. n.2.
Pariſ. conſ.27. num.16. lib.1. Menoch. conſ.21.
num.33. & conſ.202. num.100. Add. ad Ludo-
uiſ. dec.172. num.10. Card. Ottobon. dec.102. n.
7. & in antiquis identitas optimè remanet
63 probata ex vnica demonſtratione generali,
cum vnico confine, Corn. conſ.280. num.5. lib.
3. Mareſc. var. lib.1. cap.12. num.45. Pariſ. de
Puteo, de feud. reintegrat. fol.166. col.3. num.
9. & col.4 num.6. Coccin. dec.218. num.3. Du-
nozett. Iun. dec.949. num.13. Rot. in recent. dec.
81. num.17. & dec.87. num.10 part.5.

64 Quinimò ſufficiunt argumenta, præſump-
tiones, & coniecturæ, Rimin. conſ.254. num.11.
lib.2. Cephal. conſ.170. num.25. lib.2. Socc. conſ.
166. num.2. lib.2. Afflict. dec.23. num.4. Caſſa-
dor. dec.3. num.2. de procurat. Seraphin. deciſ.
462. num.8. Ludouiſ. dec.172. nu.6. Card. Ottob.
dec.102. num.8. Dunozet Iun. dec.949. nu.14.

65 Tandem non aduerſantur prætenſæ detra-
ctiones ad impediendam immiſſionem; quò
enim ad Trebellianicam cenſetur prohibita
ob ſtrictiſſimam prohibitionem alienationis
omnium bonorum, expreſſa potiſſimùm ra-
tione, vt conſeruentur in agnatione, & fa-
milia, auth. ſed, & in ea, C. ad leg. falcid. ibi-
que, præ cæteris, Bald. & Salicet. Angel. in §.
ſi verò expreſſim, authent. de hæred. & falcid,
Coraſ. in l. filium, quem habentem 28. C. famil.
erciſcun. Corſett. de Trebell. tit 2. num.6. Zilet.
int. conſ. vlt. volunt. lib.2. conſ.77. n.7. & ſeq. &
conſ.98. num.3 Alber. conſ.247. num.8. Decius
conſ.295. circa fin. Natt. conſ.321. n.8. in fin. &
9. Honded. conſ.45. n.47. lib.2. Giouagnon. conſ.
99. num.17. Marcell. Marcian. conſ.60. num.15.
lib.1. Bellon. Iun. conſ.17. num.92. Ger. Spin.
conſ.40. num.21. & ſeq. Sim. de Petr. de inter-
pretat. vltim. volunt. lib.3. dub.5. ſolut.6. n. 33.
fol.367. Peregr. de fideicom. art.3 num 91. An-
dreol. contr.33. num.8. & ſeqq. qui plures alios
refert, Barrj de ſucceſſ. lib.15. de Trebell. tit.8.
num.19. Roſa conſult.40. num 26. Capye. latr.
dec.108. num.78. Dunozett. Iun. dec.509. num.
2. Coccin. dec.253. n.6. Card. Ottobon. dec.28. n.
36. Rot. in recent. dec.199. n.13. part.17.

66 Quid

66 Quid quid in contrarium omninò aberrantes, á communi dixerint, Odd conſ.65.nu. 67.75.& ſeq. Honded.conſ.45.num.46.lib.2. Cephal.conſ.320.num.43.Facchin.contron.Iur. lib.5.cap.6.per tot Cenſal.in obſeru.ad Peregr. art.35.verſ.tertiò obſeruo, circa fin.fol.225.in Veneta Impreſſione, Gratian. decif. Marchiæ59.n.2.verſ.quia ſupradicti,& ſeq.alijque allegati per Altograd.conſ.69.nu.20.& 134. lib. 2.

67 Signanter, quando, prout, in præſentia, prohibitio alienationis eſt realis,& nedum legitur facta hæredibus; ſed etiam omnibus alijs ſubſtitutis, Soccin.Iun. conſ.49.num.21. lib.3.Fed.Scot.conſ.52.num.25. lib.2. Decian. conſ.120 num.24.lib.3. Bellon.Iun. conſ.17.n. 95.Mart.conſ.109.num.7. Morot.conſ.67.n.4. Mantua conſ.291. num.10. Fuſar. conſ.139.n. 10.Thomaſ.tract.5.tit.6.de Trebell. num.289. Corſett.de Trebell.§.2.ſub n.6. Gabriel. concl. 3.de Trebell.num.1. Menoch. lib.4. præſumpt. 198.num.28.et conſ.765.num.11.& ſeq.lib.7. Card.Mant.de coniect.vltim.volunt. lib.7. tit. 12.num.21.Petr.de fideicom.q.15.n.191. Peregr.eodem tract art.3.num.92.poſt med. verſ. ſecundus caſus eſt,cum Teſtator, Mangil.de imputat.q.115.n.33.Andreol.controu. 63.n 22. Rot. in recent.dec.5.n.8. & ſeqq.part.6. & eſſe ad id textum expreſſum,in d.authent.ſed & in ea,Cod.ad leg.falcid.aduertit ibidem Bald. qui dicit eſſe caſum notabilem, & quotidianum, quamuis Aduocati ad illum communiter oon aduertant, idemque ſentiunt, Claud. Aquenſ.in l.filius famil.§.diui,ſub num.11. ff. de legat.1.Pich.in l.in quartam,ſub num.109. ff.ad leg.falcid.

68 Contraria uerò conclosio, eſſet fortaſsè admittenda, vel quoties prohibitio alienationis,eſt facta nominatim hæredibus inſtitutis; non autem ſubſtitotis, in quibus terminis, loquuntur, Alex.conſ.67.num.2. lib.1. Soccin.Iun conſ.170.num.4. lib.2. & conſ.49. num.21.lib.3. Roland.conſ.9. num.14. & 18. lib.4.Gabr.conſ.87.num.4.lib.2.Port.Imol.cōſ. 92. num.90. Menoch.præſumpt.199.num.28. lib. 4. alijque adducti per ex aduerſo allegatum Andreol. controu.63. num.23. & 24. & admittir acerrimus propugnator contrariæ ſententiæ Altograd. d.conſ.69.num.10. lib.2. rectèque diſtingult Mangil. de imputat. d. q. 115.num.36.iuncto num.33.

69 Vel, quoties eſt ad certum tempus reſtricta, Bero.conſ 79.num.45.verſ.item non loquitur, lib.2. Ruin.conſ.89.num.25. verſ. & pro hoc ſoleo, lib.2.Altograd.d.conſ.69.nu.8.lib.2. vbi,maximè,ſi tempus expirare poterat, viuente adhuc hærede grauato, Rot.in recent. dec.651.num.11.part.4.tom.3.

70 Vel demum, quando prohibitio alienationis non eſt expreſſa, ſed tacitè reſultat, in quibus terminis loquitur Roman. conſ. 206. Bellon.conſ.65.num.3. alijque relegendi penes Honded. d. conſ.45. num.47. vſque ad 52. lib. 2.

71 Quò verò ad detractioōē legitime, illa cēſetur cōſūpta ex pluribus alienationib⁹ factis ab hęredibus grauatis, præcipuè nō confecto Inuentario, l.res,quæ §.Marcellus ff.ad Treb. Aretin. conſ.2. n.5. Alex. conſ.3. n.4.& ſeq. lib.3. Merend. contron. Iur. lib.24 cap.9.n.4. & ſeq. Peregrin. de fideic. art.39. n.4. Add. ad Ludoniſ. dec.266. num.16. Surd. dec.170. num.10. Mart. Medic. dec. Senen.9. num.15. & ſeq. Merlin. dec.383.num.15. & ſeq. Ludoniſ. dec.580. num.2. Card. Celſ. dec.335. num.9. Royas dec.428. num.4. & ſeq. Bich. dec.161. n.26. & dec.32. n.2.

72 Neque obijciatur, quòd ſupradicta concluſio non procedat, quando, prout in hac facti ſpecie, agitur contra tertium reum, & poſſeſſorem; tunc enim huiuſmodi onus probandi, quòd grauati tot bona alienauerint, quæ legitimæ detractionem adęquent, incumbit fideicommiſſario, prout omiſſis antiquis, ex recentioribus, firmant, poſt Natt. conſ.238. num.7. Roland. conſ.100. num.25. lib.2. Peregrin. de fideicom. art.39. num.4. verſ. & propterea, & num.13. Fuſar. de ſubſtitut. q.561. num.1. Cyriac. contron.5. n.27. Mangil. de imputat. q.136. num.50. Merlin. de legit. lib.2. tit.2. q.4. num.2. Card. Cerr. dec.392. num.19.

73 Siquidem, quando agit fideicommiſſarius contra habentem cauſam ab hærede granato, incumbit quidem ipſi oous probandi, quòd alienationes ſint anteriores, qua probatione peracta, ſi à reo excipiatur, illas non eſſe ſufficientes; cum in hoiuſmodi exceptione dici debeat actor, adſtringitur talem inſufficientiam probare, utpotè ſuæ intentionis fundamentum, prout præ cæteris in ſpecie diſtinguendo, tradunt, Ruin. conſ.81. num.4. lib.5. Gabr. conſ.118. n.7. lib.1. Couarr. var. lib.2. cap.6. num.4. Peregrin. de fideic. d. art.39. num.14. Fuſar. de ſubſtitut. q.561. num.1.& ſeq. Merlin. de legit. lib.2. tit 2. q.4. num.3. Cyriac. contron.5. num.26.& ſeqq. Surd. dec.316. num.18. Martin. Andr. dec.80. n.4. & duob. ſeqq. Duran. dec.360. num 2. & ſeq. benè Merlin. dec.633. ſub num.1. verſ. ſed multò magis, & duobus ſeqq. optimè Pentinger. dec.370. num.2. et duob. ſeqq. vbi, quòd huiuſmodi diſtinctio ſit receptiſſima, quæ etiā eſt impreſſa poſt Cenſal. ad Peregrin. dec.5. in Veneta impreſſione, Bich. dec.32. num.4. Rot. in Bonon. de Poetis coram Vbald. apud Gianagu. conſ.20. num.27. lib.2.

74 Contrariæ verò auctoritates firmantes, onos probandi iocumbere fideicommiſsario petenti immiſſionem, procedunr, vel, quando nullæ afferuntur alienationes, vt tunc teneatur fideicommiſsarius eas probare, &

qui-

quidem anteriores; adeóut iuuari non poſſit ex ſola præſumptione oriente ex omiſſione Inuentarij.

75 Vel, quando de ſtatu hæreditaris conſtat per Inuentarium, vel aliter, & alienationes, detractioneſque ſunt certæ, vt per *add. ad Ludouiſ. dec. 266. num. 16. Surd. dec. 316. n. 14. et duob. ſeqq. Rot. in recent. dec. 67. num. 2. et dec. 77. num. 2. et ſeqq. part. 5.* & egregiè vtrúque caſum diſtinguit *Card. Cerrus dec. 331. num. 11.*

76 Secus aſſerendum, quando, prout in hoc themate, nullatenus conſtat de ſtatu hæreditatis, neque per Inuentarium, neque aliunde, & adſunt alienationes ingentes anteriores; tunc enim fideicommiſſario fauet iuris preſumptio, quòd detractiones adæquentur, & conſumantur ab alienationibus precedentibus, & reus contrarium contendens tenetur probare, non ſolùm quia in hac exceptione eſt actor, *Rot. dec. 150. num. 6. et ſeq. poſt Merlin. de legit.* cum alijs ſupra laudatis.

77 Sed etiam, quia detractiones ex alienationibus antecedentibus, ſaltem redduntur turbidæ, & illiquidæ; atque adeó immiſſionem fideicommiſſario impedire nequeunt, maximè ex remedio, *l. fin. Cod. de edict. Din. Adrian. tollend. Menoch. conſ. 704. num. 11. & ſeq. Surd. de alim. tit. 8. priuileg. 82. n. 2. 7. & 9. Raudenſ. dec. Piſan. 30. n. 211. ad med. Card. Celſ. dec. 167. num. 6. Peutinger. dec. 349. n. 10. Argnell. dec. 36. num. 5. Rot. in recent. dec. 285. num. 9. part. 10.* repetita poſt *Cenſal. ad Peregrin. dec. 28.* In Veneta Impreſſione.

Iuxta allegata, fuit decretum per Reu. Bulgarinum Auditorit Cameræ Locum Tenentem.

ARGVMENTVM.

Hęres fideicommiſſi reſtitutione grauatus, poteſt aduerſus fideicommiſſarium deducere totum id, quod ſibi alio iure, quàm hæredirario debetur, etiam Inuentario non confecto; niſi tamen Teſtator expreſsè de iuribus, rebuſque hęredis diſpoſuerit; Idque, non ſolùm vindicat ſibi locum in fideicommiſſo particulari; ſed etiam vniuerſali. Reprobata contraria ſententia, *Io: de Anania.* Ad intellectũ difficilis textus, *in §. ſi verò Authen. de hęredib. & falcid.*

Hæres grauatus, non confecto Inuentario; licet amittat Falcidiam; non tamen Trebellianicam; Pluresque expenduntur rationes, quibus huiuſmodi receptior ſententia innititur.

SVMMARIVM.

1 *Hæres fideicommiſſi reſtitutione grauatus, poteſt, aduersùs fideicommiſſarium vniuerſalem deducere totum id, quod ſibi alio iure, quàm hęreditario debetur.*

Limita, vt n. 6. & ſeqq.

2 *Hæres grauatus, iure* Digeſtorum *inſpecto, ſua detrahebat credita.*

3 *Hodiè, etiam retinet ſua credita, licet inuentarium non conficiat.*

4 *Hæres cenſetur grauatus reſtituere hæreditatem, & quid quid in ea continetur.*

5 *In hæreditate non dicitur contineri; niſi, quod deductis deducendis, remanet.*

6 *Teſtator, quando expreſsè de iuribus, rebuſq; hæredis diſpoſuit, tunc limitatur concluſio, de qua n. 1. & heres adeundo, voluntati defuncti acquieuiſſe cenſetur.*

7 *Idque, etiam procedit in fideicommiſſo vniuerſali.*

8 *Hæres, iure* Digeſtorum *inſpecto, vltra vires hæreditarias non tenetur, computatis acceſſionibus, ſeu fructibus; non obſtante voluntate Teſtatoris grauandi eumdem hæredem in re propria.*

9 Authent. de hæred. & falcid. *comprehendit tãtùmmodò fideicommiſſa particularia; non autem vniuerſalia in aliquorum ſententia.*

10 *Contrarium eſſe veriùs oſtenditur.* & n. ſeqq.

11 *Vniuerſale fideicommiſſum non valet excedere Teſtatoris ſubſtantiam.*

12 *Textus in* d. authent. de hæred. & falcid. §. hinc nobis, verſ. illo adiecto. *decernens, citandos eſſe legatarios, & fideicommiſſarios, perneceſsè intelligi debet de vniuerſalibus, quia eorum magis intereſt.*

13 *Ratio inducendi inuentarium, eiuſque beneficium, æquè militat in fideicommiſſario vniuerſali, ac in particulari.*

14 *Fideicommiſſa particularia legatis in omnibus, & per omnia ſunt exæquata.*

15 *Expenditur tenor* d. authent. de hęred. & falcid. *illamque. tàm de fideicommiſſis vniuerſalibus, quàm de particularibus loqui, oſtẽditur,* & n. ſeqq.

16 *Ratio* per Imperatorem *expreſſa in* d. auth. *prouidendo, vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus, impleantur in omnibus caſibus, includit, etiam fideicommiſſarios vniuerſales, & de ratione.*

17 *Fideicommiſſum vniuerſale inter onera hæreditaria adſcribitur.*

18 *Hæres grauatus maiori onere adſtringitur erga fideicommiſſarium vniuerſalem, quàm erga ſingularem.*

19 *Hæres grauatus, licet amittat Falcidiam non confecto Inuentario; non tamen Trebellianicam.*

20 *Refertur ſententia* Io: de Anania *affirmans, textum in* d. authent. de hæred. & falcid. *loquentem de fideicommiſſarijs, intelligendum eſſe de particularibus; non autem de vniuerſalibus.*

Reprobatur huiuſmodi ſententia, & n. 10.

21 *Quæſtio, an hæres grauatus omittens Inuentarium, ſicut amittit Falcidiam, amittat etiam Trebellianicam, eſt terribilis, deciſione indigens Cæſarea.*

22 *Re-*

22 *Referuntur plures rationes, quibus innititur ſententia affirmans, quòd hæres grauatus non cõficiens Inuentarium non amittat Trebellianicam* & num.ſeqq.

23 *Textus* d.Authent. *loquens de Falcidia, non extendendus ad Trebellianicam.*

24 *Falcidiæ amiſſio eſt innixa præſumptioni ſubreptionis, & occultationis rerum hæreditariarum, quæ præſumptio militat in rebus corporalibus, non autem in iure hæreditario vniuerſali.*

25 *Hæres, confecto Inuentario, quoties aliquid ſubrepſit, attento iure* Codicis, *non amittit Trebellianicam; ſed ſolùmmodò duplum reſtituit.*

26 *Fideicommiſſum vniuerſale unnquàm tranſcẽdit menſuram ſubſtantiæ defuncti, vtpotè relatum ad Ius vniuerſale, cum ſuis oneribus, & honoribus.*

27 *Hæres retinendo, quod ſuum eſt, ſibique debetur, ac etiam Trebellianicam, & reſtituendo merum Ius; licet alioquin inutile ſine corporibus, non dicitur diminutum fideicommiſſum.*

Expenditur ſubtilis locus Gomeſii.

28 *Ratio per* Caſtrenſem *adducta, quòd fideicommiſſa vniuerſalia non recipiant diminutionem per Iuris intellectum, ſolùm procedere poteſt, quãdo Teſtator generaliter inſtituit fideicommiſſum in omnibus ſuis bonis; ſecus, quoties ſpecificè diſpoſuit de talibus, & talibus rebus ſui hæredis.*

29 *Huiuſmodi controuerſia tota pendet à voluntate Teſtatoris.*

CAPVT XI.

1 LICET hæres fideicommiſſi reſtitutione grauatus poſſit aduersùs fideicommiſſarium vniuerſalem deducere totum id, quod ſibi à Teſtatore debetur; quodque ex alio Iure, quàm hæreditario competit, iuxta receptam doctrinam *Caſtrenſis in l. ita tamen* 27. §. *ſi ex Trebelliano ſub num.*2. ibique *Alex. ff. ad Senat.* Conſult. *Trebell. Dec. in l. debitori* 7. *num.*4. ibique *Alciat. num.*24. *Cod. de pact.* idem *Dec. conſ.*85. *num.*2. *verſic. idem detrahere poteſt, Ruin. conſ.*57. *num.*4. & 10. *lib.*2. *Gabr. conſ.*124. *num.*2. & *ſeq. lib.*1. *Roland. conſ.*65. *num.*13. *Menoch. conſ.*667. *num.*12. qui teſtatur de recepta, veraque ſententia *Surd. conſ.*7. *num.*23. *Montic. de Inuent. cap.*9. *Peregrin. de fideicom. art.*3. *nu.*78. *verſ. fideicommiſſario autem*; vbi dicit, ſe ita frequentiſſimè ſeruari vidiſſe, & *conſ.*64. *n.*26. *lib.*3. *Petr. de fideicom. qu.*11. *num.*5. *in fin. Sim. de Petr. de interpret. vlt. volunt. lib.*3. *tit.*5. *reſolut.*4. *n.*15. *fol.*354. *Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.*7. *tit.*8. *num.*15. *Cenſal. ad Peregr. de fideic. artic.*35. *verſic. quarto obſeruo fol.*225. iuxtà Venetam impreſſionem, *Poſth. reſolut.*24. *num.*26. egregiè præ cæteris, *Beltramin. ad Ludouiſ. dec.*421. *num.*15.

2 Qua ratione fit, vt, quemadmodùm olim, Iure antiquo *Digeſtorũ* inſpecto, hæres grauatus onere reſtitutionis hæreditatis, ſua detrahebat credita, prout ſunt Iura in *l. ab omnibus* 107. §. *fin. ff. de legat.* 1. *l. cum hæres* 51. *l. debitor* 59. §. *ea quæ, l. lutius,* §. *Titia,* & §. *filiam ff. ad Senat.* Conſult. *Trebell. l. ſtichum* 93. §. *aditio, ff. de ſolut. l. in imponenda* 6. *l. irritum* 8. Cod. *ad l. falcidiam, l. cum Pater* 79. §. *Titio, ff. de legat.*2. *Peregrin. de fideicom. art.*35. *num.*1.

3 Ita etiam hodiè retineat, licet Inuentarium non conficiat; prout ſcripſerunt *Bald. in d. l. debitori* 7. *nu.*4. ibique *Dec. num.*3. & 4. *Alciat. num.*23. *Cod. de pact. Caſtr. in l. ita tamen* 27. §. *ſi ex Trebelliano, num.*2. ibique *Alex. n.*3. *ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* idem *Caſtr. conſ.*7. *num.*1. *conſ.*86. *num.*2. & *conſ.*186. *num.*1. *verſic. & propter iſta lib.*2. *Angel. conſ.*64. *in fin. Fulgoſ. conſ.*81. *Bertazzol. conſ.*107. *num.*65. *Iaſ. conſ.*28. *col.*2. *verſic. ſecundo lib.*3. *Soccin. ſen. conſ.*44. *num.*2. *lib.*3. *Ruin. conſ.*112. *num.*19. *conſ.*114. *num.*15. & *conſ.*115. *num.*11. *lib.*2. *Soccin. Iun. conſ.*170. *num.*4. *lib.*2. *Pariſ. conſ.*25. *num.*63. & *ſeq. lib.*2. *Gabr. conſ.*124. *n.*3. *lib.*1. *Decian. conſ.*85. *num.*2. *lib.*2. *Crauett. conſ.*316. *n.*4. *Roland. conſ.*65. *num.*13. *lib.*2. *Natt. conſ.*323. *num.*2. *Bellon. Iun. conſ.*49. *num.*15. & *ſeqq. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.*7. *tit.*8. *num.*15. quos referr, & ſequitur, alijs congeſtis, *Peregrin. de fideicom. art.*35. *nu.*1. *Surd. dec.*62. *num.*22.

4 Idque, ea potiſſimùm ratione à principijs Iuris deducta; cum enim hæres cenſeatur grauatus reſtituere hæreditatem, & quidquid in ea continetur, *l. in fideicommiſſa verſ. quoties, ff. ad Senat. conſult. Trebell.* ibi, *quoties quis rogatur hæreditatem reſtituere, id videtur rogatus reddere, quod fuit hæreditatis:*

5 Meritò in hæreditate reuera contineri non dicitur; niſi, quod, deductis deducendis, remanet, *l.* 2. *verſic. & quod hæres, ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* ibi: *Et quod hæres perfunctis omnibus hæreditarijs muneribus; ideſt poſt legatorum dationem, reliquum habiturus foret, ſi non eſſet rogatus, vt ſibi reſtituerit hæreditatem, id ſibi reſtituat*; & ita in ſpecie declarant *Caſtrenſ. in l. ab omnibus* 107. §. *fin. num.*1. *ff. de legat.* 1. & *in d. l. ita tamen* 27. §. *ſi ex Trebelliano num.*2. *ff. ad Senat.* Conſult. *Trebell. Natt. conſ.*255. *num.*9. *Roland. conſ.*65. *num.*13. *lib.*2. *Peregrin. conſ.*64. *num.*26. *lib.*3. *Poſth. reſolut.*24. *nu.*26.

6 Nihilominus, ſuperiùs firmata non procedunt, quando, prout in præſenti themate, in quo pro veritate conſultus reſpondi, teſtator expreſsè, & nominatim de Iuribus, rebuſque ſui hæredis diſpoſuit; tunc enim ſublata omninò remanet ratio incorrectionis, ſeu non comprehenſionis fideicommiſſi vniuerſalis ſub Iure *Authenticorum in* §. *ſi verò non fecerit Inuentarium, authen. de hæred. & falcid.* nam dum aperrè deprehendi-

tur, Teſtatorem ſuæ hæreditatis fines exce-
dere voluiſſe, grauando hæredem in illius
rebus, nequeat idem hæres voluntati contra-
uenire defuncti, cum in vim aditionis gra-
uamen acceptaſſe cenſeatur, atque adeò fi-
deicommiſſum, licet alioquin vniuerſaliter
conſtitutum, naturam fideicommiſſi parti-
cularis ſortiri debeat, ita in ſpecie limitan-
do principalem concluſionem initio firma-
tam, egregiè ſubſtinet *Beltramin. ad Ludou. d.
dec. 421. nu. 15. verſ. prædicta tamen omni.
Cenſal. ad Peregrin. de fideicommiſſ. art. 35.
verſic. quartò obſeruo, fol. 225.* in Veneta Im-
preſſione, *Franc. Marc. dec. 331. ſub num. 18.*
idemque aſſerunt loquentes de fideicommiſ-
7 ſo vniuerſali, totumque in huiuſmodi ma-
teria tribuentes voluntati Teſtatoris gra-
uantis, & hæredis acceptantis, *Pariſ. conſ. 2.
lib. 3. Menoch. lib. 4. præſumpt. 197. num. 15.
& ſeq.*

8 Neque meretur attendi, quòd, cum, in-
ſpecto Iure *Digeſtorum*, hæres vltra vires
hæreditarias non teneatur, computatis ac-
ceſſionibus, ſeu fructibus; licet ſatis ſuper-
que deprehenderetur volũtas Teſtatoris gra-
uandi hæredem in re propria, prout ſunt Iu-
ra *in l. cum Pater 79. § Titio verſic. Idm ſuam,
quam Seij hæreditatem Sempronio reſtitueret,
ff. de legat. 2. & in l. lucius 78. §. Maritus ff.
ad Senat. Conſult. Trebell.* cum concordan-
tibus relatis per *Bellon. Iun. conſ. 99. nu. 15.
& ſeqq.* eademque Iura *Digeſtorum* reman-
9 ſerint incorrecta per Ius nouiſſimum *authen-
ticæ*, in quo ex ipſa rubrica *de hæredib. &
falcid.* pænaque indicta amiſſionis falcidiæ,
ſatis liquidò deprehendi valet, ibidem nul-
latenus agi de fideicommiſſis vniuerſalibus;
ſed ſolùmmodò de particularibus; prout ad-
uertit *Bellon. Iun. d. conſ. 99. num. 24. & ſeqq.
& num. 38. & ſeqq.* atque adeò idem perne-
ceſsè ſit aſſerendum, in re, de qua eſt præ-
ſens controuerſia, nullatenus attento, quòd
Teſtator nominatim grauauerit hæredem
ſuper bonis ad eundem hæredem pleno Iure
pertinentibus.

10 Siquidem, pro huiuſmodi obiecto remo-
uendo, eſt animaduertendum, quòd in rece-
ptiori ſententia, Ius *Authenticor. in d. §. ſi
verò auth. de hæred. & falcid.* in quo repe-
ritur ſancitum, vt hæres omittens Inuen-
tarium, de bonis proprijs teneatur integrè
complere legatarios, & fideicommiſſarios,
complectatur, nedum fideicommiſſarios par-
ticulares; ſed etiam vniuerſales iuxta origi-
nalem doctrinam *Bald. in Auth. ſed cum teſta-
tor, C. ad leg. falcid.* vbi hæc aſſerit: *Sed con-
tra iſtud oppone; quia textus in corpore in §. illo
adiecto, qui eſt in d. titulo authent. de hæred. &
falc. §. ſancimus igitur, circa med. dicit, vt opor-
teat, huiuſmodi hæredem, qui non creditores
ſolùm; ſed etiam legatarios, & fideicommiſſa-
rios veretur, & metuit, non damnificari ſolùm,
ſed etiam non lucrari, quia textus loquitur de
fideicommiſſarijs particularibus, & vniuerſali-
bus; imò fortiùs de vniuerſalibus, quia eorum
magis intereſt, & illum textum non ponderarũt
Doctores, quia apertè decidit hanc quæſtionem,*
idemque firmat Romanus *in auth. ſimiliter,
Cod. ad l. Falcidiam num 104. circa finem:* Ibi,
*tertiò ego nouiſſimè de hac dubitatione dico, eſſe
caſum notandũ de hæredibus, & falcid. § ſi ve-
rò non fecerit, quem miror, huc uſque à nemine
fuiſſe animaduerſum.*

Textum uerò prædictum, abſque contro-
uerſia loqui in fideicommiſſo vniuerſali, du-
plici potiſſimùm ratione, deducitur. Altera,
quia in fideicommiſſo particulari uerbum il-
lud *fideicommiſſarys* fuiſſet ſuperfluum; id
enim, quod de legatarijs expreſſerat, de fi-
deicommiſſarijs particularibus, etiam intel-
ligebatur, amborum eadem exiſtente natura.

Altera verò, diligenter ponderatis ver-
bis *textus* ibidem in fine, dum dicit, *& ſi pu-
rè ſubſtantiæ morientis tranſcendat menſuram
legatorum datio;* Cum enim Imperator in-
tellexiſſet de fideicommiſſarijs vniuerſalibus,
non erat neceſsè, hoc in eis repetere, cum
uniuerſale fideicommiſſum non ualeat exce-
11 dere Teſtatoris ſubſtantiam, licet ab eo fie-
ri poſſit, qui ultra non habeat, quàm ad æs
alienum perſoluendum ſufficiat, *Corn. in d.
auth. ſed cum teſtator n. 20.* ubi poſt Bart. hæc
12 ait: *& tamen apertè decidit hanc quæſtionem
in corpore §. hinc nobis, verſ. illo adiecto, vbi
dicit, citandos eſſe legatarios, & fideicommiſ-
ſarios, ſi hæres non vult damnificari, ſed lucra-
ri, qui textus loquitur de fideicommiſſarijs par-
ticularibus, & vniuerſalibus; Imò fortiùs de
vniuerſalibus, quia eorum magis intereſt;* idem-
que firmat *Auctor* damnatę memoriæ, utinã
tàm probatę cõſciẽtiæ, quàm doctrinę *in add.
ad Alex. conſ. 67. lib. 4. lit. E. circa fin.* Ibi, *Et
eſt veritas, quia textus in Nouella de hæred. &
falcid. accipit generaliter nomen Falcidię, etiam
pro Trebellianica, & loquens de fideicommiſ-
ſario, intelligit, etiam de vniuerſali, quem etiam
exprimit, vt ibi ſcripſi in annotationibus meis,
& in Conſuetudines Pariſienſes, §. 43. ad quæ
remitto,* & admiſit *Bart. conſ. 51. num. 2.* Ibi,
13 *Prætereà ratio inducendi Inuentarium, & eius
beneficium fuit, vt videatur, vt hæres maligna-
ri non poſſit, vt infra allegatis, §. ſcimus, & in
§. ſi verò adſunt, auth. de hæredibus, & falcid.
ſed quòd rogatus hæres de reſtituendo, ita te-
neatur, iſta ratio tenet in fideicommiſſario vni-
uerſali, ſicuti in legatarys particularibus, &
creditoribus,* quod, etiam repetit *in alio conſi-
lio 233. nu. 1. verſ. prætereà,* & profitetur *add.
ad Clar. §. fideicommiſſum, q. 62. num. 7. & 8.*
ubi hanc aſſignat rationem, meo quidem iu-
dicio, ſatis congruentem; *Quod enim de vni-
uerſali fideicommiſſo Iuſtinianus exaudiri de-*

beat,

Digitized by Google

be.it, indè pluſquàm manifeſtum euadit, *quòd fideicommiſſa ibidem opponuntur legatis,& legatis non opponuntur fideicommiſſa ſingularia*,
14 *quæ legatis in omnibus*, *& per omnia ſunt æquiparata*, optimè etiam Corn. *in conſ.* 303. *num.* 4. *verſ. ſed contrariam, & verſ. & idem latiùs*, ubi refert rationem, & uerba *Romani* proximè adducta.
15 Id ipſum, etiam comprobat ipſius *Authenticæ* diſpoſitio *in d.tit.de hæred.& falcid.* illa enim, ſi diligenter, accuratèque percurratur, ſatis liquidò conſtat, quòd loquatur, tàm de fideicommiſſis vniuerſalibus, quàm particularibus: Exordiendo enim à *§. his igitur* eiuſdē *Authenticæ*, apertiſſimè conſtat, quòd Imperator loquutus ſit, etiam de fideicommiſſis uniuerſalibus: Ibi, *aut metuerunt fideicommiſſa per Vniuerſitatem forſan, aut per ſpeciem, aut legatum neceſſitatem habere quæcumque teſtator, aut honorans eos diſpoſuerat omni modo ea complere*, & rursùs *in §. etenim, & in §. ſi verò cum ſequenti*, eamdem repetit loquendi formam, nempè de fideicommiſſis per Vniuerſitatem, quinimò, *gloſ. in d. §. etenim*, uerbo *exiſtentibus*, ſpecificè addit, ſeu declarat *generalibus fideicommiſſarijs*; atque adeò, cum Imperator *in d. §. his igitur* de fideicommiſſarijs uniuerſalibus fuerit loquutus, ad diſtinctionem legatariorum; pernecesſè ſequitur, quòd, ubi inferiùs in ſequenti, *§. ſi verò*, ſubdit, quòd hæres complebit legatarios, & fideicommiſſarios, uerbum illud, *& fideicommiſſarios*, omnind ſit intelligendum de uniuerſalibus ad diſtinctionem legatariorum, & fideicommiſſariorum particularium; Tum quia vna pars legis ab altera declarari debeat; Tum etiam, quia indefinita, uniuerſali æquipollet, prout egregiè percurrendo totam *dictæ Authenticæ* diſpoſitionem, tradit latè, *Menoch. conſ.* 272. *num.* 69. *& ſeq.*
16. Prædictis omnibus accedat, ea potiſſimùm animaduerſio, quód Imperator in tota Conſtitutione profeſſus ſit, omnibus voluiſſe caſibus prouidere, ad effectum, ut deficientiū, ſeu teſtantium diſpoſitiones, & voluntatès omninò implerentur, ut initio *præd. authent. & in § ſemper igitur, & in §. exhæredatos*: Ibi, *una eſt enim legis intentio*, *vt quæ diſpoſita ſunt à morientibus, impleantur*; Ideòque, cum ſatis liquidò proſpexerit creditorum fauori, ſtatuendo, quód legata integrè præſtari debeant, utique, niſi etiam prouidiſſet ad fauorem fideicommiſſariorum vniuerſalium, in omnibus caſibus non prouidiſſet, & nihilominus maior, abſque dubio fuiſſet ratio eiſdem prouidendi, prout rectè aduertit *Menoch. d. conſ.* 272. *ſub num* 73. *verſ. & comprobatur, & ſub num.* 71. *& ſeq.* vbi, adducta etiam uerſione *Aloandri*, expendit, quòd illud uerbum, *& fideicommiſſarios*, pernecesſè ſit intelligendum de vniuerſalibus, aliquid præcedenti addendo, cum dictio illa *Et* ſtet augmentatiuè.

Optimè, etiam id ipſum comprobat *text. in l. ultima, §. ſin autem hoc aliquis, Cod. de Iur. deliber.* in quo reperitur ſancitum, hæredem, ſi omiſerit conficere Inuentarium, teneri omnibus oneribus hæreditarijs, ſub quibus abſque dubio comprehenduntur, etiam fideicō-
17 miſſa vniuerſalia; cum dubitari non poſſit, quin fideicommiſſum, etiam uniuerſale, inter onera hæreditaria adſcribatur *l. qui hęredi, §. cum filię, ff. de vulgar. & pupill.* Præcipuè, quia nullum poteſt aſſerri Iuridicum diſcrimen inter unum, & alterum caſum; quinimò aſſerendum, maiori onere, eſſe adſtrictum he-
18 redem erga fideicommiſſarium uniuerſalē, cui totā debet reſtituere hęreditatem, quàm erga ſingularem, prout benè aduertit *Menoch. d. conſ.* 272. *n.* 71. *& ſeq.* optimè, *Merend. controuerſ. Iur. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 7. *& ſeqq. Gomez de Silua, in tract. quan. lic. hęred. venir. contr. fact. defunct. cap.* 11. *ſub num.* 16. *verſ. ſecunda eſt limitatio.*

Neque objiciatur, quòd prædictæ auctoritates, ut plurimùm loquantur in ea quæſtione, an ſicuti ex *præfata Authentica*, ob non confectum ab hærede Inuentarium, amittitur
19 Falcidia aduersùs legatarios, & fideicommiſſarios particulares; ita etiam amitti debeat Trebellianica aduersùs fideicommiſſarios uniuerſales; Ideòque, cum in huiuſmodi articulo receptior uideatur ſententia negatiua, de qua *Bart. & Alex. in l. Marcellus, ff. ad Senat. Conſult. Trebell. Berous conſ.* 93. *n.* 14. *lib.* 2. *Laurent. à Pin. conſ.* 5. *num.* 14. alijſq; allegatis, *Altograd. conſ.* 69. *num.* 76. *lib.* 2. Meritò non eſt attendenda ſuperiùs firmata concluſio, quòd *Authent.* ſit intelligenda, etiam de fideicommiſſis uniuerſalibus; ſiguāter, quia in ſatis probabili opinione, Ius *Digeſtorum*, reſpectu fideicommiſſi uniuerſalis, incorrectum dici debet.
20 Siquidem eſt animaduertendum, quòd, excepto, *Ioan. de Anan. conſ.* 67. *lib.* 4. *inter conſilia Alex.* qui per dictionem *fortè* loquendo dubitatiuè aſſerit, ibi: *prætereà ego recordor, & fortè non malè, alias dixiſſe, quòd, licet ille textus dicat legatarios, & fideicommiſſarios; tamen, ex quo expreſsè non dicit vniuerſales, et poteſt verificari in particulari, non debet illud verbum vniuerſales ſubaudiri*, quem ſequuntur *Bellon. Iun. conſ.* 99. *num.* 26. *& ſeq. & n.* 38. *& ſeqq. Peregrin. de fideicom. art.* 3. *n.* 76. *& ſeqq.* nulla, quantùm legerim, alia adſit auctoritas denegans, *Authēticam* intelligendam, etiam eſſe de fideicommiſſis vniuerſalibus.
21 Adhuc, quatenus pertinet ad quæſtionem reſpectu Trebellianicæ, quam ſatis arduam, & terribilem appellat, *Clar. in §. Teſtamentum q.* 62. *in princip. verſic. hęc eſt terribilis*,

eſſeque ancipitem, aduertit *Iaſ. in l. Marcellus*
num.57. & 68. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.
adeòut Cæſarea indigere deciſione dixerit,
Rot. coram Caſſadoro *dec.3. num.8. in fin.* ſen-
tentia affirmans, Trebellianicam non amit-
22 ti, Inuentario non confecto, non innititur ra-
tioni, quòd *Authentica*, ſolùmmodò loqua-
tur de fideicommiſſis particularibus, prout
malè ſenſerunt, *Ioannes de Anania, Bellon.*
& Peregrin. in locis proximè laudatis; ſed
alijs potiſſimùm adhæreat fundamẽtis; Tum
quia, cum *textus* eiuſdem *Authentica* loqua-
tur de falcidia, non ſit extendendus ad Tre-
23 bellianicam, quam rationem aſſignat poſt
Iacobum de Beluiſo, Bart. in Authent. ſed cum
teſtator n.12. Cod. ad l. falcidiam.

24 Tum quia, cum Falcidiæ amiſſio in eadem
Authentica demandata, potiſſimùm ſit inni-
xa præſumptioni ſubreptionis, & occulta-
tionis rerum hæreditariarum, maximum
adſit diſcrimen, inter legata particularia, &
fideicommiſſum vniuerſale; res enim corpo-
rales, poſſunt ſubripi, & occultari, quod cõ-
tingere non poteſt in Iure hæreditario vni-
uerſali, quòd ſecundùm Iuris intellectum
per hæredis delictum, minui non valet, cum
incorporalia contractari non poſſint, prout,
hanc rationem, expendit idem *Ioannes de A-*
nania inter conſilia Alex. d. conſ.67. n.2. ver-
ſic. vbi inter alia lib 4.

25 Tum, etiam, quia, cum, attento Iure *Cod.*
in l. vltima §. licentiam verſic. illo videlicet C.
de Iur. deliber. hæres, confecto Inuentario,
quoties aliquid ſubripit, non amittit Tre-
bellianicam; ſed ſolùmmodò duplum reſti-
tuit, prout Nos alibi firmauimus; multò mi-
nus eſt priuandus Trebellianica ob delictum
per *Authenticam* præſumptum, prout rectè
expendit *Alex. in d. l. vltim. §. licentiam nu 4.*
Cod. de Iur. deliber. alijque congeſti per *De-*
cian. conſ.49. n.55. lib.2.

Tum demum, quia, cum eadem *Authen-*
tica in d. §. ſi verò non fecerit, poſt illa verba
Sed complebit legatarios, & fideicommiſſarios,
adijciat, *licet purè ſubſtantia morientis traſcẽ-*
dat menſuram legatorum datio; Huiuſmo-
di tranſgreſſus conſiderari valeat, quoties
agitur de relictis particularibus, & de de-
tractione Falcidiæ; non autem de fideicom-
miſſo vniuerſali, & detractione Trebelliani-
cæ; cum fideicommiſſum vniuerſale nunquã
26 tranſcendat menſuram ſubſtantiæ defuncti,
vtpotè relatum ad Ius vniuerſale, cum ſuis
oneribus, & honoribus; adeòvt, ſi Teſtator
habens in hæreditate bis centum, legat qua-
tuor centum, cum tranſcenſus ſit manifeſtus;
meritò hæres, omittendo Inuentarium, non
poſſit detrahere Falcidiam, dum hæres ex
proprio ære compellitur legatarios comple-
re, virtualiter, & pernecesſè non facit hanc
detractionem; dum enim damnum ſentit,
multò minus conſequi valet lucrum, quod ſe-
cus contingit in fideicommiſſo vniuerſali,
quod, cum ſemper ſit idem, etiam ſine vllis
corporibus; meritò hæres retinendo Trebel-
lianicam, dicitur implere fideicommiſſarios
merè vniuerſales, quibus cenſetur relictum
fideicommiſſum, deductis deducendis: Ideò-
que non cenſetur, Teſtatorem voluiſſe gra-
27 uare ſuum hæredem, niſi in mero Iure vni-
uerſali; atque adeò retinendo hæres, quod
ſuum eſt, ſibique debetur, ac etiam Trebel-
lianicam, & reſtituendo merum Ius, licet
alioquin inutile ſine corporibus, non dicitur
diminutum fideicommiſſum, prout ſubtili-
ter ex more obſeruat eruditiſſimus *Gomes.*
var. tom.1. cap.5. de ſubſtitut. num.12. ibi:
Secundò, quia ratio, & verba Iuris no-
ui punientis hæredem in amiſſione Falci-
diæ, non militant, nec habent locum in
Trebellianica, nec ei poſſunt adaptari, quia
hæres grauatus legatis, & fideicommiſſis par-
ticularibus pro non confectione Inuentarij, te-
netur ad omnia integrè legata ſoluenda, licet
hæreditas non ſit ſoluendo, quia ſunt certa
particularia, & determinata; ſed hæres vni-
uerſaliter grauatus, reſtituere hæreditatem non
tenetur ad quid certum particulariter, & de-
terminato modo, vt cognoſcamus, in quo, vel
quanto ſit facienda ſolutio, & reſtitutio, &
cuius valoris erat hæreditas; vnde per non
confectionem Inuentarij nõ poteſt dici, nec præ-
ſumi certa, & determinata quantitas, in qua
hæres grauatus teneatur; Hothoman. *obſer-*
uat. Iur. lib.4. cap.23. verſic. Iuſtiniani, ibi:
Iuſtiniani autem Nouellam ad caſum fideicom-
miſſi vniuerſalis non pertinere, vel hinc licet
intelligatur, quòd pœna omiſſi Inuentarij ab eo
conſtituta conuenire in eum caſum non poteſt;
nimirum, vt quantitatem rerum relictarum de
ſuo expleat; nam in vniuerſalibus fideicom-
miſſis nulla quantitas exprimitur, & rurſus,
lib.5. cap.31. lit F. verſic. illud vnum, ibi:
illud vnum adijciemus, cauſam, propter quam
Iuſtinianus in fideicommiſſis ſingularibus Inuẽ-
tarium exegit, in vniuerſalibus non exegit, hãc
fuiſſe, quia in illis hæres ad certam quantita-
tem præſtandam adſtrictus eſt; in hic verò quã-
titas nulla nominata, aut præſcripta eſt: eam-
demque rationem primus omnium tradidit
Caſtrenſ. in l. iſta tamen §. ſi are ſub num.2. ff.
ad Senat. Conſult. Trebell. & conſ.77. num.1. &
ſeq. tom.2. quem ſequuntur *Calcan. conſ.37.*
num.6. circa med. verſic. in fideicommiſſo, &
in fin. Crauett. conſ.143. num.6. verſic. ſed di-
uerſa eſt, Corn. conſ.303. num.3. in fin. & num.
ſeq. verſic. licet purè lib.1. Ludouic. Bell. conſ.
41. num.12. verſic. cuius reſolutionis, Peregr.
conſ.64. num.26. verſic. quòd omiſſio lib.3. Bel-
lon. Iun. conſ.99. num.23. verſic. minus eſt, & n.
26. verſic. quamobrem, Mangil. de imputat. qu.
130. nu.10. verſic. nec mouet, Franch. dec.39.
num.4.

Digitized by Google

num.4. verſic. quia fideicommiſſum, Card. Celſ. dec. 1. num. 4 & 5. Rot. in recent. dec. 312. n. 11. & ſeqq. par. 17.

His itaque firmatis, apertè deprehenditur, rationem potiſſimùm adductam per *Caſtr. in l. filium, quem habentem verſic. item quæro, C. famil. erciſc.* quem refert *Ioan. de Anan. d. conſ. 67. num. 2. & ſeqq. inter conſ. Alex. lib. 4. Peregr. de fideicom. art. 3. num. 76. & ſeqq.* alioſque proximè laudatos; quòd, ſcilicet, fideicommiſſa vniuerſalia, non recipiant diminutionem per Iuris intellectum; quòdque
28 Iura *Digeſtorum* præſeruantia hæredem ab exceſſu grauaminis, incorrecta remanſerint per nouiſſimum Ius *Authenticorum*, ſolùm procedere poſſe, quando Teſtator generaliter inſtituit fideicommiſſum in omnibus ſuis bonis, Iuribus, & actionibus; ſecus verò aſſerendum, quando ſpecificè diſpoſuit, prout in præſenti themate, de talibus, & talibus rebus ſui hæredis; tunc enim præciſa adeſt obligatio ad ſeruandam defuncti voluntatẽ, & fideicommiſſum in hac ſpecie habetur, ac ſi eſſet particulare; ideòque voluntas grauãdi vltra vires in fideicommiſſo ſimpliciter vniuerſali non concurrit, ſicuti concurrit, quando, præter fideicommiſſum vniuerſale, grauamen eſt adiectum poſitiuè ſuper hoc, & illo corpore, determinata quantitate, corporibuſque reſtituendis ex ſupra allegatis.

29 Ex his igitur corollariè patet, totam huiuſmodi controuerſiam omninò dependere ab ea inſpectione, an, ſcilicet, conſtet de voluntate Teſtatoris, quòd, nempè, voluerit grauare heredem in bonis proprijs, vltra vires hæreditarias, etiam ſi agatur de fideicommiſſo vniuerſali, vel potiùs eius fuerit volũtas, ſolùmmodò diſponendi de bonis ſuis, de quo articulo præcipuè diſceptatur in *deciſ. Duran. 93. & 119. Dunozett. Inn. deciſ. 910. per tot.* ſignanter *nu. 26.* quæ diſputationes abſque dubio fuiſſent inanes, quod de tanto Auditorio non eſt aſſerendum, ſi huiuſmodi quæſtio non ſtetiſſet in pura teſtatoris volũtate, nã vno uerbo potuiſſet *Rota* ſe expedire, aſſerendo, quòd, licet Teſtator uoluerit in fideicommiſſo uniuerſali grauare heredem in bonis proprijs, & ultra uires hereditarias, tamen eidem id non fuerit permiſſum, etiam admiſſa uoluntate.

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio *Authent. Res, quæ Cod. cõmun. de legat.* vindicat ſibi locum, nedum in fideicommiſſo inſtituto in contractu, ſed etiam in vltima voluntate. Reprobata contraria ſententia *Gloſæ*.

Prouiſio fideicommittentis, præcipuè trãſuerſalis, ſuper dotibus filiarum hæredum grauatorum ex fideicommiſſo extrahendis, licet ad mentem legis ſit referenda, bonis, ſcilicet, liberis non exiſtentibus; Id tamen procedit, quatenus adſint bona libera eiuſdem fideicommittentis, ſecus ſi ad hæredes grauatos, non niſi bona fideicommiſſo obnoxia, obuenerint.

Exceſſus in dote ex fideicommiſſo iam extracta, non eſt præſumendus, ſed à fideicommiſſario actore probandus, & in quibus caſibus huiuſmodi probatio ad eumdem fideicommiſſarium non pertineat.

Dos à fideicommiſſo ſemel extracta, an, & quando ad idem fideicommiſſum reuertatur.

Filiæ ius irreuocabile dicitur quæſitum ſuper dote ſemel conſtituta; Pluresque referuntur ſingulares effectus ex hac concluſione reſultantes.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio* Auth. res, quæ Cod. commun. de legat. *procedit, etiam in fideicommiſſo ordinato in contractu.*

2 *Reprobatur contraria ſententia* Gloſæ.

3 *In quo caſu poſſit procedere.*

4 *Quæſtio eſt admodùm controuerſa, an ſpecialis prouiſio fideicommittentis ſuper dote ex fideicommiſſo extrahenda, ſit intelligenda in ſubſidium, quatenus bona libera non exiſtant, vel potiùs, etiam bonis liberis exiſtentibus, dotes adhuc poſſint ex fideicommiſſo extrahi.*

5 *Aſſertur ſententia affirmans.*

6 *Adducitur altera contraria.*

7 *Huiuſmodi poſterior ſententia procedit; quando adſunt bona libera eiuſdem fideicommittentis, ex quibus fœminæ dotari poſſunt; ſecus, ſi grauatus à fideicommittente, non niſi bona fideicommiſſo obnoxia, habuerit.*

8 *Prædicta ſententia, de qua* num. 6. *quatenus ſit amplectenda; procedit in fideicommiſſo ordinato ab Aſcendendente; ſecus autem à Tranſuerſali.*

9 Authent. res, quæ, *vtpotè vtens verbo* liberis, *non niſi deſcendentibus conuenienti, pernecesſè eſt intelligenda de fideicommiſſo ordinato ab aſcendente; non autèm à tranſuerſali.*

10 *Præcipua ratio* d. Authent. *conſiſtens in legali neceſſitate, non conuenit, niſi Aſcendentibus.*

11 *Frater, & Patruus in terminis* d. Authent. *reputantur extranei.*

Reprobatur contraria ſententia.

12 *Idque, tàm ſi agatur de dote conſtituenda, quàm reſtituenda.*

Reijcitur contraria opinio diſtinguens inter dotem conſtituendam, & reſtituendam.

13 *Teſtatorem, tunc præſupponendum, voluiſſe legi, ſeu ſtatuto ſe conformem reddere, quando lex,*

vel

Digitized by Google

vel ſtatutum diſponit de caſu ab eodem fideicommittente diſpoſito; ſecus, quando locum ſibi non vindicat in caſu diſpoſito; ſed loquitur de diuerſis perſonis.

14 *Dotium extractio ex fructibus fideicommiſſi, quoties fuit demandata à fideicommittente, tunc ceſſat ratio, quòd bona omnia fideicommiſſaria progreſſu temporis in dotes conuertantur, fideicommiſſo penitus euerſo.*

15 *Stante ſpecifica voluntate fideicommittentis, præcipuè tranſuerſalis, vt dotes ex fructibus fideicommiſſi ſolui debeant in certa quantitate; huiuſmodi forma præcisè eſt ſeruanda, etiam bonis liberis exiſtentibus.*

16 *Idem aſſerendum de fructibus fideicommiſſi, quod de bonis liberis hæredis grauati.*

17 *Teſtator dotes in certa quantitate conſtitutas, ſed incõgruas, pro dotandis filiabus grauatorum, quoties conſtituit; intelligenda eſt conſtitutio pro augmento, vt, ſcilicet, maiori cum dote decentiùs nubant.*

18 *Dotium legata facta ab extraneis, non ſolùm fauorem fœminarum dotandarum præſeferre videntur; ſed etiam parentum, vt, ſcilicet, ab impenſa ſubleuentur.*

19 *Teſtator, quoties certam conſtituit quantitatem ex fructibus bonorum fideicommiſſi extrahendam pro dotandis filiabus heredum; tunc dotes ex fructibus ſunt ſoluendæ, licet filiæ reperiantur aliundè prouiſæ.*

20 *Dotes ex fideicommiſſo extrahuntur, etiam bonis liberis exiſtentibus, quoties Teſtator taxauit certam dotis quantitatem ex fideicommiſſo extrahendam.*

21 *Reprobatur* Menoch. conſ. 852. *eiuſdemque argumentis reſpondetur.*

22 *Exceptio operatur, vt prohibitio alienandi à Teſtatore indicta in caſu excepto, omninò ceſſet, & in eo vindicet ſibi locum ius commune.*

23 *Dictio* in perpetuum, *includit ſuaptè natura pluralitatem, diuerſitatemque temporum, & caſuum, faciens in omnibus æqualem diſpoſitionem.*

24 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, quoties teſtator eſt vſus verbis perpetuitatem denotantibus.*

25 *Dotatio filiarum heredum grauatorum ex bonis fideicommiſſi in futurum tempus à fideicommittẽte demandata, amplectitur, nedum filias primi, ſed etiam vlterioris gradus.*

26 *Dictio* Et *æquat omnia copulata, & pari formiter determinat.*

27 *Ad decernendam dotis quantitatem ex fideicommiſſo extrahendam, prudentis Iudicis arbitrio eſt deferendum, & quænam ſint conſideranda.*

28 *Exceſſus in dote ex fideicommiſſo iam extracta, non eſt præſumendus, ſed à fideicommiſſario actore probandus,* & n. 30.

29 *Limita, ſi mulieri poſſidenti vehemens obſtaret præſumptio, quia integrum fideicommiſſum in dotem ſit traditum, in quo caſu dotis congruitas, cum excluſione exceſſus, à poſſidente; non autem à fideicommiſſario actore eſſet probanda.*

30 *Idem aſſerendum, quoties mulier contendit extractionem dotis ex bonis fideicommiſſarijs, vel quòd dos conſtituenda non ſit congrua; tunc enim eidem mulieri, tãquàm actrici, incumbit onus probandi.*

31 *Dos, quando iam reperitur extracta ex fideicommiſſo, & mulier poſſidet, tunc fideicommiſſario actori contendenti, dotem fuiſſe exceſſiuam, vel bona libera adfuiſſe, incumbit onus probandi.*

32 *Reprobatur* Fontanella *de huiuſmodi diſtinctione dubitans.*

33 *Dictio* Similes *repetit antecedentia, identitatemque denotat.*

34 *Dos ſemel à fideicommiſſo extracta, non redit ad fideicommiſſum.*

Idque, etiam ſi matrimonij reliquiæ non ſuperſint.

35 *Effectus extractionis à fideicommiſſo conſumatus ex ipſo actu dotationis, ob cauſam matrimonij ſemper durat; licet eadem cauſa matrimonij fuerit ſublata.*

36 *Dos à fideicommiſſo extracta ad fideicommiſſum reuertitur, quando dotis aſſignatio fuit reuocabiliter facta; puta iure aſſecurationis, vel pignoris, vel alterius tituli reſolubilis, ſeu cum pacto redimendi.*

37 *Declaratur* Peregrin. de fideicom. art. 42. num. 21. & ſeqq.

38 *Bonorum in dotem datorum, quoties ea eſt qualitas, quòd, ſi data eſſent libera, dotem conſtituerent exceſſiuam; iſto caſu cenſetur eadem dos tradita obnoxia oneri fideicommiſſi, ad quod reuertitur,* & n. ſeqq.

Adeòut dos re uera cenſeatur conſtituta ſuper illo vſufructu, ſeu Iure vitalitio ad poſſeſſorem pertinente.

39 *Fideicõmiſſi onus æri alieno comparatur; ideòq; deducitur, tanquàm onus alienum.*

40 *Dotes in vſufructu conſtitui valent.*

41 *Dos, quoties fuit congrua; etiam, ſi omnia bona fideicommiſſi in dotem fuerint tradita, ad inſtar rei particularis ex fideicommiſſo, ſemel extracta, ad illud non reuertuntur.*

42 *Author exiſtimat, adhibita huiuſmodi diſtinctione ſuper dote congrua, vel incongrua, rectè conciliari poſſe* deciſ. Rot. 192. num. 33. & deciſ. 199. num. 14. & ſeqq. *poſt* Merlin. de legit. *quæ videntur inuicem aduerſari.*

43 *Matrimonium non reperitur in Iure cautum, quòd debeat eſſe conſumatum, ad effectum extractionis dotium ex fideicommiſſo.*

44 *Filiæ Ius irreuocabile quæritur in dote ſemel conſtituta; adeòut minui non valeat, etiam, ſi deindè matrimonium non ſequatur.*

45 *Ex dotis promiſſione facta per patrem pro filiæ in capitulis matrimonialibus, adeò irreuocabile Ius in filiæ beneficium acquiritur, vt etiam, ſi illud matrimonium non ſequatur; nihilominus eadem filia pro dote promiſſa ſit omnibus creditoribus, qui poſteà cum patre contraxerunt, præferenda.*

46 *Refellitur* Card. de Luca *de ſupradicta concluſione dubitans.*

Amplia, etiam ſi mulier poſt conſtitutam dotem nolit matrimonium conſumare; ſed Monaſterium ingredi.

Reprobatur contraria ſententia Saliceti.

47 *Idemque aſſerendum, ſi matrimonium cum alio contrahat, diſſentiente Patre.*

48 *Mulier poteſt Ius ſibi irreuocabiliter quæſitum petendi dotem iam conſtitutam, alteri cedere.*

CA-

C A P V T XII.

CVM Clar. Mem. Cardinalis Ceſius in Primogenitura per contractum donationis conſtituta ad fauorem prius lineæ maſculinæ Ducis Ceriæ ex fratre nepotis, deindè, illa deficiente, Secundogeniti Ducis Aquæ Spartæ, iniunxerit onus multiplicandi in ſingulos annos in perpetuum quamdam fructuum quantitatem, ad effectum conſulendi fœminis, quibus ex huiuſmodi multiplico diſpoſuit, conſtitui poſſe dotes in ſcutis duodecim mille; factoque caſu tranſitus dictæ Primogenituræ ad Ducem Silicis Secundogenitum Ducis Aquæ Spartæ ob lineam extinctam Ducis Ceriæ, plures inter eiuſdem Ducis hæredes, ac ſucceſſorem in Primogenitura, exortæ fuerunt controuerſiæ in duos Arbitros compromiſſę.

Inter quas, ea fuit præcipua ſuper prædicto Multiplico; cum enim ex illo à Ducibus Ceriæ pro tempore exiſtentibus, dotes filiabus, vel reſpectiuè ſororibus fuerint conſtitutæ, contendebat ſucceſſor in Primogenitura, id fieri legitimo iure non potuiſſe, dum ipſi dotantes habebant bona libera, ex quibus dotes erant conſtituendæ, iuxta diſpoſitionem notiſſimi *textus in Auth. res, quæ, Cod. commun. de legat.*

Fuit igitur inter cetera ab Arbitris reſtricta diſceptatio ad articulum; An, ſcilicet, permiſſio, ſeu facultas à donante fideicommittente tributa hæredibus grauatis, detrahendi dotes filiarum, ſiue ſororum ex bonis fideicommiſſi, intelligenda ſit in ſubſidium, quatenus, nempè, penes eoſdem hæredes grauatos bona libera non exiſtant; Vel potiùs bonis liberis, etiam exiſtentibus, dotes ex fideicommiſſo extrahi valeant; & in themate, de quo agitur, inſpectis potiſſimùm facti circumſtantijs, reſpondi, reſoluendum eſſe contra ſucceſſorem in Primogenitura.

1 Præmiſſa, enim magis recepta, veriorique ſententia, quòd diſpoſitio *dict. Auth. res, quæ, Cod. commun. de legat.* vindicet ſibi locum, etiam in fideicommiſſo ordinato in contractu, *Curt. Iun. in d. Auth. num. 35. Bero. conſ. 38. num. 35. verſ. non aduerſatur tertium, & ſeqq. lib. 1. Butr. conſ. 77. num. 2. Iaſ. conſ. 157. n. 21. verſ. huic difficultati, & ſeqq. lib. 2. Lup. in Rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 16. n. 14. verſ. Pater, Bapt. de S. Blaſ. in tract. de priuileg. dot. cent. 4. priuileg. 341. num. 41. Inter tract. magn. tom. 9. fol. 460.* & ex recentioribus, *Peregr. conſ. 23. num. 21. lib. 3. & de fideicomm. art. 42. num. 58. & ſeq.* qui relinquit cogitandum, *Menoch. conſ. 691. Decian. conſ. 1. n. 38. lib. 4. Honded. conſ. 42. num. 24. lib. 2. Odd. de fideic. quæſt. 38. num. 59.* latè, articulo ad partes examinato, *Fōtanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 2. nu. 93. & ſeq. Molin. de Rit. nupt. lib. 3. quæſt. 28. num. 27. & ſeqq. Giurb. obſeru. 89. num. 6. Boſſ. de dot. cap. 15. num. 182. Camerat. reſp. 44. num. 28. Card. de Luca de dot. diſc. 45. num. 7. verſ. verùm hoc fundamentum, Rot. in recent. deciſ. 128. num. 2. & ſeqq. part. 5.* & poſt *Zacch. de oblig. Camer. dec. 189. num. 8. verſ. quàm in conuentionali.*

2 Nullatenus attenta contraria opinione, quam poſt *gloſ. in l. nulla in fin. Cod. de iure dot.* ſequuntur ibidem, *Bald. num. 4. Cin. & Salicet. Alex. in l. filius familias, §. Diui, num. 10.* ibique *Iaſ. num. 32. Crot. num. 58. Opiz. nu. 52. ff. de legat. primo, Bald. in cap. 1. §. donare in princip. tit. qualitat. feud. olim alien. poſſ.* & ex recentioribus, præ cæteris, *Petr. de fideicomm. quæſt. 8. num. 439. & ſeq. Menoch.* ſibi contrarius *lib. 4. præſumpt. 189. nu. 186. Merend. controu. Iur. tom. 1. lib. 4. cap. 27. num. 24. verſ. corruit, Mart. de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 21. artic. 10. num. 57. Donad. de renunciat. quæſt. 27. num. 11. & ſeqq. Seraph.* licet indeciſum relinquat, *dec. 374. num. 3.* quæ eſt repetita *diuerſ. dec. 449. num. 4. par. 1.* aliique plures relegendi penès *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 531. num. 80.* & penes *Caſtill. tom. 8. contr. cap. 36. num. 80. & ſeqq.* cum aberret à cōmuni; dum eadem prorſus militat ratio in fideicommiſſo ordinato in ultima voluntate, ac in contractu, prout rectè aduertit *Rot. d. dec. 139. num. 8. verſ. cum æque*, poſt *Zacch. de oblig. Camer.* & latè comprobant authoritates pro priori ſententia laudatæ.

3 Solumque contrariam opinionem amplectendam exiſtimo in contractu ultrò, citròque obligatorio ex cauſa oneroſa, quia, nempè, materia non eſt compatibilis; non autem, prout in preſenti, in donatione merè gratuita, & ex titulo merè lucratiuo; prout rectè utrumque caſum diſtinguentes firmant *Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 58. verſic. contra tamen, Odd. de prohib. alien. quæſt. 38. num. 59. & ſeqq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 2. num. 94. Boſſ. de dot. cap. 15. num. 182.* iuncto *num. antecedenti, Dunozett. Iun. deciſ. 650.* repetita poſt *Zacch. de oblig. Camer. dec. 232. vtrobique n. 23.*

4 Hinc licet ſatis controuerſa ſit quæſtio, an prouiſio ſpecifica fideicommittentis, ſuper dotibus ex fideicommiſſo detrahendis, ſit intelligenda in ſubſidium, omninò ſe conformando cum diſpoſitione *d. Authent. res, quæ*, quatenus, nempè, non adſint bona libera. Vel potiùs, etiam bonis liberis exiſtentibus, dotes poſſint adhuc extrahi ex fideicommiſſo, ſtante expreſſa facultate ab eodem fideicommittente tributa.

5 In qua, pro ſententia affirmante, ut dotes poſſint detrahi ex fideicommiſſo, adhuc bonis liberis exiſtentibus; adeòut eiuſdem *Authent.* diſpoſitio non ſit ſubſidiaria, quan-

Digitized by Google

do cum legis prouiſione concurrit, etiam hominis prouiſio, acerrimè præ cæteris pugnant, *Cephal. conſ.253. num.43. verſ.nec nocet, & ſeq.lib.2. Caball.conſ.143.nu.35. Caſtr. conſ.102.num.2.lib.2. Corn.conſ.197.num.20. & ſeq.lib.1. Pedroch.conſ.31. Torniol.conſ.22. num.30.uſque in fin. Burſat.conſ.179. ſub n.21. lib.2. Rimin.ſen.conſ.257.num.22.lib.2. Monteſperell. conſ.212. num.5. in 2.dub. Menoch. conſ.88.num.51.verſ.Secundò, & num.ſeqq. lib.1. & conſ.1037. num.21.* latè *Decian.conſil.10. per tot.* ſignanter *num.7. & ſeqq. & num.17. & 25. verſ.non obſtat tertium, lib.2.* benè *Paſchal. de patr. poteſt. part.2. cap.7. à num.19. uſq.ad 33. Canalcan. dec.5. num.91. & dec.81. num.92. & ſeqq. par.3.* alijque telegendi penes *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.531. num.128. & conſ.121. num.2.* & penes *Giurb. obſeruat.89. num.3.* quos non eſt opus tranſcribere.

6 Pro contraria verò opinione, quòd, licet donans, vel Teſtator filiabus, uel ſororibus grauatorũ, dotes ex fideicommiſſo conſtitui mandauerit; adhuc eiuſdem donantis, uel Teſtatoris prouiſio ad mentem legis ſit referenda, quòd, ſcilicet, ſubſidiariè prouidere uoluerit, quatenus alia bona libera non exiſtant, dimicant, præ cæteris, *Caſtr. conſil. 64. num.4. verſ.quinto loco lib.2. Bart.conſil. 131. Cephal.conſ.105.num.13. & ſeqq. Bero. conſ.116. num.14. & ſeqq. lib.2. Rub.Alex. conſ.124.ſub num.3.verſ.præmiſſis tamen, & ſeqq. Alciat. conſ.96. num.4. verſ.quia ceſſat, & ſeqq. Io:Franc.de Ponte conſ.45.num.3.circa med. verſ.imò, lib.1. Rouit. conſ.41.n.23. lib.1. Cephal.conſ.105.ſub num.12.verſ.ſed tamen, & ſeqq. & conſ.485. num.62. verſ.nec dicatur, & ſeqq. Menoch.conſ.704.ſub num.16. verſic.imò etiam, & ſeq. & conſ.736.ſub n.20. verſ.atque ita, & conſ.852.ſub num.1. verſic. quæ quidem traditio, & per tot. Molin.de Hiſp.primog.lib.4.cap.7. num.2. Sim. de Petr. de interp.ultim.volunt.fol.437.num.14. Peregrin.de fideicomm.art.42. ſub num.76. verſ.verùm, cum caſus,* ubi teſtatur deciſum contra ipſum patrocinantem pro contraria ſententia, *Petra de fideicomm. quæſt.8. num.497. Marzar.in epitom.de fideicomm.quæſt.48. verſic.an autem diſpoſitio, & conſ.1. num.42. & ſeqq. Fuſar de ſubſtit. quæſt.531. num.128. & ſeqq.* ubi hanc veriorem, & tutiorem appellat, & *conſ.117. num.2. Fontanell. de pact. nupt.clauſ.5.gloſ.1.part.2.num.11. Giurb.obſer.89.num.4. Caren.reſol.175.num.9. Hodier. contron.31.num.85. Merlin.de legit. lib.2. tit. 2.quæſt.12. num.3. & ſeq. Gratian. cap.966. num.66. Mangil.de imput. quæſt.22. ſub n.16. verſic.quintus eſt caſus, Beltramin.ad Ludouiſ. dec.543. num.5.* & in hac ſententia perpetuò reſidet *Rota*, præcipuè coram *Seraph. dec.440. num.3. & ſeqq. Duran.dec.82.num.15. Puting. deciſ. 114. num. 7. diuerſ. deciſ. 526. ſub num.8. & dec.706. num.1. & ſeq.part.1. in recent.dec.77.num.8.part.5. & dec 49. ſub n.7. verſ.cum itaque, & ſeq.part.6.* & latè *dec.125. num.3. & ſeqq.part.10.*

7 Nihilominus huiuſmodi poſterior ſententia, quam ueriorem exiſtimo, eſt animaduertendum, quòd procedat, quando, nempè adſunt bona libera eiuſdem fideicommittentis, ex quibus fœminæ congruè dotari poſſint, utpotè Trebellianica, Falcidia, Legitima, vel alia huiuſmodi generis; ex illis enim eſſent prius dotes detrahendæ; Idque, ea potiſſimùm ratione, quia fœmina dotari debet ex bonis liberis ipſius Teſtatoris, quæ peruenerunt ad grauatum; Secus veró aſſerendum, ſi grauatus à fideicommittente non habuerit, niſi bona fideicommiſſo obnoxia; tunc enim ſtante dicta permiſſione, etiam exiſtentibus bonis proprijs ipſius hæredis grauati, non eſſent dotes ex illis conſtituendæ, ſed ex bonis fideicommiſſarijs, ut in ſpecie declarat videndus *Fuſar. conſ.7. num.12.* ubi quód hæc opinio ſit veriſſima, *& n.18. verſic. non obſtat dotem, & de ſubſtit. quæſt.531. num. 142. & 151.* rectè, aduertens, quòd licet filiæ, vel nepti habenti bona propria non debeat dos conſtitui ex fideicommiſſariis; id tamen procedat non data expreſſa facultate à fideicommittente dotandi fœminas ex bonis fideicommiſſi, aliàs ſecus; ſubdens ulteriùs, quòd omnes Doctores, qui ſubſtinent, prouiſionem Teſtatoris fideicommittentis de dotandis fœminis intelligendam eſſe in ſubſidium, loquantur in caſu, quo, ad hæredem grauatum patrem fœminarum peruenerint aliqua bona fideicommittentis libera, ex quibus dotes filiabus conſtitui potuerint: At quando non habet pater grauatus de bonis Teſtatoris, niſi fideicommiſſo obnoxia, in his eſſent dotes conſtituendæ, quamuis Pater aliundè haberet alia bona libera; prout in caſu exiſtentiæ bonorum liberorum, quæ á fideicommittente in hæredem grauatũ obuenerint, puta Trebellianicæ, Falcidiæ, vel Legitimæ, expreſsè loquũtur adducti pro ſecunda ſententia, ſignanter *Rub. Alex. dict. conſil.124.dub.1. Caſtr.conſ.64. num.4.lib.2. Marzar. conſil.1. num.42. & ſeqq.* præcipuè *num.46. Sim.de Petris de interp.ultim.volunt. fol.437. à num.14. uſque ad 29. Petra de fideicomm. quæſt.8. num.497. Mangil. de imputat. quæſt.22. ſub n.6. verſ.quintus eſt caſus, Merlin.de legit.lib.2.tit.2.quæſt.12.* prout optimè nonnullas ex prædictis auctoritatibus ad examen reuocando, aduertit *Fuſar. d.conſ.7. num.18. verſ. non obſtat dotem, & de ſubſtit. quæſt.531.num.151.*

8 Prædicta uerò omnia, eò libentiùs amplectenda; quia poſterior ſententia, quatenus ſit amplectenda, loquitur in fideicommiſſo or-

ordinato ab Aſcendente; ſecus autem, prout iu præſenti themate, à Tranſuerſali; prout in ſpecie, limitando contrariam concluſionem, animaduertit *Fuſar. de ſubſtit. dict. quæſt. 531. num. 142.* quem ſequitur *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 12. nu. 9. ante fin. verſ. infert etiam ad extraneum.*

9 Idque, duplici potiſſimùm ſatis manifeſta ratione; Tum quia *dict. Auth. res, quæ*, utpotè utens verbo, *liberis*, non niſi deſcendentibus conuenienti, pernecesſsè, eſt intelligenda de fideicommiſso ordinato ab Aſcendente;
10 non autem á Tranſuerſali; Tum etiam, quia præcipua ratio eiuſdem *Authent.* conſiſtens in legali neceſſitate dotandi non conuenit, niſi Aſcendentibus, quorum obligatio per mortem non ſoluitur, ſed in ſucceſsores, & bona transfunditur, utpotè ratione ſanguinis proueniens, iuxta communem intellectum eidem *Authent.* traditum, cuius fuit *Auctor Bart.* ibidem *num. 4.* quem ſequuntur plures repetentes allegati per *Fuſar. de ſubſtit. dict. quæſt. 531. num. 95. & ſeqq. & q. 532. num. 38. & ſeqq. Camill. de Medic. conſil. 156. ſub num. 11. & ſeq. Mart. conſ. 4. de Pout. conſ. 45. num. 4. lib. 1. Rouit. conſ. 54. num. 2. lib. 1. Couarr. var. lib. 3. cap. 6. num. 6. Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 49.* ibique, *Cenſal in obſeruat. verſ. ſed hęc declaratio, fol. 276.* iuxta Venetam Impreſſionem, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. part. 2. num. 6. & ſeq. Odd. de fideicomm. quæſt. 38. art. 3. Hodier. ad Surd. deciſ. 62. num. 18. Cardin. de Luca de dote diſc. 45. num. 3. & diſc. 145. num. 60. Maynard. deciſ. 18. & 21. lib. 3. Franch. deciſ. 241. num. 3.* ibique, *de Luca in obſeruat. Ludouic. dec. Lucenſ. 28. num. 90. & ſeqq. Ant. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 23. defin. 10. Rot.* poſt *Merlin. de pignor. deciſ. 137. num. 2. & ſeqq.* & poſt *Zacch. de oblig. Camer. dec. 130. num. 4. verſ. præcipuè, cum diſpoſitio.*

11 Quod procedit abſque ulla protſus controuerſia, non ſolùm in penitus extraneo, in quo omnes conueniunt, ſed etiam in fratre, uel patruo, prout firmant auctoritates proximè allegatæ, reprobata contraria ſententia, quam á communi aberrantes ſubſtinent, *Menoch. lib. 4. præſumpt. 189. num. 39. & ſeq. Lana conſ. 40. num. 46. Boſſ. de dot. cap. 15. num. 204. Caſtill. tom. 8. controu. Iur. cap. 36. num. 27. Claper. in cent. cauſ. 2. q. 4. Prat. diſcep. 41. tom. 3.* affirmantes, quòd d. *Authenticæ* diſpoſitio procedat, nedum in Aſcendentibus; ſed etiam in fratre, & patruo.

12 Tám, ſi agatur de dote conſtituenda, quàm reſtituenda, *Soccin. Iun. con. 119. num. 12. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 23. num. 318. Petr. de fideicom. q. 8. num. 393. Peregrin. eodem tract. art. 42. num. 45. & conſ. 102. num. 33. & ſeq. lib. 4. Fuſar. conſ. 166. num. 2. & de ſubſtitut. q. 532. num. 38. & ſeq.* qui omnes loquuntur, etiam in fideicommiſſo conſtituto á Matre, uel Auo materno, reiecta contraria diſtinctione, quã non rectè adhibent, inter dotem conſtituendam, & reſtituendam, *Lana d. conſ. 40. nu. 46. vſque in fin. Claper. d. cauſ. 2. q. 4. num. 2. Marzar. de fideicom. q. 48. in fin. Hodier. controu. 9. num. 12. & in add. ad Surd. dec. 62. n. 105. Boſſ. de dot. cap. 15. num. 288. Maſtril. dec. 256.* quos refert *de Luca ad Franch. d. dec. 241. n. 2.* rectè de hac ſeutentia, ita diſtinguente, dubitans.

13 His igitur firmatis, iuſta uidetur interpetratio, ut ab ead. *Authentica* declarationem recipiat diſpoſitio teſtatoris, ſiue donantis aſcendentis; non autem tranſuerſalis; tunc enim eſt admittenda prædicta interpetratio, quando lex diſponit de caſu à Teſtatore diſpoſito; ſecus uerò, quando locum ſibi non uindicat in caſu diſpoſito; ſed loquitur de diuerſis perſonis; ex adductis in proximis terminis per *Ruin. conſ. 93. num. 15. verſ. & hoc præcipuè lib. 1. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 14. num. 8. Seraph. dec. 1216. num. 8. Ludouiſ. dec. 514. num. 15. Surd. dec. 84. num. 11.*

Vlteriùs ad confirmationem accedat, quòd
14 à Cardinali fideicommittente fuit impartita facultas conſtituendi dotes, non ex ipſis corporibus ſideicommiſſo ab initio ſuppoſitis, in quibus terminis procedit contraria concluſio; ſed potiùs ex fructibus percipiendis ex inueſtimentis, quibus concurrentibus, ceſſat potiſſima ratio conſiderata per Doctores ſubſtinentes, quòd huiuſmodi facultas dotãdi fæminas ex bonis fideicommiſſarijs, intelligi debeat in ſubſidium, quòd, ſi aliter diceretur, bona omnia fideicommiſſaria progreſsu temporis in dotes conuerterentur, fideicommiſso penitus euerſo; huiuſmodi enim rationes ſublatæ omninò remanent in præſentia. Tum quia, cum agatur de fideicommiſso tranſuerſali, non poteſt dici, uoluiſse fideicommittentem ſe conformem reddere, cum diſpoſitione Iuris communis, quod nullatenus permittit fideicommiſsum tranſuerſale, neque etiam in ſubſidium poſse minui, vel diſtrahi pro dotibus, iuxta proximè firmata.

Tum, etiam, quia non eſt affirmandum, quòd, tempore progrediẽte, fideicommiſsum euerti poſſit, cum Cardinalis expreſsè mandauerit, in ſingulos annos ex fructibus bonorum fideicommiſſi inueſtiri ſcuta ter mille in tot locis Montium, & ex iſtis fieri emptiones Caſtrorum, poſſeque ſolui dotes uſque ad quantitatem ſcutorum duodecim mille in ſingulas filias, vel ſorores vocato-
15 rum; Ideòque, ſtante ſpecifica voluntate Cardinalis fideicommittentis, ut dotes ex fructibus ſolui deberent; Huiuſmodi forma ab eo præſcripta ſit præcisè ſeruanda, etiam bonis liberis exiſtentibus; prout in ſpecie *Fuſar. conſ. 135. num 6. verſ. ſecundò quia, Seraphin. deciſ. 465. n. 1.*

Præcipuè, quia fideicommittens cenſetur
quidem, nolle bona à ſe relicta pro dote
alienari; ſed potiùs fructus ad iſtum effectum
16 deſtinauit; ideòque idem aſſerendum de
fructibus fideicommiſſi, quod de bonis libe-
ris grauati, prout in terminis, aduertit *Me-
noch. conſ 852. num. 9. verſ. primus eſt*, & pro-
bant iura *in l. quod his verbis*, 81. *ff. de legat. 3.
l. hæredes mei 57. ff. ad Trebell.* atque adeò
onus certam inueſtiendi quãtitatem eorum-
dem fructuum, impartiendo licentiam alie-
nandi pro dote, intelligi debet, ut ſtante cau-
ſa dotis, remanere uoluerit in primis ſuis
terminis, tanquàm, ſi eſſent res ipſiuſmet hę-
redis grauati.

17 Multòque magis, quia, cum à fideicom-
mittente dotes fuerint taxatæ in ſcutis duo-
decim mille, quæ erat quantitas incongrua,
inſpecto decore tàm Illuſtris Familię aſſuetæ
longè maiores dotes conſtituere, utique aſ-
ſerendum, non ignoraſſe eumdem fideicom-
mittentem, poſſe filias, & ſorores vocato-
rum habere alia bona, nempè, paterna, & ma-
terna, ideòque, dum ex pecuniis implicandis
voluit expreſsè dotari, neceſſariò affirman-
dum, voluiſſe dotes prædictas donare pro
augmento, ut, ſcilicet, maiori cum dote de-
centiùs nuberent, nulla de aliis bonis ratio-
ne habita, ut rectè expendit *Seraph. dict. de-
ciſ. 461. num. 8. verſ. quantùm ad ſecundum ge-
nus.*

18 Ponderando potiſſimùm, quòd huiuſmo-
di dotium legata facta ab extraneis, non ſo-
lùm fauorem fœminarum dotandarum præ-
ſeferre videntur, ſed etiam parentum, ut,
ſcilicet, ab impenſa ſubleuentur, *Rouit. con-
ſil. 33. num. 1. lib. 1.* atque adeò procedunt,
etiam ſi habeant bona libera.

19. His omnibus ea accedat animaduerſio,
quód Cardinalis non mandauit ſimpliciter
ex bonis fideicommiſſi dotari fœminas; ſed
ſpecificè fructus deſignavit implicãdos, quos
pro illarum dotatione deſeruire voluit, quo
caſu, ſtante expreſſa eiuſdem Cardinalis vo-
lũtate, indubitanter ex eiſdem fructibus do-
tes ſunt perſoluendæ; prout in propoſito
ponderat *Rot. diuerſ. deciſ. 447. num. 1. verſic.
non obſtat etiam, & num. 2. verſic. ultimò non
obſtat, part. 4.* adeóut filiæ vocatorum, etiam,
quòd aliundè ſint prouiſæ pro ſeipſis dotan-
dis; valeant nihilominus iure donationis
hanc dotem petere; illamque præcipuam
habere debeant, ut earum propria bona ad-
uentitia; prout optimè firmat videndus *Bor-
gogun. Caualcan. deciſ. 5. num. 92. & ſeqq.
par. 3.*

20 Quinimò animaduertendum, quòd Cardi-
nalis non tradidit ſimpliciter facultatem
dotandi filias, ſeu ſorores vocatorum, ſed
taxauit certam dotium quantitatem reſtri-
ctam ad filias, ſororeſq; eorumdem vocato-
rum, in quo caſu dotes extrahuntur ex fidei-
commiſſo, etiam aliis bonis liberis exiſten-
tibus, prout in ſpecialibus terminis, poſt *Ce-
phal. conſ. 485. num. 62.* probant *Peregrin. de
fideic. art. 42. num. 76. in fin. uerſ. porrò ſi Te-
ſtator, Fuſar. de ſubſtit. q. 531. n. 132.*

21 Prædictis igitur firmatis, non aduerſan-
tur contraria, nam *Menoch.* ex aduerſo alle-
gatus *conſ. 852. num. 2.* licet loquatur in fidei-
commiſſo inſtituto à Tranſuerſali; tamen
nil allegat, neque pro eius ſententia aliquã
rationem affert. Vlterius exiſtimauit, ca-
ſum eſſe fortiorem, ſed hoc non ſubſiſtit ex
ſupradicto argumento, quòd voluerit ſe con-
formem reddere cum *dict. Auth.* Aſcendens;
non autem Tranſuerſalis & quia eadem *Au-
thent.* innixa eſt ſoli mulierum fauori, prout
patet ex corpore, undè ſumitur; & nihilo-
minus legata ab extraneis concernunt, etiam
principaliter fauorem eorum, qui coguntur
dotare, & demum loquitur de corporibus fi-
deicommiſſi; non autem de fructibus multi-
plicatis, in quibus idemmet *Menoch. d. con-
ſil. 852. num. 9.* admittit æqualitatem, inter
bona propria eiuſdem hæredis grauati, &
huiuſmodi fructus.

Præterea excluſum omninò remanet ar-
gumentum eiuſdem *Menochij*, quòd alioquin
breui temporis interuallo fideicommiſſum,
prudenſq; conſilium Teſtatoris euaneſceret,
qui uoluit, bona in agnatione conſeruari, cũ
in præſentia ſolùmmodó agatur de inueſtiẽ-
dis fructibus; non autem de corpore ipſius fi-
deicommiſſi; ideòque huiuſmodi argumenta
Menochij, nullo prorſus Iure merentur atten-
di; prout etiam aliis modis ſatisfacit *Decian.
conſ. 10. n. 30. poſt med. & ſeq. lib. 3.*

Minus etiam releuat prohibitio ampliſſi-
ma alienandi res fideicommiſſarias, ex qua-
uis cauſa, etiam neceſſaria; quia ab ea ſpeci-
ficè caſus dotis excipitur, iſtaque exceptio
22 operatur, ut prohibitio in caſu excepto om-
ninò ceſſet, & in eò vindicet ſibi locum ius
commune, iſtaque licentia intelligatur libe-
ra, nulliſque iuris regulis limitata, *Soccin.
conſ. 123. num. 3. lib. 2. Natt. conſ. 530. num. 7.
& 9. Surd. conſ. 294. num. 25.*

Quò uerò ad ſecundam inſpectionem, ad
quam pariter per Arbitros fuit reſtricta di-
ſputatio. An facultas á fideicommittente
tributa hæredibus grauatis conſtituendi do-
tes filiabus, uel ſororibus ex bonis fideicom-
miſſariis, comprehendat omnes deſcenden-
tes, vel reſtringatur ad filias primi gradus;
abſque ulla controuerſia reſoluendum pro
omnibus deſcendentibus; quia fideicommit-
tens iniunxit onus grauatis multiplicandi, *in
perpetuum*, quamdam fructuum quantitatem
in ſingulos annos, ad effectum fœminas do-
23 tandi, quæ dictio, *in perpetuum*, includit ſua-
ptè natura pluralitatem, diuerſitatemque

teni-

Digitized by Google

temporum, & caſuum, in omnibus deſcen-
dentibus æqualem ſaciens diſpoſitionem,
l.1. verbo *ſemper*, ubi *gloſ. & Bart. num. 5. ff. ſo-
lut. matrim. Decian. conſ. 1. num. 258. lib. 1. Pan-
zirol. conſil. 1. num. 20. Ruin. conſ. 115. nu. 11.
lib. 3. Pariſ. conſ. 37. col. 4. lib. 2. Alciat. reſp. 2.
num. 2. lib. 8. Rimin. Iun. conſil. 23. num. 65. et
68. Peregrin. conſ. 44. num. 28. verſ. ad quintũ,
lib. 1. et de fideic. art. 27. num. 2. Molin. de Hiſ-
pan. primog. lib. 1. cap. 6. num. 28. et ſeq. Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 320. num. 74. et ſeq.* ubi, quòd
appellatione filiorum ueniant nepotes, quo-
ties Teſtator uſus eſt uerbis perpetuitatem
denotantibus, & Nos de hoc alibi latiùs egi-
mus, & in his præciſis terminis, quòd dota-
tio filiarum hæredum grauatorum in futurũ
25 tempus à fideicommittente demandata
complectatur, nedum filias primi, ſed etiam
ulterioris gradus, latè conſuluit *Menoch. con-
ſil. 1037. num. 1. et ſeqq. et conſ. 1039. num. 1.
et ſeqq.* optimè *Rot. in recent. deciſ. 199. num. 4.
et ſeqq. part. 8.* ibique latè *Rub. in annot. et dec.
125. num. 8. et ſeq. part. 10.*

26 Quibus omnibus accedat, quòd, quemad-
modùm fideicõmittens uoluit, quòd maſculi
ſuccederent, & fœminæ dotarentur, certa eis
dote ex multiplico conſtituta, ſicuti maſculi
ſemper ſuccedere debebant, ita etiam ſem-
per fœminæ erant dotandæ; ea enim eſt na-
tura copulę *Et*, ut æquet omnia copulata pa-
riſormiterque determinet, *l. quũmnis*, ibique
*Bald. Cod. de impub. et alijs ſubſt. Fuſar. q. 325.
num. 15. et quæſt. 403. num. 9.* & in ſpecie *Rot. in
recent. dict. dec. 199. num. 7. part. 8.*

Quò ad tertiam inſpectionem, an dotes
congruę ſint iudicandę reſpectu patrimonij
fideicommittentis, an uerò reſpectu fœmi-
næ dotandæ, eſt affirmandum, quòd, cum
27 ad decernendam dotis quantitatem ex fidei-
commiſſo extrahendam, ſit plurimùm pru-
dentis Iudicis arbitrio deferendum, á quo
erunt diligenter examinanda qualitas perſo-
narum, patrimonij quantitas, tàm habito
reſpectu ad bona libera, quàm fideicommiſ-
ſaria, Regionis conſuetudo, tempuſque do-
tationis, ex recepta doctrina *Bart. in authent.
res, quæ, num. 1.* ibique *Curt. Iun. num. 10. Dec.
conſil. 10. nu. 15. et 26.* & latiùs *conſ. 17. lib. 2.
Pariſ. conſ. 63. col. ult. lib. 2. Ruin. conſ. 137. nu.
17. lib. 2. Honded. conſ. 10. nu. 31. lib. 1. Decian.
conſ. 17. lib. 2. Gabr. conſ. 111. num. 2. lib. 2. Ro-
land. à Valle conſ. 19. col. pen. lib. 4. Peregrin.
de fideic. art. 42. num. 78. Menoch. conſil. 247.
num. 3. et 6. et lib. 4. præſumpt. 189. num. 10.
Bald. nouell. de dot. 6. part. priuileg. 16. col. 7.
verſic. unde arbitrium, Cyriac. controu. 509. nu.
9. et ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 531. nu. 163.
et duob. ſeqq. et conſ. 117. num. 4. Tiraquell. in l.
ſi unquàm,* verbo *omnia, uel partem, num. 31.
Cod. de reuoc. donat. Intrigliol. de ſubſtit cent. 3.
quæſt. 73. nu. 171. Gall. de except. ſucceſſ. tit. 2.
except. 4. num. 72. et ſeqq.* pręcipuè *num. 98. p. 3.
Card. Mantic. dec. 329. num. 5. verſ. nam dcs,
uſque in fin. Theſaur. deciſ. 92. num. 1.*

Hinc ſequitur ad rem, de qua eſt ſermo,
quòd portio ſcutorum duodecim mille taxa-
ta à fideicommittente, non fuerit pro integra
dote fœminarum, attentis prædictis inſpe-
ctionibus, á quibus dotis eſt regulanda ta-
xatio: Idque rectè innotuit Cardinali; eadem
enim die, qua in donatione fuit conſtitutum
fideicommiſſum, fuerunt tradita pro dote
Paulo Æmilio eius nepoti ſcuta ſexaginta
mille à Portia Auia filiorum Ducis Andreæ.

28 Quòd, ſi ex aduerſo contendatur, dotes ab
hæredibus grauatis fuiſſe exceſſiuè conſtitu-
tas, vel extare bona libera; cum hæc omnia
à pari procedant, id eſſet á fideicommiſſario
actore probandum, quoties vult infringere
dotem ex fideicommiſſo extractam, tãquám
exceſſiuam; cum regulare ſit, vt exceſſus con-
tra poſſeſſorem rei fideicommiſſarię non ſit
præſumendus, iuxta veriorem ſententiam,
quam, omiſſis alijs, in ſpecie firmant, *Loacz. in
l. filius fam. §. diui ſub n. 138. ff. de leg. 1. Curt.
Iun. in d. auth. res, quę n. 50. & ſeqq. Cagnol. in l.
fin. n. 273. Cod. de pact. Dec. conſ. 509. n. 7. Curt.
Sen. conſ. 27. col. 7. Socein. conſ. 104. n. 11. lib. 3.
Cephal. conſ. 261. num. 29. Bardellon. conſ. 179.
num. 13. & ſeqq. Crauett. conſ. 19. num. 18. lib.
4. Roland. conſ. 19. num. 4. lib. 4. Surath. conſ.
112. num. 30. Ronit. conſ. 54. num. 21. in fin. lib.
1. Peregrin. de fideicomm. art. 42. num. 73. Ma-
reſc. reſolut. 73. in fin. lib. 2. Soln. ad conſtit. Pe-
dem. tit. de feud. in decret. Yolant. part. 2. ſub n.
7. verſ. maximè ſi quis ſubſtineret partes rei
fol. 113. Petra de fideicommiſſ. q. 8. num. 460.
in fin. Cancer. var. part. 1. cap. 9. num. 174. Mar-
zar. in epit. de fideicom. q. 38. Baez. de non me-
lior. dot. cap. 8. num. 24. Card. de Luca de dot.
diſc. 41. n. 4. & diſc 40. num. 8. Carol. Ant. de
Luca ad Franch. dec. 241. num. 4. verſ. verùm
Boſſ. de dot. cap. 15. n. 142. Hieron. Leo dec. Va-
lent. 171. ſub n. 9. Mauent. dec. 28. n. 36. Milanẽ.
dec. 7. num. 83. lib. 1. Barz. dec. Bonon. 105.
num. 12. Raudenſ. dec. Piſan. 29. n. 177. Me-
dic. dec. Marchiæ 10. Royas dec. 117. num. 20.
verſ. & exceſſus, Bich. deciſ. 366. n. 4. & ſeqq.*
ſignanter *num. 9.*

29 Quid quid ſit, quando mulieri poſſidenti
fortis, uehemenſque obſtaret contraria præ-
ſumptio; quia, nempè, integrum fideicom-
miſſum ſatis indiſcretè in dotem ſit traditum
cum euidenti abuſu legalis beneficij; in quo
caſu ſatis probabilem exiſtimo ſententiam
affirmantem, quòd dotis congruitas, cum ex-
cluſione exceſſiuitatis, ſit à poſſidente; non
autem à fideicommiſſario actore probanda,
iuxta diſtinctionem allatam à *Cardin. de Luca
de dot. diſc. 145. num. 84. verſ. obſeruabam ta-
men poſt med. & diſc. 40. num. 8. Card. Mantic.
dec. 329. Dunozett. Iun. dec. 837. num. 14. Rot.*

diuerſ.dec.427.n.2.& ſeqq.part.4.
30 Vel, quoties mulier contendit extractio-
nem dotis ex bonis fideicommiſſarijs, vel
quòd dos eidem conſtituenda non ſit cógrua;
adeóut res ſit in fieri; tunc enim eidem mu-
lieri, tanquàm actrici, incumberet onus pro-
bandi, & in his terminis loquuntur ex aduer-
ſo allegati, Io: *Franc. de Pont. conſ. 45. num. 4.
lib.1. Fab. de Anna conſ. 85. num. 11. Molin. de
Hiſp. Primog. lib. 4. cap. 7. num. 34. Portol. de
conſort. cap. 46. num. 17. Fontanell.* alios refe-
rens, *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 1. part. 2. num.
18. & ſeqq. Peguer. dec. 118. n. 3. Franch. dec.
241. num. 2.*
31 Secus verò aſſerendum, quando dos iam
reperiretur extracta ex rebus fideicommiſſa-
rijs, & mulier poſſideret; tunc enim fideicō-
miſſario actori contendenti, dotem fuiſſe
exceſſiuam, vel bona libera adfuiſſe, abſque
dubio incūbit huiuſmodi onus probandi, vt-
potè ſuæ fundamētū intētionis; prout firmāt
auctoritates ſuperiori loco allegatæ, & in
ſpecie; optimè diſtingunt, *Caball. conſ. 11. n.
10. & ſeqq. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 42. n.
73. Paſchal. de patr. poteſt. part. 2. cap. 7. nu. 7.
verſ. verùm hæc cōcluſio*, alijſq; relatis, *de Luca
ad Franch. dec. 241. num. 4. in fin. verſ. verùm,
Sebaſt. Medic. dec. 10. num. 4.*

Et hanc eamdem diſtinctionem admittūt,
etiam ſectatores contrariæ ſententiæ, ſignā-
ter, *Molin. de Hiſp. Primog. lib. 4. cap. 7. num.
36. Portol. de conſort. cap 46. n. 49. verſ. refert,
Fontanell. de pact. nupt. d. clauſ. 5. gloſ. 1. par. 2.*
32 *num. 34.* licet ipſe *num. ſeq.* non rectè diſſen-
tiat, aſſerens, quòd, ſi hæc limitatio eſſet ve-
ra, remaneret valdè labefactata contraria
ſententia: & huiuſmodi diſtinctionibus re-
tentis, optimè ad concordiam exiſtimo poſ-
ſe reuocari diſſidentes hinc indè opiniones
in hoc articulo, ex recētioribus potiſſimùm
relatas per *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5.
gloſ. 1. part. 2. num. 12. & pluribus ſeqq.* Cyriac.
*controu. 5. num. 110. & ſeqq. Fuſar. qu. 531. nu.
123. & ſeqq. Boſſ. de dot. cap. 15. num. 138. &
ſeq.* Card. *de Luca de dot. diſc. 145. num. 84.
& ſeqq.*

° Cæterùm, de huiuſmodi exceſſiuitate non
eſſet in præſenti agendum, cum à fideicom-
mittēte fuerint taxatæ dotes in ſcutis duode-
cim mille, iſtaque ſola ſumma fuerit ex mul-
tiplico detracta, & ad maiorem non conten-
dimus, fideicommiſſum Cardinalis teneri, qui
tribuit facultatem dotandi filias, & ſorores
de pecunijs inueſtiendis, & mandat ſimiles
dotes non excedere dictam ſummam, diſpo-
nendo de dote danda ex ſuo fideicommiſſo;
non autem de bonis patris dotandis, cum
33 illa dictio, *Similes*, repetat antecedentia, *§.
ſimiliter inſtit. de excuſ. Tutor.* Ruin. *conſ. 169.
ſub num. 2. lib. 3.* Robl. *de repreſent. lib. 2. cap.
25. num. 14. Surd. dec. 83. num. 15. Seraph. dec.*
1384. *num. 1.* & in effectu denotet identita-
tem, & æqualitatem, *§. hinc nobis auth. de
Monac. § venient auth. de nupt. Menoch. conſ.
124. num. 60. Fuſar. conſ. 37. num. 15.* Rebuff.
ſup. concordat. in form. lit. exeq. mand. Apoſt. in
verbo *ſimilis forma*, Rot. *in recent. deciſ. 327.
num. 7. part. 1.*

Quò ad quartam tandem inſpectionem,
an dos aſſignata Flauiæ, quæ matrimonium
contraxit per verba de præſenti, licet non
conſumauerit, potuerit ab ea cedi ad fauo-
rem ſororis, dum eadem Flauia ingreſſa eſt
Monaſterium, vel potiùs ad fideicommiſſum
redierit.
34 Regula militat prò hac parte, vt, nempè,
dos aſſignata, & ſemel á fideicommiſſo ex-
tracta, non redeat ad idem fideicommiſſum,
ſemota cōtraria fideicommittentis volunta-
te, idque, etiam ſi matrimonij non ſuperſint
reliquiæ, ad nobilem *text. in l. Mulier 22. §. cū
proponeretur, ff. ad Trebell.* ibique, præ cæte-
ris, *Caſtr. n. 5. Iaſ. n. 32. Padill. n. 46. Bart. in d.
authent. res, quæ n. 5.* ibique, *Bald. n. 11. Caſtr.
n. 12. Iaſ. n. 32. Padill. n. 46.* Cod. *commun. de
legat. Io: Lup. in cap. per veſtras, §. 13. extra de
donat. int. vir. & vxor.* Rip. *in l. filius fam. §. di-
ui, num. 67. ff. de legat. 2.* Ruin. *conſ.* 186.
*num. 14. Burſat. conſ. 76. num. 1. Gabriel.
conſ. 140. num. 15. lib. 1. Soccin. ſen. conſ. 234
num. 58. lib. 3. Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 2.
cap. 15. num. 10. in fin. Fuſar. de ſubſtit. q. 531.
num. 90. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5 gloſ. 1.
part. 2. num. 49. & ſeqq. Merlin. de legit. lib. 3.
tit. 1. q. 9. num. 48. & ſeqq. Gaill. obſeru. 161. nu.
4 lib. 2. Menoch. lib. 4. præſumpt. 189. n. 193.
& ſeqq. Phanut. de lucro dot. gloſ. 10. num. 62.
Odd. de prohib. alien. q. 43. nu. 36. & ſeq. Card.
de Luca de dot. diſc. 145. n. 102. verſ. ſi verò cō-
ſtitutio dotis, Gamm. deciſ. Luſit. 192. Viu. deciſ.
18. num. 6. lib. 1. Bich. dec. 41. num. 7. Royas de-
ciſ. 117. num. 35.* rectè aduertens, quòd de
priuatione ad habitum non detur regreſſus,
quia effectus extractionis à fideicommiſſo
conſumatus ex ipſo actu dotationis, ob cau-
35 ſam matrimonij, ſemper durat; licet ipſa
cauſa matrimonij fuerit ſublata, *Card. Celſ.
dec. 402. num. 2.* Rot. *in recent. dec. 209. num. 3.
part. 1. & dec. 312. num. 46. part. 6.*
36 Nullatenus verò aduerſantur auctoritates
ex aduerſo allegatæ, quia loquuntur; Vel,
quando dotis aſſignatio fuit reuocabiliter
facta; puta iure aſſecurationis, vel pignoris,
vel alterius tituli ſuaptè natura reſolubilis,
ſeu cum pacto redimendi; tunc enim ſequuta
redemptione, bona reuertuntur ad fideicom-
miſſum, ad quod ſaltem ſpectat iſtud ius re-
dimendi; quoniam per huiuſmodi aſſigna-
tionem reuocabilem dominium ab eodem
fideicommiſſo non fuit abdicatum, atque
res redempta in eamdem cauſam antiquam
reuerti dicitur, *argum. text. in l. ſi unus, §. pa-*

ctus

Digitized by Google

ctus ne peteret: ibi, *ſed forma ſua reddidit, ff. de pact. l. filio quē pater, ff. de liber. & poſthum. l. ſi mater, §. eamdem, ff. de except.* rei [*Iudic. l. qui poſſeſſionem, ff. de vi, & vi armata*,
rectèque in his terminis diſtinguit *Card. de Luca de dot. diſc. 47. num. 3.* & in hac ſpecie
procedunt deducta per *Rot. coram Dunozetto Iun. dec. 708. num. 4. & ſeq. in recent. dec. 311.*
37 *num. 1. & ſeq. par. 10.* atque ita eſt intelligendus *Peregr. de fideicom. art. 42. nu. 21. & ſeqq.* ibiq; *Cenſal. in obſeru. verſ. ſeptimò declaratur, fol. 281.* iuxta Venetam Impreſſionem, idem *Peregr. conſ. 38. num. 13. lib. 4.*

38 Vel, quoties ea bonorum in dotem datorum ſit qualitas, quòd, ſi data eſſent libera, dotem conſtituerent exceſſiuam; illo enim caſu ad excludendum delictum, metiendo voluntatem à poteſtate, aſſerendum eſt, cenſeri eamdem dotem datam obnoxiam oneri fideicommiſſi; ideòque ad fideicommiſſum bona reuertuntur; itaut dos in effectu cenſeatur conſtituta ſuper illo vſufructu, ſeu iure vitalitio ad poſſeſſorem pertinente, *l. Mulier bona 72.* ibi; *ſed non plus eſſe in promiſſione, quàm, quòd ſupereſſe, deducto ęre alieno,* ibique, *Bart. & Bald. ff. de Iur. dot. Gloſ. in l. 2. §. illud, ff. de collat. bonor. & in l. hereditatem* verbo, *debet, ff. de donat. & in l. æris alieni in fin. verſ. vel contra Cod. de donat.* ibique, *Salicet. in princip. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. c. 9. gloſ. 7. num. 4. Chartar. dec. Ian. 34. num. 8. Buratt. dec. 254. n. 2.* ideòque tranſeunt cum ſua cauſa, & onere fideicommiſſi, *Lancellot. Gall. conſ 29. num. 27. Guid. Pap. dec. 447. Capyc. dec. 178. Seraph. dec. 891. num. 3. Rot. diuerſ. dec. 427. num. 2. part. 4.*

39 Neque eſt dubitandum, quòd onus fideicommiſſi æri alieno comparetur; ideòque tanquàm onus alienum deducitur, *l. irritum, Cod. ad leg. falcid. Rot. dec. 137. num. 27.* poſt *Merlin. de pignor.* quòdque dotes in uſufructu
40 conſtitui valeant, *l. ſi vſusfructus 67. l. cum in fundo 81. ff. de Iur. dot. l. uſufructu 58. ff. ſolut. matrim. Spin. in ſpec. teſtam. gloſ. 13. nu. 66. in fin. Guttier. de tutel. part. 3. cap. 35. num. 2. Theſaur. lib. 3. quæſt. 41. in fin. Boſſ. de dot. cap. 15. num. 2. & §. 3. num. 19. & ſeq. Card de Luc. de dot. diſc. 148. num. 16. & ſeqq. Merlin. dec. 843. num. 3. & ſeqq.*

Et in his ſpecialibus terminis, Rot. *in recent. dec. 271. nu. 14. & ſeq. part. 9.* & egregiè eadem Rota *dec. 137. num. 16. & ſeqq.* poſt *Merlin. de pignor. Dunozet. Iun. dec. 836. num. 14. & ſeq. & num. 18.* repetita poſt *Merlin. de legit. dec. 199. num. 14. & ſeq. & n. 18.*

41 Ideóque proximè firmata non procederent, quoties qualitas mulieris dotatæ, aliæque circumſtantię prudentis Iudicis arbitrio examinandæ, ſuaderent, vt omnia bona fideicommiſſaria in ſorte ſint in dotem congruā tradenda; tunc enim, cum cenſeantur data ex meliori, pleniorique titulo, quo poterāt; idcircò ad inſtar rei particularis, etiam integra bona ex fideicōmiſſo ſemel extracta, ad illud non reuertuntur, *Federic. de Senis, conſ. 254. verſ. item in dubio,* Rot. *dec. 192. num. 33.* poſt *Merlin. de leg.* repetita coram Royas *dec. 117. num. 28.* & hac diſtinctione retenta, inter
42 dotem congruam, & non congruam, rectè conciliatur *d. deciſ. 192. num. 33.* poſt *Merlin. de legit.* cum altera *deciſ. 199. nu. 14. & ſeqq.* poſt eumdem *Merlin.* quæ vidētur aduerſari.

43 Nullibi verò reperitur in Iure cautum, quòd ad effectum prædictæ extractionis dotium ex fideicommiſſo, matrimonium debeat eſſe conſumatum; quinimò filiæ ius irreuoca-
44 bile quæritur in dote ſemel conſtituta, adeò ut non poſſit minui, etiam ſi matrimonium deindè ſequi non potuerit. Tū quia ius obligationis quò ad filiam non oritur ex matrimonio, ſed ex promiſſione dotis; Tum, etiam, quia *dict. Auth. ſed quamuis, Cod. de rei vxor. action.* prohibens, dotem conſtitutam diminui, etiam in hoc caſu militat; prout in ſpecie firmant, *Iaſ. in l. ſi extraneus, nu. 16. ff. de condit. ob cauſ. & in l. filia legatorum, n. 4. Cod. de legat. Didac. Sagur. in l. unum ex familia, § ſi fundum, num. 127. ff. de legat. 2. Alex. in l. ſi eum dotem, in 5. notab. ff. ſolut. matrimon.* latè *Dec. conſ. 35. Menoch. conſ. 944. num. 74. Cephal. conſ. 145. num. 6. lib. 1. Soccin. Iun. conſil. 35. num. 13. lib. 1. Viſcont. in ſuis concluſion.* verbo *dotandi filiam onus, in fin. Gratian. cap. 882. num. 10. Card. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 13. num. 30. Paſchal. de patr. poteſt. par. 1. cap. 4. n. 34. & ſeq. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. tom. 1. p. 6. quæſt. 2. num. 19. de Marin. quotid. reſol. cap. 92. num. 2. lib. 1. Card. Mant. dec. 166. num. 14. Rot. in recent. dec. 137. num. 4. par. 8. & in Romana pecuniaria de Albertonijs 14. Decembris 1620. coram Vbaldo.*

45 Adeòque ex dotis promiſſione facta per patrē pro filia in capitulis matrimonialibus irreuocabile ius in filiæ beneficium acquiritur, ut, etiam ſi illud matrimonium non ſequatur; nihilominus filia pro ea dote promiſſa ſit omnibus creditoribus, qui poſteà cū patre contraxerunt, præferenda, *Paſch. de patr. poteſt. dict. par. 1. cap. 4. num. 35. & 103.* quem ſequitur *de Marinis quotid. reſol. d. cap. 92. n. 3. lib. 1.* quid quid de huiuſmodi concluſione dubitet *Card. de Luca de dot. diſc. 142. num. 6.*

46 Idemque procedit, ſi mulier dotata nolit matrimonium conſumare, ſed Monaſterium ingredi; prout ſingulariter firmat *Io: Andr. in tit. qui fil. ſint legit. §. in hoc titulo, in addit. incip. Martinus de Fano,* cuius dictum pro ſingulari adnotauit *Roman. ſingul. 788.* quod incipit *Authent. ſed quamuis, Rip. in l. 1. num. 61. ff. ſolut. matrim. Coſt. in l. cum tale, § ſi arbitratur ampliat. 11. nu. 2. ff. de condit. & demonſtr.*

Ta-

Digitized by Google

Palat.in rep. cap per ueſtras de don. int. vir.& vxor.§.11.notab.3.n.2.Bacz.de non melior.filiab.c.14.n.3.Bald.nouell.de dot.par.1.col.2. & par.6.priuileg.16. in princip. quos refert, & ſequitur *de Marin.dict.cap.92.num.4.lib.1. Gratian.cap.882. num.16.& ſeqq. Fontanell. de pact.nupt.tom.2.clauſ.5.gloſ.8.part.1.n.49. & ſeq.Boſſ.de dot.cap.2.§.1.num.106.verſ.diſpoſitionem , & de matrim. cap.11.num.700.* licet non rectè, poſt *Salicet.in dict Auth.res, quæ* contrarium ſentiat *Cardin. de Luca de dote cap.152.num.14.verſ. verùm Salicet.*

47 Vel matrimonium cum alio contrahat, diſſentiente Patre,quia nihilominus dos promiſſa per patrem diminui non poteſt; conſenſus,enim Patris de Iure Canonico, quod omninò eſt ſeruandum in hac materia,non requiritur, *cap.ſufficiat 27. quæſt.2.gloſ in l.Paulus,ff.de ſtat.hom.Trident.ſeſſ.24.cap.1. in princip.de reformat.matrim. Menoch. lib.4. præſumpt.189 num 55.Siluan.conſ.2 num 63. ad fin.& ſeq.Curt.ſen.conſ.27.num.34. & ſeq. Card.Caualer.dec.415.num.4. Bocr.decis.197. num.6.& ſeq.*& in ſpecie *Rota in d.Romana pecuniaria de Albertonijs 14.Decembris 1620. coram Vbaldo.*

48 His igitur firmatis,optimo iure,potuit Flauia ius illud irreuocabile eidem quæſitum petendi dotem, iam conſtitutam,alteri cedere, & renunciare, *Iaſ.in authent.res,quæ, nu. 92.*ibique,*Caſtr. num.29. & 32. Curt.Iun.nu. 38. Caſtr. conſ.15. verſ.tertiò principaliter, lib.1.Menoch.lib 4.præſumpt.189. num.141.* Intrigliol.*de ſubſtit.cent.3. quæſt.73.num.339. Boer.dec.130.num.11.* quos refert, & ſequitur *Fuſar.de ſubſtit.q.531.n.48.*

Huiuſmodi controuerſia,cum res ageretur inter ſanguine coniunctos,conſulentibus iiſdem Arbitris, tranſactio finem indixit.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio compendioſa, quoties legitur concepta ſub commemoratione mortis per verba, vel directa, vel ſaltem communia; non autem obliqua; etiam, ſi non fuerit adiectum verbum,*Quandocumque*,comprehendit Vulgarem, quam Noſtrates *Anomalam* nuncupant,præſeruantem ſequentes gradus à caducatione,quæ alioquin ex gradus præcedentis corruptione,omninò ſequeretur:Ad ornatum celebris theoricæ, *Bart. in l. quamdiu 64.ff.de acquir.hæredit.*

Caducato medio ſubſtitutionum gradu, in quibus caſibus caducentur, etiam ſubſequentes; adeòut non vindicet ſibi locum Vulgaris Anomala ſub Compēdioſa comprehenſa: Ad declarationem, & limitationem eiuſdem doctrinæ *Bartoli*,loco proximè laudato.

Nepotes ſuccedunt Patruo,vel alteri Collaterali in capita, & non in ſtirpes,ceſſante concurſu cum Patruis, vel Auunculis; idque etiam procedit in ſucceſſione Fideicommiſſaria,præcipuè, quādo ſubſtitutio eſt concepta ſub vnica verborum ſtructura.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio dicitur compendioſa,quoties legitur facta ſub mortis commemoratione.*

2 *Idque, etiam ſi non fuerit appoſitum verbum* quandocumque.

3 *Ad inducendam ſubſtitutionem compendioſam ſufficit, adeſſe verba ſuaptè natura tractum temporis ſignificantia, qualia ſunt verba,* ſi deceſſerint ſine liberis.

4 *Præcipuè, quando reperitur concepta per verbum commune, utpotè eſt verbum* ſubſtituo.

5 *Sub compendioſa comprehenditur vulgaris anomala,ſequentes gradus à caducatione præſeruans,quæ alioquin ex præcedentis gradus corruptione ſequeretur.*

6 *Limita, quoties compendioſa, ſeu ſimplex fideicommiſſaria, eſt concepta per verba omninò, ſemperque obliqua.*

7 *Vel, quoties concurrunt contrariæ coniecturæ, de quibus* num. ſeqq.

8 *Vltra caducitatem medij gradus, quando, etiā concurrit conditionis defectus, ſub qua fuerunt vocati ſubſtituti; tunc non admittuntur gradus ſequentes in vim vulgaris anomalæ ſub compendioſa comprehenſæ,* & num.ſeq.

Amplia, ut num. 10.

9 *Aliud eſt, quando conditionis defectus obijci poteſt, aliud verò, quando ſubſtitutus prædeceſſit ſitque ſubſtitutio caducata.*

10 *Concluſio,de qua ſupra* num.8. *procedit, non ſolùm, quando, ultra caducitatem medij gradus, deficit conditio adiecta de primo hærede inſtituto ad primum ſubſtitutum.*

Sed etiam, quando, ultra caducationem medij gradus, adeſt etiam defectus conditionis adiectæ de primo ſubſtituto ad ſecundum.

11 *Conditio ſubſtitutioni appoſita,attendi debet, nedum reſpectu fideicommiſſariæ ſubſtitutionis; ſed etiam vulgaris, quæ illi tacitè ineſt.*

12 *Doctrina* Bartoli *ſuper vulgari anomala, non procedit, quoties deficiens conditio, etiam ſecundo ſubſtituto repugnat; tunc enim, medio gradu caducato, caducantur etiam ſequentes.*

13 *Medio gradu caducato, non tamen perimitur conditio in prima ſubſtitutiòne appoſita; ſed ſuas conſeruat vires ad ultimi ſubſtituti excluſionem.*

14 *Conditione deficiente, ſubſtitutio pro non facta habetur.*

15 Pa-

Google

15 *Paria ſunt nihil fieri, vel fieri ſub conditione, quæ non verificatur.*

16 *Prima ſubſtitutione ex conditionis defectu deficiente, integra vinculi ſtructura, cæteræque omnes ſubſtitutiones corruunt.*

17 *Quoties medius ſubſtitutionis gradus, nedum in cauſam caduci fuit redactus; ſed vlterius pro non adſcripto habitus; tunc ſequentes omnes ſubſtitutiones caducantur, utpotè in poſthumo primo loco ſubſtituto non nato.*

18 *Vbicumque conditio pro non ſcripta habetur in perſona illius, cui onus adiungitur, cenſeri, etiam debet onus pro non ſcripto, cum non adſit perſona, in quam ſermo dirigi valeat.*

19 *Ideòque apud primum hæredem remanet hæreditas à reſtitutionis onere ſoluta ob deficientiam conditionis, & ſubſtitutionis habitæ pro non ſcripta.*

20 *Affertur ratio diſcriminis inter vnum, & alterum caſum.*

21 *Maior nullitatis ratio eſt conſideranda in eo, quod initio non ſubſiſtit, quàm in eo, quod ex internallo deficit.*

22 *Doctrina* Bartol. *ſuper vulgari anomala procedit, quando ultimus ſubſtitutus eſt vocatus ad eamdem rem, & hæreditatem, in qua primus fuit ſubſtitutus; ſecus, ſi ad rem diuerſam, vel particularem.*

23 *Affertur ratio proximè præcedentis concluſionis.*

24 *Vulgaris anomala non procedit, quando ſubſtitutio fuit collata poſt quæſitam hæreditatem gradui præcedenti.*

25 *Prout, neque, etiam habet locum, quando deprehenditur, Teſtatorem voluiſſe ordinare fideicommiſſum graduale de primo, in ſecundum; & de ſecundo, in tertium.*

26 *Idemque aſſerendum, quando Teſtator subingreſſionem filij in locum Patris expreſsè prohibuit, dum voluit regulare ſubſtitutionem ad formam ſucceſſionis ab inteſtato, & à proximitate grauati; non autem grauantis.*

27 *Vel, quoties expreſsè, & nominatim idem Teſtator declarauit caſus, in quibus filij in locum Patris, ſubingredi debeant.*

28 *Nepotes ſuccedunt Patruo, vel alteri Collaterali in capita, & non in ſtirpes, ceſſante concurſu cum Patruis, vel Auunculis; itant non habeat locum repreſentationis neceſſitas, iuxta ſententiam* Azonis *contra* Accurſium.

29 *Idque, etiam procedit in terminis ſucceſſionis fideicommiſſariæ.*

30 *Teſtator, quoties ſub vnica verborum ſtructura ſubſtituit hæredes, & ſucceſſores Franciſci, & Titij, præſumendum eſt, voluiſſe illos in capita, & non in ſtirpes ſuccedere.*

31 *Fideicommittens, quoties omnibus eſt æqualiter coniunctus, præſumitur, etiam æqualiter dilexiſſe, & æqualiter voluiſſe prouidere.*

32 *Per ſucceſſionem fideicommiſſariam ſucceditur, non vltimo defuncto; ſed potiùs Teſtatori ſubſtituenti.*

CAPVT XIII.

OBIIT Laurentius, inſtitutis hæredibus vniuerſalibus eius filijs, quibus ſine liberis legitimis, & naturalibus decedentibus, ſubſtituit hæredem Mariam Vxorem, cui ſubſtituit Franciſcum, & Sempronium Affines, eorumdemque hæredes, & ſucceſſores.

Cumque Mariæ ab inteſtato prædeceſſerint omnes filij ex Teſtatore ſuſcepti, nec non etiam Franciſcus, & Sempronius ſubſtituti, ſuperſtitibus eorum filijs hæredibus ex teſtamento.

Quæritur pro veritate de duobus. Primò, nempè, an ſtante dicta prædecedentia, tàm filiorum Teſtatorjs, quàm Franciſci, & Semproníj ſubſtitutorum, factus fuerit locus caducationi fideicommiſſi ad fauorem Mariæ ſuperſtitis, vel potiùs filij, & hæredes eorumdem ſubſtitutorum ad ſucceſſionem ſint admittendi.

Secundò, quatenus hæreditas dici non valeat caducata; an deſcendentes ex ſubſtitutis præmorientibus Mariæ hæredi grauatæ euèniente caſu obitus eiuſdem Mariæ, ſuccedant fideicommittenti in ſtirpes, vel in capita.

Exordiendo igitur á prima inſpectione,
aſſerendum exiſtimo, quòd hæreditas fidei-
commiſſaria nullo prorſus iure dici valeat
caducata fauore Mariæ ſuperſtitis, ob prędecedentiam hæredum eidem ſubſtitutorum;
cum enim abſque dubio verſemur in ſubſtitu-
1 tione compendioſa, utpotè facta ſub mortis
commemoratione, ut notant communi ſenſu
Doctores in *l. Centurio*, ſignanter *Bart. nu.* 9. 25. *& 32. ff. de vulgar. & pupill. & in l. Precibus, Cod. de impub. & alijs ſubſtit. gloſ. magna in l. ſi teſtamento, Cod. de teſtam. milit. Soccin. Iun. conſ.* 18. *num.* 18. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 31. *nu.* 1. *& deciſ.* 333. *num.* 12. *Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.* 5. *tit.* 2 *num.* 8. *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 233. *num.* 29. *& ſeq. Peregrin. de fideicomm. art.* 34. *num.* 4. *Sim. de Petr. de interp. vlt. volunt. ſolut.* 10. *num.* 3. *fol.* 267. *Capyc. Latr. conſult.* 76. *num.* 4. *lib.* 2. *Duran. dec.* 334. *num.* 12. *Bich. dec.* 445. *num.* 15. *Cardin. Celſ. dec.* 33. *num.* 10. *Priol dec.* 59. *num.* 3. *& duob. ſeqq.*

2 Idque, etiam ſi non fuerit appoſitum verbum, *quandocumque, gloſ. in cap. ſi Pater,* verbo, *abſque deductione, de teſtam. in* 6. *Bart. d. in l. Centurio, num.* 17. ibique, *Iaſ. num.* 32. *Alex. num.* 27. *Ripa num.* 98. *ff. de vulg. & pupill. Dec. in l. precibus, Cod. de impub. & alijs ſubſtit. Couarr. in cap. Rainutius, §.* 9. *num.* 3. *uerſ. undecimò illam eſſe ueram, extra de Teſtam. Bald. conſ.* 122. *lib.* 1. *& conſ.* 53. *lib.* 3. *Dec. conſ.* 642. *num.* 1. *Soccin. Iun. conſ.* 180. *nu.* 20. *Signorol. conſ.* 107. *num.* 24. *Roland. conſ.* 35. *num.* 13.

num. 13. & ſeq. lib. 1. Decian. conſ. 1. num. 65. lib. 1. Ger. Spin. conſ. 4. num. 1. et ſeqq. Odd. de compend. ſubſtit. part. 4. quæſt. 1. art. 1. Sim. de Petr. de interpetr. ultim. uolunt. fol. 267. ſolut. 10. n. 3. verſic. ad verbum, latiſſimè Mart. de ſucceſſ. legal. quæſt. 30. art. 1. num. 2. Craſſ. in §. ſubſtitutio, quæſt. 60. num. 10. Fuſar. conſ. 25. num. 13. & de ſubſtitut. quæſt. 233. num. 30. Capyc. Latr conſult. 76. num. 4. verſ. nec refert, Gratian. dec. Marchiæ 140. num. 9. Barz. deciſ. Bonon. 9. num. 32. Bich. deciſ. 445. num. 15. & ſeq. Duran. dec. 339. num. 12. Priol. deciſ. 110.

3 num 12. & duob. ſeqq. Sufficit enim, adeſſe verba ſuaptè natura tractum temporis ſignificantia, qualia ſunt, ſi deceſſerint ſine liberis; prout admonet Bart. in d. l. centurio n. 17. Alex. num. 27. Iaſ. num. 33. Rip. num. 89. ff. de vulgar & pupillar. Eman. Coſt. in cap. ſi pater, par. 1. verbo ſi decederet, num. 14. de teſtam. in 6. Odd. de compend. ſubſt. par. 4. quæſt. 1. art. 1. Craſſ. in § ſubſtitutio, quæſt. 60. num. 10. Couarr. qui dicit communem in cap. Raynutius, §. 9. num. 2. & 3. verſ. vndecimò illam eſſe veram, ext. de Teſtam. Dec. conſ. 642. n. 1. Corn. conſ. 180. lib. 4. Menoch. lib. 4. præſumpt. 66. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 14. in princip. & num. 2. Card. Mantic. de coniect. ultim. volunt. lib. 11. tit. 1. num. 2. Gratian. cap. 407. n. 1. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 233. nu. 6. 29. & ſeqq. de Marin. reſol. 265. num. 17. & ſeq. lib. 1. Capyc. Latr. dict. conſult. 76. num. 5. & 6. Staiban. Iun. reſolut. 24. num. 4. lib. 1. Surd. deciſ. 37. n. 8. Caſtill. deciſ. 152. Raudenſ. deciſ. Piſan. 31. num. 260. Barz. deciſ. 9. num. 32. Bich. deciſ. 548. num. 2. Rot. in recent. dec. 579. num. 7. p. 4. tom. 3.

4 Præcipuè, quando reperitur concepta per verbum commune, prout eſt verbum ſubſtituo, Alber. in l. precibus, num. 27. Cod. de impuber. & alijs ſubſtit. Alex. conſ. 36. num. 2. lib. 3. & conſ. 3. num. 1. lib. 7. Surd. conſ. 232. nu. 5. Gratian. cap. 407. nu. 36. Odd. de compendioſ. par. 4. artic. 1. in verbo ſubſtitutio, Caren. reſolut. 78. num. 2. Bich. dec. 548. num. 5. Archiep. Carrill. dec. 183. n. 5.

5 Meritò ſub eadem compendioſa comprehenditur vulgaris anomala, ſequentes gradus à caducatione præſeruans, quæ alioquin ex præcedentis gradus corruptione ſequeretur; adeòut deſcendentes ex ſubſtitutis præmorientibus hæredi grauato, ſubingrediantur in locum Parentum, & ex eorum vocatione, & gradu capiant fideicommiſſum, ex ſubingreſſionis beneficio, quod obtinere non poſſent ex altero repreſentationis, iuxta celebrem theoricam Bartol. per illum textum in l. quamdiu 64. num. 10. verſic. quæro, ibique, præ cæteris, Angel. num. 8. Caſtrenſ. num. 7. ff. de aeq. hered. idem Caſtren. conſ. 152. ſub num. 1. in fine, & ſeq. lib. 1. Soccin. conſ. 94. num. 40. & ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 347. num. 14. & ſeqq. Odd. conſ. 39. num. 56. & ſeqq. Menoch. conſ. 124. & 1103. ſub num. 14. & ſeq. Gabr. conſ. 117. num. 16. verſ. qui etiam in fideicommiſſaria, lib. 1. latè, Giouagn. qui meliùs, præ cæteris, hanc vulgarem anomalam, eiuſque peculiares effectus explicat, conſ. 76. num. 6. & ſeqq. & conſ. 77. num. 11. & ſeqq. Amat. reſolut. 40. num. 8. & ſeqq. Peregr. de fideicomm. art. 15. num. 14. latè Fuſar. de ſubſtitut. q. 253 & 469. & conſ. 25. n. 26. lib. 1. Mart. de ſucceſſ. legal. lib. 4. q. 30. art. 8. num. 1. Molin. de primog. lib. 2. cap. 11. num. 39. Capyc. latr. d. conſult. 76. num. 1. & 8. lib. 2. Seſſe deciſ. Aragon. 50. num. 8. & ſeqq. Fontanel. dec. 149. num. 4. & ſeq. Magon. dec. Florent. 147. Duran. dec. 339. num. 74. Bich. dec. 548. num. 7. & ſeq. Rot. in recent. dec 201. num. 13. part. 8. & dec. 12. num. 19. & ſeq. part. 10.

Hujuſmodi verò receptiſſima concluſio li-
6 mitatur, quoties compendioſa, ſeu ſimplex fideicommiſſaria eſt concepta per verba omninò, & ſemper obliqua, Bart. in d. l. Centurio num. 32. ibique, præ cæteris, Aquilin. num. 123. Galiaul. num. 421. Rip. nu. 101. ff. de vulg. & pupill. Peregr. de fideicomm. art. 15 num. 19. Menoch. præſumpt. 58. num. 1. lib. 4. Seſſe d. dec. Aragon. 50. num. 4. & ſeqq. Bich. d. dec. 548. n. 8. Rot. in rec dec. 157. num 4. & ſeq. & deciſ. 246. num. 53. part. 4. tom. 2.

7 Vel, quando concurrunt contrariæ coniecturæ, quæ in præſenti non adſunt, ſuadentes excluſionem comprehenſionis iſtius vulgaris Anomalæ ſub compendioſa, inter quas potiſſimùm plures animaduerſione dignæ ſolent cōſiderari pro limitanda Bartoli doctrina in d. l. quamdiu, quas operæ pretium me facturum exiſtimo illas in præſentia enumerare, ad effectum agnoſcendi, nullas ex eiſdem, rei, de qua eſt ſermo, conuenire.

8 Initio igitur illa ſe nobis offert, quando, vltra caducitatem medij gradus, concurrit etiam defectus conditionis, ſub qua ſubſtituti fuerunt vocati; tunc enim non admittitur gradus ſequentes in vim vulgaris anomalæ comprehenſæ ſub compendioſa; ſed ut ſequens gradus ſubintret in locum gradus caducati, debeat adimpleri conditio antecedenti ſubſtitutioni appoſitá, quæ non caducatur, licet antecedēs caducetur gradus, iuxta receptam doctrinam Angeli in d. l. quamdiu ad finem, ff. de acquir. hæredit. quam ſectantur, Ripa in l. Centurio, num. 151. ff. de vulgar. & pupill. Alex. in l. qui habebat, num. 2. & in l. cohæredi in princip. ff. eod. Oldrad. cōſ. 177. Soccin. Iun. conſ. 94. n. 45. verſ. vel ſecundò lib. 1. Decian. conſ. 91. nu. 11. lib. 5. Crauett. conſ. 283. nu. 1. verſ. ſed dicit aliquis Natt. conſ. 678. num. 19. & ſeq. Gabr. conſ. 95. num. 21. verſic. concludo igitur, & meliùs, ſub num. 22. lib. 1. latè, Honded. conſ. 49. num. 35. & ſeqq. lib. 2. Fuſar. conſ. 26. num. 26. Peregrin. conſ. 36. num.

25.

Digitized by Google

25. *& quatuor ſeqq. lib.* 4. vbi ita declarat
doctrinam *Bart. in d. leg. quamdiu, & conſ.* 55.
num. 9. *lib.* 2. *Sim. de Petr. conſ.* 169. *num.* 4.
lib. 1. *Cephal. conſ.* 349. *num.* 11. *& ſeq. lib.* 3.
& conſ. 482. *num.* 34. *lib.* 4. egregiè, præ cæte-
ris, *Caſanat. conſ.* 2. *num* 3. aſſerens, hanc eſſe
veriſſimam ſententiam, illamque pluribus
rationibus, legibus, & auctoritatibus apud
eumdem relegendis, comprobat *Duran. de ar-
te teſtandi tit. de ſubſtit. cautb.* 24. *num.* 2. vbi
ſic in ſpecie limitari aſſerit doctrinam *Bart.
in d. l. quamdiu*, benè *Gratian. cap.* 747. *nu.* 20.
& ſeqq. qui *num.* 22. conciliat deciſiones, ac
doctrinas contrarias, rectè animaduertens,
quòd *Bart.* in ſæpius citata *leg. quamdiu*, nul-
latenus præſupponat, quòd ſit defecta condi-
tio in ſubſtitutione appoſita de vltimo; ſed
ſolùm, quòd ſit caducatus ſecundus gradus,
quæ quidem inter ſe ſatis, ſuperque diffe-
9 runt; cum aliud ſit, quando conditionis
defectus obijci poteſt; aliud verò, quando
prædeceſſerit ſubſtitutus, ſitque caducata
ſubſtitutio, *Cenſal. in obſeruat. ad Peregrin.
art.* 15. *verſ. ſextò obſeruo, fol.* 15. iuxta
Venetam Impreſſionem, *Marcian. Iun. diſpu-
tat.* 68. *num.* 4. *lib.* 2. benè aduertens, quòd
in hoc caſu, caducato medio ſubſtitutionis
gradu, caducentur etiam omnes ſequen-
tes, non tàm ex ui caducitatis, quàm ex
conditionis defectu, *Seſſe d. dec. Aragon.* 50.
num. 20. *Theſaur. dec.* 86. *in fin. Maſtrill. deciſ.*
266 *num.* 3. *& ſeqq.* egregiè, *Bich. dec.* 480. *n.*
22. *Priol. dec.* 138. *num.* 17. *& ſeq.* repetita, *in
recent dec.* 154. *num.* 15. *& ſeq. par.* 13.

10 Id autem, non ſolùm procedit, quando, vl-
tra caducitatem medij gradus, deficit con-
ditio adiecta de primo hærede inſtituto ad
primum ſubſtitutum; ſed etiam, quando, præ-
ter caducationem medij gradus, adeſt etiam,
defectus conditionis adiectæ de primo ſub-
ſtituto ad ſecundum, vt poſt antiquiores in
d. leg. qui habebat, ff. de vulgar. optimè firmãt
Sim. de Petr. lib. 2. *de interp. vlt. vol. interpetr.*
3. *dub.* 6. *ſolut.* 4. *num.* 1. *verſ. hac autem ſolutio,
fol.* 371. *Menoch. conſ.* 326. *n.* 36. *Cephal. conſ.*
649. *num.* 40. *&* 75. *Caſanat.* pluribus alijs
congeſtis, *conſ.* 3. *num.* 7. *& ſeq.* vbi omnium
latiſſimè hanc quæſtionem diſputauit, con-
trarijs omnibus reijectis, benè *Marcian. Iun.
d. diſp.* 68. *num.* 4. *verſ. id autem, lib.* 2. *Theſaur.
dec.* 86. *num. fin.*

Atque hinc, etiam reſultat, vt, cum con-
11 ditio ſubſtitutioni adiecta attendi debeat,
nedum reſpectu fideicommiſſariæ ſubſtitu-
tionis; ſed etiam vulgaris, quæ illi tacitè
ineſt, quod, vti ſingulare adnotat *Io: Bapt. de
S. Seuerin. in l. precibus, verſic. decima quar-
ta concluſio, Cod. de impub. et alijs ſubſt.* idem-
que aſſerit *Soccin. in l. cum Anus verſ. limita
tamen opinionem, ff de cond. & demonſtr. Mar-
cian. Iun. d. diſp.* 68. *num.* 15.

12 Meritò doctrina *Bart. in d. l. quamdiu*, non
procedit, quoties deficiens conditio, etiam
ſecundo ſubſtituto repugnat; tunc enim ca-
ducato medio gradu, dici debent etiam ca-
ducati ſequentes, iuxta diſpoſitionem *text.*
13 *in d. leg. qui habebat* 47. *ff. de vulgar. Bald. cõſ.*
254. *lib.* 1. optimè aduertens, quòd medio
gradu caducato; non tamen perimatur con-
ditio appoſita in prima ſubſtitutione, ſed
ſuas conſeruet vires ad vltimi ſubſtituti ex-
cluſionem, eũdemq; *Bald.* ſequitur, *Alciat.
conſ.* 44. *n.* 51. *lib.* 9. & benè declarat *Menoch.
conſ.* 326. *à num.* 1. *vſque ad* 36. *Bertrand. conſ.*
365. *lib.* 1. *Corn. conſ.* 180. *lib.* 3. *Marcian. Iun.
d. diſp.* 68. *num.* 16. *lib.* 2.

Idque, ea potiſſimùm ratione à priori de-
14 ducta, quia, nempè, deficiente conditione,
ſubſtitio habetur pro non facta *leg. ſi pecu-
niam*, vbi *Dec. num.* 4. *ff. ſi cert. petat. l. neceſſa-
riò, §. quòd ſi pendente, ff. de peric & commod.
rei vend.* Paria enim ſunt nihil fieri, vel fieri
15 ſub conditione, quæ non verificatur, *Rip.
reſponſ.* 2. *num.* 23. *Cephal. conſ.* 17. *n.* 6. ideòque
prima ſubſtitutione ex conditionis defectu
16 deficiente, integram totius vinculi ſtructu-
ram deficere, cæteraſque omnes ſequentes
ſubſtitutiones corruere, ac perire, neceſsè eſt,
l. ſi mater, §. 1. *ff. de vulgar. Zanch. in l. hæredes
mei, §. cum ita, in ſecunda parte num.* 67. *ff. ad
Trebell. Peregr. de fideicom. art.* 15. *num.* 8. &
optimè, & latè præ cæteris, proſequitur *Ca-
ſanate d. conſ.* 3. *num.* 31.

17 Secunda affertur limitatio doctrinæ *Bart.
in d. leg. quamdiu*, quotieſcumque medius ſub-
ſtitutionis gradus, nedum in cauſam caduci
fuit redactus; ſed vlteriùs pro non adſcripto
habitus; Exemplo fit res manifeſtior, puta,
quando Poſthumus primo loco ſubſtitutus
nunquàm fuerit in rerum natura, quo caſu
pro non ſcripto cenſetur; tunc enim ſequen-
tes omnes ſubſtitutiones ab illo depẽdentes,
abſque alia diſtinctione caducantur, & defi-
ciunt, per *text. in l. vnica §.* 1. ibi, *nullo graua-
mine (niſi perrarò) in hoc pro non ſcripto ſu-
perueniente, Cod. de caduc. tollend. Caſtrenſ.
conſ.* 394. *in fin. lib.* 2. *Dec. conſ.* 427. *n.* 9. benè,
Alciat. d. conſ. 44. *num.* 50. *& ſeq & conſ.* 46. *n.*
24. *lib.* 9. *Menoch. d. conſ.* 326. *num.* 35. *Caſanat.
d. conſ.* 3. *num.* 3. *Sim. de Petr. de interpr. vltim.
volunt. lib.* 3. *interpr.* 3. *dub.* 4. *ſolut.* 2. *n* 2. *verſ.
inſpiciendæ autem ſunt fol.* 332. *Marcian. Iun.
d. diſp.* 68. *num.* 22. *lib.* 2.

18 Vbicumque enim conditio pro ſcripta
habetur in perſona illius, cui onus adiungi-
tur, cenſeri, etiam debet onus pro non ſcrip-
to; cum non adſit perſona, in quam ſermo
dirigi valeat, ad *text. in l. quidam referunt, ff.
de Iur. codicillor. Imol. in leg. quę conditio, ff. de
condit. & demonſtr.* atque adeò apud primum
19 heredem remanet hæreditas à reſtitutionis
onere ſoluta; cum idem onus nunquàm ha-

buerit fundamentum, cui inniti potuerit, ob deficientiam conditionis, & ſubſtitutionis habitę pro non ſcripta, vt in ſpecie ſubtiliter ex more aduertit *Bal. in d. leg. vnicn, §. in primo*, ibique, *Salicet. num. 8 Cod. de caduc. tollend.* & confert optimus *textus in l. ſi duobus 16. § ſi Titio, & Poſthumis*, vbi *gloſ. ff. de leg. 1.* rectèque aduertit *Caſtrenſ. d. conſ. 394. num. 3. lib. 1.*

20 Rationem verò diſcriminis, inter vnum, & alterum caſum, eam eſſe arbitror, quia gradus in cauſam caduci redactus ab initio fuit in ſtatu validitatis, ſaltem in habitu, & potentia; atque adeò æquum, rationabileq; videtur, quòd hæres ex ſubſequuta caducitate hæreditatem minimè retineat, aduerſante teſtatoris voluntate; Secus verò aſſerendum; quoties ſubſtitutio pro non ſcripta haberi debet; tunc enim cum voluntas à principio, neque habitu, neque potentia ſubſiſtere valeat. Meritò, cum pro non ſcripta habeatur, remanere debet hæreditas apud primum hæredē ab onere reſtitutionis immunis; dum
21 Teſtatoris voluntas non reſiſtit; cum maior nullitatis ratio ſit conſideranda in eo, quod initio non ſubſiſtit, quàm in eo, quod ex interuallo deficit, prout egregiè ratiocinatur, *Cephal. d. conſ. 649. num. 20. Caſanat. d. conſ. 2. num. 25. & ſeq. Marcian. Iun. d. diſp. 68 nu. 23. verſ. et ratio differentiæ, et num. ſeq lib. 2.*

22 Tertiò, doctrina *Bartoli* procedit, quando vltimus ſubſtitutus eſt vocatus ad eandem rem, & hæreditatem, in qua primus fuit ſubſtitutus; ſecus affirmandum, ſi ad rē diuerſā, vel particularē, prout per *text. in l. qui habebat, ff. de vulgar.* ubi *Cuman.* & cæteri, quē latè exornat *Vigli. in §. ſed ſi inſtituto, inſtit. de vulg.* in ſpecie limitando doctrinam *Bartol.* aduertit *Alciat. dict. conſ. 41. num 52. verſic. tertia limitatio, lib 9.* quem ſequitur *Sim. de Petr. de interpetrat. vltim. volunt. d. lib. 3. interpetrat. 3. dub. 4. ſolut. 2. num. 2. uerſic. inſpiciendæ autem ſunt, fol. 332. Marcian. Iun. d. diſp. 68. num. 25 lib. 2.*

23 Hoc ipſum manifeſta ſatis ratione ex ſolidiſſimis Iuris principijs deducta remanet cōprobatum. Siquidem à *Bart.* eiuſque Aſſeclis neceſſarió præſupponitur, quòd in vim vulgaris anomalæ ſub compendioſa comprehenſæ, ſequens ſubſtitutionis gradus ſit admittendus ad hæreditatem, ad quam repericbatur vocatus ille medius, qui ex conditionis defectu fuerat caducatus. Huiuſmodi autem ſuppoſitum nullo prorſus Iure eſt verificabile. quoties ſequens ſubſtitutus ad eandem numero hęreditatem non eſt vocatus, ſed ad rem diuerſam, ut puta ad rem ſingularem; tunc enim vulgari ſubſtitutioni locus eſſe non poteſt, aduerſante diſponentis voluntate, qui noluit ſequentem ſubſtitutum ad totam hæreditatem admitti, ſed ad rem tantùmmodò ſingularem; atque adeó non poterit uulgaris ſuum parere effectum, nam alioquin hæreditas remaneret pro parte in ſuſpenſo, contra uulgares regulas Iuris, prout egregiè iuxta morem, poſt *Alciat. conſ. 46. per tot.* ſignanter *num. 25. lib. 9.* arguit *Marcian. Iun. dict. diſp. 68. n. 25. lib. 2.*

24 Quartò limitatur doctrina *Bart.* quoties apparet, quòd ſubſtitutio fuerit collata poſt quæſitam hæreditatem gradui antecedenti; tunc enim, cum compendioſa non contineat uulgarem anomalam, *l. Precibus in princip. Cod. de impub. & alijs ſubſtit.* caducato primo gradu, caducatur, etiam ſecundus factus expreſsè, quando primus fuiſſet admiſſus prout ex *text in l. poſt aditam, & l. precibus, poſt princip. Cod. de impub. & alijs ſubſtit.* optimè diſtinguunt, *Alex. conſ. 1. num. 9. lib. 1. Corn. conſ. 199. num. 10. & ſeqq lib. 2. Roland. conſ. 57. num. 55. & duob. ſeqq. Honded. conſ. 49. num. 37. & ſeqq. lib. 2. Fuſar conſ. 26. ſub n. 26. Rub. dict. deciſ. 480. num. 20. Priol. d. dec. 138. num. 17. & ſeqq.* repetita *in recent. d. dec. 154. num. 15. & ſeq. par. 13.*

25 Quintò, quando conſtat, Teſtatorem diſponere uoluiſſe per ſolam fideicommiſſariā; non autem per uulgarem, atque adeò, ut Noſtrates dicunt, facere fideicommiſſum graduale de primo in ſecundum, & de ſecundo in tertium, iuxta receptam theoricam *Angel in d. l. quamdiu, ff. de acquir. hæredit.* quam ſectantur, præ cæteris, *Honded. dict. conſil. 49. num. 50. & ſeqq. lib. 2. Gratian. dict. cap. 747. num. 20 & ſeqq.* quos refert, & ſequitur, alijs allegatis, *Card. de Luca de fideicommiſſ. diſc. 107. num. 6. & ſeq. Rot. in recent. dec. 323. n. 7. part. 1.*

26 Sextò demum, quando Teſtator expreſsè prohibuit ſubingreſſionem filij in locum Patris, dum uoluit regulare ſubſtitutionem ad formā ſucceſſionis ab inteſtato, & à proximitate grauati; non autem grauantis; prout poſt *Bellon. Iun. conſ. 61. num. 8. & ſeqq.* in ſpecie pro excludenda comprehenſione uulgaris anomalę ſub compendioſa, aduertit *Rot. in recent. deciſ. 306. num. 6. & ſeqq. p. 17.*

27 Vel, quoties expreſsè, & nominatim idem Teſtator declarauit caſus, in quibus filij ſubingredi debeant in locum Patris; vnde in cæteris præſumendum, noluiſſe fieri locum ſubingreſſioni, *Rot. in recent. deciſ. 194. nu. 3. & ſeqq. part. 12.* quæ deciſiones ſunt ualdè ſingulares, & notabiles in huiuſmodi articulo.

28 Quò uerò ad ſecundam inſpectionem, deſcendentes á Franciſco, & Sempronio ſubſtitutis præmorientibus Mariæ hęredi grauatę, abſque difficultate poſt obitum eiuſdem Mariæ ſunt admittendi ad fideicommiſſariam ſucceſſionem in capita, & non in ſtirpes; ceſſante ſiquidem, prout in hoc themate, concurſu cum Patruis, uel Auunculis; itaut non uin-

vindicet ſibi locum neceſſitas repreſentationis, receptiſſima in omnibus Tribunalibus, eſt opinio *Azonis* contra *Accurſium*, ut Nepotes ſuccedant Patruo, uel alteri Collaterali in capita, & non in ſtirpes, prout omiſſis innumeris, qui pro hac ſententia poſſent afferri, firmant præ cæteris, *Cuiac. ſuper tit. Cod. de legit. hæred. poſt med.* latiſſimè *Morot. conſ. 1. per tot.* ubi in fine ſubdit, hanc partem amplectendam eſſe, ita dictante naturali ratione, & æquitate, *Cephal. conſil. 131. Gionag. conſ. 23. nu. 8. Rouit. conſ. 23. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 482. Caſtill. lib. 3. controu. cap. 19. à num. 77. uſque ad 84. Hottoman. quæſt. Illuſtr. quæſt. 14. verſ. quantùm ad tertium. Molfeſ. ad conſuct. Neapolit. part. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 37. per tot. Facchin. controu. Iur. cap. 37. per tot. lib. 6. Pratus practic. obſeru. cap. 11. Ciroec. diſcept. 25. num. 5.* Card. *de Luca de fideicomm. diſc. 19. num. 2. Theſaur. deciſ. 162. Franch. deciſ. 24. num.* 10 ibique *de Luca nu. 2. in addit. Barz. dec. 9. num. 27. Buratt. dec. 352. Royas deciſ. 135. num. 7.* Card. *Celſ. deciſ. 33. Rot. in recent. deciſ. 138. num. 1. & ſeqq. par. 7;* & nos alibi firmauimus.

29 Et in terminis ſucceſſionis fideicommiſſariæ, *Dec. conſ. 412. Cardin. de Luca de fideicomm. diſc. 19. num. 3. Merlin. dec. 570. nu. 11. & ſeqq. & dec. 631. num. 9.* quæ ſunt repetitæ in recent. *dec. 180. & 278. p. 6. Card. Celſ. dict. deciſ. 33.*

30 Huiuſmodi verò ſententia eò libentiùs amplectenda in præſenti; Tum quia, cum teſtator ſubſtituerit ſub unica verborum ſtructura hæredes, & ſucceſſores Franciſci, & Sempronij, præſumendum eſt voluiſſe illos ſuccedere in capita, & non in ſtirpes, *l. interdum 13.* ibique *Caſtr. num. 3.* ponderat unitatem rationis, *ff. de hæred. inſtit. Dec. cõſil. 597. num. 8. & ſeq. Corn. conſ. 240. num. 4. lib. 2. Soccin. ſen. conſ. 108. num. 2. lib. 3. Gabr. conſ. 130. num. 10. in fin. & num. ſeq. & 18. lib. 1. Menoch. præſumpt. 18. num. 17. lib. 4. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 11. num. 6. Afflict. deciſ. 309. num. 1. & duobus ſeqq. Merlin. deciſ. 631. num. 16. Card. Celſ. dict. deciſ. 33. n. 1.*

31 Tum etiam quia, cum fideicommittens fuerit omnibus æqualiter coniunctus, præſumitur etiam æqualiter dilexiſſe, æqualiterque voluiſſe prouidere, *Iaſ. in l. Lucius, 45. num. 31. verſ. pro iſta parte, Rip. num. 47. verſ. contra quòd, Aretin. col. fin. num. 6. verſ. vltimò adde, ff. de vulgar. & pupill. Angel. in l. in teſtamento, nu. 5. verſic. quid. autem, Cod. de milit. teſtam. Rimin. Iun. conſ. 283. num. 24. & ſeqq. lib. 3. Peregrin. conſil. 67. num. 7. & ſeqq. & num. 16. lib. 5. Menoch. lib. 4. præſumpt. 75. num. 13. Card. Celſ. dict. dec. 33. num. 7.* rectèque conſerunt deducta per *Cardin. Ottobon. dec. 91. n. 20. & ſeq.*

32 Præcipuè, quia verſamur in ſubſtitutione fideicommiſſaria, per quam ſucceditur non vltimo defuncto; ſed potiùs Teſtatori ſubſtituenti, *Dec. conſil. 304. num. 2. Alba conſ. 29. num. 18. & ſeq. Rimin. Iun. dict. conſ. 283. n. 29. & ſeq. lib. 3. Cardin. Mantic. de coniectur. lib. 5. tit. 11. num. 3. & lib. 8. tit. 13. num. 7. Card. Celſ. dict. deciſ. 33. num. 8.*

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſa, & ſubſtitutiones, tàm obliquæ, quàm directæ conſtitui poſſunt in contractibus, illaque ſunt irreuocabilia. Reprobata contraria ſententia *Menochij, & Facchinei.*

Pactum ſuper fideicommiſſo reciproco inter fratres initum in contractu, an, & quando non poſſit dici de futura ſucceſſione; ſed potiùs de certis rebus particularibus; atque adeò in Iure ſubſiſtens; licet fuerit facta mentio, vel de hæreditate, vel de eius portione, ſiue quota, fueritque conceptum per viam obuentionis bonorum, ad ornatum Iurium in *l. pactum quod dotali, & l. fin. Cod. de pactis.*

Legitima poteſt detrahi per filios ex fideicommiſſo reciproco conuentionali, utpotè præſeferente titulum lucratiuum; non autem oneroſum.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries enarratur.*

2 *Diuiſio controuerſiæ in duas partes.*

3 *Fideicommiſſa, & ſubſtitutiones, tàm obliquæ, quàm directa, fieri poſſunt, etiam in contractibus, &* n. 25.

4 *Reprobatur contraria ſententia, & de fundamento eiuſdem.*

5 *Pactum futuræ ſucceſſionis, etiam reciprocum, quoties eſt de tota hæreditate, vel de illius quota, non ſubſtinetur, & de duplici ratione concluſionis.*

6 *Portionis, quoties fuit facta mentio, tunc pactum dici debet de futura ſucceſſione, reſpiciens quotam hæreditatis; atque adeò non ſubſiſtit.*

7 *Conuentionis verba, quoties non fundantur in perſona promittentis; ſed potiùs denotant obuentiones bonorum, improbantur à Iure, cum pactum futuræ ſucceſſionis redoleant.*

8 *In aliquorum ſententia id limitatur, quoties fuit conuentum, vt acquirenda non cadant ſub fideicommiſſo conuentionali; idque, etiam ſi pactum contineat obuentionem bonorum.*

9 *Contraria ſententia eſt receptior, eamque intellige, ut* num. 12. & ſeqq.

P. 2 10 He-

10 *Hæreditas, cum ſit nomen Iuris, capit omnia, atque adeò etiam acquirenda.*

Hinc pactum ſuper ſucceſſione in certis bonis non comprehendit hæreditatem, quæ ex quærendis augeri poteſt.

11 *Pactum ſucceſſionis, quoties reſpicit certa bona particularia, eſt validum, irreuocabile, & omninò ſeruandum.*

Dicitur de certa re, quando eſt de bonis præſentibus, vel per paciſcentes tunc poſſeſſis.

12 *Idque etiam, ſiue verba denotent obuentionem bonorum, ſiue promittentis obligationem poſt mortem collatam, quoties deprehenditur, contrahentes non ſenſyſſe de hæreditate, ſeu de eius quota; ſed potiùs de certis rebus particularibus.*

13 *Amplia, etiamſi ſit facta mentio hæreditatis, quia interpetrari debet pro bonis.*

Reprobatur contraria ſententia, & in quo caſu procedat.

14 *Potiſſimùm, accedente clauſula* omni meliori modo.

15 *Vel Iuramento.*

16 *Pactum ſucceſſionis, non ob aliam rationem improbatur à Iure, niſi quia auſertur libera teſtandi facultas.*

Ideòque iſta non procedunt, ſtante reſeruatione diſponendi de bonis poſtmodùm acquirendis.

Sed hæc ratio à nonnullis improbatur num. ſeq. in fin.

17 *Pactum ſucceſſionis in aliquorum ſententia, licet reperiatur conceptum per verba vniuerſalia de omnibus bonis, intelligi tamen debet de præſentibus, tantùm, non autem de futuris; adeòut libera remaneat facultas teſtandi de acquirendis.*

18 *Pactum de ſuccedendo ſuper certis bonis fortiùs ſubſtinetur, quoties legitur factum inter fratres pro decore, & conſeruatione familiæ.*

19 *Fideicommiſſum ordinatum per viam contractus; non autem vltimæ voluntatis, eſt irreuocabile, & inalterabile in præiudicium vocatorum.*

20 *Reprobatur contraria ſententia* Bart.

21 *Legitima poteſt detrahi ex donationibus, pactis, vel alienationibus gratuitis.*

22 *Quò ad filios pactum reciprocum de ſuccedendo inter fratres initum, ob quam rationem merum lucrum redoleat.*

23 *Non quæuis cauſa onerosa facit, ut non ſit locus detractioni legitimæ; ſed ſolùm illa, quæ merè eſt oneroſa; non autem, ubi adeſt admixtum lucrum, quo caſu dicitur cauſa lucratiua.*

24 *Mixtum, quoties aſſumit naturam ſimplicis, aſſumit naturam eius, quod eſt fauorabilius.*

25 *Non poteſt dici onerosus titulus fideicommiſſi conuentionalis; ſed potiùs lucratiuus, quamuis ſit reciprocus, reprobata ſententia* Gabrielis.

26 *Fideicommiſſa æquè in contractibus, ac in vltimis voluntatibus fieri poſſunt, reiecta opinione* Menochii, Fachinei, *& aliorum, &* num. 3.

27 *Legitima filiorum nullatenus poteſt grauari fideicommiſſo reciproco ordinato in ultima voluntate; quamuis adſit ſpes, tàm lucri, & commodi, quàm incommodi, & grauamen ſit viciſſitudinarium.*

Diſpoſitio leg. ſi Pater puellæ, Cod. de inoffic. teſtam. *cui innititur contraria ſententia, eſt correcta per* leg. quoniam in prioribus, Cod. eodem.

28 *Prout, neque etiam fideicommiſſo reciproco ordinato in contractu inter fratres, filiorum legitima grauari poteſt.*

29 *Impugnatur contraria ponderatio* Cardinalis de Luca *aſſerentis, quòd cauſa dici debeat oneroſa ob incertam emptionem, & venditionem futuræ aleæ, per quam quilibet ex fratribus poteſt eſſe in lucro, & in damno.*

Oſtenditur, huiuſmodi ponderationem manifeſtam inuoluere principij petitionem.

30 *De diſtinctione Seraphini ſuper duobus capitibus contentis in huiuſmodi fideicõmiſſis reciprocis.*

31 *Legitimæ detractio eſt ſtatim debita filiæ poſt obitum Patris.*

32 *Hinc, eueniente caſu ſubſtitutionis ob mortem filiæ, reliquum venit in reſtitutione hæreditatis.*

Neque in reſtitutione hæreditatis paternæ poteſt comprehẽdi legitima iam per filium detracta.

33 *Contraria fortè procedunt, quoties, poſtquàm euenit caſus fideicommiſſi ad fauorem filiorum unius lineæ, eiſdem deficientibus, contingeret hæreditatem reſtitui alijs ſuperſtitibus ex diuerſa linea, & de ratione.*

34 *In fideicommiſſo reciproco ordinato inter fratres dicitur cogitatum de legitimæ detractione, ſtante ſpeciali conuentione inita, quòd fœminæ congruè dotari debeant.*

35 *Quoties agitur de dote debita filiæ ſuccedente loco legitimæ, vel ex diſpoſitione Iuris, aut ſtatuti, vel ex teſtatoris voluntate, illa debetur, etiam Nuptijs non ſequutis.*

Adeout tranſmittatur ad heredes ipſius filiæ, quando Pater, ultrà dotem non inſtituit in legitima.

36 *Contraria procedunt in legato relicto ab extraneo.*

CAPVT XIV.

1 SVPPOSITO fideicommiſſo conuentionali conſtituto in contractu inter Angelum, Hieronymum, Nicolaum, & Herculem, fratres de Palatijs, in quo fuit cõuentum, quòd, ſi unus, vel plures ex eis ſine filiis maſculis, & ex eorum corpore, & legitimo matrimonio tantùmmodò procreatis, quandocumque obire contingerit, portio tota, integraque præmorientis, uel præmorientium, omni, & quacumque prorſus detractione prohibita, deuoluta ad ſuperſtitem, ſeu ſuperſtites pleno iure reuertatur, cum obligatione filias fœminas congruè dotandi, quæ tunc congruè dotatæ intelligantur; cum facta legitimæ ſupputatione earum rata fraudatæ minimè reperiantur, quòdque ſub eodem fideicommiſſo conuentionali bona acquirenda non comprehendantur.

Stante, etiam obitu Nicolai alterius ex dictis fratribus, ſuperſtite unica filia legitima, & naturali hærede uniuerſali inſtituta, quæ deindè in ætate infantili deceſſit; adeòut factus ſit locus fideicommiſſo ad fauorem aliorum fratrum, & Patruorum reſpectiuè ſuperſtitum, uel alterius ex eis.

2 Dubitari pro ueritate contingit de duobus; Primò, an conſtet de ualido fideicommiſ-

Digitized by Google

miſſo ordinato in contractu; adeòut diſpoſitio facta á Nicolao contra formam in eodem fideicommiſſo præſcriptam ſubſtineri nequeat, uel potiùs fideicommiſſum fuerit inualidum, ideòque in eius portione idem Nicolaus potuerit filiã hæredem inſtituere.

Secundò, admiſſa fideicommiſſi ſubſiſtentia, an eidem filiæ fuerit debita legitima, quam ad Matrem, vti eius hæredem, tranſmittere potuerit.

Quò ad primam inſpectionem, pro inualiditate fideicommiſſi plura videntur vrgere;
3 Primò, quia, etiam admiſſa magis recepta ſententia, quòd quælibet ſubſtitutio, ſiue directa, ſiue obliqua, fieri poſſit, etiam in contractibus, prout per *text. in l. quoties, 3. C. de donat. quæ ſub mod. l. ea lege, Cod. de condit. ob cauſ. l. vti hæredibus, ff. de legat. 2.* firmant, *Bald. conſ. 249. num. 1. lib. 2. Caſtr. conſ. 384. n. 1. Surd. conſ. 247. n. 3. & ſeq.* Redcnaſch. *conſ. 11. num. 33. Odd. conſ. 39. num. 13. & trib. ſeqq. lib. 1. Mart. conſ. 191. num. 1. & ſeqq. Marcian. ſen. conſ. 6. num. 54. lib. 2. Decian. conſ. 31. num. 62. lib. 1. Altograd. conſ. 37. num. 5. lib. 2. Gabr. conſ. 16. num. 14. & ſeqq. Ger. Spin. conſ. 49. nu. 47. Fuſar. de ſubſtit. q. 14. num. 1. & 8. & quæſt. 308. num. 78.* Caſtill. *lib. 3. contron. cap. 19. nu. 252. Peregrin. de fideicomm. art. 1. num. 16. & art. 51. num. 2. Carpan. ad Statut. Mediol. cap. 324. num. 106. Argel. de acq. poſſeſſ. q. 8. art. 8. num. 176. Caren. reſol. 154. num. 1. Kinipſchilt. de fideicom. famil. nobil. cap. 6. num. 30. Mart. de ſucceſſ. legal. part 4. q. 21. art. 9. Hodiern. contron. 35. num. 58. Gratian. cap. 247. n. 1. & ſeqq. Manſ. conſult. 21. num. 50. lib. 1. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 25. num. 1. et ſeq. Molin. de pact. in matrimon. conuent. lib. 3. qu. 22. num. 8. & ſeq. Marzar. de fideicom. part. 2. qu. 2. verſ. nihilominus, Andreol. controu. 56. num. 1. & ſeqq. & contron. 312. num. 21. Theodor. allegat. 24. num. 2. de Philippis differt. fiſcal. 37. num. 10. Marcell. Marcian. Iun. forenſ. exercit. cap. 13. n. 20.* Card. de Luca *de fideicomm. diſc. 41. nu. 20. & ſeqq. Prat. diſcept. 19. n. 29. & ſeq. & diſcept. 4. num. 40. lib. 1. Capyc. latr. conſult. 32. num. 1. & dec. 2. num. 2. & ſeqq.* ibique doctus *Manfrell. num. 1. Sanfelic. dec. 202. num. 2. Oſaſcb. dec. 85. num. 6. & ſeqq. Maſtrill. dec. 190. num. 9. Magon. deciſ. Florent. 71. num. 6. Scraphin. dec. 416. num. 16. Milan. dec. 8. num. 385. lib. 1. Surd. dec. 144. n. 6. Ginrb. dec. 108. num. 16.* Card. *Celſ. dec. 36. num. 1. & dec. 143. num. 6. Dunozet. Iun. dec. 915. num. 2.*
4 Quid quid contendat contrariæ ſententiæ, præ cæteris, acerrimus propugnator, *Menoch. conſ. 85. num. 28. & ſeqq. & conſ. 325. num. 7. & 1028. num. 6. & ſeqq. PrutKman. conſ. 1. n. 31. Mark. conſ. 38. num. 19. Giouagn. conſ. 34. n. 3. lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 824. num. 30. Ant. Fab. de error. Prag. decad. 47. error. 9. num. 2. Robl. de repreſent. lib. 3. cap. 12. num. 13. Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 1. cap. 1. num. 9. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 3. num. 34. Galeot. contron. 23. num. 18. & ſeqq. Vin. dec. 186. num. 1. Seſſe dec. Aragon. 3. & dec. 311. num. 2.* alijq; allegati per eruditiſſimũ *Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. c. 1. n. 25.* Idq; ex ea potiſſimùm ratione per eoſdem adducta; Vel, quòd cum facultas teſtandi, ſeu aliàs per ultimam voluntatem diſponendi de bonis ſuis poſt mortem, proueniat ex quadam legis benignitate cõcedentis facultatem diſponendi de bonis pro tempore, quo non ſunt ampliùs Teſtatoris, ipſeque in rerum natura non exiſtat; lex autem certam formam præſcripſerit diſponendi per ultimam voluntatem; hinc proindè non liceat diſponere aliàs, quám per formam à lege præſcriptam, vel per alias rationes, ac Iura optimè expenſa per *Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 1. à num. 13. vſque ad* 21. apud eumdem relegenda.

Id tamen non procedit, quoties, prout in
5 præſentia, pactum futuræ ſucceſſionis, etiam reciprocum eſt de tota hereditate, vel illius quota; tunc enim nullo Iure ſubſtinetur, ſiue, quia per pacta non valet dari ſucceſſio, ſiue, quia ſublata remanet teſtandi facultas, votumque captandæ mortis inducitur, *l. pactum quod dotali 15. Cod. de pact. l. hæreditas, 5. Cod. de pact. conuent. Gabr. conſ. 137. Bellon. Iun. conſ. 22. num. 19. & ſeqq. Mart. conſ. 195. Andreol. contron. 312. num. 7. & ſeqq. Cardin. Celſ. dec. 36. num. 7. & 17.* alijque latiſſimè adducti per *Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 1. num. 7. & plurib. ſeqq.* quos in præſenti non eſt opus tranſcribere.

Quòd autem in hoc themate pactum futuræ ſucceſſionis recipiat quotam hæreditatis, videntur præſeferre illa verba: ibi; *Portio tota, & integra præmorientis, vel præmorientium ad ſuperſtites pleno iure vadat, & reuer-*
6 *tatur*; Quoties autem fit mentio portionis; tunc pactum dici debet de futura ſucceſſione reſpiciens quotam hæreditatis, atq; adeò non ſubſtinetur, iuxta receptam theoricam *Bart. conſ. 212. num. 1.* quem ſequuntur *Decius conſ. 225. num. 5. Curt. Iun. conſ. 25. & conſ. 15. num. 3. & ſeqq. lib. 1. Sim. de Petr. conſ. 123. num. 10. & ſeqq. Bero conſ. 30. num. 36. et ſeq. lib. 3. Honded. conſ. 40. num. 12. lib. 1.*

Præcipuè, quia conuentionis verba non fundantur in perſona paciſcentis; non enim
7 fuit dictum, *promitto tibi bonorum meorum portionem poſt mortem*, quo caſu inciperet obligatio in perſona hæredum, & contra hæredem pactum valeret; ſed potiùs pactum legitur conceptum per uerba denotantia bonorum obuentionem: ibi, *quòd ſi aliquis ex fratribus ſine filijs decederet, alter ſuperſtes ſuccederet in portione tota, et integra præmorientis*, ideòque præſens caſus uerſatur in terminis pacti per uiam obuentionis, & ſuc-

ſucceſſionis bonorum, quibus ſtantibus, omninò improbatur à Iure; cum redolere potiùs dicatur pactum de futura ſucceſſione, iuxta receptam diſtinctionem *gloſ. in l. vltima,* uerbo, *paciſci,* ibique, *Bart. num. 10. & ſeq. Cod. de pact.* idem *Bart. in l. ſtipulatio hoc modo cõcepta, ff. de verbor. obligat. Dec. in l. pactum 3. num. 3. Cod. de collat. et conſ. 225. nu. 5. et conſ. 300. num. 3. Soccin. Iun. conſ. 44. num. 12. lib. 2. Alex. conſ. 28. nu. 28. vol. 3. Alciat. conſ. 114. num. 2.* aliàs eſt *conſ. 9. lib. 9. Curt. Iun. conſ. 15. ſub. num. 3. verſ. vera igitur doctrina, Gabriel. conſ. 137. num. 16. vol. 1. Torniol. conſ. 81. num. 7. Berett. conſ. 127. num. 4. Simon. de Petr. conſ. 123. nu. 10. et ſeq. Celſ. Vgo. conſ. 10. Anguil conſ 6. num. 31. Honded. conſ. 40. n. 12. et 55. lib 1.* Randenſ. *conſ. 26. nu. 89. et ſeq. lib. 1.* Rimin. Iun. *conſ. 580. num. 1. et ſeqq. et conſ. 600. num. 10. et 12. Berous conſ. 30. num. 28. lib. 3. Menoch. conſ. 794. num. 4. & 8. et conſ. 1028. num. 6. et ſeq.* ubi teſtatur de communi, & recenſet uiginti, tres Doctores, qui hanc diſtinctionẽ ſequuntur, latè *Bellon. Iun. conſ. 22. num. 9 Gaill. lib. 2. obſeru. 126. n. 7. Andreol. contron. 240. num. 1. Cyriac. contron. 651. num. 15. Facchin. lib. 5. contron. cap. 85. in princip. Hartm. Piſtor. q. 3. lib. 4. q. 12.* ubi redarguit de ignotãtia affirmãtes, quód, quando de quota bonorum actum fuit, nihil referat, quibuſcumque uerbis uſi ſint paciſcentes. *Antonin. lib. 2. reſolut. 59. caſ. 21. in fin. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 4. nu. 48. et ſeq. Boer. dec. 385. num. 2. Oſaſch. deciſ. 100. num. 24. et ſeq. Magon. deciſ. Florent. 102. num. 1.*

Parumque releuat, quód attenta conuentione, ut bona acquirenda non cadant ſub
8 fideicommiſſo conuentionali, pactum futuræ ſucceſſionis non dicatur continere totam hæreditatem, uel illius quotam; ſed ſolùm certa bona particularia, quibus ſtantibus, etiam ſi pactum ſucceſſionis legatur conceptum per uiam obuentionis bonorum, de iure ſubſtinetur. *Purpurat. conſ. 402. nu. 83. et conſ. 538. num. 2. Gabr. conſ. 137. num. 21. verſ. quinta concluſio, lib. 1. Oldrad. conſ. 139. Hartman. Piſtor lib. 4. q. 3. num. 13. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 4. num. 54.*

Siquidem contrariam ſententiam uti ue-
9 riorem, magiſque receptam, ſubſtinent per *text. in l. licet, C. de pact.* ubi reprobatur pactum reciprocum, quód quis alterius rebus potiatur, *Dec. in l. pactum, Cod. de collat. & conſ. 63. & conſ 300. Purpurat. in l. licet, num. 43. Cod. de pact. & in l. fin. num. 218. Cod. eod. Alciat. in l. pactum quod dotali, Cod. de pact. & conſ. 118. Butrigar. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 11.* ibique *Bolognett. num. 63. ff. de verbor. oblig. Ruin. conſ. 178. num. 8. lib. 1. Sim. de Petr. conſ. 123. num. 15. Alex. conſ. 28. num. 11. lib. 3. Caſſan. conſ. 63. num. 36. Curt. Iun. conſ. 25. num. 7. Soccin. Iun. conſ. 44. num. 14. lib. 2. Berou. conſ. 30. nu. 28. & ſeqq. lib. 3. Pariſ. conſ. 24. num. 55 & conſ. 26. num. 111. lib. 2. Cranett. conſ. 139. Menoch. conſ 45. num. 30. & 325. num. 6. et 794. num. 8. Decian. conſ. 48. nu. 22. lib. 2. Giouang conſ. 24. num. 7. lib 1. Simonett. int. conſ. Mont. Ferrat. conſ. 31. num. 6. Tiraquell. de Iur. Primog. q. 6. Vaſq. de ſucceſſ. lib. 2. §. 17. nu. 16. Facchin. contron. Iur. lib. 5. cap. 84. Andreol. contron. 240. num. 5. et contron. 27. num 4.*

His tamen non aduerſantibus, diligenter inſpecto toto Inſtrumenti contextu, puto, conuentionem ſuper fideicommiſſo conuentionali, & reciproco inſtituto inter fratres, non ſolùm fuiſſe, inſpecta Iuris cenſura, ualidam, ſed etiam irreuocabilem ex pluribus.

Primò, quia pactum nullatenus dici poterit de tota, uel quota hæreditatis; ſed potiùs de certis bonis particularibus tempore conuentionis ab eiſdem fratribus poſſeſſis; idque apertiſſimè deprehenditur; cum enim nominatim reperiantur excepta à fideicommiſſo bona per fratres acquirenda; meritó pactum ſucceſſionis nullo iure dici poteſt de
10 uniuerſali hæreditate, ſiue de illius quota; ſed potiùs de certis rebus particularibus, quia, cum hæreditas ſit nomen Iuris aptum omnia comprehendere, atque adeò, etiam acquirenda, *l. hæreditas, ff. de verborum ſignificatione,* cum ibi notatis.

Hinc reſultat, ut conuentio ſuper ſucceſſione in certis bonis; exceptis tamen acquirendis, non comprehendat hæreditatem, quæ ex quærendis augeri poteſt, *Oldrad. conſ. 139. col. 2. verſ. prætereà,* & in ſpecie fideicommiſſi reciproci conſtituti inter fratres ſuper certis bonis, optimè *Honded. conſil. 40. num. 32. lib. 1.*

Cum igitur dictum pactum ſucceſſionis non poſſit dici de hæreditate, neque de quota ipſius, ſtante excluſione à fideicommiſſo bonorum ex poſt facto acquirendorum, vindicat ſibi locum receptiſſima Iuris propoſitio, quòd, quoties pactum ſucceſſionis reſpi-
11 cit certa bona particularia, eſt validum, irreuocabile, & omninò ſeruandum, Doctores communi ſenſu in *l. fin. Cod. de pact.* ibiq; præ cæteris, *Salicet. num. 5. Alex. num. 3.* qui hanc opinionem eſſe communem teſtatur, *Cagnol. num. 116. Dec. in l. pactum quod dotali, num. 10. Cod. eod. & conſ. 225. num. 4. verſic. concludendo, Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, num. 110. ff. de verbor. ſignificat. Bart. conſ. 72. Caſtr. conſ. 324. lib. 2. Oldrad. cõſ. 139. Cranett. conſ. 19. num. 7. lib. 1. Pariſ. conſ. 26. num. 34. & ſeqq. lib. 2. Surd. conſ. 20. num. 22. & conſ. 247. num. 4. Vueſemb. conſ. 38. nu. 52. circa med. lib. 1. Gabr. conſ. 137. num. 16. & ſeqq. lib. 1. Natt. conſ. 474. num. 1. & ſeq. lib. 2. Fab. de Anna conſ. 52. num. 2. Berett. conſil. 56.*

latiſ-

latiſſimè reſpondens contrariis, Honded.d. conſil.40.num.32.& ſeqq. & num.47.53. et ſeq.lib.1.Decian.conſ.31.nu.64.72.158. lib.1. et conſ.73.num.2.lib.3. Marcabrun.conſ.6.nu. 31.vſque in fin.Matth.Gribald.inter conſ.Port. conſ.80.num.39.Torniell.conſ.81.num.7. et ſeqq.Menoch,conſ.923.& latiſſimè conſ.1126. Odd.conſ.22.num.2.et cõſ.39.num.14.et ſeqq. Marta vot.55.num.1.et ſeq.Herneſt.Cothman. conſ.48.num.106.Craſſ.§.ſucceſſio,quæſt.9.n.10. Michalor.de fratrib.p.3.cap.12.num.18. Theſaur.lib.2.quæſt.79.num.6. Peregrin.de fideic. artic.51.num.29.et ſeqq.ibique Cenſal. in obſeruat.verſ.decimo primò declaratur, fol.340. in Veneta Impreſſione, Merlin. de legit.lib.2. tit.1.quæſt.19.num.4.et lib.3.tit.2.quæſt.25. num.4. Card.Mant. de tacit. et ambig.lib.12. tit.34.num.16. Io: Dauth.de teſtam. de mutan. teſtam.poteſt.num.84.verſ.hoc tamen, et num. 110.verſic.ad ſecundam, Raudenſ.de Analog. cap.25.num.48.Gaſp. Kloch de contribut.cap. 12.num.203.Roſental.de feud.cap.7.concl.25. num.20 et ſeqq.Barri de ſucceſſ.lib.2.tit.3.n.4. Cancer.Var.lib.3.cap.7. de pact. num.151. et ſeqq. Andreol. contron.27.num.11. ubi recedendo ab opinione, quam priùs firmauerat in eadem controuerſia, teſtatur, hanc eſſe magis communem, & controu.312. num.7. et ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.308. num. 68. et ſeqq.et num.82. et ſeqq. ubi num.84. in ſpecie aduertit poſt Alberic.Salic.Angel.& alios allegatos, quòd pactum ſucceſſionis dicatur de certa re, ideòque validum, quando eſſet ſimpliciter conceptum de bonis præſentibus, vel per paciſcentes, tunc poſſeſſis, Paſchal.de virib.patr.poteſt.part.3.cap.7.num.13. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.9.par.4. n.118. de Marin.lib.2.cap.162. nu.6. Calà de ſucceſſ. per pact.part.1.num.33.et ſeqq. Roder.de ann. reddit. lib. 1. part. 5. num. 5. verſic. nec attenditur, aliiſque relatis, latè Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 6. num. 8. Cardin. de Luca de fideicomm.diſc.141.num 9. & deciſum teſtantur, Oſaſch.dec.100.num.36.Theſaur.deciſ.225.num.11.et ſeqq.Guid.Pap.dec. 267.Magon.dec.Florent.102.Barz.dec.Bonon. 14.poſt princip.Reuerter.dec.5.num.7. ibique de Marin.num.2.et dec. 318.num.2. ubi pariter de Marin.num.1.Io:Sanden. dec.Friſ.lib.4. tit.5.defin.19.cap.1.verſ.quod Doctores, Card. Celſ.deciſ.36.num.7.et 17.Dunozett.Iun.deciſ. 915.num.3. Rot.in recent.dec.692. nu.10. p.4. tom.3.

12 Neque eſt attendendum, quibus verbis fuerit concepta promiſſio; ſiue enim verba denotent obuentionem bonorum, ſiue promittentis obligationem poſt mortem collatam, ſemper ſubſtinetur promiſſio in vim contractus irreuocabiliter, quoties, prout in præſenti, ex inſtrumenti verbis deprehenditur, contrahentes non ſenſiſſe de hæreditate vniuerſali, neque de eius quota; ſed potiùs de certis bonis particularibus, ita in ſpecie declarant, Pariſ. dict.conſ.26. num.83. lib.2. & meliùs conſ.72. num.20. lib.4. Gabr. dict.conſil.137.num.21. verſic.quinta concluſio, lib.1.Purpurat.conſ.402.num.83. & conſ. 538.num.2.Bellon.Iun.conſ.22.num.12. Curt. Iun.conſ.81.ſub num.2. verſ.reducendo igitur, & ſeqq.Thob.Non. conſ.43. Ancharan.quæſt. fam.32.nu.4.lib.2.Fuſar de ſubſtit. quæſt.308. num.78. verſ.ad quintam, Card.Celſ. deciſ.36. num.16.& ſeq.

13 Idque, etiam ſi ſit facta mentio hæreditatis, prout in hac facti ſpecie, dum in caſu delicti hæredes priuantur, & in caſu gratiæ obtempta á Principe reintegrantur in hæreditate, & bonis, quia, cum in contractibus mens potiùs, quàm verba ſint inſpicienda, l.ultima, Cod.quæ res pignor. oblig.poſſ.l.non omnis, in princip.ff.ſi cert.petat. Sard.cõſ.431. num.35.Io: Franc.Marcian.diſp.87. num.17. lib.2. & mens contrahentium non ſit, ut intelligat de ſucceſſione vniuerſali, debemus intetpetrari, quaſi voluerint dicere bona, ut explicat Bart.in l.quæſitam, §.penult. ff.de legat.primo, ibique gloſ.verbo hæreditati, ubi exponit, ideſt bonis, Alciat. in l.fin. num.81. ibique Dec.& Purpurat.num 2.3 & 4. Bolognet. num. 152. in fin. Cod. de pact. Crauett. conſ. 139. num.6. Gozadin. conſil. 87. num. 17. Ruin. conſ. 7.num. 5. lib. 3. Soccin. Iun. conſ.143.num.22. lib.1. Gabriel. conſ. 137. num. 20. & ſeq. lib. 1. Bellon. Iun. conſ.22. num.13. 14.& 20.Cyriac.contron.88.num.19. & ſeq. Cancer.lib.3.var. cap.7. num.122. & 127.& ſeqq.Velaſq.in l.44.Taur. gloſ.16.nu. 24.Rauden.de Analog.cap.25.nu.53. & ſeqq. lib.1.Io:Franc.Marcian.diſp.87.num.19.lib.2. Cardin.de Luca de fideicomm.diſc.141. num.9. verſ. quinimò, & num 10. & ſeq. Peguer.deciſ.170.nu.3. Quid quid in contrarium aberrantes à communi, ſentiant, Facchin.controu. lib.6.cap.94.Cenall.commun.contra commun. quæſt.140.num.2.circa fin. Fontanell. de pact. nupt.clauſ.4.gloſ.9.p.4.nu.42.& ſeqq. Hartm. Piſt.lib.4.quæſt.3 num.3.verſ.quia, Io:Dauth. de mutand.teſtam. num.100. verſ.ſubamplia ſecundò, Meleh.de Valent controu.Illuſtr.tract.3.cap.2.num.9.quos refert Torre de pact. futur.ſucceſſ.lib.1.cap.4.num.17.et ſeqq.quorum ſententia poſſet fortaſsè procedere, ubi ſit mentio de bonis futuris, prout poſt Hartm. Piſtor. ubi ſupra, & alios, declarat, Torre de pact.futur.ſucceſſ.d.cap 4.n°21.

14 Potiſſimùm, accedente Iuramento, & clauſula, omni meliori modo; ex iſtis enim, etiam ſingulis, fortiùs autem inſimul ponderandis, idem reſultet effectus, etiam ſi verba iuxta ſenſum literalem, & grammaticalem ſignificationem importarent uniuerſitatem, prout de clauſula, omni meliori modo, reſoluen-

uente actum ad boua præſentia tantùm pro
illo ſubſtinendo, in ſpecie Soccin. Iun. d. conſ.
143. num. 11. lib. 1. Gabr. dict. conſil. 137. nu. 23.
et 28. lib. 1. Bellon. Iun. dict. conſ. 22. num. 20. et
ſeq. Andreol. controu. 15. num. 48. et ſeq. Card.
de Luca de fideicomm. diſc. 141. num. 14. Et de
15 Iuramento, Salicet. in l. fin. in fin. Cod. de pact.
Aretin. conſ. 54. in fin. Ruin conſil. 51. num. 24.
Tob. Non. conſ. 55. num. 6. Surd. conſ. 460. num. 6.
Seraphin. de priuileg. Iuram. priuileg. 98. n. 24.
Andreol. d. controu. 15. num. 48. et ſeq. Card. de
Luca de fideicomm. dict. diſc. 141. num. 15. Ro-
yas dec. 122. num. 19. et ſeq. Buratt. dec. 7. n. 2.
ibique add. num. 14. Rot. in recent. dec. 273. nu.
19. par. 11.

16 Prædicta verò omnia ſatis, ſuperque re-
manent comprobata; Tum, quia, inſpecta re-
ſeruatione, ut, ſcilicet, bona per fratres ac-
quirenda nō comprehendātur ſub fideicom-
miſſo, huiuſmodi facultas in bonis reſerua-
tis libera remanet ad effectum teſtandi; at-
que adeò ſublata dici debet potiſſima ratio
auferendi liberam teſtandi facultatem, ob
quam pactum ſucceſſionis à Iure improba-
tur; cum contrahentes, attenta huiuſmodi
reſeruatione de bonis poſtmodùm acquiren-
dis diſponere poterint, ut in ſpecie aduer-
tunt, Bart. in dict. leg. fin. num. 11. verſ. ſi verò,
Cod. de pact. et conſ. 72. Oldrad. conſ. 139. Curt.
Iun. conſ. 1. num. 16. lib. 1. Ruin. conſ. 126. n. 5. et
7. lib. 1. Pariſ. conſ. 26. num. 85. et 113. lib. 2.
Natta conſ. 474. num. 1. et ſeqq. Gabr. conſ. 137.
num. 17. lib. 1. Menoch. conſil. 92. num. 49. verſic.
nec hoc in caſu, et ſeq. optimè Honded. dict.
conſ. 40. num. 38. lib. 1. Raudenſ. de Analog. lib.
1. cap. 25. num. 48. Facchin. conſ. 58. num. 18.
lib. 2. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 308. nu. 87. Kloch.
de contribut. cap. 12. num. 20. Cyriac. controu.
651. num. 13. & ſeqq. aſſerens, poſt plures al-
17 legatos in fortioribus terminis, quòd, etiam
ſi pactum ſucceſſionis reperiatur conceptum
per verba uniuerſalia de omnibus bonis, in-
telligi tamen debeat de præſentibus tātùm;
non autem de futuris; adeòut libera rema-
neat facultas teſtandi, & acquirendi, &
controu. 88. num. 19. Fuſar. de ſubſtit. qu. 308.
num. 82. & ſeqq. Mart. Medic. dec. ſen. 36. Card.
Celſ. dict. deciſ. 36. num. 6. licet huiuſmodi ra-
tionem ſuper libera facultate teſtandi, poſt
Bolognett. in dict. l. ſtipulatio hoc modo conce-
pta, nu. 62. & meliùs num. 153. non approbet
Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 6. n. 38.

18 Tum etiam, quia pactum de ſuccedendo
ſuper certis bonis legitur reciprocè factum
inter ipſos fratres, ſignanter pro decore, &
conſeruatione familiæ, Bolognett. in l. final.
num. 41. Cod. de pact. Oldrad. conſ. 139. Natta
conſ. 474. num. 2. Cranett. conſ. 19. n. 7. & conſ.
301. num. 13. Menoch. conſ. 1126. nu. 2. & ſeqq.
Formoſin. in cap. cum contingat de Iur. Iuran.
qu. 12. num. 5. & ſeqq. Staiban. Iun. in add. ad
conſ. 83. Staiban. ſen. n. 44. Cenſal. in obſeruat.
ad Peregr. art. 51. verſ. decimò declaratur, fol.
340. iuxta Venetam Impreſſionem. Raudenſ.
de Analog. lib. 1. cap. 25. nu. 16. & ſeqq. Mart.
de ſucceſſ. legal. part. 4. q. 25. art. 2. Hartm. Pi-
ſtor. in conſ. impreſſ. poſt quæſt. 3. lib. 4. num. 3.
Donad. de renunciat. cap. 2. n. 63. Cald. de ſucceſſ.
per pact. part. 2. num. 87. Bercholten. de pact.
cap. 5. num. 71. Hellembet. de renunciat. ſucceſſ.
q. 2. num. 30. Roſental. de feud. lib. 7. cap. 25. lit.
T. & in ſpecie Honded. d. conſ. 40. n. 41. & ſeq.
& n. 71. lib. 1. Card. Celſ. d. dec. 36. num. 8. licet
ab hac ſententia recedant allegati per Torre
de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 13. num. 18. qui
tamen num. 32. verſ. quapropter, admittit con-
cluſionem, quoties, prout in præſentia, pactū
viciſſitudinarium, & reciprocum reſpicit
certa bona particularia vltimę voluntati nō
conuenientia; ſed potiùs contractui.

Firmata igitur ex prædictis valida conuē-
tione ſuper fideicommiſſo particulari reci-
proco inter fratres reſpiciente certa bona,
tunc temporis per eoſdem poſſeſſa; abſque
dubio idem fideicommiſſum ordinatum per
viam contractus; non autem vltimæ volunta-
19 tis, fuit irreuocabile, & inalterabile in
præiudicium uocatorum, Gugliel. de Benedic.
in c. Rainutius, verbo, abſque liberis il ſecon-
do, num. 23. de teſtam. Suarez in l. quoniam in
prioribus, q. 8. n. 1. & ſeq. Cod. de inoffic. teſtam.
ibique, add. Valdes, Cranett. conſ. 19. nu. 10.
& ſeq. Pariſ. conſ. 26. num. 108. lib. 2. Cephal.
conſ. 301. num. 112. Surd. conſ. 247. num. 11.
Bellon. Iun. conſ. 22. num. 10. Decian. conſ. 31.
num. 63. & conſ. 41. num. 37. & ſeqq. lib. 1. Me-
noch. conſ. 92. Odd. conſ. 39. nu. 25. Honded. conſ.
40. num. 69. lib. 1. Gabr. conſ. 137. num. 30. lib. 1.
Fuſar. de ſubſtitut. q. 308. num. 88. Peregrin. de
fideicom. art. 51. num. 44. Couarr. uar. lib. 1. cap.
14. num. 7. verſ. ad idem facit, Merlin. controu.
59. num. 5. & ſeqq. Facchin. lib. 8. controu. cap.
89. circa med. Molin. de Hiſp. Primog. lib. 4. cap.
2. num. 74. verſ. contrariam, aliiſque allegatis
Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 3. num.
86. & ſeqq. & deciſum teſtantur, Boer. deciſ.
355. num. 2. & ſeqq. Seraph. dec. 427. in prin-
cipio, & dec. 874. num. 1. Card. Celſ. d. dec. 36.
num. 2. Dunozett. Iun. dec. 915. num. 4.

20 Quid quid in contrarium ſentiat Bart. in l.
qui Romæ, §. Flauius ſub num. 1. verſ. tu dic,
ibique, Cuman. n. 5. ff. de verbor. obligat. quem
ſequuntur, Gabr. de donat. concluſ. 5. num. 1.
Bero. conſ. 30. num. 23. & 25. lib. 3. Peregr. conſ.
65. num. 16. lib. 1. Decian. conſ. 1. num. 24. 27. &
51. lib. 4. Fuſar. de ſubſtitut. q. 14. num. 9. Gra-
tian. cap. 247. num. 21. aſſerentes, quòd fidei-
commiſſum conſtitutum in contractu reti-
neat naturam vltimæ voluntatis; ſicuti è cō-
uerſo contractus inter uiuos initus in teſta-
mento, retinet uim, & naturam contractus
irreuocabilis, neque regulatur ſecundùm vl-
timas

timas voluntates, Oldrad. conſ. 114. num.2.
Decian.d.conſ.1.num.52.Gratian.d.cap.247.n.
23. horum enim ſententia communi Docto-
rum ſenſu reprobatur.

Reſpectu verò ſecundæ inſpectionis, an,
ſcilicet, filiæ Nicolai alterius ex dictis fratri-
bus, inter quos fuit initum dictum fideicom-
miſſum reciprocum conuentionale, fuerit de-
bita legitima; adeòut, eadem filia moriente,
potuerit ipſa legitima tranſmitti ad eius
Matrem.

Exiſtimo, affirmatiuè reſpondendum; cum
21 enim explorati iuris ſit, ut ex donationibus,
pactis, vel alienationibus gratuitis detrahi
poſſit legitima, iuxta receptam theoricam,
Bart. in l. Titia, la ſecõda, §. Imperator n.1. ver.
2. caſu, ff. de legat. 2. Pie. in l. poſt contractum,
nu.6. & 24 ff. de donat. Mendez. in l. eum opor-
tet, part.1. num.64. Cod. de bon. quæ liber. Cra-
uett. conſ.141. n.5. ubi, quòd non habeat con-
tradictorem, Surd. conſ.332. ſub num.14. &
in fine, Bertrand. conſ.171. lib.8. Decian. conſ.1.
nu.38. verſ. ſed præmiſſis, cum ſeqq. lib.4. Corn.
conſ.190. num. 8. verſ. quartò dubitari poteſt,
lib. 2. Menoch. conſ. 691. per totum. lib. 7. &
conſ.1126. num.20. lib.12. Mangil. de imputat.
q.94. num.15. Craſſ. in §. legitima, q.94. num.1.
Peregr. de fideicomm. art.36. ſub num.37. Mer-
lin. de legit. lib.2. tit.1. q.18. per totam, Coſt. de
port. rat. q.113. ſub num.7. & q.140. num.1.
Ioſeph. Ludouic. dec.28. nu.18. Rouit. dec.100.
num.26. Rot. poſt Merlin. de legit. dec.86. per
totam, Card. Cerrus deciſ.638. num.3.

Cumq; pactum initum inter fratres, quòd
22 unus alteri ſuccedat, ſit merè gratuitum,
nullumque contineat commodum, quia, qua-
tenus ſpes ſuccedendi tanti ualeat, quanti id,
quod donatur; non tamen pater aliquid actu
recipit; idque, ea potiſſimùm ratione, quia,
cum aliquid è contra numeratur Patri, illa
res ſuccedit loco rei datæ, & ex ea poteſt pro
filio deduci legitima, qui ideò conqueri non
poteſt de patris alienatione, quod ſecus eſt,
quando, cum effectu pater non recepit; ideò-
que, his ſtantibus, meritó quò ad filios pactũ
reciprocum de ſuccedendo inter fratres ini-
tum redolet merum lucrum, neque ſpes ſuc-
cedendi, quæ emergit ex pacto, dicitur res, ex
qua legitima poſſit detrahi; non enim dici
poteſt onerofus titulus fideicommiſſi reci-
proci conuentionalis; ſed potiùs lucratiuus;
cũ non quæuis cauſa onerofa faciat, ut nõ ſit
23 locus legitimæ; ſed illa ſolùmmodò, quæ me-
rè eſt onerofa; non autem, ubi adeſt lucrum
admixtum, quo caſu dicitur cauſa, quaſi lu-
cratiua; prout eſt text. iuncta gloſ. in l. apud
Celſum, §. ſi quis autem, uerbo, proindè, ff. de
dol. except. Iaſ. in §. item ſi quis in fraudem, n.
29. inſtit. de action. & in his terminis arguunt,
Menoch. conſ.691. num.4. & ſeq. lib.7. & conſ.
1126. num.24. verſ. & ego ipſe, Decian. conſ.1.
num. 38. vſque ad 72. Gratian. diſcept. 247.
num.25. & ſeqq. Merlin. de legit. lib. 2. tit.1.
q.19. num. 14. & ſeq. Hodier. in l. hac edictali,
q.39. num.18. & ſeqq. egregiè, præ cæteris,
Seraph. dec.416. num.11. & ſeq. rectè ad pro-
24 poſitũ aduertẽs n.25. quòd, cũ detractio legi
timæ ſit fauorabilis; hinc eſt, ut, quoties mix-
tum debet aſſumere naturam ſimplicis, aſſu-
mat naturam eius, quod eſt fauorabiliùs, Iaſ.
in l.2. num.5. ff. de verbor. obligat.

Non enim poteſt dici onerofus titulus fi-
25 deicõmiſſi conuentionalis; ſed potiùs lucra-
tiuus, quamuis ſit reciprocus, ut firmant au-
ctoritates proximè adductæ, quid quid in
cõtrariũ aberrans à cõmuni ſentẽtia dixerit
Gabr. conſ.136. lib.2. qui pro fideideicõmiſſa-
rio ſcripſit in eadẽ cauſa, in qua conſuluerũt
Menoch. d. conſ.691. Decian. d. conſ.1. lib.4.

26 Vlteriùs, cum fideicommiſſa æquè in con-
ctibus, ac in ultimis volũtatibus fieri poſſint,
prout, reprobato Menoch. Facchin. & alijs, fir-
mant, Marta conſ.191. n.1. & ſeqq. Fuſar. de
ſubſtit. quæſt.14. num.1. & 8. & quæſt.308.
num.78. Peregrin. de fideicomm. art.1. num.16.
& art.51. num.2. Oſaſch. dec.85. num.6. Ma-
gon. dec. Florent.71. num.6. Card. Celſ. deciſ.36.
num.1. Danozett. Iun. dec.915. aliæque au-
ctoritates initio allegatæ: Quemadmodùm,
iuxta magis receptam ſententiam, reciproco
fideicommiſſo ordinato in ultima voluntate,
27 nullatenus poteſt grauari filiorum legitima,
quamuis adſit ſpes, tàm lucri, & commodi,
quàm incommodi, & grauamen ſit viciſſitu-
dinarium, cum diſpoſitio l. ſi pater puellæ,
Cod. de inoffic. teſtam. ex qua contraria deſu-
mitur ſententia, ſit correcta per l. quoniam
in prioribus, Cod. eod. titul. ut benè aduertunt
gloſ. Bart. Bald. & Caſtrenſ. in dict. leg. ſi pater
puellæ, Cod. de inoffic. teſtam. Gabr. commun.
opin. tit. de legit. concluſ.1. num 6. Dec. qui te-
ſtatur de communi, conſil.456. Gabr. conſil.
116. num.23. in fin. lib.1. Honded conſil.42. nu.
23. lib.2. Craſſ. in §. legitima, quæſt.38. num.19.
Fuſar. de ſubſtit. quæſt.296. num.23. & ſeq. Pe-
regrin. de fideic. artic.36. num.61. Gratian. di-
ſcept.247. num.27. & dec. Mareb.112. num.9.
& ſeq. Seraphin. d. deciſ.416. n.15.

28 Ita pariter idem dicendum in fideicõ-
miſſo reciproco ordinato in contractu, Ber-
trand. conſ.276. num.10. lib.1. Caſtr. conſ.288.
lib.2. Dec. conſil.613. num.5. Peregrin. de fidei-
comm. art.51. num.23. & in ſpecie per prædi-
ctas, aliaſque rationes, optimè firmant in
his terminis fideicommiſſi reciproci ordina-
ti in contractu inter fratres, Menoch. d. con-
ſil.691. num. 5. Decian. in eadem cauſa conſ.
1. num.53. & 65. lib.4. Gratian. diſcept.247.
num.25. & ſeq. Andreol. controu.286. num.33.
& 39. Merlin. de legit. dict. lib.2. tit.1. quæſt.
19. num.11. & ſeqq. & egregiè, articulo ad
partes diſcuſſo, & reſpondendo contrarijs,

Seraph. decis.416. num.8. & ſeqq. in qua
cauſa ſcripſerunt *Menoch. & Decian. locis
proximè allegatis* aduerſus *Gabriel.conſ.136.
lib.2.* contrarium pro fideicommiſſario ſub-
ſtinentem, *Card.Cerrus dec.345.n.4.*

29 Neque ſubſiſtit contraria ponderatio,
quòd, dum non agatur de ſucceſſione fidei-
commiſſaria proprij filij, lucratiuo titulo
venientis; ſed de admittendo ad ſucceſſio-
nem fratrem, illam obtinentem ex onerosa,
& correſpectiua conuentione continente
quamdam mutuam emptionem, venditio-
nemque incertæ, quodammodò futuræ aleæ,
per quam quilibet in lucro, & in damno eſſe
poſſit, admiſſa huiuſmodi cauſa oneroſa,
ſeu correſpectiua, filijs non debeatur legiti-
ma ex bonis, quæ à Patre viuente titulo one-
roſo fuerunt alienata ex ponderatis per
Card.de Luc. in hac eadem cauſa pro verita-
te contrarium ſentientem, *de legit. diſc.9.
per tot.*

Si quidem huiuſmodi obiectum continet
manifeſtam petitionem principij; Tum,
quia ſupponit id, de quo quæritur, quòd,
nempè, conuentio ſuper fideicommiſſo reci-
proco ordinato in contractu inter fratres,
contineat cauſam oneroſam; non autem lu-
cratiuam, quod ex ſupra firmatis nullo jure
ſubſiſtit.

Aduertendo potiſſimùm, quòd in præſen-
ti petitur detractio legitimæ competentis fi-
liæ in bonis Nicolai patris, à quo non potuit
ſupponi fideicommiſſo reciproco ad fauo-
rem fratruum ſuperſtitum, ſiue deſcenden-
tium ex eis in præiudicium eiuſdem filiæ, cui
de Iure debetur legitima, nullatenus atten-
ta ſpe lucri, ſiue emptione, & venditione
futuræ aleæ, quæ non eſt conſiderabilis pro
impedienda detractione legitimæ, ex ſupra
deductis, quid quid in contrarium, aberrans
á communi, ſenſerit *Gabriel d.conſ.136.lib.2.*

30 Tum, etiam quia, adhuc retenta diſtinctio-
ne, quam ponderat *Seraphin dict. dec.416.
num.16. in fin. & 18.* ſuper duobus capitibus
contentis ſub huiuſmodi reciprocis fidei-
commiſſis; Altero, nempè, per quod Paren-
tes intelliguntur donare eorum filijs, illo-
rumque deſcendentibus, quatenus ſuperſint;
Altero verò, quòd vocentur fratres, ſiue
eorum filij deſcendentes ex altera linea in
euentum, in quem propria linea defecerit.

31 Abſque dubio, cum hodie agatur de de-
tractione legitimæ, ſtatim debitæ filiæ poſt
obitum patris. Meritò ob mortem eiuſdem
filiæ, eueniente caſu ſubſtitutionis, reliquum
venit reſtituendum, neque in reſtitutione
32 hæreditatis paternę, poteſt comprehendi le-
gitima, iam per filiam detracta, ut in ſpecie,
rectè aduertit *Merlin. de legitima lib.2. tit.1.
quæſt.19. num.13. & ſeqq. verſ. præcipuaque
fuit ratio, Seraphin.dict.deciſ.416.num.17. &
ſeq.* & contraria fortè poſſent procedere,
33 quoties, poſtquàm euenit caſus fideicommiſ-
ſi ad fauorem filiorum unius lineæ, eiſdem
deficientibus, contingeret reſtitui hæredita-
tem aliis ſuperſtitibus ex diuerſa linea; tunc
enim eſſet cōſiderabilis inſpectio contraria,
ſtante lucro iam quæſito ex ſucceſſione in
bonis alterius fratris.

Cæterum ſublata omninò remanet quæli-
bet difficultas; nam ſtante ſpeciali conuen-
34 tione inita in fideicommiſſo conuentionali,
quòd, ſcilicet, fœminæ dotari debeant cum
dote congrua, quæ talis dicatur, quoties fa-
cta ſupputatione legitimæ, earum rata frau-
datæ non ſint; ex hoc manifeſtè colligitur,
quód contrahentes cogitauerint ſuper legi-
tima ab earum filijs detrahenda.

Neque obiiciatur, quód, cum ijdem con-
trahentes loquuti fuerint de dote filiabus
præſtanda, non valeat huiuſmodi conuentio
adaptari puellæ, quæ innupta in ætate infan-
tili deceſſit.

Recepta ſiquidem eſt propoſitio, quòd,
quoties agitur de dote debita filiæ, ſuccede n-
35 te loco legitimæ, vel ex diſpoſitione Iuris,
aut ſtatuti, vel ex uoluntate teſtatoris, illa
debeatur, etiam nuptijs non ſequutis, & ad
hæredes ipſius filiæ tranſmittatur, quando
pater, ultra dotem, non inſtituit in legitima,
ut in fortioribus terminis legati relicti ſub
conditione nuptiarum, *Bart. in l.Titio cen-
tum, § Titio genero, num.4. verſic. ſed ſi aliàs
legitima, ff. de condit. & demonſtrat. Alber. in
l.quoniam in prioribus, ſub num.4. in fin. verſic.
pro ſolutione, Cod. de inoffic. teſtam. Bald.con-
ſil.248.num 1. verſic. ſed veritas, & conſ.249.
ante finem, lib.4. Gargiar. conſil.45. num 61.
& ſeq. Cephal. conſil.56. à num.15. uſque ad
22. lib.1. Menoch conſil.251. num.51. lib.3. La-
derch. conſil.25. num.6. & ſeq. Honded. conſil.
53. num.13. & ſeq. & num.43. et ſeq. lib.2.
Theſaur. Iun. quæſt.78. nu.10. verſ. ſicut etiam,
lib.4 Gratian. cap.447. num.23. et ſeqq. Merlin.
de legitima lib.3. quæſt.8. num.41. Ludouiſ. dec.
346. num 3. Buratt. deciſ.215. nu.10. Bich. dec.
320. num.28. et ſeq. Dunozett. Iun. deciſ.910.
num.9. et ſeqq.* ubi in ſpecie de dote ſubroga-
ta loco legitimæ ex diſpoſitione patris re-
linquentis, prout in præſentia, dotes pro le-
gitima.

36 Quid quid ſit, quoties agitur de legato pro
dote relicto ab extraneo, quod dicitur condi-
tionale, quatenus, ſcilicet, nuptiæ ſequantur,
*l.ſancimus, Cod. de nupt. l.ſtipulatione 22. ff.
de Iur. dot.* in quibus terminis procedunt
deducta per *Bart. in l.Titio centum, §.Titio ge-
nero, num.3. ff. de condition. et demonſtrat. Me-
noch. conſ.455. n.8. Card. Mant. de coniect. lib.
11. tit.22. n.8. in fin. et ſeqq. Rot. in rec. dec.291.
part.11. Ludouiſ. deciſ.346.* ubi *num.3.* diſtin-
guit inter legatum pro dote factum ab
ex-

Digitized by Google

extraneo, & à patre, in cuius bonis filiæ debetur legitima.

Præter quàm quòd prædicta coniectura deducitur ad arguendam voluntatem contrahentium, quòd cogitauerint de legitima à filiabus detrahenda, dum ad eius menſurã decreuerunt, dotes eiſdem eſſe decernendas.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum reciprocum maſculinum, adhuc de linea ad lineam, cum perpetua excluſione fœminarum, etiam alterius lineæ, reſultat, ob verba excluſiua earumdem, cum clauſulis perpetuitatem preſeferentibus, quibus ſtantibus non poreſt conſiderari prælatio maſculorum diſcretiuè in ſingulis lineis; ſed potiùs linea maſculina iam incæpta, non eſt interrumpenda, quouſque extant maſculi, per alterã fœmininam, pręcipuè, quãdo per Teſtatorem fuerunt contemplati hæredes inſtituti, utpotè vnicam lineam ſingularem conſtituentes.

SVMMARIVM.

5 *Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria, præſertim de linea ad lineam, regulariter inducta non cenſetur.*

2 *Niſi concurrentibus tribus requiſitis, de quibus in præſenti.*

3 *Sed ſtante voluntate Teſtatoris, adhùc ſine dictis requiſitis, fideicommiſſum perpetuum, & reciprocum, etiam lineare cenſetur inductum.*

Idque, etiam ſi verſemur in diſpoſitione tranſuerſalis, quia in fideicommiſſis voluntas Teſtatoris, tanquàm Regina dominatur.

4 *Tacita conditio*, ſi ſine liberis *à Iure ſubintellecta, procedit in diſpoſitione Aſcendentis cum deſcendentibus; ſecus in diſpoſitione extranei, vel tranſuerſalis.*

5 *Subſtitutione reciprocè facta per tranſuerſalem inter primos heredes maſculos, cũ perpetua fœminarum excluſione, operatur, ut ceteri etiam deſcendentes maſculi, excludere debeant fœminas alterius lineæ.*

6 *Verbum* vicendeuolmente, *idem ſonat, quòd latinè* reciprocè; *ideòque inducit reciprocam ſubſtitutionem.*

7 *Verba*, il medeſimo fideicommiſſo, *ſunt repetitiua fideicommiſſi antecedenter conſtituti, cum eiſdem qualitatibus.*

8 *Fideicommiſſum reciprocum de linea ad lineam reſultat, cum perpetua excluſione fœminarum, etiam alterius lineæ, ſtantibus verbis excluſiuis fœminarum, perpetuitatem denotantibus, utpotè* in perpetuum, *&* in ſempiternum.

9 *Neque in hoc caſu intelligi poteſt prælatio maſculorum conceſſa fœminis diſcretiuè in ſingulis lineis, & de ratione, niſi alia tamen concurrant coniecturæ.*

10 *Diſcretiua vocatio maſculorum in ſingulis lineis non procedit, ſed extenditur, etiam de linea ad lineam, quando Teſtator vocauit fœminas per ſubſtitutionem conceptam in tempus remotiſſimũ, & poſt penitus extinctam lineam maſculorum.*

11 *Agnationis contemplatio eſt ſufficiens coniectura pro eruendo fideicommiſſo reciproco maſculino, etiam de linea ad lineam.*

Prout eſt valida coniectura pro limitatione regulæ ſuper prælatione maſculorum fœminis diſcretiuè in proprijs lineis.

12 *Agnationis ratio dicitur habita ex eo, quòd Teſtator vocauit maſculos* in perpetuum, & in ſempiternum, *illoſque per reiteratas vices fœminis prætulit.*

13 *Agnationis contemplatio ſublata non remanet, ex quo, deficientibus maſculis, vocantur fœminæ.*

Non enim excluditur, quòd inter maſculos, donec ſuperſint, contemplata dicatur agnationis conſeruatio, licet, eiſdem maſculis deficientibus, ad fœminas bona tranſire debeant.

14 *Fideicommiſſum perpetuum reciprocum lineare inter omnes maſculos reſultat, excluſis omninò fœminis ex eadem linea recta, quoties Teſtator conſiderauit hæredes inſtitutos, utpotè unicam conſtituentes lineam.*

Et in hoc caſu linea maſculina incæpta non eſt interrumpẽda per alteram fœmininam, & faciliùs intrat reciproca linearis maſculina.

15 *Fideicommiſſum reciprocum maſculinum faciliùs inducitur, quando ſumus in una, eademque linea, quoties maſculis fuit conceſſa prælatio per Teſtatorem, excluſis fœminis, etiam à portione proprij Parentis.*

16 *Præcipuè, quando ſubſtitutiones leguntur conceptæ verbis directis in rem; non autem in Perſonam.*

CAPVT XV.

PRÆTENSIO Domini Coſmi pro filia in Iudicium deducta, ſicuti eſt intempeſtiua; cum morte ipſa euaneſcere poſſit; ita etiam omninò inſubſiſtens detegitur.

1 Quamuis enim ſubſtitutio reciproca fideicommiſſaria, præſertim de linea ad lineam, regulariter inducta non cenſeatur, iuxta ſolemne *Pauli* reſponſum in *l. Titia Seio* 89. §.

2 *Seia libertis, ff. de legat. 2.* niſi concurrentibus tribus requiſitis ſatis uulgatis.

Primò, quód illi, inter quos reciprocam extare aſſeritur, ſint honorati, ſeu uocati.

Secundò, quód ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate.

Tertiò tandem, quòd ſit facta ultimo morienti, de quibus latè ex recentioribus, præ cæteris agunt, *Altograd. conſil. 60. num. 61. lib. 1. Fuſar. conſil. 12. num. 5. lib. 1. et de ſubſtit. qu. 472. num. 35. Menoch. lib. 4. præſumpt. 62. Peregrin. de fideicomm. art. 13. num. 14. verſ. tria autem requirantur, Card. Mantic. de coniectur. lib. 7. tit. 5. num. 15. Mart. de ſucceſſ. legal. tom. 1. par. 1. quæſt. 9. artic. 5. num. 2. Caren. reſol.*

144. *Baitel. vltim. volunt. dec. 1. num. 151. & ſeq. Barz. deciſ. 5. in princip. & dec. 6. Seraphin. deciſ. 1023. num. 6. Card. Celſ. dec. 376. num. 5. Dunozett. Iun. dec. 562. num. 3. Carrill. deciſ. 105. num. 24. Coccin. dec. 493. n. 9.*

3 Nihilominùs, quando ex alijs conſtat de voluntate Teſtatoris, adhuc, dictis requiſitis non interuenientibus, fideicommiſſum perpetuum, & reciprocum, etiam lineare cenſetur ordinatum, quamuis verſemur in diſpoſitione tranſuerſalis; quia in fideicommiſſis ſolummodò attenditur voluntas Teſtatoris, quæ totum facit, & veluti Regina dominatur, illaque detecta, cæteris alijs regulis ſit præferenda, *l. ex facto, ff. de hæred. inſtit. l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonſtrat. Ripa in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 17.* ibique *Zanch. num. 158. & 694. in antiq. impreſſ.* & in ſpecie *Peregrin. conſ. 54. num. 13. verſ. ad tertium, & ſeq. & conſil. 55. num. 24. & conſ. 66. num. 16. lib. 1. Aym. conſil. 113. Toruiel. conſ. 108. num. 2. Soccin. Iun. conſ. 115. num. 3. & duob. ſeqq. lib. 3. Turrett. conſil. 35. num. 4. lib. 2. Surd. conſ. 315. num. 45. & cōſ. 336. num. 14.* Redenaſch. *conſ. 9. nu. 89. & ſeq. & conſ. 60. num. 55. Decian. conſ. 44. num. 68. verſ. quintò reſpondeo, lib. 3. Rimin. Iun. conſ. 313. num. 15. & ſeqq. Galuan. conſ. 34 num. 50. & ſeqq. Altograd conſ. 92. nu. 3. & ſeqq. lib. 1. Card. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 5. nu. 15. verſ. ex coniecturis, Menoch. lib. 4. præſumpt. 62. num. 34. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 472. num. 7. & ſeq.* aſſerens, omnes uno ore ita tenere, *Baitel. vlt. volunt. dec. 2. num. 641. & ſeq.* Card. de *Luca de fideicomm. diſc. 89. nu. 16. & diſc. 106. num. 12.* Raudenſ. *dec.* Piſan. 28 *num. 149. Merlin. deciſ. 326. num. 13. & 16. Rot. in rec. deciſ. 266. num. 24. circa fin. verſic. quæ tamen, p. 1. & dec. 142. num. 61. & dec. 183. n. 21. par. 10. Card. Ottbob. dec. 177. n. 30.*

In themate autem, de quo agitur, voluntas Teſtatoris videtur, ſatis aperta inſtituendi fideicommiſſum reciprocum ad fauorem omnium maſculorum, etiam de linea ad lineam; ita ut maſculus unius lineæ fœminam alterius omninò excludat.

Etenim Teſtator, inſtitutis hæredibus Ioanne Stefano, & Coſmo eius ex fratre nepotibus, ita ſubſtituit: *à quali per metà per ciaſcheduno detto Signore Teſtatore volſe, che perueniſſe la ſudetta ſua heredità ſotto l'obligo di fideicommiſſo, & à quelli vicendeuolmente, volgarmente, pupillarmente, e per fideicommiſſo ſoſtituì, e doppo eſſi intende eſſo Signor Teſtatore, che il medeſimo fideicommiſſo vada, & in eſſo ſuccedano li loro figli, e deſcendenti maſchi legitimi, e naturali, e di legitimo matrimonio nati, e procreati in perpetuo, & in ſempiterno.*

Ex quibus verbis apertiſſimè deprehenditur, Teſtatorem reciprocè ſubſtituiſſe Ioannem Stephanum, & Coſmum primos inſtitutos, idemque fideicommiſſum reciprocū, ordinaſſe in omnibus maſculis, ut quēad-
4 modùm primus inſtitutus ſuperſtes eſt alteri ſubſtitutus, cuius filias feminas excluderet; tacita enim conditio, *ſi ſine liberis*, ex præſumpta Teſtatoris voluntate ſubintellecta à iure, iuxtà terminos *l. cum Auus, ff. de condit. & demonſtrat. l. cum acutiſſimi, C. de fideicomm.* procedit in diſpoſitione Aſcendentis cum Deſcendentibus; ſecùs autem in diſpoſitione tranſuerſalis, uel extranei, iuxta receptam doctrinam *Gloſ. in l. generaliter, §. cum autem*, uerbo *filios, C. de inſtit. & ſubſtit. & in l. ex facto, §. ſi quis rogatus*, il primo, *in gloſ. magna, circa med. ff. ad Trebell. & in l. cum acutiſſimi*, uerbo *deinceps*, Cod. *de fideicomm.* latè *Ruſtic. in l. cum auus lib. 2. cap. 9. ff. de condit. & demonſtrat. Gomeſ var. tom. 1. cap. 5. num. 35. Craſſ. in §. fideicommiſſum, qu. 22. circa fin. Decian. conſ. 24. lib. 2. Peregrin. conſil. 19. num. 4. in fin. verſ. addo*, latè pluribus allegatis, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 394. & quæſt. 397. num. 1. & ſeqq. Card. Mant. de coniect. ult. volunt. lib. 10. tit. 8. num. 23. et ſeqq. Odd. de compend. par. 4. quæſt. 1. art. 4. num. 3. verſ. limitatur primo*, ubi dicit communem *Trentacinq de ſubſtit. par. 4. cap. 7. num. 3. Petr. de interp. ult. volunt. fol. 310. num. 14.* Intrigliol. *de ſubſtit. quæſt. 50. num. 39. cent. 3. Eman. Coſt. in cap ſi pater, par. 1.* verbo *ſi abſque liberis, n. 7. de teſtam. in 6. Menoch. lib. 4. præſumpt. 89. nu. 55. Tiraq. in l. ſi unquam*, uerbo *ſuſceperit liberos, num. 266. Cod. de reuoc. donat. Cardin. de Luca de fideicomm. diſc. 115. num. 3. et ſeqq.*

5 Ita, etiam cæteri deſcendentes maſculi excludere debeant fœminas alterius lineæ, ut, reſpondit *Menoch. conſ. 348. num. 15. verſ. cæterum, cum ſeqq. Cranett. conſ. 130. nu. 6. verſ. tertiò, Priol. dec. 177. num. 7.* rectèque conferunt deducta per *Soccin. Iun. conſ. 110. num. 10. et 29. Aym. conſ. 130. num. 6. Decian. conſil. 28. num. 21. lib. 1. Surd. conſ. 344. num 17. Rimin. Iun. conſ. 676. num. 11. Rot. in rec. dec. 266. ſub n. 20. p. 1.*

6 Illud enim uerbum, *vicendeuolmente*, idem ſonat, quod latinè, *reciprocè*, uel *inuicem*, ſeù *viciſſim*; ideóque dicitur facta reciproca ſubſtitutio, quæ reſultat, quoties plures inſtituti ſibi inuicem, uel uiciſſim ſubſtituūtur, prout eſt *text. in l. cum in teſtamento 37. §. hæc verba, ff. de hæred. inſtit. Bart.* & alij in *l. lucius, ff. de vulgar. et pupill. Menoch. conſ. 95. num. 1. Trētacinq. var. par. 5. cap. 1. Spin. in ſpecul. Teſtam. tit. de reciproc. n. 1. et ſeq. Fuſar. de ſubſtit. q. 254. n. 1.* & de uerbis *ad inuicē*, ſeu *viciſſim*, Redenaſch. *conſ. 60. num. 2. Fuſar. de ſubſtitut. d. q. 254. num. 1. Barz. dec. 9. num. 11. Peregr. dec. 111. num. 5.* Rot. *in recent. dec. 361. num 8. part. 1. Pen. dec. 1615. Card. Ottbobon. deciſ. 97. num. 4.*

num.4. & 12. Et licet de ſupradicta concluſione poſſit dubitari, ex alibi per Nos adductis; Nihilominus non conueniunt in præſenti, ſtantibus alijs coniecturis inferiùs recenſendis.

7 Præcipuè, quia illa alia verba: *il medeſimo fideicõmiſſo*, ſunt repetitiua eiuſdẽ fideicommiſſi reciproci, cum eiſdem qualitatibus, *Menoch.conſ.124.n.60. Grat.conſ.21.n.26.lib.1. Pariſ.conſ.16.ſub num.24.verſ. ſimiliter lib.3.* & ita in propoſito, rectè arguit *Cyriac. contr. 70.num.3.& ſeq.*

Quæ omnia eò libètiùs amplectenda, quia Teſtator uoluit ſuam hæreditatem, ſuaque bona peruenire ad maſculos per uerba ſatis,

8 ſuperque effrænata, *in perpetuum, & in ſempiternum*, toties maſculorum repetita vocatione; Si enim admitterentur fœminæ unius lineæ, excluſis maſculis alterius, intelligendo, iuxta ſuppoſitum contrarium, prælationem maſculorum fæminis diſcretiuè in ſingulis proprijs lineis; itaut deſcendentes uniuſcuiuſque lineç cenſeantur ſubſtituti in portione proprij Parentis, ſi maſculi ſuperſint, ſin minus fæminæ, illius Columnelli; non autem reciprocè, ut fideicommiſſum tranſeat de una linea ad aliam, iuxta *deciſ. Seraphin. 1023.num.3. & ſeq.* cum alijs ex aduerſo allegandis; de quibus, etiam fuit latè per Nos alibi actum.

9 Vtique bona, & hæreditas Teſtatoris non conſeruarentur, *perpetuò, & in ſempiternum*, in maſculis, neque ſempiterna eſſet prælatio maſculorum fæminis iuxta voluntatem Teſtatoris, ut igitur mens eiuſdem, ut par eſt, ſuum ſortiatur effectum, perneceſsè affirmãdum, adeſſe fideicommiſſum reciprocum maſculinum, etiam de linea ad lineam, vt in terminis optimè arguunt reſpondendo contrarijs, & ponderando dictionem, *ſemper*, quç in quocumque gradu, & linea præfert maſculos unius lineæ fæminis alterius, illas excludendo, etiam ab hæreditate proprij Parentis, *Rimin.Iun.conſ.313. num.32. & ſeqq.* & in eodem caſu, *Leon.conſ.23.cum trib.ſeqq. per tot. Peregrin.conſ.62.num.16.& ſeqq.lib.1.& conſ.47.num.9.lib.4. Aldouin.conſ.92.n.17.& ſeqq.* latè, & egregiè *Caſanat. conſ.47. n.67.& 112.& conſ.50.n.2.& ſeqq.Paneirol. conſ.91.num.20.Ramon.conſ.9. num.16.verſic. & notanda, & conſ.100. ſub num.63.verſ. & interuenientibus, & num.64. Fuſar. de ſubſtit. q.475.num.23.Altograd.conſ.92.n.7.& ſeqq. lib.1.Io:Bapt.Saminiat.* penes *Altograd. Iun. contr.42.num.45.verſ.coniectura, & ſeqq. Redenaſch.conſ.58.num.135.Gratian.cap.621.nu. 19.& ſeq.Menoch.lib.4.præſ.85.num.18.* benè *Caren.reſol.129.num.4.& ſeqq* ubi *num.6. verſ.& hoc in caſu*, in ſpecie ponderatur geminatio uerborum ſuper perpetuitate, quæ adeſt in præſenti a *Baitel.ult.volunt.dec.8.nu. 16.Caſtill.dec.103.num.8.lib.1.Cutell. dec. Sicil.29.num.11.& ſeqq.* & hanc ſententiam pluries amplexa eſt *Rot* præcipuè *in rec. dec. 284.num 36.& ſeq.part. 6.* & in terminis fideicommiſſi ordinati à tranſuerſali, egregiè eadem *Rot.in rec.dec.183.n.11.& ſeqq.p.10.* in qua recedendo á contraria deciſione, in ſpecie fideicommiſſi ordinati per tranſuerſalem priùs pro maſculis, & deindè pro fæminis, fuit deciſum, filiã morientis abſq; prole maſculina excludi per Patruum, ſeu conſobrinum, confirmata coram *Card.Otthob.dec. 177.num.20.25.& ſeqq.* ubi, quód obiectum

10 diſcretiuæ vocationis ſingularum linearum non procedat, quando, prout in præſenti, Teſtator uocauit fæminas per ſubſtitutionẽ conceptam in tempus remotiſſimum, & poſt penitùs extinctam lineam maſculinam, quæ non poteſt dici finita ante mortem ultimi maſculi, & ex prælatione lineæ maſculinæ oritur perneceſsè, quòd linea maſculina debeat eſſe finita, antequàm fæminæ admittantur, *Peregrin.conſ.19.num.8.lib.6.*

11 His omnibus accedit conſideratio agnationis, quç alijs coniecturis, prout in hoc themate, cõcurrẽtibus eſt ſufficiens pro eruendo fideicommiſſo reciproco maſculino, etiam de linea ad lineam, *Aldouin.conſ.92.num.19. Altograd.conſ.92.num.14.& ſeqq.lib.1.Surd. conſ.96.num.29.& conſ.344. num.17.& ſeq. Cyriac.contro.303.num.16.Card. de Luca de fideicomm.diſc.34.num.8.* ubi, quòd contemplatio agnationis ſit efficax coniectura pro limitatione regulæ ſuper prælatione maſculorum fæminis diſcretiuè in proprijs lineis, *Rot.in rec.dec.266.num.15.par.1.& deciſ.18. num.26. & dec.183. num.13. part.10. Card. Ottobon.dec.177.num.13.& ſeqq. Priol. dec. 177.num.7.& ſeqq.* & contraria per Nos alibi firmata, procedunt, quoties aliæ coniecturæ non concurrunt.

12 Habitam verò fuiſſe rationem agnationis luculenter deprehenditur ex eo, quòd Teſtator uocauit maſculos, *in perpetuum, & in ſempiternum*, illoſque per reiteratas uices fęminis prætulit, *Bald.conſ.40.lib.3.Aldouin.d. conſ.92.num.20.Fuſar.conſ.24.nu.43.& ſeqq. Surd.conſ.316.num.14. Gerard.Manzol. conſ. 6.num.9. Gabriel.conſ.116.num.13.lib.2.Menoch.conſ.585.num.3.Giouagn.conſ.38.nu.23. lib.1.Gratian.cap.621.num.34. Greg.Lop. l.3. tit.11.p.6.gloſ.magn.qu.21.verſ.ſi verò conditor, Caren.* pluribus alijs allegatis, *reſol.129. num.1.Fuſar.conſ.24. num.43. & ſeq. & conſ. 177.num.6. & ſeq. Muta dec.57.num.8.Cutel. dec.29.num.19. Card.Mant.deciſ.375. num.5. Card.Otthobon.d.dec.177.num.15.& ſeq.Rot. in recent.dec.18.num.17.& ſeqq. & dec.183. n.13.& ſeq.p.10.& dec.465.num.33.& ſeqq. part.14.*

13 Huiuſmodi verò agnationis contemplatio non

non remanet ſublata, ex quo, deficientibus maſculis, fuerunt uocatæ fœminæ. Siquidem non excluditur, quòd inter maſculos, donec ſuperſint, dicatur contemplata agnationis conſeruatio; licet poſt illos extinctos, bona tranſeant ad fœminas, *Bald. conſ.40.lib.3.* idem *Bald.inter conſ.Angel.cõſ.68.* ipſe *Angel.conſ.69.Soccin.Iun. conſ.69.n.2.lib.3. Gozad.conſ.95.num.7.& ſeq.verſ.non obſtat, Mazol.conſ.6.num.9. Gregor.Lop. in l.3.num.11.part.6.gloſ.mag. q.21. verſ.ſi verò conditor, Gabr.conſ.116.nu.13. lib.2. Gratian.* pluribus aliis allegatis, *diſcept.625.in fin. Molin. de Primogen. lib.3. cap.6.ſub num.50.circa fin.verſ.ſecundò quòd cenſeatur, Peregrin. de fideicomm.art 25. num.26. verſ. in iſta controuerſia, Menoch. præſumpt. 85.lib.4 Caualcan. dec.18.nu.88. ad fin. part.3.Theſaur.dec.188. num.16.Surd.dec.66.num.21.& dec.239.nu.11. Duran.dec.126.num.38.& ſeq. Bich. dec. 287.num.20.* & in his terminis, *Cutel.dec.29.n.19.* & Nos alibi latiùs firmauimus.

14 Cæterum remanet ſublata quęlibet difficultas; licet enim Teſtator duos ab initio heredes inſtituerit; nempè Io: Stephanum, & Coſmum; eos tamen tanquàm unicam lineam conſtituentes, & ab uno cõmuni ſtipite deriuantes, eſt contemplatus, dum pluries appellauit ipſorum lineam in numero ſingulari: ibi, *ſin che durerà la loro linea retta*, & rurſus: ibi, *qual linea di detti Signori Gio.Stephano, e Coſmo del tutto eſtinta*, & ibi, *che nel tempo della detta linea*, & demum, ibi, *ſin che vi reſtino di linea retta, come ſopra de i deſcendenti di detto Signor Antonio*: Conſiderauit ergo Teſtator, & accepit lineam inſtitutorum, tanquam unicam, habito reſpectu ad Antonium cõmunem Patrem, & in eadem linea conceſſit prelationem maſculis, *in ſempiternũ*, quòd importat perpetuum fideicommiſſum lineare reciprocum inter omnes maſculos, excluſis omninò fœminis in eadem linea recta ab Antonio proueniente; adeòut linea maſculina incæpta interrumpenda non ſit per alteram fœmininam, ac faciliùs intret reciproca linearis maſculina, prout argumento *text.in l.vnica, §.his ita definitis, verſ.hæc ita tam varia*: ibi, *quaſi in unum corpus redacti ſunt*, *Cod.de caduc.tollend.* in ſpecie poſt plures allegatos, *Peregr.conſ.54.per tot.lib.1.et de fideicomm.art.13.nu.73.Marius Alberghin. inter conſ.Fuſar. conſ.18. ſub num. 14 verſ.nerùm leuiſſima, Palma conſ. 90. num.9. et ſeq.* & conferunt ponderata per *Card. de Luca de fideicomm. diſc.57.num.21. et diſc. 106. num. 12. et ſeq. et diſc. 104. num. 7.* ubi agitur de pluribus lineis conſideratis tanquàm unica.

Regula autem eſt generalis, & concluſio
15 cõmuni DD. ſenſu recepta, quòd, quando fumus in una, eademque linea, faciliùs inducitur fideicommiſſum reciprocum inter maſculos, quibus fuit conceſſa per Teſtatorem prælatio, excluſis fœminis, etiam á portione proprij parentis, *Peregrin.conſ.33.num.12. lib.3.et conſ.35.num.4. lib.4.* & in feudo latè *Gabr.conſ.70. per tot. lib.2. Caualer. dec.623. Rot.in rec.dec.291.num.1.et ſeq. par.4.tom.2.*

Præcipuè, quia fideicommiſſum, & ſubſti-
16 tutiones leguntur conceptæ verbis directis in rem, non autem in perſonam: ibi, *peruenire la ſua hæredità ſotto l'obligo di fideicommiſſo*: & ibi, *che il medeſimo fideicommiſſo vadi*, quæ important fideicommiſſum reale, & perpetuum, *Bart.in l.peto, §.frater, nu.2.verſ.dic ergo*, & ibi, *Cuman. num. 5. ff. de legat.2. Caſtr. in l. voluntas, in fin. Cod. de fideicomm. Rot.in rec.dec.216.num.15.part.5.*

Huiuſmodi controuerſiæ tranſactio finem impoſuit.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum Maſculinum reciprocum, & perpetuum reſultat ex vocatione expreſſa omnium maſculorum deſcendentium cum clauſulis perpetuitatem denotantibus; idque, etiam procedit in fideicommiſſo inſtituto in donatione.

Vocatio deſcendentium, data conſtitutione plurium linearum ab initio, an intelligi debeat diſcretiuè de filijs, & deſcendentibus uniuſcuiuſque lineæ inter ſe; vel potiùs admittatur ſubſtitutio de linea ad lineam, etiam ſi agatur inter tranſuerſales.

A celebri *conſ.Oldrad.21.* ex quibus potiſſimùm coniecturis recedi ſoleat.

Vocatio deſcendentium à primis donatarijs non poteſt intelligi diſcretiuè in ſingulis lineis; quoties ex coniecturis colligi valet, diſponentem voluiſſe inſtituere reciprocam ſubſtitutionem inter omnes vocatos, etiam de linea ad lineam; Pluresque expenduntur cõiecturæ hanc reciprocam linearem ſuadentes.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſa, etiam in contractibus conſtitui poſſunt, præcipuè in donatione, reprobato* Facchineo, *aliiſque Scholaſticis.*

2 *In hac eadem cauſa conſulti ſcripſerunt* Ruinus, Gozzadinus, & Theodorus.

3 *Fi-*

3 *Fideicommiſſum maſculinum reciprocum, & perpetuum reſultat ex vocatione expreſſa omnium maſculorum deſcendentium in infinitum; cum clauſula,* in perpetuum, *pluries repetita præſeferente vocationem omnium vſque ad vltimum.*

4 *Idemque procedit in fideicommiſſo inſtituto in donatione, cum clauſula,* in perpetuum.

5 *Fideicommiſſum perpetuum reciprocum, & ſucceſſiuum de vno in alium inter omnes vocatos dicitur inductum, etiam in donatione, ex prohibitione alienationis, detractionumque ſub pœna caducitatis; nec non ex perpetua maſculorum vocatione, fœminis ſemper excluſis.*

Hæc omnia, ſuadent voluntatem teſtatoris cõſeruandi perpetuò bona in eius agnatione.

6 *In Caſtris Iuriſdictionalibus faciliùs dici debet inſtitutum fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſiuum, & de ratione.*

Ex qualitate rei colligitur, Teſtatorem voluiſſe rem ſubiaceri fideicommiſſo, ibidem.

7 *Subſtitutio facta nepotibus donatarijs, eorumque deſcendentibus, eueniente caſu obitus ſine filijs maſculis, expirat, ſi ijdem nepotes donatarij, ſuſceptis maſculis, deceſſerint iuxta* conſil. Oldrad. 21.

Sed contrarium num. ſeqq.

8 *Vocatio deſcendentium, data conſtitutione plurium linearum ab initio, intelligi debet diſcretiuè de filijs, & deſcendentibus vniuſcuiuſque lineæ inter ſe, non autem de linea ad lineam, præcipuè in tranſuerſalibus.*

Declara, ut num. 16. & ſeqq.

9 *A conſilio* Oldradi *paſſim receditur ex coniecturis.*

10 *Præcipue ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, ſignanter, quãdo aliæ cõcurrũt cõiecturæ.*

11 *Nec non ex arctiſſima alienationis prohibitione non conſequutiua ad præcedentes ſubſtitutiones, ſed independente, vtpotè appoſita in ſeparata oratione.*

12 *Prout, etiam ex perpetua vocatione maſculorum ſuperſtitum, fœminis ſemper excluſis, concurrentibus potiſſimùm alijs coniecturis.*

13 *Idemque aſſerendum; quando onus reſtituendi legitur iniunctum, nedum primis Nepotibus donatarijs; ſed, etiam eorum filijs, & deſcendentibus in infinitum.*

Conſilium Oldradi *procedit, ubi fideicommiſſum eſt momentaneum, ſeu temporale; non autem perpetuum, & ſucceſſiuum.*

14 *Vocatio deſcendentium à primis donatarijs nõ poteſt intelligi diſcretiuè in ſingulis lineis, quoties ex coniecturis colligi poteſt, diſponentem voluiſſe inſtituere reciprocam ſubſtitutionem inter omnes vocatos, etiam de linea ad lineam.*

Adeòut ad hunc effectum unica ſufficit coniectura.

15 *Idque, etiam procedit in fideicommiſſo ordinato a tranſuerſali.*

16 *Referuntur quinque coniecturæ, reciprocam linearem ſuadentes, &* num. ſeqq.

17 *Vocatio plurium perſonarum, & graduum ſub nomine collectiuo, iuncto verbo denotante perpetuitatem, inducit inter omnes ſub eodem nomine collectiuo comprehenſos fideicommiſſum reciprocum inter lineas.*

18 *Idque etiam ſibi locum vindicat in ſpecie fideicommiſſi tranſuerſalis; nec non vocationis ſuperſtitum.*

19 *Ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, cum clauſula,* in perpetuum, *colligitur coniectura ſubſtitutionis reciprocæ de linea ad lineam, & de ratione.*

20 *Agnationis conſeruandæ ratio, quoties fuit habita ob pluries repetitam maſculorum vocationem, fœminis perpetuò excluſis, dicitur inducta, etiam reciproca linearis.*

21 *Alienationum, & detractionum prohibitio ampliſſimis verbis in perpetuum concepta, vocatis ſemper maſculis, perpetuòque excluſis fœminis, inducit reciprocam linearem inter omnes vocatos, & de ratione.*

22 *Præcipuè, quando prohibitio alienationis non eſt acceſſoria, & conſequutiua ad præcedentes ſubſtitutiones; ſed potiùs independens in prorſus ſeparata oratione.*

23 *Ad effectum, ut prohibitio alienationis non dicatur acceſſoria; ſed independens conſideratur intermedia diſpoſitio inter prohibitionem, & ſubſtitutionem.*

24 *Ex reciproca lineari, licet adiecta in certo caſu, deprehenditur voluntas diſponentis ſuper eadem reciproca lineari conſtituenda in alijs bonis; cum vna ſubſtitutio declaret aliam.*

25 *Prædictæ coniecturæ ſunt inſimul coniungendæ, vt inuicem fulciantur, eſtò, quòd ſingulæ de per ſe non ſufficiant ad inducendam reciprocam linearem, etiam in tranſuerſali.*

26 *Verbum,* reſtituere, *eſt commune; ideòque comprehendit ſubſtitutionem compendioſam.*

27 *Subſtitutio, quoties legitur ordinata per verba de futuro, etiam ſi deficiat verbum,* quandocumque, *præſeferunt tractum temporis ſucceſſiuum; ideòque inducunt compendioſam.*

28 *Conſeruationis bonorum in agnatione, quoties fuit habita ratio ob qualitatem maſculinitatis ſæpiùs repetitam, cum perpetua excluſione fœminarum, ſubſtitutio cenſetur perpetua, & per fideicommiſſum potius, quàm per vulgarem.*

Præcipuè, ſtantibus pluribus ſubſtitutionibus ſubſequentibus reſpicientibus tempus remotiſſimum.

29 *Omnes deſcendentes ab aliquo Maſculo, quoties fuerunt grauati, illiſque ſubſtitutæ aliæ perſonæ de eadem familia, poſtquàm adierint, & defecerint ſine liberis maſculis, pernecesſè omnes dici debent ſubſtituti, non ſolùm per fideicommiſſum abſolutum, & ſucceſſiuum; ſed etiam reciprocum, & de ratione.*

30 *Subſtitutio ſi fiat, ſi linea fuerit defecta, omnes de linea cenſentur grauati.*

31 *Deficiente una linea, ſi altera vocetur, intelligitur factum reciprocum, & perpetuum fideicommiſſum.*

CAPVT XVI.

DVO ſunt fideicommiſſa, de quibus agitur; Alterum inſtitutum à San. Mem. Martino V. in eius donatione cauſa mortis contenta in litteris Apoſtolicis; Alterum verò conuentionale inter Clar. Mem. Marcum Antonium Columnam Ducem Palliani, & Proſperum Ducem Traietti; utrumque autem eſt incontrouertibile, ideoque dubium, an conſtet de fi-

Digitized by Google

fideicommiſſis, affirmatiuè eſt reſoluendum.
1 Præmiſſa enim recæptiſſima Iuris theorica, quòd fideicommiſſa in contractibus conſtirui poſſint, & ſignanter in donatione, prout ſunt Iura apertiſſima in l.ut hæredi, ff. de legat.2.l.quoties, Cod.de donat.quæ ſub mod. Surd.conſ.227.num.3.Redenaſcb.conſ.11.num. 33.Odd.conſil.39.num.13.& trib.ſeqq. lib.1. Gabr.conſ.16.num.14.et ſeqq.Ger.Spin.conſil. 49 num.47.Marcian.Sen.conſ.6.num.54 lib.2. Altograd.conſ.37.n.5.lib.2. Gratian.cap.247. num.1.et ſeq. Peregrin.de fideic.art.1.nu.16. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.308.num.78.Marzar.de fideicomm.par.2.quæſt.2.verſ.nihilominus, Caren.reſol.154.num.1.Kinipſchilt.de fideicomm. Famil.Nobil.cap.6.num.30.Mart.de ſucceſſ.legal.par.4.quæſt.21.art.9.Andreol.controu.56. num.1.et ſeqq.et controu.3 2.num.21. Prat. diſcept.19.num.29.et ſeq.et diſcept 4. num.40. lib.1.Marcell. Marcian.Iun. forenſ. exercitat. cap.13.num.20.Manſ.conſult.21.nu.50. lib.1. Hodieru.contr.35.num.58.Capyc.Latr.conſult. 32.num.1.et deciſ.2.num.2.et ſeqq. ibique Manfrell.num.1 Oſaſeb.dec.85.num.6.et ſeqq. Maſtrill.deciſ.190.num.1.Magon dec.Florent. 71.num.6.Surd.deciſ.144.num.6. Giurb.deciſ. 108.num.16.Sanfelic.deciſ.202.num.2. & reprobato Facebineo, Anton.Fab.alijſque Scholaſticis, ut plurimùm à communi ſententia aberrantibus, potiùs ad acuẽdum ingenium, quàm ad veritatem indagandam, conſtanter ſuſtinet Rota coram Seraphin.dec.416.num. 16.et dec.828.num.2.Card Celſ.deciſ.36.nu.1. et dec.143.num.6. Dunozett.Iun.dec.915.n.1. et ſeqq.in recent.deciſ.284.num.27.part.6.et deciſ.283.num.1.part.11. & Nos alibi latiùs egimus diſput.14.num.3.et ſeq.

Quò ad fideicommiſſum Martini V. illud uideru apertiſſimum, & litterale; nam, cum Pontifex donauerit cauſa mortis nonnulla Caſtra Antonio, Odoardo, & Proſpero de Columna nepotibus maſculis legitimis, & naturalibus naſcituris in perpetuùm, hac conditione adſcripta per ipſiſſima hæc uerba: Quòd ſi quis ipſorum Nepotum, et ab eis deſcendentium, in pupillari ætate, vel poſtea quandocumque deceſſerit ſine filijs maſculis legitimis, et naturalibus, eius integra portio ſit, et eſſe debeat ſuperſtitis, et ſuperſtitum, ſeu ſuperuiuentium fratrum ſuorum, unius, uel plurium, qui poſt præmorituri mortem reperirentur, et qui deindè in perpetuum naſcerentur ex eis, ipſorum filijs, et nepotibus in perpetuum, prohibita quauis alienatione.

Hinc reſultat, ut abſque ulla controuerſia fuerit inductum ſimplex perpetuum, & reciprocum fideicommiſſum; adeòut, nedum primi donatarij; ſed etiam omnes eorum deſcendentes in perpetuum, quandocumque decederent ſine filijs maſculis, dici debeant grauati integras eorum portiones reſtituere fratribus ſuperſtitibus, eorumque deſcendentibus in infinitum, prout in ſpecie ſuper
2 hoc fideicommiſſo Martini V. pro veritate conſulti reſponderunt egregij nominis Viri, nempè Ruin.conſ.126.num.13. verſ.ſed quia extat quædam donatio, & ſeqq.lib 1. Gozadin. conſ.87 in fin. & latiùs præ cæteris, Theodor. allegat.24.per tot.

Et quamuis à prædictis Auctoribus egregiè exarata ſatis, ſuperque ſufficerent pro firmando prædicto fideicommiſſo perpetuo, & ſucceſſiuo; adeòut vlteriori comprobatione nõ indigerent, valdeque temerarium videretur aliquid addere exaratis per tantos Viros omni æuo commendandos.

Nihilominùs ſectantes illorum veſtigia, illiſque inhærendo, & ſpicilegium hoc tàm ampliſſimæ meſſi adijciendo, fideicommiſsũ apertiſſimè deprehẽditur, nedũ ob ex-
3 preſſam vocationẽ omniũ deſcendentiu maſculorum ſuperſtitum à primis donatarijs, cum clauſula, in perpetuum, pluries repetita, præſeferente vocationem omnium uſque ad ultimum, l.cum ita, §.in fideicommiſſo, l.peto, §.fratre, ff.de legat.2. Imola in l.Gallus, §. inſtituens, num 48.ff.de liber. & poſthum. Soccin.Iun.conſ.81.in fine, lib.3 Menoch.conſ.281. num.3. Peregrin.conſ.38.num.16.& 22.lib.1. & conſ.55.num.30.lib.4. & de fideic. art.22. num.50. Surd. conſ.241. num.32. Bellon.Iun. conſ.2.num.18.Eugen.conſ.81.num.32. lib.1. Decian.conſil.23 num.2.& conſ.38. num.14. & conſ.481. num 3. & ſeqq. Pariſ.conſil.53. num.21 lib.3.& conſ.90.num.28.lib.1. Ronic. conſ.81.num.2.lib.2. Craſſ.in §.fideicommiſſũ, quæſt.4. num.17. Fuſar.de ſubſtit quæſt.688. num.19. Molin.de primog.hiſpan. lib.1.cap.5. num.33.Merlin.dec.460.num.15.& ſeq. Bich. deciſ 622.num.18. Cardin Caualer. dec.481. num.4.Rot.in recent.deciſ.391.num.1.& ſeq. par.9. & deciſ.319.num.2.& ſeq. par.12. &
4 in ſpecialibus terminis fideicommiſſi inſtituti in donatione, cum clauſula perpetuitatem denotante, optimè Rot.in recent.dec.429 nu. 7. verſic.hancque fuiſſe donatoris intentionem, part.13.

Sed ulteriùs idem fideicommiſſum luculenter comprobat rigoroſa alienationis, de-
5 tractionumque prohibitio, ſub pœna caducitatis, necnon perpetua maſculorum vocatio, fœminis ſemper excluſis, ex quibus omnibus, utpotè ſuadentibus enixam voluntatem Pontificis conſeruandi bona donata in eius agnatione, dicitur inductum perpetuum, ſucceſſiuum, ac reciprocum fideicommiſſum de uno in alium inter omnes vocatos, l.cum ita, §.in fideicommiſſo, l.peto, §.fratre, ff.de legat.2.Ruin.conſ.164.num.1. verſic. quamuis autem, lib 3. Menoch. conſ.220.num. 240.& ſeq. Gionagn. conſ.36. num.23.44. & 54. lib.2. Petr.de fideicomm. quæſt.5. num.2.

&

& ſeqq. Rot. in recent. deciſ. 125. num. 7. & dec. 143. num. 6. & ſeq. part. 1. & dec. 385. num. 25. & ſeqq. p. 9. & deciſ. 284. n. 1. & ſeqq. part. 6. & in ſpecie fideicommiſſi conſtituti in donatione, egregiè Rot. in recent. deciſ. 41. nu. 8. & pluribus ſeqq. part. 8. & benè proſequitur ſuper hoc eodem fideicommiſſo prædicta omnia, latè expendens Theodor. dict. allegat. 24. num. 7. & ſeqq.

Multòque magis prædicta procedunt, at-
6 tenta qualitate bonorum, quæ erant Caſtra Iuriſdictionalia inſignia, & aliqua ex illis erant Arces pro tutela, & præſidio familiæ, ideóque faciliùs inſtitutum dicitur fideicommiſſum perpetuum, & ſucceſſiuum, cum Teſtatores ſoleant enixè deſiderare, ut huiuſmodi bona in familia conſeruentur, Bart. loquens in fideicommiſſo rei ſingularis, in l. fideicommiſſa, §. hæc verba, ff. de legat. 3. Decian. conſ. 41. num 84. Petr. de fidc comm. q. 1. n. 84. verſ. tertia cauſa, & num. 8. cum. ſeq. & nu. 89. vbi de Caſtro, in quo quis habebat merum, mixtumque Imperium, Menoch. præſumpt. 68. num. 14. lib. 2. Surd. dec. 125. Capyc. deciſ. 108. ubi, quòd hinc reſultet fideicommiſſum reale, Rot. in recent. dec. 125. n. 11. part. 1. Regulare enim eſt, vt ex qualitate rei colligatur, Teſtatorem voluiſſe rem eſſe obnoxiam fideicommiſſo, Barbat. conſ. 18. num. 21. lib. 2. Pariſ. conſ. 66. nu. 28 lib. 3. Menoch. conſ. 1032. num. 6. & conſ. 1155. num. 31. Bellon. Iun. conſ. 2. num. 22.

His igitur firmatis, non merentur atten-
7 di duo obiecta ex aduerſo, forſan excitanda: Alterum, nempè, quòd, cum ſubſtitutio legatur facta nepotibus donatarijs, eorumq; deſcendentibus, eueniente caſu obitus ſine filijs maſculis, illa expirauerit, dum ijdem nepotes donatarij, ſuſceptis liberis maſculis, deceſſerint, iuxta celebre conſ. Oldrad. 21. de quo latè præ cæteris, Peregr. de fideicom. art. 15. num. 28. & ſeq. & art. 29. num. 22. & ſeq. Card. Mant. de coniect. lib. 11. tit. 6. Menoch. lib. 4. præſumpt. 69. Fuſar. de ſubſtit. q. 480. nu. 1. Caſtill. controuerſ. Iur. lib. 5. cap. 89. nu. 15. quòdque, ex uocatione actiua ſuperſtitum, eorumque deſcendentium, non rectè inferatur ad paſſiuam, Rip. in l. Centurio, num. 168. ff. de vulgar. & pupillar. Socein. ſen. conſ. 104. num. 2. & ſeq. lib. 3. Marzar. conſ. 6. num. 7. Pariſ. conſ. 31. num. 28. lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 473. num. 4. part. 4. tom. 2. Criuell. dec. Dolan. 64. num. 22. Magon. dec. Florent. 75. num. 15. & ſequenti, & Nos alibi diximus.

8 Alterum verò, quòd vocatio deſcendentium data, prout in præſenti themate, conſtitutione plurium linearum ab initio intelligi debeat diſcretiuè de filijs, & deſcendentibus vniuſcuiuſque lineæ inter ſe; non autem de linea ad lineam, præcipuè, quando verſamur in tranſuerſalibus, Ruin. conſ. 121. num. 8. lib. 2. & conſ. 115. nu. 12. & conſ. 134. num. 7. lib. 3. Pariſ. conſ. 18. nu. 9. lib. 2. Alciat. conſ. 82. n. 2. Soccin. Iun. conſ. 188. per tot. lib. 2. Cephal. conſ. 401. per tot. præcipuè à num. 31. Menoch. conſ. 274. num. 4. ad fin. & ſeq. Bellon. Iun. conſ. 12. nu. 79. & ſeq. Palma conſ. 89. n. 12. Gratian. cap. 171. n. 8. Peregr. de fidcicom. art. 13. num. 72. propè fin. verſ. ideòque ſubſtitutio, & conſ. 30. num. 2. & ſeqq. & conſ. 37. n. 9. lib. 3. Cyriac. controu. 608. num. 42. Battel. de vlt. volunt. dec. 2. num. 25. Hodiern. controu. 33. num. 14. & ſeq. de Marinis lib. 2. reſolut. 89. n. 3. & ſeq. Roſa conſult. 41. num. 4. & ſeq. Card. de Luca de fideicomm. diſc. 102. nu. 2. eruditus Caſtald. conſul. 77. num. 1. Epiſc. Sperel. deciſ. 152. num. 29. Seraph. dec. 1023. num. 3. 4. & 9. Penia dec. 1557. num. 7. Merlin. dec. 798. num. 26. Carrill. dec. 105. num. 20. & dec. 190. nu. 4. Card. Celſ. dec. 376. n. 3. & Nos firmauimus latè diſput. ſequenti. Neutrum enim obiectum in Iure ſubſiſtit.

9 Non primum, nam á prædicto conſilio Oldradi paſſim receditur ex coniecturis, quæ in præſenti, omiſſis alijs, quæ in medium poſſent afferri plures, & quidem vrgentiſſimæ concurrunt.

10 Initio igitur prima nobis ſe offert, nempè, digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, quam coniecturam ad limitationem, d. conſil. Oldrad. latè expendunt, Surd. conſil. 241. num. 13. Menoch. conſ. 1195. num. 17. & conſ. 117. num. 9. & 10. et lib. 4. præſumpt. 69. num. 12. et ſeq. Peregrin. conſ. 130. lib. 1, et conſ. 9. lib. 4. et de fideicommiſſis, art. 29. n. 30. Caſanat. conſ. 20. num. 28. Fab. de Anna conſ. 10. nu. 20. Ruſtic. de fil. in cond. poſit. lib. 3. cap. 1. n. 1. benè Roſa conſult. 40. n. 10. et ſeq. Card. de Luca de fideicom. diſcurſ. 82. num. 11. verſ. quarta ex progreſſu, Theſaur. dec. 96. nu. 34. ibique, Additio litt. F. et deciſ. 170. num. 29. Card. Otthob. dec. 113. num. 15. Rot. in recent. dec. 385. nu. 32. et ſeq. part. 9. alijque relegendi penes Fuſar. de ſubſtitut. q. 480. num. 55. & penes Caſtill. lib. 5. controu. cap. 89. num. 73. et ſeq.

Et licet hanc coniecturam pro receſſu à conſ. Oldradi non approbent, Alex. conſ. 59. n. 21. verſic. non obſtat etiam, lib. 3. & conſil. 139. num. 3. & ſeq. lib. 6. & ex recentioribus, Surd. conſ. 448. num. 12. & ſeqq. Honded. conſ. 60. num. 40. & ſeq. lib. 1. Menoch. conſ. 58. nu. 102. & conſ. 328. num. 21. & præſumpt. 69. nu. 11. lib. 4. Marcabrun. conſ. 61. num. 136. Panzirol. conſ. 93. num 22. Odd. conſ. 66. num. 106. & conſ. 67. num. 30. Seſſe dec. Aragon. 65. num. 14. Caualcan. dec. 5 num. 17. part. 3. Rot. diuerſ. dec. 320. num. 1. & ſeqq. part. 2. Card. Celſ. dec. 335. num. 16. & ſeq. alijque relegendi penes Fuſar. de ſubſtitut. q. 480. num. 56. qui in hanc ſententiam videtur procliuior.

Nihilominus id fortaſsè poſſet procedere, vbi ſola hęc coniectura cócurrit; ſi uerò prout

 ut

ut in præſentia, cū alijs inferiùs recenſendis coniungatur, proculdubio operabitur, ut ab *Oldrad.* recedamus, prout probāt poſt plures allegatos, *Caſanat conſ.20.nu 38. Caſtill. d. lib. 5. controu. cap. 89. nu. 74. in fin.* aſſerens, quòd ſi quælibet alia coniectura cum hac concurrat, erit recedendum *à conſ. Oldradi*, rectèque aduertit Roſa *d. conſult 40. nu. 11.*

11 Secunda deſumitur ob arctiſſimam alienationis prohibitionem, non conſequutiuam ad præcedentem ſubſtitutionem, in quibus caſibus procedunt auctoritates cōtrariæ per Nos *diſp. ſeq.* adductæ; ſed independentem, utpotè appoſitam in prorſus ſeparata, diſtinctaque oratione, *Peregr. conſ. 49 lib. 1. Menoch. conſ. 117. num. 18 Decian. conſ. 28. nu. 25. lib. 2. Pariſ. conſ. 66. num. 73. et ſeq. lib. 3. Caſanat. d. conſ. 20. num. 14. et 25. Graſſ. in §. fideicommiſſum. q. 8. num. 3.* Card. *Mant. de coniect. lib. 11. tit. 6. in fin. Petr. de fideicomm. q. 5. Ant. Gabr. commun concluſ. lib. 4. tit. de fideicomm. concluſ 7. num 7.* Roſa *d. conſult 40. n. 8. Hier. de Laurent. dec Auenion. 214. num. 14. Gamm. dec. 224 num. 9. et ſeqq.* Card *Otthobon. d dec. 113. num. 15.* alijſque congeſtis, *Rub. in annot. ad deciſ. 632. num. 53. et ſeq. part. 4. tom. 3. recent.*

12 Tertiò accedit perpetua uocatio maſculorum deſcendentium ſuperſtitum, fœminis ſemper excluſis, ex qua reſultat agnationis contemplatio, ſaltem tacita, nec non enixa voluntas conſeruandi bona in familia, quæ potiſſimùm ad hunc effectum ſolet attendi, concurrentibus præſertim alijs coniecturis, *Bald. in l. maximum vitium, Cod. de liber. præter. et conſ. 473. lib. 5.* Ruſtic. *in l. cum Auus, lib. 4. cap. 2. num. 14. de condit. et demonſtrat. Caſtr. conſ. 343. col. 2. lib. 1. Gabr. conſ. 123. nu. 10. et ſeqq. et num. 27. et ſeqq. lib. 2. Pariſ. conſ. 57. num. 9. lib. 2. Surd. conſ. 96. num. 30. Pereg. conſ. 65. num. 17. lib. 2. et conſ. 56. lib. 4. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 3. num. 3.* latiſſimè, innumeris adductis, *Fuſar. de ſubſtitut. q. 430. num. 20. Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 3. cap. 5. num. 36. & 50. Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. q. 79. num. 10. Card. de Luca de fideicomm. diſc. 82. num. 11. & diſc. 86. num. 5.* latè poſt plures allegatos, *Rot. in recent. dec. 385. num. 25. & ſeqq. & num. 31. part. 9.*

Hæc autē agnationis conſeruatio non deſideratur de neceſſitate expreſſa; ſed ſufficit, etiam tacita, *Cuman conſ. 2. n. 4. verſ. hoc etiā facit, Dec. cōſ. 227. n. 6. verſ. nam dū teſtator, & conſ. 545. n. 6. Grat. conſ. 5. n. 19. lib. 2. Surd. cōſ. 443. n. 19. et 20. lib. 3. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 14. nu. 20. & 21. Simon. de Petr. de interp. vlt. volūt. lib. 3. interp. 3. dub. 1. ſolut. 11. nu. 5. fol. 287. Card. de Luca de fideic. diſc. 82. nu. 11. verſ. hac autem agnationis contemplatio, Coccin. dec. 267. num. 13.* Card. *Ottobon. dec. 113. num. 18.*

13 Quartò demum, quia onus reſtituendi legitur iniunctum, nedum primis nepotibus donatarijs; ſed etiam eorum filijs, & deſcendentibus in infinitum, abſque vlla temporis præfinitione, ita in ſpecie limitando *conſil. Oldrad.* tradiderunt, *Caſtr. conſ. 343. lib. 1. Corn. conſ. 146. in 1. dub. lib. 2. Peregr. conſ. 49. lib. 1. & conſ 139. lib. 2. & de fideicomm. art. 29. num. 30. Surd. conſ. 343. nu. 47. & conſ. 344. num. 11. & conſ. 67. num. 36. Caſanat. conſ. 15. num. 30. & ſeqq. & conſ. 20. num. 13. & ſeq. Amat. conſ. 74. per tot.* præſertim *num. 2. & ſeq. & num. 6. & ſeq. & nu. 36. & ſeq. Menoch. conſ. 1006. num. 45. & ſeq. lib. 11.* ubi, quód *conſ. Oldrad.* procedat, ubi fideicommiſſum ſit momentaneum, ſeu temporale; non autem perpetuum, & ſucceſſiuum, *Marzar. conſ. 7. num. 10. Alciat. conſ. 609. num. 4. Ronit. conſ. 80. num. 3. & conſ. 81. num. 2. lib. 2. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 6. num. 18. & ſeq. Caſtill. lib. 5. controu. cap. 89. num. 30. Mierez. de Maiorat. part. 2. q. 12.* Roſa *d. conſult 40. num. 6. & ſeq. & num. 15.* ubi alios refert, *Theſaur. dec. 96. num. 34 Gamm. dec. Luſit. 224. num. 16. & ſeq.* ibique, *Florez in addit.* idem *Florez var. lib. 1. q. 22. & quæſt. 18. num. 30. Crauett. dec. 135. num. 86. Capyc. deciſ. 108. Guid. Pap. dec. 351.* Rot. *in recent. d. dec. 385. num. 18. & ſeq. part. 9. tom. 2.* Card. *Otthobon. d. dec. 113. num. 20.*

14 Prout non meretur attendi alterum obiectum, quód vocatio deſcendentium à primis donatarijs intelligi debeat diſcretiuè in ſingulis lineis; non autem cum tranſitu de linea ad lineam, ex latè per Nos adductis *diſp. ſeq.*

Siquidem concluſio non procedit, quoties, vel ex verborum contextu, vel ex coniecturis colligi poteſt, diſponentem voluiſſe inducere reciprocam ſubſtitutionem inter omnes vocatos, etiam de linea ad lineam, quo caſu ſubſtitutio reciproca linearis rectè inducitur, etiam deficientibus tribus uulgatis requiſitis, de quibus in *l. Titia ſeio, §. ſeia libertis, ff. de legat. 2.* vt in ſpecie, *Iaſ. in l. poteſt, n. 9. ff. de vulgar.* Rip. *in l. hæredes mei, §. cum ità, ff. ad Trebell. Eugen. conſ. 21 num 19. lib. 2. Peregr. conſ. 54. num. 13. lib. 1. Altogr. conſ. 92. num. 3. lib. 1. Cephal. conſ. 478. nu. 13. Card. Mant. de coniect. lib. 7. tit. 5. num. 15. Manſ. conſult. 218. num. 13. Card. de Luca de fideicomm. diſc. 101. num. 9. & diſc. 100. nu. 4. Coccin. deciſ. 493. num. 9. Merlin. dec. 326. num. 15. verſ. vltra quòd d. requiſita, Bich. dec. 287. num. 7. & 8.* vbi, quòd ſufficiat vnica coniectura, *Card. Otthobon. dec. 177. num. 30.*

15 Idque, etiam, ſi verſemur in fideicommiſſo ordinato à tranſuerſali, vt in ſpecie, *Alduin. conſ. 92. per tot. Peregr. conſ. 19. nu. 7. verſ. quarta propoſitio, lib. 6. Card. de Luca de fidei. comm. diſc. 106. num. 12. Rot. in recent. dec. 183. num. 23. part. 10.*

Plures autem in præſenti militant coniecturæ

16 ćturæ hanc reciprocam linearem ſatis, ſu-
perque ſuadentes, inter quas, omiſſis alijs,
quinque potiſſimùm videntur vrgentiſſimæ,
quæ ſaltem inſimul congeſtæ rem conſtituūt,
extra omnem controuerſiam, licet ſi ſepara-
tim attendantur, aliquam patiantur difficul-
tatem, prout Nos adnotauimus *diſput.ſequ.*
17 Primò, quia leguntur vocati ſuperſtites
per nomen collectiuum, & ſub vnica verbo-
rum ſtructura: ibi, *eius integra portio ſit, &*
eſſe debeat ſuperſtitis, & ſuperſtitum, ſeu
ſuperuiuentium fratrum ſuorum, filiorumque,
et nepotum, ſuorum vnius, vel plurium, qui
poſt præmorituri mortem reperirentur, et qui
deindè in perpetuum naſcerentur ex eis. Vis au-
tem nominis collectiui plurium perſonarum,
& graduum, iuncto verbo denotante perpe-
tuitatem, ſeu grauaminis durationem, indu-
cit inter omnes ſub eo nomine collectiuo cō-
prehenſos fideicommiſſum reciprocum inter
lineas, *Peregr.conſ.62.num.20. lib.1. et conſ.*
157.num.11.per tot.lib.5. Ramon.conſ.100.ſub
num.63. verſ. et interuenientibus, et nu.64. Fu-
ſar.de ſubſtit. quæſt.475.num.23. Gratian. di-
ſcept.122.num.18. Caſtill.dec.103. num.8. lib.
1. Card.Ottbobon. dec.177.nu.11. egregiè *Rot.*
in recent.dec.183.num.11.part.10. vbi in ſpe-
18 cie fideicommiſſi tranſuerſalis, & in ſpecia-
libus terminis vocationis ſuperuiuentium
benè *Merlin.dec.360.num.1.et ſeqq.*
Secundò, quia fuit factus digreſſus ad plu-
res ſubſtitutionum gradus, cum clauſulis, *in*
19 *perpetuum*, ex quo colligitur coniectura
ſubſtitutionis reciprocæ de linea ad lineam;
non enim poteſt fieri tranſitus de uno gradu
ad alium, niſi admiſſis ſubſtitutis ad bona
tranſuerſalium, *Bart.in l.quidam, num.7.ff.de*
vulgar. Aym.conſ.13.num.6.& ſeq. Ruin.con-
ſil.139.num.10.lib.3. Aucharan.conſ.74.nu.2.
Alb.conſ.87.num.12.lib.1. Menoch.conſ.661.
Decian.conſ.43.num.33.& ſeqq.lib.2. Cardin.
de Luca de fideic.diſ.100.n.8. verſ.et quidem,
Card.Ottbobon.deciſ.177.n.20.& dec.1.n.26.
et ſeq. Bich.dec.287.n.23.& duob.ſeqq. Rot.in
recent.dec.220.n.18.& dec.260. n.14.p.1.&
deciſ.183.n.16.p.10.& dec.319.n.13. p.12.
20 Tertiò, quia fuit habita ratio conſeruan-
dæ Agnationis ob pluries repetitam maſcu-
lorum vocationem, fœminis perpetuò exclu-
ſis, ex quo pariter dicitur inducta recipro-
ca, etiam linearis, *Soccin.Iun.conſ.110.n.39.*
lib.2. Ruin.conſ.164.lib.3. Crauett. conſ.130.
num.9. Pariſ.conſ.57.num.10.lib.2.et conſ.56.
num.26.lib.3. Surd.conſ.344.num.18. Decian.
conſ.1.num.278. et ſeqq.lib.1. Menoch.conſil.
310.num.24.et conſ.277.nu.10.et 15.et lib.4.
præſumpt.71.num.39. Alciat.reſponſ.483. In-
trigliol.de ſubſtit.centur.3. quæſt.81. num.30.
Trentacinq.de ſubſtitut.p.5. cap.2. n.8. Card.
Mantic.de coniect.lib.7.tit.5.ſub num.15. Fu-
ſar.conſ.24. num.43. et ſeq. et conſ.177. nu.6.
et ſeq. ubi plures alios allegat apud eumdem
relegendos, *Cardin.Ottbobon. dict.deciſ.177.*
num.13.et ſeqq. Bich.dec.287. nu.16. et duob.
ſeqq. Rot.in recent. dict.deciſ.183. num.13. et
ſeq.p.10.et dec.319.n.12.et ſeq.p.12.
21 Quartò ob prohibitam ampliſſimis ver-
bis alienationem Caſtrorum in perpetuum,
nec non detractionum, vocatis ſemper ma-
ſculis, & perpetuò excluſis fœminis, ex quo
deprehenditur enixa voluntas Pontificis, ut
bona donata conſeruentur in eius familia; id
autem ſequi non poſſet, niſi per neceſſarium
antecedens inter omnes vocatos de familia
adeſſet fideicommiſſum perpetuū, & recipro-
cum, per quod impediatur ſciſſura bonorum,
illorumque tranſitus ad extraneos, *Soccin.*
Sen.in l.qui Romæ, §.cohæredes, col.vlt.ff.de
verbor.obligat. Marzar.conſ.48.num.10. Odd.
conſ.65.num.48.et 57.verſic.ad tertium, Dec.
conſ.23. Burſat.conſ.170.num.15.lib.2 et con-
ſil.227.num.21.lib.3. Peregrin.de fideicomm.
art.13.num.77.et 79. aſſerens pro hac opi-
nione eſſe *textum in l.Pater filium, §.Pater,*
ff.de legat.3. iuxta intellectum *Gloſ. et Diu.*
Card.*Mantic.de coniect.lib.6. tit.14. num.24.*
Odd.de fideicomm.ex prohibit.quæſt.11.art.6.
num.128. Petra de fideicomm. quæſt.11. num.
550. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.689. num.12. et
ſeq. ubi plures refert, *Card.de Luca de fidei-*
comm.diſc.101.num.3 et ſeqq.et num.10. ver-
ſic.tertio ex ſtrictiſſima prohibitione detractio-
nis, Rot.*in recent.dec.467.num.1.et ſeqq.p.5.*
tom.2. ubi quòd hæc ſit verior ſententia.
22 Præcipuè, quia prohibitio alienationis nō
ſtat acceſſoriè, & conſequutiuè ad præcedē-
tes ſubſtitutiones, in quibus terminis pro-
cedunt deducta per *Rub.Alex.in l.Gallus, §.*
quidem rectè, num.68. ff de lib.poſth. Dec.in
celebri conſ. 636. cum quo pertranſeunt
Ruin. conſ.102. num.14. lib.2. Peregrin. conſ.
30. num.22. verſ. ſecundò, quia Teſtator, et
conſ.33.num.42. verſ.ad ſextum, lib.3. et de
fideicomm.art.13.num.73. Gabr.conſ.124. nu.
12.et conſ.138.num.26.et ſeqq.lib.2. Giourgn.
conſ.39.num.16.lib.1. Seraphin.dec.482.num.
3. Coccin.*deciſ.294.num.7. Bich.dec.297.num.*
20.et ſeqq. Dunozett.Iun.dec.777.n.9. et ſeqq.
alijque allegandi, *diſputat.ſeq.* ſed potiùs in-
dependenter, & per ſe in prorſus diſtincta,
& ſeparata oratione, poſt intermediam di-
uiſionem bonorum conſtitutam á Pontifice
donante inter donatarios, quo caſu faciliùs
huiuſmodi coniectura admittenda ad indu-
cendam reciprocam linearem, ut aduertit in
his terminis *Card. de Luca de fideicomm. dict.*
diſc.101.num.5. verſ.punctus ergo, et ſeq. &
admittit *Card.Celſ.deciſ.376. num.9.* & opti-
mè conferunt adducta per *Rot.in Peruſina*
fideicommiſſi de Bigazzinis 14. *Nouembris*
1605.coram Litta apud Giourgn.conſ.75.num.
80, et ſeq. lib.1. vbi ad effectum, ut prohibi-

23 tio alienationis non dicatur acceſſoria, ſed independens, intermedia cõſideratur diſpoſitio inter prohibitionem, & ſubſtitutionem, prout in præſenti, optimè *Cyriac. contr.608. num.23. verſic. fideicommiſſum, et ſeq. et nu.35. Intrigl. de ſubſtit. cent.3. quæſt.72. num.51.* & Nos alibi latiori calamo adnotauimus.

Quintò tandem accedit, quòd Pontifex in prohibitione detractionum, & in demandata imputatione fructuum in legitimam, appoſuit expreſſam ſubſtitutionem reciprocam inter vocatos, etiam de linea ad lineam, & deficientibus filijs, & deſcendentibus donatariorum, expreſsè vocauit fratres ſuperſtites, ipſorumque filios, & nepotes in perpetuum: ibi, *ad ſuos filios, & nepotes maſculos legitimos, & naturales, ſi eos habuerint, aliàs ad fratres ſuperſtites, ipſorum filios, & nepotes tranſmittant*, ex qua reciproca lineari, licet
24 adiecta in certo caſu, ſatis, ſuperque deprehenditur voluntas donantis ſuper eadem reciproca lineari conſtituenda in omnibus bonis donatis. Regulare enim eſt, ut una ſubſtitutio declaret aliam, *l. qui liberis, in fine, ff. de vulgar. l. cohæredi, §. ex his,* ubi *Bart. ff. eodem tit. Bald. conſ.17. lib.2. Ancharan. conſ.137. nu.2. Gabr. conſ.96. num.12. lib.1. Becc. conſ.124. num.22. Soccin. Iun. conſil. 94. num.31. lib.1. Menoch. conſ.215. num.168. et ſeq. Odd. conſ 95. nu.76.99. et ſeq. Peregrin. conſ.24. num.13. et ſeq. lib.3. Spad. conſ.282. num 20. lib.1. Hodiern. controu.32. num.2. Tondut. quæſt. ciuil cap.110. num.32. lib.2. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.5. tit.1. nu. 22. et lib.6. tit.13. num.5. Fuſar. de ſubſtit. qu. 11. num.1. et q.482. num.16. Raudenſ. dec.31. num.240. par.1. Caualcan dec.17. num.25. dec. 19. num.67. par.3.*

Huiuſmodi verò coniecturæ coniungendæ inſimul ſunt, ita ut inuicem ſulciantur, eſtò,
25 quòd ſingulæ, ex alibi per nos deductis, de per ſe non ſufficiant ad inducendam reciprocam linearem, etiam in fideicommiſſo tranſuerſali, prout in ſpecie admonent, *Honded. conſil 51. num.53 lib.2. Surd. conſil.539. nu.2. Caball. conſ.105. num.25. lib.1. Bero. conſ.104. num.12. in fin. lib.2. Soccin. Iun. conſ.110. num. 28. in fin. et ſeq. lib 3. Cephal. conſ.259. nu.11. et ſeqq. Card. Mantic de coniect. lib.7 tit.5. ſub nu.5. Ludouiſ. dec.315. n.9. Card. Otthobon. deciſ.1. num.33. Bich. dec.287. num.32. Rot. in rec. deciſ 266. num.19. part.1. et dec.389. n.13. par.4 tom.2.*

In huiuſmodi enim materijs, prudenter eſt agendum, coniecturæque ſingulæ non ſunt ponderandæ; ſed inſimul, Rotaq; Romana, cui plurimum noſtra Iuriſprudentia debet in huiuſmodi materijs fideicommiſſarijs, tam luculentèr, & accuratè, præ cæteris Orbis Tribunalibus, ad Iuridicum examen revocatis, ex pluribus ſimul junctis, aſſueta eſt deſumere voluntatem defuncti, admittendo aggregatas coniecturas, quas ſingulas, & diuiſim reijceret, prout rectè poſt plures allegatos, aduertit *Merlin. dec 447. n. 9.* Ideòque non eſt mirandum ſi á Doctoribus, in aliquibus caſibus nõnullæ circumſtantiæ admittantur; ab eiſdem verò in alijs reijciantur, cum inſimul, & coaceruatim, prudentis Iudicis arbitrio, ſint penſandæ; quòd in præſentia operæ pretiũ animaduertendũ eſſe exiſtimaui, ne redarguar de varietate doctrinæ, quódque mihi ipſi fuerim contrarius, ſi nonnullæ coniecturæ admiſſæ fuerint in aliqua facti ſpecie, in alia verò reiectæ; prout potiſſimùm accidit in ſequenti diſputatione.

Quò verò ad aliud fideicommiſſum conuentionale inter Marcum Antonium Ducem Palliani, & Proſperum Ducem Traiecti, illud pariter dici debet perpetuum, & ſucceſſiuũ, nec non reciprocum lineare, ſtante aperta conuentione, his præciſis verbis, inita: *Quòd deficientibus lineis ipſorum contrahentium, Caſtra, aliaque bona per eoſdem acquiſita, et acquirenda, perueniant ad Fabritium Columnã, et ad maſculos legitimos, et naturales ex directa linea, et legitimo matrimonio ab eo deſcendentes*, quorum vocatio non dicitur facta per ſolam vulgarem; ſed etiam per fideicommiſſariam perpetuam, & ſucceſſiuam, dum non ſolùm, poſt extinctas lineas Marci Antonij, & Proſperi contrahentium, vocatur Fabritius, eiuſque filij, & deſcendentes; ſed vlteriùs, deficiente linea ipſius Fabritij, vel non extante, ſubſtituitur quicumque maſculus de Columna, etiam de Domo Præneſtina, vel Zagarola legitimus, & naturalis, eorumdemque contrahentium lineis proximior, etiam ſi ſit ſpurius, & baſtardus, nullis tamen exiſtentibus maſculis legitimis, & naturalibus de dictis domibus de Columna, excluſis ſemper fœminis, tám ex ipſis contrahentibus, eorumque familia; quám, etiam ex alijs familijs, ut ſupra vocatis, expreſſa ratione conſeruationis bonorum in familia, ex quorum uerborum contextu ſatis apertè deprehenditur, Fabritium, eiuſque filios, & deſcendẽtes ſuiſſe uocatos, non ſolùm per uulgarem, quatenus non poſſent, uel nollent adire; ſed etiam per fideicommiſſariam comprehenſam ſub compendioſa, licet in prædicta ſubſtitutione non legantur uerba perpetuitatem denotantia.

26 Tum, quia donans uſus fuit uerbis communibus, prout eſt uerbum, *perueniat*, ad *text. expreſſum in l. fideicõmiſſa 11. §. hæc verba*, ubi *Bart.* & alij, *ff. de legat 3.* ideoque ſibi locum uindicat compendioſa, *Alex. in l. precibus, num.47. Cod. de impub. et alijs ſubſtitut. Surd. conſil.232. num.15. Rot. in rec. dec.245. num.2. part.4. tom.2. et deciſ.30. num.3. par.14*

ubi

ubi in ſpecie de uerbo *perueniat*.

Tum etiam, quia ſubſtitutio legitur ordi-
nata per uerba indefinita: ibi, *deficiente eo-*
27 *rum linea maſculina*, quæ, etiam ſi deficiat
uerbum, *quandocumque*, præſeferunt tractum
temporis ſucceſſiuum, & conſequenter indu-
cunt compendioſam, *Bart. in l. centurio, ſub
num. 32. circa fin. verſ. idem ſi non eſt appoſita,
ff. de vulgar. et pupillar.* ibique *Alex. Bald. cōſ.
122. lib. 1. et conſ. 53. lib. 3. Dec conſ. 642. nu. 1.
Soccin. Iun. conſ. 180. num. 20. Decian. conſ. 1.
num. 65. lib. 1. Ger. Spin. conſ. 1. nu. 44. et ſeqq.
Gratian. diſcept. 405. num. 1. Fuſar. conſ. 25.
num. 13. et de ſubſtit. quæſt. 233. num. 6. 29. et
ſeqq. Capye. Latr. conſult. 76. num. 4. verſic. nec
refert*, Marta *de ſucceſſ. legal. qu. 30. art. 1. n. 2.
Odd. de compendioſ. ſubſtit. part. 4. quæſt. 1. art.
1. Gratian. deciſ. March. 140. num. 9. Barz. deciſ.
Bon. 9. num. 32. Surd. deciſ. 37. num. 8. Rot. in
recent. deciſ. 579. num. 7 par. 4. tom. 3. et dec. 30
num. 23. par. 14. Duran. deciſ. 339. num. 12.
Priol. deciſ. 110. num. 12. et duob. ſeqq. Bich. de-
ciſ. 548. num. 2. et ſeq.* cum pluribus alijs per
Nos alibi latiùs adductis, quæ in præſentia
non eſt opus repetere, & benè ſuper hoc in-
diuiduali fideicommiſſo conditionali pro ue-
ritate requiſiti, firmarunt, *Ruin. d. conſil. 126.
num. 11. & ſeqq lib. 1. Gozad. conſ. 87. num. 15.
16. 18. & ſeq.*

Tum, quia fuit habita ratio conſeruatio-
nis bonorum in agnatione, ob qualitatem
28 maſculinitatis ſæpius repetitam cum exclu-
ſione fœminarū, *Bald. in cap. 1. n. 3. quemadm.
feud. ad fil. pertineat, & in l. maximum vitium
num. 2.* Cod. *de liber. præterit.* Io: *Andr. in
add. ad Specul. in Rub. de teſtam. in fin. Decian.
conſ. 127. num. 27. lib. 3. Surd. conſil. 316. nu. 8.
Bellon. Iun. conſ. 2. nu. 23.* benè *Gabr. conſ. 116.
num. 6. & 14. lib. 1.* Cephal. *conſ. 137. num. 12.
Morog. conſ. 5. num. 18. Becc. conſ. 189. num. 18.
Pariſ. conſil. 90. num. 15. & ſeq. & nu. 24. lib. 2.*
Ramont. *conſ. 15. num. 13. & ſeq. Fuſar.* alios
referens, *conſ. 24. num. 43. & ſeqq. Gionagn.
conſ. 79. num. 16. & conſ. 81. num. 8. lib. 1. Mo-
lin. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 5. nu. 35.* Rot.
*in recent. deciſ. 143. num. 6. par. 1. Ludouiſ. dec.
514. num. 9.* quâ ſtante, ſubſtitutio cenſetur
perpetua, & per fideicommiſſum potius,
quàm per vulgarem, cum dicta ratio ſecum
trahat implicitum ſtatum futuri temporis,
*Ancharan. conſ. 27. Crauett. conſ. 161. num. 9.
Roland. conſ. 10. num. 31. lib. 3. Cardin. Mantic.
de coniect. lib. 6. tit. 15. num. 12.* Card. *de Luca
de fideic. diſc. 93. num. 7. Bich. dec. 622. nu. 17.
Rot. in recent. dec. 266. num. 15. part. 1.*

Precipuè, ſtātibus pluribus ſubſtitutioni-
bus ſubſequētibus, reſpiciētibus tēpus remo-
tiſſimum, tractumq; ſucceſſiuum habentibus,
quo caſu, limitari doctrinam Cuman. *in l. cum
ita, §. 4. ff. de legat. 2.* tradunt ibidem, *Soccin.
num. 8. verſ. quartus caſus, Iaſ. num. 45. Alciat.
num. 35. Decian. conſil. 10. num. 49. lib. 3. Alex.
conſ. 23. num. 2. lib. 2. Menoch. conſ. 44. nu. 11.
lib. 1. & conſ. 1555. num. 26. lib. 2. Peregrin.
conſ. 62. num. 20. lib. 1. conſ. 44 num. 7. lib. 4. &
de fideicomm. art. 19. nu. 7. dec. Patau. 111. n. 3.
Anchar. Reg. queſt. 71. num. 10. lib. 1. Fu-
ſar. de ſubſtit. quæſt. 382. num. 56. Couarr. in
cap. Rainutius, §. 2. num. 2. Bich. dict. deciſ.
622. num. 18. Rot. in recent. dec. 266. num. 12.
par. 1.*

Tum demum, quia, cum omnes deſcendē-
tes à Fabritio fuerint grauati, illiſque ſubſti-
tutæ aliæ lineæ de Domo Præneſtina, & Za-
garola, poſtquám adierint, & defecerint ſine
liberis maſculis; perneceſsè omnes inter ſe
dici debent ſubſtituti, non ſolùm per fidei-
commiſſum abſolutum, & ſucceſſiuum, ſed
etiam reciprocum; nam alioquin non poſſet
eſſe locus ſubſtitutioni aliarum linearum,
29 niſi poſtquàm omnes præcedentes lineæ ſuc-
ceſſerint, & defecerint, Ruin. *conſ. 199. nu. 5.
verſic. ſed prædictis lib. 2.* vbi, quòd ſi ſubſti-
30 tutio fiat, ſi linea fuerit defecta, omnes de
linea cenſentur grauati, & meliùs, *conſ. 140.
num. 9. verſic. ſi enim multa, lib. 3.* ubi, quòd ſi.
deficiente una linea, alia vocetur, intelliga-
31 tur factum reciprocum, & perpetuum fidei-
commiſſum, benè *Peregrin. conſ. 19 num. 7.
verſic. quarta propoſitio, lib. 6. Aldouin. conſ.
92. num. 10. Gionagn. conſ. 7. num. 15. lib. 1. Bel-
lon. Iun. conſ. 2. num. 29. & ſeq. Laderch. conſil.
169. num. 3. & 7. verſ. quò circa, lib. 1. Marta
de ſucceſſ. legal par. 1. quæſt. 9. art. 5. num. 33.
Barz. deciſ. Bonon. 6. num. 42. & ſeq. Criuell.
dec. Dolan. 18. num. 37. Duran. dec. 296. num. 2.
& ſeq.* optimè *Rot. in recent. dec. 183. nu. 17.
verſic. vltimò, & ſeqq. p. 10.*

ARGVMENTVM.

Subſtitutio reciproca ſuaptè natura odium redolet, præcipuè de linea ad lineam, ne contra Iuris principia, naturalemque libertatem fideicommiſſa multiplicentur; ideoque omnis benigna, poſſibiliſque interpetratio ad illius excluſionem eſt capienda.

Coniecturæ ad inducendam tacitam reciprocam linearem debent eſſe vrgentiſſimæ; adeòut ex illis in neceſſariam reſultet conſequentiam.

Teſtator, quoties, pluribus hæredibus inſtitutis, eorum liberos, deſcendenteſque ſubſtituit, oritur quidem fideicommiſſum deſcenſiuum in qualibet deſcendentia; non autem poteſt dici in-

du-

Digitized by Google

ducta reciproca ſubſtitutio linearis. Nullatenus aduerſantibus clauſulis *ad inuicem, & in infinitum*, rationeque expreſſa conſeruandæ agnationis, ex quibus reſultat alioquin fideicommiſſum deſcenſiuum in ſingulis lineis; non autem de linea ad lineam; Idemque aſſerendum de prohibitione alienationis, quæ non eſt ſufficiens coniectura ad reciprocam linearem inducendam, quoties eſt conſequutiuè, & acceſſoriè poſita ad roborandum fideicommiſſum deſcenſiuum antecedenter conſtitutum in ſingulis lineis. Niſi tamen aliæ coniecturæ concurrant reciprocam linearem ſuadentes.

S V M M A R I V M.

1 *Ad excludendam reciprocam linearem ſufficit allegare, illam non legi expreſſam in Teſtamento, nam, cum fideicommiſſa ſint odioſa, non ſunt multiplicanda.*

2 *Subſtitutio reciproca facta primis inſtitutis, non eſt ſubaudienda ad fauorem Nepotum.*

3 *Ex actiua vocatione filiorum, nepotè poſitorum in conditione non rectè infertur ad paſſiuam.*

4 *Filij in conditione poſiti, quando ſunt vocati, non cenſentur eodem onere grauati, neque ſucceſſiuo neque reciproco fideicommiſſo.*

5 *Admiſſis primis nepotibus teſtatoris, extincta remanſit omnis ſubſtitutio.*

6 *Fideicommiſſum uniuerſale, licet expiret in primis nepotibus, ſi tamen teſtator inſtituit fideicommiſſum particulare ſuper certa re, in qua cadebat affectio cum clauſulis,* in infinitum, *dicitur ſuper eadem re particulari extenſum fideicommiſſum diſcretiuè fauore omnium deſcendentium uniuſcuiuſque lineæ; non autem de linea ad lineam.*

7 *Teſtator, quoties pluribus hæredibus inſtitutis, eorum liberos, deſcendenteſque ſubſtituit, oritur quidem fideicommiſſum deſcenſiuum in qualibet deſcendentia; non autem, quòd inter eos ſit inductum fideicommiſſum reciprocum lineare; niſi aliæ coniecturæ contrarium ſuadeant.*

8 *Idque procedit, non obſtante verbo,* ad inuicem.

9 *Contraria concluſio poteſt fortè admitti, quando verbum,* ad inuicem, *legitur appoſitum poſt ſubſtitutionem filiorum, & deſcendentium.*

10 *Dictio,* cuiuslibet, *omnes quidem vocatos comprehendit; ſed diſtributiuè, & ſeparatim.*

11 *Clauſula,* in infinitum, *inducit perpetuum fideicommiſſum deſcenſiuum in ſingulis lineis; non autem reciprocum de linea ad lineam, &* n. 17.

In quibus terminis procedant auctoritates contrariæ.

12 *Ratio expreſſa conſeruandæ agnationis operatur reſpectu deſcendentium in vnaquaque linea.*

Reprobatur contraria ſententia, & in quo caſu intelligenda.

13 *Diſpoſitio, quòd bona tranſire debeant de hærede in hæredem, licet importet fideicommiſſum reciprocum deſcenſiuum.*

14 *Non tamen cenſetur inducta reciproca ſubſtitutio de linea ad lineam.*

15 *Subſtitutio reciproca ſuaptè natura eſt odioſa, præcipuè de linea ad lineam, ne fideicommiſſa multiplicentur, proindè omnis benigna interpetratio capienda ad illius excluſionem.*

16 *Ad hoc, vt non dicatur inducta, mens dubia ſufficit Teſtatoris.*

17 *Clauſula,* in infinitum, *dum poteſt æquè benè operari effectum, inducendo fideicommiſſum deſcenſiuum in eadem linea, non debet trahi de linea ad lineam, &* num. 11.

18 *Faciliùs præſumendum eſt, Teſtatorem grauaſſe filios, & deſcendentes reſtituere portionem filiis ſuis propriis, quàm filijs alterius.*

19 *Subſtitutio reciproca faciliùs ordinatur inter deſcendentes, quàm inter tranſuerſales.*

20 *Reciproca linearis ad hoc, vt dicatur inducta ex coniecturis, debent eſſe vrgentiſſimæ; adeòut ex illis reſultet in neceſſariam conſequentiam.*

21 *Tacita reciproca fideicommiſſaria non inducitur; niſi tribus concurrentibus requiſitis, quòd, nempè, omnes ſint honorati, quòd ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate, quòdque ſit facta vltimo morienti.*

22 *Tacita reciproca fideicommiſſaria, licet poſſit reſultare, etiam ſine dictis tribus requiſitis.*

23 *Nihilominus coniecturæ debent eſſe vrgentiſſimæ, perneceſſèque concludentes.*

24 *Imò quælibet de per ſe debet eſſe apta ad reciprocam inducendam.*

25 *Præcipuè, quando agitur de reciproca fideicommiſſaria de linea ad lineam, quidquid ſit, quando eſſet quæſtio de reciproco fideicommiſſo deſcenſiuo in eadem linea, quo caſu ſufficerent leuiores coniecturæ.*

26 *Prohibitio alienationis non eſt ſufficiens coniectura ad inducendam reciprocam linearem; cum regulari debeat iuxta terminos fideicommiſſi deſcenſiui antecedenter conſtituti; non autem, quòd quis ſit prohibitus alienationem facere fauore deſcendentium alterius lineæ.*

27 *Expreſſa ſubſtitutio de agnatis, vt bona firma maneant in familia, intelligitur in caſibus diſpoſitis in ſpecificis ſubſtitutionibus præcedentibus.*

28 *Ex prohibitione alienationis fortiùs non reſultat reciproca linearis, quoties eſt acceſſoriè, & continuatiuè poſita ad roborandum fideicommiſſum deſcenſiuum, iam conſtitutum in ſingulis lineis.*

29 *In dubio prohibitio alienationis cenſetur appoſita dependenter, & conſequutiuè; præcipuè, quando non incipit oratio ſuper prohibitione per dictionem,* Item; *ſed per dictionem,* Et, *quæ ſtat copulatiuè ad præcedentes ſubſtitutiones.*

30 *Fideicommiſſum reciprocum poteſt reſultare ex prohibita alienatione, quãdo eſt ſimpliciter facta, neque præcedit fideicommiſſum, iuxta quod regulari debet; ſecus ſi fideicommiſſum præcedẽs eſt deſcenſiuum, in eadem linea.*

31 *Reciproca linearis remanet excluſa ex vocatione Eccleſiæ in caſu contrauentionis, & deuiatione.*

CAPVT XVII.

NVLLA prorſus adeſt reciproca linearis, cuius vigore Ferdinandus, qui deceſſit ſine liberis, deſcẽdẽs á Deodatã vna ex filiabus Teſtatoris fideicommittentis, teneatur portionem Domus reſti-
1 tuere deſcẽdẽtibus á Felice altera filia eiuſdem Teſtatoris; cum expreſſa non legatur in teſtamento, quod ſufficeret allegare ad illam excludendã; fideicommiſſa enim ſunt odioſa, ideòque cõtra Iuris principia, naturalemque libertatem non multiplicanda, *l.cohæredi, §.cum filiæ, ff.de vulgar.* Io. *Andr.in addit.ad ſpeculat.de Teſtam.§.1. verſ.occurrit, Soccin. Iun.conſ.64.num.14.lib.3.*Rub. *Alex.conſ.28. num.1. Engen.conſ.33. num.54. & ſeq. lib.2. Pacian.conſ.58.num.17.Decian.conſ.55. num. 9.lib.3. Coſt. de ration. rat. q.206. num.1. & ſeq. Peregrin de fideicom. art. 11. num.37. & art.13.num.4.& 73.Fuſar.de ſubſti:ut.q.471. num 1. Battell.vlt. voluntat. dec.9. num.7. & duob.ſeqq. Cyriac controu.8. num.47.& controu.142.num.8.& 281.num.41. Seraph. dec. 1023.num.1.Card.Celſus dec.376.num.4.* Rot. *diuerſ.dec.466.in princip.part.4.in recent.dec. 192.num.1. part.*8. & tacita non poſſit reſultare ex coniecturis ex aduerſo congeſtis.

Non adeſt verbis expreſſa. Præmiſſo ſiquidem á Teſtatore duo fuiſſe ordinata fideicommiſſa inter ſe omninó diſtincta, ac ſeparata; alterum vniuerſale ſuper tota hæreditate; alterum verò particulare ſuper domo, inſpecto diligenter tenore vtriuſque fideicommiſſi, nulla legitur expreſſa reciproca linearis.

Si enim attendere velimus verba fideicõmiſſi vniuerſalis: ibi, *e ſe alcuna delle mie figlie moriſſe ſenza figliuoli, voglio, che quella, che reſterà ſuperſtite, ſia Patrona, & herediti l'altra:* Ex his nullo prorſus Iure poteſt reſultare reciproca linearis ſubſtitutio; ſolùm enim legitur conſtituta inter Deoda-
2 tam, & Felicem filias inſtitutas; atque adeò non eſt ſubaudienda ad fauorem nepotis ipſius Teſtatoris, *l.hæredes mei 57.§.cum ita, ff. ad Senat.Conſul.Trebell.Soccin.Iun.conſ.101. num.3. & conſ.64. num.14. lib.3. Pariſ. conſ. 31.num.6. lib.2. Soccin.ſen. conſ.116. num.7. verſ.præterea, & conſil.62.n.4. verſ.& in primis, lib.3.Gozadin.cõſ.21.n.8. Aym.conſ.162. n.16. Peregrin.conſ.33.num.22.lib.3.Barri de ſucceſſ.lib.7. tit.3.num.7. Ant.Fab.in* Cod. *lib. 6. tit.22. defin.24.* & optimè in his terminis pro excluſione reciprocę linearis, firmat, alijs allegatis, *Rot.in recent.dec.287.num.2.& 20. part.4. tom.2.*

Et licet ex ſtatuto Vrbis 142. *lib.1.* filij Deodatæ, & Felicis, tamquàm poſiti in conditione, dicantur vocati ad prædictum fideicommiſſum uniuerſale; non tamen intelligũtur grauati; neque etiam proprijs filijs reſtituere; cum ex actiua vocatione non rectè ad paſſiuam inferri valeat, iuxta recæptiſſimam
3 ſententiam, quam probant, *Soccin. Sen. in l. hæredes mei, §.cum ita, num.* 3. ibique *Rip. num.29. Soccin.Iun.num.10.Zanch.num.796. ff.ad Trebell. Rip. in l.centurio, num.168. ff.de vulg.& pupill.Capr.conſ.134.col.pen.Dec.cõſ. 63.col.1.& 2. Soccin.Sen. conſil.104. num.2. & ſeq. lib.3. Soccin. Iun. conſ.57. num.4. & ſeqq.lib.4. Cephal conſ.514.per tot.Pariſ. conſ.31.num.28.& cõſ.85.num.32.lib.2. Odd. conſil.66.num.32.94.& 106.& conſ.26.n.7. & ſeqq.Honded.conſil.60.num.43.58. & 84. lib.1.* & pluribus congeſtis, *Decian.conſil. 26.n.45.56.& ſeqq.lib.2.& conſ.9. dub.2.lib. 3.*ubi teſtatur de communi, *Menoch.conſ.85. n.43.& per tot.et lib.4.præſ.62.n.54.Marzar. cõſ.6.n.7.Card.Mantic.de coniect. lib.7. tit.5. n.2. Peregrin.de fideicomm.art.13 n.70.& art. 28. num.27. Fuſar. conſil. 65. num.8.* Roſa *conſultat. 42. num. 28. Magon. deciſ. Florent.71. num.15.in fine, & ſeq. Theſaur. deciſ. Pedem.248.num.17. Crinell.deciſ. Dolan.64. num 22.* & in terminis vocationis tacitæ ad fideicommiſſum inductæ ex ſtatuto Vrbis, *Card.Cerrus dec.442. num.2. & ſeq. Card.Ottbobon.deciſ.113.num.7.*Rot. *in recen.dec.486 num.22.par.1, et 473.n.4.p.4.tom.2. & 249. num.6.p.6.*& frequenter in alijs.

4 Quando enim filij in conditione poſiti ſunt vocati, non cenſentur eodem onere grauati, prout in ſpecie pro excludenda reciproca de linea ad lineam, aduertunt R*uſtic. de lib.in condit.poſit.lib.5.cap.9.nu.6. Decian. conſil.26.num.45.56.& ſeqq. lib.2. Menoch. conſ.85.num.43. & per tot.& lib.4.præſump. 62.num.54. Odd. conſ.26. num.7. & ſeqq.* ſignanter *num.13. Honded. conſ.60. num.43. verſ.nec eſſe verum, et num.58.et 84.lib.1.Peregrin.de fideicomm.art.13. num.70. artic.28. num.27.art.29.num.26.*quos refert, & ſequitur *Fuſar.conſ.17.num.27.et ſeqq.Magon.dec. Florent.71. in fin. Theſaur. deciſ.Pedem.248. num.17.*

Attento igitur dicto fideicommiſſo uniuerſali, nedum abſque difficultate remanet excluſa reciproca linearis; ſed fortiùs, neque etiam conſtat de reciproco fideicommiſſo ſucceſſiuo intra ſingulas lineas, quod egrediatur perſonas Nepotum Teſtatoris; cum illud expirauerit in filijs Felicis, & Deodatæ ad fideicommiſſum deſcenſiuum intra lineam uocatis, tamquàm poſitis in conditione, qui non cenſentur grauati, neq; minus reſtituere filijs, & deſcendentibus proprijs in unaqua-
5 que linea. Admiſſis enim primis Nepotibus Teſtatoris, extincta remanſit omnis ſubſtitutio, *Menoch. conſil.85. num.75. et ſeqq. et conſ.274.et conſ.640.et lib.4.præſumpt.71. nu. 22.et ſeqq. Decian.conſ.26.num 45.lib.2. Cephal.*

phal conſ.326.num 25.et ſeqq.et conſ.353.per tot Odd.conſ.46.Surd.cõſil.554.num.24. lib.4. Peregrin.conſ.70.num.24 et ſeqq.lib.3. quos refert, & ſequitur *Fuſar.dict. conſ.17.nu.31. verſic.hoc autem fideicommiſſum*, atque adeò uanum eſt prætendere extenſionem fideicõmiſſi, de una linea ad alteram, dum ex ſupra deductis, neque etiam extenditur ultra filios Felicis,& Deodatæ diſcretiuè in ſingulis earum lineis.

Si uerò inſpiciatur tenor alterius fideicõmiſſi particularis ſuper Domo, neque ex illo poteſt reſultare fideicommiſſum reciprocum de linea ad lineam; adeòut Ferdinandus ultimus decedens ſine liberis ex linea Deodatæ, dicatur grauatus reſtituere deſcendentibus ex altera linea Felicis.

Licet enim hoc ſecundum fideicommiſſum particulare ſuper Domo ex ui clauſulæ appoſitæ, *in infinitum*:ibi, *Voglio,e diſpongo,che detta mia Caſa, ..a,e reſti fideicommiſſaria alli detti miei heredi, e ſuoi ſucceſſori, così maſchi, come femine, e ciaſcheduna di loro ad inuicem, et in infinitum*;poſſit reuera dici extenſum ad omnes ipſius Teſtatoris deſcendentes; adeò ut fuerit inductum fideicommiſſum reciprocum perpetuum, & deſcenſiuum in ſingulis lineis, ad differentiam fideicommiſſi uniuerſalis antecedenter à Teſtatore inſtituti, qui benè agnoſcens, illud expirare in primis nepotibus in conditione poſitis, addidit clauſulam, *in infinitum*, reſpectu fideicommiſſi particularis ſuper Domo. in qua aderat particularis affectio ad effectum illud extendendi diſcretiuè fauore omnium deſcenden-
6 tium uniuſcuiuſque lineæ, ut in his præciſis terminis optimè ratiocinatur uidendus *Fuſar.d.cõſ.17.num.32.verſ.videns ergo Teſtator.* Non tamen poteſt,inſpecta diſpoſitione eiuſdem fideicommiſſi particularis ſuper Domo, reſultare ſubſtitutio reciproca de linea ad lineam.

7 Recæptiſſima enim eſt iuris propoſitio, quod ubi Teſtator, pluribus filijs inſtitutis, eorum liberos, deſcendenteſque ſubſtituit, oritur quidem fideicommiſſum deſcenſiuum in qualibet deſcendentia; adeóut liberi, & deſcendentes unius diſcretiuè ad portionem proprij Parentis dicantur ſubſtituti; non autem,quòd inter eos ſit inductum fideicommiſſum reciprocum lineare; itaut deſcendentes ex una linea dicantur ſubſtituti deſcendentibus ex altera, niſi aliæ coniecturæ contrarium ſuadeant.prout,omiſſis innumeris,qui poſſent allegari, per *text.in cap.1.de duob fratrib.à Capit.inueſt.* firmant,*Salicet.in l.quoties*, la prima,*ſub n.2.verſic.ſed hoc non teneo,Cod.de fideic.Torniell.in l.Gallus, §.quidam rectè,nu.77.et ſeq. ff.de lib.et poſth.Ruin.cõſ.121.n.8.verſ.ſed vbi teſtator,lib.2.Alciat.conſil.87.n.2 et 6. verſic. quòd autem, et ſeq. lib.9. Caſtr.conſil.434.lib.2.Menoch.conſ.376. num.40.et 55.et ſeqq. et conſ.224 num.4. Pariſ.conſil.18.num.61. lib.2. Cephal. conſ.430. num.27. et ſeqq. et num.45. verſic.quibus, et conſil.402.num.31.Odd.conſil.45.num.30. et ſeq.et num.42. Fuſar conſ.1.num.10. et conſil. 116.num.2.et duob. ſeqq. et de ſubſtit. qu.475. n.45.* optimè *Peregr cõſ.30.n.2. et ſeqq.et cõſ. 37.n.9 lib.3.& de fideic.art.13.n.72.et 90 Bellon.Iun.conſil.12.n.79.& ſeq. Palm.cõſ.89.n. 12. Gratian.cap.171.num.8. Cyriac.controu. 608.num.42.de Marin.lib.2.reſolut.89.num.3. & ſeq. Hodiern. controuerſ.33. num.14. & ſeq. Baitell. de vlt.volunt. dec.2.num.25. Roſa conſult.41.num.4. & ſeq. Card.de Luca de fideicomm.diſc.102.num.2. Caſtald.conſult. forenſ.77. num.1. Seraphin.dec.1023.num.3. & ſeqq.Penia dec.1553.num.6.Epiſc.Sperell. dec.152.num.29. Carrill.dec.105.num.20.& dec.190.num.4.Card Celſ.dec.376.num.1. & ſeqq.Rot.in recent.dec.287.nu.3.par.4.tom.2.*

8 Huiuſmodi verò concluſio procedit, quamuis fuiſſet, prout in hoc caſu,appoſita clauſula, *ad inuicem*, quæ licet importare valeat reciprocam inter deſcendentes vniuſcuiuſque lineæ, *Soccin.Iun. conſ.78. num.10. & ſeq.lib.3.Menoch.lib.4.præſumpt.59.n.11. Peregrin.de fideicomm.art.13.num.75.* non ita eumdem effectum operari debet inter unam, alteramque lineam; ſemotis contrarijs coniecturis, de quibus in diſputatione præcedenti; quotieſcumque enim verba congruè poſſunt referri ad unum grauamen, non debent extendi ad plura, *l.pater,§ filiũ, ff.de legat.3.* & in ſpecie *Fuſar.conſ.3. per tot. Caſtald.dict.conſult.77.num.2. Seraph dict.deciſ.1023.n.4.& ſeqq.Carrill. dec.105. nu.27. verſ. non obſtat dictio illa ad inuicem, & ſeqq.*

9 Contraria verò concluſio fortaſsè poteſt ſibi locum vindicare, quando verbum, *inuicem*, legitur appoſitum poſt ſubſtitutionem filiorum, & deſcendentium,in quibus terminis loquuntur ex aduerſo allegati, *Altograd. conſ.54.num.3.lib.1.* Redenaſch.*conſ.60.nu.2. Vrecol.conſult.80.nu.21. Caſtald.conſult.100. num.8.& 9.* vel quoties concurrunt aliæ coniecturæ, in quibus terminis procedunt exarata in *diſputatione antecedenti.*

10 Idemque dicendum de dictione,*cuiuslibet*, quæ omnes quidem vocatos comprehendit; ſed diſtributiuè, & ſeparatim; *Bart.in l.non diſtinguemus 37.§.cum plures, ff.de arbitris, Alex. conſ 175. num.1.lib.5. Pariſ.conſil.49. num.3.& 5. lib.2. Roland. conſil.70. num.44. lib.3.Butr.conſ.26.num.2.Caſtald.dict.conſult. 77.num.3.Baitell. dec.2. num.126. de vlt.volunt.Carrill.dict.dec.105.n.25.& ſeq.*

Prout, neque etiam aduerſatur clauſula, *in infinitum*; huiuſmodi enim verba perpetuitatem denotantia inducunt quidem per-
11 petuum fideicommiſſum deſcenſiuum in ſingu-

gu-

11 gulis lineis; itaut quilibet cenſeatur grauatus reſtituere ſuis deſcendentibus; nō autem reciproeum de linea ad lineam, prout in terminis firmant, Torniell. in l.Gallus, §.quidam rectè, num.77.& ſeqq.ff.de lib.& poſthum. Alciat.conſ.87.num.2.& 6.verſ.quòd autem, cum ſeqq.lib.9. Caſtr.conſ.434.lib.2. Rimin.Sen.cōſil.28.num.5.Corn.conſil.32.lib.2. Ruin.conſil. 121.num.8.lib.2.& conſ.115. num.12. lib.3. Fuſar. dict.conſ.17.num.102.& ſeq. et conſil. 116.num.2.& duob.ſeqq.& conſ.1.num.10. et 17.verſic.& in terminis, Peregrin. conſil.43. num.2.et ſeq.lib.2.et conſ.30.n.2. et ſeq. lib.3. et de fideicomm.art.13.num.72.Vegg.conſ.vlt. à num.100.vſque ad 164.Rimin.Iun. conſ.371. num.117. et 168. et ſeqq. Menoch. conſ.327. num.24.et ſeqq. et conſ.274. 376. num.30. et ſeqq. conſ.730. num.3. uſque in fin. Odd.conſil. 45.Berett conſ.18.num.22.et conſ.75.num.15. lib.1. Ceph.conſ.430 num.27. et ſeqq. et num. 45. Torniol.conſ.80. in fin. Card.Mantic. de coniect.vlt.vol.lib.7.tit.5.in fin. Canalcan.dec. 5.num.64.et ſeqq.par.3.Carrill.dec.105.n.21. Rot.in recent.dec.287. n.5. et ſeqq. et num.20. et ſeqq.par.4.tom.2.

Contraria verò procedunt, quoties aliæ concurrunt coniecturæ ſuadentes reciprocā linearem, & dictio, ſemper, eſt repetita in quocumque gradu, & linea, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo allegati, Peregr. conſ.54.lib.1.et de fideic. art.13. num.73. verſic.contrarium, et num.76. verſ.contra, Altograd.conſ.92.num.7.et ſeqq. lib.1. Redenaſch. conſ.58. n.135. aliæq; auctoritates adductæ.

12 Idemque in ſimili dicitur de ratione expreſſa conſeruandi agnationem, ut, ſcilicet, operetur reſpectu deſcendentium in unaquaque linea, Rip. in l.hæredes mei, §.cum ità, num.15.uerſ.ampliatur, ff.ad Trebell. Odd.cōſil.45. num.42. verſic.ad quartam, rectè aduertens, quòd illa ratio agnationis conſeruandæ reſtringatur tantùm ad portionem aſcendentis; adeòut Teſtator uoluerit fauere agnationi cuiuslibet lineæ in portione ſui aſcendentis tantùm; non autem in portione alterius lineæ, Dec.conſ.291.num.5.Peregrin.de fideicomm.art.14.nu.73. et conſ.30. et conſ.33. num.42. uerſ. ad ſextum uſque in fin.lib.3.Menoch.conſ.376.nu.40.55. et 57. et conſ.33.num.28.et ſeq. Fuſar.dict.conſil.17. num.94. et de ſubſtit. quæſt.475. num.21. ubi plures alios refert, Decian. conſ.26. num.86. lib.2.Roland.à Vall.conſ.34.num.64.lib.4. Cephal.conſ.401.et conſ.477.num.13. iuncto caſu, Hodiern.contr.33.num.14. et ſeq. Mart.de ſucceſſ.legal.par.4.quæſt.29.art.4.num.10.Seraphin.dict.deciſ.1023.num.8.in fine, & duob. ſeqq. Coccin. deciſ.2240. Canalcan. deciſ.5. num.67.& ſeqq.& dec.15.nu.1.3. & 14.p.3. quidquid contra communem ſenſerint, Surd. conſil.443. Peregrin.conſ.55.num.22.uerſ.prima, lib.1.& conſ.152.lib.5.Fuſar.conſ.3.Cirillu.controu.11.n.35. quorum ſententia poſſet procedere, quoties aliæ concurrunt coniecturæ reciproeam ſubſtitutionem linearem ſuadentes, in quibus terminis loquuntur auctoritates proximè allegatę, & in præcedenti diſputatione adductæ.

13 Prout etiam in proximis terminis habemus in diſpoſitione facta, quòd bona tranſire debeant de hærede in hæredem, quæ licet importent fideicommiſſum reciprocum deſcenſiuum, Ruin.conſil.115.num.7. verſic. & hoc etiam, lib.2. latè Peregrin.conſil.54.num. 13.& conſil.56.num.11.lib.1.& de fideicom. art.32.num.43.Dec.conſ.38.num.3. Pariſ.conſ. 55.num.2.& ſeqq.& conſ.92 num.46.lib.2.& conſ.8.num.6.& 7.lib.3.Menoch.conſ.281.n. 21.Mart.de ſucceſſ.legal.par.4.q.12.art.1.nu. 29.& ſeqq.Card.Celſ.dec.376.n.2.

14 Non tamen ex prædictis verbis cenſetur inducta reciproea ſubſtitutio de linea ad lineam, cum potiùs videantur importare, quòd deſcendentes maſculi vnius ex vocatis cenſeri debeant ſubſtituti in portione proprij parentis, non autem portione tranſuerſali; prout aduertit Ruin. conſ.115. num.12. et conſil.134.ſub num.7.lib.3.Soccin Iun.conſ. 88.per tot.lib.2. Cephal. conſ.401. pariter per tot. præſertim num.32.et ſeqq. Menoch.conſil. 274.num.4.ad finem, et ſeqq.Bellon.Iun.conſil. 12.num.79.et ſeq.Mart.de ſucceſſ legal. par.4. art.4. quæſt.29. num.9. et ſeq. Seraphin.deciſ. 1023.num.1.et ſeqq. quos refert, & ſequitur Card.Celſus dec.376.n.1.et ſeqq.

15 Fortiùs, cum ſubſtitutio reciproea ſuaptè natura ſit odioſa, præcipuè de linea ad lineam, ne fideicommiſſa multiplicentur, Peregrin.conſ.30.num.4.lib.3.et de fideicommiſſ. art.13.num.90.Roſa conſult.41. num.14 proindè omnis benigna interpetratio ad illius
16 excluſionem eſt capienda, cum nunquàm cenſeatur inducta, niſi ſit expreſsè facta, aut ueniat in neceſſariam conſequentiam expreſſorum, l.Titia Seio, §.Scia libertis, ff.de legat.2. ubi Bart.Bald.Alber.& alij, Iaſ. poſt Caſtr.in l.poteſt, ff.de uulg.Ripa in l.hæredes mei, §.cum ita, ff. ad Trebell.ibique Torniell.num.34.Zanch.num.558.et 694.Aldum.conſ.93.num.19. et conſ.94. num.23. Surd. conſil.329. num.4. uerſic.tertia, quia, Giouagn.conſ.97. lib.1. Menoch.conſ.85.num.65. et conſ.489. num.10. in fin.Burſat.conſ.301.num.12. Altograd.conſ.60. num.60.lib.1.Caſanat.conſ.4.num.274. et 282. Peregrin.de fideicomm.art.13. num.41. uerſ.ſecundò addunt, et num.73. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.472.num.40.Rot.in rccent.dec.49.num.9.
17 par.9.& ad hoc ut non dicatur inducta, mens dubia ſufficiat Teſtatoris; Fuſar.conſ.156. num.1. Rot.in recent.deciſ.497.num.2. part.9. tom.2. atque adeò, dum prædicta clauſula in infinitum, poteſt æquè benè operari effe-

ctum ſuum, inducẽdo ſuper domo fideicommiſſum deſcenſiuum reciprocum in eadem linea, quod attenta diſpoſitione præcedenti, in ſubſtitutione vniuerſali expirabat in Nepotibus, ex ſupra deductis, non debet trahi, citra multiplicationem fideicommiſſi, de linea ad lineam, *l.Pater 38.§.fin. ff.de legat.3. Torniell.in l.Gallus, §.quidam recte, num.77. & ſeqq.ff.de liber.& poſth.Fuſar.de ſubſtit. q. 475.num.7.& conſ.17.num.34.* ubi optimè in ſpecie prædictæ clauſulæ, *in infinitum*, *Odd. conſil.46.num.23.& conſil.68.num.5. Peregr. conſ.30.num.4.lib.3.& conſ.56. num.9. lib.2. Rot.in recen.dec.287.num.21.& ſeq. p.4. tom. 2.diuerſ.decis.466. num.2. verſic.non obſtat, par.4.*

18 Confirmantur prædicta, quia faciliùs præſumendum eſt, Teſtatorem grauaſſe filios, & deſcendentes reſtituere portionem poſt eorum mortem filijs ſuis proprijs, quos ad illam naturalis, ciuiliſque ratio uocat, *l.ſeripto, ff.unde liber.* quàm filiis alterius, & hanc rationem in his terminis pro excludenda reciproca lineari, poſt *Alciat. conſ.39. num.12. & ſeq.& conſ.87.lib.9.* optimè expendit *Peregrin.dict.conſ.30.num.3. lib.3. & conſil.43. num.3.verſic.eſt etiam pulcra, lib.2. & de fideicomm.art.13.num.72. Ruin.conſ.121.nu.8. lib.2.Menoch.conſ.376.nu.55.& ſeqq. & conſ. 1216.in fin. Fuſar.conſ.17.num.150.& ſeqq. Ceph.conſ.401.num.45.& ſeqq. lib.3. Berett. conſ.18.num.22.& conſ.75.n.15. Card.Celſ. dec.376.n.8.*

19 Præcipuè, quia reciproca faciliùs ordinatur inter deſcendentes, quàm inter tranſuerſales, *Ruin.conſ 108.num.12. lib.2. Cranett. conſ.306.col.vlt.Menoch.conſil 376.ſub n.41. Peregrin.de fideicomm.dict art.13.num.72. in fin.& conſ.54.num.8. lib.1. Bich. deciſ.271. num.25.*

20 Minus etiã poteſt reſultare tacita reciproca linearis ex coniecturis deducta; cũ enim illa ſuaptè natura ſit materia odioſa, ne fideicõmiſſa contra naturalẽ libertatem multiplicentur ex ſupra allegatis; ad hoc, ut dicatur inducta, coniecturæ debent eſſe urgentiſſimæ, maximique ponderis, ut ex illis in neceſſariam reſultet conſequentiam *l.Titia Seio, §.Seia libertic, ff.de legat.2.* ubi *Bart. Bald. Alber.* & alij, *Caſtr.in l.poteſt, ff.de vulgar.* Rip.*in l.hæredes mei, §.cum ita. ff.ad Trebell.* ibique *Zanch. n.558.et 694. Torniell. num.34.Surd. conſ.329. num.4.verſic.3. quia, Alduin. conſ. 93. num.19.& cõſ.94. num.23. Giouagn.conſ.97.lib 1. Altograd.conſ.60. nu. 60. lib.1. Caſanatt. conſ.4. num.274.& 282. Cephal. conſ.401. num.28. Peregrin. de fideicomm. d.artic.13.num 4.et 41.verſic.ſecundò adducunt, et num.73. et conſ.30.n.6.lib.3. Fuſar.conſ.1. num.9. et conſ.156. num.1. et de ſubſtit.quæſt.255.num.2.et 472.num.40.Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib.7.tit.5. num.15.Manſ.conſult.218.num.11. Card.Celſus dec.376.num.4.et 5. Rot. in recen. deciſ. 192.num.1.part.8.et deciſ.497.num.8. part.9. tom.2.*

21 Præcipuè, quia non adſunt in præſenti tria illa uulgata requiſita ad inducendam tacitam reciprocam fideicommiſſariam, nẽpè, quòd omnes ſint honorati, quòd ſubſtitutio ſit facta in tota hereditate, quòdque ſit facta ultimo morienti, iuxta ſolemne *Pauli* reſponſum in *l.Titia, §.Seia libertis, ff. de legat.2.* de quibus latè, præ cæteris, agunt *Fuſar.conſ.12.num.1.lib.1. et de ſubſtit.q 472. num.35. Peregrin. de fideicomm.dict.artic.13. num.14. verſ.tria autem requiruntur, Cardin. Mantic.de coniect.lib.7.tit.5.num.15.Menoch. lib.4.præſumpt.62.Mari.de ſucceſſ.tom.1.p.1. quæſt.9.art.5.num.2.Caren.reſolut.144. Barz. deciſ.Bonon.5. et 6. Dunozett.Iun. deciſ.562. num.3.Carrill. deciſ.105. num.24.Coccin.dec. 493.num.9.Seraphin.dec.1023.num.6.Cardin. Celſ.deciſ.376.n.5.*

22 Et quamuis tacita reciproca fideicommiſſaria poſſit reſultare, etiam ſine tribus illis requiſitis, ſtantibus coniecturis; ea præcipuè ratione, quia in fideicommiſſis detecta Teſtatoris uoluntas, cęteris alijs regulis prævaleat, & dominetur, *Rip.in l.hæredes mei, §. cum ita, num.17.* ubi *Zanch.n.158. et 694. in antiqu.impreſs. Peregrin.conſ.54.num.13.lib. 1. Aym.conſ.113.Soccin.Iun.conſ.110.nu.36. lib.3.Cephal.conſ.478.n.13.Altograd.conſ.92. nu.3.lib.1.Card.Mantic.de coniecturis d.lib.7. tit.5. ſub n.15.Card. de Luca de fideic. diſc.89. n.16. Manſ. conſult.218. num.13.Coccin.dec. 493.n.9.Merlin.dec.326.n.15.verſ.ultra quòd dicta requiſita, Card.Otthobon.dec.177.nu.30. Bich.deciſ.287.num.7.Duran.dec.451. num.4. Rot.in recent.dec.266.in fin.par.1. et dec.142. in fin.par.10.*

23 Nihilominùs debent eſſe urgentiſſimæ, & pernecesſè concludentes; adhoc, ut ex illis reciproca induci ualeat, ceſſantibus dictis tribus requiſitis, *Burſat.conſ.371.num. 12. 33. & ſeqq. Menoch.conſ.489.num.10. in fin. Cephal.conſ 401.num.28.Fuſar.conſ.1.num.9.& 10.& de ſubſtit.quæſt.471.num.1. Peregrin.conſ. 47.num.7.conſ.54.num.1.& 11.lib.1. & de fideicomm.art.13.num.4.& 73. Petra de interpetrat. vlt.volunt.fol.324.num.28.Card.Celſus dec.376. num.5. & ſeqq.Rot.in rec.dec.192.nu.17.& ſeq.*
24 *part.8.* ubi, quòd coniecturæ nedum debeãt eſſe neceſſarię, ſed quælibet de per ſe apta ad reciprocam inducendam.

25 Eòque magis prædicta procedunt, quando agitur de inducenda reciproca tacita fideicommiſſaria de linea ad lineam, quo caſu coniecturæ debent eſſe neceſſariæ, & vrgentiſſimæ; quid quid ſit, quando ageretur de inducendo reciproco fideicommiſſo deſcenſiuo in eadem linea, in quo themate ſufficerent

rent

Digitized by Google

rent leuiores, prout benè diſtinguit *Fuſar. d. conſ.17. num.26. verſic. imò quando Rot. in recen. dec.145. num.6. in fin. part.1.*

In præſenti autem caſu coniecturæ ex aduerſo ponderatæ nullius videntur releuantię ad inducendam reciprocam linearem, cum ſint admodum leues.

Quó enim ad clauſulam, *in infinitum*; ſatis, ſuperque fuit ſatisfactum ex ſuperiori loco deductis, ut, nempè, non ſit apta extendere fideicommiſſum de linea ad lineam, niſi aliæ coniecturæ concurrant, in quibus terminis procedunt auctoritates contrariæ ſuperiùs allegatæ.

26 Quò verò ad alteram coniecturam deſumptam ex prohibita domus alienatione, neque illa exiſtimari debet alicuius ponderis ad inducendam reciprocam linearem; huiuſmodi enim prohibitio regulari debet iuxta terminos fideicommiſſi deſcenſiui antecedenter conſtituti; adeónt, quilibet ex deſcendentibus teſtatoris videatur prohibitus alienare fauore ſuorũ deſcẽdentiũ; non autẽ deſcẽdẽtiũ alterius lineæ, ut in terminis pro excludẽda reciproca lineari neruosè ſubſtinent, *Ruin. conſ.121. num.8. lib.2. Fuſar. conſ. 116. num.8.* & latiùs *conſ.17. num.150. & ſeqq.* vbi plures alios congerit, *Menoch. conſ.376. num. 55. vſque ad 63. & conſ.489. num.4. verſ. ſecundò, & ſeqq. Cephal. conſ.401. num.45. et ſeqq. et conſ.367. num.55. et ſeqq. & conſ.126. in fine, Peregr. conſ.30. num.3.20. & ſeqq. lib.3.* ubi, quòd per prohibitionem alienationis nulla conſiderari poſſit alteratio fideicommiſſi ad effectum illud extendendi de linea ad lineã, *& conſ.33. n.42. verſ. ad ſextum vſq. in fin. eod. lib.3.* aduertens, quòd licet Doctores ſine neceſſaria coniectura ad reciprocum fideicommiſſum ſoleant aliquando vagare; tutiùs tamen ſit non recedere á communibus regulis, nec facienda ſint teſtamenta pro mortuis, & *de fideicom. art.13. num.73. Beret. conſ.18. num.22. Odd. conſ.65. num.52. in fine, verſ.4.* ulteriùs, *& ſeqq.* ſignanter *num.56. & conſ.68. num.8. verſ. præterea, & ſeqq.* ubi teſtatur, hanc eſſe veriorem ſententiam, latiſſimè, pluribus allegatis, *Cyriac. contr.608. num.26. & ſeqq. lib.4. Cauालcan. deciſ.5. num.67. Rot. diuerſ. dec.466. in fine, part.4. Seraph. d. deciſ. 1023. in fine, Card. Celſ. d. dec.376. num.8.*

27 Prout in fortioribus terminis dicitur in expreſſa ſubſtitutione de agnatis, ut bona permaneant in familia, quia intelligitur in caſibus diſpoſitis in ſpecificis ſubſtitutionibus præcedẽtibus, & cẽſetur ab eis depẽdere, *Zucchard. in l.1. ſub num.9. Cod. de pact. Alciat. in l. pater filium, §. fundum. ſub num.8. ff. de legat.3. Ancharan. conſ.137. Alex. conſ.139. num.3. & 4. lib.3. Ruin. conſil.153. ſub num.5. lib.2. Decian. conſ.3. nu.38. lib.2. Rub. conſ. 120. ſub num.9. Menoch. conſ.760. num.10.* quos refert, & ſequitur *Cyriac. d. contron.608. num.30. lib.4.*

Fortiùs, quia prohibitio de non alienan-
28 do domum apparet acceſſoriè, & conſequutiuè poſita ad roborandum fideicommiſſum deſcenſiuum, iam conſtitutum in ſingulis lineis filiarum inſtitutarum; non autem principaliter, & de per ſe ad illud ampliandum de linea ad lineam, *Dec. conſ.636. num.8. & ſeq. Bellon. Inn. conſ.12. num.43. & conſ.17. num.90. Fuſar. de ſubſtit. q.688. num.36. Gabr. conſ.124. num.12. & conſ.138. num.26. & ſeqq. lib.2. Seraphin. dec.482. num.3. Dunozett. Inn. dec.777. nu.9. & ſeqq. Rot. in recent. dec.15. num.5. part.7.* & optimè in his terminis, pro excludenda reciproca lineari, aduertit *Peregrin. d. conſ. 30. num.22. verſ.2. quia Teſtator, lib.3. Card. Celſ. d. dec.376. num.9. Dunozett. Inn. dec.777. num.9. & ſeqq.* & in dubio prohibitio alienationis
29 cenſetur appoſita dependenter, & conſequutiuè, *Cyriac. d. controu.608. num.38. & ſeq.* ubi ſignanter, quando, prout in præſentia, Teſtator non incæpit orationem ſuper prohibitione per dictionem, *item*; ſed per dictionem. *Et*, quæ ſtat copulatiuè ad pręcedentes ſubſtitutiones; de quo alibi.

30 Præter quàm quòd concluſio, quòd fideicommiſſum reciprocum reſultet ex prohibita alienatione, poſſet procedere, quãdo prohibitio eſt ſimpliciter facta, neque præcedit fideicommiſſum, iuxta quod illa regulari debeat; ſecus verò, ſi fideicõmiſſum præcedens eſt deſcenſiuum in eadem linea; tunc enim prohibitio alienationis non inducit reciprocam de linea ad lineam, neque illa argui poterit ex huiuſmodi prohibitione, ex ſupra allegatis, ut benè diſtinguit *Fuſar. de ſubſtit. qu.689. num.18. et conſ.85.*

31 Tandem in teſtamento, de quo agitur, ex ipſamet vocatione Eccleſię in caſum contrauentionis potiùs remanet excluſa reciproca, præcipuè linearis; ſi enim Teſtator in caſu, quo aliquis ex deſcendentibus ex filiabus inſtitutis alienaret, non vocauit alios deſcendentes ad portionem alienantis; ſed Eccleſiam, quomodò poterit reſultare reciproca inter prohibitos alienare, dum non ſunt vocati ad portionem alienantis? ita in ſpecie optimè arguit *Odd.* videndus *conſ.65. nu.52. verſic. in dicta autem.*

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti, ad fideicommiſſum vocati ex ſtatuto, vel coniecturis, an, & quando cenſeantur vocati, nedum ad portionem proprij Parentis; ſed etiã Patrui ab inteſtato ſine liberis defuncti, latè ad examen reuocatur. Plures expẽduntur coniecturæ, inter quas progreſ-

ſum ad plures ſubſtitutionum gradus, nec non prohibitionem de non alienando, vt bona conſeruentur in familia, potiſſimùm attendi debere oſtenditur pro inducenda vocatione nepotum, etiam ad ſucceſſionem Patrui, cæteris coniecturis, ſignanter ſubſtitutione reciproca, paruifaciendis.

Subſtitutio vulgaris anomala tacitè comprehenſa ſub fideicommiſſaria, an, & quando poſſit præferre vocationem nepotis in conditione poſiti, etiam ad portionem Patrui.

Repreſentatio, ſiue ſubingreſſio in fideicommiſſis aſcendentium, an ſit regulanda iuxta ordinem inteſtatæ ſucceſſionis, &, an ſit admittenda, quoties vocantur ſuperſtites.

Fideicommiſſum conditionale, neq; etiam ad deſcendentes tranſmittitur, nullatenus attenta coniectura reſultante ex vocatione filiorum in conditione poſitorũ inducta à ſtatuto, quæ ſolùm operatur prædilectionem in portione Patris; non autem Patrui.

An hęreditatem Patrui ſine liberis ab inteſtato defuncti, ſuperſtite vnica nepte ex altero fratre præmortuo, an ſit admittenda pro virili Mater eiuſdem Patrui, vnà cum nepte, vel potiùs eadem Mater tantùmmodò ſuccedere debeat. Ad intellectũ difficilium Iurium *in Authent. vt fratrum filij, & §. ſi igitur defunctus Auth. de hæredib. ab inteſt. venient.* Approbatur interpretatio *Iacobi de Beluiſo*, reprobato *Alberici* intellectu.

S V M M A R I V M.

1 *Filij in conditione poſiti, & ad fideicommiſſum vocati ex ſtatuto, vel ex coniecturis, cenſentur vocati ad ſolā portionē proprij Parentis, cui fuerūt poſiti in conditione; non autē ad portionē Patrui.*

2 *Idque etiam procedit in terminis vocationis inductæ à ſtatuto Vrbis 142. lib. 1.*

3 *Præcipuè, quando portio Patrui non fuit conſolidata per eius prædeceſſum cum portione Patris vltimo loco defuncti.*

Secus aſſerendum, ſi fuerit conſolidata, & quid, ſi hæreditas Patrui fuerit ſolùm delata, licet non agnita: ibidem.

4 *Coniecturis concurrentibus, filij in conditione poſiti cenſentur vocati, nedum ad portionem proprij Parentis; ſed etiam Patrui, licet ſuperuiuentis, poſt obitum Patris.*

5 *Inter præcipuas coniecturas enumerantur progreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, alienationiſque prohibitio, vt bona in familia conſeruentur.*

6 *Prædictæ coniecturæ in ſententia* Rotæ *ſunt duntaxat vrgentes in hac materia.*

7 *De quæſtione, an ex ſubſtitutione reciproca inter filios inſtitutos, ſi deceſſerint ſine filijs, reſultet vocatio filij in conditione poſiti, etiā ad portionem Patrui, qui poſt Patrem eiuſdem filij ſine liberis deceſſerit.*

8 *Subſtitutus ſubſtituto, dicitur ſubſtitutus primo hæredi.*

9 *De vulgari anomala in ſententia* Bartoli, *cuius vigore filia poteſt dici vocata, etiam ad portionem Patrui, licet Pater eidem Patruo prædeceſſerit, & caducata remanſerit illius ſubſtitutio.*

10 *Tacita vulgaris anomala comprehenſa ſub fideicommiſſaria ſubſtitutione reciproca inter primo loco ſubſtitutos, operatur, vt filij in conditione poſiti dicantur vocati, etiam ad portionem patruorum; quamuis caducatam per prædeceſſum hæredis inſtituti.*

11 *Præcipuè, quando filij non ſunt grauati tertio reſtituere; ſed inter ſe ſunt reciprocè ſubſtituti.*

Contrarium num. 14.

12 *Ad conſequendam portionem Patrui ſine liberis defuncti, leniores coniecturæ ſufficiunt, quando verſamur in deſcendente à Teſtatore.*

13 *Patruus, quando ſine liberis deceſſit, filij in conditione poſiti, etiam ad ipſius ſucceſſionem præſumuntur vocati.*

14 *Receptior eſt opinio, quòd vnica coniectura deſumpta ex inſtitutione reciproca inter filios, non operetur vocationem eorumdem ad portionem Patrui.*

15 *Reſpondetur authoritatibus contrarijs, illaſq; procedere oſtenditur, vel concurrentibus alijs coniecturis, potiſſimùm voto agnationis conſeruandæ, & digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus.*

16 *Vel in caſu, in quo portio Patrui prędefuncti reperitur conſolidata cum portione proprij Parentis.*

17 *Vulgari anomalę poteſt eſſe locus, quoties adeſt vlterior ſubſtitutionum progreſſus inter filios, & deſcendentes hæredum, qui primo loco fuerunt inſtituti, ſeu reciprocè ſubſtituti.*

Secus, quando ſubſtitutio reciproca facta inter filios primo loco inſtitutos, vlteriùs non progreditur ad deſcendentes.

18 *Repreſentatio, ſiue ſubingreſſio, in veriori ſententia locum habet in fideicommiſſis aſcendentiū, regulando fideicommiſſariam ſucceſſionem iuxta ordinem ſucceſſionis inteſtatæ.*

19 *Reprobatur contraria ſententia* Baldi, *& aliorum.*

20 *Retenta prima ſententia, illa non procedit, quoties, pluribus inſtitutis, ſi aliquis ſine filijs deceſſerit, ſubſtituuntur ſuperſtites; tunc enim non eſt locus repræſentationi.*

Reprobatur contraria ſententia Robles, *& in quibus caſibus poſſit procedere.*

21 *Præcipuè, quando à Teſtatore filij fuerunt nominatim inſtituti; filij verò eorum, & nepotes reſpectiuè in conditione poſiti, ſub nomine collectiuo.*

22 *Fideicommiſſum conditionale, neque etiam ad filios tranſmittitur, quando Pater, pendente conditione, deceſſit, ceſſantibus contrarijs coniecturis.*

In fideicommiſſo aſcendentis, licet coniecturæ leniores admittantur, nihilominus debent eſſe vrgen-

Digitized by Google

gentiſſima, ſignanter, quando non legitur contemplata aguatio, neque fuit factus digreſſus ad plures gradus ſubſtitutionum.

23 *Coniectura vnica vocationis ſtatutariæ ad portionem Patris, an ſufficiat pro inducenda tranſmiſſione,* & num.ſeqq.

24 *Vocatio ſtatutaria operatur prędilectionem filiorum in portione Patris; non autem Patrui; ideòque excluditur tranſmiſſio fideicommiſſi conditionalis.*

25 *Coniectura ſtatutariæ vocationis eſt nimis leuis pro inducenda tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis, etiam ordinati ab aſcendente.*

26 *Et ſola non ſufficit pro inducenda huiuſmodi tranſmiſſione.*

27 *Solùmque poteſt ſuffragari, quando eſt fulcita alijs coniecturis.*

28 *In hæreditate Patrui ab inteſtato ſine liberis defuncti, eſt admittenda pro virili neptis ex altero fratre prædefuncto, vnà cum matre eiuſdem Patrui,* & num. ſeqq.

29 *Idque Iure nouiſſimo,* Authent. vt fratrum filii *corrigēte alteram* Authent. *excludentē filios fratrum præmortuorum, ſolùmque admittentē aſcendentes, fratreſque vtriuque coniunctos.*

30 *Reprobatur intellectus* Alberici *affirmantis, quòd* Authent. vt fratrum filii *non procedat, exiſtente tantùmmodò matre, & nepote ex filio prædefuncto, quòdque in hoc caſu ſoli matri ſucceſſio deferatur, excluſo nepote.*

31 *Oſtenditur, receptiorem eſſe contrariam ſententiam* Iacobi de Beluiſo *aſſerentis, vt, etiam non exiſtentibus alijs filijs, nepotes cum Auo, ſiue Auia concurrant per inſcriptionem d.* Authent. vt fratrum filii ſuccedant pariter ad imitationem fratrum, etiam extantibus aſcendentibus.

32 *Affertur validiſſima ratio eiuſdem ſententiæ deſumpta ex eadem* Authentica.

CAPVT XVIII.

PRÆSVPPOSITO teſtamento condito ab Antonio, inſtitutis hæredibus uniuerſalibus Aloyſio, & Thoma eius filijs, cum ſubſtitutione reciproca hoc modo concepta: *E morēdo ciaſcheduno di eſſi ſenza figli legitimi, e naturali, ſucceda l'altra ſopraviuente.*

Quæſtio eſt, an ex ui dictæ ſubſtitutionis, ſuccedere debeat in hęreditate Thomæ Patrui ab inteſtato ſine liberis decedētis, Aloyſia neptis filia poſthuma ex Aloyſio altero fratre prædefuncto, excluſa Magdalena matre eiuſdem Thomę.

Cumque triplici ex capite Aloyſia poſſit contendere ſucceſſionem in portione hæreditatis Thomæ eius patrui; Vel ratione uocationis, ſtante dicta reciproca ſubſtitutione; Vel ex beneficio repreſentationis; Vel demum ex capite tranſmiſſionis; de his omnibus ſigillatim eſt pro ueritate in præſentia agendum.

1 Quò ad vocationem, recepta eſt Iuris propoſitio, quòd filij in conditione poſiti, & ad fideicommiſſum diſpoſitiuè vocati ex ſtatuto Vrbis *lib.1.cap.142.* vel ex coniecturis, cēſeantur vocati ad ſolam portionem proprij Parentis, cui fuerunt poſiti in conditione; non autem ad portionem Patrui, iuxta receptam theoricam *Rip. in l.1.num.11. Cod.de pact. & in l.Centurio, num.166. in fin.* ibique *Galiaul. ff. de vulgar. & pupillar. Soccin Sen. in l.hæredes mei, §.cum ita, num.3. verſ. primus caſus,* ibique *Rip.num.29. Zanch.num.794. & ſeqq. ff. ad Trebell. Ruſtic. in tract. de liber. in condit. poſit. lib.5. cap.9. num.1. Caſtrenſ. in l. filius fam. §. cum quis, ff. de legat.1. & conſ.355 ad fin. l.2. Pariſ. conſ.18. num.61. lib 2. Ruin. conſil.144. num.8. conſil.181. num.7. lib.2. & conſ.141. num.13. circa med. lib.3. Alciat. conſ. 147. num.2. lib.9. Natt. conſ.551. nu.7. Beroit. conſ.74. num.27. Gabriel. conſ.121. num.48. Decian. conſ.28. num.13. lib.2. Odd. conſ.45. nu. 20. Vegg. conſ.74. num.241. & ſeq. Bero. conſil. 66. num.10. lib.2. Card. Mantic. de coniect. lib. 11. tit.3. num.27.* vbi dicit ita omnes ſentire, *Peregrin. de fideicomm. art.28. num.19. verſic. quamobrem perperam,* reprehendens, *Dec.* contrarium ſentientem, & *conſ.36. num.19. lib.3. conſ.33. num.8. conſ.55. num.5. lib.4. cōſ. 152. num.6. lib.5. Menoch. præſumpt 76. n.86. lib.4. & conſ.348. num.10. Mareſc. var. lib.1. cap.27. num.6. Intrigliol. de ſubſtit. cent.3. qu. 26. Trentacinq. cod. tit. par.4. cap.11. in fin. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.440. num.1. & ſeqq. Baitell. vltim. volunt. deciſ.1. num.45. et ſeqq.*

2 Et in ſpecie vocationis filiorum inductæ à ſtatuto, *de Marin. reſol.223. n.3. lib.2. Theſaur. dec.248. nu.16. Viu. dec.393. n.1.* vbi, quòd hæc opinio ſit indubitata, *Capyc. Latr. deciſ. 1. num.82.* & in terminis ſtatuti Vrbis *lib.1. cap.142. Gabr. conſ.2. num.6. et ſeqq. lib.2. Gratian. cap.66. num.2. Card. de Luca de fideicomm. diſc. 78. num. 4. Seraphin. deciſ. 1281. n.3. et dec.1476. n.1. et ſeq. Ludouiſ. dec. 337. n.2. Pentinger. dec.258. n.2. Card. Otthob. dec.28. n.7. Rot. in recent. dec.100. n.3. p.1.*

3 Præcipuè, quando, prout in themate, de quo agimus, portio Patrui, de cuius ſucceſſione contenditur, non fuit conſolidata per eius prædeceſſum, cum portione Patris ultimo loco defuncti, *Gabr. conſ.115. ſub num.8. et ſeqq lib.1. Fuſar. cōſ.144. n.22. Gratia. cap. 371. num.12. et ſeqq. Ludouiſ. dict. deciſ.337. num.3. et ſeqq. Royas dec.481. num.11. Cardin. Otthobon. dict. deciſ.28. num.7. Dunozett. Iun. deciſ.1002. num.5. Rot. in recent. dec.100. n.3. p.1. et dec.68. p.14.*

Contraria verò procedunt, quando portio patruorum, aliorumque cohæredum, per eorum prædeceſſum ex ſubſtitutione deuenit ad Patrē, qui filios in cōditione poſuit; tunc enim non patruorum portio, ſed potiùs Patris appellatur, in cuius hæreditate fuit conſolidata, in quibus terminis procedunt deducta per *Gabriel. conſ.115. num.13.*

cir-

Digitized by Google

circa med. verſic. quæ opinio eſt veriſſima, lib. 1.
Fuſar. cōſ. 144. n. 21. et ſeq. Giouagn. conſ. 81. n.
4. et ſeqq. Peregrin. de fideicom. artic. 15. nu. 24.
Gratian. cap. 371. num. 12 et ſeqq. Cardin. de
Luca de fideicommiſſ. diſc. 78. num. 6. & ſeqq.
ubi etiam agitur, an ſufficiat, portionem
Patrui eſſe Patri delatam, licet non fuerit
agnita, Ludouiſ. dec. 337. num. 2. et ſeqq. Bieb.
decis. 424. num. 13. Royas decis. 481. num. 11.
Peutinger. dec. 162. num. 10. Rot. in recent. dec.
474. num. 1. par. 13. Romana fideicommiſſi de
Quinque 11. Iannar. 1636. coram Pirouano.

Quibus firmatis, Aloyſia non poteſt dici
vocata ad ſucceſſionem Thomæ Patrui de-
functi poſt Aloyſium eius Patrem; ſed tan-
tummodò ad portionem eiuſdem Aloyſij
proprij parentis.

4 Verùm, quia à concluſione ſuperiùs firma-
ta recedi ſolet ex coniecturis, quibus con-
currentibus, filij in conditione poſiti cenſen-
tur vocati, nedum ad portionem proprij pa-
rentis; ſed etiam Patrui, licet ſuperuiuentis
poſt obitum Patris, Cranett. conſ. 130. nu. 6.
et conſ. 326. num. 3. Corn. conſ. 306. in fin. lib. 4.
Burſatt. conſ. 202. poſt num. 42. verſic. enim ve-
rò, Gabr. dict. conſ. 115. num. 17. lib. 1. Decian.
conſil. 102. num. 47. verſic. non obſtat, lib. 2. et
conſ. 44. num 60. et ſeqq. lib. 3. Peregrin. conſ.
73. num. 2. verſic. ſecunda ratio, lib. 3. Caball.
conſ. 105. n. 39. lib. 1. Menoch. conſ. 85. num. 43.
Bellon. Iun. conſ. 86. num. 38. ad fin. Giouagn.
conſ. 79. ſub num. 35. et conſ. 81. per totum,
lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 440. num. 6. Ruſtic.
de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 9. Io: Franc.
Marcian. diſp. 48. num. 6. lib. 1. Cardin. de Luca
de fideicomm. diſc. 78. num. 5. Ludouiſ. dict. de-
ciſ. 337. num. 6. Card. Otthobon. dec. 1. num. 22.
Bieb. dec. 17. num. 21. Dunozett. Iun. dec. 1002.
num. 5.

Hinc in præſenti erit inſpiciendum, an
concurrant legitimæ coniecturæ, ex quibus
ſuaderi poſſit, Teſtatorem fideicommitten-
tem voluiſſe vocare Aloyſiam eius neptem;
nedum ad portionem proprij Parentis; ſed
etiam Patrui, poſtmodùm, ſine liberis dece-
dentis.

Suppoſito autem, quòd in teſtamento nō
legantur, neque progreſſus ad vlteriores ſub-
ſtitutionum gradus, neque etiam alienatio-
5 nis prohibitio, ad hoc ut bona in familia
conſeruentur, quæ ſunt potiſſimæ, urgenteſ-
que coniecturæ ſuadentes, iuxta magis re-
ceptam ſententiam, vocationem, etiam ad
portionem Patrui, de quibus præ cæteris latè
agunt, Zanch. in l. hæredes mei, § cum ita,
num. 600. ff. ad Trebell. Ruſtic. in tract. de liber.
in condit. poſit. lib. 5. cap. 9. num. 10. Cranett.
conſ. 130. num. 5. et 6. Cephal. conſ. 251. nu. 79.
et ſeq. Pancirol. conſ. 59. num. 54. Caball. conſ.
105. num. 40. lib. 1. Gabr. conſ. 93. num. 38. lib. 2.
Bellon. Iun. conſ. 26. num. 47. et ſeq. Giouagn.
conſ. 81. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. qu. 440. num. 8.
Rouit. conſ. 54. num. 6. lib. 1. Petr. de interp. vlt.
volunt. fol. 341. ſub nu. 32. in fin. Ancharan. Re-
gien. lib. 1. q. 72. Io: Franc. Marcian. diſp. 48. n. 6.
lib. 1. Capyc. Latr. deciſ. 1. n. 8. & ſeqq. Epiſcop.
Sperell. plures alios referens, dec. 152. nn. 53.
et ſeqq. Ludouiſ. dec. 337. nu. 7. Card. Otthobon.
dec. 1. num. 26. et ſeqq. Peutinger. deciſ. 258. nu.
3. et ſeq. repetita in recēt. dec. 425. n. 3. et ſeqq.
6 par. 9. Vbi, quòd ratio agnationis conſer-
uandæ, digreſſusq; ad plures ſubſtitutionum
gradus, ſint dumtaxat coniecturæ urgen-
tes, ut à dicta regula recedatur; quòdque,
ubi agitur de vocatione ad portionem Pa-
trui, urgentiores coniecturæ requirantur,
quàm, ſi eſſet queſtio de vocatione ad ſuc-
ceſſionem proprij parentis, Cardin. de Luca
de fideicomm. diſc. 220. num. 9. in ſupplement.
par. 3.

7 Meritò tota diſputatio reſtringi videtur ad
unicā coniecturā ſubſtitutionis, nempè, reci-
procæ inter filios inſtitutos, ſi deceſſerint ſi-
ne liberis, an, ſcilicet, ex ea reſultet uocatio
Aloyſiæ, etiam ad portionem Patrui, qui
poſt Patrem eiuſdem Aloyſiæ deceſſit ſine
liberis.

In huiuſmodi articulo pro uocatione
Aloyſiæ, etiam ad portionem Patrui, poſſet
urgere, quòd, cum legatur à Teſtatore facta
reciproca ſubſtitutio inter Aloyſium, &
Thomā eius filios inſtitutos, ſub conditione,
ſi ſine liberis deceſſerit, eadem ſubſtitutio
operetur, ut Aloyſia filia poſthuma Aloyſij,
uti in conditione poſita, & à dicto ſtatuto
uocata, dici debeat reciprocè ſubſtituta, & di-
ſpoſitiuè uocata, ne dum, quò ad portionem
ipſius Aloyſij Patris; ſed etiam Thomæ Pa-
8 trui, ex uulgata regula Iuris, quòd ſubſtitu-
tus ſubſtituto, dicatur ſubſtitutus primo hæ-
redi, Doctor. in l. cohæredi in princip. ff. de vul-
gar. et pupillar. ſubſtitut. Caſtr. conſ. 432. col. ul-
tim. lib. 2. Gabriel, alijs allegatis, conſ. 115. nu.
4. lib. 1. Corn. conſil. 35. col. ultim. lib. 2. Iaſ. cōſ.
148. num. 4. et 5. lib. 2. Fuſar. conſ. 51. num. 10.
et de ſubſtit. quæſt. 440. num. 12. Andreol. con-
trou. 179. num. 8. circa med. verſ. et ſubſtitutus
cohæredi. Sicut enim, ſi Aloyſius Pater Aloy-
ſiæ ſucceſſiſſet Thomę eius fratri ſine liberis
decedenti, utique in uim reciprocæ ſubſtitu-
tionis, Aloyſia caperet portionem Thomæ
Patrui, utpotè conſolidatam cum portione
proprij Parentis; Ita etiam ſit admittenda
9 ad ſucceſſionem Patrui, quamuis eius Pater
prædeceſſerit, caducataque remanſerit illius
ſubſtitutio, quia bona remāſerunt penes Pa-
truum ſuperſtitem cum eodem onere illa re-
ſtituendi eidem filio, qui Patri ſucceſſit, ſi
eius ſubſtitutio fuiſſet purificata; idque ex ui
uulgaris anomalę, iuxta celebrem theori-
cam Bart. communi ſenſu DD. receptam, in
l. quamdiu 68. num. 10. ff. de acquir. hæredit.
quam

quam, omiſſis alijs, ſequuntur, Gabr. conſ. 115. per tot. lib. 1. Giouagn. conſ. 81. num. 4. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. quaeſt. 440. num. 18. verſ. limitatur, Molin. de Primog. lib. 2. cap. 11. num. 32. Mart. de ſucceſſ. legal. lib. 4. quaeſt. 30. art. 8. n. 1 Capyc. Latr. conſult. 76. num. 1. & 8. lib. 2. Seſſe decif. Arag. 50. num. 8. & ſeqq. Fontanell. decif. Cathal. 149. num. 4. & ſeq. Magon. dec. Florent. 147. Bich. dec. 548. num. 7. & ſeq. Rot. in rec. dec. 201. num. 11. & ſeqq. p. 8. & dec. 12. num. 19. & ſeq. par. 10. & dec. 474. num. 6. par. 13. & dec. Nos latiùs diſp. 13.

10 Et in ſpecie, quòd ex prædicta ratione tacitæ vulgaris Anomalæ comprehenſæ ſub fideicommiſſaria ſubſtitutione reciproca inter primo loco inſtitutos, filij in conditione poſiti dicantur vocati, etiam ad portiones Patruorum, quamuis caducatas per prædeceſſum hæredis inſtituti, cuius reſpectu fuerunt poſiti in conditione, firmant Galtaul. in l. Centurio, num. 48. ff. de vulgar. Gabr. d. conſil. 115. num. 13. verſ. quæ opinio eſt veriſſima, & per tot. lib. 1. latè Honded. conſ. 70. lib. 1. Ruin. conſ. 140. num. 19. lib. 3. Giouagn. dict. conſ. 81. num. 4. & ſeqq. lib. 1. Bellon. Iun. conſ. 86. nu. 26. & ſeqq. Fuſar. conſ. 51. num. 9. & 15. & conſil. 54. num. 25. & conſ. 104. num. 3. & conſ. 173. num. 8. & de ſubſtit. quaeſt. 440. num. 11. & ſeq. Peregrin. conſ. 65. num. 6. & ſeq. lib. 5. & de fideicomm. art. 28. nu. 25. qui refert iudicatum, Menoch. lib. 4. præſump. 76. num. 52. Andreol. controu. 179. num. 7. Vbi præcipuè, quando

11 filij inſtituti nõ ſunt grauati tertio reſtituere; ſed inter ſe reciprocè ſubſtituti, ſub conditione, ſi ſine liberis, & hanc ſententiam amplexa eſt Rot. coram Ludouiſ. dec. 337. nu. 93. & ſeqq. corã Card. Otthobon. d. dec. 1. n. 23. & ſeqq. in recent. dec. 474. n. 6 p. 13.

12 Fortiùs prædicta procedunt in præſenti; Tum quia verſamur in deſcendente á Teſtatore, in quo ad aſſequendam portionem Patrui ſine liberis defuncti, læuiores coniecturæ ſuffragantur, Ruin. conſ. 139. num. 22. & conſ. 140. ſub num. 16. lib. 3. Giouagnon. d. conſ. 81. num. 7. Ruſtic. de liber. in condit. poſit. lib. 5. cap. 9. num. 8. Ludouiſ. dec. 337. in fin. Rot. in rec. dec. 474. in fin. p. 13.

13 Tum etiam, quia Patruus ſine liberis deceſſit, quo caſu in ſatis probabili ſententia, poſiti in conditione, etiam ad portionem ipſius Patrui præſumuntur vocati, Corn. conſ. 306. col. vlt. lib. 4. Ruin. conſ. 139. col. 7. lib. 3. Gabr. dict. cõſ. 115. num. 13. circa fin. verſ. concludo igitur, lib. 1. Dunozett. Iun. alios referẽs, dec. 487. num. 32. quæ eſt repetita in recent. dec. 28. par. 8. num. eod. licet de hac concluſione dubitet Fuſar. de ſubſtit. quaeſt. 440. num. 9. & ſeq.

14 Sed in contrarium, excluſionem vocationis Neptis ad portionem Patrui, non obſtãte vnica coniectura deſumpta ex ſubſtitutione reciproca inter filios á Teſtatore inſtitutos, pro abſoluto ſuppoſuit Seraphin. decif. 1479. num. 1. & 8. ubi in ſpecie Pater inſtituerat tres filios, eoſque inuicem ſubſtituerat, quandocumque ſine liberis decederent, & tamen Rot. ibid. firmauit, vocationem à ſtatuto inductam, non concurrentibus contrarijs coniecturis, eſſe reſtrictam ad portionem proprij parentis, non obſtante reciproca ſubſtitutione, præcipuè, quoties non fuit conſideratus fauor agnationis; idemque firmat Rot. in recent. decif. 241. num. 4. & ſeq. p. 9. tom. 1. ubi, quòd non concurrentibus contrarijs coniecturis, ſignanter voto cõſeruandæ agnationis, & digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, coniectura deſumpta ex ſubſtitutione reciproca inter filios inſtitutos non ſuffragetur pro vocatione ad portionem Patrui, & dec. 425. num. 15. et ſeq. ead. par. 9. tom. 2. repetita coram Pentinger. decif. 258. num. 13. & admittit uti veriſſimam concluſionem, Card. de Luca de fideicomm. diſc. 21. num. 6. et 8. quando, prout in pręſenti themate, agitur de ſimplici, & unica ſubſtitutione reciproca inter primos ordinata, abſque ulteriori ſubſtitutionum progreſſu inter eorum filios, & deſcendentes.

15 Qua opinione retenta, quam exiſtimo veriorem in ſtricta Iuris cenſura, magiſque æquam, & communem, ſaltem iuxta ſenſum Rotæ, non videntur obſtare, neque adaptantur auctoritates in contrarium allegatæ in obiecto, ſignanter Gabr. Bellon. Iun. Giouagn. et Peregrin. cum quibus pertranſit Ludouiſ. d. decif. 337. num. 3. et ſeqq. Rot. in recent. d. decif. 474. num. 6. par. 13. et dec. 68. par. 14. firmantes ex reciproca ſubſtitutione inter filios cẽſeri inductam vocationem, etiam ad portionem patrui ſine liberis decedentis; plerique enim loquuntur; Vel concurrentibus alijs coniecturis, potiſſimùm voto agnationis conſeruandæ, & digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, prout in hac ſpecie procedunt deducta per Giouagn. et Bellon. Iun.

16 Vel in caſu, in quo portio Patrui prædefuncti reperiebatur iam conſolidata cum portione proprij parentis, in quibus terminis expreſsè loquitur etiam Ludouiſ. d. dec. 337. num. 3. et ſeqq. Rot. in recent. dec. 68. p. 14. et dec. 474. p. 13. quæ optimè reſpõdit, vocationem ex ſtatuto inductam extendi, etiam ad portionem Patrui, quoties reperitur conſolidata cum portione proprij Parentis, eamdemque diſtinctionem adhibet, Rot. in rec. d. dec. 124. nu. 4. et ſeq. ead. p. 13. Royas dec. 481. num. 11. Card. Otthob. dec. 28. num. 7. & aduertit utrumque caſum diſtinguens, Card. de Luca de fideicomm. diſc. 78. num. 6 verſ. quamuis autem, et ſeqq. & in his terminis loquuntur Giouagn. Bellon. Iun. Fuſar. et Peregrin. ſuperiori loco laudati.

At-

Atque ex his etiam patet, non aptari terminos vulgaris anomalæ, quia, ut expendit
17 idem Card. *de Luca de fideicom. diſc. 21. n. 8.* eidem vulgari anomalæ poteſt eſſe locus, quoties adeſt ulterior ſubſtitutionum progreſſus inter filios, & deſcendentes hæredum primo loco inſtitutorum, ſeu reciprocè ſubſtitutorum; ſecus autem, quando ſubſtitutio reciproca facta inter filios primo loco inſtitutos ulteriùs non progreditur ad deſcendentes; tunc enim nullo Iure eſt locus vulgari anomalæ, quæ etiam remanet ſublata, ex infra proximè adducendis, ſuper motiuo repreſentationis.

Minus etiam Aloyſia poteſt contendere, ſe vocatam ad hæreditatem Patrui, vti repreſentans Aloyſium eius Patrem.

Siquidem, licet in fideicommiſſis aſcen-
18 dentium, iuxta magis receptam ſententiam, habeat locum repreſentatio, ſiue ſubingreſſio, regulando fideicommiſſariam ſucceſſionem, iuxta ordinem ſucceſſionis inteſtatæ, ex recepta doctrina, *gloſ. in l. eum ita, § in fideicommiſſo, ff. de legat. 2.* quam, præ cæteris, ſequuntur, *Fuſar. de ſubſtitut. q. 485. num. 1. & ſeq. & conſ. 39. num. 36. & conſ. 89. num. 1. Gabriel. conſ. 106. num. 2. 3. & 33. lib. 2. Menoch. conſ. 124. num 55. & ſeqq. & num. 81. & ſeq. & conſ. 357. num. 21. Odd. conſ. 39. num. 27. & 36.* latè *Altograd. conſ 65. per tot. lib. 1. Spad. conſ. 243. num. 1. lib. 3 Craſſ. de ſucceſſ. §. fideicommiſſum, q. 11. n 3. Peregr. de fideic. art. 21. num. 5. & ſeq. Card. Mantic. de coniect. lib. 8. tit. 9. num. 3. Cancer. var. part. 1. cap. 5. num. 50. Andreol. controu. 143 nu. 11. & ſeqq. Tondut. lib. 1. q. ciuil. cap. 99. num. 1. Battell. vlt. volunt. dec. 10. num 75. & 77. Card. de Luca de fideic. diſc. 21. num. 4. Gam. dec. 385. num. 3. Seraphin. dec. 1221. num. 1. & dec. 1479. num. 2. Cardin. Celſ. dec. 83. num. 17. Rot. diuerſ. dec. 426. num. 1. 4. & ſeqq. part. 4. & in recent. dec. 198. nu. 2. part. 4. tom. 2. & dec. 5. nu. 20. part. 6.* & Nos latiori calamo firmauimus *diſput. 9.*

19 Quid quid in contrarium aberrantes à communi ſententia, *Gloſ.* ſenſerint *Bald. Cuman. & Florian. in d. l. cũ ita, §. in fideicommiſſo ff. de legat. 2. Aretin. in §. eum filius ſub num. 2. inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. deferunt. Dec. in l. ſi Auiæ,* ibique. *Ieſ.* vterque, *num. 5. & ſeq. Cod. de ſucceſſ. edict. Pariſ. conſ. 37. num. 50. & ſeq. & conſ. 30. num 61. & ſeq. lib. 2. Grat. conſ. 27. num. 20. lib. 1 Non. conſ. 34. num. 11. Engen. conſ. 61. num 37. Decian. conſ. 83. num. 53. & ſeqq. lib. 4. Bellon. conſ. 50. num. 2. & ſeqq. Ciroce. diſcept. 25 num. 14* latè *Robles de repreſent. lib. 3. cap. 7. per tot. Magon. dec. Lucenſ. 84. num. 21. & ſeqq.* alijque relegendi penes *Fuſar. de ſubſtit. q. 485. num. 3. & ſeqq.*

Nihilominus, inter cæteras limitationes,
20 quas ſuperiùs firmata concluſio patitur, ea eſt præcipua ad rem, de qua agitur, conueniens, quoties, nempè, prout in hac facti ſpecie, pluribus inſtitutis, ſi aliqui ſine filijs decedant, ſubſtituti ſunt ſuperſtites, prout ex verbis ſubſtitutionis; ibi, *ſucceda l'altra ſuperuiuente.*

Tunc enim non eſt locus repreſentationi, prout in terminis per *Textum ſingularem,* ab omnibus ita intellectum, *in l. ſi plures, ff. de vulgar.* ibique *gloſ.* in verbo, *ſuperſtites,* optimè firmant *Curt. Iun. in l. 2. Cod. de ſucceſſ. edict. & conſ. 57. num. 9. & conſ. 69. num. 2. Corn. conſ. 143. num. 9. lib. 3. & conſ. 37. num. 4. & ſeq. lib. 1. Cuman. conſ. 222. num. 2. Alex. conſ. 4. nu. 1. lib. 4. Ruin. conſ. 181. nu. 2. lib. 2.* ubi dicit, ita ſecundùm legalem conſcientiam conſuluiſſe *Gabr. conſ. 121. nu. 22. & ſeqq. lib. 1. Dec. conſ. 79. num. 1. Pariſ. conſ. 37. nu. 46. & ſeqq. lib. 1. Alciat. conſ. 60. num. 12. Surd. conſ. 403. num. 51. lib. 3. Maluaſ. conſ. 22. lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 14. num. 10. lib. 4. Imol. conſ. 8. num. 44. Fuſar. conſ. 39. num. 20 & conſ. 40 num. 22.* vbi plures alios refert, *& conſ. 41. num. 109. & de ſubſtitut. q. 485. num 60. verſ. decima eſt coniectura. Peregr. conſ. 40. num. 20. lib. 3. & de fideicomm. art. 21. nu. 22. & 28 Menoch. conſ. 124. nu. 95. lib. 2. & conſ. 139. num. 39. & lib. 4. præſumpt. 95. num. 22. Honded conſ. 63. nu. 15. & ſeqq. lib. 2. Valenzuol. conſ. 23. num. 101. & num. 102. & ſeqq. Gabr. concluſ. 1 de fideicomm. Craſſ. de ſucceſſ. § fideicõmiſſum q. 11. n. 3. Couarr. pract. cap. 38. nu. 4. verſ. ſeptimò,* egregiè *Cancer. var. part. 3. cap. 21. num. 305. & ſeqq. Molin. de Primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 8. num. 20. Card. Mant. de coniect. lib. 8. tit. 9. num. 5.* qui teſtatur de communi, *Ancud. in l. 40. Taur. gloſ. 8. n. 11. & ſeqq. Petra de fideicom. q. 11. nu. 134. & ſeqq. Raudenſ. de Analog. cap. 15. num. 275. & in Append. part. 1. num. 168. Tondut. lib. 2. quæſt. ciuil. cap. 118. nu. 19. Seraphin. dec. 1281. num. 1. Rot. in recent. dec. 241. num. 7. part. 9. tom. 1. Milaneuſ. dec. 8. nu. 207. lib. 1. Magon. dec. Florent. 16. num. 44. Caroc. deciſ. 38. num. 7. Treuuer. dec. 116. num. 30. part. 1. Laurent. dec. Auenion. 37. num. 12. & ſeqq.* & admittit concluſionem vti veram, *Card. de Luca de fideicomm. d. diſc. 21. num. 8.* quoties, prout in hoc themate, agitur de ſimplici, unicaque ſubſtitutione reciproca inter filios ordinata, abſque vlteriori ſubſtitutionum progreſſu inter eorum filios, & deſcendentes.

Neque meretur attendi contraria ſententia Robles *de repreſent. lib. 3. cap. 9. nu. 4. verſ. hæ autem declarationes, & n. ſeqq.* quæ ſolùm eſt admittenda, vel quoties Teſtator dixerit, quòd eo ordine, & modo, quo ab inteſtato eſſent ſucceſſuri, ſuperſtites ſuccedant; tunc enim præſumendum eſt, ſenſiſſe Teſtatorem locum eſſe debere huic repreſentationi, quã lex ipſa concedit; prout declarauit, *Dec. conſ. 79. num. 2. Pariſ. conſ. 37. num. 53. lib. 2. Couar. pract. cap. vlt. num. 6. verſ. octauò,* quos refert idem Robles *de repreſent. d. lib. 3. cap. 9. num. 22.* quibus addendi *Alciat. reſponſ. 774. num. 1. in fin.* iuxta primam editionem *Petr. de fideicomm. q. 11. num. 136. Menoch. lib. 4. præſumpt. 95. num. 22. ad med. Intrigliol. de ſubſtit.*

cent.

ſent.3.q.87.num.21.Fuſar.de ſubſtitut.q.485.num.73.

Vel, quoties Teſtator vlteriùs proceſſit, vocando ſuperſtites, & ſuos, vel eorum filios, in quibus terminis loquuntur, *Menoch. conſ.124.n.78.verſ.ſextò accedit,& cōſ.793.num.1.2.& ſeq.* Ruin.*conſ.171.num.8.lib.2.Corn.conſ.37 num.3.& ſeq.lib.1.Pariſ.conſil.38.num.8.& 10.lib.2.Soccin.Iun.conſ.78.nu.22.in fin.lib.3.Peregr.de fideicomm.art.21.n.30.Fuſar.* alijs relatis,*de ſubſtit.d.q.485.num.77.Barry in tract. de reciproc.tit.penult.num.vlt.lib.7.fol.211.Tondut lib.2.quæſt.ciu.cap.118.num.14.* iuncto *num.12.Theſaur.lib.2.q.forenſ.95.num.14.Cancer.part.3.var.cap.21.num.326.in fin.* egregiè *Ant.Fab.in Cod.lib.6.tit.22.de fideicomm.defin.7.*

Neq; alicuius momenti videntur contrariæ ponderationes exaratæ per Robles *de repreſentat.d.lib.3.cap 9.num.4.verſ.hæ autem declarationes, & ſeqq.* quæ omnes fuerũt mutuatæ ex *Molin.* non allegato,*lib.3.de Hiſpan.Primog.cap.8.num.fin.verſ.contrariam autem ſenten iam*; illis enim egregiè ſatisfacit doctiſſimus *Cancer.d.part.3.var.cap.21.num.319.& ſeqq.* ad quem Lectorem remittimus.

21 Fortiùs prædicta omnia amplectenda, quia à Teſtatore filij fuerunt nominatim inſtituti; filij verò eorum, & Nepotes reſpectiuè in conditione poſiti ſub nomine collectiuo, quòd pro excluſione repreſentationis magni faciunt *DD. in d.l.cum ita, §.in fideicommiſſo,ff.de legat.2. Curt.Iun.dict.conſ.57.num.1.& conſ.161.num.7.* ubi quòd *gloſ.in dict.§.in fideicommiſſo* intelligatur ſecundùm terminos textus,quãdo,ſcilicet,omnes vocantur nomine collectiuo, ex quo dignoſci non poteſt, Teſtatorem unum magis, quàm alterum dilexiſſe,quos refert, & ſequitur *Card.Mantic.de coniectur.lib.8.tit.9.n.8.Seraphin.deciſ.1479.num.2.verſic.verùm*, & in ſpecie firmant,*Berout in cap.Rainutius de teſtam.num.122.* Ruin.*conſ.152.num.4.lib.3.& conſil.25.num.24.lib.1.& conſ.134.nu.23.& ſeq.lib.2.Seraphin.deciſ.1281.num.1.& deciſ.1479.num.2.verſ.verùm huic regulæ, Rot.diuerſ.dec.482.num.3.par.4.& in recent.d.dec.241.n.8.& ſeq.p.9.tom.1.*

His igitur firmatis, etiam reſultat,ut,cum Aloyſia in portione Patrui non valeat ſuccedere, neque Iure propriæ vocationis,neque etiam repreſentationis; Multó minus ſucce-
22 dere poſſit Iure tranſmiſſionis, cum verſemur in fideicommiſſo conditionali,quod,neque etiam ad filios tranſmittitur, quando Pater,pendente conditione,deceſſit,ceſſantibus contrarijs coniecturis,quæ,licet in fideicommiſſo ordinato ab Aſcendente leuiores admittantur; Nihilominus debent eſſe valdè releuantes, & vrgentes, ſignanter, quando non fuit contemplata agnatio, neque legitur factus digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, quæ potiſſimùm ſolent attendi pro inducenda tranſmiſſione, quæ omnia deficiunt in præſenti, iuxta theoricam *Gl.* communi DD.ſenſu approbatam,in *l.1* verbo *de relictis, circa med. verſ.quod non placet*, ibique *Cin.in fin.Bart.num.4.C.de his, qui ante apert.tabul. gloſ. fin.in l.hæredes mei, §.cum ità*, ibique *Bart* & alij,ſignanter *Rip.num.59.& ſeqq.Soccin.Iun.num.47. Zanch.in 4.part.num.96.ff.ad Trebell.Iaſ.in l.filio fam.n.117.ff.de legat.1.Burſat.conſ.1.num.4. Aldobrandin.conſ.21.num.21 lib.1.* Card.*Mantic.de coniect.lib.11.tit.20.num.1.Peregrin.de fideicomm.art.31.num.6.* Noal.*de tranſmiſſ.caſ.1.num.32.Seraphin.dec.1479.num.5.Duran.deciſ.339.n.71.Ludouiſ.dec.551.nu.2. Dunozett.Iun.dec.707.num.14. Card.*Cerrus *deciſ.618.num.12.& deciſ.631.num.10.& ſeqq.* Rot.*in recen.dec.100.num.2.par.1.*& reprobata opinione *gloſ.in l.is cui*, verbo *creditorem eſſe, ff.de act.& oblig.* tradunt, præter proximè allegatos,*Bart.in l.1.num.9 ff.de legat.1 Bald.conſil.115.& conſ.145.num.1.lib.5.* Ruin.*cōſ.183.num.3.lib.3. Gabr.concluſ.2.num.10.de hæred.inſtit.*

23 Neque ad effectum tranſmiſſionis inducendæ reputari debet ſufficiens vnica coniectura, quæ poteſt afferri,ex quo filij ſunt vocati a dicto ſtatuto ad portionem Patris, ex adductis per *Soccin.in dict.l.hæredes mei, §.cum ita, num.10.ad fin.& ſeq. ff.ad Trebell.* ibique *Torniell.num.68.Zanch.num.306.Crauett.conſ.776.num.13.Honded.conſ.70.nu.33.lib.1.Peregrin.conſ.65.num.3.& ſeqq.lib.5.Odd.conſ.37.num.9.*Rimin.*Iun.conſ.476.num.15.lib.5.Altograd conſ.85.num.18.lib.2.Fuſar.conſ.31.num.7 & de ſubſtit.quæſt.490.nu.147.& ſeqq.* Ruſtic.*de lib.in cond.poſ.lib.6.cap.4.num.1.Gabr.de hæred.inſtituend.concl.2.nu.35.Menoch.conſ.793.n.21.& ſeq.& cōſil.325.nu.58.& ſeq.& lib.4.præſumpt.201.num.97.Odd.de compendioſ.par.6.art.2.n.21.* Trentacinq. *de ſubſtit.par.4.cap.14.num.21.Intrigliol.de ſubſtit.quæſt.47.num.22. Cardin.Mantic.de coniect.lib.11.tit.20.num.15.Mart.de ſucceſſ.legal.par.1.q.24.art.5.num.27.& ſeq.Ludouiſ.dec.551.num.6.* ibique *adden.n.13.Viu.dec.398.n.5.*

24 Siquidem ex vi dictæ uocationis ſtatutariæ,intelligi quidem debent prædilecti omnibus in portione Patri relicta;non autem in portione Patrui, ut in ſpecie pro excludenda tranſmiſſione deſumpta ex coniectura ſtatu-
25 tariæ vocationis, optimè reſpondit *Gabr.conſil.91.num.6.& ſeq.lib.2.* aſſerens, huiuſmodi coniecturam ſtatutariæ vocationis nimis leuem eſſe pro inducenda tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis, etiam ordinati ab Aſcendente, quem ſequitur *Seraphin.dict.*

deciſ.1479.num.6.& ſeq.Rot.in rec.d.dec.241 num.13.& ſeq.p.9.

26 Quòdque huiuſmodi coniectura ſtatutariæ vocationis ſola non ſufficiat pro inducēda tranſmiſſione fideicommiſſi conditionalis, benè firmant Laderch.conſ.142.ſub num.6. verſ.coniectura eſt altera, Gabr.conſ.7.nu.29. lib.2.Mareſc.var.lib.1.cap.7. num 9. Mart.de ſucceſſ. legal. par.1. quæſt.24.art.5. num.28. Cardin.Mantic.de coniect.lib.11.tit.20. n.16. Ludouiſ.dec.551.num.6.verſ.& licet, ibique adden.num.14. Card.Mantic.dec.120. num.1. Seraphin.dec.1014.num.3.Card.Celſ.deciſ.88. num.5.

27 Solùmque poſſet ſuffragari, quando eſt fulcita alijs coniecturis, ut latè comprobat Giouagn.conſ.79. num.58.lib.1. Card.Mantic. de coniectur lib.11.tit.20.num.16.& dec.120. num.1. verſ.prima eſt, Ludouiſ.d.dec.551.n.6. ibique Add.num.14.Card.Celſ.d.dec.88.nu.5. & in his terminis procedunt dictę auctoritates ex aduerſo allegatæ.

Cum igitur ex prædictis ſatis, ſuperque firmatum fuerit, quòd non ſit locus ſubſtitutioni reciprocæ ad fauorem Aloyſiæ, quò ad portionem Thomæ patrui; Contingit ulterius diſceptari, an in hæreditate eiuſdem Thomæ patrui ſit admittenda pro virili eadem Aloyſia Neptis ex fratre, inſimul cum Magdalena Matre dicti Thomæ, & Auia reſpectiue eiuſdem Aloyſiæ.

Vel ſolum, excluſa Aloyſia, ſucceſſio ad luctuoſam filij hæreditatem priuatiuè ad eamdem Matrem pertineat.

In huiuſmodi articulo, in ea ſum ſententia, ut, ſcilicet, Magdalena Mater ſit admit-
28 tenda pro virili cum Aloyſia Nepte, ut tot. tit. in Auth. ut fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum, etiam Aſcendentibus extantibus, cuius Authenticæ vigore, ut inquit, ibidem Gl. verbo legem, fuit correcta altera Authentica in § ſi igitur Defunctus, & in §.ſi autem cum fratribus. Authen.de hæred.
29 ab inteſt.ven. in qua reperiebatur ſancitum, ut, aliquo moriente, ſuperſtitibus ſibi aſcendentibus fratribus utrinque cōiūctis, & aliorum præmortuorum fratrum filijs, ad illius inteſtatam ſucceſſionem, non niſi Aſcendentes, & fratres vtrinque coniuncti, ſuccedere poſſint; nō autem fratrum præmortuorum filij, ut optimè, expendendo prædicta Iura, aduertunt Napodan in conſuetud. ſed ſi morienti in verbo in ſtirpem, nu.176. verſ.ſed pro Azone, Ant.Fab.in ſua unica diſput.foren. fol. 359.poſt tractat. de var.num.debit. ſolut. latè Robles de repreſent.lib.2.cap.26. num.68. & ſeq Vrſin. de ſucceſſ.feud.p.2.quæſt.6.art.unic. ſub num.24.egregiè Io:Franc.Marcian.diſput. 1.num.26.& ſeqq. lib.1. de Marin. ad Reuert. dec.418.num.5.& ſeq.lib.2.Pereyr.dec.3.n.2. & ſeq.

Neque ſubſiſtit, quòd dict.Auth. ut fratrū filij loquatur in caſu, quo filius decedens ſi-
30 ne liberis reliquerit fratres, & alterius præmortui fratris filios. Cumque dicta Auth. ſit correctoria Iuris in d.§.ſi igitur, intelligi debeat, quando, nempè, Nepos vnà cum Patruis concurrit, ex text.in §.ſed & ipſis. Auth.de hæred.ab inteſt. venien. ubi Imperator ſic loquitur: Sed ex ipſis fratrum filijs, tunc hoc beneficium conferimus, quando cum proprijs vocantur Theiois maſculis, & fœminis.

Atque adeò, cum ad ſucceſſionem Thomę Patrui defuncti non cōcurrat cum Nepte alter frater ſuperſtes, in quo caſu tantùmmodò habet locum beneficium repreſentationis; Meritò ſucceſſio, excluſa nepte ex fratre prædefuncto, ſoli matri debeatur, prout originaliter per d.tex. docuit Alberic. in Auth. Defuncto, nu.2. verſic.ſed in hoc caſu, C.ad Tertull quem ſequitur Cuiac.ad Nouell.118. Borchol. de gradib.tit.de ſucceſſ.Aſcend.fol.228. And. Gerard.exercit.Iuſtinian.decad.11.q.7.

Siquidem contrariam ſententiam exiſtimo veriorem, magiſque receptam, ut, etiam,
31 non exiſtentibus alijs filijs, nepotes cum Auo, ſiue Auia concurrant per inſcriptionem dict. Auth.ut fratrum filij ſuccedant pariter ad imitationem fratrum, etiam Aſcendentibus extantibus, vbi non ſolùm Imperator utitur dictione, etiam, quæ caſuum multiplicatiua eſt, Bart.in l.1. num.4. C.etiam per procurat.cauſ. in integ. Natta conſ.298.num.4.lib.2. Bald.cōſil.209.num.2.& 4.lib.3.Honded. conſ.76. nu. 34.lib.2.Seraphin.dec.1384.num.1.Amat.dec. Marcb.1.num.26. Duran.deciſ.60. num.127. Oſaſch.deciſ.177. nu.6.Sed etiam verbis illis: pariter ad imitationem fratrum, vbi facit ęquiparationem de uno ad alium caſum, Ideòque quid quid reperitur diſpoſitum in uno, intelligendum eſt diſpoſitum in altero. Cumque habeamus rubricam orationem perfectam continentem, decidit ipſa caſum, & pro textu poteſt allegari, Iaſ.in l.1.num.10.ff.ſi cert. petat.ibique Dec.num.4.& ſeqq. in prima lectura, Curt.Iun. num.5. Alex. num.4. Alder. Maſcard.de gener.ſtatut.interpret.concluſ.2. n. 196. Caſtr.conſ.83. num.4.lib.2. Alex.conſ.1. num.7.lib.4.Pariſ.conſ.53.nu.94.& ſeq.lib.3. Aym.conſ.61.num.1. Ludouiſ.dec.5.nu.2.Bicb. dec.233.num.15.& in præciſis terminis, hanc ſententiam firmauit primus omnium Iacob. de Beluiſ.in dict. Auth.ut fratrum filij, per hæc uerba: Idem etiam puto, ſi non ſuperſint fratres, ſed aſcendentes tantùm, ut filij fratrum cum eis ſuccedant, cum ſit eadem ratio, Cyn.in Auth. defuncto nu.5.C.ad Tertull. Bart. in d.Auth.vt fratrū filij, verſ.ſed quaro hic loquitur, Bald.in Auth.ceſſante, verſic.idē dico, et verſ.niſi quādo fratrum filij, & in Auth.poſt fratres, C.de legit. hæredib. Io:Fab.in §.cæterum num.4. verſ ſed vbi nulli ſunt patrui, Inſtit.de legit.agnat.ſuc-

ceſ.

ceſ. Angel. Aretin. in §. præferuntur, nu. 2. verſ. prædicta omnia, *Inſt. de Senat. Conſ. Tertull. Napod. in conſuetudine ſi quis, vel ſi qua, §. ſed ſi morienti, num. 272. verſ. & idem dico, & nu. 277. verſ. prætereà hodie, Oliuer. Teſtor. de ſucceſſ. ab inteſt. num. 76. & ſeqq. Couarr. in epit. de ſucceſſ. verſ. ſexta concluſio, Forſter. de ſucceſſ. lib. 7. cap. 7. num. 2. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 2. quæſt. 1. art. 2. num. 2. verſ. quòd ſi hoc caſu non ſupereſſent fratres, Ritther. in Iure Iuſtinian. ſiue in Nouell. par. 7. cap. 10. theſ. 6. num. 8. & 9. Vlte. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer. lib. 3. num. 39. verſ. item nō ſupereſt, Sneducein. ad tit. Inſt. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. in cap. de ſecun. ord. ſuccedend. num. 29. Vrſin. de ſucceſſ. feud. par. 2. quæſt. 6. art. unico ſub num. 24. verſ. rurſus*, latè, & benè *Robles de repreſent. lib. 2. cap. 23. num. 9. & ſeqq.* rectèque aduertit *de Marin. ad Reuert. d. deciſ. 418. num. 4. & ſeqq.* ſignanter *num. 9.* qui refert deciſum, *Card. de Luca de ſucceſſ. ab inteſt. diſc. 43. num. 3. in ſupplemento par. 3.*

Idque, ea potiſſimùm euidentiſſima ratione, quam Authores proximè laudati optimè expendunt. Cum enim Iuſtinianus legem per ipſum conditam emendans habiles fece-
32 rit præmortui fratris filios, ut inſimul cum aſcendentibus, & patruis defuncto Patruo ſuccedere poſſint, quænam diuerſitatis ratio ſuadere poſſit, ut uoluerit Iuſtinianus filios præmortui fratris admittere, cum in medio extiterint fratres utrinque coniuncti; ſecus uerò, illis non exiſtentibus. Cumque idem Imperator non ob aliam rationem ad ita diſponendum motus fuerit; niſi quia, dum fratres utrinque coniuncti, unà cum Aſcendentibus concurrere potuerant ad hæreditatem alterius fratris defuncti, exiſtētibus pariter alterius præmortui fratris filiis, qui illum repreſentabant; ſatis rationabile, atque æquum uidebatur, ut iſti portionem illam eſſent conſequuturi, quam eorum Pater, ſi uixiſſet, habiturus fuiſſet; huiuſmodi autem congrua ratio, quemadmodum procedit, quando defuncto ſuperſunt fratres utrinque coniuncti; ita quoque idem afferendum, cum nullus ſupereſſet, de quo enim Pater, ſiue Mater conqueri poſſunt, ut, defuncto filio, nepotes ex filio præmortuo cum eis ad ſuccedendum concurrant, adhuc alijs filijs defunctis; fratribus utrinque coniunctis non exiſtentibus, ſi iam, illis ſuperſtitibus, ſancitum eſt, ut admittantur, prout egregiè ratiocinatur *de Marin. ad Reuerter. d. deciſ. 418. num. 4.* & conferunt ſatis elaboratè, eruditèque deducta per *Io: Franc. Marcian. dict. diſput. 1. n. 23. & ſeqq. lib. 1.*

Iuxta firmata poſt acerrimas diſputationes fuit pronunciatum per Reuerendiſſimum Arioſtum Auditoris Cameræ Locumtenentem.

ARGVMENTVM.

In ſucceſſione fideicommiſſi, appellatione filiorum, nepotum, & pronepotum non veniunt fœminæ, ſtante expreſſa Teſtatoris voluntate conſeruandi, propagandi, & manutenendi agnationem, & familiam. Accedētibus potiſſimùm coniecturis deſumptis ex Religioſorum, & illegitimorum excluſione, & ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, cum vocatione proximiorum de familia.

Teſtator, quoties poſt completas omnes ſubſtitutiones, per modum regulæ patefecit ſuum votum, independenter, & in ſeparata oratione ſuper conſeruatione agnationis bonorum in familia; hoc caſu eadem ratio agnationis conſeruandæ omnes præcedentes qualificat ſubſtitutiones, etiam ad excluſionem fœminarum, quarum ſucceſſio conſeruationi agnationis repugnat, neque dicitur ſtare acceſſoriè, & dependenter ad veſtiēdam, & cohoneſtandam excluſionem Religioſorum, vel ſaltem deſeruire debet pro interpetranda voluntate eiuſdem Teſtatoris ſuper excluſione fœminarum, non ſolùm in concurſu cum deſcendentibus maſculis; ſed etiam agnatis remotioribus de familia.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione filiorum, nepotum, & pronepotum veniunt etiam fœminæ.*

2 *Limita, quoties ex enixa voluntate conſeruandi, propagandi, & manutenendi agnationem, deprehenditur, Teſtatorem intellexiſſe de maſculis tantùm.*

3 *Fœminæ ſucceſſio conſeruationi agnationis repugnat.*

4 *Agnatio per ſolos maſculos; non autem per fœminas, licet ſint agnatæ, conſeruatur, quæ ſunt illius finis, & annihilatio,* & num. 13.

5 *Potiſſimùm, quando fœmina reperitur nupta in aliena familia.*

6 *Agnationis conſeruandæ ratio dicitur habita ob excluſionem Religioſorum à fideicommiſſo, &* num. 10.

7 *Item ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus.*

8 *Prout ex perpetua illegitimorum excluſione, per quos agnatio non conſeruatur.*

9 *Vel ex vocatione proximiorum de familia.*

10 *Religioſorum excluſio, non in odium alicuius Religionis facta; ſed potiùs pro manutentione, & conſeruatione agnationis, arguit enixam Teſtatoris voluntatem agnationis conſeruandæ.*

11 *Monaci, eorum vita durante à fideicommiſſis ordinatis, pro conſeruatione, & propagatione*

agnationis cenſentur excluſi, licet illam donec viuunt, conſeruent.

12 Præcipuè, quando Teſtator, in excluſione Religioſorum vſus fuit verbis maſculinis.

13 Propagatio, & manutentio familiæ fieri non poteſt per fœminas, quæ ſunt fines familiæ, illamq; extingunt.

14 Dictio, ſemper, denotat tractum ſucceſſiuum, perpetuitatemque fideicommiſſi in familijs.

15 Perpetuitas in conſeruandis bonis in agnatione impediretur, ſi fœminæ in medio ſucceſſionis agnatos maſculos excluderent, & bona in alienas deferrent familias.

16 Fœminæ dici debent omninò excluſæ, ſtante expreſſa ratione conſeruandi bona in familia; nedum in concurſu maſculorum deſcendẽtium eiuſdem lineæ; ſed etiam, illis deficientibus, ſi extant maſculi de agnatione.

17 Fœminæ nunquàm admittuntur, quando eſt vocata agnatio, vel familia.

18 Præcipuè, quando fœminæ in aliqua parte Teſtamenti non ſunt vocatæ.

19 Ob egregiam familiam Teſtatoris, ſatis veriſimile videtur, quòd voluerit eius bona conſeruari in ſua agnatione excluſis ſemper fœminis.

20 Obſeruantiæ familiæ, quòd fœminæ non ſuccedant; ſed maſculi de agnatione præferantur, præſumitur. Teſtatorem ſubſtituentem filios, ſe conformem reddere voluiſſe.

21 Statuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, præſumitur, Teſtatorem, etiam forenſem voluiſſe ſe conformare, quoties teſtamentum eſt conditum in Vrbe, vbi viget idem ſtatutum.

22 Obſeruantia declarat fideicommiſſa, et ſatis eſt, ita aliquando fuiſſe obſeruatum.

23 Ratio expreſſa conſeruandæ agnationis, quoties eſt appoſita dependenter, & acceſſoriè ad veſtiendam, & cohoneſtandam excluſionem Religioſorum, non extenditur ad præcedentes ſubſtitutiones.

Intellige, vt num. 25.

24 Præſertim, accedente dictione, vt ſupra.

Declara, vt num. 28.

25 Concluſio, de qua ſupra nu. 23. procedit, quando ratio conſeruandæ agnationis conſequutiuè, & dependenter adiicitur in medio orationis vni ſubſtitutioni potiùs, quàm alteri ad illam qualificandam ad excluſionem Religioſorum, vel fiſci in caſu delicti.

In his terminis procedit Redenaſch. conſ. 34. nonnullæque deciſ. Rotales.

26 Secus, quando, poſt completas omnes ſubſtitutiones, Teſtator per modum regulæ patefecit ſuũ votum independenter, & in ſeparata oratione ſuper conſeruatione bonorum in familia.

27 Ratio expreſſa conſeruandæ agnationis, quoties non affertur ad effectum extendendi fideicommiſſum ad nouas perſonas; ſed potiùs ad declarandam mentem Teſtatoris, an voluerit fœminas excludere, hoc caſu ſuffragatur, quamuis reſtrictiuè ad certas perſonas fuerit adiecta.

28 Dictio, vt ſupra, intelligi debet cauſatiuè, & declaratiuè.

29 Qualitas maſculinitatis tacitè comprehenſa ſub ratione conſeruationis familiæ, licet non expreſſa in præcedentibus ſubſtitutionibus, deſeruit pro earumdem declaratione.

30 Poſita independenter per modum regulæ, cenſeri debet repetita in ſubſtitutionibus præcedentibus.

31 Dictio, ſemper, denotat Teſtatoris voluntatem, vt in qualibet ſubſtitutione præcedenti fœminarum obſeruetur excluſio, omnia tempora, omneſque caſus complectendo.

32 Stante expreſſa ratione conſeruationis, & propagationis familiæ, fœminæ non poſſunt admitti; non ſolùm in concurſu deſcendentium maſculorum; ſed neque etiam agnatorum remotiorum de familia.

33 Familia per fœminas propagatur, eo modo, quo poteſt.

34 Intellige, ceſſantibus omninò agnatis Maſculis; ſecus verò illis exiſtentibus.

35 Multò magis, quando Teſtator propagationem vlteriùs familiæ exoptauit.

36 Teſtator, quando reſpexit ad conſeruationem agnationis, conditio ſi ſine liberis, concurrentibus præſertim coniecturis, intelligi debet de maſculis tantùm.

37 Maſculinitatis qualitas in vna parte teſtamenti expreſſa, cenſetur in alia repetita.

38 Fideicommiſſum conditionale non tranſmittitur, neque etiam ad ſuos hæredes.

39 Fœminæ continentur appellatione proximiorum de familia.

40 Id tamen non procedit, quoties fideicommiſſum fuit ordinatũ pro conſeruatione, & propagatione familię, in quo caſu excludũtur per agnatos maſculos, etiam remotiores.

41 Declarantur deciſiones Rotæ coram Ludouiſ. Peutingero, & Dunozett. Iun. & in quo caſu procedant.

42 Præcipuè, quoties in antecedentibus ſubſtitutionibus numquàm fœminæ leguntur vocatæ, imo ſemper excluſæ.

C A P V T XIX.

IMMISSIO videtur deneganda Mineruæ, & Felici filiabus Ioannis de Monte aduerſarijs; cum non conſtet, ipſas fuiſſe vocatas ad fideicommiſſum Vgoccioni à Monte, neque ex vocatione Ioannis, & omnium eius filiorum, nepotum, & pronepotum in infinitum, neque ex quo dicantur poſitæ in conditione, ſi idem Ioannes deceſſerit ſine filijs, neque demum ex ſubſtitutione proximiorum domus.

Quò enim ad primã inſpectionem, quam-
1 uis regulare ſit, vt in fideicommiſſis, appellatione filiorum, nepotum, & pronepotum, veniant etiam fœminæ, ita ut ſub maſculino comprehendatur fœmininum, *l. 1. Cod. de condit. inſert.* latè *Ruſtic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 10. num. 1. & ſeqq. Coru. conſ. 230. num. 6. in fin. & ſeqq. lib. 3. Decian. conſ. 1. num. 47. poſt med. & ſeqq. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 25. nu. 9. & 14.* alijſque pluribus relatis, *Caſtill. lib. 5. contron. cap. 66. nu. 6. & ſeqq.* Attamen,
2 cum ex pluribus, & præcipuè ex voto, & enixa voluntate conſeruandi, Propagandi, & manutenendi agnationem conſtet, Teſtatorem, intellexiſſe de maſculis tantùm, ceſſat

pro

Digitized by Google

proindè in hoc caſu prędicta regula fæminarum comprehenſiua, etiam ſi vocationes, & ſubſtitutiones fuerint factæ per verba quantùmcumque collectiua, & apta comprehēdere maſculos, & fœminas, Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita num. 4. ff. ad Trebell. Soccin. ſen. conſ. 63. ſub num. 14. lib. 3. Io: de Anan. conſ. 4. Ruinus conſ. 146. num. 4. lib. 2. Pariſ. conſ. 22. n. 41. & conſ. 40. num. 43. lib. 3. Alba conſ. 47. nu. 14. quos refert, & ſequitur Peregr. conſ. 70. n. 19. lib. 3. & de fideicomm. art. 25. num. 47. Odd. conſ. 6. num. 22. & conſ. 33. num. 9. Giouagnon. conſ. 11. num. 9. lib. 1. Menoch. conſ. 887. num. 3. & lib. 4. præſumpt. 84. num. 8. Honded. conſ. 75. num. 19. lib. 1. Tiraquell. de retract. liguiag. §. 1. gloſ. 9. num. 194. & ſeq. pluribus congeſtis, Fuſar. conſ. 34. num. 8. et de ſubſtition. q. 311. n. 28. Molin. lib. 3. de Hiſpan. Primog. cap. 5. num. 2. Caſtill. lib. 5. controu. cap. 66. num. 20. Gabr. comm. concluſ. lib. 6. tit. de verbor ſignific. concluſ. 6. num. 48. Cyriac. controu. 283. num. 9. et ſeq. Petra de interp. vltim. volunt. fol. 292. nu. 66. et ſeqq. Craſſ. in §. fideicommiſſum, quæſt. 12. num. 4. Caren. reſolut. 128. num. 31. Card. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 7. num. 21. Theſaur. dec. 188. num. 3. Surd. dec. 66. num. 9. et duob. ſeqq. Larrea dec. Granat. 52. num. 12. verſ. ex quo verba, Duran. deciſ. 126. num. 32. Rot. in recent. dec. 126. num. 3. et ſeq. par. 7. et dec. 34. num. 12. p. 8.

Idque, ea potiſſimùm ratione, quia fœmi-
3 næ ſucceſſio conſeruationi aduerſatur agnationis, l. Iuriſconſultus, ff. de gradib. l. aduerſus, Cod. de crim. expil. hæredit. l. quicumque, Cod. de re milit. lib. 10. Soccin. Sen. conſil. 63. num. 14. circa fin. lib. 3. Giouagn. conſ. 11. n. 34. lib. 2. Molin. de primog. lib. 3. cap. 5. num. 2. verſic. cuius concluſionis, Theſaur. lib. 2. quæſt. forenſ. 12. num. 8. et 9. Caren. dict. reſol. 128. num. 33. Seſſe dec. Arag. 374. num. 23. lib. 4. Rot. in recent. dec. 203. ſub num. 4. in fin. par. 2. Agna-
4 tio enim per ſolos maſculos, quos domus, familiæque columnas appellat Euripides, non autem per fœminas conſeruatur, quæ ſunt illius finis, & annichilatio, l. pronunciatio, §. fin. ff. de verbor. ſignific. §. media inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. Curt. Iun. conſ. 5. num. 25. verſic. et dicit, Pariſ. conſ. 72. nu. 24. lib. 4. Peregrin. de fideicomm. art. 26. num. 31. verſic. quia fœmina, Micrez de Maiorat. 2. par. quæſt. 6. n. 54. Gregor. Lopez in l. 2. gloſ. 1. col. 3. ad fin. tom. 6. part. 4. Molin. de primog. dict. cap. 5. num. 2. verſic. cum ipſa ſit finis, Theſaur. dict. quæſt. forenſ. 12. num 8. Ferrer. ad conſtit. Cathal. los impuberes, gloſ. 1. n. 408. vbi, quòd per fœminas agnatio deſtruitur, finitur, & annihilatur, Caren. d. reſol. 128. n. 34. Roſa conſult. 69. n. 37. Larrea dec. Granat. 51. nu. 22. lib. 2. Rot. in recent. d. dec. 203. ſub n. 4. verſic. ratio eſt, par. 2.

Idque, etiam ſi fœminę fuerint agnatæ, Dec. in rubric. Cod. undè legitimi in fin. et in l. 2. num. 95. ff. de reg. Iur. Io: de Anan. conſ. 4. dub. 2. Crauett. cōſ. 306. num. 5. Honded. conſ. 75. num. 17. lib. 1. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 12. num. 8. verſ. et quòd diſpoſitio, Rot. in recent. dict. deciſ. 203. num. 4. verſic. quæ
5 procedunt, par. 2. potiſſimùm, quando fœmina iam reperitur nupta in aliena familia; tunc enim verè dicitur finis familiæ patris, & principium familiæ viri, Buccaferr. conſil. 30. num. 12. et conſ. 32. num. 14. Caren. d. reſol. 128. num. 35.

Non poteſt autem in præſenti dubitari,
6 quin ad iſtud fideicommiſſum fuerint vocati ſoli maſculi, & unicè contemplata conſeruatio agnationis, ſuæque familiæ; id enim teſtator expreſſit in excluſione Religioſorum á ſuo fideicommiſſo: ibi, E perche deſidero, che detta mia heredità, et beni ſi conſeruino ſempre nella mia heredità, come ſopra, per ſua maggior propagatione, e mantenimento, quæ enixè demonſtrat votum teſtatoris ſuper huiuſmodi conſeruatione; atque adeó fœminarum excluſione, ut in ſpecie tradunt Surd. conſil. 443. num. 18. Gabr. conſil. 132. num. 40. lib. 1. Dec. conſil. 495. num. 13. Curt. Iun. conſil. 111. num. 11. Gozad. conſil. 45. num. 8. et 14. Crot. conſil. 58. num. 14. Pariſ. conſil. 1. num. 30. et ſeqq. et conſil. 66. num. 44. lib. 3. Menoch. conſil. 775. num. 20. ad med. Buccaferr. dict. conſil. 30. num. 16. Molin. de Primog. lib. 1. cap. 5. nu. 16. Sim. de Petr. de interp. vltim. volunt. fol. 287. n. 3. & fol. 292. num. 65. verſ. ita ergo, Fuſar. de ſubſt. quæſt. 499. nu. 1. ubi quòd tunc res careat omni dubio, Larr. deciſ. Granat. 53. num. 12. & 17. & ſeqq. ubi, quòd in hoc caſu non ſit opus recurrere ad coniecturas, Oſaſc. deciſ. Pedem. 50. n. 2. ad fin

7 Idque tacitè, etiam deprehenditur; nedum ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, Dec. conſil. 15. num. 2. verſ. 2. Surd. conſil. 241. num. 13. Honded. conſ. 56. num. 18. lib. 2. Gabr. conſil. 116. num. 14. lib. 2. Decian. conſil. 7. num. 15. lib. 1. Caſanat. conſ. 20. nu. 29. Caren. dict. reſolut. 128. num. 30. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 7. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 499. num. 6. Fontanell. dec. 36. num. 3. Ludouiſ. dec. 464. num. 18. Peguer. deciſ. 102. num. 3. Guid. Pap. dec. 467. ibique add. Theſaur. deciſ. 270. num. 10. & 29. Arguell. deciſ. 32. num. 31. Rot. in recent. deciſ. 135. num. 8. par. 5.

8 Prout etiam ex perpetua illegitimorum excluſione, per quos agnatio non conſeruatur, l. ſi ſpurius, l. hac parte, ff. unde cognat. Bald. conſ. 319. ſub num. 8. lib. 4. Ramon. conſil. 15. num 17. ubi appellat hanc coniecturam potentiſſimam, Caren. dict. reſol. 128. nu. 20. Peregrin. de fideicomm. art. 22. num. 83. verſic. ſed contra. & conſ. 30. num. 7. in fin. verſic. tertiò pariter, lib. 5. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 314. num. 3. & rurſus ex vocatione proximiorum

de

9 de familia, Corn.conſ.273 ſub num.4.lib.4.
Sed fortiùs ex ipſa Religioſorum excluſio-
ne, non in odium alicuius Religionis facta;
10 ſed potiùs pro manutentione, & conſerua-
tione agnationis, quæ per maſculos, non au-
tem per fœminas, & Monaſteria conſerua-
tur, ut in ſpecie Menoch.conſ.85.num.8. Caſa-
nat.conſ.15.num.38. verſic.& ex excluſione
Religioſorum, & conſ.20.num.36. & ſeq. Ra-
mon.dict.conſ.15.num.18. ubi, quòd hæc præ-
ſumptio ſit manifeſta, Bellon. Iun.conſ.12.
num.7.& 8. Raudēſ.conſ.36.num.162.& 171.
lib.1. Soccin.Sen.inter conſ. Curt.Sen. conſ.40.
num.8.in fine, & ſeqq. Caren.dict.reſolut.128.
num.21. latè, pluribus alijs allegatis, Caſtill.
lib.3.contron.cap.12.num.55.& ſeqq. Rot.in
recent.dec.135.n.15 p.7.
11 Ideòque Monaci, Regulareſque omnes,
eorum vita durante, paſſim á fideicommiſſis
ordinatis pro conſeruatione, & propagatio-
ne agnationis, cenſentur excluſi; licet illam
donec viuunt, conſeruent, Rip.in l.ex facto,
§.ſi quis rogatus, il primo, num.41. ff.ad Se-
nat.conſult.Trebell. Alciat.in l.Gallus, §.&
quid ſi tantum, num.7. ff.de liber. & poſthum.
Padill.in l.cum acutiſſimi, num.45.Cod.de fidei-
comm. Ruſtic.in l.cum Auus, lib.5.cap.1.n.86.
ff.de condit.& demonſtrat. Bero.in cap in præ-
ſentia, quæſt.34.extr.de probat. Dec.conſ.259.
num.2.verſ.eo maximè, & num.ſeqq.Peregrin.
conſ.23.num.14. & ſeq. lib.3. & de fideicom.
art.28.num.82. latè Altograd.conſ.96 ferè per
tot. ſignanter num.15.& ſeqq.lib.1. ubi alios
refert, Vegg. conſil.23. num.7. Panzirol. conſ.
114.num.5. Sanchez ad præcept.decalog.lib.7.
cap.15.num.19.& ſeqq. Card.Mantic. de con-
iect.lib.8.tit.12.num.25.& trib.ſeqq. Molin.de
primog.lib.1. cap.13. num.90. Palcaz. de ma-
iorat.par.2.quæſt.3.num.15.& ſeqq. Intrigliol.
de ſubſtit.centur.3. queſt.63. num.42. Trenta-
cinq.cod.tract.par.4.cap.7. nu.26. verſ.ex hac
reſolutione, Odd.de compend. part.6. artic.11.
verſ.prima coniectura, fol.204. Couarr.var.
reſolut.lib.1.cap.19.num.11. Vaſq.de ſucceſſ.
creat.progreſſ.& reſolut.lib.3.§.21.num.169.
Menoch.lib.4.præſumpt.83.num.45 Mangil.de
imputat.quæſt.71.num.28.& 29. Barry de ſuc-
ceſſ.lib.8.tit.de ſubſtit.fideicomm.num.41. Fu-
ſar.de ſubſtit.quæſt.429.num.54.& ſeq. Gra-
tian.cap.986.num.8. Caren.reſolut.128.nu.22.
Florez de Mena in addit.ad dec.6.Gamm.verſ.
quarta concluſio, Maſtrill. deciſ.153. num.2.
Borgogn.deciſ.1.num.36. part.3. Franch.deciſ.
29.num.7. ibique de Luca in addit. Sanfelic.
dec.193.Seſſ.deciſ.Aragon.30.num.63. egre-
giè Ant.Fab.in Cod.lib.6.tit.22.de fideicomm.
defin.25. Cardin.Mantic. deciſ.32.num.3. et 4.
Card.Celſ. deciſ.341.num.11. Rot.in recent.
dec.135.n.15.et ſeqq.p.7.
12 Præcipuè, quia teſtator in excluſione
Religioſorum uſus fuit verbis maſculinis: ibi,
facendoſi alcuno delli chiamati à queſta mia
heredità Geſuita, ò d'altre Religioni, prout la-
tè ponderat Ramon. dict. conſil.15.num.23.
quem refert, & ſequitur Caren.dict.reſolut.
128.num.23.verſic.quartò augetur.
Prædicta verò fœminarum excluſio, eò
magis incontrouertibilis redditur in præſen-
ti, quia Teſtator non ſolùm conſiderauit
agnationis conſeruationem; ſed etiam illius
propagationem, & manutentionem: ibi, per
ſua maggior propagatione, e mantenimento.
13 Huiuſmodi verò propagatio, & manuten-
tio fieri non poteſt per fœminas, quæ ſunt
finis familiæ, illamque extingunt, ut in ter-
minis reſpondit Alex.conſil.80.num.7. ver-
ſic.vnde licet in amia, lib.1. Surd. conſil.443.
nu.17. verſ.tertio id expreſsè, & num.33. poſt
med.verſic idque multò magis procedit, & nu.
34.cum ſeqq. ubi, quód aliter interpetrando,
orirctur repugnantia, & Teſtator eſſet ſibi
ipſi contrarius, Gabr.conſ 132.num.38. verſ.
quòd verò hoc caſu, & num.39.cum ſeqq.lib.1.
Peregrin.conſ.58. in fin.lib.5. Giouagn.conſ.1.
num.53.Vin.dec.10.num.15.
14 Ponderata præſertim dictione illa, ſemper:
ibi, ſi conſeruino ſempre nella mia famiglia,
quæ denotat tractum ſucceſſiuum, perpetui-
tatemque fideicommiſſi in familia, Decian.
conſ.33.num.98.lib.1.Peregrin.conſ.23.nu.3.
lib.4.& conſ.50.nu.6.lib.5. Menoch.conſ.730.
num.1.& conſ.884.num.6.& conſ.1155.n.18.
Caſanat. conſ.47.num.122.& ſeqq. Ramon.
conſ.vltim. num.493.& ſeq. quæ perpetuitas
15 abſque dubio impediretur, ſi fœminæ in
medio ſucceſſionis agnatos maſculos exclu-
derent, & bona in alienas familias deferrent,
cum per fœminas non poſſit conſeruari, pro-
pagari, & manuteneri agnatio, Surd.conſil.
443.num.18.& 21.& num.32. verſic. quòd
autem obiectum, optimè Gabr. conſ.132. num.
38.& ſeqq. lib.1. addent.ad Ludouiſ.dec.293.
num.25. Rot.in recent.dec.203.num.4. verſic.
16 ratio eſt, p.2. Ideòque fœminæ dici debent
omninò excluſæ, nedum in concurſu maſcu-
lorum deſcendentium eiuſdem lineæ, ſi exta-
rent; ſed etiam, illis deficientibus, ſi extent,
prout in præſentia maſculi de agnatione, &
familia, Peregrin. conſ.42. num.10. verſ.ali-
quando verò, & conſ.58.num.6.ad med.& cōſ.
149.num.25.lib.5. Molin. de Hyſpan.primog.
lib.3.cap.5.num.2.verſic.ideoque, Tondut.quæ-
ſtion.ciuil.cap.127.num.11.& ſeq.p.2. Card.
Cerrus dec.65.n.21.
17 Regulare enim eſt, ut nunquàm admittan-
tur fœminæ, quando eſt vocata agnatio, vel
familia, Gabr.dict.conſ.132. num.38.& ſeqq.
lib.1. Peregrin.dict.conſ.58.num.6. in princip.
& conſ.159.num.14. verſ.tertius caſus eſt, lib.
5. Gratian.cap.428.num.9.& duob.ſeqq. Mo-
lin.de primog.dict.lib.3.cap.5.num 38.& ſeq.
Merend.inter reſolut. Caren.reſolut.233.num.3.

Rot.

Rot. in recent. deciſ. 203. num. 4. & 8. verſ. aut quòd, & teſtator, p. 2. & dec. 126. num. 3. & ſeq. p. 7. Buratt. deciſ. 272. num. 15. ubi ſignanter,
18 quando, prout in hoc caſu, fœminæ in aliqua parte teſtamenti non ſunt vocatæ, & ex coniecturis, præcipuè ex adiectione cauſæ conſeruationis familiæ, conſtat de mente Teſtatoris, quòd de maſculis tantùm intellexerit, cum expreſſione cauſæ propagationis familiæ, quæ fœminis conuenire non poteſt.

19 Prædictis omnibus accedat peregregia, valdèque inſignis nobilitas familiæ Teſtatoris, ob quam ſatis veriſimile videtur, quòd voluerit ſua bona conſeruare in eius familia, & agnatione, quæ alioquin ſine diuitijs ſordeſceret, l. quiſquis, Cod. ad leg. Iul. Maieſt. Brun. de ſtatut. excluſ. in 1. art. excluſis ſemper feminis, quarũ medio bona in alienas familias deuoluuntur, prout in ſpecie arguunt Peregrin. de fideicomm. art. 25. num. 58. verſic. conſiderabam præterea, Odd. conſ. 33. num. 2. & ſeqq. Caren d. reſol. 128. n. 29.

20 Accedente potiſſimùm obſeruantia eiuſdem familiæ, quòd fœminæ non ſuccedant; ſed maſculi de agnatione preferantur, cui præſumitur, Teſtatorem inſtituendo, ſeu ſubſtituendo filios, noluiſſe ſe conformem reddere, intelligendo de maſculis, Soccin. Iun. conſ. 168. num. 40. verſ. & quòd in iſto caſu, & duob. ſeqq. lib. 2. Dec. conſ. 1. nu. 327. & ſeqq. lib. 1. Caſanat. conſ. 47. num. 11. & ſeqq. Card. Mantic. de coniectur. lib. 6. tit. 9. num. 8. Gratian. cap. 621. n. 7.

21 Eòque magis, quia teſtamentum fuit conditum in Vrbe, in qua viget ſtatutum excluſiuum fœminarum, cui præſumitur voluntatem Teſtatoris, quamuis forenſis, fuiſſe conformem, l. conficiuntur, § ſi quis, ff. de Iur. Codicill. & in his terminis, Bart. in l. hæredes mei, §. cum ita, ibique Alex. num. 10. ff. ad Trebell. Caſtr. conſ. 409. Card. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 7. num. 4. & ſeqq. Peregrin. de fideicomm. art. 25. num. 22. in princip. verſ. & præſertim ſi in loco, Fuſar. pluribus allegatis, de ſubſtit. quæſt. 402. num. 61. & ſeqq. Menoch. præſumpt. 85. num. 20. lib. 4. Durau. dec. 126. n. 25. & ſeq. ubi, quòd huiuſmodi coniectura ſoleat ab hoc Sacro Auditorio admitti, quando, prout in hoc caſu, aliæ concurrunt, rectèque conferunt deducta per Decian. conſ. 30. num. 40. lib. 3. Aldobrandin. conſ. 22. num. 28. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 295. num. 50. Merlin. deciſ. 447. num. 19.

Prædicta verò omnia clariora redduntur ex particulari obſeruantia earumdemmet Aduerſariarum, quia poſt obitum Ioannis non fuerunt admiſſę; ſed ſucceſſit Marchio Rainerius, eodemque poſtmodum decedente, ſucceſſerunt alij maſculi de familia; & nihilominus, ſi fuiſſent vocatæ in Inſtitutione facta de filijs Ioannis, utique non permiſiſ-
22 ſent, alios remotiores ad fideicommiſſum admitti; Obſeruantia uerò declarat fideicommiſſa, ſatiſque eſt, ita aliquando fuiſſe obſeruatum, Menoch. conſ. 349. num. 15. benè Surd. conſil. 362. num. 10. Honded conſ. 92. nu. 27. & ſeqq. lib. 1. Molin. de primog. Hiſp. lib. 1. cap. 5. num. 39. verſ. nona coniectura, ibique add. & lib. 2. cap. 6. num. 57. rectè Rot. in recen. dec. 185. num. 4. par. 5. & poſt Ceuſal. ad Peregr. de fideicomm. dec. 30. num 17. quæ eſt repetita in recent. deciſ. 407. n. 36. p. 9. tom. 2.

23 His igitur firmatis, nullo Iure videtur aduerſari obiectum, cui potiſſimum eſt innixa contraria deciſio in hac cauſa edita coram Eminentiſſimo Domino meo Card. Cerro deciſ. 807. num. 7. & ſeqq. quód, nempè, cum ratio expreſſa conſeruandi, propagandi, manutenendique agnationem, & familiam, non ſtet principaliter, & de per ſe ad inducẽdum nouum fideicommiſſum; ſed ſolùm legatur appoſita dependenter, & acceſſoriè ad veſtiendam, & cohoneſtandam excluſionem Religioſorum, præſertim certæ Religionis, ad precedentes ſubſtitutiones non ſit extendenda, iuxta celebre conſ. Decij 636. num 7. & ſeqq. quem ſequuntur ex recentioribus Menoch. conſ. 376. num. 49 & ſeqq. & lib 4. præſumpt. 68. num. 20. Honded. conſ. 78. num. 35. & ſeqq. lib. 1. Gabr. conſ 124. num. 12. & conſil. 138. num. 26. & ſeqq. lib. 2. Trentacinq. conſil. 11. in princip. et per tot. latè Fuſar. conſ. 17. n. 141. et ſeqq. ubi plures alios allegat Giouagn. conſ. 39. num. 12. 32. 46. 47. 48. 59. 67. et ſeqq. lib. 1. Altograd. conſ. 60. num. 39. et ſeq. lib. 1. Altograd. Iun. controuerſ. 37. numer. 47. Cyriac. controu. 608. num. 38. et ſeq. Peregrin. conſ. 33 num. 42 et ſeq. lib. 3. et de fideicomm. art. 14. num. 47. et ſeqq. Carena reſol. 29. nu. 9. verſ. at prohibitio acceſſoria, Didac. Ludouic. de Lima in add. ad Molin. lib. 1. cap. 5. num. 7. verſ. at verò ſi verba prohibitiua, Seraphin. dec. 482. num. 3. dec. 883. num. 4. et 5. et deciſ. 1023. num. 10. Dunozett. Iun. dec. 777. num. 9. Card. Ottbobon. dec. 255. num. 19. et ſeqq. Card. Celſ. deciſ. 376. num. 9. Bich. deciſ. 297. num. 22. et ſeqq. Caualcan. deciſ. 5. num. 65. et ſeqq. et nu. 81. et ſeqq. par. 3. Oſaſch. deciſ. 10. num. 12. Cutell. deciſ. Sicil. 28. num. 54. uerſ. quò uerò ad prohibitionem, Rot. in Bonon. fideicommiſſi de Elephantutijs coram Bubalo, penes Giouagnon. conſ. 39. num. 46. et ſeq. & Nos de hac materia latè egimus diſp. 10.

24 Attenta potiſſimùm dictione, come ſopra, ex qua deprehenditur, eò magis dictam rationem conſeruandæ agnationis ſtare acceſſoriè, & dependenter; idcóque non poſſe præcedentes diſpoſitiones qualificare; ſed potiùs ab illis eſſe regulandam, Dec. d. conſil. 636. num. 7. & 12. Alex. conſ. 59. num. 21. verſic. non obſtat, Ruin. conſ. 96. num. 12. verſic. præterea

lib.

*lib.2.Surd.conſ.448.num.16. & ſeq.Peregr.conſ.
45.num.8.lib.1.Fuſar.conſ.100.num.21.Bellonus
Inn.conſ.12.num.43.& 65.*latè *Vegg.conſ.74.nu.
494.& ſeqq.Decian.conſ.77.nu.15. & ſeqq.lib.4.
Giouagnon.conſ.39.n.15.& ſeqq.lib.1.Merend.in-
ter conſ.Redenaſch.conſ.37.n.8.& ſeqq.idem Re-
denaſch.conſ 34.num.46.& ſeq.Caſanat.conſ.53.
num.39. & ſeqq.Molin.de primog.lib.3. cap.5.n.
62.Molpheſ ad conſuet.Neapol.part.4.de ſucceſſ.
ab inteſt.q.32.num.24.tom.1. Odd. de fideicom.q.
175.Altograd.Iun.controu.38.num.17.* vbi in
ſpecie de dictione, *vt ſupra. Capyc.Lat.dec.127.
num.57.& ſeq.lib.2.Rot.in recent.deciſ.8.num.2.
part.7.*cum alijs latè congeſtis per eumdem
Card.Cerrum dec.231.num.23.& ſeqq.

Siquidem pro reſponſione eſt animaduer-
25 tendum, quòd cōcluſio ex aduerſo adducta
ſibi locū uindicat, quando ratio conſeruādæ
agnationis, nec non manutentionis, & pro-
pagationis familię, conſequutiuè, accesſoriè,
& dependenter adijcitur in medio orationis
vni ſubſtitutioni potiùs, quàm alteri, ad il-
lam qualificandam pro excluſione Religio-
ſorum, vel Fiſci in caſu delicti, in quibus
terminis loquuntur auctoritates contrariæ,
potiſſimùm *Radenaſc. d. conſ.34. num.46. &
ſeq.Rot.in recent.dec.368.num.7.& 8.part.5.*
ubi ratio conſeruandi bona iu familia fuit
poſita conſequutiuè ad ſubſtitutionem fa-
ctam in caſu delicti, *& deciſ.8.num.2.part.7.*
ubi, etiam agebatur de ratione conſeruatio-
nis bonorum in agnatione adiecta poſt deli-
cti prohibitionem, & in eiſdem terminis pro-
cedit *deciſ.209.num.13.& ſeq.part.8.*ubi pa-
riter de prædicta ratione, ad hoc, vt bona
remaneant in familia immediatè adiecta ad
confiſcationem tollendam, abſque aliquo
verbo diſpoſitiuo, *Volo*, vel alio inducente
orationem diſpoſitiuam, & à præcedenti ſe-
paratam.

26 Secus verò aſſerendum, quando, prout in
præſentia, poſt completas omnes ſubſtitu-
tiones, teſtator per modum regulæ patefecit
ſuū uotū indepēdēter, & in prorſus ſeparata
oratione ſuper perpetua conſeruatione bo-
norū in ſua familia. pro maiori manutētio-
ne, & propagatione eiuſdem; adeòut prędicta
ratio agnationis cōſeruandæ ſtet omninò de
per ſe per modū nouæ ſeparatæq; diſpoſitio-
nis; hoc enim caſu abſque dubio qualificat
omnes ſubſtitutiones ſupra expreſſas, iuxta
receptiſſimam diſtinctionem, quam, omiſſis
pluribus, qui poſſent allegari, optimè, præ
cæteris, firmant *Panzirol.conſ.91.nn.20. Me-
noch.conſ.836.in fin.Decian.conſ.1.num.258. lib.
1.Ramon.conſ.ult.num.73.Caſanat.conſ.47.num.
122. Giouagnon. conſ.39.num.13. & ſeqq.lib.1.
Gratian. cap.621.num.18. & ſeq. Molin. de Pri-
mog.lib.3.cap.5.num.62. Fuſar. de ſubſtitut. qu.
403.num.37.Muta dec.57.num.4.* eamdemque
diſtinctionem amplectitur *Merlin. dec.228.num.
31. & ſeqq.* vbi de voto conſeruandę agnationis
*Rot.in recent.dec.185.num. 8. & 9. & dec.249.
à num 12.verſic.nec dicatur, vſque ad 17.part.7.*
confirmata coram *Royas dec.72.num.11. & dec.
90.num.6. & tribus ſeqq.* & Nos latiùs *diſpu-
tat. 10.*

Vlteriùs (& hoc potiſſimùm animaduertē-
dū rogo) ſupradicta ratio expreſſa conſeruā-
27 di, propagādi manutenēdiq; agnationem, &
familiam non aſſertur ad effectum inducen-
di nouum, ſeparatumque fideicommiſſum,
neque illud extendendi ad nouas perſonas
in præcedentibus ſubſtitutionibus non com-
prehenſas, in quibus terminis loquuntur
plerǫque auctoritates contrariæ, potiſſimùm
*Dec.d.conſ.636.num.7.& 12. Alex. conſ.59.nu.
21.Peregr.conſ.45.num.8.lib.1. Bellon. Inn.conſ.
12.num.43.& 65. Fuſar.conſ.100.nn.21.Seraph.
dec.482.num.6. & dec.513.nu 3. Coccin.dec.294.
Cardin. Cerrus dict. deciſ. 231. num. 23.* aliæque
auctoritates ibidem allegatæ.

Sed ſolùm pro interpetranda, & declaran-
da Teſtatoris voluntate, quales, ſcilicet, &
quas perſonas in ſuo fideicommiſſo compre-
hendere uoluerit, an, dumtaxat maſculos,
vel etiam fæminas, quo caſu eadem ratio ex-
preſſa conſeruandi, propagandi, & manute-
nendi agnationem. & familiam, ſatis, ſuper-
que ſuſſiciens reputatur, quamuis acceſſoriè,
& reſtricta ad certas perſonas, & caſus foret
adiecta. vt in ſpecie poſt *Corn.conſ.22. num.
9.lib.3.Soccin.ſen conſ.49. num.2. verſ. aut dice-
mus, & num.5.uerſ.ad propoſitum, lib.1.Dec.conſ.
27.n.6.*optimè, & ſingulariter aduertit *Coc-
cin.dec.267. num.7. & deciſ.493. num.6. & ſeq.
Merlin. dec.83.ſub num.6. Rot. in recent. dec.44.
num.5. & dec.105.num.4.part.1.& dec.135.nu.
1. & ſeqq.part.8.*

28 Idque ſine difficultate procedit in hoc the-
mate, attenta ſupradicta dictione, *come ſò-
pra*, quæ non ſolùm non aduerſatur; ſed po-
tiùs mirificè confirmat aſſumptum; non enim
ſtat reſtrictiuè ad præcedentes ſubſtitutio-
nes, prout ſupponit dicta contraria *deciſio
807.* coram *Card. Cerro num. 9. & ſeq.* ſed
potiùs cauſatiuè, declarando, antecedentes
ſubſtitutiones fuiſſe ſactas pro conſeruatio-
ne agnationis, quaſi dixerit Teſtator, ſe ex-
cludere Religioſos pro conſeruatione agna-
tionis, quemadmodùm, & quia ſupra pro
eiuſdem conſernatione ſubſtitutiones, & fi-
deicommiſſa ordinauerat, *Decian. conſil. 1.
n.212.*poſt principium *lib.2.Curt.Iun.conſ.43.nu.
11.Paſcth.conſ.92.num.11. Menoch. conſ.900.n.
19.Redenaſch.conſ.35.num.9.Odd.de fideicomm.
q.14.num.152.Seraph.dec.1373.num.6.in fine
verſic.& licet.*

29 Adeòut qualitas maſculinitatis tacitè cō-
prehenſa ſub ratione conſeruationis, & pro-
pagationis familiæ, licet in præcedentibus
ſubſtitutionibus non expreſſa, deſeruiat pro
earumdem ſubſtitutionum declaratione,
*Barbat.inter conſ.Alex.conſ.52.num.22. & ſeqq.
lib.4.Decian.conſ.1. num.213.* poſt principium,
*lib.2.Curt.ſen.conſ.51.num.17.in fin. & ſeq. poſt
30 med.* rectèque conferunt in his terminis de-
ducta per *Theſaur.lib.3. qu.forenſ.cap.117.n.*

22.&

Digitized by Google

22. & ſeq. Cumque ſit poſita independen-
ter per modum regulæ, ex ſupra allega-
tis, cenſeri debet repetita in præcedentibus
ſubſtitutionibus, Molin. de primog. lib. 3. cap. 5.
n. 62. Grego. Lopez in l. 3. tit. 13. p. 6. in gl. verbo
Mugeres, col. 8. verſ. ſed quid ſi fœminæ, Fuſar.
de ſubſtitut. q. 403. num. 37. Caſtill. lib. 2. con-
tron. cap. 4. num. 71. & ſeqq.

31 Fortiùs ponderando dictionem illam,
ſemper: ibi, ſi conſeruino ſempre nella mia fa-
miglia, quæ denotat voluntatem Teſtatoris,
vt in qualibet præcedenti ſubſtitutione ob-
ſeruetur excluſio fœminarum complectendo
omnia tempora, omneſque caſus, benè in
his terminis, Panzirol. conſ. 91. nu. 20. & ſeq.
Caſanat. conſ. 47. num. 122. & ſeqq. lib. 1. Ra-
mon. conſ. vltim. num. 493. & ſeq. Gratian. cap.
621. nu. 18. & ſeq. Theſaur. q. forenſ. lib. 3. cap.
117. num. 20. & admittit concluſionem Rot.
in recent. dec. 249. num. 11. verſic. nec dicatur,
& ſeqq. part. 7.

32 Dum igitur ex prædictis, etiam in ſubſti-
tutione lineę Ioannis cenſetur expreſſa con-
ſeruatio, & propagatio familiæ, ſaltem in
vim declarationis, fœminæ non poſſunt ad-
mitti, non ſolùm in concurſu deſcendentium
maſculorum Ioannis; ſed nec etiam agnato-
rum remotiorum de familia, Peregr. conſ. 42.
num. 10. poſt principium, & conſ. 58. num. 6.
ad med. & ſeq. & conſ. 149. num. 25 lib. 5. cum
alijs ſupra allegatis per Card. Cerrum deciſ.
65. num. 21.

33 Neque ſubſiſtit reſponſio, quòd per fœmi-
nas propagetur familia eo modo, quo poteſt
ex Peregrin. conſ. 58. num. 9. lib. 5. Quia pro-
34 cedere ualet, ceſſātibus omninò agnatis ma-
ſculis, prout ſupponit idē Peregr. ubi ſup. n. 9.
uerſ. ad quartum; ſecus uerò quando agnati
exiſtunt, multòque magis, quando Teſtator
35 non fuit contentus ſimpliciter exoptare
conſeruationem agnationis; ſed ulteriùs pro-
pagationem, benè Giouagn. conſ. 19. num. 39.
lib. 1.

Quò uerò ad alteram inſpectionem, quòd
ſaltem aduerſariæ ueniant appellatione fi-
liorum in conditione poſitorum in ſubſtitu-
tione facta Ioanni de Rainerio, ſi deceſſerit
ſine filijs; ideòque faciant deficere dictam
conditionem, & fideicommiſſum expirare;
uel ſint tacitè uocatæ, neque etiam in Iure
ſubſiſtit; cum enim ex ſupra deductis ſatis,
ſuperque fuerit probatum, ſubſtitutionem
filiorum, & nepotum Ioannis intelligendam
eſſe de maſculis propter rationem conſer-
uandæ agnationis, aliaſque coniecturas ſu-
36 periùs conſideratas, fœminę non faciunt de-
ficere conditionem, ſi ſine filijs; dicta enim
verba intelligi debent de filijs maſculis ſu-
pra diſpoſitiuè uocatis, Menoch. conſ. 95. nu.
76. et conſ. 150. num. 35. Venturin. conſ. 25. nu.
55. et ſeq. latè Fuſar. de ſubſtit. q. 402. num. 27.
Duran. dec. 126. n. 32.

Cumque in conditione agatur de eiſdem
filijs, quos ſupra idem Teſtator Ioanni ſub-
ſtituerat, ſicut in priori parte diſpoſitiuę, fœ-
minæ non continentur; ita etiam cenſeri non
debent comprehenſæ in ſubſequenti condi-
37 tione appoſita ſubſtitutioni factæ de Raine-
rio; ſed tàm diſpoſitio, quàm conditio eſt
intelligenda eodem modo de filijs maſculis
eiuſdem Ioannis, Ruſtic. in l. cum auus lib. 3.
cap. 10. num. 159. Ruin. conſ. 134. num. 19. conſ.
140. num. 6. lib. 2. & conſ. 168. num. 3. lib. 3.
Curt. Iun. conſ. 112. num. 5. & conſ. 114. nu. 20.
lib. 1. Socc. Iun. conſ. 90. n. 16. et 17. lib. 1. Pariſ.
conſ. 18. num. 28. & 29. lib. 2. Menoch. conſ. 95.
num. 83. & præſumpt. 84. num. 7. lib. 4. Berta-
zol. conſ. 96. num. 18. Surd. conſ. 21. num. 9. in
fin. & ſeq. & conſ. 564. ſub num. 7. verſ. & ubi
ex ſententia, Venturin. dict. conſ. 97. & ſeqq.
Card. Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 9. Pe-
regrin. alios referens, de fideicomm. artic. 25.
num. 30. verſic. attamen magis, latè Fuſar. plu-
ribus congeſtis, de ſubſtitut. quæſt. 403. num.
19. Molin. de hiſp. primog. quæſt. 5. num. 60 ver-
ſic. poſſet, & num. 61. Simon. de Petr. de interp.
vltim. volunt. fol. 147. num. 75. Intrigliol. de
ſubſtit. quæſt. 58. num. 17. Barz. dec. Bonon. 119.
num. 2. Rot. in recent. deciſ. 237. num. 5. & ſeq.
par. 5. & dec. 135. num. 28. par. 8. Buratt. deciſ.
272. num. 4. ibique latiùs add. nu. 19. verſ. item
Rota in hac materia rectè aduertens, quòd in
diuerſis perſonis poſſit concurrere diuerſa
Teſtatoris affectio; ſed circa eaſdem perſo-
nas faciliùs ſumatur interpetratio à diſpoſi-
tione anteriori.

His omnibus accedat, quòd Ioannes præ-
deceſſit Honuphrio fratri, cui fuerat ſubſti-
tutus, ideòque aduerſariæ non poſſunt veni-
re ex Iure illius, & tamquàm eiuſdem hære-
des, cum fideicommiſſum conditionale ceſ-
38 ſantibus, prout in præſenti, coniecturis, non
tranſmittatur ad hæredes, quamuis ſint filij,
l. vnica, §. ſin autem, Cod. de caduc. tollen. gloſ.
in l. 1. verbo de relictis, Cod. de his, qui ant.
apert. tabul. eadem gloſ. final. in l. hæredes mei,
§. cum ita, ibique Bart. num. 2. Rip. num 59. &
ſeqq. Soccin. Iun. num. 47. & ſeqq. ff. ad Senat.
Conſult. Trebell. Burſat. conſ. 1. num. 4. Gabr. de
hæred. inſtit. concluſ. 2. num. 1. 2. & 10. Cardin.
Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 20. num. 1. Pere-
grin. de fideicomm. art. 31. num. 6. Noal. de
tranſmiſſ. caſ. 1. num. 32. Andreol. contron. 29.
num. 8. Medic. inter deciſ. Senen. examin. 2. num.
5. & ſeq. Seraphin. dec. 1479. nu. 5. Duran. dec.
339. num. 71. Ludouiſ. deciſ. 551. n. 2. cum alijs
allegatis diſput. præcedenti n. 22.

Tandem ex prædictis ſublata etiam rema-
net alia prætenſio, quòd Aduerſariæ conti-
neantur in ſubſtitutione proximiorum de
familia facta poſt mortem Rainerij. Licet
enim regulare ſit, ut appellatione proximio-
rum veniat etiam fœmina, Bald. conſ. 6. nu. 1.

1.lib.2.Rub.Alex.conſ.106. unm.4. Curt.Iun.
conſ.49.num.7.circa med.verſic.accedit, Aym.
conſ.656.num.7.lib.4. Decian.conſ.7. num.11.
lib.5. Peregrin.de fideicomm. art.22. num.33.
Tiraq.de retract.lignag. §.1.gloſ.9. num.203.
39 prout comprehēdatur ſub nomine familiæ,
l.pronunciatio,§.familia, ff.de verbor. ſignific.
Alex.conſ.56.num.4.lib.1.Pariſ.conſ.51.n.2.
lib.2.Bero.conſ.583.num.10.lib.2. cū alijs latè
adductis per *Ludouiſ.* ex aduerſo allegatum,
deciſ.464.unm.1.& ſeqq. Peutinger. deciſ.43.
num.1.& ſeqq. Dunozett.Iun. dec.46. num.1.
& ſeqq. quæ eſt repetita in *recent. deciſ.151.*
part.5.

Nihilominus,cum ſatis liquidò pateat, fideicommiſſum fuiſſe ordinatum pro conſer-
uatione, propagatione, & manutentione fa-
miliæ, & agnationis,ex ſupra deductis,ap-
pellatione proximiorum domus, fœminæ nō
40 comprehenduntur,ad excludendos agnatos
maſculos, quamuis remotiores, *Ruin.conſil.*
24.n.4. & ſeqq. & conſ.110. num.14. Curt.
Iun.conſil.154. num.10. Soccin.Iun.conſ.168.
num.49.verſ.& quòd de maſculis, & num.50.
lib.2. Cranett. *conſ.180.num.1. Gabr.conſil.*
132.num.38.et ſeqq.lib.1.Surd.conſ.443.num.
13.verſ.tertiò id expreſſit, et num.32. et duo-
bus ſeqq.et num.39.Honded.conſ.65. num.33.
lib.2.Peregrin.conſ.58.in fin.lib.5. et de fidei-
comm.art.25.num.47.ante med.uerſ.ſed ultra
hos, Balboa in addit.ad conſil. Salon.de Pace
29.num.73.Gratian.cap.428. num.9. et duob.
ſeqq.Tiraq.de retract.lignag. §.1.gl.9.n.195.
Sim.de Petr.de interpr.ultim. volunt. lib.3. in-
terp.3. dub.1. ſolut.11. num.18. Oſaſch.deciſ.
127.num.5.uerſ.neque obſtant, ubi quòd fœ-
minæ,licet ſint proximiores;non tamen ſunt
proximiores de agnatione, & familia, *Bich.*
41 *dec.546.n.2.* & admittunt concluſionem ſu-
pradictæ deciſiones *Ludouiſij, Peutingerij, et*
Dunozetti ex aduerſo allegatæ,quoties,pro-
ut in hac facti ſpecie,cōſtet,Teſtatorē reſpe-
xiſſe conſeruationem bonorū in agnatione.
42 Præcipuè,quia,cum in antecedentibus ſub-
ſtitutionibus numquàm legantur vocatæ
fœminæ, imò ſemper, perpetuiſque tempo-
ribus reperiantur excluſę, meritò nequeunt
etiam contineri in alia ſubſtitutione poſteà
facta de proximioribus, latè *Grat. conſil.67.*
per tot.lib.2. Burſat. conſ.1. num 36. et ſeqq.
lib.1.Soccin.Iun.cōſ.168.num.36.et ſeq.lib.2.
Rot.in recent. dec.96.n.7.et ſeq.p.14.

Contra allegata fuit deciſum per Rotā *coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Cerro* deciſ.807. *inter eius impreſſas.*

ARGVMENTVM.

Fœminis in donatione vocatis ſub nomine filiorū,& deſcendentiū, non poteſt donans ex interuallo ſuper bonis donatis fideicommiſſum vniuerſale conſtituere ad fauorem Primogeniti maſculi,excluſis fœminis,earumque deſcendentibus, quibus Ius irreuocabile fuerat quæſitum.

Ad effectum ſubijciēdi fideicommiſſo bona priùs donata, etiam vigore ſpecialis facultatis in donatione reſeruatæ, eſt facienda de illis nominatim mentio. Vel ſaltem liquidò conſtare debet, voluiſſe donantem eadem vti facultate, & ex quibus coniecturis eadem voluntas dici debeat excluſa. Declaratur doctrina *Molin.de rit.nupt.lib.3. quæſt.24. nu. 295. & ſeqq.*

Donatio contemplatione matrimonij, ſi fuerit facta filijs, & deſcendentibus, non poteſt donans ex interuallo declarare, intellexiſſe de maſculis tantùm.

SVMMARIVM.

1 *Donatio intuitu certi, & determinati matrimonij eſt portio contractus dotalis; quinimò cum eo confunditur,tamquàm quid correſpectiuum, & indiuiduum.*

2 *Ex donatione cōtemplatione certi matrimonij quæritur Ius irreuocabile;nedum coniugibus.*

3 *Sed etiam filijs ex eodem matrimonio procreatis, & in eadem donatione contemplatis.*

4 *Fæminę veniunt appellatione filiorum, & deſcendentium, in contractibus.*

5 *Idque; etiam procedit in fauorabili contractu donationis.*

6 *In contractibus maſculinum non continet fæmininum, & in quibus caſibus non procedat huiuſmodi concluſio.*

Declarantur deciſ. Seraph. 604. & Cardin. Caualer. 557.

7 *Fæminæ veniunt appellatione filiorum, & deſcendentium, quoties præter filiorum mentionem ſunt copulatiuè nominati deſcendentes.*

8 *Donanti non eſt permiſſum condere fideicommiſſum vniuerſale in teſtamento ad fauorem Primogeniti maſculi in præiudicium fęminarum, quibus ex præcedenti donatione fuerat Ius irreuocabile quæſitum.*

9 *Tot dicuntur donationes, quot ſunt perſonæ vel nominatim,vel in eadem donatione collectiuè vocatæ.*

10 *Ideòque non poteſt donans poſt Ius quæſitum tàm maſculis, quàm fæminis pręeligere vnum maſculum,excluſis alijs.*

Reprobatur contraria ſententia Berengar. & Boerii.

11 *Donatio, quoties legitur facta ſub conditione,*

quòd

quòd bona donata remaneant ſuppoſita diſpoſitioni, & fideicommiſſo facto, ſeu faciendo, fideicommiſſum poſtea conditum ex ui relationis dicitur ineſſe in donatione referente, & num. ſeqq.

12 *Actus ad tempus reſeruationis retrotrahitur.*

13 *Inchoatus per ſimplicem deſtinationem habetur pro conſumato, & perfecto in ſui ipſius initio.*

14 *Deſtinatio, quæ tantùmmodò tēdit ad regulandam deſtinantis diſpoſitionem habetur ab initio pro perfecta, ſecus, ſi tenderet ad regulandam legis diſpoſitionem.*

15 *Nominatio facta vigore praecedentis reſeruationis, dominium transfert in nominatum, & vnicus dicitur contractus, reſeruatio, & nominatio.*

16 *Vnum, vbi eſt propter alterum, vel duo propter vnum, utrobique eſt vnum tantùm.*

17 *Relatiuum, Quæ determinatiuè poſitum ſine copula, reſtringit totum ſuum antecedens, ad quod refertur.*

18 *Dictio*, ſuper, *certis rebus adiecta, eſt reſtrictiua; adeòut ad alia bona referri non valeat.*

19 *Dictio*, illa, *tamquàm relatiua, ad oculum demonſtrat.*

20 *Donans, licet ſe referat ad fideicommiſſum faciendum; Non tamen videtur, voluiſſe recedere à fideicommiſſo particulari diſpoſito in donatione, fauore etiam fæminarum.*

21 *Relatio numquàm intelligitur facta ad ea, quæ habent ſpecialem prouiſionem.*

22 *Ad effectum ſubijciendi fideicommiſſo bona priùs donata, faciēda eſt de illis nominatim mētio*

23 *Vel ſaltem certitudinariè conſtare debet, voluiſſe fideicommittentem includere bona donata ſub fideicommiſſo vniuerſali.*

24 *Donans, quando præſumatur, noluiſſe includere ſub fideicommiſſo vniuerſali bona priùs donata.*

25 *Quoties diuerſæ ſunt voluntates ratione perſonarum, rerum, & onerum, vna non dat alteri interpetrationem.*

26 *Relatio excluditur pro abſurdo euitando.*

27 Molin. de Ritu nuptiar. lib. 3. q. 24. nu. 295. *in quo caſu ſit intelligendus.*

28 *Relatio ad fideicommiſſum, quod non reperitur conſtitutum ſuper bonis donatis, non facit conditionem.*

29 *Relatio applicari non poteſt ad illud, quod non reperitur.*

30 *Relatum eſt in referente, vel quotieſcumque apparet diſpoſitio relata, quo caſu referens reſtringitur ad terminos relati.*

31 *Vel, quando referens nihil in ſe certum, perfectumque diſponit; ſed abſque declaratione eius, quod in relato continetur; ad illud abſolutè ſe refert.*

32 *Quoties eſt dubium, an ſub nomine filiorum, & deſcendentium comprehendantur fæminæ, an huiuſmodi ambiguitas poſſit tolli, vel ex verbis teſtamenti, vel ex declaratione facta ab eodem donante, quòd intellexerit de maſculis tantùm; non autem de fæminis.*

33 *Inſtitutor Maioratus, quoties poſt omnes deſcendentes, vltimo loco poſtea ſubſtituit conſanguineos, poteſt declarare, quòd intellexerit de maſculis, & non de fæminis.*

34 *Donans poteſt declarare in teſtamento, an filij poſiti in conditione in ipſa donatione ſint vocati.*

35 *Voluntatis declaratio deſumi valet ex vicinis ſcripturis.*

36 Decianus conſ. 7. num. 99. & ſeqq. *affirmans, quòd poſſit donans declarare in teſtamento, quòd appellatione filiorum, & deſcendentium in donatione vocatorum, intellexerit de maſculis, quomodo ſit intelligendus.*

C A P V T XX.

PONTIVS Ceua Senior ante conditum teſtamentum, in quo ſcripto hærede vniuerſali Pontio Iuniore eius Pronepote, conſtituit Primogenituram ad fauorem ipſius natu maioris in infinitum, & in illius lineæ defectum ad commodum Primogenitorum Pontij, & Honorati de Rattis in perpetuum, eidem Pronepoti, intuitu certi, & determinati matrimonij inter ipſum, & Vrſulam Cataneam contrahendi, irreuocabiliter inter viuos donauit ſcuta biſmille in tot bonis ſtabilibus, & locis Montium aſſignanda, quæ remanerent ſuppoſita fideicommiſſo facto, vel faciendo, ad fauorem tamen filiorum, & deſcendentium ipſius Pontij, prout illinc ad duos menſes, poſt ſequutum matrimonium, aſſignauit eidem Donatario tot loca Montium, cum eadem præciſa declaratione.

Cumque ex Pontio, & Vrſula coniugibus ortæ fuerint Ludouica, Camilla, Anna, & Laura Monialis; nec non Iacobus, qui cum deceſſerit, ſcripta hærede Agatha Cuperchia Vxore; orta fuit controuerſia inter hanc, & dictas Sorores de Ceuis, & illos de Rattis in teſtamēto Pontij Senioris inſtitutos, ſuper ſucceſſione in bonis donatis, propoſitoque dubio in Rota, ad cuius fauorem eſſet purificata Donatio, prodijt reſolutio fauorabilis pro dictis Sororibus de Ceuis, iuxta allegata, cum receſſu à deciſionibus intermedijs contrarijs.

1 Pręmiſſa ſiquidē receptiſſima concluſione, quòd ex donatione intuitu certi, determinatique matrimonij, cum ſit portio contractus doralis, quinimò cum eo confundatur; tamquàm quid correſpectiuum, & indiuiduum, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 1. num. 19. et gloſ. 9. num. 32. Cutell. de donat. tractat. 1. par. unica, diſc. 1. num. 66. et num. 69. uerſ. diximus, et num. 70. tom. 1. et diſc. 1. ſpecial. 31. num. 2. Molin. de rit. nupt. lib. 3. qu. 6. num. 25. et ſeqq. Staiban. Iun. reſol. 22. num. 7. et ſeq. lib. 1. Merlin. contron. lib. 2. cap. 60. n. 1. Guid. Pap. deciſ. 145. Monter. dec. Aragon. 10. num. 7. Franch. dec. 205. num. 1. et 436. num. 5. Merlin. deciſ. 515. ante num. 1. Bich. deciſ. 555.*

2 *num. 3.* quęſitum fuerit Ius irreuocabile, nedum Pontio, & Vrſulæ coniugibus, *l. quod ſeruus 18. ff. de condit. cauſ. dat. Bald. in l. petens 23. C. de pact. et in l. Præſes 8. uerſ. nota, C. de donat. Becc. conſ. 20. nu. 9. et ſeq. et nu. 12. lib. 1. Natt. conſ. 609. n. 11. Menoch. conſ. 203. n. 13.*

V 2 *& ſeqq.*

et ſeqq.et conſil.261, nu.15. Molin.de primog. lib.4.cap.2.num.17.et ſeq.Matthienſ. in lib.5. recollect.leg.Hiſp.tit.6. l.1.gloſ.8. nu.3. Sanchez de matrim. lib.6. diſp.32. num.3. et ſeq. Giurb.ad conſuet.Meſſan.par.1.cap.1. gl.8.nu. 74.Molin.de ritu nupt.lib.3.quæſt.6.num.106. Gratian.cap.924.nu.33. Guid.Papæd.dec.145. ſub num.2. uerſ.ſed his non obſtantibus, Add. ad Buratt. dec.861. lit.A. Maſtrill.deciſ.211. num.4.par.3. Merlin.dec.515.num.1. Rot. in recent.deciſ.114.n.1.p.7.

3 Sed etiam Sororibus de Ceuis ex eodem matrimonio genitis, atque in eadem donatione contemplatis, l.ex uectigali, ibique Bart.et Caſtrenſ.ff.de pignor. Bertraud.conſil. 176.num.4.lib.3. Dec. conſ.239. ante num.5. uerſ.ſed prædictis non obſtantibus, Natta conſ. 531. nu.18. et ſeqq.Io:Franc.de Pont.conſ.25. num.6.et conſ.80.num.16.Mart.vot.215. num. 11.& ſeqq.Marcell.Marcian.conſ.38.num.fin. Amat.reſol.30.num.12.Gratian. dict.cap.924. num.33.Giurb.ad Conſuet.Meſſan.cap.6 gloſ. 59.num.35.Maſtrill.dec.211.num.13.& ſeqq. lib.3.Caitill.dec.106.num.6. & ſeqq. Rot.in recent.dec.127.num.4.& ſeqq.par.6. & deciſ. 114.num.2.par.7.Card.Cerr. dec.31.num.28. in eademque donatione indubitanter comprehenſis ſub appellatione filiorum, & deſcendentium ex proximè firmandis.

Hinc eſt, ut bona contenta in prædicta donatione nullatenus dici poſſint obnoxia fideicommiſſo uniuerſali ordinato à donante poſt perfectam donationem, cum erectione Primogenituræ maſculinæ, ſubſtitutione extraneorum, & exclusione fœminarum, tàm ſi attendatur poteſtas eiuſdem donantis, quám voluntas.

4 Quó enim ad poteſtatem; cum in donatione fuerint expreſsè contemplati filij, & deſcendentes Pontij Donatarij, quorum appellatione, etiam in contractibus abſque dubio ueniunt fœminæ, l.ſi quis ita, ff.de teſtam.tutel.l.ſi ita ſcriptum, ff.de legat.2 l.liberorum, l.cognoſcere, §.liberorum, l.non eſt ſine liberis, ff.de verbor.ſignific.Alex.conſ.160. lib.2. Roland. conſ.82. num.32. & 41. lib.3. Caſanat. conſ.60.num.20.et ſeq. Dec.in l.fœminæ, num. 207 ff de regul.Iuris, et conſ 32.num.3.et cõſ. 607.num.14.Ruſt.in l.cum Auus, lib.2. cap.5. num.14 ff.de condit. et demonſtrat. Peregrin. pluribus relatis, de fideicomm.art.25.num.8. vbi in ſpecie de deſcendentibus, Menoch.lib. 4.præſumpt.85.num.22.et ſeq. Intrigliol. de ſubſtit cent.3.quæſt.85.num.2. Mart.de ſucceſſ. legal.part.1.quæſt.2.art.2.num.3.et ſeq.Molin. de primog.lib.3.cap.5.num.5.lib.4. Fuſar.conſ. 79.num.9.et de ſubſtitut. quæſt.325.num.1.et ſeq.Manſ.conſult.278. num.7. Anton. Fab.in Cod. lib.6.tit.19. definit.4. Hodiern.ad Surd. deciſ.9.num.37.et contron.11. num.3. et ſeqq. Andreol.contron.344.num.7.Ciarlin.contron. 78.num.7.lib.1.Bich.dec.279.num.4. Theſaur. deciſ.188.

5 Et in ſpecie fauorabilis contractus donationis, Dec.in l.fœminæ, num.107.verſ.3.ff.de regul.Iur.et conſil.32.num.3.verſ.et retenta iſta opinione, et conſ.607.num.14.Iaſ.in l.ſi quis id quod, num. 23. ad fin. verſ.quartò tu limita, ff. de iuriſdict. omn.Iud. Corn. conſil.177. num. 4.lib.4. Angel. conſ. 162. Roman.conſ.98.Ladercb.conſ.9.num.12. verſ.quare in donatione, Roland.conſ.93.num.26.lib.2.Decian.conſ.41. num.114.lib.1.Burg.de Pax.conſ.29. num.3 ſ. & ſeq. Card.Mantic.de tacit.lib.13.tit.31 nu. 7.& ſeqq. vbi de veriori teſtatur, & dec.96. num.2.Molin.de rit.nupt. lib.3. q.23.num.29. Gabriel.de verb.ſignific. concluſ 6 num 97. & 106.de Marin.quotid.reſolut.lib.2.cap.126.n. 4.& ſeq.Card. de Luca de fideicom. diſc.38. n. 5.& ſeqq. Capyc.latr. dec.3. num.1. ibique Gizzius in obſeru.num.2.et ſeq.Pentinger.dec. 174.num.21. quæ eſt repetita in recent. deciſ. 290.num.18.par.9.Rot.in recent. dec.33. num. 15.& ſeq.part.12.

6 Regulare enim eſt, quòd in contractibus maſculinum concipiat fœmininum, vt tradit Bart.in l.1.Cod.de Iur.Emphyt. vbi nullam facit differentiam inter contractum, & ultimas voluntates, ibique, Saliect.num.17. Imol. & alij, Dec.in l.2 num.105. ff.de regul. Iur. et in l fœminæ.num.17.et ſeq.ff.eod.Angel.conſil. 118.Alex.conſ.1. col.7. lib.5. quos refert, & ſequitur Fuſar.de ſubſtitut.q.311.num.90.de Marinis d.cap.126.num.5.

Contraria verò concluſio (de qua ex aduerſo allegati, Iaſ. in l.ſi quis id, num.23. ff.de Iuriſd.omn.Iudic.Alex. in l.quod dicitur, num.24.ff.de verbor.obligat.Iaſ.in l.2. Cod.de Iur.Emphyt.Felin.in cap.quoniam, num.4.de Simon.Alex.conſ.61 col.1.lib.1.Dec.conſ.223 in princip.Ruin.conſ 10.nu.10.lib.4. Ladereb. conſ.9.Cephal.conſ.11. Peregr.conſ.23.nu.11. lib.3.aliæque auctoritates adductæ per Seraphin.dec.604.num.1.et ſeq.Caualer. dec.557.) procedere poteſt.

Vel, quoties agatur de conceſſione feudali, vel emphyteotica, regulariter de ſui natura, maſculina, vtpotè præſertim ſunt conceſſiones factæ de rebus Eccleſiæ, in cuius præiudicium, maſculinum non continet fœmininum, iuxta ſingularem doctrinam Bald. in l.2.nu.7.Cod.de Iur.emphyt. quam ſectantur communi voto Doctores, præcipuè Alex. conſ.61.num.4.verſ.non obſtat, Cephal.conſil. 11.num.21.lib.1. Tiraquell.de retract. lignag. §.1.gloſ.9.num.181.et ſeqq.Gabr. de verb.ſignific.concluſ.6.num.95.Clar. in §.emphyteuſis, quæſt.31. verſ.ſed ſi fuerit conceſſa, Cantucc.inſignis Rotæ Auditor in ſuo celebri voto, quod habetur impreſſum inter Rot.dec.diuerſ. dec.125.num.13.part.2.Card.de Luca de emphyt.diſc.13.n.5.verſ.ac fortiùs, Rot.in rec. deciſ.

deciſ.312.num.13.part.11.& deciſ.737.nu.7. p.4.tom.3.Dunozett.Inn dec.503.n.14. verſ. eòque magis,& in his terminis loquuntur auctoritates proximè adductæ, ſignanter Seraphin. & Card.Caualer.

Vel quoties admixtum eſt intereſſe ipſius donatoris, eiuſque ſucceſſorum, ratione pacti reuerſiui,ſiue etiam intereſſe tertij;prout exemplificari ſolet in conceſſionibus immunitatum ab oneribus, prout in l.1. ff.de iur. immunit. rectèque diſtinguit Card.de Luca de fideicomm.dict.diſcurſ.38.num.5.

7 Præſertim, quia præter filiorum mentionem, ad tollendum equiuocum,ſunt copulatiuè nominati deſcendentes, quo caſu indiſtinctè, tám in ultimis voluntatibus,quám in contractibus,continentur maſculi, & fœminæ, l.vlt.juncta Auth.ſeq. C.de ſuis,& legitim.hæred.Bart.& alij in l.Gallus, §.& ſi à parente, ff. de liber. & poſthum. Dec.conſil. 495.num.6.Alex.conſ.160.num.2. verſ.ſed id non obſtantibus, lib.2. Roland.conſ.93.nu.23. lib.2. Cephal.conſ.46. num.47. Ruin.conſ.24. num.9.lib.1.Curt.Sen.conſ.64.num.12. Pariſ. conſil.72. lib.4. Peregrin. conſil.23. num.11. lib.3.Gabriel concluſ.6.de verbor ſignif. num. 102.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.311.num.91.Surd. deciſ.84.num.6. Coccin dec.32.num.9. Bicch. deciſ.278.num.13.Rot.in recent.deciſ.255.n. 1.par.1.& deciſ.176.num.23.par.5. & deciſ. 217.num.3.p.6.

8 Meritó nullo Iure fuit permiſſum donanti fideicommiſſum vniuerſale poſteá condere in teſtamento ad fauorem Primogeniti maſculi, cum Primogenitura perpetua in linea maſculina, eaque deficiente, ad fauorem illorum de Rattis, excluſis fœminis, quibus ex præcedenti donatione Ius irreuocabile fuerat quæſitum, l.ſequens quæſtio, ff. de legat.2.gl.in l. perfecta 4. verbo non capit, ibique Fulgoſ.C.de donat quæ ſub modo, Bald. in l.filium,quem habentem,num.27. ibique cæteri, Cod. famil.erciſc. Peralt.in l.cum pater, §.à filia,num.32. ff.de legat.2. Dec.conſil. 239.ſub n.1. verſ.ſed breuiter, & ſeqq. Mart. conſ.21.num.21.& conſ.33.num.38. Molin.de rit.nupt.lib.3.quæſt.24.num.275.& ſeqq.Gratian.diſcept.924.num.11. & ſeqq. & diſcept. 984.num.29.Rouit. conſil.72. lib.1. Ant.Gomez in l.17.Taur.num.22. Auendan.de exequend.mandat.cap.12. num.20. verſ.poſt aſſignatam verò, Molin.de Hiſp.primog.lib.1. cap. 8.num.37.Mierez de maiorat.1.par.quæſt.26. num.4.& ſeq.Mattienz.in l.11.tit.6 gloſ.3.lib. 5.nouæ collect.Reg.ibique Azened.& Angul. gloſ.1.Gutier.pract.lib.3.quæſt.51.num.7.& 8.& qu.101.nu.8. Aluarad.de coniect.ment. defunct.lib.2.cap.1.num.4.Cancer.var.par.3. cap.7.de pact.num.120.verſ.ſed mihi non placet, Couarr.lib.2.var.cap.18. num.2. Cald. à Pereyr.de nominat.Emphyt.ordin. l.4. tit.62. §.3.quæſt.15. num.3. Cutell.de donat.tractat. 2.diſc.1.ſpecial.7.num.26. verſ.ſed hoc licet, latè Caſtill. lib.3. controu. cap.10. num.4. & ſeqq.de Marin.quotid.reſolut.cap.165.num.4. & ſeqq. lib 2.Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4. gloſ.9.par.1.num.7.& ſeqq.ſignanter nu.11. & ſeqq.& dec.Cathal.46.num.2.lib.1. Rot.in recent.deciſ.210.num.5.& ſeqq.p.8.& in ſpecie de pacto remanendi bona inter filios deſcendentes, poſt Ruin.conſ.117. nu.26. lib.2. & conſ.168.num.1.lib.3. Curt.Iun. conſ.167. num.4. verſic.ſi enim, Seraphin.dec.874.n.1. verſ. quare ſequitur cum ſeqq. aſſerens pro hac ſententia eſſe text.in l.hæredes mei, §.fin. ff.ad Trebell.

9 Idque,etiam procedit reſpectu deſcendentium; adeó ut, cum tot dicantur donationes, quot ſunt Perſonæ, vel nominatim, vel in eadem donatione collectiuè vocatæ, Bald. in cap.1.num.3.& 8.in fin.verſ.pone dicit dominus, tit.ſi vaſſall feud.priuet. Caſtr. in l.ſi pecuniam, num.11.ff.de condit.cauſ.dat. Angel.in l.apud Iulianum, § ſi quis alieni, ff.de leg.1. Suarez in l.quoniam in prioribus, qu.8. num.6.verſic.præterea, Menoch.conſ.99. num. 113.& conſ.314.num.12. & conſ.1153. nu.5. & 53.Socein.Iun.conſ.118.num.8. lib.2. Roland.conſ.15 num.3.lib.4. Molin.de primogen. Hiſp.lib.1.cap.1.num.17. Cutell.de donat.tractat.2.ſpecial.17.diſc.1. num.53. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.9.par.1. num.18. Gratian.cap.924.num.31. & ſeqq. Merlin. deciſ. 404.num.7. ubi in ſpecie de donatione facta filio, & deſcendentibus, Cardin.Celſ.deciſ. 221.num.5.Gamm.deciſ.Luſitan.174.num.21.

10 Non potuerit ampliùs donans poſt Ius acquiſitum indiſtinctè, tám maſculis, quàm fœminis, ac earum deſcendentibus, præeligere unum maſculum, excluſis alijs,latè,pluribus allegatis, Fontanell.de pact.nupt. clauſ. 4 gloſ.9 par.1 num.7.& ſeqq.

Neque audiendi Berengar. Ferdinand. in cap.unic.de fil.nat.ex matrim. ad Morga. contract.cap.7.prælud. num.8. verſ.ad tertium, Boer.dec.204 num.33.affirmantes, quód Pater, qui dedit ſua bona filio in contractu matrimonij,poſſit etiam in teſtamento grauare, ut ſi decedat ſine filijs,reſtituat bona alteri ex filijs teſtatoris; illos enim iure meritò ex Iuribus, & rationibus ſuperiùs adductis reprobat Cancer.var. p.3. cap.7. de pact. num.120.

11 His igitur firmatis, non urget unicum obiectum, quòd prædicta procederent, ſi donatio fuiſſet ſimpliciter, & abſolutè facta ſine aliqua conditione, vel reſeruatione; ſecus verò,quãdo, prout in hac ſpecie, legitur concepta ſub conditione,quòd bona donata remaneant ſuppoſita diſpoſitioni, & fideicommiſſo facto, ſeu faciendo,in quo poſtremo condito poſt factam donationem,conſti-

tu-

tuta Primogenitura perpetua in linea maſculina, leguntur feminæ apertè excluſæ; hoc enim caſu fideicommiſſum dicitur ex vi relationis ineſſe in donatione referente, cum eademmet qualitate excluſiua fœminarum, argumento text. in l. proponebatur, ff. de caſtr. pecul. & melioris text. in l. quædam ſunt. ff. de reb. dub. ibi, Quædam ſunt in quibus res dubia eſt, ſed ex poſt facto retroducitur, & apparet, quod actum ſit, ubi gloſ. in princip. admonet,
12 quòd res dubia dicatur reſpectu finis, & effectus, quæ Iura ad id allegat Iſern. in cap. 1. num. 27. de natur. ſucceſſ. feud. ibi, Quædam ſunt, quæ quando fiunt ſunt incerta; ſed ex poſteriori euentu declarantur, & cum ſunt declarata, retrotrahuntur ad illud, ſcilicet, tempus, quo fuerunt facta, idemque repetit in cap. 1. § præterea Ducatus, num. 40. de prohibit. feud. alienat. per Feder. & confert text. in l. ſi donationes 25. Cod. de donat. inter vir. & vxor. & in l. cum quidam, ff de aur. & argent. legat. vbi
13 reperitur ſancitum, quòd actus per ſimplicem deſtinationem inchoatus pro conſumato, & perfecto in ſui ipſius initio habeatur, etiam ſi à futuro pendeat exequutio; nam per actum ultimum in exequutionẽ præcedentis factum, prior cenſendus, ac ſi purè, & perfectè fuiſſet peractus; prout etiam deſti-
14 natio, quoties tendit ad regulandam hominis diſpoſitionem, ab initio pro facta haberi debet, Surd. conſil. 195. & deciſ. 241. Ruin. conſil. 71. Odd. cõſil. 21. Gratian. cap. 126. Sim. de Petr. de interpetrat. vlt. volunt. lib. 4. interp. 1. dubit. 7. num. 60. verſic. item ſi deſtinauit, Caſtill. contron. Iur. lib. 5. cap. 62. num. 84 aſſerens ſecus eſſe ſi ad regulandam legis diſpoſitionem tenderet; prout in ſimilibus terminis per prædicta Iura, & rationes firmant Ancharan. conſil. 69. num 8 loquens in actu deſtinato, cuius exequutio pendet à mera deſtinantis uoluntate, Menoch. conſil. 106. num. 141. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 2. par. 2. num. 45. & conferunt deducta per Surd. dec. 182. num. 18. ubi in ſimili, quòd fa-
15 cta nominatione uigore præcedentis reſeruationis, dominium tranſeat in nominatum, quaſi nunquàm fuiſſet penes nominantem; adeòut unicus dici debeat contractus, reſeruatio, & nominatio; perindè, ac ſi immediatè celebratus fuiſſet.

16 Regulare enim eſt, ut, quando unus actus geritur pro exequutione unius diſpoſitionis, uel duo actus fiunt ad integrationem illius, tunc ambo, ut unus iudicantur; ubi enim eſt unum propter alterum, uel duo propter unum, utrobique eſt unum tantùm, l. cum ſeruus, ubi Caſtren. & Imol ff. de condit. & demonſtrat. Crauett. conſil. 202. num. 23. damnatæ memoriæ Author ad conſuet. Pariſ. par. 2. §. 55. num. 110. & 128. & in ſpecialibus terminis, Molin. de rit. nupt. lib. 3. q. 24. n. 295.

Nam pro reſponſione aduertendum, obiectum continere manifeſtam principij petitionem; ſupponit enim id, quod principaliter quæritur, & diſceptatur, nempè donantem, & reſpectiuè fideicommittentem comprehendere uoluiſſe bona donata ſub fideicommiſſo uniuerſali. quod omninò non ſubſiſtit, nedum ex ſupra deductis ob defectum poteſtatis; ſed etiam uoluntatis, ex pluribus ualdè urgentibus coniecturis in ſimul perpendendis in huiuſmodi materia.

Initio igitur illa ſe nobis offert, quia utrumque fideicommiſſum, tám factum, quàm faciendum, tamquám uniuerſale de omnibus bonis, nullatenus poteſt deſeruire pro diſpoſitione relata in donatione particulari, in qua donans ſibi reſeruauit fideicommiſſum particulare fauore filiorum, & deſcendentium ex dicto matrimonio, ponderando uerba immediatè adiecta bonis donatis: ibi, quæ remaneant ſuppoſita fideicom-
17 miſſo, quod relatiuum, quæ, determinatiuè poſitum ſine copula, reſtringit totum ſuum antecedens, ad quod refertur, Bald. conſil. 143. lib. 1. Corn. conſil. 161. num. 7. lib. 1. Alex. conſil. 23. num 13. lib. 5. Giouagn. conſil. 43. nu. 6 lib. 2. Cyriac. contron. 380. num. 91. Eademque reſtrictio reſultat, inſpectis uerbis contentis in aſſignatione bonorum pro exequutione donationis: ibi, Saluo ſemper fideicõmiſſo facto, vel faciendo ſuper illis; quod uerbum, ſuper, adiectum locis Montium ſupra enunciatis, reſtringit fideicommiſſum ad eadem
18 loca montium; adeòut ad alia bona referri non valeat, prout de dictione, ſuper, eſt text. in l. à Diuo Pio, §. ſi ſuper rebus, ff. de re iudicat. Bart. in l. fundus, quem 9. ff. de ann. legat. Surd. conſ. 162. num. 10. lib. 2. & de dictione
19 illis, quæ, tamquám relatiua, operatur relationem ad loca montium ſuperiùs expreſſa, illaque ad oculum demonſtrat, Bald. in l. fin. num. 4. Cod. de impub. & alijs ſubſtit. Roland. conſ. 57. num. 26. lib. 3. Surd. deciſ. 125. num. 1. verſ. & poſt, Rot. in recent. dec. 663. n. 11. verſ. ponderando, p. 1. & in his proximis terminis, Caren. reſolut. 73. n. 14. verſ. primum eſt, & ſeq. Monach. dec. Bononien. 71. num. 46. & ſeq.

Secundò, quia, cũ donatio fuerit facta, etiã
20 fœminis, licèt poſteá donans ſe referat ad fideicommiſſum faciendum; non propterea per hanc relationem (admiſſa etiam poteſtate) videtur voluiſſe recedere á fideicommiſſo particulari diſpoſito in donatione fauore etiam fœminarum, l. ex hac ſcriptura 16. ff. de donat. ibique, Gloſ. verbo, pertinere, l. unum ex familia 69. §. fin. ff. de legat. 2. Molin. de rit. nupt. q. 241. num. 235. & ſeqq. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 9. part. 4. num. 107.

21 Recepta ſi quidè eſt propoſitio, ut nũquàm intelligatur facta relatio ad ea, quæ habent ſpecialẽ prouiſionẽ, Crauet. cõſ. 808. n. 4. Becc.

conſ.

conſ.101.num.19.lib.1.Dec.conſ.362. in princ.& num.1. Marcabrun.conſ.85.num.97. Rimin.Iun. conſ.679.num.41.Altograd.conſ.89. num.13.lib. 2.Seraphin.dec.1083.num.4.Card.Cerr.dec.30.n. 8. adeóut verba illa, *& deſcendentes*, relinqui debeant in propria ſignificatione, & in ſuo ſenſu, neque valeant reſtringi ex verbis relatiuis ad fideicommiſſum vniuerſale, ut in ſimili, *Cephal.conſ.245.num.66.lib.2.*

Tertiò, quia, cum donans in teſtamento,
22 & fideicommiſſo condito poſt donationem mandauerit, fructus omnes ſuorum bonorum reinueſtiri, exceptis tamen fructibus bonorum donatorum, eò magis manifeſtè conuincitur, noluiſſe comprehendere bona donata ſub fideicommiſſo vniuerſali, præcipuè, quia ad effectum ſubijciendi fideicommiſſo bona priùs donata, facienda erat de illis nominatim mentio, *l.ſequens quæſtio, ff. de legat. 2 Card.Mantic.de coniect.lib.7.tit 8.n.29.verſ.et hoc intelligit, Rouit.conſ.72.lib.1.Peregrin.de fideicomm.art.6.num.1. Ant.Fab. in Cod lib.6.tit. 21.defin.44.de Iur.deliberan.Monach.dec.Bonon. 71.num.22.34.& 54* vel ſaltem certitudina-
23 riè conſtare debet, uoluiſſe fideicommittentem includere bona donata ſub fideicomiſſo vniuerſali, *Peregr.de fideicomm. d. art.6.num.6. verſ.ſi tamen certitudinariè.*

Quartò, prædicta confirmantur, quia donator quatuor diebus poſt ſecundum teſtamentum, in aſſignatione locorum montium facta donatario pro exequutione præcedentis donationis, ſatis expreſsè diſpoſuit, illa remanere ſuppoſita fideicommiſſo, & diſpoſitioni per eum factæ, ſeu faciendæ in fauorem tamen filiorum, & deſcendentium ipſius Pontij donatarij.

Cumque præceſſiſſet fideicommiſſum vni-
24 uerſale maſculinũ fauore primogeniti paulò anteá factum, abſque dubio donans, non adiectis uerbis relatiuis, ad fideicommiſſum faciendum, expreſſiſſet, loca montium remanere obnoxia fideicommiſſo iam facto fauore Primogeniti maſculi, quod, eum non fecerit, vehementiſſima inſurgit præſumptio, noluiſſe donantem ſub dicto fideicommiſſo uniuerſali iam facto cõprehẽdere dicta loca montium priùs donata, & reſpectiuè aſſignata, *l. vnica.§.ſin antem*, Cod.*de.caduc.tollend.* *Alex.conſ.27.num.3.lib.3.Cephal conſ.303. num.3.lib.3.Dec.conſ.15.ſub num.1.verſ. nec obſtare, Grat.reſponſ.111.nn.5. & ſeqq.lib.2.Surd. conſ.554.n.12.& dec.195.num.13.Solon de Pace conſ.2. n.68.* & in his terminis benè ratiocinatur *Menoch.conſ.85.num.110.& ſeq.* rectèque conferunt deducta per *Cancer. lib.1.var. reſolut.cap.8. de donat.num.137. Monach.deciſ. Bonon.71.num.22.*

Neque iſto caſu ex diſpoſitis in fideicommiſſo vniuerſali poteſt ſumi interpetratio, quid ſenſerit Teſtator in donatione priùs fa-
25 cta; cum enim diuerſæ ſint voluntates ratione perſonarum, rerum, & onerũ, una non dat alteri interpretationem ex recepta doctrina *Bart.in l.ſtatius in princ. ff.de Iur. fiſc.* & optimè proſequitur *Menoch.d.conſ.85.num.112.*

Præcipuè, quia, ſi velimus dicere, donationem á fideicommiſſo relato recipere declarationem; utique maximum reſultaret abſurdum; potuiſſet enim dari caſus, quòd nullus ſupereſſet maſculus ex Pontio donatario; ſed tantùm fœminæ, quæ remanſiſſent excluſæ á tranſuerſalibus vocatis in teſtamento, deficientibus maſculis, cõtra apertiſſimam voluntatem donantis, qui voluit bona remanere penes omnes deſcendentes, pro quo ab-
26 ſurdo euitando, nulla prorſus ratio patitur, ut fieri debeat relatio ad fideicommiſſum in teſtamento contentum, *Bart.in l.talis ſcriptura, ff.de legat.1.Bald.conſ.357.lib.4. Crauett. conſ.70.num.11.Surd.conſ.431.num.64.& ſeq. lib.3.Mandel.conſ.585.num.13.& conſ.535.num. 10.Berett.conſ.71.num.22.Veg.conſ.74.num.310 Decian.reſponſ.3.num.29.lib.3. Menoch.de arbitrar.lib.2.cent.1.caſ.64.num.11. Robles de repreſentat.lib.2.cap.13.num.24.* & in his terminis, *Molin de rit.nupt.lib.3.q.24.num.308.*

27 His igitur præmiſſis, patet reſponſio ad doctrinam *Molin.de rit.nupt.lib.3. d.q 24.nu. 295.* in qua ex aduerſo potiſſimùm conſtituitur fundamentum. Nam loquitur in caſu, in quo erat facta donatio filio in capitulis matrimonialibus, ſub pactis, uinculis, & ſubſtitutionibus à Patre conſtitutis in ſuo teſtamento, uel in poſterum conſtituendis; ideóque, cum reſeruatio non contineret perfectam diſpoſitionem; ſed omninò relatiuam ad teſtamentum; itaut pro certa eruenda uoluntate, ad teſtamentum neceſſariò eſſet recurrendum, ad quod fiebat relatio: Meritò fideicommiſſum conſtitui potuit ad fauorem agnationis, ex regula, quód relatum cenſeatur eſſe in referente cum omnibus ſuis qualitatibus, quòd nullo Iure conuenit rei, de qua eſt ſermo, quia, cũ de fideicommiſſo facto ante, uel poſt donationẽ in illis bonis donatis, nullibi conſtet, ex ſupra deductis, prout conſtare ſupponit *Molina* in hypotheſi ſibi propoſita.

Hinc eſt, ut, cum diſpoſitio in donatione contenta ſit certa, & determinata reſpectu bonorum, & perſonarum; in neceſſariam cõſequentiam bona donata remaneant ſubiecta fideicommiſſo particulari fauore filiorum, & deſcendentium, perindè, ac ſi idem relatum fideicommiſſum, adeſſet, prout optimè ſe declarat idem *Molin.d.q.24.num.297.* his verbis *Quando Pater donat in capitulis matrimonialibus filio, vel filijs, ſub pactis, & vinculis contentis in aliquo teſtamento, vel diſpoſitione, ad quam ſe refert. ſi diſpoſitio illa relata non reperitur; hæc autem eſt certa, vincula, & omnia contenta in hac donatione, perindè ſuſtinentur, ac ſi diſpoſitio relata appareret; non enim facit conditionem, l eum, qui, §. Iulianus, ff. de conſtitut. pecun.* vbi *Bart.* huc vſque *Molin.* & in

his

his precisis terminis nos uerſamur; cũ enim nullibi appareat fideicommiſſum relatum ſuper bonis donatis, & donatio contineat diſpoſitionem certam fauore filiorum, & deſcendentium dependentem à poteſtate diſponentis; hinc fit, ut relatio nihil poſſit operari, & ſtandum ſit diſpoſitioni certæ, & de-
28 terminatæ contentæ in donatione; cum relatio illa ad fideicommiſſum, quod non reperitur conſtitutum ſuper bonis donatis, non faciat conditionem, *Peregr. de fideicomm. art. 16. num. 111.* quem ſequitur *Molin.* ubi ſupra *Mandel. conſ. 527. num. 3.* & eſt regulare, ut relatio applicari non poſſit ad illud, quod nõ
29 reperitur, *Mandel. conſ. 585. nu. 11.* ubi, quòd hoc ſit de Iure certiſſimum, naturalique, etiã ratione indubitatum, *Bece. conſ. 56. num. 30. Gall. conſ. 83. num. 14. Penia deciſ. 380. num. 23.* adeòut concluſio illa, in qua ſe fundat *Molin.* quòd, nempè, relatum ſit in referente intel-
30 ligenda ſit: Vel quotieſcumque apparet diſpoſitio relata, quo caſu referens modificatur, & reſtringitur ad terminos relati, prout benè explicat *Peregr. d. art. 16. nu. 111. verſic. tertius caſus.*

Vel, quando referens nihil in ſe certum,
31 perfectumque diſponit, ſed abſque declaratione eius, quod in relato continetur, ad illud abſolutè ſe refert, ut egregiè, præ cęteris, aduertit *Amat. reſol. 42. n. 12. verſ. quod procedere, & ſeq. lib. 1.* in quibus terminis loquitur *Molina*; ſecus uerò dicendũ, quando, prout in præſentia, de relato fideicõmiſſo ſuper bonis donatis nullibi conſtat, & referens continet diſpoſitionem certam, prout optimè proſequitur *Amat.* ubi ſupra *num. 13.*

Tandem ſuperiùs firmatis non aduerſatur, quòd, cùm ſit dubium, an ſub nomine filiorum, & deſcendentium comprehendantur fœminæ, potuerit huiuſmodi ambiguitas tol-
32 li, uel ex uerbis teſtamenti, uel ex declaratione facta ab eodem donante, quòd appeltione deſcendentium intellexerit de maſculis tantùm; non autem de fœminis, vt probat *Decian. conſ. 7. num. 99. & ſeqq. & n. 104.* quem ſequuntur *Cutell. de donat. tract. 2. diſc. 1. ſpecial. 7. num. 27. & ſeqq. Mierez de Maiorat. lib. 1. q. 44. num. 16. Fontanel. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 5. num. 12. & dec. 172. num. 9. Roſa conſult. 69. num. 108.* & conferunt deducta per *Cephal. conſ. 664. num. 46. lib. 5. Gozadin. conſ. 45. num. 13.*

33 Quemadmodùm, etiam habetur, quòd is, qui in Maioratu poſt deſcendentes omnes vltimo demùm loco ſubſtituit cõſanguineos, poſſit poſtea declarare, quòd intellexerit de maſculis, & non de fœminis, prout probat *Caſanat. conſ. 53. num. 85. Raudenſ.* referens deciſum *conſ. 35. num. 61. 63. & 83. lib. 1. Mierez de Maiorat. d. q. 44. num. 78. lib. 1. Roſa dict. conſult. 69. num. 108. verſ. ſic etiam.*

34 Prout etiam poteſt donans declarare in teſtamento, an filij poſiti in conditione in ipſa donatione ſint vocati, ſicuti firmat *Redenaſeb. conſil. 36. num. 106. & ſeq. Fontanell. dict. deciſ. 172. num. 15. & ſeq.* quòdque huiuſmodi declaratio deſumi valeat ex teſtamento illius, qui Maioratum, vel donationem fecit; licèt expreſsè non dixerit, ſe facere ad declarationem prioris diſpoſitionis, tradunt *Valenzuol. conſ. 23. num. 134. Fontanell. dec. 173. Roſa dict. conſult. 69. n. 109.*

35 Receptum enim eſt, ut declaratio voluntatis deſumi valeat ex vicinis ſcripturis, ut ait *tex. in l. hæredes palam, §. & ſi notam, ff. de hered. inſtituend. Crauet. reſponſ. 1.* pro genero, *num. 336. & 358. Decian. d. conſ. 7. n. 49. lib. 1.* ubi afferuntur ſimilia.

Nam omiſſo, quòd huiuſmodi declaratio Teſtatoris, & reſpectiuè donantis nullibi habetur pro excluſione fœminarum, & comprehenſione bonorum donatorum ſub fideicommiſſo uniuerſali, in quibus terminis loquuntur authoritates contrariæ præſupponẽtes huiuſmodi expreſſam declarationem; quinimó in præſenti ſpecie ſatis apertè detegitur contraria uoluntas ex urgentiſſimis coniecturis ſuperiùs expenſis: Adhuc aduertendum rogo, *Decianum*, ſub cuius fide authores ſuperiùs laudati, procedunt, loqui in caſu, in quo, licèt donatio fuiſſet concepta
36 pro filijs, & deſcendentibus; nihilominùs ex cõtextu verborum eiuſdem donationis ſatis liquidó apparebat, quòd donãs de ſolis maſculis intellexerit, cum donatio fuerit facta deſcendentibus ad conſeruãdam Baroniam, ac nomen, & inſignia familiæ, ut explicat ibidem *Decian. num. 13.* quæ per ſolos maſculos conſeruabatur, non autem per fœminas; quinimò in caſu eiuſdem *Decian.* aderãt aliæ coniecturæ pro excluſione fœminarum, prout *num. 99. circa med. verſ. & licet ex multis coniecturis.*

Vnde declaratio, quòd donans intellexerit de maſculis, fuit conformis ſtipulationi ratione cauſæ finalis, ut nomen, & inſignia familiæ conſeruentur, quæ reſtringit diſpoſitionem ad ſolos maſculos, licèt aliàs eſſet apta comprehendere etiam fœminas; adeòut qualitas maſculinitatis uirtualiter contineretur in ipſamet donatione, neque poſterior diſpoſitio nouum aliquod induceret, ſed eſſet exequutio præcedentis, prout declarando *Decian.* admonet *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 1. num. 28. 29.* & ſignanter *num. 30.*

Præter quàm quòd, tàm *Decian.* quàm *Cutell.* alijque Aſſeclæ non merentur attendi; cum omnes procedant ſub falſo ſuppoſito; quòd dubia ſit opinio, an filiorum, & deſcendentium appellatione in contractu donationis veniant fœminæ, quod omni prorſus ca-

ret

Digitized by Google

ret dubitatione, attenta potiſſimùm receptiſſima ſententia, in qua reſidet hoc Sacrũ Auditorium, ut in fauorabili contractu donationis, potiſſimùm contemplatione matrimonij, appellatione filiorum, & deſcendentium, comprehendantur, etiam fœminæ ex doctrinis, & deciſionibus Rotæ initio allegatis, fruſtra in præſenti repetendis.

Iuxta allegata, poſt plures propoſitiones huiuſmodi cauſæ, fuit deciſum per Rotam in Romana Donationis de Ceuis ſub die 16. Ianuar. 1668. coram Reuerendiſſimo Beuilaqua, cum receſſu à deciſione contraria edita ſub die 6. Iunij 1664. coram eodem, perſiſtendo in primo loco deciſis ſub die 4. Decembris 1662. quæ deciſio reperitur impreſſa in recent. 515. par. 13. *confirmata in eiſdem* recent. dec. 103. p. 17.

ARGVMENTVM.

Reus, qui ſuccũbuit in ſua exceptione deducta, plenèque cognita in iudicio exequutiuo, non poteſt amplius eamdem numero exceptionem per viam actionis in Iudicio Ordinario experiri.

Fideicommiſſum cenſetur tacitè remiſſum in diuiſione inter fratres inita ex clauſulis in Inſtrumento adiectis *ad habendum, &c. ponens, &c. conſtituens, &c.* & quænam ſit virtus huiuſmodi clauſularum, latè in præſenti agitur, pluribus diſtinctionibus adhibitis, contrarias auctoritates rectè conciliantibus.

Fideicommiſſi tacita remiſſio reſultat, quoties ſequeretur inæqualis diuiſio. Quiduè afferendum, quando inter diuidẽtes legitur promiſſa euictio cum verbis vniuerſalibus, & geminatis.

Diuiſio, quoties eſt facta inter fratres ſine præiudicio Iurium unicuique competentium; An huiuſmodi reſeruatio impediat tacitam remiſſionem fideicommiſſi, alioquin ex alijs clauſulis ampliſſimis reſultantem, & quinam intellectus eidem clauſulæ præſeruatiuæ ſit tribuendus, qui cum tacita fideicommiſſi remiſſione ſit compatibilis.

SVMMARIVM.

1 *Reus, qui ſuccũbuit in ſua exceptione plenè cognita in Iudicio exequutiuo, non poteſt ampliùs eamdem exceptionem deducere in Iudicio ordinario, & de ratione.*

Declara, vt num. 5. & 6.

2 *Præcipuè, quando exceptio reiecta in Iudicio exequutiuo, & propoſita in ordinario, eſt directa ad eumdem finem, quo caſu faciliùs obſtat exceptio rei iudicatæ.*

3 *Quando dicatur propoſita ad eumdem finem à*

4 *Multòque magis, quando exceptio fuit à Iudice cautè reiecta, vtpotè non ſubſiſtens; non autem tamquàm non probata.*

5 *Exceptiones oppoſitæ in Iudicio ſummario, & exequutiuo, iterum opponi valẽt per viam actionis in plenario, & ordinario Iudicio.*

6 *Intellige, quando exceptio non fuit plenè cognita in Iudicio ſummario, & exequutiuo; ſecus, quando fuit plenè diſcuſſa formato proceſſu.*

Declaratur deciſio Franch. 289. *& in quibus terminis intelligenda.*

7 *Signaturæ reſcripta intelligi debent, prout de Iure; ideòque auferre non valent Iura partibus quæſita.*

8 *Fideicommiſſum regulariter non cenſetur remiſſum, ſiue renunciatum, ex diuiſione inter fratres.*

9 *Limita, quando diuidentes vſi fuerint clauſulis ampliſſimis*, ad habendum, &c. ponens, &c. conſtituens, &c. & num. 12. & ſeqq.

10 *Clauſula,* ad habendum, *quomodo extendenda*

11 *Tribuit facultatem alienandi; tàm inter viuos, quàm in vltima voluntate.*

12 *Aequipollet clauſulæ,* & quibus dederit.

13 *Extenditur,* ad habendum, & diſponendum pro libito.

14 *Clauſula,* ad habendum, *in diuiſione inter fratres appoſita, operatur remiſſionem fideicommiſſi, idque etiam, ſi ſit cæterata.*

15 *Deciſio contraria* Buratti 89. num. 5. *eſt intelligenda, quando fuit vlteriùs ſequuta alienatio; & clauſula,* ad habendum, *appoſita in exequutiuis.*

16 *Alienatio ad hunc effectum dicitur ſequuta, ſtante teſtamẽto condito ab vno ex diuidentibus,* & num. 21.

17 *Clauſula,* ad habendum, *dicitur adiecta in parte diſpoſitiua, quoties legitur immediatè, poſt verba,* dedit, conceſſitque.

Clauſula prædicta operatur remiſſionem fideicommiſſi, præcipuè, ſi ſubſequatur alia clauſula, et quid quid placuerit faciendum.

18 *Clauſula,* ponens, &c. conſtituens, &c. *quomodo extendi debeat.*

19 *Ex prædicta clauſula,* ponens, &c. conſtituẽs, &c. *reſultat tacita fideicommiſſi remiſſio.*

20 *Prædictæ clauſulæ fortiùs operantur remiſſionem fideicommiſſi, quando conſtat, diuidentes ſpecificam ſcientiam fideicommiſſi habuiſſe, ob expreſſam mentionem de illo habitam in diuiſione.*

21 *Contrariæ authoritates procedunt, vel quando conſtat, diuidentes non habuiſſe indiuidualem ſciẽtiam fideicommiſſi.*

22 *Vel, quando prædictæ clauſulæ leguntur appoſitæ in exequutiuis; non autem in diſpoſitiuis.*

23 *Per hæredis inſtitutionem dicitur cum effectu facta alienatio fideicommiſſi.*

Quid quid ſit, ſi vnus ex diuidentibus deceſſerit ab inteſtato, quo caſu ob non factam alienationem, procedunt contraria.

24 *Renunciatio fideicommiſſi dicitur reſultare ex verbis à diuidentibus prolatis,* ſe ſe ad inuicem quietarunt, & ſemper, & perpetuò diuiſionem pro-

promiſerunt habere ratam,& contra eam non venire, per ſe, vel per alium directè, neque indirectè.

Intellige,præſuppoſita ſcientia fideicommiſſi.

25 *Præcipuè, quando dicta verba generalia non ſunt limitata ad tempus præſens; ſed reſpiciunt futurum, vtpotè,* ſemper,& perpetuò.

26 *Promiſſio facta per diuidentes, quòd partes remaneant firmę,nō poteſt conſequi ſuum effectum, niſi fideicommiſſum dicatur remiſſum, & de ratione.*

27 *Verbum,* perpetuò, *importat temporis infinitatem; ideòque ſi diuidentes promittant perpetuò omnia in diuiſione contenta obſeruare, fideicommiſſum dicitur remiſſum, & de ratione.*

28 *Fideicommiſſi tacita remiſſio, an reſultet, quoties ſequeretur inæqualis diuiſio, & quomodo huiuſmodi inæqualitas reſultet:* ibid.

29 *Euictio, quoties inter diuidentes legitur promiſſa, cum verbis vniuerſalibus, & geminatis, tacita fideicommiſſi reſultat remiſſio.*

30 *Quid quid ſit in contrarium fortè aſſerendum, quoties euictio legitur promiſſa verbis valdè ſimplicibus.*

31 *Stante promiſſione euictionis, & inæqualitate partium, competit alteri ex diuidentibus, cui res fideicommiſſo obnoxia contigit, actio ad pretium.*

32 *Præcipuè, quando in diuiſione nulla fuit habita ratio, quòd bona ſubiecta fideicommiſſo minus valeant; it aut maior quantitas fuerit aſſignata propter illud onus.*

33 *Acceptans ſcienter bona fideicommiſſo obnoxia ſibi debet imputare.*

34 *Intellige, quando diuiſio ſimpliciter eſſet facta, itaut certum eſſet, non fuiſſe renunciatum fideicommiſſo; ſecus autem in dubio concurrentibus clauſulis renunciationem ſuadentibus.*

35 *Diuiſio, quoties eſt facta inter fratres ſine præiudicio Iurium vnicuique competentium. An huiuſmodi reſeruatio impediat remiſſionem fideicommiſſi, alioquin ex clauſulis ampliſſimis reſultantem, &* num.ſeqq.

36 *Incluſio vnius reſeruationis excludit aliam.*

37 *Diuidentes, quoties renunciant fideicommiſſo, etiam purificando, reſeruationes Iurium, tanquàm contrariæ facto, nihil operantur.*

38 *Ad euitandam contrarietatem, intelligenda eſt reſeruatio in caſu, in quo non ſit ſequuta alienatio.*

39 *In Iure non eſt inconueniens, quòd quis habeat facultatem alienandi, & nihilominus, ſi non alienauerit, remaneat fideicommiſſum.*

40 *Reſeruatio intelligi debet ad fauorem filiorum, vel aliorum vocatorum, ſi qui ſunt; non autem inter ipſos diuidentes.*

41 *Non eſt referenda ad fideicommiſſum, cui iam partes per clauſulas generales renunciarunt, ſed ad alia Iura.*

42 *Reſeruatio Iurium, quem nam intellectum poſſit habere.*

43 *Diuidentes, quoties liberant à fideicommiſſo aliquod corpus hæreditarium, & in eius locum aliud ſubrogāt, huiuſmodi ſubrogatio, quem effectum operari valeat.*

44 *Specialis prouiſio, ſeu reſeruatio in aliqua re, denotat in reliquis remiſſionem fideicommiſſi.*

CAPVT XXI.

DENEGANDA Immiſſio vigore prætenſi fideicommiſſi ſuper bonis hæreditarijs Franciſci per Reſtitutam eius Vxorem exequutis pro reſtitutione ſuarum dotium. Cum enim huiuſmodi exceptio fideicommiſſi fuerit ex aduerſo ſpecificè oppoſita in Iudicio exequutiuo, ad effectum impediendi proceſſum ad ulteriora in ſubhaſtatione eorumdem bonorum, plenèque cognita, etiam dato termino, teſtibus receptis, & inſtructo proceſſu, fuerit à
1 Iudice reiecta, abſque dubio obſtat exceptio rei iudicatæ: reus enim, qui ſuccubuit in ſua exceptione deducta, & accuratè diſcuſſa in Iudicio exequutiuo, non valet ampliùs eādē exceptionem per uiā actionis deducere in Iudicio ordinario, ſeu plenario; nam deperdita exceptione, perit quoque actio, prout ſunt optima Iura in *l ſi autem 8.§.fin. ff.de negot. geſt. & in l.quod in diem 6.§.1. ff.de compen. Gloſ.fin. in l.ſi* Iudex 6.*ff.de his, qui ſui, vel alien.Iur.*& optimè firmat *Bart.& Cæteri in l.2. Cod.de ord. cognit.*egregiè, præ cæteris, *Caſtr. in l.qui Romæ, §.duo fratres, num.7.ff. de verbor obligat. Aretin.in l.quod in diem, §. 1. ff.de compenſat.* Rolan. *conſil.*410. *num.*3. *Aretin.conſ.*155.*num.*5.*Natt.conſil.*133.*num.* 25.latè *Peregrin.conſ.*134.*num.*3.*lib.*5. *Marcian.Sen.conſil.*4.*num.*31. *Gabr.de except.lib.* 2.*concluſ.*2. *num.*4. *& ſeqq. Gratian.diſcept.* 445.*per tot.Cancer.var.par.*2.*cap.*16.*de tert. oppoſit. num.*82. *verſ.fallit tamen dicta concluſio, & part.*3.*cap.*17.*de ſent.& car. exequ. nu.*552. latè *Ioſeph Seſſe de inhibition. cap.*2. *§.*3.*num.*14.*& ſeqq. de Luca ad Franch.deciſ.* 289.*num.*2. *verſic.limitatur,* latiſſimè *Scacc. de ſent.& re iudic.gl.*14. *quæſt.*2. *num.*22. *& ſeqq.Surd.de alim.tit.*1.*qu.*126. *num.*10. *Magon.dec.Floren.*3.*per tot.*ſignanter *num.*27. *et ſeqq.Fontanell.dec.*378.*num.*5.*& ſeqq.& deciſ.*133.*num.*1.*& ſeqq. Marilian.deciſ.*39. *nu.* 1. *& ſeqq. Barz. deciſ.*282. *num.*4. *& ſeq. & deciſ.*140.*num.*7.

2 Quæ concluſio, eò fortiùs admittenda in preſēti; Tū quia exceptio fideicōmiſſi reiecta in Iudicio exequutiuo inter eaſdē partes, nouiſſimèque propoſita in Iudicio Ordinario per viam actionis, eſt directa ad eumdem finem, firmandi, nempè, fideicommiſſum ſuper bonis, fauore huius partis exequutis, quo caſu faciliùs obſtare debet exceptio rei iudicatæ, *Bart.in l.*1. *num.*4. *C.de ordin.Iud. Caſtr. in l.qui Roma, §.duo fratres, num.*7. ibique Rip. *num.*19. 21. *&* 26. *ff.de verbor. obligat. Abb.cōſ.*50.*ſub num.*13.*lib.*1. *Socein. Sen.conſ.*264.*num.*15.*lib.*2.*Dec.conſ.*92. *num.*

6.Gabr.dict.lib.1.tit.de except.cõcluſ.2.n.12.
verſ.ſed difficultas, & ſeq. Gratian. d.diſcept.
445.num.19.Scacc.de ſent.& re indic. d.qu.2.
gloſ.14.num.34.verſic.primum membrum eſt,
3 ubi, quòd dicatur propoſita ad eumdem fi-
nem, quando in actione non poteſt conſide-
rari alius finis, quám ille, ad quem tende-
bat exceptio, Andreol. controu.56. num.37.
Magon dict.dec.Florent.3.num.26.& ſeq.Fon-
tanell.dec.Cathal.378.n.6.& ſeqq.
4 Tum etiam, quia eadem exceptio fuit re-
iecta á Iudice, utpotè non ſubſiſtens ex infra
firmandis; non autem tamquàm non proba-
ta, iuxta ſingularem diſtinctionem Caſtrenſ.
in d.l.1.ſub num.7. Cod.de Ordin.Iud. quem
ſequuntur Gabr.dict.cõcluſ.2.num.15.Scacc.
d.q.2.n.2.27.30.& 35.
5 Nullatenus aduerſante concluſione, ut,
nempè, exceptiones appoſitę in Iudicio ſum-
mario, & exequutiuo, iteratò opponi valent
per viam actionis in plenario, & ordinario
Iudició; quòdque ſuccumbens excipiendo,
non prohibeatur principaliter agere, prout
poſt originalem doctriuam Bart.in l.1.n.12.
& ſeq. C.quando prouocare non eſt neceſſe, fir-
mant Interpetres in l.à Diuo Pio, §.ſi ſuper re-
bus, ff.de re iudic. & præ cæteris, Gratian. cap.
445.num.5. Mart.de iuriſdict. part.3. cap.6.
num.4. latè, pluribus adductis, Seſſe de inibit.
cap.2.§.3.num.7. & ſeqq. Cancer. par.2. var.
cap.16.num.82.Franch. deciſ.289. num.2. &
ſeq. Barz.deciſ.Bonon.82.num.24.& dec.149.
num.6.Maſtrill.dec.189.num.18.Caſtill.deciſ.
26.num.7.& ſeqq.Boer.dec.34.num.2. Giurb.
deciſ.61.num.4. Carthar.dec.Gen.59. num.6.
Oſaſch.dec.74 quos refert Fontanell.dec.Ca-
thalon.377.num.6.& dec.132.n.3.& ſeqq.
6 Illa enim procedit, quando exceptio non
fuit plenè cognita in Iudicio ſummario, &
exequutiuo, in quibus terminis loquuntur
auctoritates contrariæ, ſignanter deciſio
Franch.289. prout ibidem aduertit de Luca
n.2.verſic.limitatur, Marcell.Marcian.conſ.4.
num.31. rectè aſſerens in cauſa illius deciſio-
nis, ideò contrarium fuiſſe deciſum, quia non
fuit plenè cognitum; ſecus verò, quando, pro-
ut in præſenti, fuit pleniſſimè cognita, & di-
ſcuſsa exceptio, propter ſe, non propter
aliud; nedum dato termino, ſed etiam con-
ſtructo formali proceſſu, examinatiſque te-
ſtibus, tàm ſuper exceptione propoſita, quàm
è contra, adhibita plena cauſæ cognitione;
cuius vigore Iudicis religio fuit inſtructa
ad ita iudicandum; prout rectè diſtinguunt
vtrumque caſum, & limitando contrariam
concluſionem, ipſemet auctoritates allegatæ
in obiecto, præcipuè Cancer. dict. part.2.
var.cap.16.num.82. verſ.fallit tamen dicta
concluſio, Gratian. dict.cap.445.num.6. qui
egregiè, præ cæteris, de hoc articulo agit, la-
tiſſimè Seſſe multis allegatis, de inibit.cap.2.
§.3.num.14.& ſeqq.Surd.de alim.tit.1.quæſt.
126.num.10. Giurb.dict. deciſ.61.n.5. Barz.
dict.deciſ.Bonon.82.num.24.& dec.149.nu.7.
& optimè aduertit Fontanell.d.dec.378.n.5.
& ſeqq.& dec.133.n.1.& ſeq.
7 Neque releuat, quòd Signatura Iuſtitiæ
ſenſerit, cauſam ex integro coram alio Iudi-
ce poſſe cognoſci, quia, cum eius reſcripta
intelligi debeant, prout de Iure, Marcſcott.
var.lib.1.cap.36.ſub num.29. Rebuff.in prax.
tit.de differ.in ter.reſcript. Grat.& Iuſtit.num.
15. Sarment. in compend. utriuſque ſignatur.
num.23.Cardin.de Luca de Iudic.diſc.38.n.17.
verſ.præmiſſæ, Seraphin.dec.1031.num.5.Rot.
in rec.deciſ.353.num.11.part.11. meritó au-
ferte non poſſunt Iura partibus legitimè
quæſita.
8 Præcipuè, quia exceptio fideicommiſſi fuit
iuſtiſſimè reiecta, cum illud fuerit remiſſum
ſtante diuiſione inter fratres, ex qua licet re-
gulariter fideicommiſſo reciproco, & condi-
tionali purificando, non cenſeatur renun-
ciatum, prout præſupponit text. quem ita
ſummat Bart.in l.Pater 77. alids 79. §.hære-
ditatem, il ſecondo, ibique Bald.num.1.Imol.
n.4.Caſtrenſ.in fin.ff.de leg.2. idem Bart. in l.
qui Romæ, §.duo fratres, num.10.in fin.verſic.
remanet ergo, ubi Bald.num.4. & 5. Imol.n.
23.& 28.Caſtrenſ.num.4.& n.6.ff.de verbor.
obligat. Gloſ. Bald. Aluarot. & alij in cap.
ſi quis miles in tit.conſtit.feudal. idem Bald.
conſil.191. num.1. lib.1. Alex. conſil.208.
num.4.& ſeqq.lib.6.Bellon.Iun.conſil.47.nu.
15. Spad.conſil.337. num.3. lib.2. Peregrin.
de fideicomm. art. 52. num.18. latè Cyriac.
controu.323.num.2.Galerat. plures referens,
de renunciat.centur.1.cap.44.num.21. Gaill.
obſeru.139.lib.2.num.46. Intrigliol.de ſubſtit.
cent.3.qu.92. num.1. Facchin. lib.5. controu.
cap.20.propè fin.Menoch.lib.3.præſumpt.115
num.9. & ſeq. eruditiſſimus Torre de pact.fu-
tur.ſucceſſ.lib.2.cap.40.num.46. Fuſar.de ſub-
ſtit.quæſt.593.num.5. Boer.dec.147. num.10.
Ludouic.dec.Peruſ.10.num.11. par.1. Ludouiſ.
deciſ.73. num.1. Magon.deciſ. Lucenſ.5. num.
52.& ſeq.& dec.Florent.93.Barz.dec.Bonon.
96.num.1. Rot.in recent. dec.272. num.5. &
ſeqq.p.10.cum alijs ex aduerſo allegandis.
9 Hoc tamen non procedit, quando, prout
in præſenti themate, diuidentes uſi fuerunt
clauſulis ampliſſimis, valdèque prægnãti-
bus: ibi, ad habendum &c. et quidquid pla-
cuerit faciendum, ponens &c. conſtituens,
&c. prout de clauſula, ad habendum, quæ
10 abſque dubio extendi debet ad habendum,
tenendum, alienandum, &c. Curt.Iun.conſ.4.
num.1.verſic.ſed quoniam, Cardin.Mantic.de
tacit.lib.22.tit.10.num.25. Rot. in recent.dec.
452.num.5.par.9. tom.2. tribuitque faculta-
11 tem alienandi, tàm inter viuos, quàm in
vltima voluntate, Brun.conſ.feudal.38. nu.1.

at 4. Roland. conſ.55. & per tot. lib.4. Becc. conſ.88. per tot. præcipuè *num.23. Berett.cōſ.* 100.*num.*14. *Riminald.*Iun. *conſ.90. num.26. Ladcreb. conſ.1. per tot. Corbul. de priuat. ob alienat.limit.3.* Cyriac.*controu.*324. *num.*19. *Theſaur.dec.146.num.6.Caeberan.deciſ.164.* Cardin.*Caualer.dec*.219. *num.*11. ubi, quód
12 æquipolleat clauſulæ, *Et quibus dederit, et*
13 *num.12.* quòd extendatur *ad habendum, et diſponendum pro libito.*

14 In terminis remiſſionis fideicommiſſi firmant poſt originalem theoricam *Bart. in l. qui Romæ, §.duo fratres, q.8. Rip.n.83. Alex. num.58. Crot. num.133. Angel. num.12. ff.de verb. obligat. Zuccard.in l.1. num.60. Cod.de pact.*Burſatt*.conſ.64.num.31. et conſ.86. num. 12.et ſeqq.lib.1.*Bero*.conſ.130.num.22.Roland. conſ.34.num.78.et ſeqq.et nu.83.* vbi de clauſula cæterata, *ad habendum, lib.4. Ruin.conſil. 133.num.2.et 3.lib.2. Pariſ.conſil.33. num 21. lib.3.*Becc.*conſil.38.num.3.lib.1. Cephal.conſ. 430.num 50.et conſ.253. num.7. et ſeq. Riminald.*Iun.*conſil.78. lib.1. et 569.num.126. et ſeq.lib.5.Thob.*Non.* conſ.41. num.9. Menoch. conſil.87.num.15.et ſeqq. lib.1. et lib.3. præſumpt 115.num.63. et ſeqq. Hondcd. conſ.33. num.23. et ſeq. lib.1.* vbi etiam de clauſula cæterata, *ad habendum,* de qua, etiam *Marta conſil 158.num.30.Peregrin.de fideicomm.art. 52.num 41.verſic.contrarium, Galerat.de renunc.centur.1.cap.44. num.22. verſ.quapropter, Michalor.de fratrib. par.3.cap.41. nu.56. et ſeq. Marzar.de fideicomm. par.3. quæſt.59. Petra eod.tract.quæſt.14.nu.71. et ſeq. Ciroec.* viginti DD cumulās, *diſcept.5.num.41. et ſeq.* vbi pariter de clauſula cæterata, *ad habendum,* & de eadē clauſula *Vrecol. de tranſact. quæſt.87. num.26.* & admittit *Cyriac.* ex aduerſo allegatus, *dict. controu.323. num.29. verſ.primò, quòd conſultò, Donad. de renunc. cap.38 nu.39. Torre de pact.futur.ſucceſſ. lib. 2.cap.40.num 47. Oſaſcb. deciſ.112. num.17. Barz.dec.96.num 4.*Caualcan*.dec.36. nu.11. verſ.ſecundò colligitur, Capyc.Latr. dec.103. num.12.* & perpetuò amplexa eſt *Rot. in recēt. deciſ.86.num.4. & duob ſeqq.par.4. tom.2. & dec.206.num 2* Bich*.dec.134 num.1. & ſeqq. & dec.158.num.1. & ſeq.* quæ eſt repetita in *recent.dec.240.num.1. & ſeqq. par.9.* vbi de clauſula cæterata, *ad habendum,* extenſa poſtmodùm per Notarium, & in *Bononien.de Lucio 1.Martij 1619. poſt Giouagn. conſ.100. num.24. & duob.ſeqq. & in Monopolitana bonorum 10.Maij 1617.cor Manzanedo poſt dictum conſ.100.Giouagn num.54. & 60.* vbi etiā de clauſula cæterata, *ad habēdum, Card.Celſ. dec.376.n.13.*

15 Nullatenus aduerſante *deciſ. Buratt.85. num.5.* ex aduerſo allegata, & in qua vnicum conſtituitur fundamentum, quia ultrà non extenſionem clauſulæ, *ad habendum, &c.* Plura concurrebant, & ſignanter, quód non fuerat ſequuta alienatio, conſtabat de obſeruantia contraria, & clauſula fuerat appoſita in exequutiuis, ut reſpondit *Giouagn. dict. conſil.100.num.8.poſt med.lib.1.* quamuis, ut nō uindicet ſibi locum *d.deciſ.Buratt.* ſatis concludens ſit pōderatio, quòd ibi alienatio non fuerit ſequuta, prout reſpondit *Rot.* apud eumdem *Giouagn. dict. conſil.100. num.28.*

16 In præſenti autem themate conſtat, alienationem fuiſſe ſequutam, ſtante teſtamento Ioannis Baptiſtæ diuidentis, quòd ad hunc effectum eſt ſufficiens, ut in ſpecie *Pariſ. conſ.71. num.34. & ſeqq. lib.3. Ruin. conſil.112.num.10.lib.2. Alex.conſ.189. n.8. lib.2.Cephal conſil.430.num.52. Gabr.conſil. 125.num.16.lib 1. Marta dict.conſil.158.num. 52.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.593. nu.34. Menoch. conſil.87.num.60. & ſeqq. & præſumpt.116. num.64.lib.3. Giouagn.dict.conſil.100. nu.54. & 90. Michalor.de Fratrib.cap.41.nu.61. Peregrin.de fideicomm.art.52.num.46. Bich.dec. 134.num.7. & dec.158. num.17.* quæ ſunt repetitæ in *recent.dec.206.num.7. & 240.n.16. par.9.*

17 Item dicta clauſula, *ad habendum,* fuit adiecta in parte diſpoſitiua, nempè immediatè poſt verba, *dedit, conceſſitque, Fulgin. de emphyt.tit.de renunc.quæſt.2.num.70.verſ. ſecus autem ſi hæc clauſula, Cacheran. deciſ. 164.num.1.Rot.apud Giouagn.d.conſ.100. nu. 29.* & vlteriùs poſt dictam clauſulam, *ad habendum,* legitur alia clauſula, *et quid placuerit faciendum,* quo caſu operari remiſſionem fideicommiſſi, admittit ex aduerſo allegatus *Bellon.Iun.conſ.47.n.15.*

18 Idemque effectus tacitæ renunciationis fideicommiſſi reſultat ex ſubſequētibus clauſulis *ponens, etc. conſtituens, etc.* quæ extendi debent, *ponens in locum, et ſtatum ſuum, et cōſtituens Procuratorem irreuocabilem, velut in rem propriam,* prout de clauſula, *ponens, Mart.clauſ.95. num.1. et ſeqq. part.1. Capyc. deciſ.55.num.16.Rot.in recent. dec.273. nu.5. et 6.par.9.* & de clauſula, *conſtituens,* Berta*zol. clauſ.28 gloſ.1. et ſeq. et clauſ.29. gloſ.1. Duran.dec.134.n.1.*

19 Et in terminis, quód per dictas clauſulas, *ponens, etc. conſtituens, etc.* reſultet tacita fideicommiſſi remiſſio, poſt *Crot.in dict.l.quī Romæ, §.duo fratres, num.133. ff.de verbor. oblig.* in ſpecie firmant *Ruin.conſ.144.nu.19. verſic.et datò, lib.2. Soccin.*Iun.*conſil.116. nu. 60.verſic.præterea, lib.1. Thob.Non. conſ.41. num.8.*Grat.*reſponſ.60.nu.19.lib.1. Ladcreb. conſ.101.ſub num.17.verſ.altera eſt, Menoch. conſ.87.num.29.in fine, et ſeq.lib.1.* vbi, quòd ab omnibus approbetur, & *lib.3. præſumpt. 115.num.67.et ſeq.Panzirol.conſ.59.num.79. Rolan. à Valle conſ.39. num.82. lib.4. Bero conſ.*

conſ.130.num.22.lib.1.Honded.conſ.33.num. 26.lib.1. optimè Peregrin.de fideicomm. art. 52. num.43. Petra de fideicomm.probibit.qu. 14.num.28.& 31.Intrigliol.de ſubſtit. cent.3. quæſt.92. num.64. Petra de interpetr. vltim. volunt.fol.372.num.43. Galerat.de renunciat. cap.44.num.22.verſic.ſimiliter, Michalor. de fratrib.dict.cap.41.num.54. & ſeq. Rota Florent.poſt Giouagn.d.conſil.100.n 71.Borgogn. decis.36.num.18.par.1. alijque fideliter allegati per Fuſar.de ſubſtit.q.593.n.129.

20 Prædictæ verò omnes clauſulæ, eò magis, ſaltem ſimul iunctæ, operari debent effectum tacitæ remiſſionis fideicommiſſi: Tum quia non poteſt dubitari; quin fratres diuidentes habuerint ſpecificam ſcientiam eiuſdem fideicommiſſi, cum de illo expreſſa fuerit habita mentio in eadem diuiſione, Bart.in dict. l.qui Roma, §.duo fratres, ſub num.13.& ſeq. verſ.poteſt ex alio, ff.de verbor.oblig.Rot.Florent.poſt Giouagn.dict.conſil.100.num.23.61. & ſeq.lib.1. Card.Celſ.deciſ.376. num.10. & ſeq. Bich.deciſ.134.num.8.& ſeqq.Rot.in rec. deciſ.86.num.2.par.4.tom.2.& dec.206. n.9. par.9. quo caſu faciliùs dictæ clauſulæ operantur fideicommiſſi remiſſionem, Bart.in dict.l.qui Romæ, §.duo fratres, ſub num.12. & ſeq.ff.de verbor.obligat.Pariſ.conſ.46. nu. 15. & ſeq.lib.2. Soccin.Iun. conſ. 116. n.42. & ſeqq.lib.1.Alex.conſ.4. num.20. verſ.idem ſi apparet, lib.2. Honded.dict. conſil.33. nu.4. & duob.ſeqq. lib.1. Riminald.Iun. conſil.80. num.10.Peregrin. de fideicomm. art.52. num. 104.& ſeq.Fuſar.de ſubſtit.quaſt.595. num.9. & 10. Ciroec.diſcept.5.num.44. Bich.d.deciſ. 134.nu.8.& ſeqq.Rot.in rec.dec.395.n.5.p.3.

21 Contraria verò procedunt, quoties liquidò remanet comprobatum, diuidentes non habuiſſe indiuidualem notitiam fideicommiſſi, in quibus terminis procedit text. in l. de his, ff.de tranſact. & loquuntur auctoritates ex aduerſo adductæ, ſignanter Rimin.Iun. conſ.80.num.10.& cõſ.204.num.45. Laderch. conſ.73.num.1. Bardellon.conſil.11. num.30. Burſatt.conſil.174. num.2. Peregrin. de fideicomm.art.52.ſub nu.20. Cyriac.controu.323. num.31.Ciroec.diſcep.5.num.44.Rot.in recẽt. deciſ.724.n.5.p.4.tom.3.

22 Tum etiam, quia non ſunt appoſitæ in exequutiuis, in quibus terminis procedunt authoritates contrariæ, Spad.conſ.336.nu.6. lib.2. Redenaſch. conſil.29. num.59. & ſeqq. Manſ.conſult.2. num.31. Torre de pact.futur. ſucceſſ.lib.2.cap.40.num.56. ſed potiùs in diſpoſitiuis, cum legantur immediatè poſt verba, dedit, conceſſitque, Laderch.conſ.1.n.14. Becc.conſ.88.num.49.Rot.in recent.deciſ.452. num.9. par.9.& in his terminis, Rot.in rec.d. deciſ.86.num.9.& ſeq.par.4. tom.2. & poſt Giouagn.d.conſ.100.n.29.

23 Tum demum, quia per hæredis inſtitutionem dicitur cum effectu facta alienatio fideicommiſſi; Quid quid ſit, ſi vnus ex diuidentibus deceſſerit ab inteſtato, quo caſu ob non factam alienationem, procedunt cõtraria, prout egregiè diſtingunt Honded. d.conſ. 33.num.48.& duob.ſeqq.lib.1.Pariſ. conſ.71. num.34.& ſeqq.lib.3.Ruin.conſ.112. num.10. lib.2.Alex.conſ.189.num.8.lib.2. Cephal.cõſ. 430.num.52.Gabr.conſ.125.num.16.lib.1.Menoch.d.conſ.87.num.60. & præſumpt.115. nu. 64.lib.3.& ſeq. latè alijs adductis, Fuſar.de ſubſtitut. quæſt.593. num. 29. Peregr. de fideicomm.art.52.num.44.Michalor. de fratrib. d.q.41.num.59.& duob.ſeqq.Rot.Florent.poſt Giouagn.d.conſ.100. num. 69. ubi, præcipuè, quando, prout in præſentia, fuit inſtituta Vxor, quæ non erat ab inteſtato ſucceſſura, Ciroec.d.diſcept.5.num.48.Bich.dec.134.num. 7.Caualcan.dec.36.num.15.& ſeq.part.1.

24 Fortiùs, quia vltra prædictas clauſulas, concurrit etiam renunciatio generalis; nã, vt sũt ipſiſſima verba Inſtrumenti, diuidentes ſeſe ad inuicem quietarũt, dictamque diuiſionem, & concordiam, ſemper, & perpetuò promiſerunt habere ratam, gratam, & firmam, & contra eam non facere, dicere, vel venire per ſe, alium, ſeu alios, directè, vel indirectè, tacitè, vel expreſsè, ſub quouis pretextu, &c. & omnia prædicta promiſerunt obſeruare.

Ex quibus verbis, utpotè nimis generalibus, & effrænatis, præſuppoſita ſcientia fideicommiſſi, reſultare illius remiſſionem, in ſpecie poſt originalem doctrinam Ioann. Andr. in addit.ad Speculat.in rub.de teſtam. §.in primis, verſ.ſed quòd, ubi, uult, quòd ſi diuidentes ad inuicem promiſerunt de rebus diuiſis perpetuò non petere, & contra diuiſionem non venire aliqua ratione, cauſa, vel ingenio, quòd fideicommiſſum uideatur renunciatum, firmant Iaſ.in d.l.qui Romæ, §.duo fratres, num.31.ibique, Alex. num.54. ff. de verbor.oblig. Crot.conſ.302.num.11.& ſeqq. lib.3. Curt.Iun.conſ.49.num.12. & ſeqq. Dec. conſ.287.Pariſ.conſ.71.num.4. & ſeqq. lib.3. Natt.conſ.530.num.2.Crauett.conſ.24.num.11 Nenizan.conſ.21.num.14. Menoch. lib.3.præſumpt.115.num.28.& duob.ſeqq. & conſ.87. num.33.lib.1.& conſ.289.num.5. & ſeqq.lib. 3. & latiùs conſ.323. num.40. verſ. primò me mouet, & ſeqq. & num. 48. ubi in ſpecie de verbis non contrafacere per ſe, vel per alium, aliqua ratione, vel cauſa, & reſpondet omnibus contrarijs, Honded. conſ.33.num.25.lib. 1.Cephal.conſ.430.num.51.& conſ.253.num. 11.Mart.d.conſ.158.nu.35.& 48.Burſat.conſ. 86.num.17.lib.1.et conſ.287.num.3. et conſil. 295.num.26.lib.3. Intrigliol.de ſubſtit. cent.3. q.92.num.69. verſ. limitatur, Peregr. de fideicomm.art.52.num.36.Fuſar.de ſubſtit. q.593. num.82.et 90.qui teſtatur de communi Petr. de fideicomm.q.14.num.21. Marzar. in epit.

de

de fideicomm.q.59.Craſſ.in §.fideicommiſſum,
q.63.num.6. Rot.*Florent.*poſt *Giouagu.d conſ.*
100.*num.73.Oſaſch.dec.112.nu.17.Caualcan.*
dec. 36.num.21.part.1.Card.Celſ.dec.376.nu.
15. & in præciſis terminis de promiſſione
facta per diuidentes de non contrafaciendo
diuiſioni per ſe, nec per alium, directè, uel
indirectè, aliquo modo, uel Iure, egregiè
Ruin.conſ.119.num.21.lib.2.

25 Cumque prædicta verba nimis generalia
non ſint limitata ad tempus præſens, ſed
reſpiciant futurum, ponderatis uerbis, *ſemper, et perpetuò*, eò magis dici debent apta
comprehendere remiſſionem fideicommiſſi
purificandi, *Oſaſch.d.dec.112.num.17.verſic.*
nec obſtat.

26 Præcipuè, quia, ſi pars unius ex cauſa fi-
deicommiſſi peteretur, partes non remane-
rent perpetuò firmæ, ſed coniungerentur fa-
cta fideicommiſſi reſtitutione; atque adeò
huiuſmodi promiſſio non poteſt conſequi
ſuum effectum, niſi fideicommiſſum dicatur
remiſſum, ut optimè, ac ſubtiliter ex more
arguit *Ruin.d.conſ 119. num.21. propè finem,*
verſ.ſi enim, lib.2.Crot.conſ.302. num.17. lib.
3. ubi, quòd dictum uerbum, *perpetuò*, im-
portet temporis infinitatem, ideóque, cum
27 omni tempore promiſerint diuidentes om-
nia in Inſtrumento diuiſionis contenta adim-
plere, & non contrafacere, ex hoc infertur,
quòd fideicommiſſum cenſeatur remiſſum, nã
ſi fideicommiſſum peti poſſet, non diceretur
omni tempore adimplere contenta in ipſa
diuiſione, ut ſunt præciſa verba *Croti.*

28 Accedat prædictis omnibus, quòd, ſi aliter di-
ceretur, reſultaret abſurdũ maximæ inæqua-
litatis inter fratres diuidentes; cũ Ioanni Ba-
ptiſtæ, cuius noſtra principalis eſt hæres, ob-
uenerint bona fideicommiſſo obnoxia, & ad-
29 uerſariis bona omninò libera; ideòque ex
dicta inæqualitate, vel reſultat tacita fidei-
commiſſi renunciatio, etiam data illius ſciẽ-
tia, præcipuè, ſtante expreſſa promiſſione
euictionis cum verbis uniuerſalibus gemina-
tis: ibi, *quomodocumque, et qualitercumque*
ſequeretur euictio, ut in ſpecie, *Peregrin.conſ.*
93.num.11.et 13.lib.1.Bardellon.conſ.11.nu.
42.Crauett.conſ.24.nu.6.et ſeq. Roland.*conſ.*
*34.num.91.lib.4.*Curt.*Iun conſ.49.n.13.Mar-*
ta voto 91.num.4.Iutrigliol.de ſubſtit.cent.3.
q.92.num.55. et 57.Vrceol.de tranſact. q.87.
num.27.et ſeq. Card.*de Luca de fideicom.diſc.*
178.*num.5.Barz. dec.96.num.38. et ſeq. Ca-*
ualcan.dec.36.num.19.Rot.in recent. dec.135.
num.10.part.14. et dec.128. num.4. part.16.
Card.Celſ.dec.376.num.14. & admittit ex ad-
uerſo allegatus, *Cyriac.controu.323.num.20.*
30 aduertens, contrariam ſententiam procede-
re, quoties euictio legitur promiſſa verbis
valdè ſimplicibus, in quibus terminis loquũ-
tur, & intelligendi ex aduerſo allegati *Bar-*
dellon.conſ.11.num.42. Peregr. conſ.93.num.
11. & 13.lib.1.Menoch.lib.3.preſumpt.115.
num.12. & ſeqq. Iutrigliol *de ſubſtit.cent.3.q.*
92.num.55.& 57.

31 Vel ſaltem competit actio ad pretium,
prout ſequendo doctrinam *Guid.de Suſar.* be-
nè firmant *Alex.in d. l.qui* Roma, *§.duo fra-*
tres,num.34. ibique, *Alciat.num.36.verſ. vn-*
de conſequens eſt, ff.de uerb. obligat. Menoch.
lib.3.præſumpt.115.num.20.& ſeq.& conſ.87.
num.84.& ſeq.lib.1.Burſat.conſ.173.num 19.
& 31.lib.2.Becc.conſ.24.num.34.Peregr conſ.
*19.num.47.lib.4.*qui teſtatur, ita ſæpiùs fuiſ-
ſe deciſum, *& conſ.70.nu.5.& ſeq.lib.5.Surd.*
de alim.tit.9.q.11. num.25. & ſeqq. aſſerens,
Senatum Mantuanum pro hac opione iudi-
caſſe, *Iutrigliol.de ſubſtit.cent.3.q.92 num.59.*
Fuſar.de ſubſtit.q.599.num.13. Michalor. de
fratr.part.3.cap.39. nu.23.& ſeq. ubi ſignan-
32 ter, quando, prout in præſenti, in diuiſione
nulla fuit habita ratio, quòd bona ſubiecta
fideicommiſſo minus valeant, itaut maior
quãtitas fuerit aſſignata propter illud onus;
Andreol.contr.56. num.16. Caualcan. dec.36.
num.9.in fin.part.1. Rot.in rec. dec.391. num.
14.part.14.

33 Quæ ſententia, licet nonnullis non arri-
deat, ea potiſſimùm ratione, quòd quis ſibi
debeat imputare, ſi ſcienter accepter bona
fideicommiſſo obnoxia, vt poſt *Rip. in l.qui*
Roma, §.duo fratres, num.99. ibique, *Crot. n.*
77. & ſeq ff.de verbor. obligat. firmant *Gail.*
obſeru.139.nu.15 lib.2.Felic.de ſociet. cap.40.
num.33.Peregr.de fideicomm. art.52. num.60.
63.66.& 69.Cyriac.d.controu.323.num 22.&
ſeq. aliique congeſti per *Fuſar.de ſubſtit. d.q.*
599.num.15.

34 Nihilominus de huiuſmodi ratione fortaſ-
ſè quæri poſſet, ſi diuiſio ſimpliciter eſſet fa-
cta; itaut certum eſſet, non fuiſſe renuncia-
tum fideicommiſſum; ſecus autem in dubio,
concurrentibus clauſulis renunciationem
ſuadentibus; tunc enim locus eſt alteri ratio-
ni perpenſæ à DD. pro prima ſententia alle-
gatis, quòd, ſcilicet, inæqualitas dari non de-
beat.

35 Neque ſuperiùs firmatis aduerſari videtur
unicum obiectum, quòd, nempè, diuidentes
iura fideicommiſſi præſeruare voluerint, dum
fuit conuentum, ut diuiſio intelligi debeat
facta ſine præiudicio Iurium unicuique ex
diuidentibus competentium contra alios ex
quauis cauſa, quę debeãt remitti Arbitris eli-
gendis; quòdque loco domus fideicommiſſo
ſuppoſitæ, ſubrogetur aliud prædium.

Siquidem huiuſmodi verba non loquun-
tur, neque intelligi poſſunt de iuribus fidei-
commiſſi, quæ ſunt certa, & clara; ſed de
alijs iuribus incertis, & illiquidis, quæ uni
fratri contra alium competunt, & quæ pro-
ptereà remittuntur Arbitris decidenda; ideò-

que

que, dum verba reſeruationis non congruũt fideicommiſſo; hinc potiùs retorquetur ar-
36 gumentum, quòd, ſcilicet, incluſio unius reſeruationis excludat aliam, & ſicuti fratres hanc reſeruationem fecerunt Arbitris remiſſam, ita ſi voluiſſent, feciſſent aliam, prout rectè arguit *Giouagn. d. conſ. 100. num. 84. ante finem.*

37 Vlteriùs, cum, ex allegatis, diuidentes renunciauerint fideicommiſſo, etiam purificando, huiuſmodi reſeruationes, uel tamquám contrariæ facto, nihil operantur, ut in his terminis, *Cephal. conſ. 253. num. 19. et ſeq. lib. 2. Marta conſ. 158. num. 50. Cirocc. diſcept. 5. num. 55.* Rot. *Bononien.* poſt *Giouagn. d. conſ. 100. nu. 100 verſ. attamen omiſſis*: Vel ad euitandam contrarietatem, prout fieri debet, *Mart. d. conſ. 158. num. 51.* pluribus modis ad concordiam ſunt reducendę.

38 Primò, ut reſeruatio intelligatur in caſu, in quo non ſit ſequuta alienatio, ut in ſpecie, *Menoch. d. conſ. 356. num. 10. Mart. d. conſ. 158. num. 51. in fine.*

39 Non enim eſt in Iure inconueniens, quòd alicui facultas ſit tributa alienandi, & nihilominus, ſi non alienauerit, remaneat fideicommiſſum, ut ſunt Iura ſingularia *in l. Titius 54. ff. ad Senat Conſult.* Trebell. *Auth. contra cum rogatus. Cod. eodem. Alciat. conſ. 112. num. 23. lib. 9. Ruin. conſ. 76. num. 8. conſ. 112. num. 4. & 9. conſ. 132. num. 5. verſ. nec ex hoc, et conſ. 153. num. 14. lib. 2. et conſ. 121. num. 10. lib. 3. Surd. conſ. 96. num. 26. Bellon. Iun. conſ. 1. num. 24. Menoch. lib. 4. præſumpt. 188. num. 5. et ſeqq. et conſ. 1130. num. 4. Card. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 4. in fin.* Magon. *dec. Florent. 149. num. 7.* Rot. apud *Giouagn. d. conſ. 100. nu. 36. in fin.* Card. *Celſ. dec. 111. num. 2.* & Nos diximus alio in loco.

40 Secundò, eadem reſeruatio intelligi debet ad fauorem aliorum uocatorum, ſi qui ſunt; non autem inter ipſos diuidentes renunciantes, eorumque hæredes, & ſucceſſores; ſtant enim ſimul, rectèque compatiuntur, ut fideicommiſſum præſeruetur quò ad Tertios; remittatur uerò quò ad ipſos diuidentes, eorumquę hæredes, & ſucceſſores, *Cephal. conſ. 253. num. 23.* Menoch. *conſ. 87. num. 34. Giouagnon. d. conſ. 100. nu. 109. lib. 1.* Cabal. *conſ. 75. num. 10. lib. 1. Vrceol. de tranſ. quęſt. 87. num. 30. et ſeq. Rot. in rec. dec. 240. num. 6. par. 9. et dec. 26. num. 1. et ſeqq. part. 16.*

41 Tertiò, non eſt referenda ad fideicommiſſum, cui iam partes per clauſulas generales renunciauerant; ſed ad alia Iura Arbitris remittenda, *Extrauag. 2. de conceſſ. præbend. Oldrad. conſil. 330. in fin. Pariſ. conſil. 70. num. 12. lib. 1. Sarnen. de Iur. queſit. non tollen. quæſt. 1. propè fin. Dec. cõſil. 185. num. 11. verſ. ſecundò reſpondetur, Gratian. cap. 578. num. 3. & 4. & cap. 807. num. 19. Seraphin. deciſ. 756. num. 2. & 1445. num. 4. Grammat. deciſ. 60. n. 4. Merlin. deciſ. 553. num. 22. Duran. dec. 22. n. 3. Buratt. deciſ. 193. nu. 21.* & in ſpecie egregiè *Rot. in Monopolitana bonorũ poſt Giouagn. dict. conſ. 100. num. 58. verſ. neque etiam obſtat*, ubi, quòd reſeruatio Iurium non intelligatur de fideicommiſſo, cui diuidentes iam renunciauerant per clauſulas ampliſſimas; ſed de alijs Iuribus, *Ciroc.* alijs relatis, *dict. diſcep. 5. n. 60. & ſeqq.*

42 Quartò demùm poſſet fortaſsè reſeruatio habere hunc intellectum, quòd per ſolam, & ſimplicem diuiſionem non cenſeatur renunciatum fideicommiſſo; non tamen diuidentes voluerint impedire renunciationem eiuſdem fideicommiſſi, alióquin vigore clauſularum reſultantem, ut in his terminis reſpondit *Cephal. d. conſ. 253. n. 15. & trib. ſeqq. lib. 2. Ciroc. d. diſcep. 5. n. 59.*

43 Neque aduerſatur, quòd diuidentes liberauerint domum á fideicommiſſo, & in eius locum ſubrogauerint certum aliud corpus, quia huiuſmodi ſubrogatio, vel poterit operari effectum ſuum ad fauorem aliorum vocatorum, non autem ipſorum diuidentium, qui per clauſulas ampliſſimas Iuribus fideicommiſſi renunciauerant, *Bald. in l. qui ſe patris, ſub num. 32. Cod. vnde liber.* Ruin. *conſ. 138. num. 10. lib. 2.* Rimin. *Iun. conſ. 751. n. 48. & ſeq. & conſ. 599. num. 137. Cephal. conſ. 371 num. 32. & ſeq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 593. nu. 49. Intrigliol. de ſubſtit. cẽt. 3. quæſt. 92. nu. 48. Rot. in rec. dec. 240. num. 6. par. 9.* & in ſpecie *Caball. dict. conſ. 75. n. 10. lib. 1.*

Vel ſaltem in omnem caſum negari non poſſet, quin abſque dubio reſultet remiſſio fideicommiſſi, quò ad alia bona non reſeruata, *Crot. in dict. l. qui* Romę, *§. duo fratres, num. 94.* ibique *Leonius num. 357. ff. de verb. obligat. Menoch. lib. 3. præſumpt. 115. nu. 74. & ſeq. & conſ. 87. num. 34. lib. 1. Rot. poſt* Giouagn. *d. conſ. 100. n. 109.*

44 Regulare enim eſt, ut ſpecialis prouiſio, ſeu reſeruatio in aliqua re denotet remiſſionem fideicommiſſi in cæteris, ut in ſpecie *Cephal. dict. conſil. 253. num. 35.* Menoch. *conſ. 67. n. 34. et conſ. 356. n. 11. Surd. cõſ. 294. n. 18. Giouagn. d. cõſ. 100. n. 74. & n. 109. poſt princip.*

Iuxta firmata fuit deciſum per Reuerendiſſimum Fanum Iudicem delegatum poſt plures diſputationes habitas.

AR-

ARGVMENTVM.

Subſtitutio, ſi fuerit facta, eueniente caſu, quo hæredes inſtituti uxorem non ducerent, altero ex eiſdem hæredibus inſtitutis decedente innupto, an in illius portione ſubſtitutus ſit admittendus; vel potiùs fiat locus Iuri accreſcendi ad fauorem alterius cohęredis inſtituti, qui vxorem duxit.

Pluralitas, an, & quando ſit reſoluenda in ſingularitatem ex prȩſumpta volũtate Teſtatoris, etiam ad excluſionem Iuris accreſcendi, ſeu non decreſcendi; Ad declarationẽ *textus in l. hęredes mei, §. cum ita, ff. ad Senat. Conſult. Trebellian.*

Reſoluta pluralitate in ſingularitatẽ, ſubſtitutio dici debet fideicommiſſaria, utpote diuerſos reſpiciens effectus.

Obtemperans Teſtatoris præcepto, in quo caſu Iure fideicommiſſi portionem capiat contrauenientis.

SVMMARIVM.

1 *Inter coniunctos re, & verbis ob inſtitutionem eorumdem in proprietate, & vſufructu, eſt locus Iuri accreſcendi, vel ſaltem non decreſcendi ad fauorem coniuncti ſuperſtitis.*

2 *Potentiùs eſt Ius ſubſtitutionis, quàm Ius accreſcendi.*

3 *Ius non decreſcendi ſubſtitutione excluditur. Affertur ratio vtriuſq; proximæ concluſionis.*

4 *Subſtitutus in caſu, quo hæredes inſtituti Vxorem non ducerent, altero ex iiſdem hæredibus decedente innupto, admittitur,* & num ſeqq.

5 *Pluralitas in hoc caſu eſt reſoluenda in ſingularitatem.*

6 *Dictio,* caſu quo, *impedit reſolutionem pluralitatis in ſingularitatem. Sed vide* n. 10.

7 *Accedente potiſſimùm dictione,* Et, *quæ, utpotè appoſita inter Perſonas, ſtat copulatiuè, ſed vide* num. 13.

8 *Coniunctio re, & verbis hæredum inſtitutorum, impedit reſolutionẽ pluralitatis in ſingularitatẽ.*

9 *Dictio,* caſu quo, *ſtat demonſtratiuè, non autem taxatiuè.*

10 *Præcipuè, vbi non adeſt reciproca inter primos vocatos.*

11 *Ideòque non impedit reſolutionem pluralitatis in ſingularitatem.*

12 *Dictio,* Et, *vtpotè appoſita inter diuerſas perſonas, non dicitur ſtare copulatiuè; ſed reſoluitur in disiunctiuam, neque omnium copulatorum requirit concurſum.*

13 *Pluralitas non reſoluitur in ſingularitatẽ ex præſumpta voluntate teſtatoris, vbi ſupereſt Perſona magis dilecta ex deſcendentibus.*

14 *Inſtitutus, quoties eſt in pari gradu cum ſubſtituto; neque ſit de deſcendentibus Teſtatoris; tunc pluralitas reſoluitur in ſingularitatem, etiam ad excluſionẽ Iuris accreſcendi, ſeù non decreſcendi.*

15 *Pluralitas, an ſit reſoluenda in ſingularitatẽ; quoties inter primos vocatos legitur expreſſa reciproca ſubſtitutio.*

16 *Tacita reciproca non inducitur, niſi verba, vel coniectura illam perneceſſè inferant.*

17 *Diſpoſitio permiſſiua fauorabiliorem recipit interpetrationem, quàm probibitiua.*

18 *Conditio abſtinẽdi à nuptijs reijcitur in legato.*

19 *Pluralitas, quando ex coniecturis reſoluitur in ſingularitatem, tunc ſubſtitutio dicitur fideicommiſſaria.*

Ideòque ſubſtitutus ſuccedit cuicumque decedenti, non expectata morte omnium, ex quo fideicommiſſaria reſpicit diuerſos effectus.

20 *Obtemperans præcepto Teſtatoris, in quo caſu capiat Iure fideicommiſſi portionem contrauenientis.*

21 *Subſtitutio, quando eſt facta pluribus, tunc reſoluitur in ſingularitatẽ, & in cuiuſque Perſonæ locum habebit.*

22 *Hæreditas ex teſtamento non poteſt directò, niſi ſemel ad aliquem peruenire, ſemelque adita non poteſt ad alium tranſire, niſi per fideicommiſſum.*

23 *Quoties quis eſt ſubrogatus à Teſtatore in locum alterius ad ducendam Vxorem, Vxore ab altero non ducta, dicitur per fideicommiſſum vocatus ad portionem decedentis innupti.*

24 *Grauatus onere aliquid faciend. in caſu, quo alter illud non adimpleat, dicitur in neceſſarium antecedens honoratus, onere impleto.*

25 *Tranſlato onere, cenſetur etiam tranſlatum emolumentum.*

26 *Ademptum ſub vna conditione, cenſetur ſub contraria conceſſum.*

27 *Sequenda eſt illa Teſtatoris voluntas, quam explicaſſet, ſi fuiſſet interrogatus.*

CAPVT XXII.

PORTIO Antonij, qui deceſſit non ducta uxore, eſt integrè debita Scipioni, omninò excluſo Ferdinando; licet enim Scipio, & Ferdinandus poſſint dici cõ-
1 iuncti re, & verbis ob inſtitutionem eorundem in proprietate, & vſufructu; atque adeò in portione Antonij deficientis, regulariter debuerit eſſe locus Iuri accreſcendi, vel ſaltem non decreſcendi ad commodum Ferdinandi alterius coniuncti ſuperſtitis, *l. ſi ex pluribus, ff. de ſuis, & legit. hæred. l. re cõiuncti, ff. de leg. 2.* cum concordantibus adductis per *Gomeſ. tom. 1. var. cap. 10. num. 22. & 24. Donell. lib. 7. commentar. cap. 13.* vbi *Oſuald. in not.* latè *Menoch. conſ. 661. num. 15. et ſeq. Fuſar. de ſubſtit. q. 473. num. 74. Bellon.* pluribus alijs congeſtis, *de iur. accreſcend. cap. 5. qu. 39. n. 1. et ſeq. et per tot.*

Nihilominus in præſenti, attentis urgentiſſimis coniecturis, præſumptaq; voluntate Teſtatoris, Ferdinandus, quamuis coniunctus, excludi debet á Scipione.

Cum enim teſtator inſtituerit hæredes in proprietate, & uſufructu Antonium, & Ferdinandum, iniuncto eiſdem onere ducendi Vxores, enixè deſiderans ſuæ familiæ pro-

pagationem cum matrimonijs Nepotum, & ad huuc effectum voluerit, Vxorem duci, nedum à Ferdinãdo altero ex illis, ſed etiam ab Antonio fratre, reſpectiuèque cohærede, & in caſu contrario ſubſtituerit per fideicommiſſum Franciſcum, Didacum, & Scipionem, ut inferiùs firmabitur, quibus idem onus ducendi Vxores fuerit iniunctum.

Meritò, cum inter Antonium, & Ferdinandum nulla legatur reciproca expreſſa, neque adſit tacita, quæ poſſit deprehendi ex coniecturis, in portione Antonij, qui deceſſit, non ducta Vxore, admitti debet Scipio ſub-
2 ſtitutus, qui Vxorem duxit, excluſo prorſus Ferdinaudo, quamuis re, & verbis coniuncto, cum potentiùs ſit Ius ſubſtitutionis, quám Ius accreſcendi, *l.2.§.ſi duo, ff.de bon. poſſ.ſecũd.tabul.l.vnica §.in primo, et §.pro ſecundo, Cod.de cadue.tollen. Auth.de hared.et fale.§ ſi verò Inſtitutio col.1 auth.hoc amplius, C. de fideic. Bart.in l.re coniuncti.n.33.* ibique *Rip.n.105.ff de legat.2. Bald.in l.fin.col.2. ad med.Cod.de inſtit. et ſubſtit.* ibique *Iaſ. col 4. Duaren.lib.2.de Iur.accreſc.cap 4. Alciat.lib. 4.Paradox.cap.8. Berous conſ.66. num.20. et 33.lib.2.Menoch.conſ.797.num.16. Giouagn. conſil 82.num.13.et 56.lib.1. Odd. conſil.10. num.47.Surd.conſ.488.num.22.lib.4.Fuſar.de ſubſtit. quaſt.495. num.20. et ſeq. et quaſt.53. per tot.* egregiè *Gomeſ.var.tom.1.cap.10.de Iur.accreſcend. num.36. Cardin.Mantic.de coniectur.lib.4.tit.12.num.15. et ſeq. Peregr.de fideicomm. art 9. num.13. et conſ.59. num.9. lib.1.Caſtill.lib.5. controu. cap.108. num.12. Ant.Fab.lib.19 coniectur.cap.20.et de error. Pragm.decad.49.error.1. Vaſq.de ſucceſſ.progreſſ.lib.2 in præfat.num. 1.et ſeqq.* Bellon. de Iur.accreſc.cap.6.quaſt.16.num.43. et cap.7. quaſt.68. Caren.reſol.144. num.10. Ciarlin. controu.foren.cap.71.num.20.et ſeq.lib.1. Baitel. vlt.volunt. dec.60. num.13. Magon.deciſ. Florent.4.num.4.Surd.deciſ.152. num. 3.4.16. et ſeq. Larrea deciſ.Granat 61.num.17.et ſeq. par.2.Hier.de Leo deciſ. Valent.121. num.37. lib.2.Card.Celſ.deciſ.298.num.7.et deciſ.269. num.10.et ſeq.*

3 Idemque dicendum de Iure non decreſcendi, quód pariter, excluditur, exiſtente ſubſtitutione, *Ludou.*Bologn. *conſil.66. nu.6. Cardin.Mantic.de coniectur. dict.lib.4. tit.12. num.20.Bellon.Iun.de Iur.accreſc.cap.4.nu.2.* aliiſque telatis, *Larrea dict.dec.* Gran. *61.nu. 37.p.2.*

Idque ex ea potiſſimùm ratione, quia; cum ſubſtitutus veniat ex propria, & expreſſa voluntate defuncti; coniunctus uerò ex tacita, & præſumpta, *l.1. ff. de vulg. et pupill.l. in teſtamento in fin.eod.tit.l.qui ex duabus 53. §. ſemel, ff.de acq. hared.* ibi: *ideſt tacitè ei deficientium partes etiam inuito accreſcunt, l. ſeruus communis 65. ff.eod.* ibi, *tacito iure partes ei accreſcunt,* & confert alter *text.in l. Titio, et Manio 61.§.Iulianus. ff de legat.2.* ibi, *et hic quaſi ſubſtitutus cum ſuo onere conſequetur accreſcentem portionem*. Meritò ſi coniunctus ad partem, quæ defecit, velut tacitè ſubſtitutus admittitur, quãtò meliùs admittendus, qui aperta, expreſſaque ſubſtitutione uocatur, prout rectè arguunt *Gomez var. tom.1.d.cap.10 num 36. verſ enim ratio eſt, Oſuard.* refutans *Fabrum ad Donell.lib.8.cap. 23.in not.lit.D. Larrea d.dec. Granat.61. num. 17. verſic. et rationem tradit*, alijque proximè laudati.

Quòd autem Scipio, qui duxit vxorem iuxta uotum teſtatoris, dici debeat ſubrogatus, ſiue ſubſtitutus per fideicommiſſum in portione Antonii, qui deceſſit inuxoratus, ſatis,
4 apertè conuincitur; cum enim Teſtator ſeriò contemplauerit conſeruationem ſuæ familiæ, proindèque mandauerit, uxorem duci, tám à Ferdinando, quàm ab Antonio, eiſdemque uxores non ducentibus, permiſerit alijs illas ducere; utique pro exequutione huiuſmodi enixę uoluntatis Teſtatoris, propagandi, nempè familiam per duos ſaltem nepotes uxoratos, non requiritur, ut tám Antonius, quàm Ferdinandus deceſſerint ſine matrimonio, & filijs.

5 Sed pluralitas neceſſariò eſt reſoluenda in ſingularitatem, etiam, quòd aliàs non eſſet reſoluibilis, adeòut remaneat purificata conditio, ſiue permiſſio ducendi vxorem fauore Scipionis, etiam in caſu obitus Antonij abſque filijs, et matrimonio, prout in ſimili, *Crauett.conſ.130.ſub num.6.verſic.itaq; vt voluntas, Pariſ. conſ.30. num.22. & ſeqq. lib.2.Ruin.conſ.164.nu.9. lib.3. Laderch.conſ. 169.num.3.Surd.conſ.96. num.15.* & in terminis terminantibus omninò uidẽdus *Bich.dec. 498.num.6.*

6 Neque huiuſmodi reſolutio pluralitatis in ſingularitatem poteſt impediri ex dictione, *caſu quo*, iuxta theoricam *Zanchij.in l. haredes mei, §.cum ita, nu.229.ff.ad Senat.*Conſult. *Trebell.Roman.conſ.10.num.1.& ſeq.& conſ. 131.&137.Dec.conſ.89.num.3.Pariſ.conſ.92. num.10.lib.2.Ruin.conſ.31.num.10.lib.3.Menoch.conſ.1028.num.23.Rimin.Iun.conſ 23.n. 26.&ſeq.Cephal.conſ.166.num.21.& ſeq.Peregr.conſ.31. num.3.et ſeqq. lib.3. et de fideicomm.art.13.num.65.Honded.conſ.65. nu.24. lib.2.Bero.conſ.110.num.32.lib.2.Soccin.Iun. conſ.145.num.46. lib.3. Redenaſe.conſ.15.nu. 115.et ſeq.Dilect.de art.teſtam.tit 5 cauth.16. Mareſcott. var. reſolut.lib.1. cap.66. num.12. Fuſar.* alios referens, *de ſubſtitut. q.473.n.75. & 119.et q.460.num.11. Baitell. vlt.volunt. dec.1. num.256. Cyriac. contron.521.num.28. Burz.dec.6.n.19.et ſeq. Seraph.deciſ.1190.nu. 6. et ſeq.* Accedente etiam dictione, *Et*: ibi, *in caſo, che detto Antonio, e Ferdinando non*

7 ſi caſaſſero; quæ,utpotè appoſita inter Perſo-
nas, ſtat copulatiuè, Soccin.Sen.conſ.40.num.
28.lib.4.Honded.conſ.60.num.16. lib.1. Natt.
conſ.573.num.14.Rot.in rec.dec.600.num.24.
8 part.5. nec non coniunctione re, & uerbis
hæredum proprietariorum, Menoch. conſil.
661.num.15.& ſeq Corn.conſ.99.num.9 lib.3
& conſil.298.num.7. lib.4. Fuſar.de ſubſtit.d.
qu.473.num.74.
9 Siquidem prædicta dictio, caſu quo, utpo-
tè ſtans demonſtratiuè, non autem reſtricti-
uè, prout tradunt Soccin.Iun. conſ.106. num.
27.lib.1. & conſ 145. lib.3. Surd.conſil.344.
num.13. Peregrin.conſ.22.num.25. lib.6. Ca-
ball.conſ.37.ſub num.13.lib.1 Cardin.Mantic.
de coniectur.lib.3.tit.14.ſub num.10. verſ.ſed
tamen, Menoch.lib 4.præſumpt.36.num.27.&
conſ.117. num 29. & in fortioribus termi-
10 nis de dictione, tunc, Rot.in rec.dec.77.num.
38.dec.134.num.1.dec.142.num.22.& ſeqq.
par.7. præcipuè, ubi non adeſt reciproca
inter primos vocatos, Seraphin.deciſ.1190.
11 num.6.non impedit reſolutionem pluralita-
tis in ſingularitatem, ut in ſpecialibus ter-
minis egregiè Bieb.dict.dec.498. num.14. &
duob.ſeqq.
12 Ipſaque dictio, Et, utpotè appoſita inter
diuerſas Perſonas non ſtat copulatiuè, ſed
reſoluitur in disiunctiuam. neque omnium
copulatorum concurſum requirit, prout in
ſpecie poſt Bart. in l.hæredes mei, §.cum ita,
n.5.ff. ad Trebell.alioſque allegatos, optimè
Rouit.conſ.77. num.10.& ſeqq. lib.1. Cyriac.
contron.536.num.18. Peregrin. de fideicomm.
art.18.num.16.circa finem, Bieb.d.deciſ.498.
num.16.
13 . Prædicta verò omnia fortiùs procedunt;
quia, cum Ferdinandus ſuperſtes Antonio
non ſit de Deſcendentibus Teſtatoris, qui ex
præſumpta voluntate, tanquàm prædilectus
poſſit excludere ſubſtitutum remotiorem,
in quo caſu pluralitas non eſt reſoluenda in
ſingularitatem, ex originali doctrina Bart.
ita limitantis, in l.hæredes mei, §.cum ita, n.9.
& ſeq. ff.ad Trebell. Io:de Anan. conſ.22. &
161.Card Mant de coniect lib 11 tit.5.nu.19.
præ cæteris, Fuſar. de ſubſtit.quæſt.473. num.
30.31.& 50.Noal.de tranſmiſſ.cap.1. n.120.
Caſtill.tom.6.controu.cap.21. num.22. Cyriac.
contron.114. num.1. apud quos cæteri alle-
gantur, Card.de Luca de fideicomm. diſc.97.
num.4.& ſeqq. Seraphin.deciſ.1190. num.4.
Rot.diuerſ.deciſ.804.num.3.par.1. quæ in hac
materia tamquàm magiſtralis circumfertur
in rec.dec.145 num.4 par.1. in qua rectè ad-
uertitur, quòd ita limitando, ſeu diſtin-
guendo concilientur Iura in l.hæredes mei,
§.cum ita ff.ad Trebell. & in l fin. Cod.de im-
pub. & alijs ſubſtit. quæ inuicem videntur
aduerſari.
14 Sed ſit idē Ferdinandus in pari gradu cū
Scipione ſubſtituto, neque exiſtat de deſcen-
dentibus Teſtatoris, ſed tranſuerſalis, ne-
que ab inteſtato ſuccederet in totum, ſed
vnà cum fratribus, fortiùs pluralitas in ſin-
gularitatem pernecesſè eſt reſoluenda, etiā
ad excluſionem Iuris accreſcendi, vel pro-
priùs non decreſcendi, Soccin.Iun.in l hære-
des mei, §.cum ita, num.38.ibique Soccin.Sen.
n.26.Soccin.Iun.n 88.Zanch.p.8. n.192. 194.
196.& 230.ff.ad Trebell. Alex.conſ.38. n.2.
lib.1.Lauren de Pin.cōſ.10.n.5.Ruin.cōſ.10.n.
14.verſ.& ſic ex præſūpta mēte, lib.2.Marzar.
conſ.14.num.6.in fin.Aymon.conſ.328. nu.33.
Pariſ.conſil 42.num.28. aſſerens, contrariam
Imolæ opinionem communi Doctorum
ſenſu reprobari, lib 2. Menoch.conſil.1062.
num 29.Peregrin.conſ.33.num.8.lib.3. Fuſar.
conſ.60.num.19. & ſeq. & de ſubſtit qu.473.
num.33.& ſeqq. vbi plures alios refert, Ven-
turin.conſ.48 num.83.Rouit conſ.77. num.11.
lib.1. vbi in ſpecie, quòd non ſufficiat eſſe
æqualem in gradu, Cyriac.contron.114. num.
16.& 55.verſ.verùm cum talis perſona, Intri-
gliol. de ſubſtit. centur.3. quæſt.48. num.19.
verſ perſona autem, Card.Mant.de coniectur.
lib.11.tit.5.num.18.& 19.Craſſ.in § ſubſtitu-
tio quæſt.79.num.16. & ſeqq. Seraphin.d.dec.
1190.num.4 verſ.neque frater Rot.in rec.dec.
257. num.11. p.5. & in ſpecialibus terminis
egregiè Bieb.dict.deciſ.498.n.10.& ſeq.
15 Præcipuè, quia inter primos vocatos non
legitur reciproca expreſſa, quæ valeat ex-
cludere ſubſtitutum, adeòut pluralitas ſit
reſoluenda in ſingularitatem, Intrigliol.de
ſubſtit.centur.3.quæſt.48.num.23.& ſeqq. Se-
raphin.dict. deciſ.1190. num.6. Rot.in recent.
dec.429 num.10.par.4. tom.2. & tacita non
16 valeat induci; niſi verba, vel coniecturæ il-
lam pernecesſè inferant, Peregrin de fidei-
comm.art.13.num.4.verſic.& in ſpecie, & n.
73.Fuſar.de ſubſtitut.quæſt.471.num.1. Rot.in
recent.dec.192.num.1.& ſeqq. par.8. & Nos
alibi latiùs, admiſſaque reſolutione plurali-
tatis in ſingularitatem, abſque dubio rema-
net excluſa reciproca inter coniunctos.
17 His omnibus accedat, quia non agitur de
diſpoſitione prohibitiua, ſed permiſſiua, quæ
fauorabiliorem recipi debet interpretatio-
nem, iuxtà theoricam Bart.in l.ſi ita quis, §.ea
lege, num.7.ff.de verb.obligat. Surd.conſ.10.
& conſ.71. vtrobique num.12. & deciſ.279.
num.11.& in ſpecie Bieb.dict. dec.498. n.12.
18 Signanter fauore matrimonij, qui in Iure
adeò eſt præcipuè contemplatus, ut condi-
tionem abſtinendi à nuptijs reijci à legato,
ſenſerint Couarr. var.lib.1. cap.19. num.10.
verſ.nam quod frequenter, Card.Mantic. de
coniectur.lib.11.tit.19.nu.11. & ſeqq. alijque
relati per Sanchez de matrim.lib.1.diſput.34.
num.2.& in præciſis terminis, optimè aduer-
tit Bieb ſæpiùs cit.dec.498.n.12. & ſeq.

Pro

conſil. 65. num. 10. verſic. at in propoſito de
verbis Teſtatoris cupiens, lib. 1.* Vel ſaltem
19 dici debent enunciatiua, ex quibus, neque
etiam reſultat fideicommiſſum, ut eſt *text.
ſingularis in l. Pater filium, 36. §. fundum* Titia-
num, ff. de legat. 3. ibi: *ita enim fiet, ut fundus
Titianus de nomine ueſtro nunquàm exeat*, ibi-
que *Bart.* & alij, *Odd. de probibit. alien. fidei-
comm. quæſt. 11. art. 5. num. 78.* Caſtill. *contrau.
lib. 2. cap. 22. num. 55. verſ. quartò denique,
Peregrin. de fideicomm. art. 14. num. 11. Gioua-
gnon. conſil. 75. num. 85. verſ. & ex ratione,
Manſ. conſult. 183. nu. 61.* & in terminis, quòd
20 ex uerbis: *cupiens* Teſtator *bona ſua non
exire de familia non cenſeatur inductum fidei-
commiſſum*, benè Caren. *reſol. 60. num. 8. verſ.
augetur prædicta, & reſolut. 61. num. 7. et 8.
Theodor.* nōnulla Iura, & auctoritates referēs,
allegat. 14. num. 8. niſi tamen ſint enunciati-
ua per modum cauſæ finalis, non autem fu-
turi euentus; in quibus terminis procedunt
contraria, de quibus diſputatione antece-
denti.

Neque merentur attendi teſtes deponen-
tes ſuper declaratione donantis, qui poſt
perfectam donationem declarauit, ſe habuiſ-
ſe animum inſtituendi fideicommiſſum in
bonis donatis: Tum, quia ijdem teſtes pa-
tiuntur notorias exceptiones in perſonis,
21 dum ſunt conſanguinei aduerſariæ, ideòque
non probant ex uulgatis: Tum etiam, quia,
quatenus probarent, illorum depoſitio nul-
lo prorſus Iure eſſe releuans; perfecta ſi qui-
22 dem donatio ex poſt facto nullum modum,
neque conditionem ſine Donatarii conſen-
ſu recipere poteſt, *l. perfecta donatio, 4. C. de
donat.* Craueтт. *conſil. 19. num. 15. Ramon. conſ.
100. num. 523. Matthienſ. lib. 5. recollect. tit. 6.
l. 11. gloſ. 3. num. 3.* latè *Caſtill. lib. 3. controu.
cap. 10. num. 4 & ſeqq. Molin. de Primog. hiſp.
lib. 1. cap. 8. num. 37. Cancer. var. part. 3. cap. 7.
de pact. n. 120.* Cutell. *de donat. tract. 1. diſc. 2.
par. 10. num. 97. verſ. & ratio eſt, de Marin.
cap. 165. num. 4. lib. 2. Roſa conſult. 59. num. 36.
& conſult. 69. num. 91. Surd. dec. 206. num. 5.
Fontanell. deciſ. 46. num. 2. Rot. in recent. deciſ.
593. num. 7. part. 5. tom. 2. & dec. 38. part. 7.*
23 Vnde confeſſio donantis poſt factam dona-
tionem non nocet, *Caſtr. conſil. 237. num. 1.
lib. 2. Buratt. deciſ. 560. num. 5.* & in ſpeciali-
24 bus terminis, quòd ſuper bonis donatis non
poſſit ex poſt facto inſtitui fideicommiſſum,
Bellon. conſ. 205. num. 10. latè *Fontanell. de
pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 5. num. 28. & ſeqq. Ca-
ren. reſol. 147. num. 7.* Tondut. *reſol. ciuil. lib. 2.
cap. 147. n. 3.*

Præ-

Præcipuè, quia, cum ex ſupra firmatis, donatio nullum contineret fideicommiſſum,
25 neque eſſet dubia, non poterat à Donante ex poſt facto declarari; eſſet enim noua diſpoſitio, quæ non poſſet fieri in præiudicium Donatarij, ab eoque cauſam habentium ex allegatis; Quid quid ſit, ſi donatio eſſet dubia, in quibus terminis procedunt auctoritates contrariæ, ſignanter *Decian. reſponſ. 7. lib. 1. num. 99. Cãcer. uar. cap. 8. de donationib. num. 180. Cutell. de donat. contemplat. matrim. tract. 2. diſc. 1. ſpecial. 31. & ſeqq. part. 9. Card. Ottbobon. dec. 119. num. 5. & ſeq.* & Nos latiùs explicauimus *diſput. 20. num. 36.*

ARGVMENTVM.

Conditiones, etiam voluntariæ adiectæ in vltimis voluntatibus, licet regulariter formam præſeferant indiuiduam ſpecificè implendam, neque de caſu ad caſum extendendam, etiam ex identitate, vel maioritate rationis: Nihilominus eſt admittendum implementũ per ęquipollens, extenſionemque patiuntur ad caſus ſimiles, quoties idem reſultat effectus à Teſtatore contemplatus, quem potiùs, quàm modum implementi conſideraſſe eſt præſumendum; Idemque aſſerendum, quoties eiuſdem Teſtatoris voluntas pinguiùs remanet impleta.

Hinc ad plures infertur caſus ſingulares, in quibus; nedum in vltimis voluntatibus; ſed etiam in contractibus, extenſio admittitur de vno caſu ad alium, ex pręſumpta, veriſimiliq; diſponẽtis volũtate.

Teſtator, ſi demandauit, quòd ab ipſo diſpoſita exequi debeant, *prout iacent*, an ex huiuſmodi verbis, vtpotè præciſis, excludatur extẽſio de caſu ad caſum, & de pluribus effectibus reſultantibus ex eiſdem verbis, tàm in ſtatutis, quàm in vltimis voluntatibus.

Dictiones taxatiuæ, *eo caſu eueniente*, vel *tunc*, *& eo caſu*, non impediunt extenſionem ad caſus ſimiles diuerſitatem rationis non habentes; quoties concurrit veriſimilis, præſumptaque voluntas diſponentis huiuſmodi extenſionem ſuadens.

SVMMARIVM.

1 *Conditio, præcipuè voluntaria, formam præſefert indiuiduam.*

2 *Conditio eſt adimplenda in forma ſpecifica.*
Declara, vt num. 35. & ſeqq.

3 *Caſus, quando eſt prouiſus per modum conditionis, potiſſimùm voluntariæ; tunc Teſtatoris voluntas videtur reſtricta ad formam ſpecificam talis conditionis.*

4 *In conditione voluntaria inſpicitur factum cõditionis à Teſtatore ex ſola eius voluntate appoſita, neque admittendus progreſſus de caſu ad caſum,* & num. 12.
Declara, vt num. 38. & ſeq.

5 *Conditio non poteſt adimpleri per ęquipollens.*
Intellige, vt num. 31. & ſeqq.

6 *Conditio non extendenda de uno caſu ad alium.*

7 *Amplia, quamuis adſit eadem, imò maior ratio, & veriſimilis, præſumptaque mens Teſtatoris.*
Declara, vt num. 31. & ſeqq.

8 *Teſtamentariæ diſpoſitiones non rationi, ſed potiùs Teſtatoris voluntati innituntur; ideòque non habet locum extenſio ex rationis identitate.*

9 *In teſtamentis pro ratione voluntatem allegamus.*

10 *In re propropria eſt pro ratione voluntas.*

11 *Vbi agitur de voluntate defuncti, non eſt opus comparatione rationis ad extenſionem faciendam.*

12 *In conditionibus voluntarijs non fit extenſio de caſu ad caſum, & attenditur nudum factum; licet adſit eadem ratio, & veriſimilis, præſumptaque mens diſponentis,* & ſup. num. 4.
De differentia inter conditionẽ neceſſariam, & voluntariam, ibid. num. 12. in fin. *& quæ nam ſit voluntaria*: ibid.
Intellige, vt num. 38. & ſeq.

13 *Dictio reſtrictiua,* hoc caſu eueniente, *excludit extenſionẽ ex rationis ſimilitudine, vel identitate; licet alioquin videatur idem effectus reſultare.*
Contrarium, n. 50.

14 *Teſtator, ſi voluit, quòd ab ipſo diſpoſita debita demandentur exequutioni,* prout iacent, *huiuſmodi verba, cum ſint omninò præciſa, quamlibet interpetrationem, extenſionemque reijciunt.*

15 *Statutum, ſi diſponat, quòd Teſtamentorũ verba intelligantur,* prout iacent, *tacita pupillaris non comprehenditur, ſub vulgari expreſſa.*

16 *Maſculinum non concipit fœmininum, filiorumque appellatione non veniunt fœminæ; ſtante ſtatuto, quòd verba teſtamentorum intelligantur,* prout iacent.

17 *Statutum, ſi diſponat, quòd teſtamentorum verba intelligantur,* prout iacent, *nepotes filiorum appellatione non veniunt.*

18 *Argumentum valet à ſtatuto ad Teſtatorem & è contrà, cum ſtatuta, vltimæque voluntates æquiparentur.*

19 *Ademptio, vtpotè odium redolens, quantùm fieri poteſt reſtringenda, neque vltra terminos, de quibus ſpecificè loquitur, extendi valet.*

20 *Extenſio non fit in òdioſis, etiam ex rationis identitate.*

21 *In materia reſtringibili non veniunt, niſi, quæ verbis exprimuntur.*

22 *Extenſio non admittenda, quando in indiuiduo vnus caſus eſt expreſſus.*

23 *Tutor datus à Teſtatore in caſu ſecundarum nuptiarum uxoris, non intelligitur datus in caſu mortis eiuſdem.*

24 *Di-*

24 *Diſpoſitio in vno caſu concepta, extendi debet ad alium omiſſum, ſimilem tamen expreſſo, eumdemque effectum habentem.*

25 *Limita, quando diſpoſitio fuit facta in vno caſu, in quo ſtricta fieri debet interpetratio; tunc enim non extenditur ad alium caſum eumdem effectum præſeferentem.*

26 *Mandatum, vt conferatur beneficium in caſu, quo vacet per reſignationem, non extenditur ad caſum, in quo vacat per mortem.*

Expenditur text. ſingularis in cap. ſuſceptum de reſcript. in 6.

27 *Ademptio fideicommiſſi non eſt præſumenda, niſi concludenter probetur, quia mutatio voluntatis, vnde debet illa prodire, non præſumitur, omniſque poſſibilis interpetratio pro illa excludenda capi debet.*

28 *Pro interpetrandis vltimis voluntatibus non debet attendi ſimplex verborum figura; ſed potiùs ſubſtantia voluntatis ipſius Teſtatoris, eiuſdemque finis, ob quem fuerit motus ad diſponendum.*

Mens magis ex cauſa, & ratione diſpoſitionis; quàm ex verbis elicitur.

29 *Nulla melior diſpoſitionis interpetratio; quàm ea quæ colligitur ex eo, quòd, ſi viueret Teſtator, aut ſi fuiſſet interrogatus, veriſimiliter fuiſſet reſponſurus.*

Adeout pro diſpoſito, & expreſſo haberi debeat, licet diſpoſitum non fuerit.

30 *Reprobatur* Berous, *aſſerens, quòd huiuſmodi argumentum, ſit fallax.*

31 *In conditionibus, etiam merè voluntarijs, appoſitis in vltimis voluntatibus, eſt admittendum implementum per æquipollens; quando veriſimile videtur, Teſtatorem potiùs effectum, quàm modum implementi conſideraſſe,* & num. ſeqq.

Forma certum, determinatumque effectum reſpiciens, poteſt adimpleri per æquipollens: ibid. & num. 33.

32 *Diſpoſitio, quoties confertur in caſum certum à Teſtatore conſideratum reſpectu alicuius effectus, tunc, licet caſus ille non eueniat, ſi tamen caſus contingat, per quem idem ſequatur effectus, diſpoſitio trahitur ad caſum euenientem, inſpecta defuncti voluntate.*

Teſtatoris prouiſio facta in vnum caſum, trahitur ad alium, in quo Teſtator ſimiliter prouidiſſet, ſi illum cogitaſſet.

33 *Forma ſpecificè dicitur impleri, quando pleniùs, pinguiùſque impletur, &* n. 36.

34 *Conditionis de implemento quoties agitur, voluntas magis, & quod principaliter intendit Teſtator, quàm verborum figura ſpectanda.*

35 *Conditio; quamuis regulare ſit, vt impleri debeat in forma ſpecifica; non autē per æquipollēs.*

Id tamen limitatur, quando ex veriſimili teſtatoris voluntate aliter videbitur.

36 *Forma in conditionibus poteſt adimpleri per æquipollens, quoties parti pinguiùs prouidetur,* & num. 33.

37 *Teſtator, ſi demandauit, poſt deficientiam ſuorum deſcendentium eligi Iuuenem, qui vxorem ducere, & filios procreare deberet; atque ita familiam renouare, ſuſtinetur electio viri in matura ætate conſtituti, qui plures filios maſculos habeat; cum ita pinguiùs impleta dici debeat Teſtatoris voluntas.*

38 *In conditione voluntaria fit extenſio de caſu ad caſum, quando Teſtator conſiderauit effectum.*

39 *Declaratur* Bart. in l. Gallus, § & quid ſi tantum ff de liber. & poſthum.

40 *Reprobatur* Caſanat. conſ. 1. num. 27. & ſeqq. *& in quo caſu ibidem exarata procedere poſſint.*

41 *Subſtitutio, & prouiſio facta in vnum caſum, extenditur ad alium ex præſumpta, veriſimilique Teſtatoris voluntate.*

In quo caſu contraria procedant: ibidem.

42 *Diuerſitas caſuum dici non poteſt; ſed potiùs identitas, vbi ex diuerſis caſibus, idem prorſus reſultat effectus.*

43 *Caſus dici nequit omiſſus ille, ex cuius euentu, ita voluntas Teſtatoris verificatur; quemadmodùm ex euentu caſus expreſſi.*

44 *Subſtitutio ſub conditione, ſi filius inſtitutus efficiatur Presbiter; purificatur, ſi decedat ſine filijs.*

Expenditur contraria ſententia, quæ declaratur.

45 *Legato annuo relicto ſub conditione, quòd legatarius in domo vxoris ipſius Teſtatoris habitet, eique obſequia præſtare cogatur; illud debetur, quamuis legatarius extra domum mulieris agat incolatum; ſi tamen eidem obſequia præſtare ſit paratus.*

46 *Diſpoſitio facta à matre, in caſu, quo eius filij ſui iuris effecti fuerint per mortem Patris, extenditur ad caſum emancipationis.*

47 *In contractibus quid quid reperitur omiſſum, habetur pro omiſſo, idcòque non fit extenſio de caſu ad caſum, de tempore ad tempus, neque de re ad rem, etiam ſi maior militet ratio.*

48 *Conditio appoſita in contractu ſi à ſuperioribus fuerit remotus, non extenditur ad caſum mortis.*

49 *Id tamen non procedit, quando mors eumdem prorſus produceret effectum, quem produeis remotio.*

50 *Dictio, eo caſu eueniente, non excludit extenſionem ad caſus ſimiles, quoties concurrit, præſumpta, & veriſimilis mens diſponentis.*

Niſi tamen fuerit dictum, eo caſu tantùm, & non aliter: ibid.

51 *Forma præſcripta à lege, vel ſtatuto, ſufficit, quòd per æquipollens impleatur.*

CAPVT XXV.

CVM Bartholomeus Spataſora inſtituerit fideicommiſſum perpetuum, & reciprocum, inter omnes deſcendentes maſculos, ex linea Antonij, & Petri eius fratrum, quibus, ſine liberis maſculis decedentibus, in dimidio ſuæ hereditatis aſſe ſubſtituerit deſcendentes maſculos ex linea Vrſulæ ſuæ ſororis, ſuorumque deſcendentium maſculorum in infinitum.

Pro alia verò medietate deſcendentes maſculos, ex linea Pomponij Spataſora Agnati remotioris; hac ſpecifica adiecta conditione, his verbis expreſſa, ibi: *Sub hac tamen conditione, quòd, ſi eueniat fortaſsè caſus, ut in lineam Pomponij, ut ſupra, proximè ſubſtitutā, perueniat fideicommiſſum ordinatum à clar. mem. Io: Hieronymo Spataſora Propatruo eiuſ-*

dem

Digitized by Google

dem Teſtatoris in dimidio aſſe ſuæ hæreditatis; hoc, inquam, caſu eueniente, huiuſmodi ſubſtitutio, ut ſuprà facta fauore deſcendentium, ex linea maſculina eiuſdem Pomponij, perindè habeatur, ac ſi omninò facta non fuiſſet, eademque portio ſua hæreditatis accreſcere debeat fauore deſcendentium ex linea maſculina dictæ Vrſulæ ſuæ ſororis: Volens ulterius dictus Teſtator, *quòd omnia, & ſingula in præſenti teſtamento ab ipſo hucuſque diſpoſita, & in futurum diſponenda debitæ exequutioni demandentur, prout iacent.*

Cumque omninò defecerit linea maſculina Antonij, & Petri; factuſque fuerit locus ſubſtitutioni fauore deſcendentium maſculorum ex linea Vrſulæ, & Pomponij: Inter hos exorta controuerſia ſuper ſucceſſione ad huiuſmodi fideicommiſſum, illaque in me, & b.m. Aduocatum Dominicum Stanghellinum virum ſummi, alacriſque ingenij, tamquàm Arbitros compromiſſa.

Ex parte Propertij, & Cæſaris de Vitale deſcendentium ex linea Vrſulæ, vnica obijciebatur exceptio, ad quam fuit reſtricta tota diſputatio pro excludendo Dominico Spatafora ex linea Pomponii deſcendente, á portione fideicommiſſi per eumdem prætenſa, quód, ſcilicet, eius ſubſtitutio, modo quò ſupra concepta, fuerit omninò conditionalis. Cumque iam euenerit caſus, quód Dominicus, nedum dimidiam partem hæreditatis quondam Io: Hieronymi Spatafora; ſed integrum aſſem hæreditarium ſatis opulentum in redditu ſcutorum bis mille fuerit conſequutus: Meritó á portione fideicommiſſaria videatur omninò excludendus; eademque accreſcere debeat Propertio, & Cæſari, tamquàm ex deſcendentibus ex linea Vrſulæ, iuxtà apertiſſimam conditionem á Teſtatore adiectam, quæ ex infrà firmandis rectè potuit per æquipollens, imò pinguiùs adimpleri.

E conuersò autem huiuſmodi obiecto, locum non eſſe Dominicus contendebat, quia ad ipſum non peruenit hæreditas Io: Hieronymi Spatafora in vim fideicommiſſi, quòd per ſententiam, quæ in judicatum tranſijt, fuit declaratum in cauſam caduci incidiſſe; ſed potiùs ex alijs titulis; potiſſimùm ex ſucceſſione ab inteſtato; ideòque huiuſmodi conditione nullo prorſus Iure aduerſante, ſit omninò admittendus ad fideicommiſſi ſucceſſionem.

Super huiuſmodi controuerſia cum fuerit hinc indè diſceptatum; infraſcriptæ concluſiones in diſputationibus habitis fuerunt in medium adductæ, & ex illis pleræque ab Arbitris in motiuis excitatæ; licet poſtmodum controuerſiæ tranſactio finem indixerit, etiã ipſiſmet Arbitris conſulentibus. Tum quia res agebatur inter ſanguine coniunctos; Tum etiam, quia articulus, de quo diſceptabatur, fuit viſus valdè ambiguus ex proximè hinc indè allegandis.

1 Pro Dominico partes Actoris ſubſtinente, potiſſimùm expendebatur; quód, cum conditio, præcipuè voluntaria, qualis eſt illa, de qua in præſenti agitur, formam præſeferat indiuiduam, iuxtà monitum *Bald. in Authent. Matri, & Auiæ, Cod. quando mal. intel. off. fung. poſſ. Surd. conſil. 189. num. 18. Io: Franc. de Pont. conſ. 5. num. 56. lib. 1. Tiraq. de retract. conuent. §. 2. gloſ. 1. num. 4. Hodiern. ad Surd. dec. 68. num. 14. Afflict. dec. 355. num. 5. Epiſcop. Sperell. deciſ. 151. num. 7. lib. 2.* Illa
2 pernecesſè ſpecificè debeat impleri, *l. Mauius, l. qui hæredi, §. fin. ff. de cond. & demonſtr. Bart. in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, num. 3.* ibique ſcribentes, ſignanter *Aquilin. num. 9. & tribus ſeqq. & num. 13. 14. & 17. ff. de lib. & poſth.* benè *Fab. de Auna conſil. 84. nu. 31.*
3 affirmans; quód, quando caſus eſt prouiſus per modum conditionis, potiſſimùm voluntariæ; tunc Teſtatoris voluntas videatur reſtricta ad formam ſpecificam talis conditionis, *Io: Franc. de Ponte dict. conſil. 5. num. 56. lib. 1.* Ruin. *conſ. 131. num. 14. lib. 2. & conſ. 4. num. 5. lib. 3. Ancharan. conſ. 265. col. 2. verſic. tertiò hoc probatur, Pariſ. conſ. 89. num. 19. lib. 2. & conſ. 63. num. 11. lib. 3. Fuſar. conſil. 195. num. 39. & ſeq.* Gratian. *cap. 27 num. 4. & ſeq. Caſtill. lib. 4. controu. cap. 15. num. 55. &*
4 *ſeqq.* aſſerens, quòd in conditione voluntaria inſpiciatur factum conditionis à Teſtatore ex ſola eius voluntate appoſitę; neque de caſu ad caſum admittatur progreſſus, *Caren. reſol. 181. num. 4. Roſa conſult. 41. num. 10. & ſeq. Rouit. deciſ. 53. num. 2. & ſeq. Fontanell. dec. 249. n. 6. lib. 1.*

5 Adeóut non ſit admittendum implementum per æquipollens, *Alex. conſ. 5. num. 3. & ſeq. lib. 7.* Ruin. *conſ. 17. num. 3. lib. 3. Becc. conſil. 41. num. 7. Galganet. de condit. & demonſtr. cap. 1. qu. 41. num. 2.*

6 Neque extendi valeat de vno caſu ad aliũ, *Bart. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, n. 27.* ibique *Iaſ. num. eodem,* Ruin. *n. 16.* Crot. *nu. 40. Galiaul. num. 27. ff. de lib. & poſthum. Dec. conſ. 11. num. 19. Curt.* Inn. *conſil. 89. num. 6. Peregr. conſ. 36. num. 28. verſ. ſolutio, lib. 3. Sim. de Petr. de interp. ult. volunt. lib. 2. interp. 3. dub. 1. ſolut. 3. num. 55.*

7 Quamuis adſit eadem, imò maior ratio, & veriſimilis, preſumptaque voluntas diſponentis, *Fuſar. conſ. 195. num 39. Caſanat.* plures referens, *conſ. 4. num. 44. & ſeqq. Oſaſch. conſil. 74. num. 25. Galganet. de condit. & demonſtr. par. 2. cap. 1. quæſt. 41. num. 1. & ſeq. Caſtill. lib. 4. controu. cap. 15. num. 52. & ſeq. et & num. 56. Roſa d. conſult. 41. n. 11. verſ. etiam ſi eadem.*

8 Pręcipuè in Teſtamentis, in quibus regu-

lare

lare eſt, vt non vindicet ſibi locum extenſio
ex rationis identitate, cum frequenter te-
ſtamentarię diſpoſitiones, non rationi, ſed
potiùs Teſtatoris voluntati innitantur, *l. cũ
quidam in fin.* ibi: *quia, & hoc voluit* Teſtator,
Cod. de neceſſar. ſeru. hęred inſtit. & pro ratio-
9 ne voluntatem allegamus, *Angel. in l. 3. C. de*
10 *inſtit. & ſubſtit.* & in re propria eſt pro ra-
tione voluntas, *Bart. in l. dotem, ff. ſolut. ma-
trim.*

11 Ideòque, ubi agitur de voluntate defuncti,
non eſt opus comparatione rationis ad ex-
tenſionem faciendam; prout rectè arguit
*Fab. de Anna dict. conſil. 84. num. 27. Gabr.
conſil. 111. num. 10. lib. 1.* vbi dicit commu-
nem, *Peregrin. conſil. 36. num. 28. lib. 3.* & in
proximis terminis *Fuſar. dict. conſil. 195. nu.
39. & ſeq.* vbi, quòd in conditionibus vo-
12 luntarijs non fiat extenſio de caſu ad caſum,
& attendatur nudum factum; licet adſit ea-
dem ratio, & veriſimilis, pręſumptaque mẽs
diſponentis, *Caren. reſol. 181. num. 5.* alijſque
congeſtis, latè R*amon. conſ. 100. num. 175* &
latiùs *conſ. 28. num. 15. & ſeq.* hoc aſſignans
diſcrimen inter conditiones neceſſarias, &
voluntarias, quòd in neceſſarijs Teſtator
magis effectum conſiderauit, quàm modum;
in voluntarijs verò ſecus, eaſque dixit eſſe
voluntarias conditiones, quas Teſtator li-
berè potuit adijcere, amouere, & alterare.

13 Ponderâta potiſſimùm dictione reſtricti-
ua, ibi: *Hoc caſu eueniente*; tunc enim non
eſt admittenda extenſio ex rationis ſimilitu-
dine, vel identitate; licet alioquin idem re-
ſultet effectus, *Barboſ. in l. qui dotem, n. 96. ff.
ſolut. matrim. Bald. conſil. 57. n. 2. lib. 2. Roman.
conſ. 131. & 138. Ancharan. conſ. 357. col. 3.
Dec. conſ. 63. num. 3. Alciat. conſ. 492. num. 24.*
R*imin. Iun. conſ. 291. num. 61. Cephal. conſil.
649. num. 48. Decian. cõſ. 2. num. 24. & ſeq. lib.
2. Menoch. conſ. 326. num. 16. & conſ. 243. nu.
25. & ſeqq.* vbi dicit omnes tenere, quód nõ
fiat extenſio, quãdo verba ſunt reſtrictiua, li-
cet inter ſe diſſentiant, quæ ſint verba reſtri-
ctiua, *Bero. conſ. 99. num. 13. lib. 2. Præt. conſil.
42. num. 28. Gabr. conſil. 111. num. 14. lib. 1. Ca-
ſanat. conſ. 4. num. 129. Sim. de Petr. de interp.
vlt. volunt. lib. 2. interp. 3. dub. 1. ſolut. 3. n. 151.
Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 3. tit. 19.
num. 11. verſ. tertiò verò*, alijſque allegatis,
*Fuſar. conſ. 195. n. 44. & de ſubſtit. q. 460. num.
10. Caualcan. dec. 81. n. 15. p. 3.*

Et in ſpecie dictionis, *hoc caſu eueniente*,
vel *tunc, & eo caſu*, *Cranett. conſ. 98. num. 8.
Pariſ. conſ. 86. num. 36. lib. 2. Cephal. conſ. 312.
num. 83. Petr. de interp. vltim. volunt. fol. 234.
num. 20. & 330. nu. 87. Fuſar. conſ. 195. n. 45.
Oſaſch. conſ. 74. n. 26. Caſanat. conſ. 4. num. 129.
Decian. conſ. 2. n. 25. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 291.
n. 61. Roſa conſultat. 41. n. 12.*

14 Multòque magis, quia Teſtator uoluit,
quòd ab ipſo diſpoſita debitę exequutioni
demandentur, *prout iacent*, quę uerba, cum
ſint omninò pręciſa, quamlibet interpetra-
tionem, extenſionemque excludunt; prout in
ſpecie *Fuſar. conſil. 195. num. 46. Sim. de Petr.
de interp. vltim. volunt. fol. 326. num. 38.* re-
ctèque conferunt per eumdem *Fuſar.* firmata
de ſubſtit. quaſt. 31. n. 91. & q. 460. n. 14.

15 Prout in ſimili; ſi adſit ſtatutum, quòd Te-
ſtamentorum verba intelligantur, *prout ia-
cent*, tacita pupillaris ſub uulgari expreſſa,
non continetur, iuxta ſingulare monitum
*Bald. in l. precibus, num. 15. Cod. de impub. &
alijs ſubſt. Soccin. Sen. in l. 1. num. 39.* ibique
Alciat. num. 143. ff. de vulg. vbi teſtatur de
communi, *Iaſ. in l. quamuis, num. 7.* ibique
*Dec. num. 3. Cod. de impub. & alijs ſubſtit. Ro-
land. conſ. 62. num. 37. & conſ. 51. nu. 19. lib. 3.
Menoch. conſ. 215. nu. 17. Vaſq. de ſucceſſ. pro-
greſſ. lib. 2. §. 11. num. 19. Craſſ. in § ſubſtitutio,
quaſt. 11. num. 9. Fuſar. conſ. 195. num. 47.
Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 5. tit. 14. nu.
26. & ſeqq.* ubi dicit communem.

16 Sicuti etiam maſculinum non concipit
fœmininum; filiorumque appellatione non
ueniunt fœminę, ſtante ſtatuto, quòd Teſta-
mentorum uerba intelligantur, *prout iacent*,
*Iaſ. in l. qui filiabus, num. 14. ff. de legat. 1. Ru-
ſtic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 10. num. 19. Fu-
ſar. conſil. 195. num. 48. Gabr. de verb. ſignific.
concluſ. 6. num. 122. Menoch. lib. 4. præſumpt.
84. num. 22. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt.
lib. 8. tit. 17. n. 1.*

17 Prout etiam, ſtante dicto ſtatuto, nepotes
filiorum appellatione non ueniunt, ut poſt
Alex. & Bero. ſcribit *Menoch. conſil. 215. nu.
15. & ſeq. & conſil. 347. num. 3. verſ. ſecundò,
& lib. 4. præſumpt. 94. num. 15. Sim. de Petr.
de interp. vlt. volunt. fol. 326. n. 38. Fuſar. dict.
conſ. 195. n. 51.*

18 Omnia uerò prædicta ſuperiori loco fir-
mata de ſtatuto, procedunt, etiam in Teſta-
mentis, cum ualidiſſimum ſit argumentum
à ſtatuto ad Teſtatorem, & è contrà, *Bart.
in l. 1. Cod. de his, quib. ut indign. & in l. omniũ,
Cod. de Teſtam. Bald. in l. pen. Cod. de verb. ſi-
gnific. Soccin. Iun. conſil. 12. num. 9. lib. 4. Ro-
man. conſil. 299. nu. 4. verſic. quartò probatur*,
ubi, quòd ſtatutum, & ultima uoluntas ęqui-
parentur, *Alex. conſil. 97. ſub num. 3. circà fin.
verſic. ita nec pœna poſita à ſtatuto, Rimin. con-
ſil. 632. num. 9. lib. 5. Curt. Iun. conſ. 5. num. 18.
Facchin. conſil. 35. num. 11. Menoch. conſ. 496.
num. 28. & ſeq. Morot. conſil. 97. in fin. Altogr.
conſil. 86. num. 26. lib. 1. Cancer. var. par. 1.
cap. 24. num. 24. Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 366. n.
3. & conſil. 72. num. 4. Card. Mantic. de coniect.
vlt. volunt. lib. 6. tit. 7. num. 5. Euerard. in cent.
in loco leg. ad teſtam. & in loco ab ultim. uo-
lunt. ad leg. uel ſtatut. Cyriac. controuerſ. 451.
num. 74.*

19 Cę-

19 Cæterùm prædicta omnia eò libentiùs ad-
mittenda, quia agitur de ademptione fidei-
commiſſi, quæ vtpotè odium redolens, quan-
tùm fieri poteſt reſtringi debet, neque vltrà
terminos, de quibus expreſsè loquitur, ex-
tendi valet, *l.3. §.in duob. ff.de adim.legat. l.
cum quidam, ff.de lib.& poſthum. Alex.conſ.
169.num.3.lib.5.Oldrad.conſ.16.Roland.conſ.
31.num.2.& ſeqq.lib.4.Menoch.conſ.243. nu.
5. & ſeq. & lib.4.præſumpt.167.num.1. Pe-
regr.de fideicom. art.18.num.29.verſ. & quia
in hac materia, Card.de Luca de legat.diſc.56.
num.5.Ludouiſ.dec.236.num.11.Dunozet.Iun.
dec.579. num.1. & ſeqq.*
20 Idque eſt regulare in qualibet materia, vt
extenſio non fiat in odioſis, etiam ſi rationis
concurrat identitas, *l.fin.Cod.de interd.matr.
Crauett.conſ.173.n.3.& 15.* ubi poſt *Oldrad.
conſ.185. col.1.* aduertit, quòd in materia
21 ſuaptè natura reſtringibili, non veniant, ni-
ſi, quæ verbis exprimuntur, *Fab.de Anu.conſ.
84.num.16.* Quinimò, quando vnus caſus in
22 indiuiduo reperitur expreſſus, non fit exten-
ſio, *Ang.in l.1.§.1.& in l.Pater filium, ff. de
vulg.& pupill.Socein.Iun.conſ.640.col fin.lib.
1.Alex. conſ.1. num.15. verſ. & poſito, lib.1.
Fab.de Anna d.conſ.84.num.17.& per tot.* fir-
23 mans, quòd Tutor datus à Teſtatore in caſu
ſecundarum nuptiarum Vxoris, non intelli-
gatur datus in caſu mortis eiuſdem Vxoris.
24 Licet enim diſpoſitio in vno caſu conce-
pta, extendi debeat ad alium omiſſum, ſimi-
lem, tamen expreſſo, eumdemque effectum
habentem, *l.fin.in fin. ff.mandat.* traditque
*Bart.in l.Gallus, §.& quid ſi tantùm, num.3.
verſ.primo caſu, aut caſus omiſſus,* quem ibi
DD.ſequuntur.
25 Nihilominus iuxtà ſententiam *Bald.* ibi-
dem *col.2.* hoc ſibi locum non vindicat, quã-
do diſpoſitio legitur facta in uno caſu, in
quo ſtricta fieri debet interpetratio; tunc
enim non extenditur ad alium caſum eum-
dem effectum præſeferentem per *text.* valdè
ſingularem; quem idem *Bald.* ibidem allegat,
in *cap.ſuſceptum de reſcript.in 6.* in quo ſanci-
26 tum reperitur, quòd mandatum, ut confe-
ratur beneficium per reſignationem, non
extendatur ad caſum, in quo vacet per mor-
tem, quem refert, & ſequitur *Fab. de Anna
d.conſ.84.n.3.& duob.ſeqq.*
27 Vlteriùs eadem fideicommiſſi ademptio
non eſt præſumenda, niſi concludenter pro-
betur; mutatio enim voluntatis, ex qua de-
bet illa prodire, non præſumitur, *l.3.§.in
duobus, ff.de adim.legat. Bald.in l.ſi pluribus,
num.1.ff.de legat.1. Alex.conſ.169.num.4. &
8.lib.5 Menoch.lib.4. præſumpt.167. num.1.
Cardin.Mantic.de coniect. vlt.volunt. lib.12.
tit.2.num.2.Fontanell.dec.539. num.3. Ludo-
uiſ. dec.236. num.11.* omniſque poſſibilis in-
terpetratio pro illa excludenda capi debet,
*Crauett.conſ.570.in fin.Caball.conſ.72.nu.17.
& ſeqq.lib.2. Card.Mant.de coniect. vlt.vol.
lib.7.tit.1.nu.37.Card.de Luca de legat.diſc.
56.n.5.*
His igitur firmatis, contendebat Domi-
nicus, quòd, cum ademptio fideicommiſſi
fuerit á Teſtatore demandata ſub conditio-
ne euenientis caſus, quòd dimidia pars hæ-
reditatis quondam Io: Hieronymi ad eum-
dem Dominicum perueniret in vim fideicõ-
miſſi ab eodẽ Io: Hieronymo inſtituti, quòd-
que ab eodem Teſtatore diſpoſita ſeruari de-
beant, ***prout iacent***; Cumque eadem condi-
tio non euenerit, dum hæreditas eiuſdem Io:
Hieronymi ad ipſum Dominicum peruene-
rit non ex cauſa fideicommiſſi per rem iudi-
catam declarati caduci; ſed ex alijs titulis
omninò diuerſis, meritò prædicta conditio
fideicommiſſi ademptiua non poſſit extendi
ad prædictum caſum penitus diuerſum, qui
iam euenerat.
Qui veró tuebantur Iura Propertij, & Cę-
ſaris de Vitale ex linea Vrſulæ deſcenden-
tium ad excludendum Dominicum Spatafo-
ra, præmittendam eſſe exiſtimabant recę-
ptam communi ſenſu Doctorum concluſio-
28 nem, quòd pro ultimis interpetrandis vo-
luntatibus attendi non debeat ſimplex ver-
borum cortex, & figura; ſed potiùs ſubſtan-
tia uoluntatis ipſius diſponentis, eiuſdemq;
finis, ob quem fuerit motus ad diſponẽdum,
l.Pater Seuerinam, §.conditionum verba, cum
ibi notatis, *ff.de condit. & demonſtrat. Corn.
conſil.124.Crauett.conſil.869.nu.5.* ubi, quòd
mens, magis, ex cauſa, & ratione diſpoſitio-
nis, quám ex uerbis eliciatur, *Card. Mantic.
de coniect.vlt.volunt.lib.11.tit.16. num.3. &
lib.3. cap.3. num.9.* latè ad plura inferens,
Caſtill.cõtrou.Iur.lib.4.cap.25.n.36.& ſeqq.
29 Nullaq; melior ſit diſpoſitionis interpetra-
tio, quàm ea, quæ deprehenditur ex eo, quòd
ſi uiueret Teſtator, aut ſi fuiſſet interroga-
tus, uериſimiliter fuiſſet reſponſurus; adeòut
pro diſpoſito, & expreſſo haberi debeat, li-
cet diſpoſitum adhuc non fuerit, *l.tale pa-
ctum, §.fin.* ibique celebris *gloſ. ff. de pact.*
quam *Iaſ.*ibidem aduertit, & extollit, *l.Ti-
tius, §.Lucius, ff.de liber.& poſthum.l.Barba-
rius, verſ.ſed ſi ſciuiſſet,* ubi, prę cæteris, *Bald.
not.1.ff.de offic.Prætor. l.fin.* iuxtà intellectũ
Bart. Alex. & aliorum, *Cod.de poſth.hæred.
inſtit.l.generaliter, §.cum autem,* Cod.*de in-
ſtit.& ſubſtit.*latè *Burg.de Pax. conſil.34.nu.
29.& ſeq.Hyppol.Rimin.conſil.244. num.34.
44.& 309.lib.3. Menoch. conſ.173. num.66.
lib.2.Surd.conſ.44.num.4.& conſ.112.n.100.
lib.1. & conſ.443. num.24. lib.3.& deciſ.37.
num.30.& deciſ.202.num.3. Honded.conſ.57.
num.3.& 35.& conſ.64.num.32.lib.2. Gabr.
conſil.111.num.15 lib.1. Io:Franc. de Ponte
conſil.40.num.10.lib.1. Tiraq.in l.ſi unquàm*

in præfat. num.56. Cod. de reuoc. donat. Molin.
de Hyſp. primog. lib.1. cap.4. num.24. & cap.
13. num.96. Paſchal. de patr. poteſt. par.1. cap.
9. num.46. Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib.3.
tit.2. num.7. & tit.19. num.4. 5. & 6. Peregr.
de fideicommiſſ. art.11. num.32. Sim. de Petr.
de interp. vlt. volunt. lib.3. dub.4. ſol.1. num.
77. & ſeq. Caſtill. contron. Iur. lib.4. cap.25. nu.
39 & latiùs *cap.12. num.1. & ſeqq. Franch.*
decif.91. num.24. Vin. decif.284. lib.2. Quid-
30 quid in contrarium, quòd huiuſmodi argu-
mentum ſit fallax, & de eo non ſit curandũ,
non rectè dixerint *Bero. conſ.63. num.36. &*
conſ.99 num.13. lib.2. Honded. conſ.60. nu.87.
lib.1. Fab. de Anna conſ.84. num.29. Caren. re-
ſolut.60. n.14.

Quibus præmiſſis; cum ſatis veriſimile
videatur á Teſtatore fideicommittente, non
aliam ob cauſam prædictam conditionem
fideicommiſſi ademptiuam fuiſſe appoſitam,
eueniente caſu, quòd portio hæreditatis Io:
Hieronymi in lineam Pomponij peruenerit
vigore fideicommiſſi ab eodem Io: Hierony-
mo inſtituti, niſi quia prudens Teſtator exi-
ſtimauerit, hoc modo eamdem Pomponij li-
neam ſatis, ſuperque remanere prouiſam;
atque adeò conſulere voluerit proximiori-
bus ex linea Vrſulæ ſuæ ſororis, tamquàm
magis dilectis; ad cuius fauorem voluit,
quòd integrum accreſceret fideicommiſſum.

31 Hinc reſultat receptiſſima cõcluſio; quòd,
etiam in conditionibus merè voluntarijs, ſit
admittendum implementum per æquipol-
lens; quando veriſimile videtur, Teſtatorem
potiùs effectum, quàm modum implementi
conſideraſſe; quòdque in hoc caſu, etiam
forma certum, determinatumque reſpiciens
effectum, poſſit per æquipollens adimpleri;
prout argum. Iurium in *l. quoties, 4. §. ſi quis*
nomen, ff. de hæred. inſtit. l. ſi mater, Cod. de in-
ſtit. & ſubſtit. l. mulier, 22. in princip. ff. ad Tre-
bell. & l.3. Cod. de inſtit. & ſubſtit. ex mente
Bart. aduertit *Soccin. Sen. in l. Gallus, §. &*
quid ſi tantùm, num.6. ff. de lib. & poſth. ibique
Galiaul. num.3. Soccin. Iun. num.61. egregiè,
præ cæteris, *Bolognett. à nu.89. vſque ad 120.*
optima expendens Iura, benè *Alciat. lib.3.*
de verb. ſignif. à num.24. vſque ad 29. Gallin.
eodem titulo, lib.9. cap.18. Soccin. Iun. conſ.
90. num.27. & conſil.106. num.23. lib.1. &
conſ.181. num.50. lib.2. Ruin. conſil.89. nu.5.
lib.4. Dec. conſ.227. num.12. verſ. non obſtat,
Alex. conſ.100. num.8. lib.4. Pariſ. conſ.20.
num.41. lib.3. Rimin. Iun. conſ.37. num.21. Tur-
rett. conſ.36. num.33. lib.3. Pacian. conſil.23.
num.54. Sebiurf. conſil.81. ante num.1. Declan.
conſ.1. ſub num.160. lib.1. Fuſar. conſ.50. num.
11. & 13. verſ. non obſtat tertium, Gomean. cõſ.
impreſſ. poſt dec. Theſaur. 270. num.28. 29. &
31. egregiè præ cæteris, videndus *Peregr. de*
32 *fideicomm. art.11. num.46.* ſatis appoſitè ad
rem, de qua eſt ſermo, aduertens; quòd, quo-
ties diſpoſitio confertur in caſum certum
á Teſtatore conſideratum reſpectu alicuius
effectus; tunc, licet caſus ille non eueniat; ſi
tamen caſus contingat, per quem idem ſe-
quatur effectus, diſpoſitio ſit trahenda ad
caſum euenientem, inſpecta defuncti volun-
tate; quòdque Teſtatoris prouiſio facta in
vnum caſum trahatur ad alium, in quo Te-
ſtator ſimiliter prouidiſſet; ſi illum ſpecificè
cogitaſſet; idem *Peregrin. conſil.51. num.17.*
lib.5. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt.
lib.11. tit.16. num.4. Menoch. præſumpt.184.
num.6. & ſeqq. lib.4. Cyriac. contrau.478. nu.
85. & 90. & controu.687. num.32. vbi, quòd
33 forma ſpecificè dicatur impleri, quando
pleniùs, pinguiùſque impletur, & *num.34.*
Caſtill. lib.2. controu. cap.11. num.22. & ſeqq.
& meliùs, ac latiùs pluribus alijs congeſtis,
lib.4. cap.15. num.57. 58. & ſeqq. firmans,
34 quòd, quoties de implemento conditionis
agitur, voluntas magis, & quod principali-
ter intendit teſtator, quàm verborum figu-
ra ſpectari debeat, *Salgad. in labyr. credit. p.1.*
cap. fin. num.137. verſ. idem, & de conditione,
& de Reg. protect. par.2. cap.13. num.246. Co-
uarr. Var. part.1. cap.1. ſub num.64. & ſeqq.
optimè *Paſchal. de patr. poteſt. par.1. cap.9.*
num.45. & ſeqq. benè *Cancer. var. reſolut. p.1.*
cap.1. ſub num.64. verſ. ſed tamen, & ſeqq. Pa-
riſ. de reſignat. tom.2. lib.11. quæſt.13. num.32.
Ioſeph Vela diſſert.21. nu.43. & ſeq. latè *Rot.*
Bonon. conſ. vnic. poſt decif. Barz. *à num.129.*
vſque ad 180. præcipuè *num.139. & ſeq. &*
num.180. benè *Capyc. Latr. conſult.76. nu.13.*
& 27. lib.2. Card. de Luca de fideicomm. diſc.
45. num.4. & ſeqq. & diſc.33. num.21. & de
Regal. diſc.13. num.4. Eruditus *Rodoer. conſil.*
18. num.10. 11. & ſeq. rectè aduertens, quòd
attendatur ſimplex implementum conditio-
nis, non modus implementi, & *num.14. &*
ſeqq. ubi, quòd in hoc caſu limitetur conclu-
ſio, ut conditio ſit adimplenda in forma
ſpecifica, & in caſu á Teſtatore præuiſo;
quia poteſt adimpleri per æquipollens, ſi ta-
men idem ſequatur effectus ex hoc æquipol-
lenti implemento.

35 Et deciſum, præ cæteris, teſtantur *Capyc.*
Latr. dec.118. nu.19. & ſeqq. lib.1. ubi, quòd,
quamuis regulare ſit, ut conditio debeat im-
pleri in forma ſpecifica, non autem per
æquipollens; id tamen limitationem patia-
tur; quando ex veriſimili mente Teſtatoris
alitèr videbitur, *Leo dec. Valent. 108. num.13.*
Larrea decif. Granat. 78. num.7. Epiſc. Sperell.
decif.152. num.72. lib.2. Fontanell. decif. Ca-
36 *thal. 440. num.21. lib.2.* ubi, quòd in condi-
tionibus poſſit forma adimpleri per æqui-
pollens; quoties parti pinguiùs prouidetur,
& pluries firmauit *Rota*, præcipuè coram
Puteo dec.488. num.7. lib.2. in correct. Cardin.

Se-

Seraphin.deciſ.589.num.9.& 11.Duran.deciſ.
40. num.56 & ſeq. Bich. deciſ.196. num.14.
Dunozett Iun.dec.417.nu.7.lib.2. in proximis
37 terminis ſingulariter referẽs deciſum, quód
ſi demandauerit Teſtator, poſt deficientiam
ſuorum deſcendentium eligi Iuuenem, qui
Vxorem ducere, filioſque procreare debe-
ret; atque ita familiam renouare, ſubſtinea-
tur electio uiri in prouecta, maturaque ætа-
te conſtituti, qui plures filios maſculos iam
habebat, cum ita pinguiùs impleta dici de-
beat Teſtatoris uoluntas.

38 Idque, etiam procedit in conditione uo-
luntaria, in qua ſit extenſio de caſu ad ca-
ſum, quando Teſtator conſiderauit effectũ,
Bart.in l.1.col.11.Cod.de condit.inſtit. Caſtr.
in l.ſi mater, ibique Dec. num.2. Cod.de inſtit.
& ſubſtit. Socein.Sen.in l.Gallus, §.et quid ſi
tantùm, num.6.ibique Fortun.Garz. num.265.
ff.de liber.& poſt. Alciat.in l.3. num.24. ff.de
verbor.ſignif.et conſ.50.num.6.lib.9. Dec.con-
ſil.227.in fin.Ruſtic.conſil.1. nu.70. poſt tract.
de fil in condit.poſit. Decian. conſ.1. num.8. et
ſeqq.et num.142.lib.1. Cephal. conſil.107. nu.
14.lib.1.et conſ.166.num.49.et ſeqq.lib.2.Me-
noch.conſil.432.num.24.et ſeqq. lib.4 et præ-
ſump.185.n.26.31.et ſeqq.lib.4.Trẽtacinq.de
ſubſtit.p 1 cap.1.n.40.Peregr conſ.51. nu.17.
lib.5.et de fideic.art.11.n.46. Fuſar.conſ.25.
num.39.& de ſubſtit.q.460.num.7. verſ.declara-
tur ſecundò,ubi plures alij allegãtur, Paſchal.
de patr.poteſt.part.1.cap.9.num 45. & ſeqq.Co-
uarr.pract.cap.39.num.7. Caſtill. lib.4. contron.
cap.15. num.57. Card.Mantic. de coniect.vltim.
volunt.lib.11.tit.16.num.4.Rodoer.d.conſ.18.nu.
14. & ſeq. latèque, præ ceteris, comprobat
Bolognet.in d.l.Gallus,§.& quid ſi tantùm,num.
120. & ſeqq. ff. de liber. & poſth. rectè ani-
39 maduertens,quòd cõcluſio ibidem per Bart.
firmata tantùmmodò deſeruiat pro quadam
præſumptione, ut diſponens præſumatur co-
gitaſſe de forma in conditione voluntaria;
Nihilominus ſi ex cõiecturis apparear,quòd
cogitauerit de effectu, & non de forma,fieri
debeat extenſio ad caſus ſimiles eumdem ha-
bentes effectum, idemque repetit num.89. &
ſeq. & num.86. expendit plura iura, quibus
hæc concluſio mirificè comprobatur.

40 Neque merentur attendi in contrarium
exarata per Caſanat.conſ.1. num.27. & ſeqq.
cuius doctrinam eſſe periculoſam, benè ad-
uertit Caſtill. lib.4. contron. cap.15. num.57.
propè fin. verſ.Ludouici antem Caſanatæ, quæ
ſolùm procedere poteſt; quoties verba om-
ninò deficiunt, voluntatiq; diſponentis aper-
tè aduerſantur, quò ad extenſionem facien-
dam, in quibus terminis loquuntur pleræq;
auctoritates per eumdem Caſanat. allegatæ,
prout admittit Carena reſolut.181. num.11.
& ſeq.

41 Idemque aſſerendum in ſubſtitutionibus;
cum regulare ſit, ut ſubſtitutio, & prouiſio
facta in vnum caſum, extendatur ad alium
ex præſumpta, veriſimilique Teſtatoris vo-
luntate, l.Titius, §.Lucius, ubi Iaſ. cæterique
Interpetres, ff.de liber. & poſthum. l.fin.Cod.
de inſtit.& ſubſtit.l vlt. Cod.de poſthum.hæred.
inſtitut.Gabr.conſ.83.num.61.& ſeqq. & conſil.
95. ex num.13. & conſ.111.num.13.lib.1.Burg.
de Pax conſ.2.num.77.& ſeqq.Scot.conſ.41 nu.
7. & ſeqq. tom.2.lib.4.Odd. conſ.56. ex num.56.
& conſ.66.ex num.80.& conſ.67.ex num.18.De-
cian.conſ.1.num.24.& ſeqq. & num.36.& ſeqq.
Menoch.conſ.432.& lib.4.præſumpt.73. num.4.
Surd.conſ.46.num.5.lib.1.& dec.228.num.7. Pe-
droch.conſ.19.num.84.& ſeq. & conſ.12.nu.27.
& ſeqq.Cephal.conſ.134.num.36. Fuſar.conſ.50.
num.10.& de ſubſtitut.q.460.num.4. Craſſ. re-
cept.§. fideicommiſſum, q.4.nu.22.Clar.in §.Te-
ſtamentum,q.76.Molin.de Hiſpan. Primog.lib.1.
cap.4.num.24.& ſeqq. Card. Mantic. de coniect.
vlt.volunt.lib.3.tit.19.num.8. & ſeq.Paſchal.de
patr.poteſt.part.1.cap.9.num.45. & ſeqq. Tren-
tacinq.de ſubſtit.part.1.cap.1.ex num.25.Petr.de
fideicomm.q.5. num.56. & 66. & ſeqq. & num.
96. & ſeqq. Sim.de Petr.de interpet.vlt.volunt.
lib. 2. ſolut.2. à num.111. vſque ad 192. latè
penè innumeris congeſtis, Caſtil.lib.4.cap.15.
num.84. & ſeqq. Fontanell.de pact. nupt. clauſ.
4.gloſ.25.num.41. Cyriac. contron.301. num.26.
Magon.dec. Florent.37.num.41. Capyc.latr.con-
ſult.76.num.18.& ſeqq. lib.2. Quid quid ſe-
cus ſit aſſerendum, quoties verba omninò
deficiunt, voluntatique Teſtatoris aduerſan-
tur ad extenſionem faciendam, in quo caſu
procedunt congeſta per Caſanat.d.conſ.1 nu.
28. & latiùs conſ.4.num.32. & ſeqq.

42 Adeòut diuerſitas caſuum dici non poſſit;
ſed magis identitas, ubi ex diuerſis caſibus
idem reſultat effectus; atque adeò caſus omiſ-
43 ſus ille dici nequeat, ex cuius euentu ita
voluntas Teſtatoris verificatur, quemadmo-
dùm ex euentu caſus expreſſi, Crauett.conſil.
62.num.14.Decian.conſ.1.num.114. & ſeq.& n.
158.lib.1.Menoch.lib.4.præſumpt.26.n.16. Card.
Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.5.tit.13. num.13.
& lib.6.tit.14.nu.11.Capyc.latr. d.conſult.76. d.
num.14.vſque ad 34.Rodoer.d. conſ.18. num.15.
Theſaur.dec.270.num.31.Afflict.deciſ.141. ibiq;
Vrſil.Capyc.dec.69.num.20.Franch.dec.91.num.
24 & ſeq.

44 Atque hinc reſultat, vt ſubſtitutio facta
alicui, ſi Presbyter efficiatur, extendi debeat
ad caſum mortis ſine filijs; quamuis num-
quàm Sacerdotali Charactere fuerit inſigni-
tus; Idq; nõ ob aliam profectò rationem; niſi,
quia per Presbyteratus conditionem non ad
aliud Teſtator reſpexit, quàm ad filiorum
defectum, quos Sacerdotem legitimè pro-
creare non poſſe conſiderauit; iuxta recep-
tam ſententiam, quam ſingulariter primus
omnium ſubſtinuit Doctor veritatis, Alex.
conſ.100.lib.4. quem ſectantur Dec.conſ.227.
num.12.Cranet.conſ.59.num.5.Cephal.conſ.166.
num.4. & conſ.269.num.49.Decian.conſ.1. num.
91. lib.1. & conſ. 34. num.26. lib. 3. Gigas conſ.
305.in 7.col.verſ.ſecundò quòd ſi Teſtator, Fuſar.

conſ.155.num.37.Bero.q.102.num.13. & q.354. Sim.de Petr.de interpret.vlt.volunt.ſol.76.num. 15. & ſeqq.Paſchal.de patr.poteſt.part.1.cap.9. nu.48.Rodoer.d.conſ.18.num.16.

Et licet non ignorem, ſupra dictam Alex. ſententiã improbaſſe Authore damn. mem. in addit.ad d.conſ.Alex.100.lib.4. Gratian.cap. 815.n.21. Card.Mantic. de coniect.lib.11. tit.16. n.9.Barry de ſucceſſ.lib.17. tit.17. n.4. Intrigl.ol. de ſubſtit.cent.3.q.76.n.6.Caren.reſolut.181.nu. 12. Tondut.part.1. quæſt.benefic. cap.45.num.3. Nihilominus, prꝫterquàmquòd receptior opinio eſt pro Alexandro; adhuc eſt aduertendum, quód, quoties ex coniecturis deprehendi poteſt, Teſtatorem habuiſſe reſpectũ, non ad Presbyteratum; ſed potiùs ad carentiam liberorum, & hunc effectum contemplaſſe; tunc Alex. ſententiã admittunt, etiam ſectatores cõtrariæ, inter quos idem Author damnatæ mem. in addit.ad.d.conſ.100. Alex. Caren.d.reſolut.181.num.12.Tondut.d.part. 1.quæſt.benefic.cap.45.num.3.

45 Prout, etiam relicto annuo legato ſub cõditione, quòd legatarius in domo uxoris ipſius Teſtatoris inhabitet, eique obſequia præſtare cogatur, conſequitur legatarius legatum annuum, quamuis extra domum mulieris gerat incolatum; ſi tamen eidem obſequia præſtare ſit paratus; quia effectus à Teſtatore contemplatus non fuit præciſa habitatio; ſed potiùs obſequiorum præſtatio eius uxori facienda, quæ quomodocumq; exhibeãtur, pro legati conſequutione ſufficiũt, latè Cephal.conſ.80.lib.1.Rodoer.dict.conſ.18.n.18.

46 Ita pariter matris diſpoſitionem factã in caſu, quo eius filij ſui iuris effecti fuerint per mortẽ patris, extendit Iuriſconſultus ad eaſum emancipationis, ob eamdem rationem, quia idem reſultat effectus, iuxta nobile Vulpiani reſponſum in l.mater 22.ff.ad Treb. de quo textu Nos alibi latiùs.

47 Quinimò, licet in cõtractibus ſit expeditũ, ut quicquid reperiatur omiſſum, pro omiſſo habeatur; ideòque non fiat extenſio de caſu ad caſum, de tempore ad tempus, neque de re ad rem, etiam ſi maior militet ratio, l. quid quid.ff.de verb. obligat. l.ſi vina, ff.de peric. & commod. rei uend.Ancharan.conſ.151. num. 4.Crauett.in reſponſ. ad dec. Oſaſch.122.num.5. Lanar.conſ.60.num.73. & 83.Couarr.lib.1. var. reſolut.cap.17.num.13. Gratian. cap.716. num.5. & ſeqq. & cap.425.num.7.& cap 980.num.22. Cardin.Mant de tacit. & ambig.lib.3.tit.1.nu.5. ubi etiam num.ſeqq. ponit nonnullas declarationes, & limitationes, Fontanell. de pact. nupt.clauſ.4.gloſ.25.num.142. & ſeq.Gamm.dec. Luſit.169.num.4.Maſtrill.dec.36. num.10.part.1. Surd.dec.202.num 9. ibiq; Hodier.num.2.

48 Ideòque conuentio facta de lucrandis certis fructibus, ſub conditione; ſi quis fuiſſet à certo loco remotus ex Superiorum mandato non extenditur ad caſum mortis eiuſdem, intra idem tempus contingentem; prout deciſum teſtatur Surd.dec.202. per tot.Fontanell. de pact. nupt.clauſ.4.gloſ.25.num.43.

49 Nihilominus contrarium eſſet aſſerendum, quando mors eumdem produceret effectum, quem producit remotio; prout egregiè firmat Io:Vincentius de Anna allegat. 92. per tot. qui refert deciſum per Sacrum Conſilium Neapolitanum, quem ſequitur Hodiern. ad Surd.d.dec.202.num.3. qui etiam pro hac ſententia allegat Rotæ deciſionem.

50 Superiùs uerò firmatis non aduerſatur dictio, eo caſu eueniente, quæ nullatenus impedit extenſionem ad caſus ſimiles, quoties concurrit uériſimilis, præſumptaque mens diſponentis prout eſt text.in l.Gallus in princip. iuncto §.& quid ſi tantùm, ff.de lib.& poſthum. ubi in princip. ponitur dictio, tunc, relata in caſu mortis; & nihilominus in §. & quid ſi tantùm, determinatur, uerificari in caſu ſimili, & aduertunt in ſpecie Ruſtic. in l. cum Auus in Prohem.part.2.num.104. ff.de condit. & demonſt.Decian.conſ.2.num.148.lib. 2.Mandell.de Alba conſ.51. Roland. conſ.70. num.15.& 48.lib 3. Marzar.conſ.1. Menoch. conſ.432.Facchin.lib.4.contron.Iur.cap.46. in fin.Gratian.cap.847.n.17.Capye.latr.conſult. 76. num.20. lib.2. & deciſ.108.num.65.Surd. dec.37.num.32.Caſſador.dec.1.de Teſtam. nu. 6.Magon.dec.Florent.37.num.41.Zuccard dec. Rot.Lucenſ.76.num.118.Franch.dec.299.n.5. ubi, quòd huiuſmodi dictiones taxatiuè perdant officium ſuum, & extendantur ad caſus diuerſitatis rationem non habentes, alijque relati per Fuſar.q.460. num.11.in fin pluresque alij relegendi penes Fuſar.de ſubſtitut.qu. 460.num.11.in fin. latè Annotat.ad dec.632. num.107.& ſeqq.part.4.rec.tom.3. ubi plures Rotæ deciſiones, referuntur.

At contraria procedunt, quoties adeſt dictio taxatiua, tantùm, vel tunc, & eo caſu, & non aliter, probat contrariam ſententiam in hoc tantùm caſu poſſe ſubſiſtere. benè aduertunt Ruſtic.in d.l.cum anus in Proem.cap. 2.n.105. ubi multò magis, ſi fuerit dictum, tunc, & eo caſu, & non aliter, nec alio modo. Crauett. conſ.438.n.6.Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 460.n.14. Capye.latr.conſult.76.n.16. Card. Mant.de coniect.vlt.volunt.lib.3.tit.14.nu.11. verſ.tunc autem, de Luca ad Franch. dec.299. n.1.verſ. benè verùm, Card.de Luca de fideic. diſc.53. num.7.

51 Tandem prò prædictorum omnium confirmatione accedat, quòd, etiam formæ præſcripta à lege, uel ſtatuto ſufficiat, quòd per æquipollens adimpleatur, Tariſ.conſ.49. num.16.& ſeq.lib.3.et conſ.200.n.14.et 17. lib.4 Salgad. in Labyr.credit.p.1.c.fin.n.135. et ſeq.Ioſeph.Vela diſſert.21.n.39.et ſeqq.Puteus dec.100.n.4.lib.2.in correct.Seraph.deciſ. 1413.n.3.Bich.dec.458.n.23.et 24.Larr.dec. Granat.78.n.7. Rot.Gen.dec.210.n.2.et ſeqq.

AR-

ARGVMENTVM.

Fœmina deſcendens ex Maſculo, & extra familiam nupta, an intelligatur comprehenſa ſub vocatione deſcendentium per lineam maſculinam, ſiue per virilem ſexum, quoties agitur de ſucceſſione in fideicommiſſo, vel Maioratu. Quidue aſſerendum, quando fuit contemplata Agnatio, vel ſimpliciter vocata linea maſculina; Vel de ea eſt facta mentio per vocationem indeterminatam, durante, ſcilicet, linea Maſculina, vel deficiente linea maſculina; Vel quoties fœmina non deſcendit immediatè ab ipſo Teſtatore, ſeu hæede grauato, ſed potiùs ex filio hæredis grauati, ſiue vlterioris gradus deſcendente ad ornatum celebris *gloſ. in l. Gallus*, *§. nunc de lege Velleia. ff. de lib. & poſth.*

SVMMARIVM.

1 *Fœmina ex Maſculo deſcendens, intelligitur comprehenſa ſub vocatione deſcendentium per lineam Maſculinam, & n.17.*
Declara vt num. 9. & ſeq.

2 *Fœmina ex maſculo non dicitur vocata, quando eſt ſimpliciter vocata linea maſculina.*
Vel de ea eſt facta mentio per vocationem indeterminatam, durante, ſcilicet, linea Maſculina, vel deficiente linea maſculina.

3 *Expenditur* text. *ſingularis in* l. Iubemus 5. C. de emancipat. liberor.

4 *Fœmina ex Maſculo dicitur deſcendere per lineam Maſculinam; cum ſit Agnata, & de familia, & ſtirpe.*

5 *Idque, etiam ſi fœmina ſit nupta extrà familiam.*

6 *Reprobatur contraria ſententia* Bart. *& aliorum.*

7 *Fœmina, cum ſit Agnata, dicitur ſub patris linea contineri.*

8 *Fœmina ex Maſculo deſcendens dicitur comprehenſa ſub vocatione deſcendentium per lineã Maſculinam, quoties non fuit contemplata Agnatio.*

9 *Secus aſſerendum, quando verſamur in ea diſpoſitione, in qua fuit habita ratio conſeruandi bona in Agnatione, & linea Maſculina.*

10 *In Maioratibus, ſeù Primogenituris, fœmina ex maſculo non comprehenditur ſub vocatione deſcendentium per lineam maſculinam.*

11 *Ex ſola Maioratuum, ſeù Primogeniorum natura, an fœminæ deſcendentes ex Maſculis intelligantur excluſæ.*

12 *Nepos ex filio, quemadmodùm dicitur eſſe de generatione Aui materni.*

13 *Ita multò magis filia dici debet de linea Maſculina ſui Patris.*
Contrarium num. 16. *vbi vide.*

14 *Pater dicitur principium lineæ Maſculinæ, & filia eius finis.*

15 *Ille dicitur deſcendere per lineam, qui eſt in aliqua parte lineæ.*

16 *Fœmina ex maſculo, vtpotè exiſtens in parte lineæ maſculinæ, continetur ſub linea maſculina, iuxtà ſententiam* Ant. Fabr.

17 *Linea maſculina in ſententia* Caſtr. *non incipit à Patre, ſed à filijs, ideòque à filio maſculo initium ſumit linea maſculina, à filia fœmina ducit initium linea fœminina.*

18 *Emphyteuſis, ſeu feudum conceſſum* pro ſe, & linea maſculina, *non dicitur conceſſum filiæ recipientis.*

19 *Fœmina multò magis comprehenditur ſub vocatione deſcendentium per lineam maſculinam, quoties non eſt immediatè nata ex ipſo Teſtatore, ſeu herede grauato; ſed potiùs ex filio heredis grauati, ſiue vlterioris gradus deſcendente.*

CAPVT XXVI.

CVM Ioannes Maria Oddus inſtituerit hæredem uniuerſalem Aloyſium ex Dionyſio fratre præmortuo nepotem, ſuoſq; filios, & deſcẽdẽtes per lineam maſculinam in infinitum, quibus deficientibus, ſubſtituerit Tiberium Marchettum cognatum in gradu ſatis remoto, ſuoſque deſcendentes maſculos in infinitum; Cumque ex Aloyſio Nepote hærede inſtituto, fuerit procreatus Angelus, & ex eodem Angelo, qui ſine liberis maſculis deceſſit, extiterit tantummodò ſuperſtes Catherina unica filia extra familiam iam nupta.

Quæſtio eſt in præſenti pro ueritate ad iuridicum examen reuocanda, utrum Catherina intelligi ualeat comprehenſa ſub uocatione deſcendentium per lineam maſculinam, adeòut Fabritium Filium Tiberij ſubſtitutum à fideicommiſſo excludat, & affirmatiuè arbitror reſpondendum.

1 Siquidem receptior, magiſq, æqua uidetur ſententia affirmans, quòd, quoties ad fideicommiſſum ſunt uocati deſcendentes per lineam maſculinam; fœmina ex maſculo deſcendens intelligatur uocata; prout in ſpecie poſt celebrem theoricam *gloſ.* ordinariæ in *l. Gallus, §. nunc de lege Velleia*, in uerbo *nam et ſi in fin.* ibi: *Et tunc etiam Neptis ex filio videtur inſtituta, cum ſit per lineam virilem, ff. de liber. et poſthum.* ibique Interpetres, & præ cæteris, *Soccin. Sen. ſub num. 4. Alex. n. 3. Iaſ. num. 25.* optimè firmant *Pinell. in l. ſi viua matre, num. 27. et num. 29. in fin. Cod. de bon. matern.* aſſerens, quòd hæc opinio ſit uerior, æquior, & receptior, *Ruſtic. in l. cum Auus, lib. 2. cap. 5. num. 22. in tertio caſu, ff. de condit. et demonſtrat. Alex. conſil. 53. num. 9. verſ. fateor, lib. 6. Soccin. Sen. conſil. 227. nu. 5. lib. 2. conſil. 51. num. 6. lib. 3. et conſ. 81. num. 2. lib. 4. Dec. conſ. 320. n. 1. et conſ. 379. n. 4. Ruin. conſ. 98. n. 1. 3. et 4. conſ. 140. n. 2. lib. 1. cõſ. 4. n. 2. et conſ. 152. col. 4. lib. 4. Pariſ. conſ. 47. n. 4. lib. 3. et conſ. 72. num. 95. lib. 4.* Bero. *conſ. 77.*

num.

num.18.et 59.lib.2.Gabr.conſ.90.nu.33.lib.1. Menoch.conſil.318.num.6. conſ.379. num.26. conſil.625.num.8. et ſeqq. ubi ſe declarat cōtra ea, quæ ſcripſit pro contraria ſententia, conſ.205. latèque comprobat conſ.732.num. 31.et ſeqq.et conſ.1053. num.9. et lib.4. præſumpt.91.num.6. Peregrin. conſ.11. num.15. lib.2.et conſil.50.lib.3. et deciſ. Patau.4. ubi ità refert iudicatum, Roger. conſ.33. num.3. lib.2.Burg.de Pax.conſ.29.nu.23. & ſeq. Valenz.conſil.97.num.93.lib.1. Gionagn.reſp.7. num.35.& ſeqq.Manent.conſ.15.num.2.lib.2. Redenaſc.conſ.30.num.17.Camerat.reſp.4.art. 3.num.45.& ſeqq. lib.2. Roncon.inter conſil. Venturin.conſ.26.num 3.Carol. Brancaee.in allegat.impreſſa penes Cenſal.in obſ.ad Peregr. fol.119. verſ.primò ex regula text. cum pluribus ſeqq. iuxtà Venetam Impreſſionem.Gall.de except.ſucceſſ.tit.4.except.27.num.75. par.2. Marſil.ſingul.33.Cenall.in ſpec.comm. contra commun. quæſt.54. vbi in fine aſſerit eſſe ueriorem ſententiā, Mattheac.de legat.& fidcie. lib.3.q.11. num. 10. et ſeqq. et num. 16. latè Gallin. de verb.ſignif lib 8. cap.26. à num. 1. vſque ad 13.Caſtill.lib.2.controu. cap.2. num. 1. et ſeqq. et num. 11. et ſeqq. ubi reprobat Peregr. alioſque contrarium ſentientes, eruditiſſimus Ant.Fab.de error.Pragmat. decad. 28.error.10.Paſchal.de uirib. patr.poteſt.par. 4.cap 9.num.55.et ſeq. Mart. de ſucceſſ. legal. part.1.q.1.art.4 num.5. Card.Mantic. de conject.vlt.volunt.lib.8 tit.11.nu.9.Facebin.controu.Iur.lib.11.cap.25. qui ſatetur, hanc ſententiam eſſe ſolidam, & ueram; ideòque omninò amplectendam, tamquàm communi Doctorum ſenſu comprobatam, Molin. de Hiſpan.Primog.lib.1.cap.6.num.37.et ſeq.Roſental.de feud.cap 7.concluſ.37. num.3. et 12. Molpheſ ad Conſuetud.Neapol. part.4. de ſucceſſ ab inteſt.q.28. ſub num. 1. et ſeq. Marcell. de Maur. allegat.12.Io:Franc. de Pont. de poteſt.Proreg.tit.9.de ſucceſſ. mulier. n. 34 Cenſal.in obſeruat. ad Peregr. de fideicomm.artic. 26.verſ.pro contraria, fol. 117. iuxta Venetam Impreſſionem, add.ad Ludouiſ. dec 383. lit.B. alijque relegendi penes Fuſar.de ſubſtit. q.346.num.19. et ſeqq.et num.34.

Et deciſum pro hac ſententia teſtantur Gramm.dec.63.num.2.Medic. dec.Senenſ 1. nu. 32.Rota Rom. coram Bich.dec 493. num.11. & dec.661.num.10.Card.Mant deciſ.227.nu. 10.Archiepiſc.Carrill.dec.266.num.11.

2 Quidquid ſecus ſit aſſerendum, quando ſimpliciter eſt uocata linea maſculina, uel de ea habita mentio per uocationem indeterminatam, durante, ſcilicet linea maſculina, uel deficiente linea maſculina, quo caſu fœminæ excluduntur; prout optimè utrumque caſum diſtinguentes, firmant Ruin.conſ.126. num.13.lib.1.Giouagn.reſp.7. num.15.17. & 41.lib.1. latiſſimè Menoch.conſ.205. num.27. & ſeq.& conſ.625.num.9.& conſ.1153.nu.9. Caball.conſil.84. per tot. lib.2. Socein.Iun. teſtans de communi, & dicens indubitatum, quòdque pro contraria ſententia requiſitus, noluerit conſulere, conſ.69. num.30. lib.3. Raudenſ.conſ.55. num.2. lib.1. Tondut. lib.2. quæſt.ciuil.cap.183. num.10. de Luca de lin. leg. art.16. num.44. & ſeq.

Et in his terminis loquūtur pleræq; auctoritates cōtrariæ, ſi rectè expendātur, allegatę ex recētioribus per Pereg.de fideic.art.26. num.30.Ronit.conſ.16.lib.1. Venturin.cōſ.25. num.48. Card.Mantic.de coniect. vlt.vol. lib. 8.tit.11.num.9.Paſchal.de patr.poteſt. part.4. cap.9.num.57.& ſeqq. Andreol.controu.251. num.2.Manſ.conſult.61. quæ reperitur etiam penes de Luca de lin.legal.art.16. num.20. & ſeq. & huiuſmodi diſtinctione retenta, rectè conciliari poſſunt ſatis diſſidentes hinc inde Doctorum ſententiæ in hac quæſtione, quam difficilem appellat poſt Rot.in recent. deciſ. 304.num.9.par.6. Altograd.conſ.80. num.78. lib.2.

3 Huiuſmodi uerò principalis cōcluſio ſuperiùs firmata, optimè remanet cōprobata, nedùm per text. ualdè ſingularem in l.Iubemus, 5.Cod.de emancipat. liberor. in qua ita reperitur ſancitum: Iubemus, licere parentibus, ideſt Patri, Auo paterno, ſeu Proauo, cęteriſque vlteriùs per Maſculini ſexus perſonas, continua generis ſerie coniunctis, ſi liberos, quos habent in poteſtate propria, ideſt filium, vel filiam, nepotem, ſeu neptem ex filio, pronepotē, ſeu proneptem, cæteroſque itidem per maſculini ſexus perſonas, continua generis linea ſibi coniunctos, &c. Sed etiam omiſſis alijs, quatruplici potiſſimùm ratione.

Primò, quia verba prædicta, per lineam maſculinam, ſolummodò præſeferre videntur, quòd ſuccedere volens, per lineam deſcendat maſculinam, non autem, quòd præcisè ſit Maſculus; explorati ſiquidem Iuris

4 eſt, quòd fœmina à maſculo deſcendens, prędictam obtineat qualitatem, cum ſit Agnata, & de familia; prout ſunt Iura ſatis aperta in §.cæterum, Inſtit.de legit. Agnat.ſucceſſ. ibi: Ideſt per virilem ſexum deſcendentes, ſiue Maſculi, ſiue fæminæ, § item vetuſtas, Inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt.deferunt. l.duodecim Tabularum, 14.§.huiuſmodi, Cod.de legit.hæred ibi: Et ſancimus, omnes legitimas perſonas, ideſt per virilem ſexum deſcendentes, ſiue maſculini, ſiue fæminini generis ſint, l.pronunciatio, §.familiæ, ff.de verbor.ſignific. l.voluntas, Cod.de fideicomm.Fulgoſ.conſ.131.in fin. Iaſ conſ.142. ſub n.3. verſ.ſextò facit, lib.2. Pariſ.conſil.35.lib.3.Socein.conſ.227.ſub n.5. lib.2.Gabr.conſ.195.num.3.lib.1.Menoch.cōſ. 197.num.37.& ſeq.Surd.conſ.144. num.6. & ſeqq.Caball.conſ.128.lib.2.Altograd.conſ.13. num.33.lib.2. Peregrin.de fideicomm. art. 22. n.25.

Digitized by Google

n.25.verſ.ſed contrà, Fuſar.de ſubſtit.qu.352. num.35. & ſeqq. & quæſt.337.num.4. vbi, quòd ſit de ſtirpe.Molin.de Hiſp.primog.lib.3. cap.4.num.10.& ſeqq. & lib.1. cap.6. nu.30. Add.ad Ludouiſ. deciſ.293 num.23. Magon. deciſ.Florent 52.num.10. Rot.in recent.deciſ. 282.num.2.par.2.& dec.151.num.27.et ſeqq. part.5.

5 Idque etiam ſi fœmina ſit nupta extra familiam, Bald.in l.voluntas, num 2.ibique Caſtr.num.1. Cod.de fideicomm. Dec.conſ.287. num.12. Cardin. Zabarell.conſ.91. num.2. et ſeq.Corn.conſ.230.poſt num.11. lib.3. Pariſ. conſ.51.num.13.lib.2.Soccin. conſ.227. nu.4. lib.2.Curt.Sen.conſ.64. nu.56. Surd.conſ.140. num.67.Odd.conſil.46.num.39. Gabr.conſ.95. num.3.lib.1. Card.Mantic.de coniect.vlt.vol. lib.8.tit.2.num.17. Add.ad Ludouiſ.dec.293. num.23.verſ.et hoc procedit, Seraphin.deciſ. 1438.num.2. Rot.in recent deciſ.587. num.8. par.1.et deciſ.282.num.2.verſ.quod procedit, par.2.et dec.151.num 27.et ſeqq.par.5. alijque allegati per Fuſar. de ſubſtit. quæſt.352. num.35.qui num.ſeqq.latè comprobat pluribus argumentis apud eumdem relegendis.

6 Neque audiendi contrarium ſentientes poſt Bart.in l.fin.num.2.Cod.de priuileg.Scholar.lib.12. Piñell.in l.3.num.34. Cod.de bon. matern.Gozadin.conſil.79. num.16. & in eadem cauſa Ruin.conſil.24.num.12 lib.2.Curt. Sen. conſil.40. num.16. Soccin.Iun. conſ.168. num.57.lib.2. Grat.conſ.64.lib.2. Corſett.ſingul.240.relati per Seraphin. dec.848. num.3. quos Iure meritò reprehendit Add.ad Ludouiſ.dict.deciſ.293. num.3. in fin. Prout neq; etiam merentur attendi idem affirmantes, Honded.conſil.75.num.9.et per tot.lib.1.Raudenſ.conſil.2.num.111.et ſeq. Paſchal.de patr. poteſt.par.4.cap.9.num.66.Michael.ab Aguir. in Apolog.pro Reg.Hiſpan.ſuper ſucceſſ.Regn. Portugall. in 3.part. num.72. cum aberrent à communi ſententia, & à rerum iudicatarum auctoritate, prout latè comprobat Fuſar.de ſubſtit.dict.quæſt.352.n.35.et ſeqq.

7 Cum igitur fœmina ſit agnata, dicitur ſub Patris linea contineri, Caſtr. conſil.91. col.2. verſ.nunc videndum, lib.2. vbi voluit, idem eſſe dicere deſcendentem per lineam maſculinam, ac agnatum, Menoch.conſ.625. num.9.

8 Secundò, fortiùs in præſenti admittenda concluſio, quia ex ſubſtitutione Tiberij cognati remotiſſimi ſatis liquidò deprehenditur, Teſtatorem nullatenus voluiſſe contemplare agnationem, eiuſque conſeruationem, ſaltem deficientibus maſculis, Mazzol.conſ.6.num.29.Gabr.conſ.116.n.13.lib.2. Caren.reſolut.129.num.1.& Nos latiori exarauimus calamo diſput.3.num.33.et ſeq. quo caſu faciliùs fœminæ ex maſculo agnato deſcendentes excludere debent ſubſtitutum nō agnatum, ex latè deductis per Menoch. dict. conſil.625. num.12. ubi ità declarat contraria per ipſum exarata conſil.205.Caſtill.controu.Iur.lib.2.cap.2.num.11.et 16.in fin. verſ. et verè cum expreſsè. Fuſar.de ſubſtit. quæſt. 346.num.43.Auendan.ad leg.40.Taur.gloſ.9. num.62. & admittit in hoc caſu concluſionē Ronit.conſil.16.n.11.lib.1.

9 Contraria verò amplectenda, quando in ea verſamur diſpoſitione, in qua fuit habita ratio conſeruandi bona in Agnatione, lineaque Maſculina, quo caſu fœmina deſcēdēs ex maſculo non poteſt dici de linea maſculina, Surd.conſil.316 num.8.lib.3. Gozadin.conſil. 87. num.15. et ſeq. Molin. de Hiſpan.primog. lib.3.cap.5.num.69. Facchin.controu.Iur. lib. 11.cap.25.verſ.quæ tamen concluſio, Paſchal. de patr.poteſt. par.4.cap.9. num.56. verſ.alij autem dicunt, Sim.de Petr.de interp.ultim.volunt.lib 3.dubit.1.ſolut.11.num.51.Peregrin. de fideicomm.art.26.num.30.propè fin. uerſic. et quia, ſicut ubi conſtat, Matheac. de legat.et fideicomm.lib.3.quæſt.11.num.10.et 16.uerſic. ego uerò, Caſtill.lib.2.controu.cap.2. num.11. 16.et 18. Roblez de repræſent. lib.1. cap.12. num.72.

10 Atq; hinc ſatis probabilem exiſtimo ſententiam affirmantem, quòd principalis concluſio ſuperiùs firmata num.1. non procedat in Maioratibus, ſeu Primogenituris, in quibus, cum potiſſimùm agnationis conſeruatio cenſeatur contemplata, Soccin.ſen.cōſ. 47.num.6.lib.3.Pariſ.cōſil.72.num.85. lib 4. Surd.conſ.241.nu.14.et ſeq. Cephal.conſ.241. num.51.Menoch.conſ.205.num.14.et conſ.318. num.73. et conſ.1127. ſub num.17. Peregrin. conſ.30.num.12.lib.5.Decian.conſ.31.ſub nu. 90. uerſ.ſecundò ad probandum, lib.5. Gabr. conſ.107.num.3.in fin.lib.1.Card.Mantic.de coniect.lib.6.tit.15.num.15.uerſ.item ſi Teſtator, Cyriac.controu.96.nu.26. Molin. de Hiſp. primog.lib.1.cap.4.num.13.et cap.18. num.1. Guid.Pap.quæſt.267.Tiraq.de Iur.primog.qu. 71.num.2.et ſeqq. Fuſar.de ſubſtit. quæſt.385. num.6.Andreol.controu.218.n.4.

Meritò non poteſt dici vocata fœmina, tamquám ea, quæ agnationem in poſterum ſupprimere debet, cuiuſque deſcendentes; ſiuè ſint maſculi, ſiue fœminæ, in eo Primogenio ſuccedere non poſſunt; atque adeò fœminæ ſemper cenſentur excluſæ ob uocationem deſcendentium per lineam, vel ex linea maſculina, prout rectè arguit Molin. de Hiſp.Primog.lib.1.cap.6. num.37. et lib.3. cap.5.num.69. Aluarad. de coniect. ment.defunct.lib.2.cap.3.§.4.num.25.fol.111. Auendan.ad leg.40.Taur.gloſ.9.num.64.Caſtill.lib. 2.controu.c.2.n.17.uerſ.in Maioratibus uerò, et ſeq.Facchin.cōtrou.Iur. lib.11.cap.25. uerſ.quæ tamen concluſio, Robles de repræſent.lib.1.cap. 12.num.72.

Ex

11 Ex ſola tamen Primogeniorum natura, & perpetuitate ſimpliciter ſumpta, abſque eo, quòd expreſsè conſtiterit, Maioratus inſtitutorem voluiſſe agnationem conſeruare in aliquorum ſententia, fœminæ, neque etiam cenſeutur excluſæ, quoties deſcendentes per lineam maſculinam, vel ex linea maſculina vocantur; prout intrepidè ſubſtinet, reprobato *Molina*, qui videtur contrarium ſentire, *Auendan.ad d.l.40.* Taur.*gloſ.9.n.43. et ſeqq.* latèque pluribus allegatis, *Caſtill.d. lib.2.contron.cap.2.num.19.vſque in fin.* ſuper quo articulo erit cogitandum; cum ex ſola primogenituræ conſtitutione dici debeat contemplata Agnatio, *Molin.de Hiſpan. primogen.lib,1.cap.4.num.13. Andreol.contr.218. num.14. Cardin.Mantic. de coniect. lib.6. tit.15. num.15. verſic.item ſi Teſtator*, cum alijs ſupra allegatis, *num 10.et diſp.2.n.35.*

12 Prædictis omnibus accedat, quòd quemadmodum Nepos ex filia dicitur eſſe de generatione Aui materni, & ab eo genitus, *Bald.in l.1 num.3.Cod.de condit. inſert.* ibique *Caſtr.num.4.& ſeqq.& in cap.1.§.1.in fin. de ſucceſſ.feud. Dec.in l.3. num.66. ff.de regul. Iur. Alex.conſ.53.num.6.lib.6. Alciat.reſponſ.8. nu. 27.verſ.tertio,lib.8.Cranett.conſ.180. nu.1. Sim. de Petr.de interpret. vlt.volunt.fol.93. num.67. & fol.33. num.10. Menoch. lib.4. præſumpt.80. num.8. Cardin.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib. 8.tit.12.num.19.Craſſ.in §.fideicommiſſum,q.15. num.5.Tiraq.de Iur.conſang.§.1.gloſ.9. nu.241. Corbul.de cauſ.ex quib. emphyt. priuat. tit.de cauſ.priuat.ob lin.finit.nu.39. Clar.in §.Emphyteuſis,quæſt.36. Burg.de Pax. in Commentar. ad leg.Taur.in proœm.num.117.Fuſar.de ſubſtit.qu. 329. num.2. & ſeq. verſ.non recedo à prima opinione, & q.346.n.21. Boer.q.241.n.6.*

13 Ita multò magis filia dici debet de linea maſculina ſui Patris, quæ propriè incipit à Patre, & in ipſam filiam deſinit; prout arguit *Bero. conſ.77.num.15. verſ.prætereà deſcendentes, lib.2. Fuſar.de ſubſtit.q.346.n.21.*

14 Tertiò, Pater abſque dubio dicitur principium lineæ maſculinæ, & filia eius finis, cum in ea terminet ipſa linea; quemadmodùm ergo caput ſub corpore continetur; ita pariter pater ſub linea continetur, & ſicuti pes, licet pars vltima corporis, ſub corpore continetur; pariter, & fœmina, quæ eſt finis lineæ maſculinæ, continebitur; ita arguunt *Alciat.in l.Gallus, §.nunc de lege, num.11. in fin.ff.de lib. & poſthum. Bald. conſ.339. lib.3. Menoch.conſ.625. num.9. verſ.ſecundò ſuffragatur, Fuſar.de ſubſtit.d.q.346.n.22.*

15 Quartò tandem ille dicitur deſcendere per lineam, qui eſt in aliqua parte lineæ, *Caſtr.in l.Maritus, num.4. & ſeqq. Cod.de*
16 *procurat.* ſed fœmina ex maſculo eſt in parte poſteriori lineæ maſculinæ; ergo continetur ſub linea maſculina, ita ratiocinatur doctiſſimus *Ant.Fab.de error. Pragm. decad. 38.error.10.*

17 Cæterùm ſublata remanet quælibet difficultas, ea adhibita potiſſimùm animaduerſione, quòd, in præſentia, non verſamur in filia Teſtatoris, ſiue ipſius hæredis grauati, quæ tamquàm principium lineæ fœmininæ non dicitur deſcendere per lineam maſculinam, iuxtà aſſumptum contrariæ ſententiæ; quia linea non incipit à Patre, ſed à filijs; ideòque á filio maſculo incipit linea maſculina, à filia fœmina ducit initium linea fœminina, prout inquit *Caſtr.per illum text.in l. maritus, num.4. Cod.de Procurat. Rum.conſil. 126.num.13.& conſ.208.num.7.lib.1.* Rouit. *conſ.16.n.5.lib.1.Andreol.contron.251.n.3.*

18 Ob quam rationem Emphyteuſis, ſiue feudum conceſſum pro ſe, lineaque maſculina, non dicitur conceſſum filiæ recipientis, *Claud.Aquenſ.in l.Gallus, §.nunc de lege, ff.de lib. & poſthum.* ibique *Alex. num.3.* idem *Alex.conſ.43.nu.5.lib.3. Soccin.Iun.conſ.18. num.14.lib.2.Pariſ.conſ.22.num.44.lib.3.Bero.conſ.77.num.19.lib.2.Gabr.conſil.90.n.32. lib.1.Cephal.conſ.413.num.22.& ſeqq. Peregrin.conſ.50.num.1.lib.3 Curt.Iun. de feud.3. part.princip num.28.* quos refert, & ſequitur *Fuſar.de ſubſtit.quæſt.346.num.35. Fulgin.de Iur.Emphyt. tit.de ſucceſſ. in bon. Emphyteot. quæſt.25.num.15.* in quibus terminis loquuntur auctoritates contrariæ firmantes, quòd fœmina non poſſit dici comprehenſa ſub vocatione lineæ maſculinæ, vel deſcendentium per lineam maſculinam.

19 Sed potiùs agitur de fœmina nata ex filio hæredis grauati, ſiue vlterioris gradus deſcendente, quo caſu illam comprehendi ſub vocatione deſcendentium per lineam maſculinam, ſubſtinent diſtinguentes, & cōciliantes diſſidentes ſententias, etiam Auctores contrariæ, ſignanter *Iaſ.in l.Gallus.§.nūc de lege Velleia, num.9.& ſeq.* ibique *Seyſel.ff. de lib.& poſth.& in l.maritus, col.2 Cod.de Procurat. Caſtr. conſ.190. in princ. lib.2.* latè *Alex.conſ.53.lib.6.Pariſ.conſ.74. nu.2. lib.3. Torniol. conſ.31. n.11.* benè Rouit. *conſil.16. n.13.lib.1.Curt.de feud.part.2. num.28. Forſter.de ſucceſſ. lib.3. cap.21. in fin. & cap.23. Polidor.Rip.obſeru.306.* latè *Aluarad.de coniect.ment.defunct.lib.2.cap.5.§.3.circa fin.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.346.num.35. & ſeq. Andreol. controu. 251. num.7.* eamdemque diſtinctionem admittit *de Luca de linea legal. art.16.num.42.* aduertens, quòd ſi incæperit linea maſculina à filio maſculo, deindeque perfecta fuerit in nepote, hoc caſu proneptis dieeretur deſcendere per lineam maſculinam, vel á linea maſculina.

AR-

ARGVMENTVM.

Filiorum appellatione in fideicommiſſis, & maioratibus veniunt, etiam nepotes, quando diſpoſitio eſt facta ſub conditionere ſpiciente futurum,& incertum euentum, prorſuſque à Teſtatore ignoratur, an tempore euenientis conditionis ſint ſuperſtites filij; vel nepotes. Reprobatur contraria ſententia huiuſmodi coniecturam reijciens.

Expēdūtur plures aliȩ coniecturæ, ex quibus deprehendi valeat, filiorum appellatione Teſtatorem intellexiſſe, etiam de nepotibus; potiſſimùm, ne detur inæqualitas in ſuccedendo inter plures nepotes ex fratribus eiuſdem Teſtatoris; & ne ſequatur abſurdũ,vt remotiores in gradu præferri debeant magis dilectis.

Aſſertur Authoris diſtinctio rectè diſſidẽtes hinc indè Doctorum ſententias concilians inter caſum, in quo agatur de libertate bonorum, & alterum, in quo ſubſtitutio vlteriorem habeat progreſſum ad diuerſum gradum, ſeu diuerſum perſonarum genus, & de diſcrimine inter vnum, alterumque caſum.

SVMMARIVM.

1 *Filiorum appellatione regulariter in fideicommiſſis, & Primogenituris non veniunt nepotes.*
Contrarium, nu. 6.
Tutor datus filijs non intelligitur datus nepotibus.

2 *Nepotes non veniunt appellatione filiorum, ſi Teſtator diſcretiuè loquutus fuit de filijs, & deſcendentibus.*

3 *Expenditur* text. in l. Gallus, §. idem credendum, iuncto §. nunc de lege, ff. de liber. & poſth.

4 *Non cenſentur vocati nepotes ex vocatione filiorum, quãdo agitur de fideicõmiſſo tranſuerſali.*
Contrarium, num. 22.

5 *Sub nomine filiorum non comprehenduntur nepotes, quoties ſunt vocati filij alicuius taxatiuè, per verba perſonaliſſima, putà filij ipſius Bertæ.*
Declara, vt num. 23.

6 *Filiis vocatis in receptiori ſententia, veniunt nepotes, etiam in fideicommiſſis.*

7 *Quæſtio, an filiorum appellatione in fideicommiſſis veniant nepotes, tota pendet à coniecturis, veriſimilique Teſtatoris voluntate.*

8 *Quando diſpoſitio eſt facta ſub conditione futurum, incertumque euentum reſpiciente, filiorum appellatione veniunt nepotes.*
Idque, etiam procedit in nepotibus natis poſt obitum Teſtatoris.

9 *Teſtator, quoties vocauit natos, & naſcituros, poſt ipſum cenſentur vocati nepotes.*

10 *In Maioratibus, & Primogenituris, filiorum apellatione veniunt nepotes.*

11 *Reprobatur contraria ſententia reijciens coniecturam deſumptam ex diſpoſitione reſpiciente futurum, incertumque euentum.*

12 *Fortaſsè dicta contraria ſententia poſſet procedere, quando in futurum ſolùmmodò tempus filiorum ſubſtitutio reijcitur.*

13 *Secus, quando in remotiſſimum tempus fuit collata, vel in infinitum filiorum facta vocatio.*

14 *Deſcendentium appellatione veniunt omnes in infinitum, & de ratione.*

15 *Ideòque intelliguntur comprehenſi, etiam nepotes.*

16 *Veniunt nepotes appellatione filiorum, quando alioquin ſequeretur abſurdum, quòd excluſis nepotibus proximioribus, admitterentur ſubſtituti remotiores in gradu, multòque magis extranei.*

17 *Expenditur ad id* text. valdè ſingularis in l. Lucius la 2. ff. de hȩred. inſtit.

18 *Regulare eſt, præcipuè in vltimis voluntatibus; quòd ſemper ea ſit facienda interpetratio, ne ſequatur irrationabile abſurdum, etiam ſi oporteat à propria verborum ſignificatione recedere.*

19 *Filiorum appellatione veniunt nepotes, ne detur inæqualitas in ſuccedendo inter deſcendentes fratrum.*

20 *Reprobatur* Magon. dec. Lucenſ. 82. num. 26. *eiuſdemque ſententia declaratur.*

21 *Vocatis filijs veniunt nepotes, ſaltem lato ſumpto vocabulo.*

22 *Sub nomine filiorum continentur nepotes, etiã in fideicommiſſo tranſuerſali.*

23 *Filiorum vocatio non dicitur reſtrictiuè, ſiue taxatiuè facta; adeòut non veniant nepotes; ſed potiùs demonſtratiuè, quoties fuerunt ſimpliciter nominati filij alicuius. & de ratione.*
In quo caſu reſtrictiuè dicatur facta ſubſtitutio.
Declarantur deciſ. Rotæ in recent. 667. n. 6. p. 2. & Cardin. Millin. dec. 373.

24 *Coniecturæ validiores in hac materia elidunt debiliores.*

25 *Quæſtio, an filiorum appellatione veniant nepotes in ſententia* Fuſarii, *eſt grauiſſima.*

26 *Author adhibet diſtinctionem, cum qua diſſidentes hinc inde ſententiæ optimè poſſunt conciliari.*

CAPVT XXVII.

QVÆSTIO eſt in præſenti, utrum à Patruo inſtituta hærede uniuerſali Margherita Nepte ex fratre, eiuſque filijs maſculis in infinitum, illiſque ſine liberis maſculis decedentibus, ſubſtitutis filiabus fœminis eiuſdem Margheritæ, earumque deſcendeptibus, pariter in infinitum, cum progreſſu ad vlteriores ſubſtitutiones fauore Franciſci Stella cognati in gradu ſatis remoto, ſuorumque filiorum, & deſcendentium; ob deficientiam lineæ maſculinæ eiuſdem Margheritæ, dici debeat uocata ad fideicommiſſum Aurelia unica Neptis Margheritæ ex Horatio eius filio,

Digitized by Google

lio, ſine liberis Maſculis præmortuo; uel po-
tiùs à Cæſare deſcendente ex linea Franciſci
Stella, ut ſupra, ſubſtituti, obijci ualeat ei-
dem Margheritæ uulgatum dictum *Ioannis
Andrea in additionibus ad Specular. in tit. de
Teſtam. §. 1. verſic. occurrit, ſubſtitutio de te
non loquitur*; ex eo quia eadem Aurelia dici
non ualeat filia Margheritæ, de qua ſubſtitu-
tio ſpecificè loquitur in defectum lineæ ma-
ſculinæ, & fauore Aureliæ exiſtimo pro ueri-
tate reſpondendum.
1 Licet enim regulare ſit in fideicommiſſis,
& Primogenituris, ut appellatione filiorum
non ueniant Nepotes, quia aliter filij, aliter
Nepotes appellantur, *§. fin Inſtit. quib. Te-
ſtam. Tutor. dar. poſſ.* ubi, quòd tutor datus fi-
liis, non intelligatur datus nepotibus, *l. quod
ſi Nepotes, 6. ff. de Teſtam tutel. l. filium habeo,
ff. ad Macedonian. l. libertum, ff. de excuſ. Tutor.
l. cum pater, §. hæreditatem, ff de leg. 2.* quorum
Iurium diſpoſitionem extendendam eſſe ad
fideicommiſſum, affirmant *Bald. conſ. 186.
num. 1. lib. 4. Dec. conſil. 95. num. 6. verſic. &
in iſta, & num. 9. Soccin. Sen. cōſ. 104. in princ.
lib. 3. Odd. conſil. 90. num. 2. & ſeq. Caſanat.
conſil 38. num* 8. *Rimin Iun. conſ 358. nu. 228.
Menoch. conſ 215. num. 95. & 97. Decian. conſ.
44. num. 32. & ſeq. lib. 3. Honded. conſil. 60.
num. 64. & ſeq. lib* 1. ubi, quòd filiorum ap-
2 pellatione non ueniant Nepotes, quando Te-
ſtator diſcretiuè loquutus fuit de filijs, &
deſcendentibus; ideòque, ſaltem implicitè
de Nepotibus, *Gionagn. conſil. 24. num. 10. lib.
2. Cyriac. controu. 8. num. 68. & ſeqq. Ruſtic. in
l. cum Auus lib. 6. cap. 14. n 19 ff de condit. &
demonſtrat. Theſaur. quæſt. forenſ lib. 1. qu. 91.
Seſſe decif. Aragon 64. n. 83. Seraph. dec 1486.
num. 9 Merlin. decif. 206. num. 9. & duob. ſeqq.*
3 Quæ concluſio in ſpecie videtur probari
per *text. in l. Gallus, §. idem credendum, iun-
cto §. nunc de lege*, in verbo *ſupplendas, ff. de
liber. & poſthum.* vbi *Scæuola* ſupplet proui-
ſionem factam à *Gallo* circa inſtitutionem
filij, ſubſtitutionemque nepotis, aſſerens,
quòd debuerit prouidere de ſubſtitutione
Pronepotum, aliorūq; liberorum; ergo diſpo-
ſitio facta de nepotibus, ſicut non eſt tra-
henda ad pronepotes, ita etiam facta de fi-
lijs non debet trahi ad Nepotes; plus enim
diuerſitatis habet nomen filij à nepote,
quàm nomen nepotis à pronepote, prout ar-
guit in ſpecie *Aretin.* prædictum textum in-
ducendo, *conſ. 145. n. 2.*
4 Illaque fortiùs eſt admittenda, quando,
prout in præſenti themate, agitur de fidei-
commiſſo tranſuerſali, *Alex. conſ. 1. num. 16.
lib. 1. Corn. conſ. 199. num. 34. poſt med. lib. 4.
Surd. de aliment. tit. 9. quæſt. 36. num. 28. Car-
din. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 8. tit. 8.
num. 11. Fuſar. conſ. 36. n. 9. & 15. et de ſubſti-
tut. quæſt. 321. num. 2 & cōſ. 36. num. 9. & 15.
Caren. reſolut. 103. num. 14. Seſſe decif. Aragon.
64. num. 13. Valaſc. decif. 140. num. 15. Medic.
dec. Senenſ. 1. num. 34. & ſeq. Bich. dec. 480.
num. 24. & ſeq.* Rot. *in Bonon. fideicommiſſi de
Sala 16. Ianuarij, & 24. Maij 1662. coram* Re-
uerendiſſimo Veroſpio; quæ uſque adhuc, quā-
tum nouerim, non reperiuntur impreſſæ.
5 Præcipuè, quia filiæ fœminæ Margheritæ
neptis Teſtatoris fideicommittētis ſunt vo-
catæ ad fideicommiſſum taxatiuè, per verba
perſonaliſſima, ibi: *ſuccedant filiæ fæminæ le-
gitimæ, & naturales ipſius Margheritę*, prout
in ſpecie huiuſmodi perſonalitatem pro ex-
cluſione nepotum, expendunt *Soccin in dict.
l. Gallus, §. inſtituens, num. 5. verſ. ſed ſic dēfen-
dendo, ff. de liber. & poſthum. Bald. conſ. 302.
circà fin. verſ. unde ſi lego filijs Titij, lib. 4.* &
inter eiuſdem *Bald. conſ. Butrigar. conſ. 364.
verſ. circà quod conſiderare, lib. 4. Alex. conſ. 4.
n. 7. lib. 4. Trentacinq conſ. 11. ſub n. 27. lib. 1.
Rimin. Iun. cōſ. 173. num. 14. & 17. & cōſ. 358
num. 218. & conſ. 389. num. 17. in fin. Ladercb.
conſ. 58. ſub num. 15. & cōſ. 136. num. 7. Zuc-
card. conſ. 31. num. 102. Soccin. Iun. conſ. 30.
ſub num. 19. verſ. vel ſecundò reſponderi po-
teſt, Menoch. conſ 215. num. 51. & conſ 347.
num.* 10. benè *Cephal. conſ. 607. num. 61. Gra-
tian. cap. 765. num. 8. & ſeq. & cap. 629. n. 11.
Mattheac. in epit. de fideicomm. lib. 2. cap. 5. nu.
8. Cyriac. contron. 8. num. 71. Giurb. ad con-
ſuetud. Meſſan. cap. 2. gloſ. 9. num 2. Raudēſ. de-
cif. Piſan 49. ſub num. 73.* & de verbo *ipſius* ad
hunc præciſum effectum, *Rot. in recent. dec.
507. n. 9. part. 2.*
Nihilominus, prædictis non aduerſanti-
bus, arbitror, Aureliam, licet neptem ex
Horatio filio Magheritæ præmortuo, eſſe
6 vocatam ad fideicommiſſum; omiſſo enim,
quòd ſententia contraria, ut ſcilicet in fi-
deicommiſſis appellatione filiorum veniant
nepotes, uidetur magis recepta, ut poſt
gloſ. in l. Lucius, la ſeconda. *ff. de hæred inſtit.*
ibique, præ cæteris, *Angel. ante num. 3. Imol.
ante num. 2. ff. de hæred. inſtit. Bart. in d. l Gal-
lus, §. inſtituens, ff. de liber. & poſthum.* ibique
*Angel. num. 2. Bald. in l. 1. ante num. 3. verſic.
item quia nomine, Cod. de condit. inſert. Soccin.
Sen. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 11. ff. ad
Trebell.* ibique *Zanch. num. 229. Rip. in l. ex
facto, §. ſi quis rogatus, num. 60. ff. eod. Iaſ. in
l. ſi extraneus, num. 20. ff. de condit. cauſ. dat.*
egregiè, ac latiſſimè *Ruſtic. in l. cum auus, lib.
6. cap. 11. num. 29. &* 42. ubi dicit, eſſe ſenten-
tiam ueriorem, æquiorem, magiſque com-
munem, reſpondens omnibus contrarijs,
*Oldrad. conſ. 269. col. 2. verſ. nam ſecundum,
Bald. conſ. 487. in fin. lib. 2. conſ. 13. nu. 2. lib. 3.
conſ. 302. verſ. aut non conſtat, conſ. 362. &
413. lib. 4. Caſtr. conſ. 97. num. 3. lib. 2. Alex.
conſ. 33.*

conſil.33. num.8. lib.6. Soccin.Iun. conſ.116.
num.13. ubi dicit, eſſe communem opinio-
nem, & quòd hanc ſubſtineant antiqui,& re-
centiores, lib.1. & conſ.146.num.7. & ſeqq.
lib.2. ubi quòd ab ea in conſulendo, &
iudicando non ſit recedendum, & teſta-
tur, ſecundùm hanc fuiſſe iudicatum,
Decian.conſ.88.num.54.& ſeqq.lib.2.Cephal.
conſ.262.num.5.& ſeqq. ubi dicit, hanc eſſe
ueriorem, magiſque communem, Torniol.
conſ.83.num.21.Menoch.conſ.1039.num.4.&
ſeqq.Odd.conſil.39.num.50. & conſ 97. nu.7.
Peregrin.conſ.47.num.15.lib.1.conſ.31. n.16.
lib.2.conſ.59.num.1.lib.5. ubi etiam de com-
muni, & de fideicomm.art.1.num.22.& artic.
22.num.61.Craſſ.in §.fideicommiſſum, qu.10.
num.5.in fin.Surd.de aliment.quæſt.9.num.36.
Caſtill.lib.5. controu. cap.66.num.31.& ſeqq.
Cupyc. dec.21. nu.8. alijque plures relegendi
penes Fuſar. de ſubſtit. quæſt.319. num.1. &
ſeqq.& nu.11.verſ.ex his habemus, ubi quòd
hæc ſententia ſit æquior, & longè magis re-
cæpta.

7 Adhuc eſt animaduertendum, quòd in hu-
iuſmodi materia, cum reuera dari nequeat
regula certa, & inuariabilis; ſed pernecceſsè
ſit recurrendum ad coniecturas, ex quibus
Teſtatoris uoluntas deprehendi ualeat, pro-
ut admonet Bart.in l.liberorum, ff.de verb.ſi-
gnific. Curt.Iun conſ.11.num.5.& conſ.57.nu.
1. Alex.conſ.140. lib.6. Dec. conſ.291. Ruin.
conſ.117.& conſ.181.lib.2.Crauett.conſ.155.
num.4.Soccin.Iun.conſil.30.num.26.lib.4. Iaſ.
conſil.52.lib.3. Menoch. conſ.328. num.3. et
conſil.115.et præſumpt.94. num.23. verſ.re-
ceditur, lib.4.Caſanat.conſ.58.num.4.et 36.in
fin.Gabr.concluſ.1. lib.6. tit.de verbor.ſignifi-
ficat.num.32.Cardin.Mant.de coniect.lib.8.tit.
8.num.13.uſque ad 22.Peregrin.de fideicomm.
artic. 22. num. 47. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.
320. num. 1. et ſeqq. latiſſimè, præ cæteris,
Ruſtic. in l. cum Auus, lib. 6. cap. 11. num.
45. et ſeqq. ff. de condit. et demonſtrat. Me-
noch. lib.4. præſumpt. 94. num. 2. Peregrin.
de fideicommiſſ. artic. 22. num. 47. Surd. de
aliment.tit.9.quæſt.36.num.34. Facchin. con-
trou.Iur.lib.5. cap.18. Craſſ.in §.fideicommiſ-
ſum, ſub quæſt.10.num.3.et ſeqq. Andreol.cō-
trou.82.num.3.Valaſc.conſult.140.num.13. et
16. alijſque congeſtis, Caſtill. lib.5. controu.
cap.66.num.2.et 34.et ſeqq.Fontanell.de pact.
nuptialib. clauſ.4. gloſ.9. p.3. num.24. Sim.de
Petr.de interp.vltim.volunt.lib.3.interpret.3.
dubitat.4.ſolut.1.num.58. uſque ad 64. Gamm.
decis.160.num.8.Seſſ.dec.Aragon.64. Merlin.
dec.206.num.12. et ſeqq. quæ coniecturæ in
præſenti plures concurrunt, ſuadentes, fidei-
committentem intellexiſſe uocare ad fidei-
commiſſum adhuc Nepotes, & pronepotes
Margheritæ hæredis inſtitutæ.

Inter quas initio illa nobis ſe offert, quòd
filiæ Margheritæ fuerint vocatæ in caſu obi-
tus filiorum ſine liberis maſculis, & per con-
ſequens ſub conditione reſpiciente futurum,
incertumque euentum, atque adeò vindicat
8 ſibi locum recepta concluſio, quòd filiorum
appellatione veniant nepotes, quando diſpo-
ſitio eſt facta ſub conditione reſpiciente fu-
turum, & incertum euentum, prorſuſque
ignoratur á Teſtatore, an tempore euenien-
tis conditionis, reperiantur filij, vel nepo-
tes; ne alioquin eluſoria, & inanis euadat
huiuſmodi ſubſtitutio, vt in ſpecie argumen-
to text.in l.lucius 2.ff.de hæred.inſtit. firmant
Bald.in l.Gallus, §.inſtituens,ff.de liber,& po-
ſthum. ibique, præcipuè, Imol.num.48.Alex.
num.7. Iaſ.num.23. verſ. poteſt ad illum text.
Soccin.ſen.num.5.Seyſſell.num.10.Aretin.in §.
fin.num.5.Inſtit.qui teſtam.Tut. dar.poſſ. Zan-
ch.in l.hæredes mei,§.cum ita, part.4. nu.197.
& num.232.ff.ad Trebell.affirmans, eſſe com-
munem ſententiam, Ruſtic.in l.cum auus.ff.de
condit.& demonſtrat.lib.6.cap.11.num.4. ubi,
quòd ab hac opinione in iudicando, & con-
ſulendo non ſit recedendum; & n.22. 24. &
ſeq. Bald.conſ.487.in fin. lib. 2. Alex. conſ.9.
num.2. verſ. hoc idem, & num.6. lib.1. & la-
tiùs conſ.36.lib 6.& conſ.26.num.14.verſ.non
obſtat, lib.3. aſſerens, quòd id procedat, etiā
in nepotibus natis poſt mortem Teſtatoris,
Soccin.ſen. conſ.1.num.38.lib.3. ubi, quòd hęc
opinio ſine dubio procedat, Soccin.Iun.conſil.
114.num.31.& conſ.116. num.13. lib.1. Eu-
gen. conſ.94. num.6. Gabr. conſ.121. num.36.
lib.1. Rimin.Iun.conſ.23.n.66. Odd.conſil.39.
n.52.Cephal.conſ.16.n.64.et cōſ.107. n.15.&
conſ.242.num.15.Menoch. conſ.530. num.24.
Surd.conſ.336.num.9.& ſeq.Bellon.Iun.conſ.2.
num.35.Galuan.conſ.48. n.63.Sim. de Petr.de
interpretat. vltim.voluntat. lib.3.interpret.3.
dubit.4. ſolut.1. num.57. & ſeq. Caſtil. lib.5.
controu.cap.66.num.38.propè fin. & num.39.
in fin. verſ.quintus caſus, Peregr. de fideicom.
art.22. num.50. & conſ.31. num.15. lib.2. &
conſ.59.num.3.verſ.ut tamen,lib.5. Fuſar.conſ.
43.n.48.& de ſubſtit.q.320. nu.15.et 17. ubi
plures alios refert, Couarr.lib.3.var.c.5. n.3.
Craſſ.in §.fideicommiſſum,q.5.n.6.Card.Mant.
de coniect.vlt.volunt.lib.8.tit.8. num.20. An-
dreol. controu.82.n.8. & 11. Card. de Luca de
fideicom.diſc.71.num.8.& deciſum teſtantur,
Magon.dec.florent.71.num.12.Seſſe deciſ.Ara-
gon.64.n.14.45.et 108. Manent.dec.Mantuan.
3.num.3.et 7. Put.dec.256.num.5.lib.2.Sera-
phin. dec.409.num.11. Merlin.dec.206. num.
16. et 44.verſ. et quando diſpoſitio confertur,
Bich.dec.252.num.13. et ſeqq. Rot. in recent.
dec.718.num.2.part.2. et dec.199. num.5. et
ſeq.part.8. ibique, latiſſimè Rub.in annot.nu.
1.et plurib.ſeqq.

9 Ideóque, ob hanc eādem rationem recepta
eſt concluſio, quòd, quoties Teſtator voca-

uit natos, & naſcitutos poſt eum, cenſeantur vocati nepotes, cum collata dici debeat diſpoſitio in futurum euentum, *Imol. in d. leg. Gallus, §. instituens, ff. de liber. et poſth. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 12. n. 17. ff. de condit. & demonſtrat. Roman. conſ. 428. Ancharan conſ. 146. Alex. conſ. 9. num. 2. lib. 1. Hippolit. Riminald. conſ. 604. num. 26. lib. 6. Decian. conſ. 47. num. 24. lib. 3. Cephal. conſ. 262. num. 11. lib. 3. Menoch. conſ. 1035. num. 2. & lib. 4. præſumpt. 94. nu. 28. Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 8. tit. 8. num. 16 Sim. de Petr. de interpret. vlt. volunt. fol. 328. num. 57. Craſſ. in §. fideicommiſſum, q. 10. nu. 9. Mattheat. de legat. lib. 2. cap. 15. num. 19. Surd. de alim. tit. 9. quæſt. 36. num. 36. & 53. Fuſar.* alijs allegatis, *de ſubſtitut. q. 320. num. 23. et num. 24. verſ. ratio huius coniecturæ.*

10 Atque hinc etiam oritur, quòd idem ſit aſſerendum in diſpoſitionibus habentibus ex propria natura tractum ſucceſſiuum, & perpetuum, vtpotè ſunt Primogenitura, & Maioratus, in quibus filiorum appellatione venire nepotes affirmant *Ruſtic. in l. cum auus lib. 6. cap. 12. num. 24. Dec. conſ. 498. num. 19. verſ. ad confirmationem, Soccin. Iun. conſ. 108. num. 2. verſ. ſecundò hoc idem, lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 23. num. 51. & ſeq. Ioann. Lopez in Rubr. de donat. int. vir. & vxor. §. 69 num. 21. verſ. ſed meo Iudicio, Tiraq. de Iur. primog. q. 40. num. 57. verſ. decima quinta ratio, & num 37. & 42. Couar. pract. quæſt. cap. 38. num. 6. & ſeq. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 6. num. 28. verſ. in Hiſpanorum, Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 51. verſ. idem eſt, & conſ. 41. num. 34. lib. 5. Caſtill. lib. 5. controu. cap. 36. num. 38. propè med.*

11 Neque prædictis omnibus aduerſantur Auctores proximè allegandi huiuſmodi coniecturam reijcientes, inter quos præcipuè *Pinell. in l. 1. part. 1. num. 70. et ſeq. Cod. de bon. matern. Ruin. in l. Gallus, §. inſtituens, num. 15. ff. de lib. & poſthum. Aretin. conſ. 146. col. pen. verſ. nec obſtat præmiſſis, Roman. conſ. 438. ad fin. verſic. quæ determinatio, Dec. conſ. 97. num. 5. Soccin. ſen. conſ. 73. num. 19. verſ. ſed tamen, lib. 4. Alciat. reſpõſ. 98. n. 13. & reſponſ. 526. n. 5. Bero. cõſ. 122. n. 2. lib. 2. Burſati. conſ. 372. n. 6. Rimina. conſ. 438. col. vltim. Laderch. conſ. 136. n. 6. & ſeq. Menoch. cõſ. 215. num. 40 & 100 Marcabrun. conſ. 64. num. 97. Rot. in recent. deciſ. 507. num. 14. part. 2.* alijque congeſti per *Fuſar. de ſubſtit. d. q. 320. num. 16. in princip.* potiſſimùm innixi diſpoſitioni *text. in l. cum Pater, §. hæreditatem, ff. de legat. 2.* iuxta intellectum *Gloſ. et Din. ibi, cum de alijs eligendi poteſtas non fuerit,* ſupplendo *Gloſa, & Dinus, idest præmortuorum filijs,* per quem textum ponderat, *Romanus dict. conſil. 438. in fin.* quòd diſpoſitio ſit collata in futurum euentum, & nihilominus in eodem textu decidâtur, filium inſtitutum, qui poterat eligere unum ex filijs ſuis, cui hæreditatem reſtitueret, non poſſe eligere Nepotem; ideòque affirmat, filiorum appellatione non uenire Nepotes, etiam collata diſpoſitione in futurum euentum.

Huiuſmodi enim ſententia, uel aberrat à communi Doctorum ſenſu, prout teſtatur *Ruſtic. in d. l. cum Auus, lib. 6. cap. 12. num. 10. 12. 13. & 63. Galuan. conſ. 48. num. 63. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt. 320. num. 16. verſic. placet, Merlin. dict. dec. 206. num. 17.* alijque ſuperiùs pro hac opinione allegati, qui omnes latè reſpondent prædicto textui in *l. cum Pater, §. hæreditatem, ff. de legat. 2.* eiuſdemque uerum intellectum afferunt apud eoſdem relegendum.

12 Vel fortaſsè poſſet procedere, quando in futurum ſolùmmodò tempus filiorum ſubſtitutio reiicitur, in quibus terminis loquuntur auctoritates contrariæ, & præcipuè *Rot. in recent. dict. dec. 507. par. 2.* & quando aliæ urgentes coniecturæ non concurrerent uocationem Nepotum ſuadentes.

13 Secus uerò affirmandum, quando in remotiſſimum tempus fuit collata ſubſtitutio, uel in infinitum facta filiorum uocatio; in his enim caſibus, cum Teſtator ſatis probabiliter dubitare potuerit, tunc non extituros filios primi gradus; meritò filiorum appellatione Nepotes continentur; prout optimè utrumque caſum diſtinguentes. & ſatisfaciẽtes contrarijs, præ cæteris firmant, *Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita, num. 133. ff. ad Trebell. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 320. num. 16. verſ. hæcque ſententia, & num. 17.* ubi alios refert, *Petr. de interpetr. vltim. volunt. fol. 153. num. 219. & ſeqq & fol. 162. à terg. ſolut. 1. Clar. in §. Teſtamentum, quæſt. 76. Card. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 9. Merlin. deciſ. 206. nu. 17. & duob. ſeqq. Bich. dec. 252. num. 15.* in quibus deciſionibus in ſpecie reſpondetur *dict. deciſ. Rot. in recent. 507. num. 14. part. 2.* in qua ex aduerſo potiſſimùm conſtituitur fundamentum.

14 Secunda accedit coniectura, quia fuerunt uocatæ ad fideicommiſſum filiæ Margheritæ, earumque deſcendentes, ſub quorum nomine, cum ueniant omnes in infinitum; uerbum enim, *deſcendẽtes*, habet implicitum tractum temporis in perpetuum, omneſque cõplectitur gradus, prout ſunt Iura in *l. ultima, Cod. de legitim. hæred. §. 1. auth. de hæredib. ab inteſt. venientib. l. liberorum, ff. de verbor. ſignificat. Connan. lib. 10. commentar. cap. 1. num. 4. Pinell. in l. 1. part. 1. num. 69. Cod. de bon. matern. Tiraq. in l. ſi unquam,* uerbo *filios non habens, num. 12. Cod. de reuoc. donat. Pariſ. conſil. 11. num. 26. lib. 3. Decian. conſ. 74. nu. 10. & 11. lib. 4. Robles de repræſent. lib. 2. cap. 18. num. 7. & 8. Peregrin. de fideicomm. artic. 22. num. 43. Fuſar. conſil. 43. num. 44. & de ſubſtit. quæſt. 327. n. 1. Thaſaur. dec. 269. Merlin. deciſ. 206. n. 14.*

15 Abſque dubio intelliguntur comprehenſi, etiam Nepotes, ſaltem ſub uocatione deſcendentium, cum uocatis deſcendentibus ex aliquo, non cenſeatur reſtricta uocatio

ad

ad deſcendentes primi gradus; ſed ueniant omnes in infinitum, *Bald.in l.Gallus, §.inſtituens*, ibique *Alex.num.7.Imol.num.48.ff.de liber.& poſthum.Alex.in l.ex facto, §.ſi quis ita, num.4.ff.ad Trebell.* ibique *Rip.num.6.Alciat.in l.liberorum in fine, ff.de verbor.ſignif.* benè *Rebuff.in l.cognoſcere, §.liberorum, ff.eod.Soccin.Sen.conſ.51. num.7. & ſeqq. lib.4. Pariſ.cōſil.51.num.30.lib.2. Barz.dec.Bonon.4.num.17.et dec.7.num.2.et 4.verſ.his tamen, et num ſeqq.* & in his terminis benè *Fuſar.cōſ.43.num.44.et ſeqq. Peregrin.de fideicommiſſ.artic.22.num.50.et conſ.31. num.15. lib.2. et conſ.59.num.3.lib.5.Seſſe dec.Aragon.64. nu.108.Merlin.d.dec.206. num.14. et ſeqq. Bich.dec.252.n.13.et ſeqq.*

16 Tertia urget coniectura, quando alioquin ſequeretur irrationabile abſurdum duræ, & iniquæ ſeparationis aduerſās, nedum diſpoſitioni *text in l.poſſeſſionum*, Cod. *comm. vtriuſq; iudicij. l.liberorum,§.ſed et Papirius, ff.de verbor.ſignific. l.uxorem,§.concubina,ff.de legat.3.* ſed etiam Teſtatoris uoluntati, ſi, excluſis Nepotibus proximioribus, ſubſtituti remotiores in gradu, uel extranei, prout in præſenti themate, admitterentur, *Bart. in l.liberorum, ante num.5.uerſic ſi ab homine, ff de verbor.ſignif et in l.uxorem,§.concubina, poſt gloſ* ibidem in uerbo *cur non deberentur, ff.de legat.3.Bald.in l.Gallus,§.inſtituens,col.penult.uerſic.Petrus ſic diſtinguit,ff.de liber.et poſthum.* & ante iſtos *Petr.Andr.de Piſis Cin. et Rain.de Forli.Alex.in l.ſed ſi hac,§ liberos, n.3.verſic.et vbi abſurdum, ff de in ius vocando, Ruſtic.in l.cum Auus,lib.6.cap.12,num.7.54.et ſeqq.Bald conſ.487.in fin.lib.2. Alex.conſil.9.num.5.lib.1.et conſil.37.num.11.13.et 15.lib.5.Soccin.Sen.conſil.73. num.5. verſ. et in primis.lib.4.Curt.Iun.conſil.3.num.8.et conſil.111.num.8.* aſſerens, in hoc neminem contradicere, *Roland.conſil.93.num.25.verſic.et ubi abſurdum,lib.2.et conſil.23.num.33.lib.4.Beron.conſ.22. num.4. uerſic. præterea, lib.2.Decian, conſ.88.num.56. et ſeqq. Surd. conſil.85.num.28.lib.1.Menoch.conſ.613. num.11.lib.6.et lib.4.præſumpt.94.num.26.et ſeqq. Cardin.Mantic.de coniect. ultim. uolunt. lib.8. tit.8. num.16.* ubi dicit, hanc coniecturam non habere difficultatem, *Sim.de Petr.de interpret.ultim.uolunt.fol.328.n.56. Peregrin. de fideicomm.artic.22.n.48.Gabr.de uerbor.ſignif.concluſ.1.n.34.Craſſ.in §.fideicommiſſum, q.10.n.10.Fuſar.de ſubſtit.q.320.n.44.Caſtil.lib.5.controu.cap.66.n.40. uerſ.Tertia,quando alioquin extranei,Card.de Luca de fideicom. diſc.71.n.9.*

17 Quæ coniectura ſatis apertè remanet cōprobata per *textum* valdè ſingularem, *in leg. lucius*, la ſecōda, *ff.de hæred.inſtit.* vbi diſiuncta in coniunctam reſoluitur, ne ſubſtitutus extraneus præferatur liberis fratris conſanguinei Teſtatoris ab eo valdè dilecti, quem *text.* in his terminis ſatis appoſitè expendit *Ruſtic.in d.leg.cum Auus, lib.6.cap.12.num.6.et ſeq.Fuſar.de ſubſtit.d.quæſt.320.num.46.verſic. tertiò probatur.*

18 Idque, etiam eſt regulare, præcipuè in vltimis voluntatibus, quòd ſemper ea ſit faciēda interpretatio, ne ſequatur irrationabile abſurdum, & impium; etiam, ſi neceſſe ſit à propria verborum ſignificatione recedere, *l.vxorem,§.concubinæ, ff.de legat.3.* vbi legato fundo in Appia cum Villico, & filijs ſuis, etiam nepotes, in legato veniunt, ne alioquin à proprijs parentibus ſeparentur, quorum ſeparatio natura, ac lege dura, & iniqua cenſetur, & admonet *Alex.conſ.17.num.7.lib.7. Abbas conſ.78. col.2. verſ. tertiò hic intellectus, lib.2.* latè *Ruin.conſil.42.num.8.& ſeq.lib.2.Crauett.conſ.130.num.8. Surd.conſ.485. num.27.& ſeq. lib.1. Gabr.conſil.14. num.31. lib.1. Menoch.conſ.613. num.11. Cardin.Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.8. tit.8. num.1.2.& 12.* egregiè *Facchin.lib.5.controu.cap.18.Peregrin. de fideicomm.art.22.num.12.& 48.Seraphin.dec.1486.num.6.et 8.* quod procedit, etiam ſi actus irritatio ſequeretur, latè *Ruin.conſ.150. nu.8. et ſeq.lib.2.Surd.dict.conſil.85.num.28.* & in ſpecie *Ruſtic.in dict.leg.cum Auus,lib.6. cap.12.num.7. et 59. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.320. num.45. et ſeq. Merlin. deciſ.206. num.12. et ſeq.*

19 Ob quam etiam rationem in fortioribus terminis habemus, quòd filiorum appellatione veniant Nepotes, ne detur inæqualitas inter deſcendentes fratrum; adeòut, quemadmodùm ad fideicommiſſum fuerunt ſpecificè vocati Nepotes ex fratre Teſtatoris; ita etiam cenſeri debeant vocati Nepotes ex altero fratre, licet de eis non fuerit facta ſpecifica mentio in Teſtamento, prout in ſpecie *Alex.conſil.5.num.6.& ſeq.lib.3. Eugen.conſil.94.num.10.lib.1. Becc. conſ.221. num.13. lib.2.Galuan.conſ.48.num.64. verſ.tertia ſe nobis.et conſ.49.num.12.verſ.item non ſolùm,* quos refert, & ſequitur egregiè *Merlin. dict. dec.206.n.24.*

20 Nullatenus aduerſantibus rationibus in contrarium adductis per *Magon. dec.Lucenſ. 82. num.26.* quia, illius ſententia, adhuc retenta, licet non ſequatur inæqualitas reſpectu ſtipitum; ſequitur tamen reſpectu graduum, ſi Nepotes ex uno fratre ſuccedant, & ex altero fratre excludantur, prout aduertit in ſpecie *Merlin.dict.dec.206.num.27.*

21 & dum hāc interpretationem amplectimur, quòd ſub filiorum uocatione intelligantur comprehenſi Nepotes, non torquetur uerbum, *filiorum*, neque extraneus ſenſus illi tribuitur; ſed tantùmmodò, neglecta ſtricta ſignificatione, iuxta quàm filiorum appellatione nepotes non ueniunt, eligimus latam, iuſtamque ſignificationem; cum in con-

confeſſo ſit apud omnes Doctores, quòd appellatione filiorum veniant nepotes, ſaltem lato ſumpto vocabulo, *Bart. in l. liberorum, num. 10. ff. de verbor. ſignific. Honded. conſ. 50. num 47. lib. 1. Odd. conſ. 66. num. 98. Surd. conſ. 544. num. 2. lib. 4. & de alim. tit. 9. quaſt. 36. num. 1. & ſeqq. & num. 13. Peregrin. conſ. 33. num. 43. & ſeqq. lib. 3. Fuſar. de ſubſtit. qu. 319 num. 12. & quaſt. 320. num. 32. verſ. reſpondetur enim, Merlin. d. dec. 206. n. 27. & 29.*

22 Prædictis igitur firmatis, non aduerſantur coniecturæ ex aduerſo ponderatæ pro excluſione Nepotis: Prima enim, quòd verſemur in fideicommiſſo tranſuerſali non obſtat; nam adhuc in hoc caſu loquuntur pleræque auctoritates ſuperiùs allegatæ, ſignãter *Merlin ſæpiùs cit. dec. 206. per tot.*

23 Prout, neque etiam in contrarium vrget altera coniectura, quód Teſtator taxatiuè vocauerit filias fœminas Margheritæ, ponderata dictione ibi, *ipſius Margheritæ*, quia vocando filias Margheritæ non videtur reſtrictiuè fuiſſe loquutum; ſed potiùs demonſtratiuè; dum enim vocantur filiæ, opus eſt de Matre mentionem facere, vt intelligatur, de quibus filijs ſit ſermo; & tunc reſtrictiuè diceretur facta ſubſtitutio, ſi fuiſſet habita mentio de filijs prædictis, vel alio modo demonſtraretur, de filijs præcisè primi gradus Teſtatorem intellexiſſe, & in his terminis loquuntur auctoritates contrariæ, ſignantet *Ruin. conſ. 129. num. 8. lib. 3. Alex. conſ. 37. num. 14. lib. 6. Dec. conſ. 465. & 513. Pariſ. conſ. 20. num. 57. lib. 3. Peregrin. de fideicom. art. 22. num. 47.* Rot. *in recent. deciſ. 667. nu. 6. par. 2.* Cardin. Millin. *dec. 373.* prout declarat *Bart. in l. Gallus, §. inſtituens, num. 3. ff. de lib. & poſthum. Fuſar. de ſubſtitut. qu. 321. num. 28* & aduertit egregiè *Merlin. dict. dec. 206. num. 33. verſic. minus etiam, & num. 34.* qui etiam

24 ponderat *num. ſeqq.* quòd huiuſmodi coniecturæ, tamquàm debiliores, in omnem caſum elidantur ex alijs fortioribus, quæ militant pro nepotibus, *l. Diuus, ff. de in integrum reſtitut. Menoch. lib. 1. præſumpt. 9.* cum alijs vulgatis.

25 Cęterũ in huiuſmodi articulo, an appellatione filiorũ veniãt nepotes in fideicõmiſſis, quam eſſe grauiſſimam, tum ob hinc inde exiſtentia aperta Iura, tum etiam ob diſſidentes Doctorum opiniones, teſtatur *Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 319. in princ.* occaſione diſceptationis eiuſdem articuli in alijs cauſis, ſem-

26 per conſtans in ea fui ſententia pro tollendis æquiuocis, quòd maximum debeat conſtitui diſcrimen inter caſum, in quo diſceptari contingat de huiuſmodi quæſtione ad effectum libertatis bonorum, ut, ſcilicet, præ defunctis filijs primi gradus, extantibus tamen Nepotibus, vel deſcendentibus in ulteriori gradu, ſubſtitutio caducata remaneat, & alterum caſum, in quo ſubſtitutio non ceſſet; ſed vlteriorem habeat progreſſum ad diuerſum gradum, ſeu diuerſum perſonarum genus.

In primo namque caſu attendi debet fauor ipſius hæredis, qui grauatus filijs reſtituere, non poteſt dici grauatus reſtituere Nepotibus, reſiſtente potiſſimùm legali regula prohibente extenſionem, ſeu multiplicationem fideicommiſſi, tamquàm odioſam, utpotè auferentem naturalem, liberamque diſpoſitionem bonorum, prout Nos alio in loco adnotauimus, & in his terminis loquuntur pleræque auctoritates contrariæ, ſi diligenter attendatur, ſignanter *Caſt. conſil. 97. num. 3. lib. 2. Dec. conſ. 218. nu. 12. Menoch. conſ. 215. num. 22. & ſeqq. Bardellon. conſ. 83. num. 41. & ſeq. Bellon. Inn. conſil. 12. num. 56. & ſeq. Cephal. conſil 107. num. 7.* nonnullęque *Rotæ* deciſiones, præcipuè *Card. Millin. deciſ. 373. Merlin. deciſ. 460. num. 2. & ſeqq. Rota in recent. deciſ. 507. num. 2. & 7. & dec. 667. n. 2. & ſeqq. p. 2. & dec. 279. p. 6.*

In ſecundo verò caſu hæredis grauati nullatenus intereſt, an debeat reſtituere filijs, vel potiùs Nepotibus, dum non ob hoc eximitur ab onere fideicommiſſi, vlteriorem progreſſum alioquin habentis fauore deſcẽdentium ex fœminis; ideòque debiliores cõiecturæ requiruntur ad effectum includendi Nepotes ſub vocatione filiorum, quæ debent conſiderari, non in ratione extenſiua fideicommiſſi, ſed potiùs interpetratiua, prout in ſpecie diſtinguunt *Ruſtic. in dict. l. cum Auus, lib. 6. cap. 11. num. 9.* ubi, quòd appellatione filiorum veniant Nepotes, quoties non agitur de exonerando hærede ab onere fideicommiſſi; ſed hæres in omnem caſum eſſet grauatus reſtituere, quem refert, & ſequitur *Caſtill. lib. 5. contr. cap. 65. n. 45. propè fin. verſ. & ſic vbi non ageretur de exonerando hærede*. Eamdemque diſtinctionem ſequitur, nemine prorſus allegato, iuxta ſuũ conſuetũ modum ſcribendi, *Card. de Luca de fideicomm. diſcurſ. 71. n. 13. & ſeq.*

Viſis hiſce allegationibus, controuerſia vlteriorem progreſſum non habuit, ſed Aurelia fuit immiſſa in poſſeſſionem bonorum fideicommiſſo obnoxiorum.

ARGV-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Filia familias, quamuis nupta non poteſt, neque etiam inter liberos, de ſuis dotibus, ſiue profectitijs, ſiue aduentitijs teſtari, adhuc Patris accedente conſenſu, neque teſtamentum ſubſtineri valet ex beneficio clauſulę codicillaris in vim donationis cauſa mortis; niſi expreſſus, ſpecialiſq; eiuſdem Patris accedat conſenſus in ipſo actu teſtandi; non autem pręſumptus, vnà cum præſentia donatarij omninò à Iure requiſita, quoties mortis cauſa donatur.

Expenditur vera ratio, ob quam filijs familias tęſtamentum facere ſit interdictum.

Filio familias non eſt à Iure permiſſum, patris conſenſu non accedente, cauſa mortis donare, neque etiam bona aduentitia, ſiue profectitia, licet eidem patri in eiſdem bonis non fuerit quæſitus vſusfructus, cum Patris conſenſus non requiratur ratione præiudicij, ob vſumfructum, ſed potiùs ad integrandam filij perſonam, Reprobatur theorica; *Bartolo* tributa in *Nouella* 117. *Auth. vt liceat Matri, & Auiæ*, ipſamque *Auth.* in verbo, *diſponere*, eſſe mendosè traductam in Latinum ex Græco Idiomate oſtenditur, eiuſdemque traditur intellectus.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium à Patria non ſoluit poteſtate.*
2 *Filia familias, quamuis nupta, non poteſt, neq; etiam inter liberos de ſuis dotibus, ſiue profectitijs, ſiuè aduentitijs teſtari, etiam Patris accedente conſenſu; multòque magis illo deficiente.*
3 *Idque, etiamſi filios æqualiter inſtituat, & Patri abſenti vſumfructum relinquat.*
4 *Filia familias nupta teſtari poteſt, quando, nempè, per ſtatutum à patria poteſtate ſit liberata.*
5 *Vel quando ſtatutum expreſsè diſponit, vt filius familias teſtari poſſit; prout extat Neapoli, in Hiſpania, & in Gallia.*
6 *Reprobatur contraria ſententia, illi potiſſimùm innixa fundamento, quòd Patri ſuper dote filiæ conſtituta non competat, neque proprietas, neq; vſusfructus, ideòque de ea poſſit ad libitum diſponere.*
7 *De diſpoſitione* textus in Auth. vt liceat Matri, & Auiæ, *in principio.*
Verbũ, diſponere, *ad vltimã refertur volũtatẽ.*
8 *Filius familias nullo Iure teſtari poteſt.*
9 *Idque, neque etiam patre conſentiente.*
10 *Ob quam cauſam filius familias teſtari non poſſit, plures afferuntur ſententiæ,* & num. ſeqq.
11 *Legibus duodecim tabularum Teſtamenti condendi facultas patribus fuit conceſſa; non autem filijs familias, qui nulla habent bona, de quibus teſtari valeant.*
12 *Reprobatur huiuſmodi ratio.*
13 *Verbum,* ſuus, *de quibus* in l. verbis legis, ff. de verbor. ſignific. et l. teſtamento, Cod. de teſtam. *non eſt referendũ ad proprietatẽ bonorum, ſed ad id, quod teſtamento relinquitur familiæ.*
14 *Filius familias, & ſi aliquando bona habeat, tàm quoad proprietatem, quàm quoad vſumfructum; non tamen familiam habet, donec Pater viuit, eamque non emancipat.*
15 *Lex duodecim Tabularum, ideò non dedit filijs familias hanc teſtandi facultatem, quia lex eam dare noluit.*
16 *Vera poteſtatis ſupremæ ratio, cum quæritur, quare quid non dederit, alia non eſt, niſi, quia noluit dare.*
17 *Teſtamenti condendi facultas publici iuris eſt.*
18 *Voluntates Teſtatorum, hæredumque inſtitutiones, ab alieno arbitrio pendere non debent.*
19 *Filij familias teſtamentum, ideò non valet, ne alioquin ipſius teſtamentum pendeat ab arbitrio, & voluntate patris.*
20 *Sed huiuſmodi ratio improbatur à* Piccardo, & num. ſeq.
21 *Teſtamenti condendi facultas, & ſi publici iuris ſit, non inde conuincitur, eam ad filium familias non pertinere; cum in his, quæ publici iuris ſunt, patria non expectetur poteſtas.*
22 *Duplex erat modus diſponendi à lege duodecim Tabularum coarctatus ad teſtandum, alter concione habita ad populum* Calatis Comitiis; *alter verò* per ęs, & libram.
Vtriuſque teſtamenti forma explicatur, & n. 27.
23 *Teſtamenta inſpecta lege duodecim Tabularum, cum publicè fierent; ideò teſtamenti factio publici; non autem priuati iuris fuit.*
24 *Ob hanc cauſam filio familias teſtamenti factio erat interdicta; poterat enim Pater eidem præcipere, ne Populum conuocaret.*
25 *Publica Iuris authoritas à ſpeciali hominis voluntate pendere non poteſt.*
26 *Teſtamentum* per æs, & libram *conficiebatur, per familiæ, nempè mancipationem, & teſtamenti nuncupationem.*
27 *Teſtamenti nuncupatio, cum qua forma conficiebatur.*
28 *Mancipatio fiebat præſente familiæ emptore; alijſque adhibitis ſollemnitatibus.*
29 *Filius familias, vtpotè in patria poteſtate exiſtens; cum familiam habere non poſſit, ob hanc cauſam teſtari non poterat.*
30 *Filius familias repellitur à teſtando, non ob intereſſe Patri competens ratione vſusfructus; ſed potiùs, quia non eſt legitima perſona ad teſtandum.*
31 *Filius familias, non ex eo, quòd non ſit permiſſum teſtari de ijs rebus, in quibus Patri fuit quæſitus vſusfructus, valet deſumi argumentum, quòd poſſint teſtari de rebus, in quibus Patri non quæritur vſusfructus.*
32 *Declarãtur Iura* in l. fin. §. filiis autem familias Cod. de bon. quæ liber. et l. nemo, Cod. qui teſtam. fac. poſſ.
33 *Non ſufficit habere bona, eorumque plenum dominium, & adminiſtrationem ad hoc, vt quis*

ha-

habeat teſtandi facultatem; ſed vlteriùs expoſcitur integritas ſtatus, quam filius familias non habet, neque in profectitijs, neque in aduentitijs.

34 Diſpoſitio facta à filio familias fauore piæ cauſa, accedente patris conſenſu, an ſubſiſtat?

35 Filius familias Clericus, ad inſtar militis, de bonis poſt clericatum quæſitis teſtari valet.

36 Clauſula codicillaris, an ſaltem ſubſtineat teſtamentum conditum à filia familias in vim donationis cauſa mortis, & num. ſeqq.

37 Teſtamentum filij familias vigore clauſulæ codicillaris, ad hoc, vt ſubſtineri poſſit, requiritur expreſſus, ſpecialiſque Patris conſenſus, qui per neceſſè eſt ſupponendus in ipſo actu teſtandi, vt cauſa mortis donare poſſit.

38 Et conſenſus debet eſſe expreſſus; cum tacitus non ſufficiat, & num. 56.

39 Donatio cauſa mortis debet fieri à præſente præſenti.

Reprobatur contraria ſententia Olualdi.

40 Notarius pro donatario abſente, an poſſit ſtipulari.

41 Teſtamentum conditum à filio familias abſque præſentia donatarij non valet, neque in vim clauſulæ codicillaris ſubſtineri poteſt, vti donatio cauſa mortis.

42 Neque ſufficit ſcientia, & acceptatio ſubſequens donatarij.

43 Licet ex donatione cauſa mortis acquiri poſſit abſentibus, ſaltem in vim legati, & fideicommiſſi.

Id tamen eſt intelligendum, quando is, qui fecit teſtamentum, erat capax illud condendi; ſecus verò quando diſpoſitio erat facta ab eo, qui de Iure teſtari non poterat.

44 De diſtinctione, an donatio facta in teſtamento valeat, tamquàm donatio cauſa mortis, vel iure legati, aut fideicommiſſi.

45 Filio familias, ſi eſſet permiſſum, adiecta in teſtamẽto clauſula codicillari, teſtari de bonis, in quibus patri non quæritur vſusfructus, eiuſdem patris non accedente conſenſu, eluſoria euadteret legalis prohibitio teſtandi.

Lex non debet eſſe impoſita verbis, ſed rebus.

46 Laudatur diſtinctio allata à Manſio, et Torre, in locis ibidem allegatis.

Expenditur text. in l. hæredes palam, §. vno contextu. ff. de teſtam.

47 Filius familias, accedente conſenſu Patris, cauſa mortis donare poteſt, quia donatio cauſa mortis ſapit naturá actus inter viuos, & contractus.

Conſenſus patris an requiratur, quoties filius familias habet à Teſtatore auctoritatem diſponendi, ibid.

48 Quoties à filio familias fit donatio cauſa mortis in teſtamento, & per clauſulam codicillarem in eo adiectam, tunc potiùs dicitur teſtari, quàm contrahere, ideoque teſtamentum in vim donationis non poteſt ſubſiſtere.

49 Prohibitum cum permiſſo ſi immiſceatur, totum vitiatur.

50 Filius familias donare non poteſt bona aduentitia, in quibus patri fuit quæſitus vſusfructus, non accedente eiuſdem Patris conſenſu.

51 Quando Patri non fuit quæſitus vſusfructus, poteſt in ſententia Bartolo tributa filius familias cauſa mortis donare, etiam patris non accedente conſenſu, cum non requiratur ad integrandam perſonam filij, ſed potiùs ratione tantùm paterni præiudicij ſuper vſufructu.

52 Contrariam opinionem eſſe veriorem oſtenditur, & de ratione.

53 Filius familias bona caſtrenſia mortis cauſa donare poteſt ſine Patris conſenſu, quia ſuper eis Teſtamentum facere poteſt.

Expenditur textus in l. filius familias, §. fin. ff. de donat.

54 Quando vſusfructus, & adminiſtratio bonorum ad filium pertinet, eſt etiam neceſſarius in donatione Patris conſenſus; licèt de eiuſdem Patris præiudicio non agatur.

55 Non valet donatio facta à filio Patri cum eius conſenſu; licèt tunc non agatur de ipſius Patris præiudicio; ſed potiùs commodo, & num. ſeqq.

56 Non integratur perſona minoris cum ſuo Curatore contrahentis ex eiuſdem Curatoris authoritate, & conſenſu.

57 Donatio facta à filio Patri, vt ſit valida, neceſſè eſt, vt Iudicis interueniat auctoritas, qui paternum ſuppleat conſenſum.

58 Conſenſus Patris pro validanda donatione facta à filio familias debet eſſe ſpecialis, & expreſſus, neque ſufficit generalis, aut tacitus.

59 Pater, licèt permittat filio donare; non tamen cauſa mortis donare poterit; & de ratione.

60 Lectura Bart. in Auth. vt liceat Matri, et Auiæ, in aliquorum ſenſu non eſt eiuſdem Bart. ſed potiùs ſub alterius nomine ibidem inſerta.

61 Diſpoſitio d. Nouellæ 117. in Authen. vt liceat Matri, et Auiæ, in illis verbis, quo volunt modo diſponere, reperitur mendoſè traducta ex Græco idiomate in Latinum, dum verbum, diſponere, conuertendum eſt in verbum, adminiſtrare.

62 Textus in d. Auth. voluit corrigere antiqua Iura deferentia in bonis legitimam adminiſtrationem Patri, ſub cuius poteſtate erant filij conſtituti, decernendo, quòd huiuſmodi adminiſtratio Patri non ſit deferenda, quando eidem non quæritur vſusfructus.

63 Dictio, ſi verò, refert, & coniungit ſequentem diſpoſitionem cum precedenti.

64 Conſenſus Patris requiritur expreſſus, & ſpecificus ad donandum cauſa mortis, adeòut tacitus, præſumptuſque non ſufficiat, & num. 37.

65 Teſtamentum, quod ab initio non valuit, tractu temporis conualeſcere non poteſt.

66 Ad teſtamenti validitatem omninò requiritur habilitas tempore conditi teſtamenti, & tempore mortis.

67 Conſenſus Patris requiritur tempore habili, quando, ſcilicet, à filio familias fuit conditum teſtamentum in vim donationis cauſa mortis valiturum.

Adeòut ſuperueniens, ſignanter poſt mortem filij, non poſſit ſuffragari ad validandam donationem.

68 Patris conſenſus, an ſit præſumendus in teſtamento filij familias ex eius præſentia.

69 Ad validandam donationem filij familias, an ſatis ſuperque ſufficiat Patris conſenſus ante donationem, & ex internallo præſtitus.

70 Vigore ſtatuti Vrbis lib. 1. cap. 145. excluditur ſoror fauore fratris, etiam à ſucceſſione materna.

CA-

Digitized by Google

CAPVT XXVIII.

TESTAMENTVM conditum á Virginia, quamuis nupta, abſque dubio eſt nullum, quia tamquàm filiæfamilias ſub patria poteſtate conſtitutæ,
1 à qua iuxta vulgata Iuris principia matrimonium non liberat, l. ſi vxorem, ibique Gloſſ. & Bald. Cod. de condit. inſert. l. 1. in fin. et l. ſeq. ff. de liber. exhib. l. 2. §. quòd ſi te Patris, & l. quoties, ff. ſolut. matrim. Gloſ. in §. 1. verbo Parentes, Inſtit. de Senat. Conſult. Tertull. quæ refert differentiam in hoc, inter Ius Romanorum, & Ius Longobardorum, latè Barboſ. in l. 2. §. quòd ſi in Patris, num. 1. & l. poſt dotem, num. 1. 40. & ſeq. ff ſolut. matrimon. Guttier. in §. ſui, n. 118. Inſtit. de hæred. qualit. Rolād. conſ. 95. n. 47. lib. 1. Ronit. conſ. 44. n. 12. lib. 2. Tiraquell. in l. 1. in princ. de leg. connub. Gratian. c. 382. n. 3. Gomez. in l. 40. Taur. Matiēſ. in l. 8. tit. 1. lib. 5. gloſ. 1. n. 1. ibiq; Azeued. nu 9. Caſtill. tom 1. contron. cap. 3. de vſufruct. num. 75. & ſeq. Cirocc. diſcept. 47. num. 2. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. num. 306. Boer. dec. 197. in princ. Franch deciſ. 546. n. 9. Capyc. Latr. dec. 34. num 8. omninò fuerit à Iure prohibitum poſſe teſtari, neque etiam
2 inter liberos de ſuis dotibus, tám profectitijs, quàm aduentitijs, adhuc Patris accedente conſenſu; multòque fortiùs, prout in præſentia, illo deficiente, iuxta receptiſſimam ſententiam, quam, omiſſis innumeris, qui poſſent allegari, in ſpecialibus terminis, præ cæteris firmant Bald. Salic. Angel. & Iaſ. in l. Senium, Cod. qui teſtam. fac. poſſ. idem Bald. in l. 2. nu. 22. Cod de hæredit. action. Cagnol. in l. fin. num. 103. Cod. de pactis, latè Barboſ. in l. poſt dotem, num. 40. & ſeq. ff ſolut. matrim. Alex. conſil. 17. nu. 1. & duob. ſeqq. lib. 2. Cephal. conſ 256. num. 10. & 14. lib. 2. Rub. Alex. conſ 127. benè Honded. conſ. 32. num 81. vol. 1. Ruin. conſ. 3. num. 1. lib. 3. Roland. conſ. 95. num 47. lib. 1. Ronit. conſil. 4. num. 11. lib. 2. Franc. Ant. Coſt. conſ. 12. num. 16. & 22. & conſ. 87. num. 4. & ſeq. Gall. conſ. 1. num. 9. 10. & 11. Bott. conſ. 27. num. 3. & ſeq. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 22. limit. 2. nu. 9. vbi meritò reprehendit Dec. contrarium ſentientem, Gomeſ. ad l. Tauri, 5. num. 1. in fin. verſ. & in tantum eſt verū, Molin. de contract. diſput. 138. Clar. in § Teſtamentum, q. 18. nu. 3. appellans hanc concluſionem indubitatam, Craſſ. in eod § quæſt. 23. nu. 3. verſ. hinc etiam, Vin. comm. opin. 302. num. 6. Brun. de ſtatut. quòd ſtant. maſc. art. 1. quæſt. 5. num. 77. Dilect. de art. teſtan. tit. 1. cant. 1. Gall de except. quæ orir. poſſ. in ſucceſſ. tit. 1. except. 2. num 4. p. 2. Coſt. de fact. ſcient. & ignor. centur. 2. diſtinct. 47. n. 10. & ſeq. Gratian cap. 382. n 1. & ſeqq. ubi, quòd, ſiue dos ſit peculium profectitiū, ſiue aduentitium, ſemper ſit verior opinio, ut, nempè, de eo filia familias non poſſit teſtari, Borbon. de fil. fam. quæſt. 12. per tot. Caſtill. tom. 1. controuerſ. de vſufruct. cap. 3. ex nu. 75. Galcot controu. 30. num. 19. & ſeq lib. 2. Paſchal. de patria poteſt. par. 1. cap. 3. num. 4. benè eruditiſſimus Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. num. 306. & ſeqq. Manſ conſult. 103. num. 4. & 5. & num. 33. lib 2. Michalor. de fratr. par. 1. cap. 9. num. 10. Tondut. lib. 1. qq. ciuil. cap. 78. & duob ſeqq Cirocc. diſcep. 48. num. 3. Ant. Fab. de error. Pragmat. decad. 43. error. 6. num 4. & duob ſeqq. Conciol. alleg. 20. num. 2. Pelliz. ad Conſuet. Auerſan. cap. 3. num. 396. & ſeqq. Boſſ tom. 2. moral. var. tit. 12. num. 148. Gaſpar Manſ. de Teſtam. tit. 2. de teſtam. valid. vel invalid. ex part. Teſtat. num. 123. & ſeqq. Card. de Luca de dote diſc. 33. nu. 2. Rota in Aſculana legati 12. Maij 1617. coram Remboldo Amat. dec. Mareb. 71. ſub num. 3. Capyc. Latr. dec. 34. num. 10. Rot. in rec. deciſ. 243. num. 3. par. 13.

Et in præciſis terminis filiæfamilias nu-
3 ptæ, quæ in dote filias æqualiter inſtituerat, Patrique abſenti uſumfructum reliquerat, egregiè poſt plures allegatos, & articulo ad partes diſcuſſo, Theſaur. dec. 150. per tot ibique Gaſpar filius in Addit.

4 Solùmque in eo caſu filia nupta teſtari poteſt, quando, nempè, per ſtatutum á patria poteſtate ſit liberata, latè Vaſq. de ſucceſſ. progreſſ. lib. 1. § 1. nu. 43. Rota de priuileg. mulier. cap. 1. num 91. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. num. 308. Vel quando ſta-
5 tutum expreſsè diſponit, ut filius familias teſtari poſſit, Roland. conſ. 68. nu. 12. lib. 4. Spin. in ſpec. teſtam. gloſ. rubr. par 4. nu 12. Gratian. cap. 383. num. 12. Gaill. pract. obſeru. lib. 2. obſeru. 124. num. 2. Simon. de Petr. de interp. vlt. volunt. lib. 2. interp. 1. dub. 1. ſolut 4 num. 36. Dauth. de Teſtam. tit. qui teſtam fac. poſſ. num. 191. Galcot. cōtr. 30. n. 55. lib. 2. Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. n. 309. & 312. & de conſuetudine Neapolitana incipien. ſed & mulier, tit. de fil. fam. nubent. ita diſponente loquitur Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. part. 3. quæſt. 24. de Franch. deciſ. 71. 522. & 546. Capyc. Latr. dec. 134. num 1. lib. 2. & de ſimili ſtatuto Hiſpaniæ vigente, ex l. 47. Taur. quæ hodie eſt l. 8. tit. 1. de los caſamientos, lib. 5. nou. collect Reg. de qua Piccar. in princ. tit. Inſtit. quib non eſt permiſſ fac. teſtam. n. 90. & ſeqq. Spin. vbi ſupra, num 14. Caſtill. tom. 1. controuerſ. cap. 3 de vſufruct. num. 77. Capyc. Latr. dict. dec. 134. num. 1. & in Gallia Equin. Baro. ad titul. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. in part. comment. vlt. VVilhelm. Luducell. de vlt. volunt cap. 2.

6 Neque audiendi in contrarium allegati, Mendez, in l. eum oportet, 2. par. nu. 134. Cod. de bon. quæ liber. Gargiar. conſ. 2. num. 100. Caſtill. de Vſufr. cap. 3. ſub nu. 14. verſ. verùm contraria ſententia, Boſſ. de dote, cap. 3. §. 4. num. 171. Fagund. de Iuſt. & Iur. cap. 11. num. 8. lib. 1. & cap. 9. nu. 27. lib. 6. illi potiſſimùm innixi fundamento, quòd Patri ſuper dote filiæ conſtitutæ non competat, neque proprietas, neque vſusfructus, ideòque de ea poſſit ad libitum diſponere ex ſanctione Text. in Auth. vt liceat Matri, & Auiæ, in
7 princ. vbi á Iuſtiniano videtur impartita facultas filijsfamilias ad libitum diſponendi de bonis eiſdem relictis ſub conditione, ne Patri quæratur vſusfructus, attentis potiſſimùm verbis text ibi, quo volunt modo diſponere, quæ ad vltimam voluntatem referuntur, Auth. de nupt. in princ. §. diſponat, & in ſpecialibus terminis prædicti text. in dict. Auth. vt liceat Matri, & Auiæ, Marc. de ſucceſſ. legal. p. 4 qu. 1. art. 3. n. 31. iuncto num. antecedenti, reprehendens ibidem Gloſſ. reſtringentem prædictum Textum ad diſpoſitionē inter viuos, idemque aduertit Dec. in l. nemo, ſub num. 4 Cod. qui teſtam fac. poſſ.

8 Nam huiuſmodi ponderatio nullo prorſus Iure videtur ſubſiſtens; licet enim apud omnes ſit indubitatum, quòd filiusfamilias teſtari non poſſit: ex aperta diſpoſitione Text. in l. qui in poteſtate, & in l. filius familias 16. ff. de teſtam. & in l. Senium 3. in fin. l. nemo, 11. Cod. qui teſtam fac. poſſ. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. in princip. Oldrad. conſ. 110. Spad. conſ. 184. num. 12. lib. 2. Rouit conſil. 4 num. 11. lib. 2. Clar. in §. Teſtamentum, quæſt. 18. in princ. & in verſ. ſed adde, Vaſq. de ſucceſſ. progreſs. ſub tit. qui teſtari non poſs. §. 2. num. 4. Craſs. in § Teſtamentum, q. 23 num. 1. Guttier. lib. 2 pract. qq. cap. 40. Spin. in ſpec. teſtam gl. 4 Rubr. num. 1. & ſeqq. Danth. de teſtam tit. qui teſtam fac. poſs. num. 147. Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 10 gloſ. 1. n. 26. Conciol. alleg. 20 num. 16 Galeot. lib. 2. contr. 30. num. 17. Torre de pact. futur. ſucceſs. lib. 3. cap. 12. n. 283. Antunez. tom. 2. de donat. Reg. par. 3. cap. 15. nu. 35 Card. Cauaier dec. 570. num. 1. Manzaned. deciſ. 216. Priol. deciſ. 290. num. 1.

9 Imò, neque etiam patre conſentiente, iuxtà receptiſſimam ſententiam, quam præ cæteris, latè firmant Vinn. princ. tit. Inſtit. quib. non eſt permiſs. fac. teſtam. num. 2. ibique Piccard. num. 2 cæteriq; Inſtitutiſtæ. Vaſq. de ſucceſs. creat. lib. 1 § 1. num 5 & de ſucceſs. progreſs. lib 1 § 1. tit. qui teſtar. non poſs. num. 35. & ſeq. Danth. de teſtam. tit. qui teſtam fac. poſs. num. 148 & ſeq. Spin. de Teſtam gloſ. rubric. part. 4 num. 9 Magdal. de num. teſt. in teſtam. requiſ. part. 2. cap. 4. num 49 Alfas de Meſa, olim Præceptor meus in Neapolitana Academia, lib. 2. Var. cap. 38. num. 18. Conciol. alleg. 20. n. 17.

10 Non tamen una eſt ſcribentium opinio, ob quam cauſam filiusfamilias teſtamentum
11 condere non poſſit. Nonnullis exiſtimantibus cum Vlpiano in fragm. tit. 20. verſ. filius familias, Teſtamēti cōdendi facultatem à legibus 12. Tabularum Patribus fuiſſe conceſſam; non autem filijs familias, qui, cum nulla poſſideant bona, quæ teſtamento ad hæredes tranſmitti valeant, propter antiquam Iuris ciuilis regulam à Iuſtiniano relatam in § igitur, Inſtit. per quas perſon. nob. acquirit. quòd quidquid filius acquirebat, ſtatim Patri quærebatur, cumque facultas teſtandi ex l. 12. Tabularum, fuerit tributa, ut quis valeat de rebus ſuis diſponere, prout deprehenditur ex l. 12. Tabularum relata in l. verbis legis, 120. ff. de verbor ſignific. ibi: Rei ſuæ, & in l. teſtamento, 13. ibi: de pecunia ſua, Cod. de teſtam & in l. qui ex liberis, 11. § 1. ibi: Simul, & fortunas ſuas. ff. de bon. poſſeſs ſecund. Tabul. alijſque Iuribus relatis per Piccard. princ. tit. Inſtit. quib. non eſt permiſs fac. teſtament. num 56. Meritò, cum filiusfamilias nō haberet bona, de quibus teſtari valeat, ipſi non fuit á legibus tributa facultas teſtandi, eamdemque rationem approbat Vinn. in princ. tit. quib. non eſt permiſs. facer. teſtam. n. 1 alijque plures Inſtitutiſtæ, qui poſſent allegari.

12 Sed huiuſmodi ratio non uidetur tuta, ex potiſſimùm animaduerſione adhibita, quòd huiuſmodi conſideratio fortaſsè admitti poterat Vlpiani tempore; tunc enim filius nulla prorſus bona habebat, de quibus teſtari poſſet; Hodiè uerò conſtat, bona aduentitia ſemper quòad proprietatem, & aliquando, etiam quòad uſumfructum, habere poſſe, ut tot. tit. Cod de bon. matern. & Cod. de bon. quæ liber. & § igitur, cum ſeqq. Inſtit. per quas perſon. nob. acquirit. & nihilominus teſtari nullo modo poſſe reperitur ſancitum in l. nemo, 11. Cod. qui teſtam facer. poſs. & in princ. tit. Inſtit. quib. non eſt permiſs. fac. teſtam.

13 Ideòque Text. Vlpiani explicat Vueſembec dict. princ. tit. Inſtit. quibus non eſt permiſs. fac. teſtam. relatus ab Oſuald. ad Donell. lib. 7. cap. 5. lit. B. in fin. quòd dictio, ſuum, ſit referenda non ad proprietatem bonorum, ſed ad id, quòd teſtamento relinquitur eius familiæ, idemque obſeruauit Oroz. de Apic. Iur. ciuil. lib. 5. cap. 6. num. 3. & latius, præ cæteris, omninò uidendus Piccard. vbi ſupra nu. 62. ubi, quòd dictio, ſuum, referenda ſit ad id, de quo teſtari poteſt, nempè, ad Ius familiæ, quod teſtamento relinquitur hæredi, quemadmodùm, & ſuus hæres, & Suitas in §. ſui, Inſtit. de hæred. qualitat. & differ. idemque rectè deprehendi ualet ex ſequentibus uerbis Vlpiani: Quia familiam, inquit, mancipare

non

non poteſt; cumque Teſtamento non bona
tantùm, ſed omnia Iura familiæ, quæ filius
familias non habet, relinquantur, ſeu ut *Vl-
pian.* ait, *mancipentur*; pernecesſè ſequitur,
14 ut neque hodiè filius teſtari valeat; & ſi enim
bona aliquando habeat, tàm quòad pro-
prietatem, quàm quòad vſumfructum, quæ
poſſit inter viuos adminiſtrare, ut in *Auth.
ut liceat Matri, & Auiæ*; non tamen familiã
habet, donec Pater viuit, eumque non emã-
cipat, *l. pronunciatio, 195. §. familiæ, ff. de ver-
bor. ſignific.* ibi: *Et cum pater familias moritur,
quotquot capita ei ſubiecta fuerunt, ſingulas
familias incipiunt habere, ſinguli enim patrum
familiarum nomen ſubeunt*, idemque euenit
in eo, qui emancipatus eſt, prout rectè ar-
guit *Piccard. vbi ſupra, num. 292. & duobus
ſeqq.*
15 Alijs verò opinantibus, ideò *leg. duodecim
Tabularum* non dediſſe filijsfamilias hanc te-
ſtandi facultatem, quia lex eam dare noluit,
nam ſi voluiſſet, ſicuti Patribus familias eam
dedit, etiam filijsfamilias dediſſet; Vera
16 enim poteſtatis ſupremæ ratio, cum quæri-
tur, quare quid non dederit, alia non eſt, ni-
ſi, quia noluit dare, neq; aliam habet decidẽ-
di rationem, *§. ſed & quod Principi, Inſtit. de
Iur. natur. gent. & ciuil.* & ita in ſpecie arguit
*Oroz. de Apic. Iur. ciuil. lib. 5. cap. 6. num. 3.
verſ. alij dicunt, Oſuald. ad Donell. lib. 6. cap. 5.
lit. D. Emanuel Suarez obſeru. lib. 1. cap. 16.
Connan. lib. 9. cap. 4. num. 4. in fin. Piccard. in
rubr. Inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. nu.
51. & duob. ſeqq.*
17 Nonnullis etiam exiſtimantibus, ideò fi-
liumfam. neque Patre conſentiẽte poſſe teſta-
ri; cum enim Teſtamenti condendi facultas
publici Iuris ſit, *l. teſtamento, 3. ff. de teſtam.*
non poſſit à priuato concedi, *l. Ius publicum,
30. ff. de pact. l. nemo poteſt, 55. ff. de leg. 1.* cum-
18 que uoluntates teſtatorum, hæredumque
Inſtitutiones ab alieno arbitrio pendere nõ
debeant, *l. illa inſtitutio, 32. ff. de hæred. inſtit.*
19 Meritò, ne alioquin teſtamentum filij ab ar-
bitrio Patris pendeat, filium teſtari ex eiuſ-
dem Patris voluntate non poſſe, putant poſt
Gloſ. in l. qui in poteſtate, verb. *nihilo magis*,
ibique *Bart. num. 1. ff. de Teſtam. Spin. in ſpec.
Teſtam. lib. 4. gl. 4. rubr. num. 10. Mart. de ſuc-
ceſſ. legal. part. 4. quæſt. 1. art. 3. num. 26. &
ſeqq. Galeot. lib. 2. contr. 30. num. 19. & ſeq.
Conciol. alleg. 20. num. 17. Franc. Anton. Sca-
lon. de teſtam. lib. 1. cap. 4. §. 1. in fin. Theſaur.
dec. 150. num. 10. Ganauer. dec. Cam. Neap. 15.
num. 102.* quamuis huiuſmodi ratio impro-
20 betur à *Piccardo, vbi ſupra, num. 32.* animad-
uertens, quòd, etſi verum ſit, teſtamenti con-
dendi facultatem publici Iuris eſſe, non ta-
men inde conuincatur, eam ad filium fami-
21 lias non pertinere, cum conſtet in his, quæ
publici Iuris ſunt, patriam non expectari po-
teſtatem, *l. nam quod, 14. ff. ad Senat. Conſult.
Trebel.*.

Alij demum putant, ideò non fuiſſe datam
facultatem teſtandi filiisfamilias, non quia
lex 12. Tabularum illam dare noluerit, ſed
quia teſtamentorum forma ſeruata, ab ea-
dem lege introducta, etiam ſi vellet impar-
tiri facultatem teſtandi, non potuiſſet.
22 Duplex enim erat modus diſponendi á
lege 12. Tabularum coarctatus ad certam
formam teſtandi; Alter fiebat Calatis Co-
mitijs, dum per Cornicinem, conuocata bis
in anno multitudine, publicè in frequenti
gentium conuentu fieri conſueuerunt te-
ſtamentum, & Teſtator, præſente Populo
Romano, ac veluti teſte, vltimam ſuam
exponebat voluntatem, obteſtatus Qui-
rites, ut eam ratam ſinerent, curarent-
que; de quo teſtandi genere *Iuſtinian. in
§. 1. Inſtit. de teſtam. ordinand. Connan. com-
mentar. Iur. lib. 9. cap. 1. Rimin. Iun. in princip.
tit. de teſtam. ordinand. num. 105.* alijque Inſti-
tutiſtæ, *Petr. Gregor. Tholoſ. Syntagm. Iur.
Vniu. par. 3. lib. 42. cap. 3: Reuſner. de teſtam. p. 1.
cap. 10. num. 1. & ſeq. Manz. de teſtam. valid.
& inualid. tit. 1. de teſtam. in commun. nu. 13.
Auendan. de metu lib. 2. cap. 20. de teſtam. n. 13
Scalon. de teſtam. lib. 1. cap. 3. in princ. num. 2.
verſ. primum ſolitum erat, Vacon. à Vacun.
lib. 1. declarat. Iur. cap. 16. Coraſ. lib. 5. Miſcel-
lan. cap. 12. Bellon. in tit. Inſtit. de teſtam. or-
din. §. ſed ut nihil, verſ. hic modus teſtandi, Ber-
lich. cõcluſ. Practic. part. 3. concluſ. 4. num. 28.
verſ. ex quibus ſanè verbis*, & ex eruditiori-
bus meminerunt *Aul. Gell. lib. 15. Noct. Atti-
car. cap. 27. Alex. ab Alex. Dier. Genial. lib. 4.
cap. 3. verſ. Calatis quoque Comitijs*, ibique
*Tiraq. lit. B. fol. 451. 10: Roſin. lib. 6. Antiquit.
Roman. cap. 1. in fin.*

Alter veró modus teſtãdi erat per *æs, et li-
brã*, de cuius forma proximè agetur; neutrũ
autem poterat per filiumfamilias explicari.
23 Non primum; cum enim publicè teſta-
menta fierent, ideòque teſtamenti factio pu-
blici, non autem priuati Iuris fuerit, *l. teſta-
menti 3. ff. qui teſtam. fac. poſſ. l. teſtandi, 13.
Cod. eod.* hinc eſt, ut huius formæ exercendæ
24 circa Teſtamentum filiusfamilias capax nõ
eſſet, durante patria poteſtate; poterat enim
Pater eidem filio præcipere, ne populum,
quando vellet, conuocaret, ideòque à Patris
voluntate pendebat, an filius poſſet teſtari,
25 vel ne, quod erat valdè abſurdum, ut, nem-
pè, publica iuris auctoritas à ſpeciali homi-
num penderet voluntate, *l. Ius publicum 38.
ff. de pact. l. illa inſtitutio 32. ff. de hæred. inſtit.*
26 Minus etiam ſecundum, nam in teſtamen-
to, quod per *æs, et libram* conficiebatur duo
agebantur, familiæ, nempè, mancipatio, te-
ſtamentique nuncupatio: Nuncupatio teſta-
menti, teſte *Oroz.* loco proximè laudando,

in hunc modum confici conſueuit per Te-
27 ſtatorem tabulas teſtamenti tenentem: *Hac vt bis tabulis, cerisue ſcripta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor, itaque, vos Quirites, teſtimoniũ præbitote*, quæ nuncupatio, & teſtatio appel-
28 latur. Mãcipatio fiebat per ſamiliæ, hoc eſt hæreditatis emancipationem, cui æs, & libra adhibebatur; nam futurus hæres hæreditatem ſibi per obitum Teſtatoris reſtituendam quodammodò emere videbatur, cuius teſtãdi generis, ex eruditioribus mẽtionem agũt, *Plutarch. in Coriolan. Aul. Gell. lib. 15. Noct. Attic. cap. 26. Carol. Sigon. de antiqu. Iur. ciuil. Roman lib. 1. cap. 12. verſ. Gellius enim*, aſſerens, hoc teſtamenti genus duodecim tabulis antiquiùs fuiſſe, & ex noſtris omiſſis alijs, *Vacon. à Vacun. lib. 1. declarat. Iur. cap. 16. Coraſ. lib. 5. Miſcellan. cap. 12.* & ex *Ciceron. lib. 2. de legib. Andr. Gerbard. de Iur. teſtamentor. Roman. diſſert. 2. de ſollemnit. teſtam. theſ. 19.* In cuius ordinatione quinque teſtes maſculi cum libripende ciues Romani, & puberes adhibebantur, eiſdemque præſentibus is, qui defuncti ſucceſſor erat futurus, patrimonium morituri nummum manutenens hiſce emebat verbis: *Hanc ego familiam, ideſt hæreditatem, poſt mortem N. N. Iure Quiritum meam eſſe aio, eaque hoc nummo, & ærea libra mihi empta eſto.* Eumque dabat ei, à quo hæreditatem expectabat loco imaginarij pretij, prout declarant *Bellon. in §. ſed ut nihil, num. 4 in fin. Iuſtit. de teſtam. ordinand. Petr. Gregor. Tholoſan. Syntagm. Iur. Vniu. part. 3. lib. 42. cap. 3. n. 3.* Reuſner. *de teſtam. part. 1. cap. 10. num. 13.* Garz. *de expenſ. cap. 1. num. 5* Io: *Coppen. obſernat. Iur. 106. num. 10. verſ. tertium, quod dicebatur, Auendan. de metu lib. 2. cap. 20. n. 21. Vuilelm. Ludunell. de ult. volũt. p. 2. cap. 1. fol. 186. verſ. tertium per as, & librã Scalou. de teſtam. lib. 1. c. 3. n. 3. Andr. Gerbard. d. diſſert. 2. theſ. 18. verſ. teſtamenta autem.*

Ideòque his ſtantibus, cum filiusfam. neque habeat familiam, quam vendere poſſit,
29 neque valeat expectare, vt unquàm eam habere poſſit, dum in patria erit poteſtate, *l. ſic cnenit, 21. ff. ad l. Iul. de adult.* meritò aſſerendum, filiumfam. huiuſmodi formæ in Teſtamenti factione pernecesſè ſeruandæ, nunquàm fuiſſe capacem, ita egregiè *Oroz. de Apic. Iur. ciuil. dict. lib. 5. cap. 6. num. 7. in fin. Dauth de Teſtam. tit. qui teſtam. fac. poſs. num. 148. lit V. & num. 190. verſ. veriùs autem*, latè, & optimè ſubtiliſſimus *Mercud. contr. Iur. lib. 14. cap. 28. num. 14.* vbi quòd *lex 12. Tabularum* ademerit Ius condendi Teſtamentum filijsfam. qui non habebant familiam, & egregiè eruditiſſimus Torre *de pact. futur. ſucceſs. lib. 3. cap. 12. n. 300. & ſeq.*

Quibus ita firmatis, licet appareat, Iuris Interpretes inter ſe fuiſſe valdè diſcordes in aſſignanda ratione, ob quam filijs familias teſtari ſit prohibitum, etiam patris accedente conſenſu; nihilominus exiſtimo, huiuſmodi diſſidentes rationes poſſe conciliari, ſi aſſeramus ideò id euenire, quia huiuſmodi facultas ipſis non fuit à lege duodecim Tabularum tributa non ſolùm, quia teſtamentorũ Iura non poſſunt ab alieno arbitrio pendere, ſed etiam is, qui in aliena poteſtate eſt, non habet familiam, quam in ſuo teſtamento relinquat.

30 Hæc igitur pernecesſè præmittere oportuit ad firmandum, quòd filius familias repellatur à teſtando non ob intereſſe Patri competens ratione vſusfructus, ſed potiùs, quia ex iuribus, rationibuſque ſuperiùs latè expenſis, nullo prorſus iure eſt legitima perſona ad teſtandum, prout optimè poſt plures allegatos, aduertit doctus *Harprect. in addit. ad Clar. d. §. Teſtamentum, quæſt. 18. num. 13. & in princip. tit. inſtit. quibus non eſt permiſſ. fac. teſtam. num. 29. & ſeqq.*

Idemque apertiſſimè reperitur ſancitum
31 *in l. nemo, Cod. qui teſtam. fac. poſſ.* licet enim Imperator Iuſtinianus *in l. fin. §. filijs autem familias, Cod. de bon. quæ liber.* decreuerit, non eſſe permiſſum filijs familias de ijs rebus teſtari, in quibus Patri fuerit quæſitus uſusfructus, ex quibus verbis argui poterat à contrario ſenſu, quòd filius familias poſſit de ijs rebus teſtari, in quibus Patri non quærebatur vſusfructus; Attamen idẽ Imperator
32 ad tollendam huiuſmodi occaſionem ita arguendi, nouam fuit coactus edere ſanctionẽ *in d. l. nemo 11. Cod. qui teſtam. fac. poſſ.* in qua expreſsè monet, quòd nemo ex lege, quam nuper promulgauerat, quæ eſt *d. l. fin. § filijs autem familias, Cod. qui teſtam. fac. poſſ.* prout innuit *Gloſ. in lit.* R. in rebus, quæ Parentibus acquiri non poſsunt, exiſtimet, aliquid eſse innouandum, aut permiſsum eſse filijsfam. teſtamenta facere; nullo enim modo hoc eis permittimus, prout inquit *Text.* & declarat ibi, *Gloſ. lit. S.* ſcilicet, vt poſſit facere teſtamentum in aduentitijs, additque *gloſſ.* marginalis, etiam ſi in illis Patri non quæratur vſusfructus; Vnde meritò doctiſſimus, & nũquam ſatis laudatus *Ant. Fab. de error. Pragm. decad. 43. error. 6. ſub n. 4.* miratur, quòd poſt dictam Iuſtiniani Conſtitutionem nonnulli pertinaciter defendere audeant, filium familias de bonis aduentitijs, in quibus Patri non quæritur vſusfructus, poſſe teſtari; Idemque optimè aduertit, plures textus inducendo, prædictiſque Iuribus expenſis *Thadeus Piſa var. reſol. lib. 1. cap. 6. num. 5. Gratian. dict. cap. 382. n. 1. & ſeqq. Borbon. de filijs fam. q. 12. per tot. Galeot. contr. Iur. lib. 2. contr. 30. per totam*, præcipuè *num. 7. & ſeqq. Amat. deciſ. Marcb. 71. ſub num. 3. Facchin. controu. Iur. lib. 5. cap. 94. Capyc. latr. d. dec. 34. per tot.* & latiſſimè reſpondens omnibus contrarijs *Gaſp. Manſ.*

de

Digitized by Google

de teſtam. in tit. de teſtam. valid. vel. invalid. ex part. Teſtator. à num. 88. vſque ad 125. & iterum in princ. tit. inſtit. de teſtam. num. 14. & duob. ſeqq. rectè aduertens, quòd non ſuffi-
33 ciat habere bona, eorumque plenum dominium, & adminiſtrationem, adhoc, vt quis habeat teſtandi facultatẽ; ſed vlteriùs expoſcatur integritas ſtatus, quã filius familias, neque in profectitijs, neque in aduentitijs habet, benè Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. num. 401.

34 Neque aduerſantur adducta per Coſt. Sicul. conſ. 12. num. 30. & ſeq. Thad. Piſo var. reſol. lib. 1. cap. 6. num. 13. loquuntur enim in diſpoſitione facta à filio familias fauore Piæ cauſæ accedente Patris conſenſu, quam ſubſtineri ex diſpoſitione Text. in cap. licet, § fin. extra de ſepulturis in 6. affirmãt ſuperiùs laudati, quæ ſententia, neque etiam poteſt ſubſiſtere ex theorica Bartol. in l. qui in poteſtate, ff. de teſtam. & ex adductis per Conarr. in Rubr. de teſtam. part. 3. num. 28. Theſaur. dec. 190. num. 13. Card. Caualer. dec. 570. num. 2. in fine, & Nos latiùs, Deo dante, agemus in Quarto Volumine diſputationum beneficialium.

35 Prout, neque etiam in contrarium merentur allegati Dec. in l. ſenium, num. 14. Cod. qui teſtam. fac. poſſ. Iaſ. in l. fin. num. 5. eod. tit. Craſſ. in §. Teſtamentum, q. 27. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 19. num. 25. & ſeqq. Gratian. cap. 464. num. 15. & ſeq. & cap. 576. nu. 16. Vrſill. ad Afflict. dec. 241. num. 1. & 3. Molpheſ. conſ. 23. & in ſumm. part. 2. tract. 13. de vlt. volunt. cap. 2. num. 104 Andreol. contron. 226. num. 2. Amat. deciſ. March. 71. num. 3. Melchior. Pheb. dec. 88. num. 2. Fontanell. deciſ. Cathal. 531. num. 9. cùm loquantur in terminis omninò diuerſis, nempè, in teſtamento condito à filio fam. Clerico, cui ad inſtar militis teſtari eſt permiſſum de bonis poſt Clericatum, quomodocumque quæſitis, cum iſta ſint in Clerico peculia caſtrenſia, vel quaſi, in quibus habetur pro patre familias, iuxta theoricam gloſ. in l. 1. in verbo geſtum, Cod. de amon. ciuil. lib. 11, & in cap. quia ingredientibus, in verbo, teſtandi, 19. q. 3. quem ſequuntur, præter ſupra allegatos, Bald. per illum text. in authent. Presbyteros, Cod. de Epiſc. & Cleric. ibique, Salicet. & alij idem Bald. in l. Sacroſancta, Cod. de Epiſ. & Cleric. Gomez ad leg. 49. Taur. nu. 7. Nepit. ad Conſuet. Catan. tit. 2. num. 45. Valaſc. de partit. cap. 35. Azor. inſtit. moral. part. 2. lib. 7. cap. 9. q. 1. Andreol. d. contron. 226. num. 2. ubi alios refert Ciroc. diſcept. 467. num. 26. Altograd. conſ. 50. num. 236. Paſchal. de patr. poteſt. part. 1. cap. 6. num. 36. & ſeq. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 2. q. 14. ſub num. 6. Buratt. dec. 639. num. 4.

36 Nullatenus aduerſante unico obiecto; quòd diſpoſitio de dote, ſiuè profectitia, ſiue aduentitia facta per filiam familias in teſtamento, ſaltem ſubſtineri debeat in vim donationis cauſa mortis, ſtante clauſula codicillari in eodem teſtamento ſpecificè adiecta: ibi, quod volo, ut ſaltem valere debeat in vim donationis cauſa mortis.

37 Siquidem nullatenus in Iure ſubſiſtit; adhoc enim, ut diſpoſita in teſtamento per filium ſam. condito ſubſtineri valeant in uim donationis cauſa mortis, non ſolùm neceſſariò requiritur expreſſus patris conſenſus in ipſomet actu teſtandi, qui debet eſſe ſpecialis; adhoc, ut filius ſam. cauſa mortis donare ualeat, prout ſunt apertiſſima Iura, in l. tam is, ff. de donat. cauſ. mort. l. filius famil. verſ. quamuis enim, ff. de donat. benè Salicet. in l. ſenium, num. 3 Cod. qui teſtam. fac. poſſ. Vinn. in princ. tit. inſtit. quib. non eſt permiſſ. fac. teſtam. n. 2. in med. ibique, Piccard. num. 35. & ſeqq. & latiùs num. 64. & ſeqq. Oſuald. ad Donell. lib. 6. cap. 5. lit. X. Dauth. de teſtam. tit. qui teſtam. fac. poß. num. 190. Cyriac. contron. 577. num. 5. Conciol. alleg. 20. num. 23. Michalor. de fratr. part. 1. cap. 10. num. 6. & ſeq. Merend. contr. iur. lib. 14. cap. 29. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. num. 365. & ſeqq. & in ſpecie expendunt ſatisfaciendo obiecto Salicet. d. l. ſenium num. 3. verſ. & ideò, Cod. qui teſtam. fac. poſſ. ubi, quòd conſenſus requiratur ſpecialis, Crot. conſ. 237. num. 5 & ſeq. verſ. & maximè, lib. 4. ubi, quòd ſemper eſt præſupponendus Patris conſenſus, adhoc ut Teſtamẽtum in uim donationis cauſa mortis ſubſtineri ualeat. Honded. conſ. 32. nu. 8. & ſeq. lib. 1.
38 aduertens, quòd conſenſus debeat eſſe expreſſus, neque tacitus ſufficiat, Gratian. d. cap. 382. num. 8. & ſeq. & in his terminis ſupponendo conſenſum ſpecificè, expreſsèque à Patre præſtitum in teſtamento filij ſam. continente clauſulam, quòd valeat iure donationis, loquuntur Theſaur. d. dec. 150. num. 12. & quotquot Auctoritates poterunt ex aduerſo allegari, qui conſenſus omninò deficit in præſenti; neque de eo poterit unquám doceri, cum pater tempore teſtamenti conditi longè abſens fuerit.

39 Sed ulteriùs, cum non probetur, filios donatarios fuiſſe præſentes, prout perneceſſè requiritur in donatione cauſa mortis, quæ debet fieri à præſente præſenti, cum ab initio accedat potiùs contractui, quám ultimæ uoluntati, iuxta Text. expreſſum in l. inter mortis, ibi, quod præſens præſenti dat. ff. de donat. cauſ. mort. Bart. in l. tàm is, §. 1. ff. eod. Gugliel. de Benedict. in cap. Raynutius, uerbo, teſtamentum, il ſecondo, num. 32. Gomes var. tom. 2. cap. 3. num. 16. verſ. primo, quia, Rouit. conſ. 4. num. 14. lib. 2. Marant. conſ. 112. nu. 26. & conſ. 149. num. 23. Pruxman. conſ. 12. num. 67. Pont. conſ. 73. in princip. lib. 1. Thad. Piſo lib. 4. var. reſol. cap. 3. num. 9. & ſeq. Hartman. Piſtor. q. 2. num. 22. Berlich. part. 3. concl. 2. nu. 1. Merend. contron. iur. lib. 14. cap. 25. Gratian.

cap.

cap.382.num.8. & ſeq. & num.20. Ant. Fab. de error. Pragm. decad.47. error.1. Cancer. uar. part.2. cap.1. num.65. Card. de Luca de dot. diſc.15. num.1. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib.3. cap.13. num.39. Franch. dec.4. num.19. ibique *de Luca nu.4.* quid quid in contrarium aberrans à communi, more Scolaſticorum, dixerit *Oſuald. ad Donell. lib.14 cap.33. ſub lit. G.* aſſerens, inſpecto Iure nouiſſimo, id eſſe falſum, quem in his terminis ſequitur *Caren. reſolut.342. num.8. verſ. non obſtat.*

40 Nec minus Notarium pro eo ſtipulatum
fuiſſe acceptando donationem. *Maynar. deciſ.*
2. num.6. lib.5. Caren. reſol.241. num.8. verſic.
tum quia, de quo etiam poſſet dubitari, quã-
do donatarius eſt abſens ex adductis per *Ca-*
pye dec.72. Rocc. reſponſ.13. num.26. lib.2. de
Luca ad Franch. dec.4. num.4. in fin.

Huiuſmodi teſtamentum, admiſſo etiam,
quòd fuerit conditum, patre conſentiente;
adhuc ſubſtineri non poteſt, neque etiam, ut
donatio cauſa mortis; prout in præciſis ter-
minis, quòd teſtamentum conditum à filio
familias abſque præſentia donatariorum
41 non ualeat, neque etiam, ut donatio cauſa
mortis ſingulariter, *Bald. in l. eam, quam 3. col.*
verſ. item nota alium caſum, Cod. de fideicomm.
quem ſequuntur ibidem *Fulgoſ. & Iaſ. Soc-*
cin. Sen. d. conſ.112. num.5. lib.1. dicens, quòd
in hoc omnes concordent, *et conſ.125. num.1.*
lib.3. Plot. conſ.54. num.18. Dec. conſ.196. nu.
4. et ſeq. Crot. d. conſ.237. num.11. verſic. licet,
lib.4. Honded. d. conſ 32 num.91. et ſeq. lib.1.
Manent. conſ.64. num.18. et ſeq. lib.1. optimè
Rouit. conſ.4 num.17. et ſeq. lib.2. Giouagnon.
conſ.22. num.33 lib.1. Capye. latr. dec.134. nu.
15. lib.2. Franch. dec 4. num.19. neque ſuffi-
42 ceret ſcientia & acceptatio ſubſequens do-
natarij, *Clar. in §. donatio, q.6. num 8. Craſſ. in*
§ Donatio cauſa mortis, q.3. num.4. Couarr. in
Rubr. de teſtam.3. part. num.10. Turret. de ef-
fect. clauſ. codicill. q.118. num.2. Gratian. d.c.
382. num.10. Gaſpar Theſaur. in addit. ad dec.
Theſaur.150. col.1 propè fin. verſ. ſed ſi is, cui
donatur, qui refert ita deciſũ *Paſch. de pat. po-*
teſt. p.1. c.6. n.116. et ſeq. Galeo. cõtr.30. n.27. et
ſeqq. lib.2. Gaſp. Manſ. de teſt. tit. de teſt. valid.
vel inualid. ex part. Teſtat. num.128. & duob.
ſeqq. Tondut. lib.1. qq. ciuil. dict. cap.78. nu.9.
optimè aduertens *num.11. & duob. ſeqq.* poſt
plures ab eo allegatos, quòd, licet ex dona-
43 tione cauſa mortis acquiri poſſit abſenti-
bus, ſaltem in vim legati, & fideicommiſſi;
id tamen eſt intelligendum, ut procedat,
quando is, qui fecit teſtamentum, erat ca-
pax illud condendi; Secus verò, quando di-
ſpoſitio facta fuit ab eo, qui de Iure teſtari
non poterat, tunc enim, cum non poſſit va-
lere, tamquàm Teſtamentum, ob reſiſtentiam
Iuris, ſed præcisè ſubſtineri debeat, tam-
quám donatio cauſa mortis; hinc eſt, ut ſe-
cundùm illius naturam, & formam regulan-
da ſit, quæ eſt, vt abſenti per eam nihil quæ-
ratur, *Conciol. alleg.20. num.23. & ſeqq. Mãſ.*
dict. conſult.103. num.45. propè finem, & ſeqq.
& num.53. lib.2. Franch. dict. dec.4. num.19.
ibique *Viſcont. in addit. in fin.* & admittit cõ-
cluſionem *Torre de pact. futur. ſucceſs. lib.3.*
cap.12. n.402. & ſeq.

44 Et ob id, dum quæritur, an donatio facta
in Teſtaméto valeat tamquàm donatio cau-
ſa mortis, vel Iure legati, aut fideicommiſſi,
ca ſolet afferri diſtinctio, an, præſenti facta
ſit, vel abſenti, *Clar. in §. donatio, q 5. nu.11.*
Gomeſ. Var. tom.2. cap.3. num.18. in fin. Ant.
Fab. de error. Pragm. decad.44. error.2. num.1.
& ſeq. Torre de pact. futur. ſucceſs. lib 3. cap.
13. n.4. Boer. dec.353. n.3.

45 Idque ea potiſſimùm ratione, quia, cum
in Iure ſit incontrouerſum, filiumfam. non
poſſe, etiam cum Patris conſenſu, teſtari de
bonis aduentitijs, quæ ad ipſum pleno Iure
ſpectant, nullo prorſus vſufructu Patri com-
petenre, ex ſupra firmatis, vtique, ſi eidem
filiofamilias eſſet permiſſum, adiecta in Te-
ſtamento clauſula codicillari, ſub mendica-
to titulo donationis cauſa mortis de illis di-
ſponere, Patris non accedente conſenſu, elu-
ſoria prorſus euaderet dicta legalis prohi-
bitio teſtandi, cum indirectè ſub nomine
donationis teſtamentum conderet, ideòque
contra inconcuſſa Iuris principia lex eſſet
uerbis impoſita, & non rebus, ut in ſpecie
optimè ratiocinatur *Alex. in dict. l. fin. ſub*
num.3. uerſ. aliàs enim, Cod. qui Teſtam. fac.
poſs. & poſt eum *Soccin. Sen. dict. conſil.112.*
num.2. lib.2. Abb. conſ.40. num.3. lib.2. Cald.
Pereyr. in l. ſi Curatorem, ſub n.152. uerſ. ad eò
quod, benè *Thad. Piſo lib.4. Var. reſol. cap.4.*
ſub num.5. uerſ. Tertiò facit, Manſ. dict. conſult.
103. num.4.6. & 53. lib.2. ubi optimã affert
46 diſtinctionem, quòd, aut donatio cauſa
mortis fieret á filia familias teſtando, & uná
cum ipſo Teſtamento, & in hoc caſu, ſicuti
teſtari nequit, ita, neque etiam facere do-
nationem cauſa mortis, quæ ex toto natu-
ram ſapit ultimæ uoluntatis, ne eluſoria
alioquin reddatur prohibitio teſtandi facta
à lege filijsfamilias.

Si verò facta eſt donatio cauſa mortis ab-
ſque Teſtamento, & per merum contractum,
tunc poſſet fortaſsè ſubſtineri ſententia,
affirmans, quód donatio ſubſiſtat, quoties
in bonis donatis Patri non fuerit quæſitus
uſusfructus; Eamdemq; diſtinctionem egre-
giè, præ cæteris, comprobat *Torre de pact.*
futur. ſucceſs. lib.3. cap.12. num.397. & ſeqq.
Card. de Luca de dot. diſc.32. num.14. & rectè
huiuſmodi diſtinctio probatur per ſingularẽ
text. in l. hæredes palam §. uno contextu, ff. de
teſtam. ubi, quòd, licet duo ſint actus; ratio-
ne tamen contextualitatis unus tantùm in-

dice-

dicetur; quem in his terminis donationis factæ in Teſtamento nouiſſimè allegat eruditus *Marcell.Marcian. Iun. forenſ. exercitat. cap.8.n.6.in fin.*

47 Quod etiá poterit ea potiſſimùm animaduerſione confirmari; Præcipua enim ratio, ob quam ualet donatio cauſa mortis facta à filiofamilias de conſenſu patris, non uerò ſubſiſtit teſtamentum, eiuſdem Patris accedente conſenſu, ea eſt, quia donatio cauſa mortis ſapit naturam actus inter uiuos, & contractus, ideòque cum contractui ſit ſimilis, non autem ultimæ uoluntati, explicari, & perfici poteſt à filiofamilias, licèt familiam non habeat, neque alia requiſita ſuperiùs enarrata, quæ ſunt neceſſaria in factione Teſtamenti, ut optimè aduertunt *Vinn. in princip tit. Inſtit. quib. non eſt permiſs. fac. teſtam.* latè pluribus allegatis, *Merend.contron.lib.14.cap.29.num.1.Torre de pact.futur. ſucceſs.dict.lib.3.cap.12.num.398.verſ.et ratio mihi uidetur.*

Ideòque ſententia affirmans, ut in ijs, in quibus Patri non quæritur uſusfructus, donatio cauſa mortis ualeat, etiam eiuſdem Patris non accedente conſenſu, cum remaneat in puris terminis cõtractus, fortè poſſet ſubſiſtere, in qua hypotheſi procedunt deducta per recentiores, præcipuè per *Merend. contron. lib.14 cap.28.per tot. Facchin. lib.5.contron.cap.25. verſ.ego igitur exiſtimo, Anton.Fab de error.Pragm.decad.43.error.6. num.8.Torre de pact.futur.ſucceſs. lib.3. cap. 12. num.391. & tribus ſeqq. Cyriac. contron. 577.num.6.*ubi poſt *Fulgoſ.Iaſ.*& alios, quòd conſenſus Patris non requiratur, quando filiusfamilias habet auctoritatem diſponendi à Teſtatore, aliosque proximè allegandos.

48 Vbi verò fit donatio cauſa mortis in Teſtamento, & per clauſulam codicillarem in eodem adiectam; Quis unquàm emunctæ naris non videt, quód filiusfamilias diſponens potiùs teſtetur, quàm contrahat, atque adeò ſemper locum ſibi vindicat prohibitiua ratio teſtandi, etiam in donatione cauſa mortis hoc modo concepta; alioquin enim hoc pacto eluſa prorsùs remaneret legalis prohibitio, ne filiusfamilias teſtari poſſit, quinimò lex inhabiles reddens filiosfamilias ad teſtandum, ob rationes ſuperiùs latè examinatas, fatua eſſet, prorſuſq; inanis, prout benè arguunt *Card.de Luca de dote diſc.33. nu. 35.Torre de pact.futur.ſucceſs.lib.3.d.cap.12. num.399.verſ.hinc propterea, & num.402. & ſeq.* rectèque conferunt ad id comprobandũ tradita per *Anchar.conſ.384. per tot.* præci-
49 puè *num.3. & 5.* vbi, quòd ſi immiſceatur cum permiſſo prohibitum, uitietur totum, & in his terminis aduertunt *Gaſp. Manſ.de Teſtament.valid.vel inualid.ex part. Teſtator. num.135.*benè *Molin.de Primog. Hiſpan.lib.2. cap.10.num.38.et ſeq.Torre de pact.futur.ſucceſs.dict.lib.3.cap.12.num.400.*

50 Neque ſubſiſtit reſponſio, quòd, cum Pater in dote profectitia filiæ vſumfructum non habuerit; eiuſdem Patris conſenſus non fuerit neceſſarius in donatione cauſa mortis; licet enim filiusfamilias donare non poſſit bona aduentitia, in quibus patri fuit quæſitus vſusfructus, ſine eiuſdem Patris cõſenſu, *l.tam is*, ibique Interpretes, *ff.de donat.cauſ.mort.l.fin.§.filijs autem*, ibique *Cin. Bart.et Bald.in princip.Cod.de bon.quæ liber. Clar.in §.donatio,quæſt 6 verſ.aut quæris,Gratian.cap.781.num.1.Afflict.decis.241.num.2.*
51 quando tamen Patri non fuit quæſitus vſusfructus, poteſt cauſa mortis donare, etiam Patris non accedente conſenſu; cum non requiratur ad integrandam perſonam filij, ſed potiùs ratione tantùm paterni præiudicij ſuper vſufructu, iuxta ſententiam, quam *Bartolo* tribuunt *in Auth.ut liceat Matri, & Auiæ, num.7. Bald.in l.ſi dotem, in fin. Cod.de falſ.cauſ.adiect.legat.*quem ſequuntur *Iaſ.in l.Senium, num.9.verſ.hinc eſt,quòd hodiè,Cod. qui teſtam fac.poſſ.*ibique *Caſtr.num.6.& ſeq. Guglielm.de Benedict.in cap.*Raynutius verbo *Matrem inſuper,ſub num.43.& 46.de Teſtam. Caſtr conſ.41.Bald.conſil.63.num.3. lib.4. Oldrad.conſil.26.*Roman.*conſil 512.num.3.Anna alleg.73.Facchin.contron.Iur.lib.5.cap.25. per tot.Anton.Fab.de error.Pragm. tom.2. decad.43.cap.4.num.12.Vaſq.de ſucceſſ. reſolut. lib.2.§.12. num.16. Rip. obſeru.104. & 105.* latè *Merend.contr.Iur.lib.14.cap.28. per tot.* ſignanter *num.2.& 3.*affirmans, hanc ſententiam eſſe meliorem, & dignam, quam docti Judices ſequantur, *Neguſant.quæſt.116 num. 19.& ſeq. Michalor. de fratr. part.1. cap.10. ſub num.10. verſ.ſed contrarium, Torre de pact.futur.ſucceſſ.lib.3. cap.12. num.391. & ſeq.Donat.Anton.de Marinis ad* Reuerter. *dec. 212. num.2.* qui refert deciſum per Sacrum Conſilium Neapolitanum, alijſque relatis, *Card.de Luca de donat.diſc.39.num.5.*& conferunt deducta per *Pariſ.conſil.157.num.32. lib.4.Aym.conſ.84.num.9.Rot.in recent.deciſ. 165.num.2.part.1.& deciſ.596.num.2.verſic. nec valet,par.2.Ludouiſ.deciſ.391.num.2.* vbi quòd conſenſus Patris requiratur in his tantùm, in quibus habet uſumfructum.

52 Siquidem contraria opinio eſt receptior, ut, nempè, Patris conſenſus ſit neceſſarius, etiam, quando filia ſub patria poteſtate cõſtituta vult donare cauſa mortis bona aduentitia, ſiue profectitia, in quibus Patri non quæritur vſusfructus, cum eiuſdem Patris conſenſus in donatione cauſa mortis facta ab eius filia requiratur, non ratione præiudicij, ſed ad auctoritatem, ſollemnitatemque actus, prout firmant, omiſſis alijs, *Alex.in l. penult.ſub num.3.verſ.& volunt DD.*vbi, quòd

hæc

hæc ratio habeat locum in donatione cauſa mortis, etiam facta in rebus aduentitijs, in quibus Patri non acquiritur vſusfructus, *Cod. qui teſtam. fac. poſſ.* reprobans *Romanum*, contrarium aſſerentem, *Harprec. in §. mortis cauſa donatio, Inſtit. de donat. num. 27. Soccin. dict. conſil. 112. nu. 1. & ſeqq. lib. 1. Rub. Alex. conſ. 46. per tot.* vbi, quòd hæc ſententia ſit communis, & verior, *& conſ. 127. per tot.* vbi in terminis filiæ familias, quæ dotem pleno Iure habebat, *Dec. conſ. 295. & 279. Roland. conſil. 89. num. 11. & ſeqq. lib. 4. Iacob. Gall. conſil. 1. num. 13. & ſeq. de Pont. conſ. 160. nu. 10. & ſeq. lib. 2. Pappon. conſ. 58. num. 4. Clar. in §. donatio, quæſt. 6. num. 3. verſ. aut verò quæris, & num. 5.* qui teſtatur de communi, *Clement. de patr. poteſt. effect. 10. nu. 7. & ſeqq. Couarr. in 3. part. Rubr. de Teſtam. num. 6. & ſeqq.* ubi quòd hæc opinio ſit uerior, & reprobat *Iaſ. in dict. l. Senium*, non rectè affirmantem, conſenſum Patris in donatione cauſa mortis exigi á lege propter Patris præiudicium; non autem ad ſollenitatem actus, *Vaſq. de ſucceſſ. §. 22. num. 9. & ſeq. Valaſc. conſult. 108. num. 36. verſ. reſpondetur, Merlin. controu. 99. num. 16. & ſeq. lib. 2. Thad. Piſo var. reſolut. lib. 4. cap. 4. ſub num. 5. verſ. quartò facit. Mart. de ſucceſſ. legal. part. 4. quæſt. 26. num. 3.* & latiùs *num. 9. Paſchal. de patr. poteſt. part. 1. cap. 6. num. 111, & ſeq. Fachin. contr. Iur. lib. 5. cap. 25.* qui licèt in contraria reſideat ſententia, ingenuè tamen fatetur, hanc eſſe communi DD. ſenſu receptam, *Molin. de contrac. par. 2. diſput. 288. n. 25. Gaſpar Manſ. de teſtam. valid. vel inualid. ex part. Teſtatoris num. 128 & ſeq. Aloyſ. Manſ.* poſt hæc ſcripta in lucem editus, *cōſult. 103. num. 40. & ſeqq. lib. 2. Peregrin. dec. 139. num. 7. Franeb. deciſ. 4. n. 17. verſ. imò.*

53 Huiuſmodi uerò concluſio benè probatur per *Text. in l. filius familias, § fin. ff. de donat.* in quo textu habetur, quòd filiusfamilias caſtrenſia bona donare poſſit cauſa mortis, ſine Patris conſenſu, quia ſuper eis teſtamētum facere poteſt: Igitur illa bona, quorum diſpoſitio ex teſtamento eidem filiofamilias à Iure non permittitur, nō poſſit cauſa mortis donare, abſq; conſenſu Patris, prout optimè arguit, inducēdo prædictū textū *Couarr. in Rubr. de Teſtam. d. par. 3. num. 8. verſ. unde.*

54 Prædicta autem ſententia optimè remanet comprobata. Tum quia, quando uſusfructus, & adminiſtratio bonorum ad filium pertinet, eſt etiam neceſſarius Patris conſenſus, licèt de eiuſdem præiudicio non agatur, ut rectè aduertit *Molin. de contract. p. 2. diſput. 288. n. 25.*

55 Tum fortiùs, quia non ualet donatio facta à filio eidem Patri, cum eius conſenſu; & nihilominus, tunc non agitur de ipſius Patris præiudicio; ſed potiùs de eiuſdem utilitate, & commodo; Idque non ob aliam prorſus rationem niſi, quia Iura abhorreāt, quòd Pater integret perſonam filij, ſuo accedente conſenſu, ad propriam utilitatem, prout non

56 integratur perſona minoris cum ſuo Curatore contrahentis ex eiuſdem Curatoris auctoritate, & conſenſu, iuxta receptam theoricam *Gloſſ. in l. 1. ff de auctor. & conſenſ. Tutor:* & in his terminis aduertit primus omnium *Imol. in l. 1. § quæſitum, verſ. tu adde*, ibique *Soccin. uerſ. poſtremò ff. ad Senat. Conſ. Trebell. Soccin Sen. conſ. 112. num. 4. lib. 1. Roland. conſil 89. num. 11 lib. 4. Couarr. dict. p. 3. Rubr. de Teſtam. num. 7. Clar §. donatio, qu. 6. num. 7. uerſ. contrarium autem, Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3 cap. 12. num. 379.* Ideòque,

57 ut valida ſit donatio facta à filio Patri, neceſſe eſt, ut Iudicis interueniat auctoritas, *Mart. de ſucceſſ. par. 4 quæſt. 26. art. 1. num. 8. & ſeq.* ubi quòd ſi requireretur Patris conſenſus pro ſola uoluntate, utique ad ſui commodum poſſet conſentire, latè *Theſaur. qq. forenſ. 37. num. 2. & ſeq. lib 2. Molin. de contract. d. diſput. 288. num 26 Cald. Pereyr. in l. ſi Curatorem, uerbo contractum feciſti, ſub num. 45. uerſ. ex quibus fit comprobatis, Cod. de reſtit. in integr.* ubi, quòd oporteat, Iudicis interuenire auctoritatem, qui paternum ſuppleat conſenſum, *Paſchal. de patr. poteſt. cap. 6 part. 1. nu. 113. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 12. num. 329.* addcut huiuſmodi

58 conſenſus pro ualiditate actus debeat eſſe ſpecialis, & expreſſus, neque ſufficiat generalis, aut tacitus, ex præſentia, ſcientia, alijſque coniecturis deprehenſus.

Idque non ob aliā rationem; niſi, quia idē cōſenſus tāquām neceſſaria ſolemnitas, requiratur, quo caſu debet eſſe ſpecialis, & expreſſus, *Couarr d par. 3 rubr. de teſtam nu. 10. Clar. d. §. Donatio, quæſt 6. num. 6.* ubi, quód ex hoc confirmetur ſuperiùs deducta concluſio, quód, nempè, huiuſmodi conſenſum Iura requirant pro ſollennitate actus; nō autem ratione paterni præiudicii, ubi enim agitur de qualic mi præiudicio; tunc ſola præſentia, aut ſcientia & taciturnitas inuoluit conſenſum ad conualidandum actum ſatis ſuperque ſufficientem, ibique *Harprect. in addit.* & optimè *ald. Pereyr. in dict. l. ſi Curatorem, uerb. contractum feciſti, ſub num. 45. uerſ. ultimò obſeruandum eſt* ubi ſatis ad propoſitum animaduertit, quòd, quamuis Pater

59 permittat filio donare; non tamen cauſa mortis donare poterit; licet enim donationis appellatione, comprehenſa etiam dicatur cauſa mortis donatio; nihilominus ex huiuſmodi licentia excluſum ſolummodò remanet obſtaculum, quòd ex defectu propriæ voluntatis inſurgebat; non autem illud, quod ex legis oriebatur prohibitione, *Coſt. d. conſil. 37. num. 21. & ſeq.* ubi, quòd quatuor ſint

ſint neceſſaria, ut ualida ſit donatio cauſa mortis facta à filiofamilias, *Roland.conſ.89.num.12.lib.4.* optimè, præ cæteris, *Io.Franc.de Ponte conſ.160.num.10.& ſeqq.lib.2.Molin.de contract.d.diſput.288.ſub num.26.verſ.ex eo,* *Thad.Piſo.var.reſol.lib.4 cap.4. num.4.Manſ.d.conſult.103.num.44.lib.2.* Torre *de pact.futur.ſucceſs.d.lib.3.cap.12.num.739.& duob.ſeqq.*

60 Tum demum, quia lectura *Bart.in d.Auth.ut liceat* Matri, *& Auiæ*, à quo cęteri hanc ſententiam mutuarunt, nedum in aliquorum ſenſu non eſt eiuſdem *Bartoli*, ſed potiùs ſub ſub alterius nomine ibidem inſerta, prout teſtantur *Soccin.*Sen.*dict.conſil.112.n.2.*Clar.* in §.donatio.quæſt.6.ſub n.3.*

61 Sed etiam, quia diſpoſitio dictæ *Nouellæ 117.Auth.ut liceat Matri, & Auia*, in illis uerbis: *quo volunt modo diſponere*, ex quibus *Bartolus*, eiuſdemque Aſſeclæ potiſſimùm deſumunt argumentum, quòd filijs cenſeatur conceſſum donare ſine Patris conſenſu ea bona, in quibus Patri non quæritur uſusfructus, præcipuè, ut ponderat *Bart.* alio modo, præter Teſtamentum ibidem exceptum, reperitur mendosè traducta ex Græco idiomate in latinum dum illud uerbum. *diſponere*, conuertendum eſt in uerbum. *adminiſtrare*, quod importat actum inter uiuos, prout habetur in Græco Authẽtico, adeòut ſolùmmodo importet diſpoſitionem adminiſtratoriam, ſeu domeſticam inter uiuos, teſte eruditiſſimo *Duaren.in tit.qui teſtam. facer. poſs.in Rubr. verſ.quæſtio igitur eſt, in fine*; *Oſuald.in Donell.Enucleat.lib.6.cap.5. in not.ſub lit.I.Miſinger.in princ.tit.Inſtit. quib.non eſt permiſs.fac.teſtam.ſub n.32.verſ.ſecundò uõ refragatur*, idemque repetit in *addit.ad* Clar. *§.Teſtamentum, quæſt.18.num.15.Thad.Piſo.Var.reſol.cap.4. lib.4.ſub num.5. verſ. neque*

62 *obſtat uerbum illud uelint*; ubi, quòd uerbum illud. *diſponere*, ſit intelligendum quòad gubernationem.adminiſtrationemque; uoluit enim Textus ille antiqua corrigere Iura deferentia in dictis bonis legitimam adminiſtrationem Patri, ſub cuius poteſtate erant filij conſtituti, *l.1.Cod.de bon. matern.* decernendo, quòd huiuſmodi adminiſtratio Patri non ſit deferenda, quando eidem non quęritur uſusfructus, eumdemque intellectum comprobat ex ſubſequentibus uerbis eiuſdem *Anthenticæ*, ibi: *Si uerò filius ſit minor, per quem perſpexerit donator, hæc gubernentur; ſin minus detur Curator à Iudice, qui debeat talem ſubſtantiam gubernare, et cuſtodire*; Ideòque optimè infert, quòd quemadmodùm in hoc caſu *Textus* ſatis apertè loquitur de adminiſtratione, ita quoque in præcedenti, vbi filijs tribuitur facultas diſponendi, quo velint modo, intelligendum ſit de libera didiſpoſitione in gubernando, & adminiſtrando; non autem in alienando, vt poſt *Vueſembec.* & alios, aduertit *Gaſp.Mãſ.d.tit.de teſtam.inualid.n.107.Aloys.Manſ.* poſt hęc ſcripta editus, *d.conſult.103.n.50.et ſeqq.l.2.* ubi expẽdit nouiſſimã traductionem *d.Auth.* æditam per Baſilicon Regium, in qua ſatis apertè huiuſmodi mendoſa detegitur traductio.

63 Huiuſmodi verò intellectus eò fortiùs amplectendus, ponderata dictione aduerſatiua, *ſi verò*, cum qua incæpta legitur ſequens oratio, quę operatur, vt referat, & coniungat ſequentem diſpoſitionem cum præcedenti, exceptis ijs, in quibus ſequentia ſpecialiter aduerſantur, *Surd.conſ.315. num.2. Peregrin.conſ.4.num.4.19. & 21.lib.2.Bellon.Iun.conſ.75.num.64.Giouagn.conſ.9 num.31.lib.1.Rot.diuer.deciſ.666. num.1.part.1.* & in ſpecie aduertit *Manſ.d. conſult.103.num.52. verſic.ſed non modicum, in fine.*

Minus ſatisfacit altera reſponſio, quód, nempè, ad effectum, de quo agitur, ſatis ſuperque ſit elicitus patris conſenſus, vel ex temporis diuturnitate, vel ex teſtamenti approbatione, vel demum ex alijs actibus ex aduerſo congeſtis.

64 Nam, præterquàmquòd conſenſus patris requirebatur expreſſus, & ſpecificus ad donandum cauſa mortis; adeòut tacitus, præſumptuſq; nullo prorſus iure ſufficeret, prout in his præciſis terminis firmant auctoritates ſuperiùs laudatæ, & aduertit *Manſ.d.conſult.103.num.43.in fine, verſ & proindè lib.2.*

65 Adhuc animaduertendum, quòd teſtamẽtum ab initio inualidum tractu temporis conualeſcere non potuerit, iuxta vulgata iuris principia, de quibus *in l.quod ab initio, ff.de reg.Iur.& in cap.non firmatur, eodem tit.in 6.*

66 Cumque ad teſtamenti validitatem omninò requiratur habilitas tempore conditi teſtamenti, & tempore mortis, *§. in extraneis inſtit.de hæred.qualit.& differ.Andreol.controu.356.num.22.Bottilier de ſucceſſ. cap.2. theor.44.num.27.Cirocc.diſcept.50.num.64.& ſeq Cardin.Canaler.dec.570.num.3.& ſeq.*

67 Meritò conſenſus patris tempore requirebatur habili, quando, ſcilicet, à filia familias fuit conditum teſtamentum in vim donationis cauſa mortis valiturum, neque ſuperueniens, ſignanter poſt mortem filiæ, tacitèque deſumptus ex actibus extraneis ex aduerſo ponderatis, ad validandam donationẽ cauſa mortis vllo iure potuit ſuffragari, vt in ſpecie, *Caſtr in l.filius familias, num.2. et ſeq. ff.de teſtam.Bald.in l.eam, quam num.14. & 48. circa med.verſ.quia licentia, Cod.de fideic.Franc.in d.cap.non firmatur num.2.de reg.iur.in 6.ibiq; Din. num.7. et ſeq.* explicat in teſtamento filij familias, *Cirocc.d.diſcept.50 n.65.* rectèq; conferunt deducta per *Cardin.Canaler. dicta dec.570.num.5.*

68 Cæterùm ad rem non faciunt firmata per *Spad.conſ.224.num.5.lib.3. Rot.in recent.dec.*

Digitized by Google

336.num.3. et 473.num.2.part.2. quia proce-
duut, prout loquuntur, quando, nempè, ſa-
tis liquidò deprehenditur, patrem fuiſſe præ-
ſentē tēpore conditi teſtamenti ab eius filio,
quo caſu fortè poſſet præſumi eiuſdem con-
ſenſus, licèt id, neque etiam ſubſiſteret, cum
ex ſupra firmatis, ad hunc effectum requira-
tur ſpecificus, & expreſſus patris conſenſus,
ad hoc, ut filia poſſit cauſa mortis donare;
Id autem nullatenus conuenit in præſenti;
nullibi enim conſtat, Patrem tempore con-
diti teſtamenti fuiſſe præſentem, quinimò po-
tiùs abſentem fuiſſe ſatis liquidò demonſtra-
tur.

69 Prout, neque etiam conferunt deducta
per *Soccin Sen. conſ.125. num.1. in fin. lib.3.*
ſolùm enim firmat cum *Bartolo*, quòd ad va-
lidandam donationem filij, ſatis ſuperque
ſufficiat patris conſenſus ante donationem,
& ex interuallo præſtitus, quod, neque etiam
conuenit themati, de quo agimus, cum de
huiuſmodi conſenſu ante teſtamentum, ſiue
donationem, nullatenus doceatur.

Firmata igitur ex prædictis nullitate te-
ſtamenti, adeòut, neque etiam ſubſtineri ua-
leat in vim donationis cauſa mortis, abſque
dubio factus eſt locus ſucceſſioni ab inteſta-
70 to, atque adeò diſpoſitioni ſtatuti Vrbis
cap.145.lib.2. excludentis filias fœminas fa-
uore fratris, etiam à ſucceſſione materna.

*Iuxta firmata fuit decisum per Reue-
rendiſſimum Arioſtum, cauſa in pluribus
contradictorijs acerrimè diſceptata, ex ad-
uerſo ſcribente omni auo laudando egregio
Iuriſconſulto Clara Mem. Hercule Ron-
conio, cuius ſcripta vtinam in lucem fuiſ-
ſent edita in maximum totius litteraria
Republicę ſolatium.*

ARGVMENTVM.

Licet regulare ſit, vt quoties in fideicom-
miſſis ſunt vocati plures per copulam,
inter quos cadit ordo charitatis, & af-
fectionis; nulla tamen concurrit præci-
ſa inſtituendi neceſſitas, vocatio intelli-
gatur facta ordine ſimultaneo; non au-
tem ſucceſſiuo.

Id tamen non procedere oſtenditur, quo-
ties vocatio eſt facta ſub nomine colle-
ctiuo plurium perſonarum, & graduū,
quos ſimul admittere ſit impoſſibile;
Ideque aſſerendū, quoties diſpoſitio re-
ſpicit tempus futurum, & remotiſſi-
mum, vel tractum habet ſucceſſiuum;
prout contingit in Maioratuum ſucceſ-
ſione; deſcendenteſque ſunt vocati cum
clauſulis perpetuitatem præſeferenti-
bus.

SVMMARIVM.

1 *Plures, quoties ſunt vocati per copulam, inter quos cadit ordo charitatis, & affectionis; nulla tamen concurrit præciſa inſtituendi neceſſitas, cenſentur vocati ordine ſimultaneo; non autem ſucceſſiuo.*

Reprobatur contraria ſententia Bart.n.4.

2 *Expenditur pro hac concluſione* text. in cap. Raynutius de teſtam.

Limita. vt num.5. & ſeqq.

3 *Ceſſante præciſa inſtituendi neceſſitate, propter ſolum charitatis, & affectionis ordinem, non videtur à ſermonis proprietate recedendum.*

4 *Regularis natura copulę eſt, vt coniūcti æqualiter, & pro virilibus portionibus admittantur.*

5 *Plurium vocatio, quoties eſt facta, ſub nomine collectiuo plurium perſonarum, & graduum, pernecesſè intelligi debet ordine ſucceſſiuo; non autem ſimultaneo & de ratione.*

6 *A Teſtatore fāćta vocatio fratris; eiuſque filiorum, & nepotum, intelligi debet ordine ſucceſſiuo.*

7 *Reprobatur contraria ſententia* Socc.Sen.Ang. & Alex. *& in quo caſu poſſit procedere.*

8 *Teſtator tranſuerſalis, quando ſub nomine collectiuo vocauit filios, & deſcendentes alicuius, & eorum filios, pernecesſè vocatio eſt intelligenda ordine ſucceſſiuo; non autem ſimultaneo, & de ratione.*

9 *Præcipuè, quando tempore conditi teſtamenti nulli reperiebantur concepti, neque nati filij hæredis tranſuerſalis inſtituti, qui Teſtatori potuerint eſſe cogniti.*

10 *Filij naſcituri non poſſunt facere partem, vtpotè ſucceſſionis tempore non exiſtentes.*

11 *A patruo, quoties ſunt inſtituti filij nati, nomineque proprio vocati, nec non filij naſcituri; tunc in aliquorum ſententia intelliguntur vocati ordine ſimultaneo, & de ratione, cui hæc opinio innititur.*

Declaratur deciſio Franch.633.

12 *Diſpoſitio, quoties reſpicit tempus futurum, & remotiſſimum, deſcendenteſque ſunt vocati cum clauſulis perpetuitatem præferentibus, in hoc caſu inſtituti, & ſubſtituti intelliguntur vocati ordine ſucceſſiuo; non autem ſimultaneo, &* nu.15.

13 *In prædicto caſu, niſi vocatio intelligatur ſucceſſiuè facta, impoſſibilis redditur diſpoſitio.*

14 *In Maioratus ſucceſſione, cum ex propria natura ſit perpetua, in eoque non valeat, niſi vnus ſuccedere, vocatio intelligi debet ordine ſucceſſiuo; non autem ſimultaneo.*

15 *In diſpoſitionibus tractum habentibus ſucceſſiuum plures ad ſucceſſionem vocati, ſemper intelligi debent vocati ordine ſucceſſiuo,* & n. 12.

16 *In materia ſucceſſiua, ſicut eſt feudum, ſiue operæ libertorum; ſemper vocatio ordine ſucceſſiuo intelligitur facta,*

CA-

CAPVT XXIX.

QVÆSTIO, de qua in præſenti diſceptatur, ab ea potiſſimùm dependet inſpectione, an vocatio filiarum Tereſiæ Neptis facta á Patruo Teſtatore, earumque deſcendentium in infinitum, eueniente caſu extinctionis lineæ Maſculinæ hæredum inſtitutorum, intelligatur facta ordine ſimultaneo, uel potiùs
1 ſucceſſiuo: In quo articulo, licet regulare ſit, quòd quoties plures ſunt uocati per copulam, inter quos cadit ordo charitatis, & affectionis; nulla tamen, prout in præſenti hypotheſi, præciſa concurrit inſtituendi neceſſitas, cum uerſemur in fideicommiſſo tranſuerſali, cenſeantur uocati ordine ſimultaneo; non autem ſucceſſiuo, iuxta receptã theoricam *Bald. in l. Gallus, §. quidam rectè, num. 5. ff. de liber. et poſthum.* ibique præcipuè *Alex. num. 6. Iaſ. num. 18. Alciat. num. 49. Soccin. Sen. num. 3. Sarmient. num. 9.* cæterique Interpretes, *Ruſtic. in l. cum Auus, lib. 1. cap. 1. num. 34. ff. de condit. & demonſtr. Bero. in cap. Raynutius, num. 28. & ſeq.* ibique *Couarr. §. 2. num. 1. extr. de teſtament. Bald. conſil. 168. col. 2. lib. 3. Alex. conſ. 22. lib. 3. Dec. conſil. 205. num. 2. & conſ. 236. num. 1. Angel. conſ. 38. n. 3. Cepoll. conſ. ciuil. 52. num. 4.* aſſerens eſſe communem ſententiam Legiſtarum, & Canoniſtarum, *Menoch. conſ. 85. num. 39. in tertio caſu, & conſ. 496. num. 3. & lib. 4. præſumpt. 70. num. 16. & 19. Gabr. conſil. 130. num. 9. & ſeq. lib. 1. Rebuff. conſ. 175. verſ. quartus caſus, Decian. conſ. 1. num. 180. & ſeqq. lib. 1. Honded. conſ. 65. num. 7. lib. 1. Peregr. conſ. 44. num. 10. lib. 1. & conſ. 26. num. 2. & ſeqq. lib. 4. & de fideicomm. art. 17. num. 20. verſ. contrà vero, & ſeqq. Cancer. var. p. 1. cap. 1. de ſubſtitutionib. num. 107.* vbi, quòd hoc ſit certum, & tam verum, quàm quod veriſſimum, *Mattheac. de legat. & fideicomm lib. 2. cap. 13. num. 3. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 476. num. 31. & ſeqq. & conſ. 87. num. 1. Facchin. controu. Iur. lib. 12. cap. 41. per tot. Maceraten. Var. lib. 1. cap. 7. num. 1. & ſeq. Clar. in §. Teſtamentum, quæſt. 80. num. 2. Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 1. cap. 6. num. 4. & ſeqq. Card. Mantic. de Coniect. vltim. volũt. lib. 4. tit. 8. num. 17. & ſeqq.* latè *Caſtill. lib. 5. controu. cap. 110. num. 14. & ſeqq. Petra de fideicomm. quæſt. 5. num. 154. & ſeq. Sim. de Petr. de interpetrat. vlt. volunt. fol. 238. nu. 38. verſ. idem etiam, & fol. 332. num. 7. & 11. Intrigliol de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 80. num. 11. Io: Dilect. de art. teſtan. caut. 1. num. 1. Anton. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 18. de impub. & alijs ſubſtit. defin. 7. Boer. deciſ. 185. num. 16. Surd. dec. 346. num. 3. & 4. Barz. deciſ. Bonon. 9. & 10.* utrobique *num. 2. Peguer. dec. 101. num. 4. Cruell. dec. Dol. in. 18. nu. 23. 24. 29. 40. & 41. Seraph. dec. 934. n. 2.*

2 Idque, nedum remanet comprobatum per *text. in cap. Raynutius, de teſtam.* ubi, quãuis ſubeſſet ordo charitatis, & affectionis, ſimul ad ſucceſſionem admittuntur Alteroca, & filius; ſed etiam ea potiſſimùm accedit ra-
3 tio, quòd, nempè, ceſſante præciſa inſtituẽdi neceſſitate, propter ſolum charitatis, affectioniſque ordinem; non videatur à ſermonis proprietate recedendum, *l. non aliter, in princip. ff. de legat. 3. Dec. dict. conſil. 226. nu. 1. verſic. ſed illa opinio Bart.* Eſt autem regu-
4 laris natura copulæ, ut coniuncti æqualiter, & pro virilibus portionibus admittantur, *l. ſi quis Titio, ff. de vſufruct. accreſcend. l. 1. ff. ſi plures una ſentent. l. Reos, §. eum in tabulis, ff. de duob. reis.*

Quidquid in contrarium contra communem ſenſerit *Bart.* poſt *Cin. in dict. l. Gallus, §. quidam rectè, num. 4. ff. de lib. & poſthum.* ibique *Soccin. Sen. num. 3. Ruin. num. 15. Soccin. Iun. num. 29. & ſeqq. Torniell. num. 7. Barbat. in cap. Raynutius, num. 24. extrà de teſtam. Caſtr. conſ. 159. lib. 1. & conſ. 352. num. 2. lib. 2. Decian.* ſibi contrarius, *conſ. 37. lib. 4.*

5 Nihilominus proximè firmata ſibi locum non vindicant, quando plurium vocatio eſt facta ſub nomine collectiuo plurium perſonarum, & graduum, quos, cum ſimul admittere ſit impoſſibile, pernecesſè intelligi debet facta ordine ſucceſſiuo, nõ autem ſimultaneo, *l. peto, §. in fideicommiſſo, ff. de legat. 2. l. fin. Cod. de impub. & alijs ſubſtit.* prout in terminis firmant, præ cæteris, *Bart. in d. leg. Gallus, §. quidem rectè, num. 4. circà med.* ibique *Aretin. num. 6. Soccin. Sen. num. 4. ff. de lib. & poſthum. Couarr. in d. cap. Raynutius, §. 2. num. 6. Dec. conſ. 205. num. 2. & conſil. 236. nu. 1. & ſeq. Cranett. conſ. 22. num. 2. & conſ. 131. num. 2. Bertrand. conſ. 138. nu. 14. & ſeq. lib. 2. Dec. conſil. 205. num. 2. & conſil 236. num. 1. & ſeqq. Rebuff. conſil. 175. verſic. quintus caſus, & conſil. 176. verſic. tertius caſus, Cancer. Var. d. cap. 1. de ſubſtit. num. 116. Card. Mantic. de coniect. ultim. uolunt. lib. 4. tit. 7. num. 28. in fin.*

6 Ideòque, quando quis uocauit fratrem, eiuſque filios, & Nepotes, tunc ordine ſucceſſiuo cenſentur uocati, *Alciat. in d. l. Gallus, §. quidam rectè, num. 20. ff. de liber. & poſthum. & conſil. 47. lib. 4. Peregrin. de fideicomm. art. 17. nu. 33. Sim. de Petr. de interpret. ultim. uolunt. fol. 333. num. 10.* alijque latè cõgeſti per *Fuſar. de ſubſtitut. dict. quæſt. 476. num 11., et ſeqq.*

7 Neque audiendi contrarium ſentientes, *Soccin. Sen. in dict. §. quidem rectè, ante num. quintũ, Angel. cõſ. 37. Alex. conſ. 13. lib. 4.* alijque relati per *Fuſar. de ſubſtit. dict. quæſt. 476. num. 39. uerſ. contra tamen, & num. 59.* quorum ſententia fortaſsè poſſet procedere, ſi Teſtator uocaſſet non omnes filios fratris,

ſed tantum aliquos ex eis, iuxta deducta per Rub. Alex. in d. l. Gallus, §. quidam rectè, num. 48. ibique Torniell. in quaſt. num. 15. verſic. ſed limita, ff. de liber. & poſthum. Io: Baptiſta à S. Seuerino inter conſil. Alex. cõſil. 14. n. 10 lib. 4 Menoch. lib. 4. præſumpt. 70. num. 17. & ſeq. Intrigliol. de ſubſtit. cent. 3. quaſt. 80. n. 13. quos refert Fuſar. de ſubſtit. dict. quaſt. 476. num. 34.

8 Et in ſpecialibus terminis, quòd, quando Teſtator tranſuerſalis ſub nomine collectiuo vocauit filios, deſcendenteſque alicuius, & eorum filios omninò incertos, perneceſsè vocatio ſit intelligenda ordine ſucceſſiuo; non autem ſimultaneo; cum ſit impoſſibile, quód plures perſonæ diuerſorum graduum ad ſucceſſionem eodem tempore, & ſimultaneè concurrant, eſt receptiſſima ſententia, quam benè, præ cæteris, firmant, Alex. in d. §. quidam rectè, ibique Galiaul. num. 4. Ruſtic. in l. cum Auus, lib. 1. cap. 1. num. 36. ff. de condit. & demonſtrat. Soccin. Sen. conſ. 113. num. 4. l. 1. Alciat. conſ. 244. n. 2. et ſeqq. Decian. cõſ. 1. num. 199. & ſeqq. lib. 1. Pariſ. conſ. 4. num. 4. lib. 3. Cephal. conſ. 353. Guid. Pap. conſ. 122. num. 57. Menoch. conſ. 496. num. 6. & conſ. 640 num. 1. & lib. 4 præſumpt. 70. num. 24. vbi aſſerit, eſſe receptam ſententiam, Vegg. conſil. 62. num. 2. Torn. conſil. 80. Rebuff. conſ. 158. Fuſar. pariter teſtans de communi, conſ. 87. nu. 6. & de ſubſtit. quaſt. 476. num. 56. Peregrin. conſ. 44. num. 10. lib. 1. & de fideicomm. art. 17. num 36. Intrigl. de ſubſtit. centur. 3. quaſt. 80. num. 19. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 8. num. 28. Sim. de Petr. de interp. vltim. volunt. lib 3. interp. 2. dubit. 1. ſolut. 5. num. 39 fol. 238. Gratian. cap 778. num. 1. Cyriac. controu. 579. num. 21. aſſerens, quòd id probet text. in l. peto, § fratre, ff. de legat. 2. & deciſum teſtantur Oſaſch. dec. 81. num. 14. Barz. dec. 9 nu. 4. Surd. dec. 346. Seraphin. deciſ. 409. num. 10. & ſeqq. & non videtur diſſentire, Franch. dec. 633. num. 5. verſic. in quo vt dictum eſt.

9 Prædicta verò omnia fortiùs in præſenti amplectenda; Tum, quia, tempore conditi Teſtamenti, nulli reperiebantur concepti, neque etiam nati filij, ſiue filiæ eiuſdem Thereſiæ; multòque minus Nepotes, qui Teſtatori potuerint eſſe cogniti, Rub. Alex. in d. l. Gallus, §. quidam rectè num. 55. in fin. ff. de lib. & poſthum. ibique Alciat. num. 28. & ſeq. Bero. in cap. Raynutius, num. 92. ext. de teſtam. Bald. conſil. 305. l. 3. Caccialup. inter conſ. Alexand. conſil. 14. num. 10. lib 4. Ruin conſ 160. num. 19. lib. 2. Dec. conſil. 205. num 1. & 2. Menoch. conſil. 185. num. 4. et ſeqq. et lib. 4. præſumpt. 70. num. 22. Burſati conſil. 236. num. 3. Pariſ. conſil. 41. num. 20. lib. 2. Fuſar. conſil. 87. num. 5. et de ſubſtit. quaſt. 476. num. 48. vbi plures alios refert, Decian. conſil. 84. num. 7. lib 3. Pret. de interpret. vltim. volunt. fol. 238. num. 40. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 4. tit. 8. num. 28. Intrigl. de ſubſtit. cent. 3. quaſt. 80 num. 17. Petra de fideicomm. q. 5. num. 161. de Luca ad Frãch. deciſ. 633. num. 5. Barz. deciſ. 9. num. 3. et ſeq. vbi de communi teſtatur, Surd. dec. 346. num. 16. Oſaſch. deciſ. 81, num. 16. Rot. in recent. dec. 97. num. 10. et dec. 574. n. 7. p. 4.

10 Ideòque filij naſcituri non poterant facere partem, utpotè tempore ſucceſſionis non exiſtentes, Dec. conſ. 205. num. 3. Menoch. cõſ. 1030. n. 4. et lib. 4. præſumpt. 70. num. 21. de Luca ad Franch. dict. dec. 633. num. 6. Quid
11 quid ſit, quando ſunt inſtituti à Patruo Nepos, & filij nati, nomineque proprio vocati, nec non filij naſcituri, quo caſu ex coniunctione filiorum natorum, & naſciturorum, ſatis, ſuperque deprehenditur, Teſtatorem æqualiter dilexiſſe ea dilectione, qua diligi poterant, & ſuccedit vulgaris concluſio, quòd vna, eademque determinatio plura determinabilia reſpiciens, ea pariter determinet, l. iam hoc Iure, ff. de uulgar. et pupillar. Menoch. conſ. 85. num. 5. vbi quòd æqualis debeat eſſe determinatio ſimul, atque æquè vocatorum, Corn. conſ. 305. num 6. lib. 1. Altograd. conſ. 13 num. 10. lib. 2. Maſtrill. deciſ. 190. num. 27 & in his terminis fortaſsè procedere poſſunt animaduerſiones Franch. d. dec. 633. per tot. et n. 6.

12 Tum, etiam, quia diſpoſitio reſpicit tempus futurum, & remotiſſimum, deſcendenteſque ſunt uocati cum clauſulis perpetuitatem præſeferentibus, quo caſu ſemper inſtituti, & ſubſtituti ordine ſucceſſiuo; non autem ſimultaneo, intelliguntur uocati, Alciat. in dict. l. Gallus, § quidam rectè, num. 33. ff. de liber. et poſthum. Soccin. Sen. conſil 90. column. ultim. lib. 4 Ruin. conſil. 139. num. 22. lib. 3. Dec. conſil. 248. num. 4. Soccin. Iun. conſil. 40. num. 2. lib. 4. ubi dicit communem, Card. Mantic. de coniect. ultim. uol lib 4 tit. 8. n. 22.

Et in ſpecie uocationis factæ cum clauſula, in infinitum, uel in perpetuum. Fuſar. de ſubſtitut. quaſt. 476. num. 60. Sim. de Petr. de interpret. ultim. uolunt. fol. 333. Barz. dec. 9 Se-
13 raphin dec. 409. num 11. ubi, quòd, niſi uocatio intelligatur ſucceſſiuè facta, impoſſibilis reddatur diſpoſitio.

14 Tum demum, quia reſpectu bonorum, quæ Primogenituræ ſunt obnoxia, eò magis ordo ſucceſſiuus ſibi locum uindicat; cum Maioratus ſucceſſio ex propria natura ſit perpetua, tractumque habeat ſucceſſiuum, in eaque non ualeat, niſi unus ſuccedere, iſque Primogenitus, eademque bona perneceſsè indiuiſibilia eſſe debeant; prout in ſpecie optimè aduertit Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 1. cap. 6. num. 4. et ſeqq. Caſtill. lib. 5. contr. cap. 110. num. 15. Parlador. in ſexquicent 24.

§. 1.

§.1.n.4.et ſeq.fol.119.Spin.in ſpecul.Teſtam. gloſ.33.num.26. & Nos latiùs egimus *diſp.3. num.54.et ſeqq.*

15 Regulare enim eſt, quòd in diſpoſitionibus tractum habentibus ſucceſſiuum, prout illum habet Maioratus ſucceſſio, plures ad ſucceſſionem uocati ſemper intelligi debeāt uocati ordine ſucceſſiuo, *Fortun.in dict. leg. Gallus, §.quidam rectè, column.31. ff.de liber. et poſthum.* aſſerens, in materia ſucceſſiua,
16 ſicut eſt feudum, ſiue operæ libertorum, ſemper uocationem ordine ſucceſſiuo factam intelligi, *Alex.conſil.13.num 7.lib.4. Molin. de Hiſpan.Primog.d.lib.1.cap 6. num.4. et ſeq. Caſtill.lib.5.controu.cap.110.num.15.* alijque ſuperiùs adducti.

Iuxta firmata fuit decretum per R. P. Fanum Iudicem Delegatum.

ARGVMENTVM.

Inſtitutus hæres in vſufructu omnium bonorum, alio poſt ipſius obitum hærede vniuerſali inſtituto, dici debet merus legatarius, Inſtitutus verò poſt mortem eiuſdem vſufructuarij habetur, tāquàm purè, & liberè hæres in proprietate; adeòut valeat, adhuc vſufructuario viuente, ſtatim hæreditatem adire, illamque aditam, ſiue expreſsè, ſiue tacitè, ad ſuos hæredes tranſmittere; quamuis prædeceſſerit vſufructuarius; ſed ſi repudiet, vel ante aditam hæreditatem moriatur, cenſetur hæreditas hæredi vſufructuario, iam vſque ab initio accreuiſſe, accedentibus potiſſimùm pluribus coniecturis hoc ipſum ſuadentibus, Reprobatis contrarijs ſententijs.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries enunciatur.*
2 *Diuiſio diſceptationis in duplicem inſpectionem.*
3 *Queſtio, de qua initio argumenti, eſt admodùm controuerſa.*
4 *Quaſtionis effectus eſt maximus pro reſoluendo articulo tranſmiſſionis hæreditatis.*
5 *Fideicommiſſum dicitur conditionale, quoties eſt collatum poſt mortem hæredis vſufructuariæ.*
6 *Hæres poſt mortem Vſufructuarij inſtitutus, quoties eidem prædecedit, non poteſt fideicommiſſum ad hæredes tranſmittere.*
Idque in ſententia affirmante, quòd hæres vniuerſalis in vſufructu ſit ab initio per Ius accreſcendi hæres, etiam in proprietate. ibid. & nu.5.
7 *Ideòque fideicommiſſum, tamquàm caducum remanet apud hæredem vſufructuarium, vtpotè grauatum.*
8 *Hæres Vſufructuarius, nullo alio hærede in proprietate in vita eiuſdem Vſufructuarij; ſed tantùm poſt eius mortem directè inſtituto, dicitur interim ab initio hæres vniuerſalis, etiam in proprietate, in ſententia* Baldi.
Intelligitur tamen grauatus per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem hæredibus inſtitutis poſt ipſius mortem in ſententia eiuſdem Baldi.
9 *Idque, etiam procedit, quamuis vſufructuarius legatur inſtitutus hæres ad tempus; imò etiam cum taxatiua,* tantùm, *& de ratione.*
10 *Affertur ſecunda ſententia contraria* Imol.
11 *De tertia ſententia* Molinei, *& aliorum directè aduerſante primæ, licèt in aliquibus vniformi cum ſecunda* Imolæ.
12 *Hanc poſtremam ſententiam ſectantur recentiores, illamque amplectitur* Rota.
13 *Reprobantur conſulentes apud* Fuſar. conſil. *199. exiſtimantes* Rotam *contrarium ſenſiiſſe.*
14 Deciſ. Rot. diuerſ. 138. num. 2. & deciſ. 460. part. 4. & in recēt. dec. 122. par. 2. *declarantur.*
15 *Affertur ratio, cui innititur hęc poſtrema ſententia, quam Author ſequitur.*
16 *Quoties pluries in teſtamento quis eſt denominatus vſufructurius, ex hoc reſultat, ut non poſſit dici inſtuutus in proprietate.*
17 *Inſtitutio in vſufructu coarctata ad vitam vſufructuarij, indicat reſtrictionem ad ſimplicem Vſumfructum, abſque proprietatis commercio.*
18 *Idemque aſſerendum, quoties, quis fuit inſtitutus in vſufructu, cum dictione taxatiua,* tantummodò, *reſpectu temporis.*
19 *In quo caſu de huiuſmodi clauſula taxatiua poſſit hæſitari.*
20 *Dictio,* ex nunc, *adiecta inſtitutioni Vniuerſali operatur, ut hæres dici debeat inſtitutus purè, & non conditionaliter in proprietate, adhuc durante vita vſufructuarij.*
21 *Teſtator, quoties vocat alios hæredes, etiam in vita Vſufructuarij ex hoc deſumitur coniectura, quòd voluerit, vt ab initio ſint hæredes proprietarij.*
22 *Idque, etiam procedit, quando Teſtator vocat Nepotes hæredes ſuos, etiam in vita vxoris vſufructuaria.*
23 *Vel, quando vſufructuariam non appellat hæredem.*
24 *Forma nominandi hæredem ore proprio eſt pernecesſè adhibenda in teſtamentis nuncupatiuis reſpectu primi hæredis directè inſtituti, non autem in ſubſtitutis per fideicommiſſum.*
25 *Vniuerſitatis qualitas, adiecto verbo directo,* hęredes, *importat ſubſtitutionem puram ab initio.*
26 *Clauſula* pleno iure *appoſita hæredibus inſtitutis, & neglecta reſpectu hæredis vniuerſalis vſufructuariæ, denotat, hæredem vſufructuarium eſſe ſolummodò legatarium.*
27 *Obſeruantia deſumpta ex actibus ab aliquo geſtis, tamquàm proprietario, etiam durante vita hæredis, vſufructuariæ plurimùm attendenda ad effectum, vt vſufructuaria dici debeat merè legataria.*
28 *Liberatio hæredis vniuerſalis vſufructuariæ ab onere præſtandæ fideiuſſionis de benè utendo, arguit, eundem eſſe hæredem uſufructuarium ſolummodò, non autem proprietarium.*

29 Pra-

29 *Prędictis coniecturis concurrentibus, etiam iuxtà primam ſententiam, de qua ſupra nu n. 8. ceſſat accretio proprietatis hæredis vſufructuariæ, quamuis hæredes poſt ipſius mortem inſtituti prædeceſſerint.*
30 *Hæres vſufructuarius vniuerſalis regulariter non tenetur ad legata ſemèl præſtanda, cum illa ſpectent ad hæredem proprietarium.*
31 *Limita, ſtante expreſſa contraria voluntate Teſtatoris.*
32 *Vſufructuarius vniuerſalis tenetur ad annua legata ſoluenda.*
33 *Aditio tacita hæreditatis reſultat ex actibus, qui citrà Ius, nomenq; hæredis fieri non poterunt.*
34 *Hæredes poſt mortem vſufructuarij inſtituti adeuntes hęreditatem, ſiue expreſſè, ſiue tacitè, illam ad filios traſmittunt; quamuis eidem vſufructuario prædeceſſerint.*
35 *Tranſmiſſionis ad effectum ſuffieit tatita aditio reſultans ex actibus illam inſerentibus.*
36 *Hęres poſt mortem vſufructuariæ inſtitutus, ſi non adierit hęreditatem, neque expreſſè neque tacitè, & præmoriatur vſufructuariæ adhuc viuenti, non tranſmittit hæreditatem non aditam ad ſuos hæredes; ſed eadem accreſcit hęredi vſufructuario.*
37 *Hæreditas non adita non traſmittitur.*
38 *Hæredes ſui ex potentia ſuitatis tranſmittunt hæreditatem non aditam ad hæredes, etiam extraneos.*
39 *Nepotes ex ſorore non dicuntur ſui hæredes; ſed penitùs extranei ad effectum tranſmiſſionis.*
40 *Declaratur* Author damnatæ memoriæ in addit. ad Alex. conſ. 162.
41 *Tranſmiſſio hæreditatis ex potentia ſanguinis, quibus requiſitis concurrentibus, admittatur.*
42 *Tranſmiſſioni ex capite iuris deliberandi, vt poſſit eſſe locus, quęnam ſint neceſſaria.*
43 *Pro tranſmiſſione hæreditatis, etiam non aditæ, an ſufficiat illam eſſe delatam hæredibus inſtitutis poſt mortem vſufructuarij, ſtante iure quæſito, & delato in vſufructu, licet in tempus mortis vſufructuarij ſuſpenſo, & delato.*
44 *Cōditio certò extitura, an trāſmiſſionē impediat.*
45 *Expenditur ſuper concluſionibus, de quibus in anteeedentibus duobus* num. deciſio Rotæ in rec. 22. num. 45. & ſeqq. part. 6.
46 *Tranſmiſſioni hęreditatis non eſt locus; niſi hæres poſt mortem vſufructuarij inſtitutus verbo, vel facto declarauerit, ſe velle adire, viuente vſufructuario.*
47 *Reprobatur* Peregr. conſ. 54. lib. 5.
48 *Tranſmiſſionis ex iure veniens non ſuccedit in re tranſmittenti, ſed primo decedenti; idcòque hæreditatem adit, non ex propria perſona; ſed ex perſona tranſmittentis, & vt eius hæres.*

C A P V T XXX.

1 MAGDALENA in ſuo teſtamento per hæc ipſiſſima verba diſpoſuit: *In omnibus autem ipſius D. Teſtatricis bonis mobilibus, & immobilibus dicta D. Teſtatrix inſtituit, fecit, & ore ſuo proprio nominauit ſuam hæredem vniuerſalem vſufructuariam D. Margheritam eius neptem filiam q. Hieronymi ipſius D. Teſtatricis germani fratris, & neptem reſpectiuè; adeò, quòd, tantùmmodò durante eius vita naturali, ſit vſufructuaria omnium eius bonorum, abſque onere præſtandæ fideiuſſionis de benè vtēdo, cui morienti ex nunc ſuos hæredes vniuerſales inſtituit, pleno iure fecit, & ore proprio nominauit in omnibus ſuis bonis D. Franciſcum, D. Reſtitutam, & D. Mariam filiam, & filias ſupradictæ D. Margheritæ eius neptis, & hæredis vſufructuariæ, vt ſupra dictum eſt, æquis portionibus, quibus iure inſtitutionis, vel aliàs omni, etc. relinquit omnia eius bona, cum ſupradictis oneribus.*

Euenit caſus, quód prædicti Franciſcus, Reſtituta, & Maria prædeceſſerint Margheritæ matri inſtitutæ hæredi in vſufructu, relictis tamen liberis, nempè, ex Franciſco, Hieronymo de Amatis ex Reſtituta, Franciſca, & ex Maria Hercule.

Poſteá prædeceſſit, etiam dictæ Margheritæ vſufructuariæ Franciſca Reſtitutæ filia, relictis Horatio de Rubeis ex primo Viro, & Nicolao, & Antonio Sfortia ex ſecundo Viro filijs.

Poſtremò obijt Margherita hæres vſufructuaria, inſtituto ſibi hærede vniuerſali Hieronymo de Amatis nepote ex prædicto Franciſco eius filio.

2 Hac facti ſerie pernecesſè pręmiſſa, de pluribus contingit coram DD. Arbitris diſceptari.

Primò, nempè, an ſtante prædeceſſu filiorum Margheritæ inſtitutæ in vſufructu, qui obierunt, eadem Margherita ſuperſtite, fuerit permiſſum ipſi Margheritę diſponere, prout diſpoſuit, de integra hæreditate Magdalenæ ad fauorem Hieronymi, vel potiùs dici debeat, prędictos filios Margheritæ potuiſſe tranſmittere eamdem hæreditatem ad prædictos eius filios, & nepotes reſpectiuè eiuſdem Margheritæ.

Secundò, admiſſo, quòd fuerit factus locus trāſmiſſioni, an Horatius de Rubeis, Nicolaus, & Antonius Sfortia filij prædictæ Franciſcæ, & pronepotes reſpectiuè Margheritæ hæredis uſufructuariæ poſſint repreſentando perſonam eorum matris concurrere ad ſucceſſionem in hæreditatæ Magdalenæ, unà cum Hieronymo, & Hercule Patruis, uel potiùs prædicti Horatius, Nicolaus, & Antonius pronepotes, tamquàm remotiores in gradu, excludi debeant à Hieronymo, & Hercule nepotibus proximioribus.

Quò ad primum, reſolutio tota dependet
3 ab illa ſatis celebri, atque ardua quæſtione inter DD. acerrimè exagitata, quam eſſe de apicibus iuris, ſatiſque ambiguam, & inuolutam teſtatur *Bald. in l. id quod pauperibus in 14. quæſt. ſub num. 47. & in fin. Cod. de Epiſcop. & Cleric.* & ex recentioribus, *Durant.*

de

de art.teſtand. tit.de legat.caut.39. num.1. ad med.Spad.conſil.340.num.7. lib.3. eruditus amicus *Pacion.de locat. quæſt.61. num.129. Cardin.Mantic.de coniect.vlt.volunt.lib.4.tit.5.Bellon.Iun.de Iur.accreſcen.cap.7.quæſt.16 ex num.292.& ſeqq.*Capye.*Latr.conſult.112. num.18. & conſult.147. num.14. lib.2. Io: Franc.Marcian.diſp.99.n.1.lib.2.Merlin.dec. 505.num.7.*vbi, quòd hæc quæſtio ſit admodum anceps, & Doctorum ingenia, rigidè torſerit, *Rota in Imolen.Prædij 6.Iunij 1653. coram Reuerendiſſimo Albergato*, vbi aſſeritur, quæſtionem hanc eſſe tranſactione dignam; An, ſcilicet, inſtituto aliquo hærede vniuerſali in vſufructu, & poſt ipſius obitum, inſtitutis alijs, dicatur Vſufructuarius inſolidùm, etiam hæres in proprietate per Ius accreſcendi, grauatus tamen per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem hæredibus inſtitutis poſt ipſius mortem.

Vel potiùs hæres poſt mortem hæredis vſufructuarij dicatur Inſtitutus in proprietate ab initio purè, & non conditionaliter; ſed prohibitus adire hæreditatem, hærede vſufructuaria adhùc viuente.

Vel demum hæres inſtitutus poſt mortem Vſufructuarij, adeó ſit hæres purè, & non conditionaliter, vt poſſit hæreditatem ſtatim adire, adhuc viuente hærede vſufructuaria.

4 Huiuſmodi quæſtionis effectus eſt maximus in themate, de quo diſceptatur, illamque DD. inferiùs laudandi acerrimè diſputant, ad effectum reſoluendi articulum tranſmiſſionis hæreditatis; quando, prout in præſentia, hæredes poſt mortem vſufructuariæ inſtituti prædeceſſerunt, ipſa hærede vſufructuaria adhùc ſuperſtite.

Si enim ſubſiſteret ſententia affirmans, quòd Margherita inſtituta hæres vniuerſa-
5 lis in vſufructu fuerit ab initio per Ius accreſcendi hæres, etiam in proprietate; grauata tamen per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem hæredibus inſtitutis poſt eius mortem, & in hoc caſu, cum hæredes inſtituti, quibus erat facienda reſtitutio, prædeceſſerint Margheritæ hæredi grauatę; abſque dubio dicendum, hæreditatem penes eamdem Margheritam remanſiſſe liberam, & fideicommiſſo minimè obnoxiam; atque adeò potuiſſe de ea diſponere in Teſtamento.

Cum enim hæredes inſtituti poſt mortem vſufructuariæ hæredis, cenſeantur vocati per fideicommiſſum, quod eſt conditionale, vtpotè collatum poſt mortem hæredis vſufructuariæ, atque adeò in diem incertum, qui in ſe continet conditionem, ſi quo tempore moriatur hæres vſufructuarius, fuerit ſuperſtes ille, qui eſt uocatus poſt eius mortem, *l.hæres meus 78. in princip. ff.de condit. & demonſtr.* cum alijs adductis per *Bellon. Iun de Iur.accreſcen.cap.7.q.18 num.51.*

6 Hinc ſequitur, ut, cum, huiuſmodi conditione pendente, hæredes poſt mortem Vſufructuariæ inſtituti prædeceſſerint eidem Vſufructuariæ, non potuerint fideicommiſſum ad ſuos hæredes tranſmittere; quamuis expreſſè, uel tacitè hæreditatem adierint, uiuente adhuc hęrede uſufructuaria, *l.vnica, §.ſin autem aliquid ſub conditione, Cod.de caduc.tollend.*cū concord.ſatis notis; Ideóque
7 fideicommiſſum, tamquàm caducum, remanſerit apud hæredem uſufructuarium, utpotè grauatum, ut in his præciſis terminis aduertunt, *Gaill.pract.obſer.lib.2.cap.143.num.5. propè fin. verſ.effectus huius opinionis*, latè *Bellon.Iun.de Iur.accreſcen. cap.7. quæſt.16. num 297.verſ.hinc reſpectu, & num.ſeq.* cum alijs infrà allegandis.

Si uerò ſubſiſteret altera ſententia, quòd, nempè, hæres uſufructuarius loco ſimplicis legatarij habeatur, quòdque hæres poſt mortem eiuſdem Vſufructuarij inſtitutus, quamuis ſit hæres purè, & non conditionaliter; nō tamen poſſit hæreditatem directò adire, niſi poſt mortem uſufructuarij, & idem reſultaret Iuris effectus reſpectu tranſmiſſionis, ut hæreditatem ad ſuos hæredes tranſmittere non potuerit, licet illam, uiuente uſufructuaria, tacitè, uel expreſſè adiuerit, quia, ſcilicet, uiuente uſufructuaria, adire non fuit permiſſum.

Si tandem eſſet attendenda tertia opinio, quòd hæres inſtitutus poſt mortem hæredis uſufructuarij, ſit hæres ab initio in proprietate purè, & non conditionaliter, quòdque ſit ei permiſſum hæreditatem ſtatim adire, etiam ante obitum uſufructuarij, qui habetur loco ſimplicis legatarij, & hoc caſu eſſet locus tranſmiſſioni hæreditatis, ſi conſtaret de aditione, uel expreſſa, uel ſaltèm tacita, reſultante ex actibus illam inferentibus, prout firmant auctoritates inferiùs laudandæ.

Erit igitur diligenter, breuique methodo inſpiciendum, quænam opinio ſit recæptior, etiam iuxtà ſenſum Rotæ, quod, ut faciliùs deprehendi ualeat, tres diſtinctæ ſententiæ in hoc articulo proximè enunciatæ diſtinctiùs ſunt referendæ.

8 Prima exiſtimauit, hæredem uſufructuarium, nullo alio hærede in proprietate inuita eiuſdem uſufructuarij; ſed tantùm poſt eius mortem, directè inſtituto, dici interim, eſſeque ab initio hæredem uniuerſalem, etiā in proprietate; adeòut integra hæreditas per Ius accreſcendi dicatur eidem quæſita, & detracta uſusfructus, temporiſque mentione, fingatur, quód ab initio fuerit hæres in ſolidùm; grauatus tamen per fideicommiſſum reſtituere hæreditatem hæredibus inſtitutis poſt ipſius obitum.

Idque ea potiſſimùm ratione; nam, cum ui-

Digitized by Google

uiuente uſufructuario, nemo legatur in prò-prietate hæres inſtitutus; Idcircò, ne interim Teſtator hæredem non habeat; atque adeò pro parte temporis inteſtatus decedat, ſeu hæreditas in ſuſpenſo remaneat, hæres in uſufructu euadat hęres in totum ab initio; Ideòque illa inſtitutio poſt mortem uſufructuarij facta, cum non poſſit ampliùs Iure directo ualere, ex quo duo hæredes directi unus poſt alium dari non poſſit, pernecesſè inflecti debeat in fideicommiſſum.

Qua opinione attenta, ſi Inſtitutus poſt mortem uſufructuarij præmoriatur, adhùc uiuente ipſo uſufructuario, ille efficietur hęres in totum, tranſmiſſionemq; ad hæredes hæredis impediat; ita primus omnium docuit *Bald. in l. id quod pauperibus* 24. *nu.* 27. *verſic. ſed ego oſtendo*, Cod. *de Epiſc & Cleric. & in l. 2. ff. ſi pars hæredit. petat. & conſil.* 82. *lib.* 4. quem ſequuntur commendantes, *Caſtr. in l.* 1. *§. ſi ex fundo, num.* 2. *ff. de hæred. inſtituend. & in l. extraneum 9. col. vlt.* ibique *Iaſ. num.* 6. *verſic. tertiò principaliter, Alex. num.* 8. *&* 11. Cod. *de hæred. inſtit. Angel. in l. Miles* 42. *in princ. verſic. tu autem dic, ff. de militar. teſtam. & in l.* 2. *ff. ſi pars hæredit. petat. & conſ.* 151. *col. pen. verſ. dico ergo, Guglicl. in cap.* Raynutius, in uerbo *reliquit, num.* 9. *verſ. tertiò maxime, Pic. in l.* 3. *§.* Titia, *num.* 82. *ad fin. verſic. aliquando, & ultimò, ff. de legat.* 2. *Crot. in l. re coniuncti, num.* 176. *ff. de legat.* 3. *& conſ.* 79. *in* 1. *quaſt. n.* 9. *& ſeq. Alex. conſil.* 4. *num.* 3. *lib* 7. *& conſ.* 111. *&* 162. *n.* 3. *lib.* 2. *Bertraud. conſil.* 314. *lib.* 3. *Bero. conſil.* 31. *nu.* 20. *lib.* 2. *Decian. cõſ.* 129. *n.* 66. *lib.* 3. *Ruin. cõſ.* 36. *lib.* 2. *Menoch. conſil.* 273. *num.* 6. *& n.* 22. *verſ. his manifeſtè, et ſeqq. et conſ.* 1112. *nu.* 1. *et præſumpt.* 141. *num.* 26. *verſ.* 2. *lib.* 4. Rolãd. *à Vall. conſ.* 29. *in fin. lib.* 4. *Surd. conſil.* 429. *num.* 1. *et de alim. tit.* 2. *qu.* 15. *num.* 97. *et ſeq. Cephal. conſil.* 472. *num.* 52. 53. 58. *et* 81. *et conſil.* 716. *num.* 17. *et* 22. *Honded. conſil.* 62. *num.* 2. 13 *et ſeqq. lib.* 2. *Gabr. conſil.* 121. *nu.* 3. *et ſeq. lib.* 2. *Mart. conſil.* 164. Rimin. Iun. *conſ.* 168. *num.* 6. *lib.* 2. *Laderch. conſil.* 3. *num.* 1. *Fuſar. conſil.* 195. *num.* 7. *et conſil.* 196. *num.* 11. *verſic. aut verò vxori, et de ſubſtitut. quaſt.* 277. *num.* 41. *Peregrin. conſ.* 58. *num.* 4. *et conſil.* 63. *num.* 7. *lib.* 3. *et conſil.* 26. *lib.* 4. *et et de fideicommiſſ. art.* 5. *num.* 21. *Rouit. conſil.* 46. *n.* 7. *et.* 18. *et conſ.* 47. *n.* 5. *et ſeqq. lib.* 1. *Craſſ. §. legatum, q.* 23. *num.* 3. *Gaill. obſer.* 143. *nu.* 5. *lib.* 2. Cardin. *Mantic. de coniectur. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 11. *per tot. Faechin. lib.* 4. *controu. Iur. cap.* 16. *per tot.* Io: *Dilect. de art. teſtand. lib.* 6. *cant.* 39 *num.* 2. *Mart. de ſucceſſ. legal. part.* 4. *qu.* 11. *art.* 4. *num.* 5. *et ſeqq.* Cyriac. *controu.* 43. *n.* 30. *lib.* 1. *Io. Franc. Marcian. diſput. foren.* 99. *nu.* 1. *et ſeqq. lib.* 2. Roſa *conſult.* 34. *n.* 24. 48. *et ſeq. Medic. dec. Senenſ.* 5. *n.* 2. alijque latiſſimè cõgeſti apud *Caſtill. de vſufruct. cap.* 8. *num.* 41. *Bellon. de Iur. accreſc. dict. cap.* 7. *quaſt.* 16. *nu.* 292. *et ſeqq.*

9 Huiuſmodi verò ſententiam Authores ſuperiùs laudati, adeò veram exiſtimant, vt illam procedere conſtanter affirment, etiam ſi vſufructuarius legatur hæres inſtitutus ad tempus, puta, vita durante; Imò, etiam cum taxatiua, *tantùm*, prout in hac facti ſpecie, quia illa temporis limitatio non impedit, quò minus ad vſufructuarium tota hæreditas Iure accreſcendi pertineat; licet deindè cenſeatur grauatus ſecundo hæredi hæreditatem reſtituere; non enim poteſt Teſtator in Inſtitutionibus Ius accreſcendi alioquin à Iure inductum, prohibere, itá in ſpecie dictionis *vita durante*, *Peregrin. conſ.* 44. *num.* 1. *vol.* 5. *Cæphal. conſ.* 472. *num.* 57. *verſ.* 9. *&* 58. *Menoch. conſ.* 105. *num.* 6. *& conſ.* 637. *num.* 2. Ruin. *conſ.* 36. *num.* 5. *lib.* 2. *Marcian. d. diſp.* 99. *nu.* 5. *verſ. qui omnes, & num. ſeq.* Bellon. Iun. *de Iur. accreſcen. d. cap.* 7. *quaſt.* 16. *num.* 309. *& trib. ſeqq.* vbi plures alios refert, *Marcian. d. diſput.* 99. *nn.* 5. *& ſeq.* & de dictione taxatiua, *tantùm*, *Cephal d. conſ.* 472. *num.* 53. *&* 56. *& conſ.* 67. *num.* 30. Rouit. *d. conſ.* 46. *n.* 18. *lib.* 1. *Marcian. d. qu.* 99. *num.* 5. *& ſeq. Bellon. de Iur. accreſc. d. quaſt.* 16. *num.* 309. *& ſeqq.* licet contrarium ſentiat *Dec. conſ.* 278. *Menoch. conſ.* 1112. *num.* 3. Card. Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 4. *tit.* 5. *in* 16. *art.* quos refert, *Capyc. Latr. d. conſult.* 113 *num.* 18. *& ſeq. lib.* 2.

10 Altera opinio eſt contraria, quòd, nempè, hæres vſufructuarius, quamuis habeatur loco legatarij, & hæres poſt mortem eiuſdem vſufructuarij inſtitutus, ſit hæres purè, etiam in proprietate ab initio; non tamen ſit ei permiſſum hæreditatem directò adire, niſi poſt mortem Vſufructuarij, adeò vt, ſi prędeceſſerit, viuente Vſufructuario, non ſit locus tranſmiſſioni hæreditatis, itá originaliter *Imol. in l. filius à Patre* 28. *in princ. n.* 4. *uerſ. ſed aduerte, ff. de liber. & poſthum. & in l. hæreditas ex die* 34. *num.* 9. *uerſ. ſed tu tene, ff. de hæred. inſtituen.* quem ſectantur, *Pic. in l. Titia* 35. *§. fin. num.* 102. *uerſ. quid tenendum, ff. de legat.* 2. *Corn. in l. extraneum, num.* 6. *C. de hæred. inſtit. Berous conſ.* 58. *num.* 6. *lib.* 2. *Ruin. conſ.* 54. *num* 4. *et ſeqq. et conſ.* 206. *num.* 21. *uerſic. quibus non obſtantibus. lib.* 2. *Faechin. lib.* 4 *controu. cap.* 16. *uerſ. ego priorem, Couarr. lib.* 2. *uar. cap.* 2. *num.* 5. *Card. Mantic. de coniectur. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 7. *num.* 8. *et ſeqq.* alijque apud *Bellon. Iun. de Iur. accreſc. d. cap.* 7. *quaſt.* 16. *num.* 315. *et ſeqq.*, referens fundamenta huius opinionis apud eundem relegenda.

11 Tertia tandem ſententia directè contraria primæ, licèt in aliquibus conueniat cum ſecunda, ea eſt, ut, nempè, inſtitutus hæres

in

Digitized by Google

in Vſufructu omnium bonorum, alio poſt ipſius mortem hærede vniuerſali inſtituto, dici debeat merus legatarius; Inſtitutus uerò poſt mortem Vſufructuarij habeatur tāquàm purè, & liberè hæres in proprietate, adeòut poſſit, adhuc Vſufructuario uiuente, ſtatim hæreditatem adire, illamque aditam, ſiue expreſsè, ſiue tacitè per actus aditionem pernecesſè inferentes ad ſuos tranſmittere hæredes, quamuis Vſufructuario prædeceſſerit, ſed ſi repudiat, uel antè aditam hæreditatem moriatur, cenſeatur hæreditas Vſufructuario hæredi iam uſque ab initio accreuiſſe, ita ſentierunt *Angel. in l. hæreditas ex die, ff. de hered. inſtit. et in l. miles ita, ff. de teſtam. milit. Vigl. in §. heres, num. 6. uerſ. 1. Inſt. eod. tit. Caſtr. in l. filius à patre ad fin.* ibiq; *Bald. etiā in fin. ff. de liber. et poſth. et cōſ. 440. col. 2. lib. 2. Corn. in l. extraneum, n. 21. uerſ. quartò fingit, ff. de hered. inſt. Pic. in l. Titia §. Titia cum nuberet, qu. 26. n. 97. et 102. ff. de leg. 2. Bald. conſ. 26. lib. 5. et conſ. 373. l. 4. Odd. conſ. 91. nu. 20. et ſeqq.* ubi de hac mitiori, ueriori, & magis communi, *Mandel. conſ. 55. num. 2. et 3. lib. 1.* benè *Carol. Moline.* utinam tàm probati nominis, quám probatæ in legali ſcientia doctrinæ in *add. ad Alex. d. conſ. 162. ſub lit. B. in fin. uol. 2. Rimin. Iun. conſ. 291. num. 36. et ſeqq.* latè *Pariſ. conſ. 97. num. 3. uerſ. dico inſuper, et ſeqq. lib. 2. Bero. conſ. 58. num. 6. lib. 2.* ubi, quód hęc ſit æquior, & uerior opinio, *Laderch. conſ. 57. num. 3. Caball. conſ. 153. Giouagn. conſ. 26. num. 13. lib. 1. Altograd. conſ. 104. num. 5. et ſeq. lib. 2. Durant. de art. teſtand. tit. de legat. cautel. 39. num. 1. Gaill. lib. 2. obſer. 143. num. 5. uerſ. ſed Molineus, et num. 6. uerſ. ſed cum utroque,* ibiq; latè *Grenen. in addit. Menoch. lib. 4. prẹſumpt. 141. poſt num. 43. Couarr. lib. 2. uar. reſol. cap. 25. ſub nu. 5.* aſſerens hoc eſſe ueriùs de Iure, *Card. Mantic. de coniectur. lib. 4. tit. 5. art. 7. num 1. et ſeqq. Mart. de ſucceſs. legal. par. 4. quẹſt. 11. art. 4. Theſaur. Iun. lib. 3. q. 81. n. 3.* qui dicit per Senatū Pedemōtanum, ita fuiſſe iudicatum, benè *Tell. Fernand. ad l. 3. Taur. part. 3. num. 10. uerſ. nihilominus dicuntur hẹredes à morte Teſtatoris, Suarez recept. ſent.* verbo *uxor, num. 114. Gratian. cap. 821. nu. 2. et ſeqq. Caualcant. de uſufr. mulier. relict. n. 72. Hodiern. ad Surd. deciſ. 193. num. 65. et ſeqq. Pech. de teſtam. cōiug. lib. 5. cap. 5* ubi ita Boloniæ deciſū teſtatur, *Caſtill. de uſufruct. c. 8. n. 43. Sim. de Petr. de interp. ult. uolunt. lib. 3. ſolut. 1. num. 21. et ſeq. fol. 5. et num. 35. et ſeq. Bellon. de Iur. accreſcen. d. cap. 7. quẹſt. 16. nu. 343. et ſeqq.* ubi, quòd hanc opinionem ferè omnes recentiores ſequantur, *Andreol. controu. 47. num. 8. et ſeq. Capyc. latr. conſult. 112. num. 17. lib. 2.* latè *Marcian. Iun. d. diſp. 99. num. 8. et ſeqq. lib. 2.* qui teſtatur, hanc opinionem eſſe ueriſſimā, *Adden. ad Buratt. deciſ. 721. num. 7. Card. de Luca de teſtam. diſc. 21. num. 14. et de ſeruitut. diſc. 51. n. 3. Pacion. de locat. quẹſt. 61. num. 129.*

12 Hanc autem opinionem uti æquiorem, mentique Teſtatoris magis conſonam, conſtanter amplexa eſt *Rota*, ſignanter in *rec. dec. 162. num. 1. et per tot. part. 2. et dec. 120. num. 9. et ſeqq. part 9.* & latiſſimè articulo ad partes diſcuſso, & reſpondendo contrarijs, egregiè *Merlin. dec. 505. num. 7. et ſeqq.* ubi *num. 11. et ſeq.* quòd Rota ſemper fuit propenſior in hanc ſententiam, tanquám magis congruam, uoluntatique Defunctorum, qui Iuris ignorant ſubtilitates, multum congruentem, & conſentaneam, quæ eſt repetita in *recent. dec. 22. part. 6. Card. Canaler. dec. 310. num. 1. Vbald. deciſ. 164. num. 1. Bich. deciſ. 349. num. 10. Peruſina bonorum 13. Februarij 1579. cor. Brauo impreſſa poſt conſ. Eugen. 33. lib. 2.*

13 Neque audiendi conſulentes apud *Fuſar. conſ. 199. num. 3. & 39.* aſſerentes, Rotam contrarium ſenſiiſſe in *deciſ. 138. num. 2. & deciſ. 460. part. 4. diuerſ. & dec. 122. part. 2.*
14 *recent.* egregiè enim falluntur, & miſerè æquiuocant, ſiquidem *deciſ. 138.* nullo prorſus Iure applicatur; dum ibi mulier non reperiebatur inſtituta hæres in vſufructu; ſed ſimpliciter, & indefinitè erat nominata hæres; ideòque optimè Rota decreuit, indefinitam illam vocationem, non eſſe reſtringendam ad ſolum vſumfructum, valdèque inter ſe diſcrepant iſti caſus, quòd Vxor ſit inſtituta in vſufructu, & poſt obitum alius hæres ſit datus, vel quòd ſimpliciter ſit inſtituta hæres, nulla prorſus habita mentione vſusfructus, nec proprietatis, & poſt mortem ſit datus etiam alius hæres; prout, egregiè aduertit *Imol.* vtrumque caſum diſtinguens *in l. filius à patre, nu. 4. verſ. ideò poteſt dici, & num. 6. verſ. ſecundo caſu, ff. de liber. & poſthum.* firmans, in primo caſu vxorem dici Vſufructuariam; in ſecundo autem caſu eſſe proprietariam, idemque ibidem firmant pariter diſtinguētes, *Alex. n. 3. verſ. ſecundus eſt caſus, Aretin. num. 3. col. 4. verſ. pro declaratione, & column. 7. verſic. circà ſecundum, Menoch. lib. 4. præſumpt. 141. num. 48. & ſeqq. lib. 4. Cardin. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 4. tit. 5. art. 6. & 7.* & in hoc ſecundo caſu loquitur *Rot. in d. dec. 138. part. 4. diuerſ.* eamdemque rationis diuerſitatem in prædictis caſibus conſiderauit *Rot. in d. Peruſina Bonorum 13. Febr. 1579. cor. Brauo impreſſa poſt Eugen. conſ. 33. lib. 2. add. ad Buratt. d. deciſ. 721. num. 7. antè fin. verſ. & licet Fuſar.*

Prout etiam *Rota deciſ. 460. part. 4. diuerſor.* pariter loquitur in caſu, in quo mulier ſimpliciter fuerat hæres inſtituta, ibique ex alia parte teſtamenti deprehendebatur, Teſtatorem intellexiſſe de vſufructu

caſuali, non autem formali; Tũ ex prohibitione ipſi mulieri adiecta ciroà Trebellianicæ detractionem; Tum etiam ex qualitate uocationis ſubſtitutorum obliquæ, & non directæ. *Deciſ.* demum 122. *part.* 2. *recent.* apertiſſimè aſſerit, nullum fuiſſe datum cohæredem, ideòque intelligi vxorem inſtitutam in totum; prout rectè aduertit, *add. ad Buratt. d. deciſ.* 721. *num.* 7. *uerſ. & licet Fuſar. in fine*.

15 Idque ea potiſſimùm ratione, in qua ſe fundant Authores, & *deciſ.* allegatæ, quòd, nempè, videatur dilata Vſusfructus acquiſitio ad mortem Vſufructuarij ad effectum, vt hæres Vſufructuarius liberè frui ualeat uſufructu, neque aliquo modo ab hærede Vniuerſali proprietario uexetur; ideòque tempus mortis Vſufructuarij non dicatur adiectum ſubſtantiæ Inſtitutionis hæredis proprietarij, & ad illam infringendam, ſeù conditionandam; ſed potiùs exequutioni ad differendum emolumentum commodi uſusfructus, atque adeò, uiuente Vſufructuario, hæres poſt ipſius mortem inſtitutus ſtatim adire hæreditatem, illamque ad hæredem tranſmittere ualeat.

Hæc autem tertia opinio uidetur amplectenda, non ſolùm, quia ferè omnes recentiores illam ſectantur; ſed etiam, quia fuit conſtantiſſimè recepta per *Rot.* tanquàm magis æqua, & conſona Teſtatoris uoluntati, illamque fortiùs exiſtimo procedere in facti ſpecie, de qua agimus, dum ex pluribus coniecturis ex lectura ipſius teſtamenti deprehenſis, ſatis liquidò innoteſcit, quòd Teſtatrix uoluerit, Margheritam eſſe ſolummodò hæredem Vſufructuariam, filioſque eiuſdem hæredes proprietarios purè & non conditionaliter, etiam durante uita eiuſdem Vſufructuariæ.

16 Primò illa ſe nobis offert coniectura, quia Margherita fuit in teſtamento pluries denominata Vſufructuaria; ſi ergo relictum ſonat in uſufructum, non poteſt præſeferre inſtitutionem in proprietate, ut in his terminis ponderat *Cephal. conſ.* 37. *n.* 24. *l.* 1. *Rot. in rec. deciſ.* 120. *n.* 3. *p.* 9. *Vbald. dec.* 124. *n.* 1.

17 Secũdò, quia inſtitutio in Vſufructu legitur coarctata, *vita durante*, quod pariter indicat reſtrictionem ad ſimplicem Vſumfructum, abſque ullo proprietatis commercio; ita in ſpecie arguunt *Aretin. in l. filius à patre num.* 4. *in fin. uerſ. ſed aduerte, ff. de liber. & poſthum. Dec. conſ.* 278. *n.* 2. *uerſ. quartò quia, Bertaz. conſ. ciuil.* 51. *num.* 2. *& conſ.* 4. *num.* 18. 19. *&* 35. *& conſ.* 83. *num.* 52. *Ruin. conſ.* 206. *num.* 22. *uerſic. & iſta opinio, lib.* 2. *Honded. conſ.* 62. *num.* 14. *lib.* 2. *Andreol. controu.* 47. *num.* 10. *uerſ. coniectura autem, Rot. in rec. dec.* 162. *num* 4. *p.* 2. *& deciſ.* 120. *num.* 4. *part.* 9. *Merlin. deciſ.* 105. *nu.* 23. *& ſeq.*

18 Tertiò, quia Margherita fuit inſtituta in Vſufructu cum dictione taxatiua, *tantummodò*, reſpectu temporis ibi; *Adeò, quòd tantùmmodo, durante eius uita naturali, ſit Vſufructuaria omnium eius bonorum*, Ex qua taxatiua apertè deſumitur, Teſtatricem uoluiſſe, quòd filij Margheritæ inſtituti poſt ipſius mortem, ſint hæredes Vniuerſales in proprietate, etiam durante uita ipſius Margheritæ; illa autem ſit ſimpliciter Vſufructuaria, ut in ſpecie ponderando dictionem taxatiuam, *tantùm*, firmant *Bald. conſil.* 273. *num.* 1. *uerſ. primò ex taxatiua tantùm, lib.* 4. *Dec. d. conſ.* 278. *num.* 2. *uerſ.* 4. *Menoch. conſ.* 1112. *num.* 3. *Gionag. conſ.* 26. *num.* 13. *uerſ. maximè quando, lib.* 1. egregiè *Bellon. Inn. de Iur. accreſcen. d. cap.* 7. *quæſt.* 16. *num.* 366. *uerſ. quintum ſi Teſtator, & num. ſeq.* benè, alijs adductis, *Capye. latr. d. conſult.* 112. *n.* 18. *et ſeq. et num.* 22.

19 Quidquid fortaſsè de prædicta clauſula taxatiua, *tantùm*, poſſet dubitari, quòd non operetur hunc effectum, quando quis eſt inſtitutus hæres Vniuerſalis omnium bonorum in uita ſua, *tantùm*, nec dicitur in Vſufructu, iuxtá deducta per *Card. Mantic. de coniect. lib.* 4. *tit.* 5. *art.* 16. ubi, quòd, etiam hoc caſu, accedentibus alijs coniecturis, Inſtitutio reſtringatur ad ſolum Vſufructum *iuxt. conſ. Dec.* 278. *per tot.*

20 Quartò ponderanda eſt dictio, *Ex nunc*, ibi, *cui morienti ex nunc* ſuos hæredes Vniuerſales inſtituit &c. Ex qua dictione, *ex nunc*, ſatis manifeſtè colligitur, Teſtatricem uoluiſſe, ut eius Nepotes ſint hæredes purè, & non conditionaliter in proprietate, adhuc durante uita Matris Vſufructuariæ, nam aliàs non poſſent dici hæredes, *ex nunc*, ſi eſſent uocati ſolùm poſt mortem Vſufructuariæ, quòd eſt diligenti animaduerſione dignum; licet ingenuè fatear, quantum huc uſque legerim, non inueniſſe auctoritatem id ſpecificè firmantem.

Quintò, quia, cum in teſtamento diſponatur, ut omnia mobilia, & ſupellettilia domus diuidantur inter Mariam, Reſtitutam, & Franciſcum infraſcriptos ſuos hæredes;
21 Ex hoc deſumi poteſt coniectura, quòd voluerit Teſtatrix, ut nepotes ſint hæredes proprietarij, etiam in vita Margheritæ Matris vſufructuariæ, dum eos nominauit hæredes, adhuc viuente ipſa Margherita, *Dec. d. conſil.* 278. *num.* 2. *verſ. ſextò etiam facit*, quod *conſ.* in aliquibus codicibus eſt 277. vbi ponderat
22 pro coniectura, quando Teſtator vocat Nepotes hæredes ſuos, etiam in vita Vxoris vſufructuariæ, *Odd. dict. conſil.* 91. *num.* 55. *verſ. nam quantùm attinet, Sim. de Petr. de interp. vlt. volunt. ſolut.* 1. *num.* 39. *&* 41. *lib.* 3. & in terminis egregiè *Rot. in recent. deciſ.* 663. *num.* 5. *p.* 2. & conferunt deducta per *Bellon.*

Inn.

Digitized by Google

Iun.de Iur.accreſcen.dict.cap.7.quaeſt.16.num. 363.& in proximis terminis *Merlin.dec.505.num 30.verſ.quartò omiſſis,& num.ſeq.*

Sextò . quia Teſtatrix in eodem teſtamento præſuppoſuit , nomen hæredis ſolùm propriè verificari in filijs Margheritæ , dum eos in diuiſione mobilium hęredes nominat, ut ſupra proximè eſt dictum, ibi: *Mandauit, quòd ſtatim,ſequuto eius obitu,omnia eius bona, &c.inter infraſcriptos eius hæredes diuidãtur, & fiant tres portiones æquales, unam quarum reliquit D.Catharinæ , alteram verò D.Mariæ , & alteram D.*Franciſco *filio , & filiabus ſupradictæ , & infraſcriptæ D.Margheritæ ipſius D.*Teſtatricis *nepotis* . Ecce ergo , quòd
23 Teſtatrix non appellat hæredem Margheritam , ut in ſpecie hanc coniecturam expendit Rot. *in rec.dict. deciſ.22. num.31.part.6. Bich.dec.349.n.11.& duob.ſeqq.*

24 Septimò , ponderanda ſunt verba , ibi: *Cui morienti ex nunc ſuos hęredes vniuerſales inſtituit , fecit , & ore proprio nominauit in omnibus ſuis bonis ſupradictum Franciſcum, Reſtitutam, & Mariam* , in qua inſtitutione diligenti animaduerſione digna ſunt verba, *ore proprio* , quæ forma eſt peruuceſsè adhibenda in teſtamentis nuncupatiuis,reſpectu primi hæredis directè inſtituti, non autem in ſubſtitutis per fideicommiſſum,*l.hac conſultiſſima,§.per nuncupationem,*Cod.*de teſtam.* § *fin.Inſtit. eod.tit.l.1. § inſtitutum , ff.de hæred. inſtit.* prout in ſpecie egregiè ponderat *Merlin.d.dec.505.n.25.*

25 Multòque magis ponderatis,tum illis verbis, *hæredes vniuerſales inſtituit* ; hæc enim vniuerſalitatis qualitas adiecta verbo directo, *hęredes* , præſeferre uidetur inſtitutionem puram ab initio, *Sim. de Petr.de interp. vltim.volũt.lib.3.dub.1.ſolut.1.num.39.* The*ſaur.Iun.quæſt.forenſ.lib.3.quæſt.81. num.3.* & in terminis *Merlin.d.dec.505.n.26.*

26 Tum etiam clauſula,ibi:*pleno Iure*, omiſſa reſpectu Margheritæ hæredis uniuerſalis uſufructuariæ , & appoſita reſpectu Franciſci, Reſtitutæ, & Mariæ, quæ arguit eoſdem Iure directò eſſe uocatos,neque opus habere miniſterio alterius , ut , ſcilicet , capiant de manu Margheritæ hęredis uſufructuariæ, *Bald. in auth.hæc vſus præſtatio , verſic.tenet Bart.* Cod.*de Sacroſ.Eccleſ. Aretin. conſ 155. num.5.verſic.ſed quando ſubſtitutus, Sim.de Petr.de interp.vlt.volunt.lib.3. interp.2. dub. 1.ſolut.2.num.5.* & in his ſpecialibus terminis, Rot.*in Peruſina bonorum 13 Febr.1579. coram Brano impreſſa poſt conſ.Eugen.33. n.2. lib.2 Merlin.dict.dec.505.num.27.& ſeq.*

Eademque clauſula, *pleno iure*, præſefert ſucceſſionem tàm in proprietate, quàm in uſufructu, abſque aliqua prorſus diminutione, & detractione , R*uin.conſil.84. num.12. lib.1.Gozadin.conſil.47.num.10. Menoch.cõſ. 1046.num.5.& conſil.1179. num.23.*Ius autem Trebellianicam detrahendi competeret Margheritæ , ſi ab initio eſſet hæres uniuerſalis, etiam in proprietate, cum onere reſtituendi poſt mortem,*Cephal.conſil.563.n.39.* alijſque allegatis , *Cardin.Mantic.de coniect. vltim.volunt.lib.4.tit.5.art.7.num.6.* atque adeò , ex huiuſmodi clauſula , *pleno iure* , prætermiſſa reſpectu Margheritæ hæredis uniuerſalis uſufructuariæ , & appoſita reſpectu Franciſci , Reſtitutæ , & Mariæ inſtitutorum hæredum uniuerſalium , rectè deprehenditur diuerſitas caſuum uocationis, itaut iſti ſint uerè hæredes ; Margherita uerò ſolùm legataria uſusfructus , uerbaque inſtitutionis eiuſdem Margheritæ in hęredem, & illa poſt mortem eô tendere , ne ab hæredibus proprietarijs , quamdiù uiueret, uexaretur Margherita in perceptione uſusfructus , ita in ſpecie egregiè arguit *Merlin dict.dec.505. num.27. & duob. ſeqq.* quæ eſt repetita in *rec.dec.22.num.27.et tribus ſeqq.par.6.*

27 Octauò,quia filij Margheritæ ſe geſſerunt tamquàm proprietarij in pluribus actibus, etiam durante uita eiuſdem Margheritæ Matris uſuſructuariæ ; ſignanter præſtando conſenſum aliquibus alienationibus , quæ obſeruantia plurimùm attenditur in hac materia ad effectum , ut dici debeat , Margheritam fuiſſe merè lęgatariã uſusfructus , filioſque proprietarios,adhuc ipſa uiuente, ut in puncto *Odd.dict.conſil 91.num.59.verſic.tertiò in conuentione facta , Andreol. dict. contron.47.num.14.* egregiè *Rot.in rec. deciſ. 663. par.2. et dict. deciſ.129. num.7. et ſeq. par.9.*

28 Nonò tandem , quia Teſtatrix remiſit Margheritæ hæredi uniuerſali uſufructuarię onus præſtandę fideiuſſionis de benè utendo, quæ ſolùm conuenit hæredi uſufructuariæ,ut in ſpecie hanc coniecturam ponderant *Ruin. conſil.165.num.1.lib.3.Cephal.conſil.37.num. 24.Menoch.lib.4 præſumpt.134. num.16. Andreol controu.47.num.2. Rot. in recent. deciſ. 663.n.4.par.2.*

Quibus coniecturis concurrẽtibus, etiam ſectatores primæ ſententiæ ſatentur , ceſſare
29 accretionem proprietatis hæredis uſufructuariæ , quamuis hæredes poſt ipſius mortem inſtituti prædeceſſerint,ex latè adductis per *Bellon.de Iur.accreſc.d.cap.7. q.16. num. 362.et ſeqq.*

Neque poterit deſumi contraria coniectura,quòd Teſtatrix voluerit ,Margheritam eſſe hæredem, etiam in proprietate , ex quo in eodem teſtamento,nominando eam hæredem, per hæc uerba diſpoſuit : *Item dicta D.Teſtatrix voluit, iuſſit, et mandauit , quòd infraſcripta eius hæres teneatur, et debeat dare, ſoluere, et exburſare ſupradictis Franciſco,*

Digitized by Google

et Horatio,nempè,cuilibet ipſorum ſcuta quindecim moneta.

Hoc enim poteſt conuenire hæredi Vſu-
fructuario Vniuerſali, qui licet regulariter
30 non teneatur ad legata ſemel præſtanda,
cum illa ad hæredem ſpectent proprieta-
rium, quidquid ſecus ſit in annuis legatis,
*l.3.ff.de vſufruct. legat. l.vſufructu,ff. ad leg.
Falcid. ibiq. Alex. Caſtr.in l.vlt.§.ſin autem,
Cod. de bon. quæ liber. Caſtill. de vſufruct.
cap.59. num.2. Gaill.lib.2.obſer.146.Menoch.
lib.4. præſ.143.num.9. verſ.altera,Mart. de
ſucceſſ. legal. part.4. quæſt.18. art.12. num.
173. Gratian. cap.855. num. 15. & ſeq.
& deciſ. Mareb.47. num.2. Craſſ.§.legatum,
quæſt.35. Couarr. lib. 2. var. cap.2. num.4.
de Marin. quotid. lib.1. cap.249. num.6.* latè
*Hodiern.ad Surd. deciſ.193. num 41. Rub. in
annot.ad deciſ.636. num. 53. & ſeqq. part.4.
tom.3. rec.Francb. deciſ.483. num.1. Crinell.
deciſ. Dolan.73. & deciſ.95.num.11.Maſtrill.
deciſ. 3. & deciſ. 147. num. 1. & ſeq. Ioſeph
Ludouic.deciſ.Lucens. 5. nu.11.*

31 Attamen concluſio non procedit,quando
Teſtatrix nominatim, prout in præſentia,
iniunxit hæredi Vſufructuariæ ſolutionem
legati ſemel præſtandi, quod abſque dubio
facere potuit,prout in ſpecie *Dec. conſ.536.
de Marin. d.cap.249. num.7. Montan.controu.
34. num. 7. in fin. verſ.niſi præſtatio annua,*
optimè *Franch.dec.483. per tot.* ibiq; *de Lu-
ca num.4.Crinell.deciſ.Dolan.55.* & in termi-
32 nis legati annui, ad quod Vſufructuarius de
Iure tenetur,in ſpecie reſpondit *Rot. in rec.
deciſ.120.num.12.par.9.*Ideòque hæc conie-
ctura eſt ſatis friuola. & æquiuoca,ſignanter
in concurſu aliarum ſupra deductarum,quę,
meo Iudicio,ſatis videntur vrgere.

Retenta igitur hàc vltima ſententia, quę
eſt veriſſima, pernecesſè reſultat reſolutio
articuli reſpectu tranſmiſſionis hæreditatis,
& an Margherita Vſufructuaria potuerit de
ea diſponere,ſtante prædeceſſu hæredum in-
ſtitutorum poſt eius mortem.

Si enim conſtat, hæredes poſt mortem
Vſufructuariæ inſtitutos expreſsè adiuiſſe
hæreditatem, ipſa Vſufructuaria adhùc vi-
33 uente, vel ſaltem aliquos feciſſe actus, ex
quibus poſſit reſultare de Iure tacita hære-
ditatis aditio, vtpotè,quia citra ius, no-
menque hæredis fieri non potuerint, *l.Pau-
lus reſpondit,ff.de acquir.hæredit.l.gerit*, vbi
*Bart.l.pro hærede,§.Papinianus, ff. eod. Me-
noch.lib.4.præſumpt.99 Gaill.lib.2.obſeruat.
128.Card.Mantic.de coniectur. vltim.volunt.
lib.12.tit.12.num.9.& ſeqq. Ludouiſ.dec.98.
num.4. Merlin. deciſ.505. num.42. & ſeq.*
34 & abſque dubio hęreditas fuit tranſ-
miſſa ad filios hæredum Inſtitutorum poſt
mortem Vſufructuariæ, quæ nullo Iure po-
tuit de hæreditate iam tranſmiſſa diſponere
ad fauorem Hieronymi;ita in ſpecie firmant
omnes authoritates,pluresq; deciſiones Ro-
tę allegatę pro tertia opinione, quę ſpecifi-
cè hunc diſputant articulum ad effectum
tranſmiſſionis hęreditatis. quamuis hęredes
inſtituti poſt mortem Vſufructuarię eidem
prędeceſſerint,egregiè in puncto *Bald. conſ.
26.lib.5.Pariſ.conſ.97.num.7.lib.2.Peregrin.
conſ.54.num.4.& ſeqq. lib.5. Sim.de Petr. de
interpret.vlt.volunt.lib.3.dub.5.ſolut.4.num.
27.Pech.de teſtam coniug.lib.5. cap.5.num.1.
ad fin.* optimè,& latè *Bellon.Iun.*plures alios
referens apud eumdem relegendos, *d.cap.7.
quęſt.16.num.344.et ſeq.Marcian.Iun. d.diſp.
99.num.24.& nu.26. verſ.& licet,lib.2.* be-
nè *Merlin.d.deciſ.505.num.48.* quę eſt repe-
tita in *recent.dec.22.part.6.*ubi, *num.43.&*
35 *ſeq.* quòd ſufficiat ad effectum tranſmiſſio-
nis aditio tacita ex actibus illam pernecesſè
inferentibus reſultans.

Si uerò non conſtat de aditione hæredita-
tis expreſſa, neque etiam tacita, & in hoc
caſu omnes DD. tàm primę, quàm ſecundę,
& tertię opinionis conueniunt, quòd ſi hæ-
36 res inſtitutus poſt mortem hæredis Vſufru-
ctuarij,qui iuxta hanc ultimam ſententiam,
quam ſequitur *Rot.* poterat à principio,
etiam Vſufructuaria uiuente, hęreditatem
adire, illam tamen non adiuerit, neque fe-
cerit aliquem actum,ex quo hęreditatis adi-
tio aliquo modo induci poſſit, & præmoria-
tur adhuc Vſufructuaria uiuente, tunc hæ-
reditatem non aditam ad ſuos hæredes trāſ-
mittere non ualebit; ſed eadem hæreditas
accreſcet Vſufructuariæ, ac ſi à principio
fuiſſet heres in ſolidùm, ideòque de ea ad li-
bitum diſponere poterit, ita poſt ſupradi-
ctos DD. allegatos pro tertia opinione be-
nè,latèque concludit *Bellon. Iun.d.cap.7.qu.
16.num.204.& 343.& ſeq.Peregrin.de fidei-
comm.art.5.num 21 uerſ.Imol.uerò,*egregiè,
& ſatis diſtinctè *Marcian. d.diſput.99 n.24.
uerſ.benè uerum eſt*, vbi, quòd in hoc omnes
Interpretes concordent, *& num.26. uerſ.&
licet, & uerſ. ideò dicebamus, & num.27. &
ſeqq.lib.2. Mart. Medic. deciſ.5.num.6.* apud
quos plures pro hac ſententia allegantur
fruſtrà tranſcribendi, & hęc eſt pura veri-
tas in hoc articulo; quidquid in contrarium
nonnulli Vltramontani ſentiant; quos me-
ritò reijcit *Bellon.* loco proximè laudato.

Erit ergo inſpiciendum, an conſtet de
aditione expreſſa, uel ſaltem tacita ex acti-
bus illam inferentibus ſuper hęreditate, de
qua agitur, nam, ſi de huiuſmodi aditione
expreſſa, uel tacita conſtet, & abſque dubio
hęreditas fuit tranſmiſſa ad filios hęredum
Inſtitutorum poſt mortem Vſufructuarię,
quę non potuit de prędicta hęreditate iam
tranſmiſſa diſponere.

Si uerò non probetur aditio expreſſa, uel
ta-

tacita, uiuente dicta Vſufructuaria, & abſ-
que difficultate eadem Vſufructuaria ualidè
potuit diſponere de prædicta hereditate, ne-
que eſt locus tranſmiſſioni; hereditas enim
37 non adita non tranſmittitur, l. unic. §. in no-
uiſſimo, Cod. de caduc. tollend. cum concordan.
uulgat. Cancer. uar. p. 3. cap. 21. de tranſmiſſione
num. 3. Andreol. controu. 163. num. 22. Alto-
grad. Iun. controu. 13. n. 12. Noal. de tranſmiſs.
caſ. 8. num. 1. Bich. deciſ. 258. num. 19.

Non autem conſtito de aditione, eò ma-
gis non poteſt eſſe locus tranſmiſſioni, quia
non ſumus in filijs Magdalenę Teſtatricis,
qui ex potentia ſuitatis potuiſſent tranſmit-
38 tere hęreditatem, etiam non aditam ad
hęredes, quamuis extraneos, l. apud hoſtes,
C. de ſuis, & legitim. l. 3. C. de Iur. deliberan. l.
ventre præterito, ff. de acq. hæred. cum Iuribus
concord. adductis per Bellon. Iun. de Iure ac-
creſcendi, d. cap. 7. qu. 41. num. 51. Fab. de An-
na conſ. 1. num. 5. Cancer. uar. par. 3. cap. 21. de
tranſmiſſione num. 4. ſed in Nepotibus Teſta-
39 tricis ex Margherita ſorore, qui non dicun-
tur ſui hęredes, ſed penitus extranei ad effe-
ctum tranſmittendi, l. quoniam, C. de Iur. de-
liber. l. unic. vbi DD. Cod. de his, qui ant. apert.
tabul. Bart. in l. cum filiofam. num. 12. ibiq. Iaſ.
num. 107. & ſeq. ff. de legat. 1. Vaſq. de ſucceſs.
progreſſ. §. 9. num. 14. lib. 1. Gomeſ. uar. tom.
1. cap. 9. num. 1. Noal. de tranſmiſs. cap. 8.
num. 1. Cancer. d. cap. 21. num. 4. Bich. dec. 258.
num. 19. Bald. conſ. 138. aliás, 448 lib. 5. An-
gel. conſil. 553. & in puncto optimè aduertit
Marcian. d. diſp. 99. nu. 29. & ſeq. lib. 2.

40 Neq; aduerſatur doctrina Auctoris dam-
natæ memoriæ in addit. ad Alex. dict. conſil.
162. verſic. ego idem dico, aſſerens, quòd hæ-
res proprietarius poterit ſtatim ab initio hę-
reditatem adire, illamque aditam, vel non
aditam, prout aliàs de Iure tranſmittere,
noluit enim intelligere, prout ex aduerſo
contenditur, vt hæreditatem etiam non adi-
tam, indefinitè tranſmittere ualeat, ſed cum
miſterio doctiſſimus ille uir addidit, prout
aliàs de Iure, atque adeò in caſu, quo inſpecta
diſpoſitione Iuris, hęreditatis nō aditę trā̃ſ-
miſſio permittitur; nimirum quādo ſumus in
filio, qui ratione ſuitatis hæreditatem licet
nō aditam tranſmittit, cum etiam illi inuito
acquiratur, quamuis cum facultate abſti-
nendi, argum. l. ſi quis filium, §. 1. cum ibi no-
tatis, ff. de acquir. hæredit. quòd ab hypotheſi
noſtræ diſputationis toto Cœlo abeſt, dum
non filij, ſed pronepotes ex Margherita ne-
pte ex fratre Magdalenæ Teſtatricis fuerunt
inſtituti, qui non dicuntur ſui hæredes, ſed
penitùs extranei, ad finem tranſmittendi, ex
ſupra firmatis, & ita in terminis declarat do-
ctrinam Molinei loco ſuperiùs laudato, Mar-
cian. d. diſput. 99. n. 28. & ſeqq.

41 Prout neque etiam poteſt eſſe locus tranſ-
miſſioni ex potentia ſanguinis, cum illa ſolú
detur in hæreditate aſcendentis, l. vnica, ubi
DD. Cod. de his, qui ante apert. tabul. Coſta
in cap. ſi Pater de teſtam. in 6. part. 1. in verſic.
habens, num. 20. & in l. qui duos, §. cum in bel-
lo, uerbo bona, num. 3. ff. de reb. dub. optimè
Gomeſ. var. tom. 1. cap. 9. de tranſmiſſ. num. 48.
ubi tria requiſita neceſſariò recenſet; Primò,
quòd hæreditas ſit aſcendentis; Secundò,
quòd tranſmittēs ſit de liberis; Tertiò, quód
ille, in quem fit tranſmiſſio ſit de deſcenden-
tibus, Fab. de Anna conſil. 1. num. 7. & ſeq.
Rimin. Iun. conſil. 111. num. 78. lib. 2. Vaſq. de
ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 21. num. 267. verſ. contra-
riam partem, qui teſtatur eſſe communem,
fol. 533. Cancer. var. part. 3. cap. 21. num. 6.
& ſeq.

Neque minus poteſt tranſmiſſio ex capite
Iuris deliberandi ſibi locum uindicare; cum
non concurrant tria requiſita neceſſaria, il-
42 lud præcipuè, quòd hęres inſtitutus poſt
mortem Vſufructuariæ deceſſerit intrá an-
num á die obitus Magdalenæ, l. cum in an-
tiquioribus, ubi Alex. num. 5. verſ. item nota,
Cod. de Iur. deliberan. ibique notat gloſ. or-
din. Odofred. Bart. Bald. Alberic. & alij, Bart. in
l. qui duos, num. 7. ff. de reb. dub. Soccin. Iun.
conſil. 14. num. 9. lib. 3. Eugen. conſil. 25. nu. 95.
lib. 1. Odd. de reſtit. in integr. quæſt. 50. art. 16.
num. 57. & ſeqq. Gomeſ. var. reſolut. lib. 1. cap.
9. num. 51. verſic. aliquando, Cancer. var. dict.
par. 3. cap. 21. num. 16. & ſeqq. Merlin. d. dec.
505. num. 39. & duob. ſeqq. ubi concurrebant
requiſita neceſſaria pro inducēda tranſmiſ-
ſione hæreditatis, quamuis non aditæ ex Iu-
re deliberandi, quia inſtituti poſt mortem
hæredis Vſufructuariæ deceſſerant intra an-
num à die obitus Teſtatoris.

Et quamuis eadem deciſio Merlin. 505.
num. 45. & trib. ſeqq. uideatur innuere pro
43 tranſmiſſione, licet hæreditas non fue-
rit adita; cum ſufficiat, illam eſse delatam
hæredibus inſtitutis poſt mortem Vſufru-
ctuariæ, ſtante Iure quæſito, & delato in uſu-
fructu, etſi in tempus mortis Vſufructua-
riæ ſuſpenſo, & dilato, quo caſu ad effectum
tranſmiſſionis, ſufficit habere Ius in habitu,
licet non habeatur in exercitio; Cumque
certum eſset, uſufructuariam eſse caſuram,
44 cum eſset mortalis; hinc ſequatur, ut con-
ditio, quam certum eſt, eſse euenturam, non
impediat trā̃ſmiſſionē, prout arguit Merlin.
d. dec. 505. num. 45. & ſeqq.

45 Nihilominus ſuper hoc motiuo non figit
pedes, quia in caſu eiuſdem deciſ. aderat ta-
cita aditio hæreditatis inducta, non ſolùm
ex Iure deliberandi; ſed etiam ex actibus il-
lam inferentibus, de quibus num. 42. & ſeq.
& in fine concludit deciſio, quòd requiratur,
ut hæreditas verbo, vel facto aliquo fuerit
adita.

Doctrinæ verò allegatæ in fine dec. non
videntur firmare concluſionem, quód hære-
dj-

ditas etiam tacitè tranſmittatur, nam *Bald.*
conſil.26. lib.5. loquitur expreſsè, quando
46 verbo, vel facto declarauit hæres, ſe velle
adire, viuente vſufructuaria, nam aliàs
non eſſe locum tranſmiſſioni concludit idē
Bald.in fin.dict.conſil.26.lib.5. & in eiſdem
terminis loquuntur *Sim. de Petr. & Pech.in*
*dec.allegati,*ſolùmque *Peregrin.conſ.54.lib.5.*
uidetur, licet ſub oſcurè, innuere, quòd hæreditas,
etiam non adita, uiuente uſufructuaria, tranſmittatur, quia cōditio mortis uſu-
47 fructuariæ eſt certò extitura, ſed non meretur attendi, quia loquitur contra communem DD. ſententiam, qui fuernnt ſupra allegati pro tertia opinione, firmantium, non dari tranſmiſſionem, quoties, uiuente uſufructuaria, hæreditas non fuit adita, uel expreſsè, uel tacitè ex indubitato Iuris principio, quòd, quoties non ſumus in hæredibus ſuis, hæreditas non adita tranſmitti non ualeat.

Quò uerò ad ſecundū articulū, an Hieronymus, & Hercules debeant pręferri in hæreditate, uti proximiores, tamquàm nepotes; negatiuè reſpondendum puto; quamuis enim Horatius, & alij filij Franciſcę neptis Margheritę ſint remotiores, tamquàm Pronepotes, ſuppoſita trāſmiſſione hæreditatis Magdalenæ indncta, uel ex aditione expreſſa, uel tacita, ut ſupra eſt firmatum, non poteſt attendi hæc gradus remotio; cum non ſit conſideranda hereditas, de qua agitur, tāquàm patrimonium Margheritæ, ſed tamquàm hęreditas Magdalenę delata, ex ſupra allegatis, hęredibus inſtitutis poſt mortem Margheritę; atque adeò tranſmiſſa ad filios eorumdem hęredum, ſuppoſita aditione expreſſa, uel ſaltem tacita; eòque magis rema-
48 net excluſa gradus remotio, quia ueniens ex Iure tranſmiſſionis non ſuccedit in re tranſmittenti, ſed primo decedenti, ideòque hęreditatem adit, non proprio nomine, & ex perſona propria, ſed potiùs ex perſona trāſmittentis, & vt eius hæres, eiuſdemque repreſentans perſonam, *Caſtr.in l.ſi quis filium,* ibique *Iaſ. Cod.de inoffic. teſtam. Pariſ. conſ. 32.num.2. lib.3.* egregiè, & latè, præ cæteris, *Giouagn.conſ.80.num.18.& conſ.82.num.199 lib.1. Ruin. conſ.39. num.7. lib.3.* optimè *Cancer.d.par.3.var.cap.21. de tranſmiſs. nu. 155.& ſeq. Peregr. de fideicomm. artic. 31. num.12.in fin. Menoch.de ſucceſs. reſolut. lib.2. §.14.num.21.& ſeq. Phanuc.de Inuentar.par. 6.num.88. Card.de Luca de fideicomm.diſc.98. num. 31.* atque adeò ceſſat obiectum remotionis gradus in Horatio, alijſque filijs Franciſcæ.

Iuxta allegata fuit deciſum per clar. mem. Aduocatos Serronum, & Stanghellinum Arbitros uiros alacris, ſummique ingenij, nimis intempeſtiuè è uiuis ereptos.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus vxori per Virum legatus, quamuis iuxta celebrem *Bulgari* Conſuetudioem, extantibus liberis, reſolui debear in alimenta; id tamen non procedit, quoties Vſusfructus fuit relictus Vxori, vnà cum Matre Teſtatoris, eiuſque liberis.

Vſusfructus Vxori relictus debetur, etiam ſi ad ſecūdas cōuolauerit nuptias; quoties expreſsè, vel ſaltem tacitè deprehendi nō poteſt, fuiſſe uxori interdictas.

Viduitatis conditio non dicitur indicta ex conditione à Viro adiecta Vxori inſimul permanendi, vel morandi unà cum filijs, & ab eis non diſcedendi.

Viduitatis conditio expreſsè indicta in legato localium facto per Virum Vxori, non poteſt dici repetita in legato Vſusfructus omnium bonorum.

Repetitio alicuius qualitatis, ſiue oneris, ex quibus rationibus, & cauſis cenſeri debeat excluſa, & ex quibus inducta.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſeries enunciatur.*

2 *Diuiſio controuerſiæ in triplicem inſpectionem.*

3 *Vxor à Viro relicta Vſufructuaria poteſt ſuā dotē repetere, durante vſufructu, quoties ſpecificè in compenſationem eiuſdem dotis non fuit relictus.*

4 *Vſusfructus Vxori relictus, exiſtentibus filijs, reſtringitur ad alimenta, iuxtà* Bulgari *conſuetudinem.*

5 *Niſi tamen contraria deprehendi poſſit teſtatoris voluntas, quòd integrum Vſumfructum abſolutè voluerit relinquere.*

6 *Dictio,* vnà cum, *importat æqualitatem, & unitatem.*

7 Bulgari *conſuetudo non extenditur ultrà caſum uxoris relictæ uſufructuariæ.*

Reprobatur contraria ſententia.

8 *Vſusfructus Vxori per Virum relictus, vnà cum filijs, non reſoluitur in alimenta; ſed, ſi plures ſunt filij, Vxor habebit dimidiam partem Vſusfructus, & filij alteram, ad ęqualitatem ſeruandam.*

9 *Reprobantur, & expunguntur ſingulę auctoritates contrarię, & in quo caſu poſſint procedere.*

Declaratur deciſio Rot.diuerſ.748.p.4.

10 Bulgari *conſuetudo potiſſimùm innititur rationi, ne, ſcilicet, filij fame pereant, ideòque ceſſat, ſtante inſtitutione matris Vxoris, & filiorum, cum unicuique ſua portio vſusfructus tribuatur.*

11 *Vſusfructus Matri à Viro relictus, quemadmodùm non reſtringitur ad alimenta; ita etiam idem aſſerendum, quoties ſub eadem Periodo eidem Matri, vnà cum Vxore relinquitur.*

12 *Vſusfructus præſumitur relictus; non autem alimenta, ſtante clauſula,* exceptis, vel demptis legatis.

13 *In antecedenti legato, quoties à Viro fuit Vxori relictus Vſusfructus alicuius prædij, per ſubſequens legatum vſusfructus eidem Vxori relictũ, vnà cum Matre, & filijs, eſt præſumendum voluiſſe pinguiùs conſulere.*

14 *Vſusfructus à Viro Vxori relictus debetur, etiam ſi conuolauerit ad ſecundas nuptias, quoties tacitè, vel expreſsè non fuerunt prohibitę.*

15 *Viduitatis conditio non dicitur indicta ex conditione à Viro adiecta Vxori inſimul morandi cum filijs, & ab eis non diſcedendi.*

Expenduntur plures, ſingulareſque auctoritates id ſpecificè firmantes, ibidem.

16 *Impugnatur* Io.deGarronibus, *qui contrarium, licet ſub obſcurè, videtur ſentire.*

17 *Onus inſimul viuendi ſpecificè à Viro appoſitum Vxori; necnon Matri, eiuſque filijs, operatur, ut omnes, utpotè re, & uerbis coniuncti, unius perſonę uice dijudicari debeant.*

18 *Ideòque fauor omnium cenſetur contemplatus.*

19 *Diſpoſitio, quando fauorem utriuſque reſpexit in caſu mixto, præponderat fauor legatarij, etiã, quòd habeat adiunctum onus habitandi cum hęrede.*

20 *Viduitatis conditio indicta in particulari legato Iocalium, non poteſt dici repetita in legato vſusfructus.*

21 *Repetitio regulariter non ſolet admitti in oratione ſeparata, intermedijs diuerſis diſpoſitionibus.*

22 *Idque, etiam procedit in terminis conditionis Viduitatis.*

23 *Repetitæ qualitatis regulæ procedunt in favorabilibus; non autem in odioſis.*

24 *Potiſſimùm, vbi agitur de pœna, & caducitate.*

25 *Repetitio tacita iuxta* Baldum *procedit, vel ratione copulæ, vel, quia oratio regitur ab eodem verbo, vel ex identitate rationis.*

CAPVT XXXI.

1 TESTATOR in vltimo eius Elogio legauit Comitiſſę Catharinę Vxori Vſumfructum cuiuſdam prædij hæreditarij, eius vita naturali durante, deinde inſtitutis hæredibus filijs, eiſdemque decretis certis Tutoribus, ita diſpoſuit.

Vſufructuarias, ſaluis ſupra diſpoſitis, unà cum ſupradictis eius filijs, eſſe voluit Margheritam eiuſdem Teſtatoris matrem, necnon Catherinam eius Vxorem, & Matrem ſuorum filiorum reſpectiuè, ſimul tamen viuentes, & non aliter, nec alio modo.

Demum eidem Vxori legauit omnia Iocalia ad eius uſum deſtinata, ipſa tamen in ſtatu viduali permanente.

Cumque Vxor, vnà cum Matre Teſtatoris, eiuſque filijs, per nonnullos annos poſt obitum Viri inſimul vixerit; tandem ad ſecundas conuolauit nuptias; præuia tamen Iudiciali interpellatione Tutorum, quòd, quamuis eſſet matrimonium contractura; nihilominus erat parata inſimul cum filijs viuere, quòdque per ipſam, eiuſque virum non ſtaret, qua interpellatione ſequuta, pro tuitione ſuorum Iurium, ſecundas nuptias contraxit, & ad domum Viri ſe contulit.

Hac facti ſerie præmiſſa, de tribus potiſſimùm contingit dubitari iu præſenti diſputatione, pro veritate ad iuridicum examen reuocandis.

2 Primò, an dictæ Catherinæ relictæ à viro Vſufructuariæ, modo ſuperiùs expreſſo, utrũque debeatur, nempè, Vſusfructus, & etiam dos, eiuſdemque fructus.

Secundò, an eidem Vxori dicatur relictus verus uſusfructus, uel potiùs alimenta, iuxta notiſſimam *Bulgari* conſuetudinem.

Tertiò, admiſſo, quòd fuerit relictus uerus, formaliſque uſusfructus, an ille debeatur, etiam poſt ſecundas nuptias contractas.

3 Quòad primam inſpectionem, explorati Iuris eſt, quód Vxor à Viro relicta Vſufructuaria poſſit repetere ſuam dotem, durante uſufructu, quoties ſpecialiter in compenſationem eiuſdem Dotis non fuerit relictus, prout per *Text.* ſatis apertum in *l. vnica, § primum itaque*, ibi; *Itaut Vxor, & à marito relicta recipiat, & dotem conſequatur, niſi ſpecialiter pro dote ei maritus eu dereliquit, C. de rei vxor. action.* firmant in ſpecie *Bart. in auth. hoc locum, num. 14. Cod. ſi mul. ſecund. nupſ. Caſtr. conſ. 224. num. 1. verſ. maximè, quia, lib. 2. Pariſ. conſil. 59. lib. 2.* Pancirol. *conſ. 121. num. 17. Cacheran. conſ. 55. num. 2.* Roland. *conſ. 74. num. 26. lib. 2. Surd. conſ. 112. num. 44. lib. 1. & de alimen. tit. 9. quæſt. 16. num. 11. & ſeq. Berett. cõſil. 62. num. 2. Cephal. cõſ. 184. per tot. lib. 2. Borgognin. de vſufr. mulier. relict. num. 200. fol. 393. & num. 212. fol. 297.* Caſtill. *de vſufruct. cap. 46 nu. 13. & ſeq. Cancer. Var. par. 1. cap. 9. de dot. & donat. prop. nupt. num. 155.* ubi reprobat *Guid. Pap. dec.* 541. contrarium ſentientem, *Capyc. in addit. ad Napodan. in tit. de iur. dot. in conſuet. incipien. hæredeſque mei, in princip.* Theſaur. *Iun.* referens deciſum, *quæſt. 54. num. 7. lib. 1. Peregrin. de fideicommiſſ. art. 33. num. 41. verſic. vbi inferunt, Paſchal. de patr. poteſt. cap. 8. num. 23. par 3. de Marin.* alios referens, *lib. 1. quotid. reſol. cap. 347. de Franch. deciſ. 48. n. 1. Franc. Marc. dec. 819. par. 1. Anton. Fab. lib. 5. tit. 13. ſolut. matrim. num. 10. defin. 1. Rota in Fauentina legati 2. Martij 1665. coram clar. mem. Cardin. Taia.*

4 Quòad ſecundam, licet regulariter Vſusfructus per Virum Vxori relictus, exiſtentibus filijs, reſtringatur ad alimenta, iuxta notiſſimam *Bulgari* conſuetudinem Bononiæ inductam, de qua *gloſ.* celebris in *Auth. hoc locum*, uerbo *derogari*, ubi *Bart. num. 8. C. ſi ſecundò nupſ. mul.* idem Bart. *in l. Titia, §. Titia cum nuberet, num. 7. ff. de legat. 2. Bald.*

iu

in l.3.Cod.de indic.uid.tollend. Borgognin. de
vſufruct.num.17.Gabr.de ſecund.nupt.concl.2
num.1. latè, præ cæteris, Menoch. lib.4.præ-
ſumpt.139.num.4. Mart.de ſucceſſ. part.4. qu.
18.art.2.num.26. Paſchal.de patr.poteſt.p.3.
cap.8. num.1. ibique Prat. in addit. num.1.
Theſaur.lib.1.quæſt.54. num.1. Cyriac.contr.
52.num.1. Surd.de alim. tit.2. quæſt.15. Ca-
ſtill.de vſufruct.cap.45.Cardin. Mantic.de cõ-
iect.lib.9.tit.7.num.4.& 9. Andreol.contr.7.
num.1.de Marin.reſolut.347. num.1. Cirocc.
diſcep. 16. num.2. & ſeq. Manſ. conſult.132.
num.7.Ludouiſ.dec.460.num.7.Rot.in rec.dec.
241.num.3.par.5.& frequenter in alijs.

Id tamen non uindicat ſibi locum, quo-
ties deprehendi poteſt contraria Teſtatoris
5 uoluntas, quòd, nempè, integrum, forma-
lemque uſumfructum abſolutè uoluerit re-
linquere, Dec. conſil.643. num.6. Surd.conſil.
218. num.6. & ſeq. Caſtr. conſil.218. lib.1.
Crauett. conſ.32. num.2. Cardin. Mantic. de
coniectur. lib.9. tit.7. num.20. & 23. Cy-
riac. contron.242. num.1. verſ. tamen, &
contron.52. num.8. latè Menoch. lib.4. præ-
ſumpt.139. ſub num.1. Cardin.de Luca de ſer-
uit.diſc.50.nu.3.Benitend.dec.98.num.1.ver-
ſic.ad hoc tamen, Andreol.contron.71.num.9.
Card.Otthobon dec.145.num.21.

De huiuſmodi verò voluntate ſatis, ſuper-
que conſtare videtur; cum enim Teſtator re-
liquerit Vſufructuariam Vxorem coniun-
ctim cum Matre, & filijs, ibi, Vſufructuarias,
vnà cum ſupradictis eius filijs, eſſe voluit Mar-
gheritam eiuſdem Teſtatoris Matrem, nec non
6 Catherinam eius Vxorem: Cumque dictio
prædicta, vnà cum, importat æqualitatẽ, uni-
tatemque, l.vlt. C. de impub. et alijs ſubſti-
tut. l.cum antiquitas, C.de Vſufruct.Ruin.cõſ.
39.lib.2.Bart.conſ.4. nu.3. in fin.et ſeq. lib.1.
Cenall.commun contra commun.qu 828. n.47.
Card.Tuſc.lit.D.concluſ.376.n.1.Epiſc.Barboſ.
dict 430.num.3.

7 Meritóq; cũ abſolutiſſimũ ſit in Iure filios
ex vi prædictæ diſpoſitionis non obtinere
tantummodò alimenta; ſed etiam uſumfru-
ctum, cum prædicta Bulgari conſuetudo,
tamquám diſpoſitioni Iuris contraria, in §.
prohibemus, Authen. de trient. & ſemiſs. ubi
Imperator reprehendit patres, qui uxori-
bus uſũfructũ ſuæ hæreditatis relinquũt, nõ
debeat extra caſum uxoris extendi, Merend.
controu. iur.lib.3. cap.23.num.12.& ſeq.Surd.
deciſ.36.num.20.Rot.in recent.dec.241.nu.5.
part.5.rectèque confetunt deducta per An-
dreol. d.contron. 71.num.7.Quidquid in con-
trarium non rectè aſſerat Cardin.de Luca de
Seruitut.diſc.48.num.7. ubi eamdem conſue-
tudinem extendit etiam ad Socrum: Ita pa-
riter dicendum eſt de Vxore; alioquin
enim non daretur æqualitas, prout rectè ar-
8 guunt in ſpecie Ruin. conſ.39.num.3. verſ.
quod etiam, lib.2. ubi parificat clauſulam
æquis portionibus, & vnà cum, Corn.
conſ.5. num.4.lib.1. Alex. conſ. 56. num. 2.
lib.3. Gozadin.conſ.25.nu.37. Dec.conſ.454.
num.4.Berou.conſ.34.num.13.18. & ſeqq.lib.
2.Natt.conſ.297. num.1. lib.1. Surd. de alim.
quæſt.15.tit.2.num.209.210.et 212.Gratian.
cap.70.num.43.& cap.563.num.7.& ſeq. &
num.50. aſſerens, quòd, ſi plures ſint filij,
Vxor habebit dimidiam partem Vſusfru-
ctus, & filij alteram dimidiam, Miſinger.cen-
tur.5.obſer.38.nu.8.Menoch.lib.4. præſumpt.
139.num.21. benè, Merend. contr. Iur.lib.3.
cap.23.num.9.optimè, præ cæteris, Andreol.
contr.71. num. 1. & ſeqq. ubi in ſpecie de
uſuſructu relicto Vxori, unà cum filio, vbi
ſatisfacit omnibus contrarijs, Ciriac.contr.
52.num.9.Antonin.reſolut.35.num.2. & ſeq.
lib.2.Vrceol.conſult.58.num.2.lib.2.eruditus
Manfrell.in obſeruat.ad Capyc. latr. dec.176.
num.6.& ſeq.Rot.in rec.dec.241.num.5 par.
5.et deciſ.311.num.33.& ſeq part.11.& dec.
452. num. 10. & deciſ.216. part.14., ubi de
9 Vſufructu relicto Vxori unà cum filio, quic-
quid in cõtrarium malè ſenſerint poſt Bald.
Caſtr.Gozadin.& Roland. Gabriel.conſil.127.
num.3.& 4.lib.1.Card. Mantic. de coniectur.
lib.9.tit.7.num.5.Marcſcott.var.cap.39.nu.8.
Amat.dec. March.84., ſeu potiùs in eius uo-
to, Rot.diuerſ.deciſ.748.num.3.part.4.et dec.
762.num.4.par.2. Prat.diſcept.14. num.1.&
ſeq. quos nouiſſimè ſequitur, doctus Caſtal-
dus conſult. 33. num. 3. qui in contrarium
ſcripſit in hac eadem cauſa Bononienſi,
cum aberrent á communi ſententia illoſq;
benè reprobet, Andreol.dict. controuerſ.71.
num. 1. aduertens, quòd ſupradictæ omnes
auctoritates contrariæ innitantur, Bald.
conſ.30.num.2.lib.5.qui tamen nihil dicit te-
ſte Menoch.d.præſumpt.139.nu.29.nec non,
Gozadin conſ.80. qui, non ſolùm non aduer-
ſatur, ſed contrariam ſuperiorem ſequitur
partem, ſicuti expendunt Surd. & Gratian.
vbi ſupra; prout etiam, Caſtr.conſ.218.lib.1.
neque etiam huic ſauet opinioni, ut ex-
pendit Menoch. vbi proximè, & tandem Ro-
land.conſ.74.lib.2.qui de hoc non agit, eiſ-
demque auctoritatibus Caſtrenſis; & Bald.
nihil dicentium innititur Rot. deciſ.748.
part.4. diuerſ. Deciſio uerò 161. part.1. ibi-
dem allegata, quæ pariter auctoritate
Caſtr. & Bald. mouetur non figit pedes in
hoc tantum, ſed potiùs in coniecturis, ex
quibus pernecesſè ſuadebatur, alimenta tan-
tum fuiſſe relicta; vt apertiſſimè dignoſci-
tur num.4.

Et in omnem caſum, ſolùm hæc ſen-
tentia eſſet fortaſsè amplectẽda, quoties hu-
iuſmodi coniectura eſſet ſola, & de per ſe
conſiderata, ſecùs verò, quandò prout in
themate de quo diſceptatur, eſt fulcita alijs
con-

Digitized by Google

cōiecturis inferiùs recēſendis, prout admit-
tit *Card. de Luca de ſeruitut. diſc. 50. num. 6.
verſ. verùm reflectendo*.

Præcipuè, quia ceſſat potiſſima ratio, cui
innititur *Bulgari* conſuetudo, ne, ſcilicet, fi-
10 lij fame pereant, cum per inſtitutionem in
Vſufructu Matris, Vxoris, & filiorum vni-
cuique ſua portio vſusfructus tribuatur, *Dec.
conſ. 454. num. 4. Natt. conſ. 297. num. 1. lib. 2.
Borgognin. de Vſufruct. mulier. relict. n. 54.* op-
timè ſubtilis *Merend. controu. Iur. lib. 18. cap.
21. & lib. 3. cap. 23. n. 9.*

Multòque magis, quia, cum ſub eiſdem
verbis, ac eadem periodo Vſufructus fuerit
11 relictus Matri Teſtatoris, eiuſque Vxori,
quemadmodùm *Bulgari* conſuetudo reſpe-
ctu Matris ipſius Teſtatoris non reſtringit
Vſumfructum ad alimenta; cū, ex ſupra fir-
matis, *Bulgari* conſuetudo non extendi poſ-
ſit vltra Vxorem; Ita etiam idem neceſ-
ſarió aſſerendum reſpectu Vxoris ratione
æqualitatis inter vtramque ſeruandæ, ne
plura determinabilia ab eodem Verbo, &
in eadem periodo contra regulas Iuris inæ-
qualiter determinentur, *l. nam hoc iure, l. Lu-
cius, ff. de vulg. et pupill. l. quamuis,* Cod. *de im-
pub. & alijs ſubſtit. Surd. conſ. 45. num. 37. &
conſ. 67. num. 4. Caſanat. conſil. 67. num. 28. Ca-
ſtill. lib. 5. controu. part. 2. cap. 97. num. 4. &
ſeq.* prout optimè in ſpecie ratiocinatur,
R*uin. dict. conſ. 39. in fin. verſ. quòd etiam, lib. 2.
Menoch. d. præſumpt. 139. num. 23. & ſeq. lib. 4*
alijque ſuperiùs allegati.

His omnibus accedat, quòd Vxor, nedum
fuit relicta Vſufructuaria, *ſaluis ſupra diſpo-
ſitis*; Ideòque præſumitur uſusfructus reli-
12 ctus, non autem alimenta, prout in ſimili de
clauſula, *exceptis, vel demptis legatis,* firmat
*Menoch. d. lib. 4. præſumpt. 139. Gabr. de uſufr.
concl. 2. num. 51. Card. Mantic. de coniect. lib. 9
tit. 7. num. 33. Surd. de alim. tit. 2. qu. 15. Barry.
de ſucceſſ. lib. 9 tit. de legat. Vſufruct. fol. 437.
uerſ. decimus quintus*.

Sed ulteriùs in particulari prædio eidem
Vxori antecedenter fuerat relictus uſusfru-
13 ctus, itaut per nouum ſubſequens legatum
Teſtator non cogitauerit illi prouidere de
ſolis alimentis; ſed ad maiorem, pinguio-
remque utilitatem eidem conſulere in por-
tione uſusfructus in bonis hæreditarijs, *Me-
noch. d. lib. 4. præſump. 139. Miſinger. d. obſeru.
5. num. 38. Barry de ſucceſſ. d. lib. 9. tit. de legat.
Vſufruct. fol. 436. uerſ. octauus*.

Quòad tertiam inſpectionem, in qua, ut
ingenuè fatear, potiſſimùm reſidet, meo
Iudicio, maior difficultas, exiſtimo, quòd
ſtante ſupradicta proteſtatione Vxoris e-
miſſa ante tranſitum ad ſecundas nuptias,
quòd, ſcilicet, eſſet parata inſimul cum filijs
habitare, nullatenus priuata remanſerit
14 Vſufructu: Regulare enim eſt, quòd Vſus-
fructus Vxori relictus debeatur, etiamſi ad
ſecundas conuolauerit nuptias, quoties non
probatur, expreſsè, uel ſaltem tacitè, hunc
traſitum fuiſſe à Viro prohibitum, quoniam
inter pœnas à Iure ciuili contra coniuges
binubos inflictas, à Iure Canonico nō corre-
ctas, utpotè concernentes fauorem filiorum
primi matrimonij nō reperitur iſta pęna pri-
uationis legatorum, aliarumq; diſpoſitionū
à primo coniuge obuenientium, cum ſolùm
habeatur præſcripta neceſſitas reſeruandi
filijs prioris coniugij bona ex huiuſmodi di-
ſpoſitionibus voluntarijs, & lucratiuis in
coniugem binubum obuenta, iuxtà celebrem
diſpoſitionem text. in *l. fœminæ, C. de ſecund.
nupt.* de qua materia Nos alio in loco latiùs
agemus; prout in ſpecialiſſimis terminis, poſt
*Pariſ. conſ. 95. num. 97. & ſeq. lib. 1. Surd. conſ.
471. num. 38.* pluries firmauit, R*ot. præcipuè
in recent. deciſ. 130. & 502. part. 14. Bononien.
Vſusfructus 29. Nouebris 1665. coram* Reue-
*rendiſs. Beuilaqua, Firmana Vſusfructus 5. Iulij
1666. coram* Reuerendiſs. *Albegato*, quæ de-
ciſiones ſunt valdè ſingulares in hoc ar-
ticulo.

Neque obijciatur, quòd prædicta rectè
procederent, quando amiſſio legati pręten-
deretur per ſpeciem pœnæ á d. tranſitu ad
ſecundas nuptias reſultantis; ſecus autem,
vbi per viam veriſimilis ceſſationis, tāquàm
ex ceſſante cauſa, ob quam illud factum fue-
rit, quòd ex aduerſo deprehendi cōtendeba-
tur, dum Vſusfructus Vxori fuerit viro reli-
ctus, vnà cum eius liberis, & Matre ſub con-
ditione, ſi ſimul tamen vixerint, & non ali-
ter, nec alio modo, ibi, *Simul tamen viuen-
tes, & non aliter, nec alio modo*, atque adeò
præſumendum, Teſtatorem eatenus voluiſ-
ſe legare Vſufructum Vxori, quatenùs ad-
ſit conuiuentia ab eodem teſtatore expreſsè
demandata, vná cum filijs, prout ponderat
Card. de Luc. qui in hac eadē cauſa pro ueri-
tate conſultus in contraria fuit ſententia, *de
ſeruitut. diſc. 52. num. 4. verſ. quòad alterum,
& num. ſeq.*

15 Siquidem ex prædicta diſpoſitione, ſi in-
ſimul permaneant, uel ſi cum filijs morabi-
tur, aut ſi à filijs non diſceſſerit, non uidetur
indicta conditio Viduitatis, prout in ter-
minis terminantibus explicat, *addit ad gloſſ.
in l. cum tale, ff. de condit. & demonſtr.* ibi, *in-
telligas, quòd hic fuit ſimpliciter relictū, ſi à li-
beris nō diſceſſerit, et ſic viduitatē non inducit.*
Idemque apertè ſentit ibidem *Bart. num. 4.
verſ. non intelligas*, aſſerens, mulierem non
videri á liberis diſcedere, licèt ſecundò nu-
bat, Caſtr. *num. 1.* ibi: *Nec ex eo quòd inducat
viduitatem, quia poteſt nubere, & tamen à li-
beris non diſcedere, ſi dixiſſet, ſi nubendo à li-
beris non diſceſſerit*; Idemque aſſerit in *l. ſed
ſi cum Vir, ff. eodem,* ibi: *Non prohibuit nube-*

re, ſed ſolùm diſcedere, & illa poteſt nubere
abſque eo, quòd diſcedat. Imol. in dict. l. cum
tale, ff. de condit. & demonſtr. verſ. in gloſa, vbi
ait: Hæc gloſa communiter tenet, ex qua ſingu-
lariter nota, quod hæc conditio, ſi à liberis nõ
diſceſſerit, poteſt verificari, etiam ſi mulier nu-
bat. & vlteriùs addit, & ſecundùm hoc non
dicitur tacitè indicere viduitatem, quod eſt ſin-
gulariter notandum, ſubdens, & per prædicta
videtur, quòd ſi non ſtaret per mulierem, nec
per virum, quò minus mulier haberet relictum,
quod videtur intelligendum, niſi fortè per ſæui-
tiam, vel malos mores Viri, vel mulieris com-
modè morari non poſſet; nam tunc potiùs per
Virum, vel mulierem ſtare videretur. Angel.
de Gambell. Aretin. in tract. de teſtam. gloſ. 20.
inter tractatus magnos, ubi ait, quid faciet
Vxor ſi ei aliquid relinquatur, dum ſteterit
cum filijs, debet conſequi legatum, ſi per eam
non ſtet, quin cum filijs moretur, & ſequendo
doctrinam add. ad d. gloſ. in dict. l. cum tale
aſſerit, Vxorem conſequi legatum, neq; dicatur
per eam ſtetiſſe, ſi tranſiuerit ad ſecunda vota,
dummodò habitet, & velit habitare cum filijs.
egregiè Cordub. in l. ſi quis à liberis, nu. 196.
ff. de liber. agnoſc. qui quærens, an mulier ſe-
cundò nubens dicatur à liberis diuertere,
conſtanter affirmat, quòd mulieri legatum
debeatur, quod maritus ei relinquit, ſi cum filijs
eſſet, quamuis mulier nubat, & clariùs idem
Cordub. num. 197. ibi: Sed ea ratione mulier,
quæ nupſit, non perdere legatum puto, quia
quamuis ipſa fuerit in cauſa, ut cum filijs poſ-
ſit habitare, quia Priuigni odio Vitrici flagrãt;
hæc tamen erat iuſta cauſa, vt poſſit à filijs di-
uertere, & alimenta percipere in domo diuer-
ſa. Mariar. Soccin. lib. 4. decretor. tit. de con-
dit. appoſit. num. 158. affirmans, quòd conditio,
ſi non diſceſſerit à liberis, non adijciat Vidui-
tatem, quia poteſt nubere, & ſtare ſemper cum
filijs.
16 Neque audiendi Io: de Garron. ad rub.
Cod. de ſecund. nupt. num. 32. & ſeq. inter repe-
tit. diuerſ. Iur. ciuil. lib. 7. fol. 541. qui loquens
cum ſuppoſito, quòd mulier tranſeundo ad
ſecunda vota ſit legi, filijſque odioſa, vide-
tur etiam de ſua opinione dubitare, dum
cum Saliceto conſulit filios, ut expellant à
domo Vitricum, non tamen ipſam matrem,
quem ſequitur Coler. de aliment. lib. 6. cap. 12.
num. 105. qui alioquin agnoſcens difficulta-
tem, ſe reſtringit ad curam liberorum prin-
cipaliter Vxori demandatam; itaut debeat
ſtare in obſequium liberorum, quod non
poſſit adimpleri, dum ſe noui mariti obſe-
quio addixit, ex quo tacitè infert, eſſe indi-
ctam conditionem viduitatis.

Horum enim ſententia non videtur am-
plectenda, utpotè aberrans à communi, quã
conſtanter ſectantur grauiſſimi viri ſuperio-
ri loco laudati, & numero, & auctoritate
17 maiores. Præcipuè, quia, cum onus inſi-
mul viuẽdi non legatur ſpecificè appoſitum
Vxori, ſed etiam Matri Teſtatoris, eiuſque
filijs, qui omnes dicuntur re, & verbis con-
iuncti; atque adeò ad imparia diiudicari nõ
debent, cum fungantur vice vnius perſonæ,
Cardin. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 3. num. 7.
& ſeq. Gratian. cap. 533. num. 14. Meritò fa-
18 uor omnium cenſetur contemplatus, ut in
ſpecie huiuſmodi conditionis, Peregrin. cõſ.
38. num. 8. verſ. idem eſt, lib. 2. ubi, quòd, quã-
19 do diſpoſitio fauorem utriuſque reſpexit in
caſu mixto, præponderat fauor legatarij,
etiam, quòd habeat adiunctum onus habi-
tandi cum hærede, Menoch. conſ. 146. num. 9.
& 24. & lib. 4. præſumpt. 133.
20 Nullatenus uerò Viduitatis conditio in-
dicta in legato Iocalium poteſt dici repetita
in legato uſusfructus; Tum, quia huiuſmo-
di coniectura, utpotè brocardica, potiùs mi-
rificè retorquetur; ubi enim Teſtator uoluit,
expreſſit. & ubi non expreſſit, conſultò dici-
tur noluiſſe, l. vnica. §. ſin autem, C. de caduc.
tollen. Soccin. Iun. conſ. 128. num. 43. & ſeqq.
lib. 1. Card. Mantic. de coniect. vlt. volũt. lib. 10.
tit. 18. num. 9. Simon de Pret. de interpret. vlt.
volunt. lib. 2. ſolut. 3. dub. 1. interpret. 3. nu. 71.
Roſa conſult. 17. num. 51. Magon. decif. Florent.
52. nu. 12. Card. Celſ. dec. 388. n. 5. Card. Ottho-
bon. dec. 270. n. 6. & ſeq.
21 Tum etiam, quia regulare eſt, ut repeti-
tio non ſoleat admitti in oratione ſeparata,
intermedijs, prout in præſentia, diuerſis di-
ſpoſitionibus, Bart. in l. Seia, §. Caio,
num. 2. ff. de fund. inſtruct. Pariſ. cõſil. 38. num.
27. lib. 2. Alex. conſil. 48. num. 8. lib. 1. & conſ.
227. num. 9. lib. 6. Soccin. conſil. 64. nu. 2. lib. 3.
Caſtr. conſil. 11. num. 3. lib. 2. Paſeib. conſ. 139.
num. 6. Alb. conſil. 477. num. 6. & conſil. 478.
num. 5. Caball. conſil. 16. num. 6. lib. 2. Cardin.
Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 13. num. 10. & lib.
10. tit. 6. num. 33. & ſeq. Peregrin. de fideicõm.
art. 16. num. 49. verſ. credo, Ludouiſ. dec. 225.
num. 9. Bich. deciſ. 137. num. 43. & in terminis
22 conditionis uiduitatis, Card. Celſ. dec. 331.
Rota in recent. dec. 130. part. 14.
23 Tum demum, quia repetitæ qualitatis re-
gulæ procedunt in fauorabilibus; non antè
in odioſis, Dec. conſil. 67. Hippol. Rimin. conſ.
632. num. 90. lib. 6. Menoch. conſ. 117. num. 46.
lib. 2. Caſtill. lib. 2. controu. Iur. cap. 4. nu. 103.
24 potiſſimum, ubi agitur de pœna, & caduci-
tate, Bald. conſil. 421. nu. 6. lib. 3. Roland. con-
ſil. 59. num. 55. lib. 3. Dec. conſil. 90. poſt nu.
3. verſic. nec dici poteſt, Alciat. conſil. 8. ſub n.
31. lib. 9. Ludouiſ. dict. deciſ. 225. n. 11. et duob.
ſeqq. ibique add. num. 19. Priol. dec. 187. n. 10.
25 Præcipuè, quia omnis repetitio tacita
procedit ex triplici capite, aut ratione co-
pulæ uel cõiunctionis, quia ſunt plura lega-
ta copulata, uel per dictiones, Et, uel Itẽ, ſi-
mi-

mileſq;dictiones coniunctiuas ; Vel quia reguntur ab eodem uerbo, & determinantur ab eodem actu uerbi determinantis, aut regentis totam orationem; Vel demum ob identitatem rationis, quando ſubeſt ratio repetendi antecedentia in ſequentibus,& ſic dictos tres caſus eſſe inductiuos repetitionis monuit, *Bald.* in ſuo ſolemni *conſ.153.lib.5.* ad quod, quotidiè recurrendum aduertit, *Caſtill.contr.Iur.lib.2.cap.4.num.94.& ſeqq. Menoch.lib.4.præſ.180.n.4.Simon.de Pret.de interpret.ultim.volunt.lib.2.interpret.4. dub.2.ſolut.2. num.164. & lib.4.dub.10.nu.106. & ſeq.Card.Mantic.de coniect. lib.11. tit.13. num.10.in fin.Caren.reſolut.212.nu.13. verſ. & quidem in hac materia* ; Quæ omnes cauſæ, ex ſupra deductis,nullatenus militant in præſentia pro inducenda tacita repetitione conditionis Viduitatis, etiam reſpectu legati Vſusfructus.

Huiuſmodi controuerſia agitabatur in Senatu Bononiæ ; exitum cauſę ignoro.

ARGVMENTVM.

Vſufructuatius omnium, ſingulotumque bonorum, cum pleno, & integro vſufructu, an illum conſequi valeat, etiam ſuper rebus particulariter legatis;adeò ut legatario cenſeatur tantùmmodò relicta nuda proprietas, neque eidem ſit permiſſum in vſufructu eiuſdem rei legatæ cum Vſufructuario vniuerſali concurrere, ad ornatum celebris *Modeſtini* Reſponſi *in l. ſi alij 19. ff.de Vſufructu legato.*

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius omnium, ſingulorumq; bonorum,cum pleno, & integro vſufructu,illum conſequitur, etiam ſuper rebus particulariter legatis.*

2 *Pręcipuè,quando quis eſt relictus vſufructuarius omnium, & ſingulorum bonorum.*

3 *Aſſertur contraria ſententia* Gratiani *aſſerentis, huiuſmodi verba generalia importare totalitatem bonorum; non autem vſusfructus.*

4 *Limitatur principalis concluſio,de qua* num.1. *ſtantibus contrarijs coniecturis inferiùs enumerandis,quibus attentis,ſaltem excluditur integer vſusfructus ſuper rebus particulariter legatis.*

5 *In Teſtamentis voluntas diſponentis totum facit, & tamquàm Regina dominatur.*

6 *Teſtator, quoties ſpecificè mandauit, vt fructus cenſus præteriti, & non ſoluti,ex cēſu particulariter legato, perſolui deberent hæredi vſufructuario, ex hac diſcretiua diſpoſitione arguitur, voluiſſe, vt fructus ex cenſu legato percipiendi ſpectare deberent ad hæredem vſufructuarium.*

Declara vt num.23.& ſeqq.

7 *Diſcreta diſpoſitio facta in vno loco,operatur, vt teſtator aliud voluiſſe credatur, quando non expreſſit.*

8 *Vna pars diſpoſitionis in his terminis rectè declarat alteram, vbi agitur de interpetranda voluntate Teſtatoris.*

9 *Onera annua præſtanda ſunt ab Vſufructuario.*

10 *Non uidetur ueriſimile, Teſtatorem uoluiſſe grauare oneribus annuis legatarium, relicta eidem nuda proprietate.*

11 *Onus,ſicuti legitur annexum, & inſeparabile à legato ex uoluntate Teſtatoris; ita inſeparabilis diiudicari debet Vſusfructus oneri iniuncto correſpectiuus.*

12 *Vſufructuarius Vniuerſalis, an concurrat pro medietate in uſufructu cum legatario ſuper rebus particulariter legatis, eſt quæſtio admodum controuerſa, &* num.ſeqq.

13 *Aſſertur ſententia* Baldi *negatiua, quòd Vſufructuarius omnium bonorum non concurrat in Vſufructu cum legatario ſuper rebus particulariter legatis.*

14 *Idque ea potiſſimùm ratione, quia generi per ſpeciem derogatur.*

15 *De contraria ſententia* Bartoli *exiſtimantis Vſufructuarium Vniuerſalem concurrere debere in Vſufructu cum legatario rei particularis.*

16 *Huiuſmodi opinio videtur magis recæpta, vtpotè innixa ſatis apertæ diſpoſitioni,* l.ſi alij, ff.de vſufruct.legat.

17 Baldum *in huiuſmodi articulo fuiſſe ſibi ipſi contrarium oſtenditur.*

18 *Quoties, quis eſt relictus vſufructuarius omnium, & ſingulorum bonorum,*cum pleno,& integro Vſufructu, *datur concurſus inter eumdem, & legatarium rei particularis.*

19 *Idque etiam procedere oſtenditur, non ſolùm quando agitur de concurſu inter hæredem vniuerſalem, & vſufructuarium.*

Sed etiam inter Vſufructuarium Vniuerſalem, & legatarium rei particularis.

20 *Hæreditas abſque corporibus hæreditarijs conſiderari poteſt,vtpotè nomen Iuris.*

21 Pleno Iure *quando quis inſtituitur hæres vniuerſalis, quemadmodùm concurrit cum vſufructuario.*

22 *Ita idem aſſerendum, quoties eſt relictus uſufructuarius omnium, & ſingulorum bonorum* pleno Iure; *tunc enim concurrit cum legatario rei particularis.*

23 *Coniecturæ ſuperiùs enumeratæ* n.4.& ſeqq.*nō impedire concurſum Vſufructuarij Vniuerſalis cum legatario rei particularis oſtenditur; &* nu. ſeqq.

24 *Fructus debiti ex cenſu legato de Iure non ſpectant ad legatarium cenſus, ſed ad hæredem proprietarium.*

25 *Onus celèbrationis Miſſarum iniunctum legatario particulari,non excludit concurſum fauore Vſufructuarij Vniuerſalis;quoties idem onus per legatarium ex medietate vſusfructus adimpleri poteſt.*

Digitized by Google

CAPVT XXXII.

QVÆSTIO eſt in præſenti, an Mater inſtituta hæres Vſufructuaria ab eius filio per hæc verba: *Hæredem Vſufructuariam omnium, & ſingulorum ſuorum bonorum cum omnibus Iuribus, & actionibus, & integro, & pleno ipſorum Vſufructu, ac pleno Iure, fecit Dominam Aureliam eius dilectiſſimam Matrem*; conſequi etiam debeat integrum Vſufructum ſuper Vinea, & cenſu legatis Sempronio his verbis: *Item ratione legati relinquit Domino Petro eius Patruo vineam exiſtentem in loco, vbi vulgò dicitur*, li Piani, *cum omnibus, & ſingulis ſuis Iuribus, grauans eumdem legatarium ad celebrationem centum Miſſarum perpetuò in ſingulos annos pro anima ipſius Teſtatoris.*

Vel ſaltem eadem Mater Vſufructuaria concurrere debeat in Vſufructu cum legatario, etiam ſuper rebus particulariter legatis.

1 Quò ad primam inſpectionem, quamuis fortè poſſet ſubſtineri, quòd, cum Teſtator inſtituerit Matrem vſufructuariam omnium, & ſingulorum eius bonorum cum pleno, & integro Vſufructu, videatur voluiſſe, ut vſufructuaria conſequatur integrum vſumfructum, etiam ſuper rebus ſpecificè legatis; adeòut legatario cenſeatur tantummodò relicta nuda proprietas, neque etiam eidem ſit permiſſum concurrere in uſufructu cum Vſufructuaria, prout fuit originalis doctrina *Roggerij* gloſatoris antiqui, quem refert *gloſ. in l. ſi alij*, verbo *actum ff. de vſufruct. leg.* quam ſequitur *Bart.* ibidem, & eſſe communem ſententiam teſtatur, *Pich. in l. Titia, §. fin. num. 92. ff. de legat. 2.* ſubdens, durum eſſe ab ea in conſulendo, & iudicando recedere, eamdemque dicit receptam *Io: Dilect. de art. teſtan. tit. 6. caut. 24. num 2. Pariſ. conſ. 94. num 45. & conſ. 97. num. 12. lib. 2.* latè *Surd. conſ. 466 num. 4. & duob. ſeqq. lib. 4.* Caualcan. *de Vſufruct. mulier. relict. num. 62. fol. 226.* dicens, hoc eſſe digito ligandum, *Craſſ. recept. ſent. §. legatum, quæſt. 25. num. 4. verſ. contrariā opinionem, Caſtill. de Vſufruct. lib. 1. cap. 47. num. 24. & ſeqq. Manſ conſultat. 132. n. 5. et ſeqq.* qui omnes in ſpecie loquuntur de toto, & integro Vſufructu relicto.

2 Idque, etiam confirmari poſſe videtur, attentis verbis generalibus, ibi; *Hæredem Vſufructuariam omnium, et ſingulorum ſuorum bonorum, cum omnibus Iuribus, et actionibus, et pleno, et integro ipſorum Vſufructu*, quæ, utpotè, nimiùm effrenata, arguunt, eam fuiſſe Teſtatoris uoluntatem, ut Mater conſequeretur integrum Vſufructum, etiam ſuper rebus particulariter legatis, benè *Pariſ. dict. conſil. 97. num 22. et ſeqq. lib. 2.* ubi in ſpecie de pleno, & integro Vſufructu omnium, & quorumcumque bonorum, *Caſtill. de Vſusfruct. d. cap. 47. num. 25. & ſeqq.* vbi etiam de Vſufructu omnium, & quorumcumque ſuorum bonorum, *Manſ. d. conſult. 132. num. 5. & ſeqq.* vbi etiam de pleno, & integro uſufructu, quamuis contrarium
3 ſenſerit, *Gratian. cap. 350. num. 27.* aduertens, non ſufficere, quòd quis eſſet relictus Vſufructuarius omnium, & ſingulorum bonorum per uerba Vniuerſalia, cum huiuſmodi uerba importent totalitatem bonorum; non autem totalitatem Vſufructus.

4 His tamen non aduerſantibus, contrarium reſpondendum exiſtimo, attentis circumſtantijs, & coniecturis in præſenti themate concurrentibus, quibus ſtantibus, receditur à concluſione ſuperiùs firmata; ſaltem ad effectum excludendi, integrum uſufructum ſuper rebus particulariter legatis, ſpectare ad Vſufructuariam, quid quid ſit, an ſaltem eadem Vſufructuaria uniuerſalis poſſit concurrere in uſufructu pro medietate cum legatario rei particularis, de quo infra erit particulariter diſceptandum, prout firmaut *Abb.* qui ita opinionem, *Bart.* reſtringit *conſ. 4. n. 6. lib 2 Pariſ. d. cōſ. 97. n. 21. lib. 2. Surd. cōſ. 466. n. 15. lib. 4. Card. Mant. de coniect. lib. 9. tit. 6. n. 23. in fin. Grat. cap. 350. n. 7. et ſeqq. Rot. in rec. dec. 336.* la ſecōda *n. 2. p. 2.* et meritò, quia
5 in materia ultimarū uoluntatum diſponentis uoluntas totum facit, & pro lege habetur *§. diſponat, authent. de nupt l. in conditionibus, ff. de condition. & demonſtrat.* & tamquam Regina dominatur, *l. cum quæſtio in fin. Cod. de legat. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 3. tit. 3. num. 3. & ſeqq. Peregrin. de fideic. art. 40. num 45.*

6 Prima igitur coniectura ex eo deſumi poterit, quòd in eodem legato ſpecificè cauetur, ut fructus præteriti, & non ſoluti ex cēſu legato perſolui debeant hæredi Vſufructuariæ, ex hac ergo diſcretiua diſpoſitione rectè arguitur, noluiſſe Teſtatorem, ut fructus ex cenſu legato percipiendi ſpectare deberent ad Matrem Vſufructuariam; dum enim eidem tantùmmodò legauit fructus cenſus, præteritos, & non exactos, ſatis aperta deprehenditur uoluntas Teſtatoris, ut fructus ex eodem cenſu legato in poſterùm exigendi pertinere deberent ad legatarium, ſaltem pro aliqua parte, prout in proximis terminis, optimè arguit *Surd d. conſil. 466. num. 7. verſ. ex alio quoque, & num. ſeq.* benè *Rot. in rec. d. dec. 336.* la ſecōda, *nu. 5. p.*
7 *2.* Regulare enim eſt, ut diſcreta diſpoſitio facta in uno loco operetur, ut teſtator aliud uoluiſſe credatur, quādo non expreſſit. *Soccin. Iun. conſ. 3. n. 7. & conſ. 114. n. 19. lib. 1.* & in his terminis, *Surd. d conſ. 466. n. 7. lib. 4. Rot. in rec. d. dec. 336.* la ſeconda; *n. 5. p. 2.*

Neque poterit obijci, hanc coniecturam ſolummodò poſſe procedere reſpectu legati cenſus; non autem Vineæ.

8 Si-

8 Siquidem vna pars diſpoſitionis rectè declarat alteram, vbi agitur de interpretanda voluntate defuncti, l.ſi qui filiabus,in princ. l.ſi ſeruus plurium, 50. §.fin. ff.de legat.1. l.vxori, §.fin. vbi Bart. & Bald. ff.de legat.3. Alex. conſ.69.num.3.lib.6. Crauett.conſ.231. num.12. Ruin. conſ.130. num.4. lib.3. Berett. conſ.107. num.19.lib.2. Cardin.Mant.de coniect.lib.6.tit.13.num.5. & lib.3.tit.9. num.3. Peregrin. conſ.34. num.4. & de fidcic.art.16. num.108. propè fin. verſic. addo etiam, quòd ex verbis, Caſtill.lib.3. controu. cap.15 .num. 30.Fuſar.de ſubſtit.qu.320.n.79. Gratian.cap. 446.num.7.Manſ. conſult.197. num.42. Phebus dec.39.num.7.Larrea dec.Granat.67.n.8. & in his terminis optimè Surd.d.conſil.466. n.8.verſ.et vna pars teſtamenti, lib.4 Gratian. cap.350.n.11.& ſeqq.Rot.in rec. d.deciſ.336. la ſeconda,in fin.part.2.

Secundò comprobatur ex onere iniuncto Legatario celebrationis Miſſarum ſingulis annis in perpetuùm, ex quo onere pariter arguitur, voluiſſe Teſtatorem, vt fructus ex rebus legatis percipiendi ſpectare deberent
9 ad legatarium; cum onera annua præſtanda ſint ab Vſufructuario, l.fin.ff.de Vſufructu legat.l.Vſufructu bonorum.ff.ad leg.falcid.l fin. §.ſin autem legata, Cod. de bon. quæ liber. Menoch.conſ.115.nu.11.& lib.4.præſumpt.143. nu.18.Gall.pract.obſeruat.lib.2.obſeru. 146. num.8.Borgogn.de vſufr.mulier.relict. n.219. fol.426.Caſtill.de Vſufruct.cap.58.num.10.& ſeq. Craſs.in §.legatum, quæſt.36. n.2. & ſeq. Surd.deciſ.193.num.1.& ſeq.& deciſ.28.n.6. Bieb.deciſ.634. num.34. Neque videtur ve-
10 riſimile, Teſtatorem illum grauaſſe prædictis oneribus, relicta eidem legatario nuda proprietate, & hanc coniecturam in ſpecie oneris iniuncti ſuper celebratione Miſſarum, expendit Gratian.d.cap.350.num.11.& duob.ſeqq.Rot.in rec.d.deciſ.336.la ſeconda, num.3.part.2.

11 Sicuti enim onus legitur annexum, & inſeparabile à legato ex voluntate Teſtatoris; ita inſeparabilis diiudicari debet Vſusfructus oneri iniuncto correſpectiuus ex natura correſpectiuorum, l.etiam, §.ex cauſa, ff. de minor.l.ſi minor, ff.de legat.1.l.vlt.ff.de acceptilat. Crauett. conſil. 130. num.2. Menoch. conſ.157. num.14. lib.2. & in terminis ita optimè arguit, Rot.in rec.d.dec.336.n.3.p.2.

12 Quò verò ad ſecundam inſpectionem, an ſaltem Vſufructuaria omnium, & ſingulorum bonorum concurrere poſſit pro medietate in Vſufructu cum legatario ſuper rebus particulariter legatis, ſatis ardua eſt queſtio, in qua ſunt ſibi inuicem aduerſantes contrariæ ſententiæ.

Altera, Bald. in leg. quoties num. 5. Cod.famil.erciſcund. ibique, Saliect. num. 6.
13 aſſerentis, Vſufructuarium omnium bonorum non concurrere in vſufructu, ſed legatarium, cui res ſunt ſpecialiter legatæ, plenam conſequi proprietatem, cum integro Vſufructu; quam ſequuntur, Angel.Aretin. in §.1. circa princip. inſtit. de vſufructu, qui dicit eſſe æquiorem, Pic.in l.Titia cum teſtamento, §.Titia cum nuberet, num.68. ibique, Sarmien.num.7. verſ.& ità non placet, ff.de legat.2.idem Bald.conſ.56.lib.2.Monteſperell. conſ.161.num.3. & conſ.336. num.7.lib.1. Dec.conſ.607. num.7.in fin.Soccin. Iun. conſ. 115.num 3.& ſeqq.lib.1.Gomes. dicens, quòd ab hac opinione non recederet in Iudicando, & conſulendo, tom.2.Var.cap.15. de ſeruitut.num.5.verſ. quod tamen intellige, alijque plures relati per Card.Mantic.de coniect.lib.9.tit.6.num.21. verſ.ſed pulcra, Menoch.lib.4 præſumpt.140 num.35. & per Caſtill. de Vſufruct. lib.1, dict.cap.47.num.5. & ſeq.

14 Huiuſmodi verò ſententia illi potiſſimùm rationi innititur, quia, nempè, generi per ſpeciem derogatur, & legatum generale non reſtringit ſpeciale, iuxtà text. in l. Vxorem, §.fæliciſſimo, l.quæſitum, §.1. ff.de legat.3.l. alimenta, §.Baliſtæ, ff.de alim. legat. cum alijs in ſpecie per Caſtill.d.cap.47.n.14.

15 Altera verò directè contraria opinio, vt, nempè, Vſufructuarius omnium bonorum concurrere debeat in vſufructu cum legatarijs, quibus res ſunt particulariter legatæ, fuit Bart.in leg. quæſitum. §.ſi quis fundum circa finem verſ. ſi verò legatur, qui dicit menti tenendum, ff.de fund. inſtruct. & in l. Sempronio, num.1.et ſeqq ff.de Vſufruct.legat. exiſtimantis, Vſufructuarium omnium bonorum ſaltem concurrere debere in Vſufructu cum legatario, cui res aliquæ particulariter ſunt legatę, & hanc ſententiam, vti veriorem, magiſque receptam ſectantur. Paul.de Monte Pic. in d.l. Titia, §.Titia cum nuberet, num.138.& qu.69.ff.de legat.2. aſſerens, quód ab ea durum eſſet in iudicando recedere, Bolognett.in l.re coniuncti, num.170. ff.de legat.3. Barboſ.in l.maritum, num.22.ff. ſolut.matrim. Dec.in l.in toto Iure, num.13. ff. de reg.Iur.& conſ.489. num.6. Roland.conſ.8. num.36.& conſ.95.num.19.lib.2.Pariſ. conſ. 94.in fin. & conſil.97. num.31.lib.2. Soccin. conſ.115.num.14.lib.1. Auguiſcol. conſil.51. per tot.lib.6.Becc.conſ.98.num.9. lib.1. Ant. Sanſon.conſ.51.num.7.& ſeqq. inter, conſ.ult. volunt.vol.2.Roman. ſingulari 586. ibiq; add. Nic.Pic.& Gabr.Sarat.Couarr.var.lib.2.cap. 7.num.7. Gratian. cap. 350. num.1. & ſeqq. Caualcan.de Vſufruct. Mulier.relict. num.45. Graſs.§.legatum, qu.25. num.1. Card. Mantic. de coniect.lib.9.tit.6. num.22. verſ. aliam verò, Menoch.lib.4. præſumpt.140. num.34.& tribus ſeqq.Caſtill.de Vſufruct.d.lib.1.cap.47. num.6, verſic. Bart. verò, Gall. de except.

tam

tam ab inteſt.quàm ex Teſtqm.part.2.except.16.num.65.Sim.de Petr.de interp. vlt.volunt.lib.4.interp.1.num.12.fol.283. & admittit ex aduerſo allegatus, *Merlin. controu.6.n.3. & 24.lib.2.Annotat.ad dec.636.num.25.& ſeqq.part.4.rec.tom.3.* vbi plures alios refert, *Rot.in rec.d. deciſ.336.* la ſeconda, *num.1.par.2.* vbi quòd opinio *Bart.* ſit magis recepta.

16 Huiuſmodi verò ſententia probatur ex celebri *Modeſtini Reſponſo, in l.ſi alij, ff.de Vſufruct.legat.* quòd ſubtile, & notabile propter uarios à Doctoribus ei tributos intellectus, meritó appellarunt, *Cagnol. in l.toto Iure,num.15.ff.de regul. Iur. Rimin. Iun.conſ.633.num.1.lib.6.Anton.* Gomez. *var.reſolut.tom.2.cap.15.de ſeruitut.num 5. Ant.Fab. de erroribus Pragmaticar. decad. 42. error. 10.* ubi eiuſdem textus decidendi rationem, eleganter, præ cęteris, defendit, Merl*in. controu.6. in princ.* in quo, propoſita facti ſpecie, de teſtatore, qui uni fundum, alteri eiuſdem fundi uſumfructum legauit, reſoluit Iuriſconſultus, ut proprietarius cum uſufructuario in uſusfructus conſequutione concurrere debeat, & ſi, eo propoſito, teſtator legauerit, ut alter fundum, alter nudam proprietatem haberet, niſi, enim ſpecificè, uſufructu detracto fundum legauerit, errore labi ait *Modeſtinus*, quia interdum plus ualet ſcriptura, quam peractũ ſit:

17 Neque meretur attendi ſententia cõtraria *Bald.* cũ fuerit ſibi cõtrarius, in *l.vltima,n.9.C.de indict.viduit.tollẽd.* dũ poſtquám dixit, quód, ſi Teſtator relinquat Vxorem Dominam Maſſariam, & Vſufructuariam, liberis non exiſtentibus, habeat Vſumfructum, ſubdit per hec uerba: *Caue tibi, quia non habet Vſumfructum inſolidùm, ſed pro parte, vt ff.de Vſufruct.legat.l.ſi alij.*

18 Prædicta uerò omnia, eò libentiùs admittenda, ſtante dicta generalitate uerborum, dum Mater fuit relicta Vſufructuaria omnium, & ſingulorum bonorum, cum omnibus Iuribus, & actionibus, ac pleno, & integro ipſorum Vſufructu, ex quibus uerbis, concurſum inter hęredem, & Vſufructuarium admitti, intrepidè defendunt *Ruin. conſ.40.lib.1.Hyppolit.Riminald. d.conſ.633.num.10.& ſeq.lib.6.* & clarè ſentit *Ant. Gomez.tom.2.var.cap.15. num.5.in fin. verſ. ex quo deducitur, Mart. in ſumma deciſ.part.4.qu.19.art.3.num.10.*

19 Licèt autem prædictæ auctoritates loquantur de concurſu, inter hæredem uniuerſalem, & Vſufructuarium rei particulariter legatæ; Nihilominus conueniunt, etiam in præſenti, cum ei potiſſimùm fundamento innitantur, quia, cum Teſtator uerbo illo generali, *in omnibus*, uſus fuerit, quòd quidem ſuaptè natura omnia, & ſingula corpora hæreditaria expreſsè ſpecificata generaliter comprehendit, non corpus fictum, & in abſtracto; ſicut eſt hæreditas, quæ abſ-
20 que corporibus hęreditarijs conſiderari poteſt, utpotè nomen Iuris, *l.hæreditas 53.ff.de petit.hæredit.Craſſ.recept.ſentent.§.hæreditas quæſt.1. num.2. Connan. comment. Iur.ciuil. lib.10. cap.5. in princip. Gomez. in legat.3. Taur. num.17. in fin.* cum alijs latè congeſtis per *Caſtill.tom.2. controuerſ. cap.17.n.1. & ſeqq.& num.9.* ſed ſingula quoque corpora, prout ſi de eis ſingulariter eſſet facta mentio, comprehendit, argumento *text. in l.ſi quorũ, in princip.ff.de legat.3.* & cenſetur unum, quodque per ſe relictum.

Ex quo fit, ut quemadmodùm in *text. in d.leg. ſi alij*, iuxta communem intellectum à Doctoribus traditum, ideò datur concurſus inter fundi legatarium cum uſufructuario eiuſdem fundi, eò, quòd fundus, ſiue proprietas cõſiderari nequeat ſine Vſufructu; ita etiam idem uidetur aſſerendum, ubi quis eſt relictus Vſufructuarius omnium, & ſingulorum bonorum, cum pleno, & integro Vſufructu; quaſi unum, quodque corpus hæreditarium per ſe ſit legatum, quod quidem conſiderari non poteſt ſine Vſufructu; non enim uidetur adeſſe inter hos caſus congrua diſparitatis ratio, prout rectè conſiderat idem Ruin. *d.conſ.35.ad fin. lib.2. Rimiald. Sen.conſ.411.in princip.*

21 Prædictis omnibus ea accedat animaduerſio, quód, quemadmodùm, quando quis pleno Iure iuſtituitur hæres uniuerſalis, adhuc concurrit cum Vſufructuario, nam idẽ eſt, ac ſi fuiſſet dictum, tàm in uſufructu, quàm in proprietate, ſicuti, pluribus congeſtis, affirmant *Becc.conſ.98.num.11.Cardin. Mant.de coniect.lib.9.tit.6.num.19.* Simon. de *Petr.de interpr. vltimar.volunt.lib.4.dub.10 nu.64.* Gratian*.cap.239.num.4.Muta ad conſuet.Panorm.cap.47.num.92.& ſeq.Surd. de aliment.tit.2.quæſt.15. num.108.* & ita deciſum teſtatur, *Mart.in ſumm.dec.par.4.qu.11.art.4.num.2.* quidquid in contrarium aſſerat, iuxtá morem à communi aberrans, *Sarmiẽt. lib.8.ſelectar.in l.*Titia, *§.*Titia *cum nubet et, num.7.in fin.ff.de legat.2.*

22 Ita quoque idem aſſerendũ, quoties quis eſt relictus Vſufructuarius omniũ, & ſingulorum bonorum, *pleno Iure, cum pleno, & integro vſufructu*; id enim præſefert clauſula, *pleno Iure*, cuius proprium eſt, plenam, omnimodamque acquiſitionem importare, ſine ulla diminutione, & in ſpecie uſumfructum cum proprietate; Vnde eleganter, *Bald.in l.Mater,nu.2.Cod.ad Senat.conſ.*Tert. docuit, quòd, *pleno Iure*, rem habere uidetur; is, qui habet eam cum uſufructu, ne igitur uerbum illud, *pleno Iure*, ſuperfluum dici ualeat, operabitur concurſum in uſufructu

cum

Digitized by Google

cum legatario rei particularis, prout in ſimilibus terminis, *Surd. de alim. tit. 2. qu. 15. num. 114. Gra. tiu. deciſ. March. 239. num. 10.* alijque ſuperiùs adducti.

23 Neque uidentur aduerſari coniecturæ ſuperiùs deductæ, ex quibus recedi ſolere à regula proximè firmata ſuper concurſu vſufructuarij cum legatario, etiam ſuper rebus particulariter legatis, aduertit *Pariſ. dict. conſil. 97. num. 21. lib. 2. Surd. conſ. 466. n. 15. lib. 4. Cardin. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 6. num. 23. in fin.* Rot. *in recent. d. dec. 336. num. 2. part. 2.* quia non videntur obſtare.

24 Quò enim ad primam deductam ex diſcretiua diſpoſitione, ut fructus decurſi, & non ſoluti ex cenſu legato, perſolui deberent Matri vſufructuariæ, non videtur releuans pro euitando concurſu ſuperiùs firmato; aduertendo potiſſimùm, quòd fructus præteriti ex cenſu legato de Iure non ſpectabant ad legatarium cenſus; ſed ad hæredem proprietarium, iuxta deducta per *Cenc. de cenſ. quæſt. 72. num. 28. & ſeq.* cum alijs latè congeſtis per *Maſtrill. dec. 115. per tot. part. 2. Cardin. Mantic. dec. 14.* ideòque argumentum pernecesſè non cõcludit, cum Teſtator voluerit, dictos fructus ex cenſu legato debitos ad matrem pertinere; non autem ad hæredem proprietarium, ad quem de Iure ſpectabant; ſemota contraria Teſtatoris voluntate, ideòque erat opus id ſpecificè exprimere.

25 Quò verò ad ſecundam coniecturam deſumptam ex onere celebrationis Miſſarum, poſſet eidem ſatisfieri, quòd grauamen ex medietate vſusfructus benè poſſet ſupportari; atque adeò voluntas Teſtatoris adimpleri; vnde meritò coniectura non uidetur probabilis, neque concludens pernecesſè, & hoc cũ ſuppoſito, prout in hac facti ſpecie, quòd vinea ſit magni valoris, & hanc reſponſionem, alioquin iuridicam, conatur euitare, *Rot. in recent. dict. dec. 336. num. 4. par. 2.* ſupponens, illam in facto non iuſtificari.

ARGVMENTVM.

Sub legato Vſusfructus *Domus*, comprehenduntur Viridarium, Stabulum, & Horreum, gratia eiuſdem Domus à Teſtatore comparata; licet ad illa per Domum non pateat aditus; cum deſtinatio Patris familias, magis attendi debeat, quàm aditus, licet Via Conſularis adſit intermedia.

Declarantur Iura in *l. prædijs, §. Balneas, ff. de leg. 3. l. Olimpico, ff. de ſeruitut. Vrban. prædior. l. Vxori meæ, 32. ff. de legat. 3.*

SVMMARIVM.

1 *Hortus comparatus ex deſtinatione Teſtatoris pro vſu Domus, comprehenditur ſub legato Domus.*

2 *Idque, etiam, quando legatur vſusfructus Domus, ſeu habitatio, &* num. 20. & ſeq. *vbi declaratur.*

3 *Idemque aſſerendum de Stabulo.*

4 *Sub legato Vſusfructus Domus, Hortus Stabulum, & Horreum ad hoc vt contineantur, copulatiuè requiritur, nedum, quòd gratia Domus fuerint comparata; ſed etiam, quòd ad illa, non niſi per Domum pateat aditus.*

Afferuntur Iura in l. prædiis, §. Balneas, ff. de legat. 3. & l. Olimpico, ff. de ſeruitut. Vrban. prædior. *quæ videntur tacitè innuere, quòd huiuſmodi requiſita copulatiuè debeant concurrere.*

5 *In contrarium, quòd non omnes illæ coniecturæ enumeratæ in dictis Iuribus copulatiuè requirantur, pluribus oſtenditur,* & n. ſeqq.

6 *Hortus cedit illi Domui, per quam ad ipſum patebat aditus, ſi tamen Teſtator eum non deſtinauerat ad vſum alterius Domus.*

Ideòque deputatio, ſeu deſtinatio Patris familias, magis attenditur, quàm aditus.

7 *Deſtinatione ſola Patris familias fundus conſtituitur, & dilatatur.*

8 *In legato Domus venit etiam Hortus, quando fuit deſtinatus per Teſtatorem viuentem pro eiuſdem Domus additamento.*

9 *Sub legato fundi comprehenditur quidquid Teſtator habebat pro illo fundo, etiam, ſi extra illius limites reperiatur.*

10 *In Horto, ad hoc, vt veniat ſub legato Domus, magis attendi debet deſtinatio, quàm aditus.*

11 *Legata Domo, venit etiam Hortus, quamuis oſtium habens ex via publica, ſi conſtat, Teſtatorem pro vſu Domus hortum emiſſe.*

12 *Quando Teſtator prædia habuit in vſu poſſeſſionis, ſeu alterius prædij, non eſt curandum, quòd ſint extra locum poſita.*

13 *Vſu, deſtinationeque Patris familias pertinentię, & appendices legatarum rerum perſpicuè dignoſcuntur.*

14 *Teſtator, ſi habebat binas domus, & ad vſum vnius illarum deſtinauit partem alterius, & ita ipſe fuerit vſus, dicitur illa pars cedere alteri Domui ex vſu, voluntateque Patris familias.*

A deòut in legato illius veniat, quamuis ſit verè pars alterius Domus.

15 *Teſtator, quando ex uſu, deſtinationeque ſua uoluit, quòd aliquid eſſet acceſſorium alterius rei, uenit ſub legato illius rei principalis, licet aliàs non ueniret.*

16 *Quando aliquid eſt propter aliud, cedit legato illius rei, propter quod eſt, & cuius commodo eſt deſtinata.*

17 *Sub legato fundi ueniunt Prata deputata ad illius uſum, licet adſit aliqua illorum ſeparatio.*

18 *In materia comprehenſionis ſub legato, potiſſimùm inſpici debet deſtinatio, & uſus Patris familias, neque curandum de prædiorum connexitate, & ex quo loco pateat aditus.*

19 *Hortus ſeruiens domui, pars eiuſdem Domus eſſe dicitur.*

20 *Deſtinatio Patris familias eſt attendenda ad* *eſſe-*

effectum comprehendendi hortum ſub legato Domus, etiam, vbi Domus vſusfructus, ſeu habitatio fuerit legata, & ſupra n.2.

21 *Teſtator, licet legauerit Vſufructum Domus, in qua habitabat; nihilominus veniunt hortus, & alia acceſſoria ex deſtinatione, & vſu; licet in eis non habitauerit, quia mẽtio habitationis operatur, ne veniat alia domus, in qua teſtator non habitabat.*

22 *Reprobatur contraria ſententia* Beccii.

23 *Declaratur* text. in l. Vxori meæ 32. ff. de legat. 3.

C A P V T XXXIII.

LVCAS, inſtituto hærede uniuerſali Antonio eius Nepote, Magdalenæ uxori legauit uſufructum Domus ſolitæ habitationis, ac ſupellectilium in ea exiſtentium: Cumque Teſtator, aliquibus ab hinc annis ante obitum, comparauerit nonnullas domunculas eidem Domui proximas; non autem confinantes ob uiam Conſularem intermediam, in quibus Stabulum, Horreum, ac Hortum conſtruxit. Hinc orta eſt controuerſia, an ſub legato uſusfructus Domus huiuſmodi membra comprehendantur, & pro comprehenſione abſque dubio reſpondendum exiſtimo.

Cum enim prædicta Stabulum, Hortus, ac Horreum, ex deſtinatione Teſtatoris pro uſu eiuſdem Domus fuerint comparata; meritó uenire debent ſub legato eiuſdem Do-
1 mus, prout in ſpecie de Horto extat *Papiniani* reſponſum in *l. prædijs* 89. §. Balnea, *verſ. quòd ſi Domum*, ibi: *Quòd, ſi Domum poſſidebat, hortum vicinum ædibus comparauit, ac poſteà domum legauit, ſi hortum domus cauſa comparauit, ut amæniorem domum ac ſalubriorem poſſideret, aditumq; in eum per domũ habuit, & ædium hortus additamentum fuit, domus legato cõtinebitur*, ibique Interpetres, *ff. de legat. 3 Gugliel. de Benedict. in cap.* Raynutius, uerbo *Hortum, num. 2. & ſeqq.* latè *Eugenius conſ. 66. num. 45. & ſeqq. lib.* 1. *Ioannes Licier. de primogen. lib. 2. quæſt. 4 ſub n. 7. verſ. ſed in contrarium*, Caſtill. *lib. 5. controu. cap. 62. num. 22. 31. & ſeq. Vrſill. ad Afflict. decis. 223. num. 2. Maceraten. reſolut.* 112. eruditus *Manfrell. ad Capyc. Latr. dec. 37. n. 11.*

2 Idque procedere, etiam, quando, prout in præſentia, legatur uſusfructus Domus, ſeu habitatio, firmat egregiè poſt *Bald. & Caſtrenſ. Alex. conſ. 223. num. 1. lib 2. & conſil.* 204. *num. 1. & ſeqq. lib. 6. Card. Tuſc. concluſ. 226. num. 6. lit. D.*

3 Et de Stabulo, *Caſtrenſ. in l. Olimpico* 40. qui teſtatur audiuiſſe *Baldum*, pluries ita dicẽtem, *ff. de ſeruitut. vrbanor. prædior. Alex. d. conſ. 223. n. 1. verſ. & dicit, lib. 2. Vegg. conſ. 55. num. 19. & 35.* utrobique *in fin.*

4 Nullatenus, aduerſante unico obiecto, quòd ſub legato uſusfructus Domus, nullatenus contineri poſſit Hortus, Stabulum, & Horreum; cum ad hunc effectum copulatiuè requiratur, nedum, quòd prędicta membra gratia Domus fuerint comparata: ſed etiam, quòd ad illa, non niſi per Domum pateat aditus; quod non concurrit in præſentia, ſtante uia Conſulari, ſeu Platea intermedia, prout utrumque requiri uidetur innuere *text. in dict. l. Prædijs, §. Balnea, verſ. quòd, ſi domum*, ibi: *Hortum domus cauſa comparauit, aditumque in eum per domum habuit, ff. de legat. 3. & in dict. l. Olimpico 40. ff. de ſeruit. Vrb. prædior.* ibi: *Ad hortum autem, & cænaculum ſemper per domum, cuius habitatio relicta erat, aditus fuit, Alex. conſ. 223. num. 1. num. 1. ad fin. lib. 2. Becc. conſ. 153. Gratian. cap 126. num. 11. Pacion. de locat. quæſt. 23. num. 29. & 32.* alijſque allegatis, *Manſ. conſult. 186. num. 14. et ſeqq.*

5 Siquidem animaduertendum, quòd non omnes illæ coniecturæ enumeratæ in Iuribus proximè allegatis, copulatiuè requirantur; ſed una ſufficiat, ut in ſpecie optimè *Bart. in dict. l. Prædijs, §. balnea, verſ. qui domum, in princ. ff. de legat.* 3. cuius hæc ſunt ipſiſſima uerba: *Quæro, an omnia iſta requirantur, ut balnea cedant domui, reſpondeo, quòd non eſt neceſſe*, quem ſequitur *Vegg.* omninò uidendus, *dict. conſ. 55. num. 38. verſ. nec dicatur*, benè aduertens, id apertiſſimè probari ex eadem *l. prædijs, §. Balnea, in fin. verſ. appellatione domus*, ibi: *Appellatione domus Inſulam quoque iunctam domui videri legatam; ſi vno pretio cum domo comparata fuiſſet, & vtriuſque penſione ſimiliter accepto latas rationibus oſtenderetur*, ubi fit mentio de coniectura, quod Inſula coniuncta Domui ſit unico pretio cum Domo comparata, neque cæteræ coniecturæ enunciantur, de quibus in *d. l. fin. §. Balnea*, ideuque etiam manifeſtè ſentire uidetur *gloſ. in dict. l. Olimpico*, verbo *legatũ*, ibi: *Legatum non eſt, ſcilicet, expreſſum, quia non eſt Hortus cum Domo emptus, vel ad vſum Domus, Guglielm.* de Benedict. *in dict. cap. Raynutius*, verbo *& hortum, num. 2. verſ. quod intelligitur verum, Nicol. de Neapol. in d. l. Præ-*
6 *dijs, § Balnea*, rectè ad rem ponderans, quòd hortus cedat illi domui, per quem erat aditus ad eam ſi tamen teſtator eum non deputauerat ad vſum alterius domus, atque adeò vult, quòd deputatio, ſeu deſtinatio attendatur magis, quàm aditus, *Bart. in eadem l. prædijs, §. qui domum*, ibi: *Quatenus teſtator in vſu habuit, Eugen. conſ. 66. num. 54. lib. 1. Surd. conſ. 207. num. 1. & ſeq. & conſ. 195. n. 1. & duobus ſeqq. lib. 2. Menoch. conſ. 337. n. 24.*
7 *lib. 4.* ubi, quòd deſtinatione ſola Teſtatoris, ſiue Patris familias fundus conſtituatur, dilatetur, & limitetur, *Odd. dict. conſil. 21. nu. 42. verſic. quo ſtante*, affirmans, quòd ſuffi-

ciat

ciat coniunctio prædiorum reſultans ex de-
ſtinatione Patris familias, quæ totum facit
in hac materia, & *num. ſeqq.* ſignanter *n.*49.
8 vbi; quòd in legato Domus veniat etiam
hortus, quando fuit deſtinatus per Teſtato-
rem viuentem pro additamento eiuſdem
Domus; cum in legato veniant omnia, quæ
teſtator voluit, eſſe acceſſoria rei legatæ,
9 quódque ſub legato alicuius fundi compre-
hendatur quidquid teſtator habebat pro
illo fundo, etiam ſi extra illius fines reperia-
tur, *Caſtill. dict. lib. 5. contron. cap. 62. nu. 25.
in fin. verſic. & qui hortum*, aſſerens, quòd in
10 horto, ad hoc, vt ueniat ſub legato Domus,
deſtinatio attendatur magis, quàm aditus,
*Cancer. variar. part. 3. cap. 20. de legat. num.
143. & ſeqq.* ſignanter *num. 149. & ſeqq.* ubi
11 in ſpecie, quòd, legata Domo, ueniat hortus,
quamuis oſtium habens ex uia publica, ſi cõ-
ſtatet, teſtatorẽ hortum illum emiſſe pro uſu
Domus, *Surd. dec. 241. n. 12. verſ. quare*, qui
12 conſtanter affirmat, quòd, quando teſtator
prædia habuit in uſu poſſeſſionis, ſeu alte-
rius prædij, non eſt curandum, quòd ſint
extra locum poſita, & *num. 14. verſ. nec ad-
uerſatur, & ſeqq.*

Regula enim iuris eſt, quòd uſu, &
13 deſtinatione Patris familias pertinentiæ, &
appendices legatarum rerum, perſpicuè
dignoſcantur, ut ſunt Iura in *l. quod in rerum,
§. ſi quis poſt teſtamentum, ff. de legat. 1.* & me-
lior *text. in l. ſi cui ædes, ff. de legat. 3.* in quo
14 habetur; quód, ſi teſtator habebat binas
Domos, & ad uſum unius illarum deſtina-
uit partem alterius, & ita ipſe uſus fuerit,
dicatur illa pars cedere alteri Domui ex vſu,
& uoluntate Patris familias; & in legato il-
lius uenire, quamuis ſit uerè pars alterius
Domus, *leg. ſi quando, ff. de auro, & argent. le-
gat.* ubi, quòd, quando teſtator ex uſu, & de-
ſtinatione ſua voluit, quòd aliquid eſſet ac-
15 ceſſoriũ alterius rei, veniat ſub legato illius
rei principalis, licèt aliàs non veniret, *l. ſi
non ſunt, §. perueniamus, ff. eod.* in quo habe-
16 tur, quòd, quando aliquid eſt propter aliud,
cedit legato illius rei, propter quam eſt, &
cuius commodo deſtinata eſt, *Bart.* per il-
lum *text. in l. ſeiæ, §. Tiranno, ff. de fund. inſtru-
ct.* qui docet, quòd ſub legato fundi veniat
17 prata deputata ad illius vſum, etiam, quòd
adſit aliqua illorum ſeparatio, benè *Sim. de
Petr. de interp. vltim. volunt. lib. 4. interp. 1.
circa legata dubit. 7. num. 39. & ſeqq. Cephal.
conſ. 144. num. 17. Odd. conſil. 21. num. 36. &
ſeqq.* vſque ad 52. *Bellon. Iun. conſ. 10. num. 23*
& omnium latiſſimè, *Caſtill.*, alia Iura ex-
pendens, *d. lib. 5. contron. cap. 26. num. 23. &
ſeqq. Bich. deciſ. 506. num. 8. & ſeq.*
18 Patet igitur ex præd. Iuribus in huiuſmodi
materia cõprehẽſionis ſub legato, potiſſimũ
inſpici debere vſum, deſtinationemque Pa-
trisfamil. quæ eſt præcipuè attendenda,
parumque curandum de connexitate præ-
diorum, & ex quo loco pateat aditus, quòd
etiam admittit *Rot. in recent. dec. 295. num. 3.
part. 14.* ideòque hortum ſeruientem Domui
partem Domus eſſe abſolutè, firmat *Vrſill.*
19 *ad Afflict. deciſ. 223. nu. 2. Eugen. d. conſ. 66.
num. 45. & ſeqq. lib. 2.* aliique ſupra ad-
ducti.

Neque prædictis aduerſatur, quòd teſta-
tor legauerit vſumfructum Domus, in qua
ad præſens ipſe teſtator, vnà cum eius Vxo-
re habitat; adeòut huiuſmodi legatum non
videatur, poſſe comprehendere, niſi Do-
mum, in qua teſtator habitabat, corporalem-
que inſiſtentiam habebat; Non autem ſta-
bulum horreum, hortum, & ſimilia, reſpe-
ctu quorum non poteſt conſiderari qualitas
habitationis, argumẽto *text. in l. Vxori meæ,
32. ff. de legat. 3.* ubi Sceuola Iuris conſultus;
hæc ait; *Vxori ſuæ inter cætera ita legauit,
& Domus eam partem, in qua morari conſue-
uimus, quæſitum eſt, cum tàm Teſtamenti fa-
ciendi tempore, quàm mortis totam Domum
in vſu habuerit, nec quidquam ex ea locatum
eſt, au ea tantùmmodò videatur legaſſe cubi-
cula, in quibus dormire conſueuerat? Reſpon-
dit, eam omnem partem, in qua morari cum
familia ſua conſueuiſſet,* ubi *gloſ. verb. mora-
ri*, explicat, idest, *Habitare*, & in uerb. *cum
familia*, ita arguit, *Non ergo Horrea, aut Pe-
nus continebuntur in tali relicto, Ladereh.
conſ. 78. in prine.* & clariùs infra ſub *num. 3.*
ubi latè *Crauet. conſ. 234. ſub num. 3. verſic.
quintò verba*: Idque, etiam ſi aliquando ha-
bitauerit, & non ſemper, quia nihilominus
non deducitur deſtinatio ad habitandum,
*Gratian. cap. 126. num. 20. & ſeqq. Surd. conſil.
207. num. 11.*
20 Siquidem, præterquàm quòd deſtinatio
Patris familias eſt attendenda, etiam, ubi
Domus uſuſfructus, ſeu habitatio legatur,
ut in puncto firmant Auctoritates ſupra al-
legatæ, *num. 2.* adhùc aduertendum, quòd,
quamuis Teſtator legauerit uſumfructum
21 Domus, in qua habitabat; nihilominùs ue-
nit hortus, & alia acceſſoria ex deſtinatio-
ne, & uſu, licèt in eis non habitauerit, quia
mẽtio habitationis operatur, ne ueniat alia
Domus, in qua teſtator non habitat, ſed
non facit, quòd non ueniant acceſſoria ei-
dem Domui ex deſtinatione, ut in ſpecie
optimè *Vegg. d. conſ. 55. num. 38. verſ. imò*,
quid quid in contrarium non rectè ſenſerit
Becc. conſ. 153. num. 4. & ſeqq. quem ſequi-
tur *Paeion. de locat. quæſt. 23. num. 41. &
duob. ſeqq.*
22 Neque aduerſatur, *text. in dict. leg. Vxori
meæ 32. ff. de legat. 3.* illius enim diſpoſitio
procedit, quando Teſtator non totam do-
mum, ſeu domum ſimpliciter, & indetermi-

natè legauit;ſed expreſsè legauit tantùm,*eã partem Domus, in qua morari conſueuerat*; Secus verò aſſerendum,cum tota Domus,uel illius uſusfructus legatur, prout ita diſtinxiſſe uidetur, *Card. Mantic. de coniect. lib.9. tit.2. num. 37.* ubi ponit caſum, quando legata eſt Domus; *num. verò 41.* alium caſum, quando legata eſt pars Domus, in qua Teſtator inhabitat, & egregiè *Manſ. videndus conſult.* 191. *à num.* 17. *verſ. neque reſtringi*, uſque ad *num.22.*ubi pro intellectu prædicti *text. in dict l.Vxori meæ*, plura alia notabilia deducit apud eundem relegenda.

Iuxta firmata fuit determinatum, per R.P. Bulgarinum Reuerendiſs. Auditoris Cameræ Locumtenentem, ex aduerſo ſcribente clar.mem. Card. de Luca, prout in eius diſc.8. dè legat.

ARGVMENTVM.

Legatum factum Vxori per Virum, donec vitam vidualem ſeruauerit,& poſt eiuſdem Vxoris obitum Titio, debetur Titio, etiam ſi Vxor ſtatim ad ſecundas conuolauerit nuptias, inſpecta veriſimili mente diſponentis.

Expenditur, & declaratur ſingulare *Vlpiani* reſponſum, in *l.mulier 22. ff.ad Senat.Conſult.Trebell.*

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum Vxori per Virum, donec vidua extiterit,& poſt eius obitum Titio, debetur Titio ſtatim, ac Vxor nupſerit, inſpecta veriſimili mente diſponentis.*

Reprobatur contraria ſententia Romani, *& aliorum.*

2 *Mater non credens, filios emancipandos, dum ipſa viueret, ſi eiſdem legauit, dum ſui Iuris eſſent poſt obitum Patris; nihilominus relictum debetur, cum ſui Iuris ſunt per emancipationem.*

Expenduntur Iura ſingularia in l.Mulier 22. ff.ad Senat.Conſ.Trebell. & in l.ſi ita, ff.quando dies legat.ced.& in l.fideicommiſſa 11.§.ſi cum ita,ff.de leg.2.

3 *In conditionibus neceſſarijs caſus ad caſum porrigitur.*

4 *Declarantur Iura in* l.Vxori vſumfructum, ff.de Vſufruct.legat. & in l.fideicommiſſa,§.*ſi cui*, ff.de legat.2.& n.ſeq.

5 *Dictio*, tunc, *denotat temporis extremitatem.*

6 *Qui vult conſequens, cenſetur etiam velle omne neceſſarium antecedens*; idque,*etiam procedit in materia purificationis fideicommiſſi.*

7 *Dilationis cauſa ceſſante,ceſſat dilatio.*

8 *Legati pro conſequutione non requiritur utriuſque conditionis euentus,quando ueriſimiliùs eſt, quòd Teſtator voluerit, etiam vna conditione exiſtente,ſubſtitutum admitti.*

9 *Pluralitas, etiam in conditionibus,ex præſumpta mente Teſtatoris eſt reſoluenda in ſingularitatem.*

10 *Conditiones, quando reſpiciunt diuerſa tempora, ſuntque incompatibiles; itaut non poſſint ſimul ſtare, vel ſimul deficere,tunc ſufficit alteram extare.*

CAPVT XXXIV.

1 FACTVS eſt locus conſequutioni legatorum, quæ licèt, legantur in Teſtamento relicta noſtris Principalibus, poſt mortem Luciæ Vxoris hæredis inſtitutæ, & ſequuta ſubſtitutione hæredum ſubſtitutorum eidem Vxori; cum tamen ulteriùs fuerit à Teſtatore adiecta conditio uiduitatis: Hinc meritò,ſequutis ſecũdis nuptijs, cum factus fuerit locus ſubſtitutioni, legata debentur, neque erit expectanda mors Vxoris; idque ex ueriſimili Teſtatoris uoluntate, qui,licèt poſt mortem ſubſtituerit, quia credidit, Vxorem in uiduitate fuiſſe permanſuram; Nihilominus, ſi cogitaſſet caſum ſecundarum Nuptiarum, ueriſimiliter; imò fortiùs,etiam in hoc caſu ſubſtituiſſet, prout in ſpecialibus terminis,poſt *Riccard. de Malumb. & Anton. de Forli, probat Bart. in auth. hoc locum, num.10. & ſeq.* ibique *Bald. & Alber. de Roſat. Cod. ſi ſecund. nupſ. mul. Iaſ. in l.ſi Mater, num.2. Cod.de Inſtitut. & ſubſtitut.* ibique *Caſtr.* idem *Caſtr. in l.ambiguitatem, Cod. de Vſufruct. & in l.ſi quis hæres ita, ff.de aeq.hæred.* ibique *Aretin. Alex. in leg.ſi mater, Cod.de inſtit. & ſubſtit.& in l.ſi mulier, ff.ad Senat.* Trebell. *& conſ.130.& 227.num.12.lib.2. & conſ.100. num.10.lib.4. Galiaul. in l.Gallus, §.& quid ſi tantùm*, ibique *Fort. Garz. num.73. ad fin.& ſeqq. ff.de lib.& poſthum. Io.Andr. in addit. ad Speculat. in Rubr. de ſecundis nuptijs, circa medium*, Cephal. *conſ.391. num.1. lib.3.& conſ. 530. lib.5. Decian. conſ.1. num.89. lib.1. Adrian. Neguſant. conſ.190. num.68. Grat. conſ. 124. num.14.& ſeq. lib.2. Surd. conſ.46. n.17. lib.1. Io.Franc. de Pont. conſ.20. num.19. verſ. hinc legatum factum, lib.1.* Vbi,quòd legatum factum Vxori, donec Vidualiter uixerit, & poſt eius mortem Titio, debeatur Titio, etiam ſi ſtatim nupſerit Vxor, conſiderata ueriſimili mente diſponentis, qui appoſuit caſum mortis, exiſtimans, quòd Vxor ad ſecunda uota non eſſet tranſitura, *Morque. de diuiſ. bonor. lib.4. cap.11. num.91. Giroud. de priuileg. & exempt. explicat. quæſt.285. numer.1627. Cancer. var. lib.1. cap.1. num.65. verſ. ubi per prædicta determinat, Fontanell. de pact. Nupt. clauſ.5 gloſ.8. par.11. num.23. Peregrin. de fideicomm. art.11. num.46.* ſignanter

ter in fin. & conſ.5 1.num.17.lib.5.Card.Man-
tic.de cõiect.ult.uol.lib.3.tit.19.n.19.Menoch.
lib.4.præſumpt.185.num.31.Petr. de interpr.
ultim.uolunt.fol.76. num.5. Caualcan.de Vſu-
fruct.Mulier relict.num.70.Fuſar.de ſubſtitut.
quæſt.464. per totam,ſiguanter num.6.uerſic.
ultimò in ſpecie, & conſ.50.n.12.

Quidquid in contrarium in ſpecie dixe-
rint aberrantes à communi, Roman. in l.ſi is
qui hæres, ff.de acq.hæredit. Iaſ. in l.Gallus,
§ & quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſthum.
ibique Soccin.Iun. num.62.& ſeqq.uerſ.quid
dicemus, affirmans, hanc opinionem de ſtri-
cto Iure eſſe ueriorem.

2 Huiuſmodi uerò concluſio optimè rema-
net comprobata per celebre Vlpiani Reſ-
ponſum in l.Mulier,22.ff.ad Senat. Conſ.Tre-
bell.in princ. ubi Mater non credebat,filios
emancipandos, dum uiueret, & ideò dixit,
dum ſui Iuris eſſent poſt obitum Patris; &
nihilominus ſic relictum debetur, cum ſui
Iuris ſunt per emancipationem, prout in
textu, ibi: Decreuiſſe igitur Diuum Marcum
refert fideicommiſſum eis repræſentandum, in-
tellecta matris uoluntate, quę quia non credi-
derat, Patrem eos emancipaturum, diſtulerat
in morte eius fideicommiſſum, non dilatura, id
in mortalitatem, ſi eum emancipaturum, ſpe-
raſſet, & confert in idē conſimilis, text.in l ſi
ita 15 ff.quando dies legat.cedat.l.fideicōmiſ-
ſa 11.§.ſi cū ita, ff de legat.3.Bellon.Iun.conſ.
3 33.num.15. optimè aduertens, quòd talis
conditio non ſit voluntaria, ſed neceſſaria,
ſi non ad actum, ſaltem ad effectum actus,
& in conditionibus neceſſarijs caſus ad ca-
ſum porrigatur, vt poſt Bart.in l.Gallus 29
§.& quid ſi tantùm,ff.de lib. & poſthum. tra-
dunt ibidem Interpretes.

4 Neque aduerſantur Iura in contrarium
ponderata per Roman.Iaſ. & Soccin. Iunior.
in locis ſupra laudatis, in l. Vxori Vſumfru-
ctum, ff.de Vſufruct. legat. in quo reperitur
ſancitum, quòd, ſi Teſtator legauit Vſumfru-
ctum Villæ Vxori in quinquennium à die
mortis ſuæ, & peracto quinquennio, cum
eius Vſusfructus eſſe deſierit, tunc Villam
libertis reliquit, mortua Vxore intra quin-
quennium, libertis non deberi Villam, licèt
Vxor mortua ſit intra quinquennium, ibiq;
Bart. in ſummario dicit, quòd, licèt extiterit
conditio, tamen expectanda ſit dies, quæ
ſupereſt.

5 Siquidem animaduertendum, vná cum
Bartolo in eodem text. quòd illius diſpoſitio
procedat ob vim dictionis, tunc, quæ tempo-
ris denotat extremitatem, l.4.§.fin.ff.de con-
dit.& demonſtrat.Menoch.de recuper. remed.
15.num.392.& conſ.14. num.3.& conſ.21.n.
6.Pariſ.conſ.56.num.84.& conſ.87. num.11.
lib.2.Rub.in annot.ad deciſ.320.num.97.par.
9.recent. tom.2. Bich. deciſ. 598. num. 3.
Dunozett. Iunior. deciſion. 336. num. 16.

Prout, neque etiam aduerſatur diſpoſitio
alterius textus in l.fideicommiſſa,§ ſi cui,ff.de
legat.3. vbi legatum relictum filio ſub condi-
tione, ſi morte Patris ſui Iuris fuerit effe-
ctus, non debetur, ſi emancipatione fiat ſui
Iuris, & mors Patris erit expectanda; ergo
idem aſſerendum, vt ſubſtituti non admit-
tantur in præſenti, niſi eueniet dies ſubſti-
tutionis appoſita. Reſpondet enim Bart. ibi,
quód, imò, etiam ante mortē Patris filius a-
gere poterat vtili actione, & ſtante hoc in-
tellectu, Bart. textus probaret contrarium.

Cæterùm ſublata remanet difficultas in
præſentia, ſtāte expreſſa diſpoſitione Teſta-
toris, qui, cum Viduitatem Vxori ſub pœ-
na priuationis hæreditatis indixerit, & in
caſu ſecundarum nuptiarum eidem tantùm-
modò legauerit ſcuta centum ab hæredibus
ſubſtitutis præſtanda, quod, cū adimpleri nō
poſſit, niſi admiſſis ſubſtitutis, in neceſſariā
cōſequentiam dicendū eſt, voluiſſe Teſtato-
rem fieri locum purificationi ſubſtitutionis,
eueniente caſu ſecundarum Nuptiarum, ex
regula, quòd, qui vult conſequens, cenſea-
6 tur etiam velle omne neceſſarium antece-
dens, l.ad rem mobilem, l.ad legatum, ff.de
procurat. l. legatis, ff.de adim. legat. Aretin.
conſ.20.num.21.& ſeq.Alex.conſ.110. nu.3.
lib.5.Surd.dec.70.num.5.& deciſ.94. num.6.
& 32.Fuſar.conſ.69.n.3. Rimin.Iun.conſ.21.
n.32.lib.1.Duran.deciſ.185.n.18. quo argu-
menti genere in huiuſmodi materia purifi-
cationis fideicommiſſi frequentiſſimè vtitur
Rot.ſiguanter in rec.deciſ.44.num.2.part.1.&
deciſ.142.num.17.part.10.

7 Suppoſita igitur purificatione ſubſtitu-
tionis ob tranſitum Vxoris ad ſecunda uo-
ta, proculdubiò factus eſt locus cōſequutio-
ni legatorum, quæ, licet legantur relicta ſub
duplici conditione, poſt mortem ſcilicet, hę-
redis inſtitutæ, & ſequuta ſubſtitutione
hæredum ſubſtitutorum; cum tamen huiuſ-
modi dilatio ſoluendi legata poſt mortem
fuerit adiecta fauore tantùm Vxoris hære-
dis inſtitutæ; non autem ſubſtitutorum; Me-
ritò, cum Vxor ob ſecundas Nuptias, hære-
ditate priuata remāſerit, ceſſat illius fauor;
& fauore ceſſante, ceſſat dilatio, l.à filia, §
alumno, ff ad Senat.Conſult. Trebell. ubi non
expectatur ille annus uigeſimus, mortuo a-
lumno, quia ceſſauit cauſa dilationis; ergo
pariter non eſt expectanda mors Vxoris,
quia ceſſat cauſa dilationis, cum ipſa habe-
re non poſſit, ex quo nupſit, Marant.in ſpe-
cul.par.6. verſ. & quandòque apponitur, num.
145.Rouit.in Prag.23 de feud.nu.15.& ſeqq.
& in his terminis arguunt Surd. conſ.44.nu.
6.in fin.verſ.& quamuis, Io. Franc.de Pont.d.
conſ.20.num.19.lib.1.Fuſar.d.conſ.50. num.9
& d.q.464.n.4.verſic.ſecundò.

8 Præcipuè, quia ſtante ueriſimili uoluntate Teſtatoris, qui conditionem mortis appoſuit, eò quia, ex ſuperioribus adductis, non credidit, Vxorem ad ſecunda uota tranſituram; hoc caſu præſumendum, uoluiſſe, etiam, uná tantùm conditione exiſtente, legata præſtari, *Soccin. Sen. conſ. 52. num 8. & ſeq. lib. 1. Natt. in addit. ad Alex. conſ. 88. lit. A. lib. 7. Pariſ. conſ. 79. nu. 8. lib. 4. Menoch. conſ. 187. num. 21. lib. 2. Sim. de Petr. de interp. vlt. volunt. fol. 316. num. 7. Fuſar. de ſubſtit. q 455. num. 21. Canalcan. dec. 21. p. 3.*

Regulare enim eſt, ut ex præſumpta Teſtatoris uoluntate pluralitas, etiam in conditionibus in ſingularitatem ſit reſoluenda, *Bart. in l. haredes mei, § cum ita, num. 3. ff. ad Senat. Conſ. Trebell. Menoch. conſ. 661. num. 16. & conſ. 1028. ſub num. 28. Altograd. conſ. 64. num. 10. & ſeq. lib. 1. Ciriac. controu. 536. num. 17. & ſeq. & controu. 114. num. 57. & ſeq. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt. lib. 11. tit. 5 num. 17. Battell. vltim. volunt. deciſ. 2. num. 357. Rot. diuerſ. dec. 304. num. 1. in fin. part. 1. Eich. deciſ. 279. num. 6. & dec. 498. num. 5. & ſeqq.* & Nos latè egimus *diſp. 22.*

10 Multòque magis, quia, quando, prout in præſentia, conditiones diuerſa reſpiciunt tempora, ſtante purificatione ſubſtitutionis ante obitum Vxoris, ſuntque incompatibiles; ita ut non ualeant ſimul extare, uel ſimul deficere, tunc ſufficit, alteram extare, *Add. ad Dec. in l. generaliter lit. A Cod. de inſtitut. et ſubſtit. Natt. in addit. ad Alex. conſ. 88 lit. A. lib. 7. Sim. de Petr. de interpetr. vltim. volunt. fol. 316. num. 7. Fuſar. de ſubſtit. dicta qu. 455. nu. 23. & ſeq.*

ARGVMENTVM.

Agitur latiſſimè de plutibus effectibus reſultantibus ex clauſula, *Actum*, & an, & quando ſuppleat ſubſcriptionem, Signum, rogitumque Notarij.

Apoſtillæ Interlineares, Marginales, ſeu Additionales, quam conſtituant probationem. Plures afferuntur diſtinctiones totam ferè huiuſmodi materiam, alioquin inuolutam complectentes.

In diſpoſitione ad pias cauſas ſola Schedula Teſtatoris manuſcripta, vel ſubſcripta ſatis, ſuperque ſufficit, abſque vllo teſtium interuentu, cum *Decretalis Alexandri Tertij in cap. relatū 11. de teſtam.* enunciet teſtes demonſtratiuè; non autem taxatiuè; adeòut ſufficiat ſola naturalis probatio, abſque alia Iuris poſitiui ſophiſtica ſolemnitate.

Priuilegium piæ cauſæ procedit, nedum; quando eadem pia cauſa eſt inſtituta; ſed etiam ſubſtituta; Reprobatur contraria ſententia *Butrij, & Saliceti.*

Inſtitutioni purè factæ in teſtamento, an poſſit Teſtator in Codicillis addere conditionem ſubſtitutionis piæ cauſæ, ſi Inſtitutus ſine liberis deceſſerit, & an fauore eiuſdem piæ cauſæ hæreditas directò Codicillis adimi valeat. Examinantur doctrinæ *Bartoli*, & *Baldi* inuicem pugnantes.

Teſtamentum, an, & quando dicatur imperfectum ratione voluntatis; ita, ut, neque, etiam fauore piæ cauſæ ſubſtineri valeat. Ad intellectum doctrinæ *Bartol. in l. in teſtamento ff. de fideicommiſſar. libertat.*

SVMMARIVM.

1 *Diuiſio controuerſiæ in quatuor inſpectiones.*

2 *Notarij ſubſcriptio, eiuſque ſignum eſt de ſolemnitatibus requiſitis ad perfectionem Matricis.*

3 *Si in ſcriptura adſit clauſula, Actum, manu Notarij cōſcripta, reperta inter alia inſtrumenta rogata exiſtentia in filtijs, poteſt Iudex mandare, vt ſcriptura in authenticam formam leuetur.*

4 *Clauſula, Actum, denotat conſumationem, & perfectionem actus, habetque vim ſubſcriptionis, ſigni, & rogitus Notarij.*

5 *Præcipuè, quando eſt appoſita in fine Inſtrumenti.*

6 *Clauſula, Actum, non operatur effectum ſubſcriptionis; & rogitus, vel quando manu Notarij non fuit ſcripta, vel ſubſcripta.*

Vel, quando eadem ſcriptura clauſulam prædictam continens, fuit reperta extra faſciculos, vel locum, vbi aſſeruari ſolent inſtrumenta rogata; tunc enim ceſſat præſumptio publicationis, & perfectionis actus.

7 *Non eſt veriſimile, teſtamentum, ſeu codicillos, quæ ſunt magni momenti, non conſeruari per Notarium, cum alijs ſcripturis authenticis.*

8 *Sæpè Notarij credentes, ſe rogandos de teſtamento, vel codicillis, ſeu alia ſcriptura, faciunt notam perfectam continentem clauſulam, Actum, diem, locum, & teſtes, poſtmodùm publicaturi, quod poſteà non euenit ob aliquod accidens.*

9 *Teſtes, etiam in minutis, ſeu ſcripturis præparatis aliquando adhiberi ſolent, ut ex inde Amanuenſis, qui ſcripturam in nitidum eſt redacturus, actum perfectum facere valeat.*

Ideoque ex hac circumſtantia pernecesſè non infertur ad perfectionem, ac Matricitatem.

10 *Apoſtilla interlinearis, marginalis, ſeu additionalis ſcripta manu Notarij probat, etiam abſque alia approbatione eiuſdem Notarij; cum ſufficiat clauſula. Actum, appoſita in calce Inſtrumenti, ſeu Teſtamenti.*

11 *Approbatio Notarij, tunc ſolum eſt neceſſaria, quando ignoratur, à quo fuerit facta Apoſtilla;*

ſed

ſed conſtito, quòd fuerit coaſcripta ab eodem Notario, aon requiritar vlterior approbatio.

12 *Reprobatur contraria ſententia* Ruini, *affirmaas, requiri ſpecialem approbatioaem Notarij; quamuis apoſtilla ab eodem Notario faerit ſcripta.*

13 *Declaratur* Io: Andr. in addit. ad Speculat. tit. de Inſtr. edit. §. oſtenſo, in addit. *quæ incipit*, dixit Rolandinus.

14 *Notario, an ſit eredendum, qaoties in margine Inſtrumeati ſcripſit,* Cancellatum de voluntate partium, &c.

15 *Sententia* Ruini, *de qua ſupra num.* 12. *poteſt procedere, vel quoties ex ianeriſimilitudine, aliiſque eircumſtantiis Apoſtilla poteſt videri ſuſpecta de falſitate.*

16 *Vel, quando ex præcedeatibus, & ſubſequentibus, ex quibus media declarantar, colligi poteſt coatraria voluntas Teſtatoris, vel coatrahentiũ, omninò Apoſtillę repugnans.*

17 *Vel, quando ſcriptura, coacurrentibus etiam aliis adminicalis ſuſpicionem falſitatis ſuadentibus, eſt recentior in Apoſtilla, quàm in corpore.*

18 *Vel demum, quaado Apoſtilla non rectè cohæret cum orationis conſtructione, ac materiæ proportione.*

19 *Apoſtillæ probant, ſemotis coatrariis coaieris, quando Notarius de matrice rogatas, dum Iaſtrumentum in nitidum reduxit, Apoſtillas, additioneſque propria coaſcriptas mana iu corpore Iaſtrumeati iaſerait.*

Et hinc manifeſtè colligitur faiſſe ſcriptas manu eiuſdem Notarij.

20 *Apoſtillæ, & additiones, quando apparent conſcriptæ manu Notarij, præſumantur appoſitæ ex ordine Teſtatoris.*

Idemque aſſerendam de cancellatione.

21 *Prout Apoſtillæ, & additiones, licet non ſint ſcriptæ manu propria Notarij, ſi ab eo fuerint ſubſcriptæ, & approbatæ probant.*

22 *Et ſafficit, quòd Apoſtilla fuerit à Notario approbata, etiam in fine Iaſtrumenti, neque requiritur approbatio ia margine.*

23 *Non ſufficit generalis ſubſcriptio, etiam reſultans ex clauſula,* Actum, *appoſita in fine Inſtrumenti, Teſtamenti, vel Codicilli.*

Cum Apoſtillæ ſint extra corpus ſcripturæ, nõ recipiunt robur à geaerali ſubſcriptione, ſed particalari indigent approbatioae.

24 *Idque, etiam ſi Apoſtilla ſit ſcripta eadem manu, qua eſt ſcriptum totum corpus ſcripturæ.*

25 *Notario atteſtanti, ſe interlineaſſe, vel feciſſe Apoſtillam, tunc fides eſt adhibenda, ſi interlineatura faerit de corpore ſcriptaræ, ſcilicet, ante ſigaum, vel ſubſcriptioaem eiuſdem Notarij.*

Secus, ſi in margine, vel poſt ſubſcriptionem; tunc enim requirit diem, vel teſtes, & de ratione.

26 *Apoſtillæ aoa ſcriptæ, neque ſabſcriptæ manu Notarij, nullam fidem merentur.*

27 *Limita, ſi Apoſtilla à Notario non ſcripta, neque ſubſcripta, fuerit à partibas approbata, eum exequutione conteutorum in eadem apoſtilla, tunc enim probaret.*

28 *Vel, quando conſtaret de veritate Apoſtillæ ex alio Inſtrumento.*

Idemque aſſerendam, ſi Apoſtilla continet id, quod tacitè inerat in Iaſtrumento.

29 *Vel, quando fuerit in aliqao coutractu inſertus totus tenor Inſtrumenti, in quo adeſt Apoſtilla, & partes illud approbarunt.*

30 *Falſitatis ſuſpicio arguitur, ſi Apoſtilla eſt eoaſcripta diuerſa mann.*

31 *Generalis ſubſcriptio, & approbatio reſultans ex elauſula,* Actum, *non poteſt extendi ad roborandam fidem Apoſtillæ additionalis; quamais probetur ſcripta eadem manu, qua ſait ſcriptam totum corpus ſcripturæ; ſed requiritur ſpecialis approbatio.*

32 *In Apoſtilla additionali eirca ea, quæ ſant ſubſtantialia, faciliùs præſumitur falſitas, & cautiùs per Iudicem eſt agendum, quàm in aliis, quæ noa ſunt magni momenti.*

33 *Notario debet eſſe cognitus Teſtator, ſeu contrahens, nedum attenta reformatione Pauli V.*

34 *Sed etiam inſpecto Iure Communi, reprobato* Baldo *contrariam ſentiente.*

Qaid aſſerendam in teſtibus, ibidem.

35 *In diſpoſitione ad pias eauſas ſafficit probatio naturalis, & duo teſtes, non ad ſolemnitatem; ſed ad probationem requiruntur.*

Expenditur elegans ratio per Leſſium *ponderata.*

36 *Idque, etiam procedit in foro ciuili, & Statibus Eccleſiæ non ſubiectis.*

Reprobatur contraria ſententia Hoſtienſ. *& in qao caſu ſit amplectenda.*

37 *Teſtes iu diſpoſitione ad pias eauſas non requiritur, quòd ſint rogati, ſed ſufficit quomodocamque interuenerint.*

38 *Dummodò tamen ſiat idonei, ſaltem idoneitate ordiaaria, ad concludendam perſectam probationem naturalem.*

Declaratur doctrina Bart. in l. 1. §. ſi quis neget, ff. quemadm. teſtam. aperiant.

39 *Neqae requiritur, quòd ſint omni exceptione maiores, adeoat etiam fœminę admittantur.*

40 *Refertur coatraria ſententia affirmans, quòd requirantur teſtes omni exceptione maiores.*

41 *Religioſi, an ſint idonei teſtes in legato relicto coram Religioni, remiſſiuè.*

42 *Diſpoſitio ad pias eauſas, deficientibus teſtibus, debet probari per Schedalam ſcriptam, vel ſubſcriptam, ſaltem ſigno Cracis manu Teſtatoris; quæ ſola ſufficit, etiam ſine Die, & Conſule.*

43 *Reprobatar ſeatentia affirmans, quòd in diſpoſitione ad pias cauſas, attenta diſpoſitione Iuris Canonici, requiratur pro ſolemnitate interuẽtus, ſaltem duorum teſtium,* & num. ſeqq.

44 *Oſtenditar, coatrariam ſententiam eſſe magis receptam, vt ſola ſchedula manu Teſtatoris ſcripta, vel ſubſcripta, ſafficiat abſqae teſtium interuentu.*

Decretalis in cap. relatum, de teſtam. *enunciat teſtes demoaſtratiuè, non autem taxatiuè, itaut dicendum ſit, quòd ſafficiat ſola probatio naturalis, abſque alia Iuris poſitiui ſolemnitate,* & num. ſeqq.

45 *In teſtamento inter liberos, & militari ſufficit ſola Schedala Teſtamentaria ſubſcripta à Teſtatore, etiam ſine teſtibus.*

46 *Valet argamentam à teſtamento inter liberos ad diſpoſitionem ad pias eauſas.*

47 *De ratione, cui innititur* Decretalis in dict. cap. relatum, de teſtam.

48 *Priuilegium piæ cauſæ procedit, nedum, quando pia cauſa eſt inſtitata; ſed etiam ſubſtitata; ſufficit enim caſum ſubſtitutioais eueniſſe.*

49 *Reprobatar contraria ſentẽtia affirmans, qaòd*

re-

teſtamentum non dicatur ad pias cauſas, quando eadem pia cauſa eſt ſubſtituta in incertum, & remotum effectum.

50 *Codicillis hæreditas non poteſt directò dari, neque adimi.*

51 *Poteſt tamen, tàm ademptio, quàm ſubſtitutio Iure obliquo valere, cum in Codicillis poſſit hæreditas per fideicommiſſum obliquè dari.*

Præcipuè ex æquitate; quoties in præcedenti teſtamento adeſt valida hæredis inſtitutio.

52 Alexandri *doctrina in* l. 2. C. de Codicill. *aſſerentis, quòd, facta pura inſtitutione in teſtamento, non poſſit in Codicillis addi conditio, eſt intelligenda in conditione directa, quæ non poteſt obliquari.*

53 *In Teſtamento militari, etiam directò hæreditas Codicillis adimi valet.*

Idemque aſſerendum in teſtamento fauore piæ cauſæ condito, ut, nempè, hæreditas, etiam Codicillis directò adimi poſſit.

54 *Reprobatur* Bald. in l. 1. num. 146. & ſeqq. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. *aſſerens, vt, neque etiam fauore piæ cauſæ hæreditas directò Codicillis adimi poſſit, &* num. ſeqq.

Oſtenditur, contrariam ſententiam Bartoli *eſſe veriorem, magiſque receptam.*

55 *Pia cauſa naturali Iure, ſolaque naturali veritate eſt regulanda; ideòque non admittit ſophiſticas Iuris ciuilis ſubtilitates inter directas, & obliquas ſubſtitutiones.*

56 *Quemadmodùm in teſtamento militari, etiam directò hæreditas adimi poteſt; ita, etiam aſſerendum in teſtamento fauore piæ cauſæ, &* num. 48. & 52.

57 *In ſententia* Bartoli, & Abbatis, *teſtamentum, quamuis alioquin imperfectum ratione voluntatis, fauore piæ cauſæ ſubſtinetur.*

58 *Contraria ſententia eſt verior, magiſque recæpta, & de ratione.*

59 Bartolus, & Abbas *ſunt ſibi ipſis contrarij.*

60 Bartoli *opinio in aliquorum ſententia, in quo caſu ſubſiſtere poteſt.*

61 *Refertur contraria ſententia affirmans, quòd diſpoſitio, etiam ad pias cauſas, dicatur imperfecta ratione voluntatis, quoties teſtamentum nõ eſt integrè perfectum reſpectu diſpoſitionis profane; licet ſit completa diſpoſitio fauore piæ cauſæ.*

62 *Impugnatur ratio per* Bald. *adducta, quòd defectus adimendi Codicillis hæreditatem, quæ directò data eſt in teſtamento, percutiat defectum voluntatis, admittendum, etiam in diſpoſitione ad pias cauſas.*

CAPVT XXXV.

1 PLVRA ſunt in præſenti pro ueritate diſcutienda; Primò, an conſtet de rogitu Notarij ſuper aſſerto Codicillo, utpotè reperto inter alia Inſtrumenta rogata.

Secundò, quatenus poſſit dubitari de rogitu, ſaltem reſpectu Apoſtillæ, in qua Reuerendæ Moniales aduerſariæ leguntur ſubſtitutæ poſt mortem Franciſci ſine filijs, an ſubſtineri poſſit Codicillus, tamquàm ſcriptura priuata fauore diſpoſitionis ad pias cauſas.

Tertiò, an priuilegium piæ cauſæ uindicet ſibi locum, etiam, quando eadem pia cauſa non eſt hæres inſtituta, ſed potiùs ſubſtituta.

Quartò tandem (admiſſa legalitate Codicilli, eiuſdemque exiſtentia) an Teſtatrix potuerit Inſtitutioni purè factæ in teſtamẽto addere in Codicillis conditionem ſubſtitutionis fauore Monialium, ſi Inſtitutus ſine liberis deceſſerit.

2 Quò ad primum, concluſiuè procedendo; licet ſubſcriptio Notarij, illiuſque ſignum ſit de ſolemnitatibus requiſitis ad perfectionem Matricis, ſeu, ut Noſtrates loquuntur, Imbreuiaturæ, prout dicunt de ſubſcriptione *Angel. conſil. 220. in princ. Alex. conſ. 153. num. 12. lib. 2. & conſ. 14. num. 9. lib. 6. Crauet. conſ. 216. num. 3.* & de ſigno, *Felin.* & alij in *cap. cum P. Tabellio, de fid. inſtrum. Bald. conſ. 476. num. 8. lib. 1. Pariſ. conſ. 27. num. 6. lib. 2. Dec. conſ. 97. num. 3. Corn. conſ. 226. num. 5. lib. 3. Guid. Pap. quæſt. 616. in fin. Decian. conſ. 24. num. 31. lib. 1. Manſ. conſult. 214. num. 31. Rot. in recent. dec. 628. num. 2. par. 2. Boer. decis. 36. num. 8. et dec. 37. num. 10.*

3 Nihilominus, ſi in ſcriptura adſit clauſula, *Actum*, manu Notarij ſcripta, quæ fuerit reperta inter alia Inſtrumenta rogata, uel in filtijs, (ut uulgò aiunt) etiam ſi ſubſcriptio, & ſignum eiuſdem Notarij deficiant, poteſt Iudex mandare, ut ſcriptura in authẽticam formam leuari debeat, iuxta receptam theoricam *Caſtrenſ. in l. contractus, num. 5. C. de fide inſtrum. et in l. hac conſultiſſima, §. fin. C. de teſtam. et in l. is, qui, num. 4. ff. eod. et conſ. 307. nu. 2. par. 1. Cagnol. in l. ſi librarius, nu. 71. ff. de regul. Iur. Bero. conſ. 1. num. 51. lib. 2. Pariſ. conſ. 27. num. 15. et 73. lib. 2. Natt. conſ. 46. num. 4. Neuizan. conſ. 26. num. 42. Alex. conſil. 14. num. 17. et 19. lib. 6.* Rum. *conſ. 159. nu. 13. lib. 4. Menoch. conſ. 47. num. 16. et de arbitrar. caſ. 187. num. 24. et ſeqq. Surd. conſ. 187. num. 22.* qui omnes loquuntur de ſcriptura reperta in protocollis, uel inter rogitus Notarij, *Grammatic. dec. 106. num. 15. et ſeq.* loquens de ſcriptura reperta in faſciculis, ubi cætera Inſtrumenta aſſeruabantur, *Rot. in rec. deciſ. 628. num. 3. verſ. tamen à frequentiori, par. 2. Card. Seraphin. dec. 902. nu. 5.*

4 Idque, ea potiſſimùm ratione, quia clauſula, *Actũ*, denotat cõſumationẽ, & perfectionem actus, habetq; uim ſubſcriptionis ſigni, & rogitus Notarij, iuxta monitum *Bald. in auth. quod ſine, n. 1. uerſ. et ideò Tabelliones. C. de teſtam. Caſtren. conſ. 111. nu. 1. verſ. breuiter hoc dico, & conſ. 291. n. 4. verſ. ſed in caſu noſtro, & cõſ. 307. n. 1. verſ. quod ex eo perpenditur, lib. 1. Ruin. conſ. 159. num. 13. lib. 4. Iaſ. conſ. 8. n. 3. lib. 3. Card. Seraph. dec. 902. num. 2. Card. Canaler. dec. 641. n. 7. Rot. in rec. dec. 714 num. 1. par. 1. & decis. 628. num. 3. part. 2 &*

poſt

Digitized by Google

poſt Salgad.in labyrin. cred. decif. 49.*num*.5.
5 vbi ſignanter,*nu*.6. quando clauſula, *Actum*, legitur appoſita in fine Inſtrumenti.

His igitur præmiſſis, cum in propoſita facti ſpecie ſupponatur, quòd in fine controuerſi Codicilli adſit clauſula, *Actum*, manu Notarij ſcripta, cum teſtium adnotatione, abſque dubio Codicillus poteſt in publicam formam leuari, neque requiritur ſubſcriptio, ſignum, & rogitus Notarij; hæc enim omnia ſupplentur ex eadem clauſula, *Actum*, vt firmant auctoritates proximè allegatæ.

6 Quidquid in contrarium ſit dicendum, vel quando clauſula, *Actum*, manu Notarij non fuiſſet ſcripta, vel ſcriptura eamdem clauſulam in calce continens, fuiſſet reperta extra faſciculos, vel locum, vbi conſeruari ſolent Inſtrumenta per eumdem Notarium rogata; tunc enim clauſula, *Actum*, non operaretur prædictos effectus ſubſcriptionis, & rogitus; Imò ceſſaret præſumptio publicationis, & perfectionis actus; nec non etiam tacitæ declarationis ipſius Notarij, quòd ſcripturam habuerit pro publicata, talique caſu ſuſpicione non careret, *Caſtrenſ. in d.l.contractus nu*.5.*Cod.de fid.Inſtrum. Pariſ.d.conſ*.27.*num*.14.*lib*.2. *Cephal.conſ*.409.
7 *num*.28., vbi, rectè aduertit, quód non ſit veriſimile, Teſtamentum, ſeu Codicillos, quæ ſunt magni ponderis, non conſeruari, cum alijs ſcripturis authenticis, optimè, *Rot.in rec.*ſæpiùs citata, *dec*.628.*n*.4.*p*.2.

Tantòque magis in prædicto caſu in quo ſcriptura continens clauſulam, *Actum*, reperitur extra faſciculos, & locum, vbi ſolent Inſtrumēta rogata conſeruari, vehemens inſurgit præſumptio, quòd ſolùm fuerit præparata, & non perfecta; Sępè enim Notarij
8 credentes, ſe rogandos de teſtamento, ſeu Codicillis, ſiue alia ſcriptura, faciunt notam perfectam, & continentem omnia neceſſaria, nempè, clauſulā, *Actum*, diē, locū, & Teſtes, poſtmodùm publicaturi; ſed multoties contingit, actū poſteà nō perfici, vel ob aliquod accidens Teſtatori eueniens, vel ob hæredum controuerſiam, vel ob ſimilem aliam cauſam; ita ut ex clauſula, *Actum*, tali caſu nullatenus dici valeat inducta actus perfectio; ita egregiè declarat *Corn. in ſuo celebri conſ*.226. *num*.5 *volum*.3. quem ſequuntur commendantes, *Pariſ.dict.conſ*.27. *num*.16.*vol*.2.*Purpurat.conſ*.581, *num*.5. *& ſeq.Cephal.d.conſ*.409.*num*.14.*Surd.conſ*.187 *num*.22.*verſ.vbi dicit,Menoch.conſ*.42.*nu*.15. *&* 23.*Honded.conſ*.66.*num*.35. *lib*.1. *Franc. Marc.quæſt*.163.*num*.15.*par*.2.*Card. de Luca*
9 *de Teſtam.dicurſ*.65.*num*.9. vbi, quòd clauſula, *Actum*. & teſtes, etiam in minutis, ſeu ſcripturis præparatorijs, adijci ſoleant, vt exinde Amanuenſis, qui ſcripturam in nitidum eſt redacturus, actum perfectum facere valeat; ideòque non ſit circumſtantia, ex qua pernoſceſè ad perfectionem, ac Matricitatem inferri valeat, *Adden.ad Buratt.dec*. 456.*num*.22.*& deciſ*.666. *num*.14. & aduertit *Rot.in recent.d.deciſ*.628. *num*.5.*p*.2.

Verùm, quia, vt in facti ſpecie mihi ſupponitur, in aſſerto Codicillo adeſt Apoſtilla additionalis diuersò atramento conſcripta, in qua continetur prætenſa Monialium ſubſtitutio; Ideò erit in præſenti agendum, an dicta Apoſtilla probet.

In hac igitur materia, hæc eſt communis DD. diſtinctio, quòd, nempè, aut conſtat,
10 Apoſtillam, ſiue interlinearum, ſiue marginalem, ſiue additionalē, in qua propriè verſamur, fuiſſe ſcriptam manu Notarij, & tunc receptior eſt ſententia, quòd probet, etiam abſque alia approbatione eiuſdem Notarij, cum ſufficiat clauſula *Actum*, appoſita in calce Inſtrumenti, ſeu Teſtamenti, ita in his terminis Teſtamenti, *Bald.in l.noſtram,nu*.2. *C.de teſtam.& in Rubric.de fid. Inſtrum.n*.52. *Imol. in cap.ex litteris,num*.5, ibique, *Felin. n*.14.*de fid.Inſtrum. Alex.conſ*.14.*nu*.23. *verſ. quòd ſi appareat,& n*. 28. *lib*.6. *Craueit.conſ*. 88.*n*.2. *&* 4 *Caſtr. conſ*.131. *n*.2.*verſ.ſi conſtat, quòd ſunt de manu eiuſdem Notarij, lib*. 2.*Paſeth.conſ*.34.*num*.16.*Ronit.in Prag*.1. *de de Notar.num*.14. *Card.Mantic.dec*.357. *n*.4. *verſ.accedit circa med.Card.Caualer.dec*.122. *num*.6.*Gramm.deciſ*.106.*num*.17.*Buratt.dec*. 456.*num*.19. ibique *Adden. lit*.C. benè *Coccin.deciſ*.467.*num*.2.*& ſeqq. Archiep. Royas deciſ*.237.*num*.2.*Bich.dec*.220.*num*.16.*Card.*
11 *Cerr.deciſ*.620.*num*.1.*& ſeqq.* Vbi, quòd huiuſmodi approbatio tunc ſolùm ſit neceſſaria, quando ignoratur, à quo Apoſtilla fuerit facta, ſed conſtito, quòd fuerit conſcripta ab eodem Notario rogato, non requiratur vlterior illius approbatio, *Rot. in recent.deciſ*.276.*num*.3.*part*.2. *& deciſ*.413. *num*.6.*part*.4.

12 Licet contrarium ſenſerint, *Decian.conſil*. 99.*num*.47.*verſ.non obſtat ſecundò, lib*. 2. *& conſ*.91.*num*.39.*ad fin. verſ.ſed quidquid ſit, lib*.3.*Caſtrenſ.conſ*.131.*circa fin. verſ. & poſito,lib*.2.*Ruin. conſ*.68. *num*.3. *& ſeqq. lib*.4. *Menoch.de arbitrar.caſu* 187.*n*.42.*Farinac.de falſit. quæſt*.153.*num*.10. qui conati fuerunt probare, ſpecialem approbationem Notarij eſſe neceſſariam in Apoſtilla, quamuis fuerit propria manu eiuſdem Notarij conſcripta; horum enim ſententia non ſubſiſtit, cum approbatio non requiratur ad alium finem; niſi, vt ſciatur; An ipſe Notarius fecerit Apoſtillam, ſed vbi de hoc conſtat, ſuperflua eſt dicta atteſtatio, vt benè aduertit *Rot.in rec.d. dec*.276.*n*.3. *p*.2. *& Ruin.d. conſ*.68.*n*.3. *& duob.ſeqq. lib*.4. contrarium ſentientem meritò reprǽhendit, *Coccin.dict. deciſ*.367.*n*.4.

13 Præ-

13 Præcipuè, quia Io. *Andr. in addit. ad ſpecu-
lator. in §. oſtenſo, in addit. quæ incipit: *dixit
Rolandinus*, cuius auctoritati innititur Ruin.
quem ſequuntur *Decian. Menoch. & Farinac.*
non firmat id, ad quod allegatur, cum ſolùm
14 aſſerat, quòd Notario non ſit credendum, ſi
antequàm fuiſſet data copia Inſtrumenti,
de quo fuerat rogatus, ſcripſit in margine,
cancellatum. de voluntate partium; ideòque
cancellauit illud, quod primò, tamquàm
rogatus à partibus, ſcripſerat, quia ſoli
Notario non creditur, an contractus inter-
ceſſerit, vel ab eo fuerit receſſum, & propte-
reà benè procedit dictum eiuſdem Io. *Andr.*
quòd non ſit credendum ſoli Notario, ſi
dicat, Inſtrumentum cancellatum de volun-
tate partium, cum id ei non ſit permiſ-
ſum; Sed de cancellatione teneatur aliud In-
ſtrumentum celebrare, vt poſt *Bald. conſil.
7. lib. 6. Malnaſ. conſ. 69.* aduertit *Rouit. in
Prag. 2. de Notar. num.* 18. Creditur tamen
Notario, an Inſtrumentum fecerit; idcircò,
cũ doceat de Inſtrumento, licèt adſit Apo-
ſtillæ; cum tamen ſit conſcripta manu eiuſ-
dem, ei eſt ſtandum non enim adeſt diuerſi-
tatis ratio, quòd ei credatur, ſi adeſt uerbũ
approbo, & ſi non adeſt, non credatur, quia,
cũ ſit manus eiuſdem, facilè fuiſſet illud,
apponere; prout optimè arguit *Coccin. d.
deciſ. 467. nu. 4. & duob. ſeqq.*

15 Solùmque prædictæ auctoritates contra-
riæ poſſent fortaſsè procedere, quoties ex
inuerisimilitudine; alijſque circumſtantijs
prudentis Iudicis arbitrio diligenter pen-
ſandis in ſingulis caſibus contingentibus,
Apoſtilla redditur ſuſpecta de falſitate, pro-
ut, ſi ſequeretur abſurdum, quòd Teſtator
magis iam natos, & notos grauaſſet, quám
non natos, & ignotos, in quibus terminis
loquitur *Ruin. d. conſ. 68. num. 5. verſ. non eſt
ergo veriſimile, lib. 4. Decian. d. conſ. 99. num.
24. 27. & ſeqq lib. 2.* ubi paritèr de abſurdo,
quòd remotior proximiori præferatur.

16 Vel, quando ex præcedentibus, & ſubſe-
quentibus, ex quibus media declarantur,
colligi poteſt contraria uoluntas Teſtato-
ris, uel contrahentis omninò repugnans A-
poſtillæ, & in hac ſpecie loquuntur, *Caſtren.
d. conſ. 131. ad fin. verſ. quòd adinuatur etiam,
lib. 2. Ruin. d. conſ. 68. num. 5. verſic. & ex ſe-
quentibus, lib. 4.* ubi ad finem, maximè, ne
ſequatur immediata correctio, *Menoch. de
arbitrar. d. caſu* 187. *num.* 34.

17 Vel, quando ſcriptura, concurrentibus
etiam alijs adminiculis ſuſpicionem falſita-
tis ſuadentibus, eſt recentior in Apoſtilla,
quám in corpore, prout in caſu *Ruin. d. conſ.
68. num. 5. verſ. & quia etiam, lib. 4. Farinac.
de falſit. d. qu. 153. num. 15. & 20.*

18 Vel demum, ſi Apoſtilla non benè cohę-
reat cum conſtructione orationis, aut pro-
portione materiæ, prout ſingulariter poſt
Menoch. præsũpt. 20. n. 25. lib. 5. aduertit, *Rot.
in rec. deciſ. 140. num. 11. par. 4. tom. 2. repetita,
cor. Dunozett. Sen. dec. 229. num. 11.*

19 Cæterùm, prædictis circumſtantijs ſemo-
tis, coaceruatim, vel ſingulariter prudentis
Iudicis abitrio examinandis, principalis
concluſio ſuperiùs firmata procedit ſine dif-
ficultate, quando Notarius de Matrice ro-
gatus, dum Inſtrumentum in nitidum re-
duxit, Apoſtillas, & additiones propria
manu conſcriptas in corpore Inſtrumenti,
inſeruit, *Bich. deciſ. 608. num. 2. Cardin. Cerr.
deciſ. 620. num. 1. et ſeq. Rot. in recent. d. deciſ.
276. ſub num. 3. part. 2.* vbi, quód hinc mani-
feſtè colligatur, fuiſſe ſcriptas manu eiuſ-
dem Notarij, *& deciſ. 541. num. 53. part. 5.
tom. 2.*

20 Prædictorum verò omnium ea eſt potiſſi-
ma ratio, quia, quando apoſtillæ, & addi-
tiones apparent conſcriptæ manu Notarij,
præſumuntur appoſitæ ex ordine Teſtatoris
*Bertazzol. conſ. 14. num. 10. Alex. conſ. 104.
num. 9. lib. 7. Pariſ. conſ. 28. nu. 35. lib. 2. Bocr.
conſ. 95. n. 12. lib. 3. Menoch. de adipiſc. remed.
11. num. 724. Bich. d. deciſ. 608. num. 1. Card.
Cerr. dict. deciſ. 620. num. 1. & ſeq. Rot. in
rec. dec. 367. num. 1. poſt 2. vol. conſ. Farinac.*
Et in fortioribus terminis de cãcellatione,
*Zucchar. in l. fin. n. 336. Cod. de edict. diu. Adr.
tollend. Maſcard. de probat. concluſ. 259. nu. 1.
& concluſ. 1261. num. 18. Card. Ottobon. deciſ.
244. num. 25. & ſeq.*

21 Aut uerò Apoſtillæ, & additiones non
non fuerunt propria manu Notarij conſcri-
ptæ; ſed ab eodem reperiuntur ſubſcriptę,
& approbatæ, & tunc benè probant, *Decian.
d. conſ. 91. num. 29. lib. 3. adden. ad Buratt. dec.
456. in fin.* & ſufficit, quòd Apoſtilla fuerit
22 à Notario approbata, etiam in fine Inſtru-
menti, neq; requiritur approbatio in margi-
ne, *Coccin. deciſ. 467. num. 2. & ſeqq. Card.
Cerr. d. deciſ. 620. nu. 1. & ſeq.*

23 Non tamen ſufficeret generalis ſubſcri-
ptio, etiam reſultans ex clauſula, *Actum*, ap-
poſita in fine Inſtrumenti, uel Teſtamenti,
aut Codicilli; cum enim Apoſtillæ cenſean-
tur eſſe extrà corpus ſcripturæ, non reci-
piunt robur á generali ſubſcriptione; Sed
particulari indigent approbatione, ut ſin-
gulariter, *Rota in Romana cenſus de Vellis,
10. Decembris* 1597. *cor. Corduba*, ubi, etiam
24 ſi Apoſtilla ſit ſcripta eadem manu, qua eſt
ſcriptum totum ipſum corpus ſcripturæ,
quód eſt ualdè ponderandum in pręſenti fa-
cti ſpecie.

25 Huiuſmodi uerò concluſio eſt intelligen-
da cum hoc temperamento, ut, ſcilicet, No-
tario atteſtanti, ſe interlineaſſe, uel feciſſe
Apoſtillam, tunc demum fides ſit adhiben-
da, ſi interlineatura fuerit de corpore ſcri-

pturæ,

pturæ, ſcilicet, ante ſignum, uel ſubſcriptionem Notarij; ſecus, ſi in margine, uel poſt ſubſcriptionem; tunc enim requirit diem, & teſtes, ita ſingulariter, *Bald. in l. ſi vnus 12. num. 2.* ibique *Iaſ. num. 9. Caſtrenſ. num. 5.* qui dicit perpetuò menti notandum, *Alex. num. 8. C. de teſtam. Felin. in cap. ex litteris, num. 10. in 5. declarat. verſ. vbi autem de fid. Inſtrum.* Idque ea potiſſimùm ratione per DD. ſuperiùs allegatos, adducta, quia nempè, potuiſſet illemet Notarius ex interuallo falsò addidiſſe, ideòque ei non ſit ſtandum.

26 Aut uerò Apoſtillæ non ſunt ſcriptę manu Notarij, neque ſubſcriptæ, neque minus ab eo ſpecialiter approbatæ, & tunc indubitati Iuris eſt, quòd nullam prorſus fidem mereantur, *l. 1. §. & ideò*, ibique ſignanter, *Bald. & cæteri, ff. de his, quæ in teſtam. delent. l. ſi vnus 12.* ibique *Bart. num. 3. Bald. num. 1. in fin. Angel. num. 2. Caſtrenſ. num. 5. Iaſ. nu. 9. Cod. de teſtam.* benè *Alex. conſ. 104. num. 6.* circa medium, *verſic. nec debet attendi, lib. 7. Decian. conſ. 100. num. 10. et 45. lib. 2. & conſ. 91. num 29. lib. 3. Ruin. conſ. 68. num. 5. lib. 4. Farinac. de falſit. quæſt. 153. num. 7. & ſeq. Adden. ad* Baratt. *deciſ. 456 in fin. Card. Mant. deciſ. 357. Card. Millin. dec. 209. Card. Caual. deciſ. 552. num. 6. Rot. in rec. deciſ. 541. nu. 51. part. 5. tom. 2. & deciſ. 370. nu. 14. part. 17.* & poſt *Cenc. de cenſib. deciſ. 379. num. 6.* iuxtà Taurinenſem impreſſionem anni 1638.

27 Quòd tamen limitatur pluribus modis, uel, quando Apoſtilla à Notario non ſubſcripta reperitur à partibus approbata, cum exequutione contentorum in eadem Apoſtilla; tunc enim rectè probaret, licèt non fuerit ſcripta, neque ſubſcripta à Notario; ut poſt *Alex. conſ. 14.* ubi *adden. verſic. alios*, allegat cõcordãtes, *lib. 6.* Rot. *in rec. d. deciſ. 541. num. 52. par. 5. tom. 2. & dict. deciſ. 370. num. 16. par. 17.*

28 Vel quoties conſtat de illius ueritate ex alio inſtrumento, Rot. *in recent. dict. deciſ. 541. num. 52. part. 5. tom. 2.* & poſt *Cenc. de cenſ. dec. 379. num. 7.*

Idemque aſſerendum, quando continet id, quòd tacitè inerat in Inſtrumento, quo caſu carere ſuſpicione, in ſpecie dixit *Rot. dict. deciſ. 379. num. 7.* poſt *Cenc. de cenſ.*

29 Vel demum, quãdo fuit in aliquo contractu inſertus totus tenor inſtrumenti, in quo adeſt Apoſtilla, & partes illud approbarunt, *Card. Cerr. dict. dec. 620.*

Hac igitur diſtinctione pręmiſſa, omninò recepta iuxta ſenſum Rotę, communemque Interpetrum ſententiam, inſpiciendum eſſet in præſentia, an apoſtilla additionalis, de qua adeſt controuerſia, appareat ſcripta manu Notarij; Si enim hoc probaretur, verſaremur in primo diſtinctionis membro, & clauſula, *Actum*, operaretur, etiam ſuum effectum, tàm circa rogitum, quàm circa ſuppletionẽ ſubſcriptionis, aliarumque ſolemnitatum, ex quibus reſultat perfectio, & publicatio actus, ex ſupra allegatis; Niſi tamen concurrerent aliquæ ex ſupradictis coniecturis, ſeu circumſtantijs, ex quibus falſitatis ſuſpicio valeat reſultare.

Aut verò Apoſtilla non apparet ſcripta, neque ſubſcripta manu Notarij, prout in facti ſpecie mihi propoſita ſupponitur; ſed potiùs ab alio, diuerſo atramento, & in hoc caſu eſſet diligenter conſiderandum, an probetur, fuiſſe ſcriptam eadem manu, qua fuit ſcriptum totum corpus Codicillorũ; licet diuerſo atramento; vel potiùs manu diuerſa.

30 Si diuerſa manu, & rem exiſtimo, eſſe in claris pro hærede; Suſpicio enim falſitatis arguitur in apoſtilla, quãdo adeſt diuerſitas manus, ſiue atramenti, *Bald.* in his terminis *in l. noſtram, Cod. de teſtam. Farinac. de falſit. quæſt. 153. num. 10. Rot. in recent. dec. 185. num. 10. part. 10.* & regulariter falſitatis ſuſpicio oritur ex diuerſitate manus, *gloſ. in cap. in memoriam*, verbo *falſam*, *verſ. item dicitur falſa diſtinct. 19. Hoſtienſ. in cap. inter dilectos, num. 14. ad fin. de fid. inſtrum. Specul. in tit. de Inſtrum. edit. §. poſtremò, nu. 19. verſ. item, quòd habet ſubſcriptiones, Soccin. Iun. conſil. 41. num. 7. lib. 1. Valenzuol. conſil. 121. num 51. Crauett. conſ. 134. num 7. Cephal. conſ. 287. num. 27. & ſeq lib. 2. Menoch. de arbitrar. caſ. 187. num. 35. & ſeqq. & lib. 5. præſumpt. 20. num. 8. & conſ. 199. num. 7. verſ tertiò arguitur falſitas, lib. 2. Farinac. de falſit. quæſt. 153. num. 112. Rot. in recent. dec. 59. n. 7. p. 13. & dec. 272. num. 18. par. 11.*

Si verò conſtet, apoſtillam additionalem eſſe ſcriptam eadem manu, qua fuit ſcriptũ totum corpus Codicillorũ; licet diuerſo atramento, & adhuc exiſtimo, poſſe in Iure ſubſtineri, quòd huiuſmodi apoſtilla nullam mereatur fidem, non ſolùm, quia non caret magna ſuſpicionẽ falſitatis, dum apparet addita diuerſo atramento, ex ſupra firmatis.

Sed potiùs, quia requirebatur, vel ſubſcriptio, vel approbatio Notarij ad confirmandam Apoſtillam; prout ſuperiori loco eſt demonſtratum in ſecundo diſtinctionis mẽbro.

31 Neque generalis ſubſcriptio, & approbatio fortè reſultans ex clauſula, *Actum*, poteſt extendi ad roborandam fidem Apoſtillę additionalis; quamuis probetur, illam fuiſſe ſcriptam ab eo, qui ſcripſit integrum corpus Codicillorũ, quod poſſet ex aduerſo eſſe motiuũ magnifaciendũ in hac controuerſia.

Eſt enim animaduertendum, quòd requirebatur ſpecialis ſubſcriptio, cum approbatione Apoſtillę additionalis, ſuppoſito, quòd

eadem Apoſtilla non reperiatur ſcripta ma-
nu Notarij, prout firmat *Rot.in dict. Roma-
na Cenſus de Vellis* 10.*Decembris* 1597. *cor.
Corduba*, vbi de apoſtilla ſcripta eadem ma-
nu, qua apoca.

Fortiùs hoc procedit, quia, cum apoſtilla
32 legatur addita circá ſubſtantialia, utpotè eſt
ſubſtitutio in caſum obitus hæredis ſine fi-
lijs, quæ alterat totum negotium, totamque
Defuncti voluntatem, eó magis præſumitur
falſitas, & cautiùs per Iudicem eſt agendum,
quàm in alijs, quæ non ſunt tám magni effe-
ctus, & præiudicij, prout rectè admonet *De-
cian.conſ*.100.*n*.45.*lib*.2.

Tantòque magis huiuſmodi ſuſpicio au-
33 augetur, quia non conſtat, Notario fuiſſe
cognitam Teſtatricem, prout requiritur, at-
tenta Reformatione Sanctæ Mem. *Pauli V.in
tit.de Notar.* Tribunal. *Vrb.* §. *Notarij ne au-
deant*, vbi, quòd de huiuſmodi cognitione
facere debeant mentionem in Inſtrumento.
34 Idemque procedere in ſatis probabili ſen-
tentia, inſpecta Iuris Communis diſpoſitio-
ne, dixit *Bald.in l.fin* §.1.*col*.5.*Cod.de* Iur.*de-
lib.* Io:*de Graſſ.in tract.de ſubſtit. procurat.re-
quiſit*.8.*num*.2. latèque comprobat *Theſaur.
Iun.quæſt*.78 *num*.1.*lib*.2. & quemadmodùm
dicitur de teſte, quod debet cognoſcere con-
trahentes, ſicut, & contrahentibus teſtes de-
bent eſſe noti, vt dicit *Iuſtinian. in* §.*opor-
tet, auth.de inſtrum.cautione*, ubi *gloſ*.in ver-
bo *maximè*, & alia, *gloſ.in d.auth.*§.*ſi quis igi-
tur*, verbo *nouerunt*, *Bart.in l.non minorem*,
in fin. Cod.de tranſact. Ita idem aſſerendum
de Notario, qui inter teſtes numeretur,
gloſ.in dict.§.*oportet*, uerbo *inter quos*, prout
rectè arguit *Theſaur. loco proximè laudato*;
quidquid in contrarium aſſerat idem *Bald.*
ſibi ipſi aduerſans, *in rub. Cod. de fide In-
ſtrum.num*.21. *verſ.venio ad ſecundum*, *Ca-
gnol. in l.ſi librarius*, *num*.64. *ff de reg.Iur.
Ruin.conſ*.189.*num*.17.*lib*.1. *Surd. conſ*.132.
num.76.*Ciroec.diſcept*.53. *num*.30. *Hier de
Laurent. dec*.64. *num*.8. & *dec*.107. *num* 4.
Boer.deciſ.108.*num*.4.*Rota deciſ*.35.*num*.20.
poſt compend.ad ſtatut.Perug.Buratt.dec.211.
num.17.

Verùm, quia in Codicillis poſt clauſulam,
Actum, adnotantur quinque teſtes, fortè ad
remouendas prædictas difficultates, poſſent
Moniales hæredes examini ſubijcere eoſdem
teſtes ad effectum probandi, Apoſtillam
additionalem fuiſſe additam de ordine Te-
ſtatricis, qua probatione facta, cum agatur
de diſpoſitione fauore piæ cauſæ, utique
35 illa poſſet probari, etiam teſtibus, abſque
alia ſolemnitate; ſufficit enim probatio na-
turalis, iuxta diſpoſitionem *Tex.in cap.rela-
tum*, il primo, *de teſtam. Cardin.Mantic. de
coniectur.lib*.6.*tit*.3.*num*.4.& *ſeq.Fragoſ.de
regim.Reipub.Chriſtian.par*.3.*lib*.4. *diſput*.7.
num.62.& *ſeqq*.ubi, quòd duo teſtes non re-
quirantur ad ſolemnitatem, ſed ſolùmmo-
dò ad probationem. benè *Leſſ.de Iuſt.& Iur.
lib*.2.*cap*.19 *dub*.1, *num*.4. vbi elegantem,
valdèque piam rationem reddit, quia nem-
pè, finis poteſtatis Eccleſiaſticæ eſt ordina-
re hominum actionem ad finem ſupernatu-
ralem, qui eſt ſalus Animæ. & conſequenter
poteſt ſubmouere, & tollere omnia, quæ ſtu-
dium, curſumque bonorum operum ad ſalu-
tem Animæ pertinentium, impediunt, quem
refert, & ſequitur *Sadarin.reſponſ*.40. *nu*. 12.
& *ſeq. Cardin.Caualer. deciſ*.27.*num*.1. latè
Cardin.Cerrus dec.511.*n*.15.& *ſeqq*.
36 Idque, etiam procedere in foro ciuili, &
in ſtatibus Eccleſiæ non ſubiectis, affirmant
Hoſtienſ in dict. cap.relatum, ibiq; *Zabarell.
num*.2. *Butr. in cap.cum eſſes*, *num*.3. *verſ.&
credo, de teſtam*.ibique *Couarr.n*.2.*in fin.verſ.
ſecundò, Clar.in* §.*teſtamentum*, *quæſt*.57.*nu*.
2. *Cardin.Mantic.de coniectur.dict.tit*.3.*nu*.4.
verſic.& quidem, *Fragoſ.dict. diſput*.7. §.4.
num.65.*Guid.Pap.dec*.543. qui teſtatur, ita
ſeruari in Gallia, *Gizzarell.dec*.46. referens
ita deciſum per Sacrum Conſilium Neapo-
litanum, ibique *Mele*, & *de Mari in addit.
Cardin.Caualer.dict.deciſ*.27.*nu*.1. Reproba-
ta contraria ſententia *Io:Andr. in dict.cap.
cum eſſes in fin*.ibique *Zabarell. num*.2. *An-
charan.num*.8.*Odofred.in l*.1 *num*.6. *verſ.nos
Ciuiliſtæ, Cod. de Sacroſ.Eccleſ.* ibique *Albe-
ric.num*.2.*Alex. conſ*.17.*lib*.3. quorum opi-
nio procedere poteſt, quoties agitur de di-
ſpoſitione ad cauſas prophanas, *Gizzarell.
dict.dec*.48.*num*.7.
37 Adde, ut non requiratur, quòd teſtes ſint
rogati; ſed ſufficiat quomodocumque inter-
uenerint, *Hoſtienſ.in cap.cum eſſes*, *num*.4. *de
teſtam*. ubi aſſerit, quód pro hac ſententia
aſſiſtat lex diuina, lex Canonica, & genera-
lis; conſuetudo Eccleſiæ, & pro contraria
ſit lex humana, & pernicioſa ſubtilitas, ibi-
que *Anchar an.nu*.6.*Boch.num.eodem*, & 10.
Imol.in dict.cap.relatum, *num*.9. & 15. vbi
reſpondet, verbo *requiſitis*, de quo in illo
textu, quod non referatur ad teſtes, quòd
debeant eſſe rogati, ſed ad Iudices, quòd, ut
valeant iudicare cauſas pro relictis Eccle-
ſiæ, vel ad pias cauſas, debeant requirere, ut
fiat probatio ipſorum relictorum per duos,
vel tres teſtes, ibique *Abb. num*.3. *Bart.in l*.
1.*Cod.de Sacroſ.Eccleſ.num*.75.& 76. *Clar.in*
§.*Teſtamentum*, *quæſt*.6. *Honded. conſil*.77.
num.10.*lib*.1.optimè *Gizzarell. dec*.45. ibi-
que *Addentes per tot.* dummodò tamen ſint
38 idonei, ſaltem idoneitate ordinaria ad cō-
cludendam perfectam probationem natura-
lem; non enim requiritur, quòd ſint omni ex-
39 ceptione maiores, ſed ſatis ſit, tales eſſe,
qui nulla legitima exceptione repelli poſſint;
ita *Io:de Lignan.* & *Franc. de Rampon*, quos
re-

Digitized by Google

refert, & ſequitur Imol.in l.1.§ ſi quis neget, num.10. verſ.dicit tamen, ff.quemadm.teſtam. aperiant. Socein.Sen.conſ.55.num.8.verſ.quia reſpondetur, vbi,quód in dubio teſtes dicantur omni exceptione maiores, qui legitima exceptione repelli non poſsũt, Houded.conſ. 77.num.22.& ſeqq.lib.1. qui num.27.reprobat Pariſ.conſ.24.num.16.& ſeqq. lib.3. dicens in terminis cap.cum eſſes,de teſtam.malè loqui, quando enim lex loquitur de teſtibus idoneis ſimpliciter intelligitur de idoneitate ordinaria, prout probat text.in l.optimã,C. de cõtrab.& committ. ſtipulat.ibi: Vel ſaltẽ per teſtes vndiq;idoneos,et omni exceptione maiores oſtenderit,ideóq; quando lex deſiderat teſtes magis idoneos,loquitur de teſtibus;indeq;idoneis,& omni exceptione maioribus;indeq;colligitur,ſub ſimplici idoneorũ appellatione eos non contineri;nã alioquin verba illa,vndique idoneos,et omni exceptione maiores,eſſent ſuperflua: Cõtraria verò ſententia Bart.in l.1.§.ſi quisneget, n.12. verſ.ſed ſi perſona,ff.quẽadmod teſtam.aperiat. quẽ alij ſequuntur non procedit quando lex ſimpliciter diſponit,teſtes debere eſſe idoneos,prout dicit text.in d.c.cum eſſes,ſed loquũtur in terminis d.l.optimã,quę ad reprobationẽ exigit Inſtrumenti, teſtes non fiuipliciter idoneos, ſed vndiq;idoneos,omuiq;exceptione maiores,prout conciliando cõtrarias ſententias, optimè declarat, Io.de Imol.in d.§.ſi quis neget,n.10.propè fin.verſ.fortè tamen poteſt dici, Socc.ſen.cõſ.274.n.10.lib.2. & in ſpecie egregiè declarat Rot.in recent deciſ.369.n.10.& ſeqq.p.9.adeòut,etiam fœminæ admittãtur, Cardin.Mantic.dict.tit.3.num.4.& ſeq.Fragoſ. vbi ſupra n.62.& ſeq. & n.65.

40 Quibus firmatis, valdè dubitari poteſt de ſentẽtia, Rot.in Romana hæreditatis 1. Aprilis 1658.§.defectus coram Reuerendiſſimo Albergato, firmantis, quòd requirantur teſtes omni exceptione maiores, de quo in caſus contingentia conſulẽdi Cardin. Mantic.dict. tit.3.num.6.& ſeq. Thor.in add.ad Tiraquell. de priuileg.piæ cauſæ in princ.cap.1. Epiſcop. Sperell.dec.81.num.4. Cardin.de Luca de Teſtam.diſc.14.num.4.ubi,an Religioſi ſint ido-
41 nei teſtes in legato facto propriæReligioni.

Quò verò ad ſecundum articulum, An ſuppoſito, quòd poſſit dubitari de Rogitu Codicillũ, vel ſaltem apoſtillæ additionalis, ſubſtineri valeant Codicilli, uti ſcriptura priuata continens diſpoſitionem ſubſtitutionis, fauore piæ cauſæ.

In huiuſmodi materia reſolutio eſt facilis; ſi enim teſtibus in Codicillis adnotatis probari poſſet, Teſtatricem diſpoſuiſſe, prout in Codicillis, etiam reſpectu ſubſtitutionis fauore piæ cauſæ contentæ in Apoſtilla additionali; & utique res eſſet expedita contra hæredem; nam,ut proximè fuit deductum, fauore piæ cauſæ non requiruntur aliæ ſolemnitates; ſed ſufficit, quomodocumque probetur Teſtatoris volũtas per probationẽ tantùmmodo naturalem, ex ſupra firmatis.

42 Semota autem hac probatione per teſtes, non poſſunt ſubſiſtere prætenſi Codicilli, cum non fuerint, neque ſcripti, neque ſubſcripti, ſaltem ſigno Crucis manu Teſtatricis, prout præcisè requiritur Bart.in l.fidèicom.§.1.ff.de legat.3.& in l.ſi is qui teſtamento, ibique Imol.num.6. Aretin. col.2.ff.de teſtam. Tiraquell.de priuileg. piæ cauſ. priuil.4. per tot. Azeued.in l.1.num.31.tit.4.lib.5.nou. recompilat. Clar. in §.teſtamentum, quæſt.7. num.2.latè Rubeus de teſtam.cap.24.num.63. & ſeqq. & num.66. & ſeqq. Vaſq.de ſucceſſ. creat.lib.3.§.22.ſub num.6.Gratian. cap.605. num.20. Fragoſ.de Regim.Reip.Chriſt. par.3. lib.4.diſp.7.§.4.n.66.& ſeqq.Achill.dec.1.de teſtam.Cabed. dec.129.num.12. Andreol.controu.331.num.7.& 356.num.2. & ſeqq. ubi plures refert, Cardin. de Luca de teſtam.diſc. 14 num.5.& diſc.15.num.2. Rot.in rec.deciſ. 108.num.2.12.& ſeq.par.6. Buratt deciſ.475. num.2.Card.Caualer. deciſ.553.nu.1. ubi etiã ſi careat die, ac Conſule, Valaſc.deciſ.67.nu. 1.Maſtrill.dec.132.num.16. Fontanell.deciſ. 50.n.21.Randenſ.dec.46.Card.Cerr. dec.511. n.15.& ſeqq.ubi, quòd, deficientibus teſtibus, debeat probari diſpoſitio ad pias cau-
43 ſas per ſchedulam manu Teſtatoris ſcriptã, vel ſubſcriptam, quod utique ſufficeret;cum communi ſenſu DD. ſit reprobata ſententia affirmans, quòd attenta diſpoſitione d.cap. relatum, de teſtam. perneceſsè requiratur interuentus, ſaltem duorum Teſtium, dum idem Text. in Diuino Oraculo principaliter ſe fundet, quòd in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum; Ideòque, ubi ad minus non adſint duo teſtes, teſtamentum, vel alia vltima voluntas, neque etiam fauore piæ cauſæ,ſubſtineri poſſet,ex authoritatibus allegatis per Magdalen. de num. teſt. p.2. cap. 1.num.6. Tiraquell.& adden. de priuileg.piæ cauſæ, priuil.1. qui cum hoc præſuppoſito procedunt,ut ſaltẽ duo teſtes adeſſe debeãt.

44 Siquidem contraria opinio eſt receptiſſima,vt,quoties non obſtat defectus recognitionis, vel aliter imperfectionis voluntatis, ſola ſchedula diſponentis manu ſcripta, vel ſubſcripta ſatis,ſuperque ſufficiat abſque neceſſitate teſtium,quos d.Decretalis enunciat demonſtratiuè, non autem taxatiuè; ita indicando, quód ſufficiat ſola pr[illegible]atio naturalis,abſque alia Iuris poſitiui [illegible]olemnitate, quo poſito, vindicat ſib[illegible]ocum quæcumque alia ſpecies prob[illegible]nis naturalis, quæ illi ſactæ per duo[illegible]ſtes æquipolleat.

45 Si enim de Iure [illegible]cium tota eſſentia teſtamenti conſiſ[illegible] in ſimplici voluntate, non eſt [illegible] facienda differentia, ſiue

probetur per teſtes, ſeu alio legitimo modo, neque ex eo, quòd in prædicta *Decretali* exemplificetur vnus modus probandi per duos teſtes diſpoſitiones ad pias cauſas, excluduntur alij modi probandi teſtamenta, uoluntatemque teſtatoris, quia exempla non reſtringunt regulam, *l.damni infecti ſtipulatio, ff. de damn.infecto,* rectèque in his terminis admonent, poſt plures allegatos, *Andreol.d.controu. 356.num.11. Card.de Luca de teſtam.diſ.14.num.5.et ſeqq. & diſc.15. n.2.* alijque proximè laudati.

Idque etiam comprobatur per diſpoſitionem Iuris poſitiui in *Auth.quod ſine,Cod. de teſtam.* & in corpore,unde ſumitur, ut inter liberos,etiam ſine teſtibus ſola ſchedula ſufficiat, *Alex.conſ.4.num.10.lib.7.Menoch. conſ.567.num.14.Caball.conſil.deciſ.106.nu. 10.lib.2.* idemque in teſtamento militari, *l. milites 16.C.de teſtam.militar.§.1.Inſt.de milit. teſtam. Corn. conſ.118.ſub num. 7.lib.3. Vaſq.de ſucceſs.creat.p.1.lib.3.cap.24.ſub n. 11. Barry de ſucceſs.lib.1. tit. de teſtam.milit. num.1.verſ.etiam,Boſs.quæſt.moral.tom.2.tit. 11.de teſtam.milit.§.1.ſub num.1.*alijque adducti per *Rot.in rec.dec.150.num.6. & ſeqq.*
46 *part.12.* ideoque ualidè procedit argumentum à diſpoſitione inter liberos ad diſpoſitionem ad pias cauſas, nàm ambo a uinculis Iuris ciuilis ſunt ſoluta, *Ruin.conſ.71.nu. 18.lib.3. Corn. conſ.307.num.6. & ſeq. Euerard.loco argum.cap.57.tit. à milit.ad Eccleſ. ad piam cauſam,Clar.in §.teſtamentum, qu 6. num.1.Gratian.cap.605.num.22.& cap.895. num.27.Andreol.controu.356.num.8.Cardin. Mantic.de coniect.vlt.volunt. lib.6.tit.3.nu.4 Magdalen.d.num.teſt.in teſtam.requiſit.par.2 cap.1. num.28.& cap.3.num.2.Achill.dec.1. de teſtam.Card.Caualer. deciſ.553. num.1. & ſeqq.Buratt.deciſ 475.num.1.& ſeq.* Rot. *in rec.dec.289.n.1.& ſeq.par.10.*

47 Iſtamque eſſe ueram rationem, cui dicta *Decretalis*, innititur, benè, & magiſtraliter firmat, *Abb.conſ.32. num.2. & ſeqq. part.2. Card.de Luca de teſtam.diſc.14.nu.5.& duob. ſeqq. & diſcurſ. 15. num.2.* alijque ſuperiùs adducti.

48 Quò ad tertiam inſpectionem,priuilegium piæ cauſæ procedit, nedùm,quando eadem pia cauſa eſt inſtituta; ſed etiam ſubſtituta; ſufficit enim,quòd caſus ſubſtitutionis euenerit;ita in terminis,*Card.Zabarell.conſ.133 num.3.verſ.et præcipuè,Mart.de ſucceſs.legal. par.4.qu.8.art.2.num.5. Merend. controu.25. num 20.in fin.lib.5. Fragoſ.de regim. Reipub. Chriſtian. par.3.lib.4. diſput.7. §.4. num.70. Fagun.de Iuſt.& Iur.lib.6.cap.3.num.19.Molin.eod.tract.diſput.134. §.teſtamentum,Dicaſtill. de Iuſt. & Iur. tom.2. lib.2. tract.19. diſp.1. num.111. fol.1090. Dian.reſolut. moral.part.7.tract.6.tit.de teſtam. priuileg.reſolut.1.in princ.* nouiſſimè *Sadarin. reſponſ.40. num.7. Card.de Luca de teſtam.diſc.28. nu.15. Viu.deciſ.5.num.14.lib.1.* Card.Cerr.d.deciſ. *518.num.18.repetita in recent. deciſ.150.nu. 24.& ſeqq.part.12.*Quidquid in contrarium
49 ſenſerint aberrãtes à communi,*Butr.in cap. quod clericis,col.2.verſ.idem puto de for.compet.Salicet.in Auth.caſſa,num.7.* Cod. *de Sacroſanct.Eccl. Soccin.conſ.115. num.7.lib.4. addi.ad* Buratt.*deciſ.475. num.17. Rot.in Zamoren. teſtamenti 9. Martij 1592. cor. Card. Arigonio,* affirmantes, quòd teſtamentum non dicatur ad pias cauſas, quando eadem pia cauſa eſt ſubſtituta *in* incertum, remotumque effectum.

Tandem,quò ad quartum articulum, an admiſſa exiſtentia,& legalitate Codicillorũ, potuerit Teſtatrix inſtitutioni purè factę in teſtamento addere in eiſdem Codicillis ſubſtitutionem in caſu obitus hæredis ſine filijs fauore Monialium, puto affirmatiuè reſpondendum.

50 Licet, enim hæreditas non poſſit directò dari, neque adimi codicillis, tamet ſi inter liberos facti ſint, *l.2.§.vltimo ff.de Iur.Codicillor.l.2.C.de Codicill.§.codicillis,Inſt.eod. l.hereditas 4.C.de his quib.vt indign. Bald.in l.filij,num.7.* Cod.*famil. erciſc.* ibique *Salicet. num.5. & in l.humanitatis, num.55. Cod.de impub. & alijs ſubſtit. Ang.in l.1.nu. 3. uerſ. idem ſecundum, ff. de iniuſt. rupt. & irrit fact.teſtam.*ibique latè Imol.*nu.4* Iaſ.*in l.omnimodò,num.9.Cod.de inoffic.teſtam.Natt. in l.hac conſultiſſima,§.ex imperfecto,nu.212* Cod. *de teſtam.*Roman.*cons.179.nu.12.verſ. quò ad ſecundum,Ruin. conſ.37. num.8. lib.1. & conſ.15.num.16. verſ.ſimiliter, lib.2.* Bertrand.*conſ.70. Altograd.conſ.78.nu.33.lib.1.* Card.*Mantic.de coniectur.lib.1.tit.8. num.1.* latè *Gratian. diſcept.502.num.1. Molin. de primog Hiſpan.lib 2.cap.2.num.28.* Neque, etiam poſſit in Codicillis directò ſubſtitui, *Curt.Iun.conſ.72.num.3 & conſ.266. nu.21. & conſ.315.num.14.& num.55. & ſeq. Landulf lib.1.vlt.volunt.conſ.155.nu 6. Gratian. cap.902. Rot.in rec.dec.147. num.13.p.9.*

51 Poteſt tamen,tám ademptio, quàm ſubſtitutio Iure obliquo ualere, cum in Codicillis abſque dubio poſſit hæreditas obliquè dari per fideicommiſſum, *l.2.ff. ad* Trebell. *§.fin.Inſt.de* Codicill. *l.2. verſ. verbis tamen, C.de Codicill.Surd.conſ.232.n.18. lib.2.Menoch. conſ.942.n.8.et ſeqq. Molin.de primog. Hiſpan.lib.2. cap.8. num.38. Caſtill.controu. p.4.cap.22.num.73.et ſeqq. Rocc. reſponſ.44. num.14 lib.1.Turret.de effect. clauſulæ Codicill.quæſt.77.num. 18. Gratian. diſcept.902. num.2.Card.de Luca de teſtam. diſc.21. nu.8. Rot.in rec. dec.97.num 9.et ſeq.par.7. et dec. 4.num.5.par.17.*

Quinimò, quamuis,attento Iuris rigore

Codi-

Digitized by Google

Codicillis directò non detur, neque adimatur hæreditas, ex proximè allegatis; ex equitate tamen obliquatur, & ſubſtinetur ademptio, in uim fideicommiſſi, quatenus in præcedenti teſtamento adeſt ualida hæredis inſtitutio, per *text. in l. Seeuolę 76. ff. ad Trebellian. l. 2. §. fin. ff. de Iur. codicill.* ibi, *ſed ex fideicommiſſo petitur*, ubi *Bart.* & ſcribentes, *Piccard. in §. Codicillis, num. 12. inſtit. de Codicill. Pariſ. conſ. 41. num. 52. & ſeq. et conſ. 91. nu. 21. lib. 2. Molin. de Hiſpan. primog. lib. 2. cap. 8. num. 38. Mattierz. in l. 2. tit. 4. lib. 5. gloſ. 9. num. 16. et ſeq. Caſtill. tom. 4. controu. cap. 22. num. 75. Rot. in recent. dec. 97 num. 10. part. 7. et deciſ. 4. num. 5. et ſeq. p. 17.*

52 Neque aduerſatur, *Alex.* in contrarium allegatus *in l. 2. num. 4. C. de Codicill.* ibique *Iacob. de S. Georgio eod. nu. 4.* affirmans, quòd, facta pura Inſtitutione in Teſtamento, non poſſit in Codicillis addi conditio.

Id enim eſt intelligendum de conditione directa, quæ non poteſt obliquari, putà, *ſi Nauis ex Aſia venerit*; tunc enim, quia hæreditas ſub una conditione in Codicillis data, ſub contraria cenſetur adempta, *l. aliquando, 106. ff. de condit. et demonſtrat. l. ſi legatum purè, ff. de alim. legat. Oſaſc. deciſ. 166. num. 4. Surd. deciſ. 202. num. 7.* Meritò conditio, quæ non poteſt Iure obliquo ualere, non poteſt adijci inſtitutioni purè factæ in Teſtamento; ſequeretur enim directa hæreditatis ademptio, quæ ex allegatis eſt prohibita in Codicillis.

53 Cæterùm ſublata remanet qualibet difficultas; quemadmodùm enim in teſtamento militis reperitur diſpoſitum, ut, etiam Codicillis hæreditas directò adimi ualeat, *l. militis, ff. de milit. teſtam. Vaſq. de ſucceſs. creat. lib. 3. §. 25. num. 15. Boſs. de teſtam. militar. tit. 11. §. 2. num. 35. et ſeq.* ita, etiam idem dicendum in teſtamento fauore pię cauſæ condito, ut hæreditas, etiam Codicillis directò adimi poſſit, iuxta magis receptam, uerioremque ſententiam, quam firmant *Bart. conſ. 68. num. 2. lib. 2.* quem ſequuntur, *Iaſ. in l. 1. num. 2. in 3. limit. C. de Codicill. Gugliem. de Benedict. in cap. Raynutius, §. 3. num. 58. Baldas. Thomas. tract. 10. de diſpoſit. ad pias cauſas, cap. 43. num. 92. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3. §. 25. num. 9.* benè, alijs allegatis, *Fuſar. conſ. 94.* per tot. ſignanter, *num. 10. et ſeq. Card. de Luca de teſtam. diſc. 20. num. 7. et 9.*

54 Neque audiendus eſt *Bald. in l. 1. nu. 146. et ſeqq. C. de Sacroſanct. Eccleſ.* in ſpecie affirmans, ut, neque etiam fauore piæ cauſæ hæreditas directò Codicillis adimi poſſit, eam potiſſimùm ratione afferens, quòd, ſcilicet, Teſtator eligendo codicillari potiùs, quàm teſtari, elegiſſe uideatur uiam incompatibilem ad diſponendum Iure directo, & conſequenter, quòd ita adeſſe dicatur defectus uoluntatis, quem, utpotè Iuris naturæ, fauor cauſæ piæ non ſuppleret quem ſequuntur, *Alex. in l. 2. num. 1. C. de Codicill.* alijque relati per *Vaſq. de ſucceſs. creat. lib. 3. §. 25. num. 97.* qui hinc indè diſputat articulum, atque nihil firmando, relinquit cogitandum, & per *Caſtill.* qui pariter remiſſiuè loquendo, nihil firmat, *lib. 4. controu. cap. 3. num. 9.* allegans diſputantes hanc materiam, *Menchac. de ſucceſs. creat. lib. 3. §. 25. num. 9. Azeued. in l. 2. lib. 4. gloſ. 9. num. 43.*

Siquidem Baldi ſententiæ, nunquàm potui acquieſcere, & opinionem contrariam *Bart.* maiorem auctoritatum aſſiſtentiam habentem, exiſtimaui, ueriorem, ex relatis per *Vaſq. et Caſtill.* locis proximè allegatis, & per *Fuſar. d. conſ. 94.* aliosque ſuperiori loco adductos.

55 Idque, ea potiſſimùm ſatis urgenti ratione; Cum enim pia cauſa naturali Iure, ſolaque naturali ueritate regulari debeat; meritò non admittit Iuris Ciuilis diſtinctiones, ac ſophiſticas ſubtilitates inter directas, & obliquas ſubſtitutiones, ac inter teſtamenta, & Codicillos; ſed tantummodò attendit ipſam naturalem ueritatem, quid, ſcilicet, Teſtator uoluerit; Ideòque, quemadmodùm in teſtamento militari ob ſimpli-
56 citatem lex diſpenſat regulis generalibus, Iuriſque ſophiſticis ſubtilitatibus; ita fortiùs idem dicendum in pijs diſpoſitionibus; prout rectè arguit, *Card. de Luca de teſtam. d. diſc. 20. nu. 9.*

Ratio uerò, per *Bald.* adducta non uidetur releuans, ut nempè, defectus adimendi Codicillis hæreditatem, quæ directò eſt data in Teſtamento, reſpiciat defectum uoluntatis, qui etiam in diſpoſitione ad pias cauſas eſt admittendus.

Siquidem uera eſt *Baldi* propoſitio, iuxta communem ſententiam, ut, ſcilicet, imperfectio, uel defectus uoluntatis fauore piæ cauſæ nullatenus ſuppleatur, quamuis enim *Bart. per illum Text. in l. in teſtamento, ff. de fideicomm. libertat.* affirmauerit, quòd Te-
57 ſtamentum, quamuis alioquin in uoluntate omninò imperfectū, reſpectu diſpoſitorū fauore piæ cauſæ ſubſtineri poſſit, quē ſequuntur, *Abb. in cap. 1. num. 2. de ſucceſs. ab inteſt. Alex. in l. hac conſultiſſima, § ex imperfecto, C. de teſtam. Aretin. in §. ex eo, num. 11. Inſtit. quib. mod. teſtam. infirmen.* & latiùs præ cęteris, *Imol. in l. ſi is qui, ff. de teſtam. Ancharan. conſ. 337. Caſtr. conſ. 456. Dec. conſ. 159. & in cap. 1. de fid. Inſtrum. Couar. in cap. relatum il primo, n. 10. de teſtam. Tiraq. de priuileg. piæ cauſę priuil. 7.* ubi nouiſſimè addentes, *de Marin. quotid. reſol. c. 238. n. 12. lib. 1. Paſchal. de patr. poteſt. part. 2. cap. 8. num. 60. in fin. verſ. nihilominus*, & perfunctoriè, *Roſa conſult. 36. num. 10.*

58 Re-

58 Receptior tamen opinio eſt in contrarium, quòd Tex. in d. cap. relatum. il primo, de teſtam. non ſuffragetur, quò ad defectum, ſeu imperfectionem uoluntatis, ſed ſolùmmodò ſolemnitatis, cum Iuri Naturæ diſpenſari non poſſit, neque Eccleſia, quæ Iuſtitiæ, & ueritatis eſt cultrix, abſque Domini certa, completa, ac determinata uoluntate, habita omninò pro perfecta, ita ut tantummodò ſolemnitates deſiderentur, aliena bona obtinere debeat, prout originaliter, poſt Oldrad. in ſuo celebri conſ. 119., quòd in hac materia reputatur Magiſtrale, neruosè, præ ceteris, ſubſtinent, Cuman. & Caſtrenſ. in l. cum teſtamentum, ff. de teſtam. & conſ. 540. lib. 2. Alber. in l. hac conſultiſſima, § ſi quis autem de teſtam. Dec. in cap. 1. num. 42. de fid. Inſtrum. & conſ 159. num. 13. Rouit. conſ. 41. num. 9. lib. 2. Decian. conſ. 86. num. 14. lib. 2. Iaſ. conſ. 167. ſub num. 5. lib. 4. Clar. in §. teſtamentum, quæſt. 7. Craſs. in §. teſtamentum, qu. 29 num 4. Viu. comun. opin. 888. vbi ex profeſſo reprobat, Abb. Tiraquell. alioſque contrarium ſentientes, Couar. in cap. relatum, il primo, num. 9. verſ. ut pietatis cauſa, Io. Andr. in addit. ad Speculator. tit. de edit. Inſtr. §. compendioſè in addit. incip. ex parte. circa med. verſ. ſed contrarium, Gratian. capit. 550. Mart de ſucceſs legal. part. 4. quæſt. 8. art. 3. n. 11. & ſeq. latè Magdalen. de num teſt. part. 2. cap. 5. nu. 1. & ſeqq. Hier. Pantſchiman. quæſt. Iur. controu. lib. 2. quæſt. 3. nu. 12. & ſeq. Paul. Rub. de teſtam. cap. 7. num. 224. & ſeqq. Card. de Luca de teſtam. diſc. 12. num. 14 Surd. deciſ. 292. num. 11. verſ. magis videtur, ibique Hodieru. in addit. Gamm. deciſ. Luſit 221. num. 3. verſ. decedente, Boer. deciſ. 93. num. 10. Viu. deciſ. 13. num. 11. verſ. non debetur hæreditas Guid. Pap. deciſ. 538. ſub nu. 2. Grammat. dec. 62. num. 15. Magon. dec. Luc. 55. num 2. Leoncil. deciſ. Ferrar. 196. num. 4. Epiſc. Thomat. deciſ. 68. num. 96. Capyc. latr. dec. 7. num. 13. verſic. quamuis, faciat, lib. 1. & deciſ. 140. num. 15. verſ. etiam, quòd pia cauſa ſit inſtitut. lib. 2. & ſeqq. Fontanell. deciſ 51. num. 6. Rot. in rec. deciſ. 576. num. 2. & ſeqq. part. 2. & dec. 108. n. 4. & 21. p. 7. Priolo deciſ. 210. num. 1. & ſeqq. Vbi optimè declaratur materia.

59 Signanter, quia idem Bart. & Abb. in eorum ſententia, neque etiam ſunt conſtantes, dum primus, in l. ſi quis cum teſtamentum, ff. de teſtam. & in l. in Iure, Cod. de manum. teſtam & Alter conſ. 105. lib. 2. contrarium ſentire videantur.

60 Solùmque Bart. opinio poſſet circa Eccleſiæ, vel piæ cauſæ fauorem, in aliquorum ſenſu, ſubſiſtere; quoties imperfectio non verſatur circa ipſam piam diſpoſitionem, ſed potiùs reſpectu integralitatis totius teſtamenti; ita tamen, quòd pia diſpoſitio, de qua eſt quæſtio, iam reperiatur in ſuo eſſe perfectè à Teſtatore declarata.

Exemplo fit res manifeſtior; putà, quia Teſtator in actu teſtandi pium fecerit legatum, iam abſolutum, & omninò perfectum, deindè verò ad alias diuerſas diſpoſitiones tranſitum faciens, teſtamentum complere non potuerit; quia mors, vel morbi oppreſſio ſuperuenerit; iſtoque caſu nonnulli ſequendo mentem Bart. illumque ita intelligendo firmant, validitatem reſpectu perfectæ diſpoſitionis fauore piæ cauſæ; non, quia priuilegium piæ cauſæ ſuppleat imperfectionem uoluntatis, quod, ex ſupra latè firmatis, eſt omninò erroneum, & in Iure abſonum; ſed, quia in eorum ſenſu exiſtimatur, in tali caſu nullatenus adeſſe imperfectionem circa ipſam iam completam diſpoſitionem fauore piæ cauſæ; Cui aliarum diſpoſitionum omninò ſeparatarum imperfectio præiudicium inferre non debeat; dum illa in ſuo genere iam erat perfecta, cuius contrarium, etiam in iſto præci-
61 ſo caſu, acerrimè ſubſtinent, Natt. in l. hac conſultiſſima § ex imperfecto n. 140. C. de teſt. alijque allegati per Magdalen. de num teſt. dict. cap. 5. num 7. in fin. & hanc ſententiam veriorem exiſtimo, cum Teſtator uſque ad ultimum complementum diſpoſitionem mutare potuerit; atque teſtamentum ab ultima linea perfectionem recipere dicatur, neque antea perfectum re vera dici poterit, quò ad omnia in eodem teſtamento contenta.

62 Ad prædicta verò omnia non abs re neceſſarius, præter morem, fuit iſte longior, quàm par erat, digreſſus, pro euertenda ratione per Bald, adducta in dict. l. 1. num. 146. & ſeqq. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. affirmantem, quòd defectus adimendi Codicillis hæreditatem, quæ directò data eſt in teſtamento, percutiat defectum voluntatis, qui, etiam in diſpoſitione fauore piæ cauſæ eſt admittendus; Vera enim eſt Baldi propoſitio, ut imperfectio, vel defectus voluntatis fauore piæ cauſæ nullatenus poſſit ſuppleri, ex ſupra latè firmatis, ſed verſatur fallacia circa applicationem, quoniam intelligi debet de imperfectione naturali, ac de facto, quia, nempè, voluntas adhuc non exiſteret in ſuo eſſe completa, & ad terminum non redacta; ſed potiùs adhùc eſſet in via; ſecus autem, quoties voluntas dici debet naturaliter perfecta, & determinata; eiuſdem tamen voluntatis, ſiue poteſtatis defectus proueniat à mera ſubtilitate Iuris poſitiui, quoniam ſemper uindicat ſibi locum recepta propoſitio, ut reſpectu piæ cauſæ aſserendum ſit, perindè, ac ſi corpus legum ciuilium repertum, uſuque receptum non eſset; dum, ex ſupra latè deductis, ſufficit ſimplex probatio naturalis pro ſubſtinenda diſpoſitione ad pias cauſas, omninò reiectis ſophiſticis ſubci-

tilitatibus, ac figmentis à mero Iure Ciuili introductis, prout in ſpecie, explicando doctrinam *Baldi*, loco ſuperiùs laudato, rectè aduertit Cardin de *Luca de teſtam. d. diſc.* 20. *num.* 14.

ARGVMENTVM.

Agitur de ſtatuto Aſculano expoſcente requiſitionem, ſiue præſentiam Mariti in teſtamento ab Vxore condito.

Maritus poteſt genericè præſtare conſenſum, vt Vxor liberè teſtetur, quamuis ipſe fuerit hæres inſtitutus. Reprobatur contraria ſententia, & in quibus caſibus ſit amplectenda.

Metus à Viro illatus Vxori ad extorquendam eius Inſtitutionem nullatenus præſumendus; ſed liquidò probandus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, quamdiù adeſt, omninò ceſſat cauſa inteſtati.*

2 *Teſtamentum, quouſque declaretur nullum per rem iudicatam, legitimi ſucceſſores nihil conſequi valent.*

3 *Neque legitimi contradictores dicuntur.*

4 *De ſtatuto Aſculano expoſcente requiſitionem, ſiue præſentiam Mariti in teſtamento ab Vxore condito.*

5 *Prædicto ſtatuto dicitur ſatisfactum per præſentiam Viri valentis genericè præſtare conſenſum, vt Vxor liberè teſtetur; quamuis ipſe fuerit hæres inſtitutus.*

6 *Statutum, ſi requirat conſenſum, & præſentiam duorum propinquorum in teſtamento mulieris, poteſt propinquus conſentire; vt ipſe ſubſtituatur.*

7 *Abſonum eſſet, quòd vigore prædicti ſtatuti Vxor non poſſet Virum inſtituere.*

8 *Idque, etiam procedit in terminis Statuti Aſculani.*

9 *Statuta prohibentia Mulieribus, ne poſſint teſtari, ſiue contrahere abſque requiſitione, vel præſentia Virorum, principaliter reſpiciunt præiudicium, & intereſſe eorumdem.*

10 *Ideòque fauor retorqueretur in odium, ſi Maritus ab Vxore non poſſet hæres inſtitui; eſſet enim deterioris conditionis quolibet alio extraneo.*

11 *Conſenſus Authoritatiuus ad proprium commodum præſtari non valet.*

12 *Statuta prædicta potiſſimùm præiudicium ipſius Viri reſpiciunt, tàm, ſi filij exiſtant; quàm, ſi non exiſtant ob ſpem illos ſuſcipiendi.*

13 *Conſenſus cenſetur requiſitus ratione præiudicij, non autem ad integrationem; quoties ei, qui conſentire debet aliquod præiudicium ex contractu poteſt oriri*

14 *Statutum, quoties requirit conſenſum, vel præſentiam, non ad integrandam Perſonam, ſed ratione ipſius præiudicij, licitum eſt authorare actum, etiam ad proprium commodum.*

15 *Quoties nullo alio ſtatuto Mulieribus præcipitur, vt cum aliqua ſolemnitate teſtentur; hinc oritur, noluiſſe ſtatuentes fragilitati ſexus prouidere; ſed potiùs fauere Maritis.*

16 *Statutum, ſi interuentum Viri in teſtamento Mulieris ob ſexus fragilitatem deſideraſſet, eamdem ſolemnitatem in cuiuſque Mulieris, etiam innuptæ teſtamento demandaſſet.*

17 *Mulieres de facili ad legata pia præſtanda induci ſolet.*

18 *Mulier, inſpecta diſpoſitione Iuris communis, non indiget præſentia, vel conſenſu Viri, vel filiorum ad integrandam eius perſonam ad teſtandum.*

19 *Intereſſe, & præiudicium filiorum, potiſſimùm conſideratur in huiuſmodi ſtatutis, dum in caſu inobſeruantiæ mandat, bona deuenire ad maritum, & filios.*

20 *Expenduntur authoritates contrariæ loquentes, vel quando ex verbis ſtatuti deprehenditur, conſenſum Viri fuiſſe requiſitum ad integrandam Perſonam mulieris ad contrahendum, ſiue teſtandum.*

21 *Vel, quando Maritus in indiuiduo præſtitit conſenſum, cũ præciſa conditione, vt ipſum vxor inſtitueret.*

22 Pancirolus *firmans contrarium reprobatur.*

23 *Statutum, quando non requirit conſenſum Viri, ſed ſolùm præſentiam, in aliquorum opinione illa poteſt præſtari, etiam ad proprium commodum.*

Quidquid ſit, quando requiritur præſentia, & conſenſus.

24 *Statutum prædictum, cum non loquatur de teſtamento clauſo, attendi debet diſpoſitio Iuris Communis permittentis Vxori liberè abſque viri præſentia, vel conſenſu teſtari.*

25 *Statuta reſtringentia liberam teſtandi facultatem, non debent extendi ad ea, de quibus non loquuntur.*

Præcipuè, quia in aliquorum ſententia non ſubſiſtunt.

26 *Teſtamenti nuncupatiui impliciti forma ſubſiſtit, & quænam ſit.*

27 *Huiuſmodi forma teſtandi perindè valet, ac ſi Teſtator ore proprio hæredem nominauerit.*

Neque requiritur, quòd teſtes fuerint facti certiores de his, quæ in ſchedula teſtamentaria continentur.

28 *De certitudine, & identitate ſchedulæ teſtamentariæ non poteſt dubitari, quoties fuit ſcripta à Confeſſario.*

29 *Vel ſubſcripta propria manu à Teſtatrice, cum ſigno Crucis coram tribus Sacerdotibus fide dignis pariter ſe ſubſcribentibus.*

30 *Vel, quando Notarius legalis, adhibitis ſeptem teſtibus, de conſignatione ſchedulæ teſtamentariæ fuit rogatus.*

31 *Schedula, quando fuit dimiſſa in manibus Notarij, vt ſupra rogati, nihil aliud requiritur pro verificanda illius identitate, quàm fides eiuſdem Notarij.*

32 *Teſtamentum præſumitur lectum Teſtatrici, quoties illud ſigno Crucis ſubſcripſit.*

33 *Præcipuè, quando teſtes deponunt. Teſtatricem poſt conditum teſtamentum coram eiſdem pate-*

fe-

Digitized by Google

feciſſe in eodem teſtamento contenta.

34 *Teſtes loquentes per verba dubitatiua,* puol eſſere, e non puol eſſere, *non coarctant negatiuam, ſed reuocant rem ad poſſibilitatem ſcientiæ, quod aduerſatur probationi negatiuæ.*

35 *Metus Vxori illatus à Viro ad extorquendam inſtitutionem, non præſumitur, & concludentiſſimis eſt probandus argumentis.*

36 *Et in ſpecie, non autem in genere, hoc eſt, quòd fuerit à Viro Vxori illatus ad extorquendam inſtitutionem.*

37 *Actus in ſpecie metum inferentes, debent manifeſtè à teſtibus explicari.*

38 *Non ſufficit, quòd minæ præceſſerint; ſed omninò requiritur, quòd actus, per quem fuerunt illatæ, incontinenti fuerit ſequutus.*

39 *Teſtis vilis, & pauper non probat.*

40 *Idemque aſſerendum de Inimico, & Maleuolo.*

41 *Vel de Luſore.*

42 *Teſtis ignorans cauſam, ob quam Vxor malè ageretur à Viro, non probat, prout requiritur, metum directum ad extorquendam inſtitutionem.*

43 *Teſtis aſſumens partes Iudicis, non meretur attendi.*

44 *Prout, quando apparet propenſus erga partem aduerſam, & victoriam cauſæ.*

45 *Teſtibus deponentibus pro libertate actus, cum excluſione metus, magis eſt credendum, quàm deponentibus de metu.*

46 *Metus excluſio comprobatur ex teſtamento iam condito.*

47 *Declaratur* deciſio Franch. 180.

48 *Animaduerſio circa deciſiones* Rot. *in huiuſmodi cauſa prolatas, quæ ſunt impreſſæ in* recent. 364. & 239. par. 14.

CAPVT XXXVI.

MANDATVM non eſt exequendum, quia, cum Antonius fuerit inſtitutus hæres Vniuerſalis á Tereſia eius Vxore, iniuſtè fuit conceſſum mandatum fauore illorum de Ferris, tanquàm heredū ab inteſtato eiuſdem Tereſiæ, eorum
1 ſororis pro reſtitutione dotium; Quandiū enim adeſt teſtamentum, ſublata, omninò remanet cauſa inteſtati, *l. quamdiù 39. ff. de acquir. hæred. l. quandiù 90. ff. de regul. Iur. leg. antequam 8. Cod. commun. de ſucceſs. l. ex teſtamento 2. Cod. vnde liber. Bart.* & alij in *l. neque, §. hæres inſtitutus, ff. de acq. hæred. Surd. conſ. 268. num. 51. Vueſſembec. conſ. 130 n. 40. lib. 4. Altograd. conſ. 74. num. 29. lib. 1. Cyriac. controuerſ. 46. n. 17. Giurb. deciſ. 11. num 5. & ſeq.* vbi, quod materia teſtati, & inteſtati, ſit contraria, *Barz. dec. 89. nu. 21. Epiſc. Thomat. deciſ. 82. num. 1. Card. Ottobon. deciſ. 162. n. 2. Card. Cerr. dec. 757. nu. 8.*

2 Et quouſque teſtamentum declaretur nullum per rem iudicatam, adeò cauſa teſtati ſubſiſtit, vt interim legitimi ſucceſſores nullum intereſſe uideantur habere, neque aliquid Iure hæreditario conſequi valeant, vt tradunt *Salicet. in l. 2. num. 3.* ibique *Alex. num. 7. C. de bonor. poſſeſs. ſecund. tabul. Surd. conſ. 268. num. 51.* latè *Altograd. conſ. 74. nu. 29. & ſeqq. lib. 1. Cyriac. controu. 305. nu. 14. & ſeq. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 462. Argel. de acquir. poſs. queſt. 3. art. 21. n. 1097. Epiſc. Thomat. deciſ. 82. num. 1. & ſeqq.* & ob
3 id non dicuntur legitimi cōtradictores, *Bero. conſ. 56. ſub num. 4. lib. 2. & conſ. 47. nu. 8. lib. 3. Altograd. d. conſ. 74. num. 30. lib. 1. Cyriac. d. controu. 305. num. 16.*

4 Neque de ualiditate teſtamenti eſt hæſitandum; tàm attenta, ſolemnitate Statuti Aſculani, ſub *rub. 14. lib. 1.* expoſcentis requiſitionem, ſiue præſentiam Mariti in teſtamento ab Vxore condito, quàm, etiam Iuris cōmunis, cuius forma fuit ad unguem ſeruata in teſtamento nuncupatiuo implicito, per relationem ad ſchedulam coram teſtibus Notario traditam.

5 Quò enim ad Statutum, dicitur eidem ſatisfactum per præſentiam Viri, qui abſque dubio potuit genericè præſtare conſenſum, ut Vxor liberè teſtetur; quamuis ipſe fuerit hæres inſtitutus, ut in ſpecie firmat *Bald. in l. vnica, num. 2.* ibique *Salicet. eod. n. C. vndè Vir, & Vxor. Angel. in l. 1. § fuit quæſitum, num. 2. ff. ad Senat. Conſult. Trebell*, egregiè idem, *Bald. conſ. 78. per tot.* ſignanter *in fin. lib 4* ubi in ſpecie, quòd Maritus poſſit ſuam adhibere præſentiam uigore ſtatuti, etiam, cum ipſe inſtituitur hæres ab Vxore, & *conſ 6. volum. 2.* qui in terminis Statuti re-
6 quirentis conſenſum, & præſentiam duorum Propinquorum in teſtamento Mulieris firmat, quòd propinquus poterit conſentire, ut ipſe ſubſtituatur, *Corn. conſ 242. nu.*
7 *2. lib. 4.* aſſerens, quòd abſonum eſſet, quòd uigore huius Statuti Vxor non poſſit Virum inſtituere, latè *Gabriel. conſ. 2. à nu. 7. vſq. ad fin.* ſignanter *nu. 22. & fin. lib. 1. Decian. conſ. 2. num. 45. & ſeq. lib. 5 Thob. Non. conſil. 18. num. 11.* Card. *Tuſch. concluſ. 565. nu 41. Andreol. controu 73. num. 4 et 15. Merlin. controu. for. cap. 100. num. 24. lib. 2.* Cirocc. *diſcep.*
8 *37. nu. 11. & ſeqq.* & in ſpecialibus terminis dicti Statuti Aſculani, *Gratian. cap. 556 nu. 23. & ſeq.* Card. *de Luca de teſtam. diſc. 31. num. 4.* neque uidetur diſſentire, *Rot. in rec. dec. 710. num. 2. part. 1.*

9 Huiuſmodi uerò receptiſſima concluſio, ſatis euidenti rationi innitur; Cum enim huiuſmodi ſtatuta prohibentia Mulieribus, ne poſſint teſtari, ſiue contrahere, abſque requiſitione uel preſentia Virorum, habuerint principaliter reſpectum ad præiudiciū, & Intereſſe eorundē uirorū, quorū fauore abſque dubio dici debent condita, iuxta receptum monitum, *Bald. in l. vnica in princ. verſ. hic autem,* C. *vnde Vir, & Vxor. Decian. d. conſ. 2. num. 31. verſ. 7 conſiderandum, lib. 5. Honded. conſ. 32, num. 108. lib. 1.* latè, *Gabriel.*

dict.

dict.conſ.2. num.7. uſque ad n.12.lib.1.Thob. Non.conſ.18.num.3. Altograd. conſ.32. nu.4. lib.2.Tiraquell.de leg.connub.gloſ.6. num.38. & ſeq.Paleaz in repetit.rub.de donat.int.Vir. & Vxor.§.68.num.2.& ſeq.qui loquitur in ſtatuto requirẽte præſentiam,& conſenſum, Gomeſ.ad l.55. Taur. num.1. in fin. Roderic. Suar.ad leg.for.tit.de las duedas ad l.1.n.7.& 9.Lambertengh in tract. de contract.mulier.in præfat.n.2.et gloſ.10.in verbo cũ ipſo marito, num.2. & ſeqq. Ceuall. quæſt.695. num.17. 26.& ſeqq.tom.2.Merlin. dict.cap.100.lib.2. num.22.Barz. dec.94.num.19. & 25. Mart. Medic. exam.57. ſub num.8. & in ſpecie dicti Statuti Aſculani, Card.de Luca de teſtam. dict.diſc.31.num.4.

Vtiq; cõtra notiſſimas regulas Iuris retorqueretur fauor in odiũ, ſi Maritus nõ poſſet
10 ab Vxore heres inſtitui; eſſet enim deterioris conditionis quolibet alio extraneo, Angel.in dict.l.1.§.fuit quæſitum, num.1.verſ.3. quia hoc in perniciem, ff.ad Senat. Conſ. Trebell.Ranchin. in add.ad Guid.Pap. deciſ.225. verſ.alioquin redderetur.

Vlteriùs, cum requiſitio, Virique præſentia non poſſit cenſeri ſancita à ſtatuentibus pro integranda mulieris perſona ad teſtan-
11 dum; adeòut ex præſentia reſultet conſenſus authoritatiuus, qui vtique ad proprium commodum præſtari non poſſet, l.1. ff.de author. Tutor. ibique Alex. in Apoſtilla magna, & in l.1.§.fuit quæſitum, vbi omnes de hac materia, ff.ad Trebellian. Caſtr.conſ.339. in princip.lib.2.Abb.conſ.40.in fin.lib.2. Tiraquell.de leg. connub.gloſ.8. q.13. Maxill.ad conſuet.Barcn.tit.de Iur.dot.num.140. Cancer. var.lib.2.cap.1.num.72.& ſeq.de Marinis reſolut.144.num.17.& 22.lib.2.Rouit.in Pragm. 1.de Senat.Conſult.Macedon num.58.Gratian. cap.781.num.28.Franch.deciſ.14 num.2. ibique add.Rot.in recent.deciſ.492.num.9.par.1.
12 Sed ſolùm ratione præiudicij ipſius Viri, ex ſupra deductis, vel ob intereſſe, quod poteſt in Marito conſiderari, ne Vxor, illo ignorante, teſtetur, tám, ſi filij tempore teſtamenti conditi exiſtant, quo caſu multùm intereſt mariti, quomodò Vxor teſtetur; quàm, ſi non exiſtant, ob ſpem illos poſt teſtamentum ſuſcipiendi, prout rectè aduertunt Gabr.conſ.2.num.9.& ſeq.lib.1. Honded. dict.conſ.32.num.108.propè fin. lib.1. alijque ſuperiùs laudati.

Hinc reſultat, vt ſtante intereſſe prædi-
13 cto, cum conſenſus Viri nullatenus requiratur á ſtatuto ad integrationem, ſolemnitatemque actus teſtandi, ſed ratione præiudicij, cum regulare ſit, ut, quotieſcumque ex contractu poteſt aliquod oriri præiudicium ei, qui conſentire debet, tunc non ad integrationem, & ſolemnitatem cenſeatur conſenſus requiſitus; ſed tantùmmodò ratione præiudicij, iuxta theoricam Bald. in l.1.num.10.Cod.qui admitt. Felin.in cap.edoceri, num.9.de reſcript. Alex. in l.ſi quis mihi bona, §.iuſſu, ibique Bart. & Aretin. ff.de acquir.heredit.Caſtr.in l.ſi cum dotẽ,§.eo autẽ tẽpore,n.13.ff.ſolut.matr. Vuſmbecius in parat. ad lib.26 ff.tit.8.verſ.& cõmuniter, Roman.cõſ. 54.n.3.Cald.Pereyr.de Iur.Emphyt.lib.4.c.11. n.7.verſ.dicitur autẽ, Miſinger.pract.obſeruat. cent.2.obſeru.34.Fontanell.de pact.nupt.tom. 1.clauſ.4.gloſ.7.part.3.num.43. Cancer. var. p.2.cap.1.n.96.& ſeq.Merlin.controu.c.39.n. 37.lib.1.& c.99.n.48.lib.2 Rot.dec.141.n.7. & ſeqq.poſt Zacch. de oblig. Camer. & in his terminis Gabriel.d.conſ.2.n.19. & ſeqq.lib.2. Honded. dict.conſ.32. num.108. lib.1.Decian. d.conſ.2.n.45.& ſeqq. lib.2. & in ſpecie dicti Statuti Aſculani, Card.de Luca de teſtam. d. diſc.31.num.4.

Meritò potuit Maritus genericè præſtare conſenſum Vxori, ad effectum, ut liberè teſtetur, quamuis illum hæredem inſtituerit:
14 Regulare enim eſt, ut, quoties ſtatutum requirit conſenſum, vel præſentiam, non ad integrandam perſonam; ſed potiùs ratione ſolius præiudicij licitum ſit authorare actũ, etiam ad proprium cõmodum, prout omiſſis generalibus, in his ſpecialibus terminis firmat Bald.in dict.l.vnic.ibique Salicet.uterque num.2.Cod.vnde vir & vxor, & conſ.6. numer. 2. libr. 2. Gabriel. dict. conſil. 2. num.6.& ſeq.lib.1.Tob.Non. conſ. 18. nu.11. & ſeq. Corn.conſ.242.num.1.in fin.& 2.lib.4. & in ſpecie Statuti Aſculani, Card.de Luca de teſtam.d.diſc.31.n.4.
15 Præcipuè quia (& hoc rogo aduerti) cum nullo alio ſtatuto mulieribus præcipiatur, ut cũ aliqua ſolemnitate teſtentur; hinc oritur, noluiſſe Statuentes fragilitati ſexus prouidere; ſed potiùs fauere Maritis, Tiraq.de leg.cõnub.gloſ.6. verbo conſenſiment.n.40.& in his terminis optimè aduertunt Gabr.d.conſ.2.n. 11.lib.1. Honded.d.conſil.32.n.108.lib.1.Decian.dict.conſil.2.num.31. verſ.ſeptimò conſiderandum, lib.5.Andreol.d.contr.72.n.14.
16 Si enim Statutum ob diffidentiam ſexus, ſeu Muliebris imbecillitatis exoptaſſet huiuſmodi interuentum ad integrandam perſonam, qualem aliàs non integram reputaſſet, generaliter eamdem, vel ſimilem ſolemnitatem in cuiuſcumq; Mulieris, etiam innuptæ, teſtamento demandaſſet: Hinc proinde ducto argumento à frequentiùs accidentibus, in caſu nuptarum deſideratus videtur interuentus Viri ad euitanda præiudi-
17 cia filijs ſuperſtitibus reſultare conſueta ex teſtamentis mulierum, quæ de facili ad legata, præſertim pia, induci ſolent, Bart.in l. tranſactionem in 1.lectura, circa fin.ibiq; Bald. Aretin.& Iaſ.C.de tranſact.Tiraq.de l.connub. gloſ.6. verbo conſenſerunt, n.37.vſque in fin.

Lambertengh.de contract.mulier.gloſ.10. in uerbo cum ipſo marito,num.2.benè Mart.Mediceſ. examin. 57. num.8. & in his terminis optimè Gabr.dict.conſ.2.num.9.& ſeq.& in ſpecie huius Statuti Aſculani aduertit Cardin.de Luca de teſtam.d.diſc.31.n.5.

18 Multòque magis, quia,cum mulier,in ſpecta diſpoſitione Iuris Communis, nullatenus indigeat præſentia, vel conſenſu Viri, vel filiorum ad integrandam ſuam perſonã; ſed poſſit abſque dubio ſine illis teſtari:Hinc fit, ut præſentia non poſſit dici á ſtatuto requiſita ad integrandam perſonam eiuſdem mulieris, prout in ſimili ſtatuto,optimè aduertit Rot.dec.241. num.10. poſt Zacch.de obligat.Cameral.

19 Animaduertendo potiſſimùm, quòd idem ſtatutum in caſu inobſeruantiæ mandat,bona deuenire ad maritum, & filios; atque adeò abſque ulla prorſus difficultate ſtatuẽtes in præſcribenda mulieribus nuptis huiuſmodi forma teſtandi, conſiderarunt principaliter intereſſe, præiudiciumque Viri, & filiorum,prout egregiè aduertit Gabr.d.conſ.2.num.3.& ſeqq.& num.8.& ſeqq.lib.1.

His igitur firmatis, nullatenus aduerſantur auctoritates allegatæ in dec. cõtraria in huiuſmodi cauſa edita,impreſſa in rec.deciſ.
20 164.n.7. & duob.ſeqq. par.14.Nam omnes, vel loquuntur, quãdo ex verbis ſtatuti apertè deprehenditur, conſenſum fuiſſe requiſitum ad integrandam perſonam mulieris ad contrahendum, ſiue teſtandum, in quibus terminis procedunt plerique allegati per Tiraquell.de leg.connub.gloſ.8.num.114.verſic.& hoc expreſsè, præcipuè,Caſtrenſ.in l.ſenium,num.7.C.qui teſtam.fac.poſſ.Alex.conſil.106.num.5.verſ.vnde mihi remanet,lib.1.

21 Vel,quandò Maritus ſpeciatim,& in indiuiduo præſtitit conſenſum,cum conditione præciſa, & non aliter, vt ipſum Vxor inſtitueret, prout in ſpecie benè aduertunt Decian.dict. conſil.2. num.48. verſ præteréa reſpondetur,lib.5.Thob.Non.dict.conſ.108.n.12 & in his terminis videtur loqui Angel. alibi ſibi contrarius, in §.Oeconomus, Auth.de alienat.& emphyt.qui etiam ſupponit, quòd conſenſus requiratur à ſtatuto pro forma, & ſolemnitate, vt in puncto,allegata doctrina Angeli in d. §.Oeconomus, ponderat Gabr. ſæpiùs citato conſ.2.num.14.lib.1.

22 Vel, demum numero cæteri ſatis pauci, præcipuè Pancirol. conſil.187. num.20. loquuntur contra communem ſententiam, & in eadem cauſa ex aduerſo contra Pancirol. ſcripſerunt Gabr.Decian. & Thob. Non.in conſ.proximè allegatis, quorum authoritas præualere debet,utpotè ſulcita ſolidioribus fundamentis.

23 Præterquàmquòd, in præſenti eò magis ſublata remanet quælibet difficultas,ea animaduerſione adhibita, quòd ſtatutum non requirat conſenſum Viri, vt ſupponit contraria deciſio, ſed ſolùm præſentiam, quo caſu illa poteſt præſtari, etiam ad ſui commodum, quidquid ſit, quando copulatiuè requireretur á ſtatuto præſentia, & conſenſus, in quibus terminis loquuntur nonnullæ auctoritares contrariæ; tunc enim, quia videretur eſſe quædam auctoritas ad ſubſtantiam actus, ideò non mirum, ſi tunc non poſſit quis ſibi auctorari, ita in ſpecie,poſt Bald.dicit opinionẽ veriſſimam,Corn.d.conſ.242.n.2.ſignanter circa med.verſ. vnde quatuor puncta,lib.4. & in ſpecie huiusmet ſtatuti,optimè aduertit, Gratian.d.diſcept.556.num.23.& ſeq.Card.de Luca de teſtam. d.diſc.31.num.2.& 4.

24 Fortiùs, quia agitur de teſtamento clauſo, de quo, cum ſtatutum non loquatur,attendi debet diſpoſitio Iuris Communis permittentis Vxori liberè, abſque Viri præſentia, vel conſenſu teſtari, vt in terminis,Epiſcop.Thomat.deciſ.Maceraten.68.num. 93.&
25 ſeq.lib.1.ſtatuta namque reſtringentia liberam teſtandi facultatem non debent extendi ad ea, de quibus non loquuntur, prout in ſpecie dicti ſtatuti Aſculani, Rot. in rec. deciſ.710.ſub num.2. in fin part.1. Præcipuè, quia in aliquorum ſententia, non ſubſiſtunt, Caſtr.in l.ex facto,num.6.ff.de vulgar. & pupill.Alex.conſ.155.num.6.lib.2.Iaſ.conſ.127.num.1.lib.1. Decian. conſ.56. num.32. lib.2. Mauſ.conſult.145.num.48.Rot.in rec.d.deciſ.710.num.2.verſ.maximè, cum circumſcriptæ part.1.

Remanet igitur hæc noſtra ſententia validiſſimis rationibus, & auctoritate grauiſſimorum Virorum fundata; contraria verò omni ratione deſtituta.

26 Quò, verò ad ſolemnitates requiſitas de Iure communi in teſtamento nuncupatiuo Implicito, illis dicitur ſatisfactum; quoties Teſtator dixit in ſchedula Notario conſignata, contineri ſuam poſtremam voluntatem, de qua idem Notarius fuit rogatus coram ſeptem teſtibus; huiuſmodi enim forma teſtandi perindè valet, ac ſi Teſtatrix
27 ore proprio hæredem nominauerit, neque requiritur, quòd teſtes fuerint facti certiores de his,quæ in cedula teſtamẽtaria cõtinnentur, iuxta nobilem theoricam Bart.in l.ſi ita ſcripſero 30.num.1.ff.de condit.& demonſtrat. quàm,vti communem ſequuntur,omiſſis alijs,Clar.in §.teſtamentum,quæſt.4.num.3.verſ.contraria tamen,& quæſt.36.num.2.Berlich.concluſ.4.nu.25.part 4. Vaſq.de ſucceſſ.creat.§.17.num.53.& ſeq.Caſtill. tom 4.controuerſ cap.20.num.28.& ſeqq.Card. Mantic. de coniectur.lib.1.tit.7.num.7.Afflic.dec.143 num.7.Rouit.deciſ.95.num.10. & ſeq. Capyc. latr.deciſ.5.num.27. Epiſc. Thomat. dec.82. num.

num.19.Add.ad Buratt.deciſ.475.num.22. &
illam, vti æquiorem, perpetuò amplexa
eſt Rot. ſignanter, deciſ.570. num.7.& 581.
num.6.part.4.rec.tom.3.Card. Ottbobon.deciſ.
181.n.5.& ſeqq.Duran.dec.206.Et Nos alio
in loco latè exarauimus.

Eòque magis in præſenti admittenda;
28 quia non poteſt dubitari de certitudine, &
identitate ſchedulæ teſtamentariæ, nedum,
quia fuit ſcripta á Confeſſario, de quo lex
maximoperè, confidit, utpotè, curam Animæ
habente, Corn.conſ.261.num.31. vol.4.
Suarez. allegat.1.n.13.Capyc.latr.dec.12.nu.
10.Rouit.dec.95.num.16. Seraphin.dec.1128.
num.1.Buratt.dec.211 num.9.Card.Ottbobon.
29 dec.145.n.16.& ſubſcripta à Teſtatrice, quæ
manu propria ſigno Crucis illam obſignauit,
præſentibus tribus teſtibus Religioſis,
ac Sacerdotibus probatiſſimæ vitæ pariter,
ſe ſubſcribentibus, vt in ſpecie, Duran.
deciſ.180. num.6.verſ.teſtatrix manu propria
fecit ſignum Crucis.

30 Sed etiam, quia Notarius legalis, bonique
nominis, adhibitis ſeptem teſtibus de
conſignatione ſchedulæ fuit rogatus, Bart.in
l.2.verſ.ſed ſi Notarius eſt rogatus, ff.quemadmod.
Teſtam. aperiant. Caſtr. conſ.93. num.3.
& ſeqq.lib.1.Lana de forma teſtam.nuncupat.
num.14.32.& ſeqq.& conſ.1.poſt dictum tractatum,
num.39. verſ.verùm his non obſtantibus,
Clar.d.§.teſtamentum, quæſt.4.ſub num.3
verſic.conſulo tamen, Card.Ottbobon.dict.deciſ.
181.n.9.& ſeq. Rot.in rec.deciſ.96.num.5. &
ſeqq.part.5.Duran.deciſ.180.num.3. & ſeqq.

31 Quando enim ſchedula eſt dimiſſa in manibus
Notarij, nihil aliud requiritur pro uerificauda
illius identitate, quàm fides eiuſdē
Notarij, penes quem fuit dimiſſa, Piſtor.
obſer.199.num.10.Lana de form teſtam. nuncupat.
num.14.32.& ſeqq.& conſ.1.poſt dict.
tractat. num 48.& 86.Capyc.latr.conſul.14.
num.38.Adden.ad Buratt. deciſ.475.num.21.
propè fin.verſ.tertius caſus eſt, Duran.d dec.
180.num.3.Car.Ottbobon.d.dec.181.n.11.

32 Neque alicuius momenti eſt obiectum,
quòd ſubſcriptio cum ſigno Crucis, non
ſuffragetur, dum non conſtat, Teſtatrici
fuiſſe lecta contenta in ſcriptura, Bald. in l.
fin.num.1. ibique, Salicet.in princip.Cod.plus
valer.quòd agit. Angel.in leg.ſi ita ſtipulatus
126.§.Chriſogonus, num.2.in princip. ibique,
Imol. num.10. verſ.item nota, Alex. num.2.
verſ.in textu, ff.de verbor.obligat.Angel.conſ.
409.num.1.verſ.ſed eorum, Caball. conſ. dec.
11.num.7.lib.2. Menoch. lib.3. præſumpt.66.
num.21.

Siquidem, in contrarium Iuris vrget præſumptio,
l.ſicut, §.non videtur, ff.de ſtatu hominis.
& per eumdem text.Bart.in l.1.§.ſi quis
neget, circa fin.verſ.quæro, quid ſi Inſtrumentum,
Cod. de reb. alien. non alien. Iaſ.in
l.ſi ita ſtipulatus 126.§.Chriſogonus, num.14.
verſ.aduerte, ff.de verbor. oblig. Felin.in cap.
quoniam contra, num.48. verſ.limita 2.ad fin.
de probat.Purpurat.in l.admonendi.num.179.
de Iur.Iur.Pariſ.conſ.77.n.26.& conſ.88.nu.
34.lib.3. Ruin.conſil.193.num.1. & 6.lib.2.
Alex.conſ.147.num.3.lib.2.Caſtr. conſ.12.n.
10. lib.3. uerſ.incumberet ſibi onus probandi,
Gabr.de præſumpt. concluſ.3.num.28. uerſ.in
dubio; num. 3.Maſcard.de probat.lib.3. concl.
1341.num.19.uerſ.ſi ſubſcribens, Coler. de
proceſs.exequt.cap.1.part.3.num.130.uerſic.
docendo, ſcilicet, Cancer. Var. reſolut. part.1.
cap.22.nu.2.uerſ.& hæc niſi probet, Menoch.
lib.3. præſumpt.66.num.3. latè Rubeus in
practicab. reſolut.de teſtam.cap.26.num.239.
& ſeq. benè Rot.in rec.dec.263.n.16.part.4.
tom.2. ubi, quòd ſit præſumendum, Teſtatorem
ſciuiſſe, & legiſſe contenta in cedula,
& deciſ.581.num.17.& ſeqq.ead.par.4.to.3.
quæ n.21.rectè aduertit, quòd ex aduerſo
alllegata procedant, quoties agitur de ſubſcribente
obligando, tunc enim poteſt intelligi,
non eſſe ſubſcribenti allatum præiu-
33 dicium, niſi conſtet, fuiſſe illi lectam, uel
cognitā ſcripturam, quam ſubſcripſit quòdque
ita, ſi rectè aduertatur, loquantur Doctores
in dict.§.Chriſogonus, Gabr.et Menoch.
in locis ex aduerſo allegatis; ſecus, quoties,
prout in præſentia, agitur de teſtamēto ſollemniter
confecto, & rogato à Notario coram
teſtibus, in quo, licet Teſtator habuerit
relationem ad cedulam, ſufficit conſtare, de
certitudine illius, neque eſt opus aliud probare,
ex ſuper allegatis.

Prædicta uerò omnia fortiùs procedunt,
attenta depoſitione teſtium, qui aſſerunt,
Teſtatricem immediatè, poſt conditum teſtamentum,
& rogitum de eodem habitum
à Notario, dixiſſe, ſe Antonium eius Virum
hæredem inſtituiſſe, ex quo ſatis apertè
deprehenditur ſcientia indiuidualis contentorum
in ſchedula, ut in his terminis,
Surd.conſ.414.num.55.et 63.uerſ.item ex his,
& ſeqq.lib.3.Soccin. Iun.conſ.32. num.11.&
ſeq.lib.4. Ruin.conſ.192. num 5.& 9. lib.2.&
in ſpecie, Rot.in recent.dict.deciſ.581.nu.28.
par.4.tom.3.

Huiuſmodi uerò ſcientia nullatenus infringi
ualet, ex depoſitione teſtium partis
aduerſæ, qui, cum loquantur per uerba dubitatiua,
ibi, puol eſſere, e non puol eſſere, nullatenus
coarctant negatiuam; ſed reuocant
34 rem ad poſſibilitatem ſcientiæ, quòd directè
aduerſatur probationi negatiuæ, quæ tollitur
ex ſola poſſibilitate in contrarium,
ut in terminis terminantibus, latè reſpondit,
Surd.d.conſ.414.num.48.uerſic. Romagnonus,
& ſeqq. lib.3.Altograd conſil.50.
num.118. lib.1. rectèque conferunt in terminis
generalibus deducta per Felin.in c.in

noſtra, num.8.de teſtib.Pariſ.conſ.162.nu.12.
lib.4.Gabr.conſ.168.nu.20. lib.2.Vermigliol.
conſ.16.num.12. Spad. conſ.19.num.5. lib.2.
Corn.conſ.261.num.14.verſ. tertius autem,
lib.4 Boſs.de falſ.nu.36.verſ.vbi etiam, Mer-
lin.deciſ.835.num.14.in fin.cum ſeq.Bich.dec.
345.num.13.
Pro infirmando denique teſtamento, non
35 poteſt pars aduerſa confugere ad ſomnia-
tum metum Vxori à Viro incuſſum, ad ex-
torquendam ipſius inſtitutionem; Tum ex
quo non præſumitur, & concludentiſſimis
argumentis eſſet ex aduerſo probandus, l.
nam eſt verisimile, ff.de eo, quod met. cauſ.
Bald.conſ.350. num.1 lib.3. Surd.conſil.429.
num.47.Cornel.conſ.77.lib.4. Dec. conſ.489.
num.6. & ſeq. Pariſ. conſ.67. num.61. lib.3.
Burgoſ.de Pax.conſ.7.nu.7.Altograd. conſ.50
num.262.in fin.cum ſeq. lib.1. Rebuff. tom.2.
ad leg.Regn.tit.de reſciſs.contract.gloſ.12.nu.
11.Card.Mantic.de coniectur.vlt.volunt.lib.2
tit.7.num.2. & deciſ.142.num.2.Maſcard.de
probat tom.2.concluſ.1054.num.1.& ſeq. la-
tè Caſtill.lib.3. controu. cap.1. num.65. &
ſeqq.& num.83.Menoch.lib.3.præſumpt.126.
num.1.& ſeqq.& nu.6. Farinac.in fragment.
in 2 par. litt.M. num.167. Andreol. controu.
73.n. 44. Capyc.latr. conſultat.152. n.52. &
ſeq. lib.2. egregiè Tappia deciſ.16. num.28.
Card.Seraphin.dec.336. num.2. Verall.deciſ.
221.num.1.part.2.Boer.deciſ.101. in fin.
36 Et in ſpecie; non autem in genere, hoc eſt,
quòd fuerit illatus à Viro Vxori, pro inſti-
tutione extorquenda, iuxta doctrinam Gloſ.
in l.interpoſitas, uerbo nec tamen, ibique
Bald. numer. 4. & 6. Rimin. numer. 3.
Roland. à Vall. conſil. 33. numer. 23. lib.
2. Bartol. in leg. ſi ob turpem, numer. 7.
ff. de condict. ob turpem, cauſ. Plot. de
in lit. iurand. §.3.ſub num.12. Mongell. de
his, quę vi,metuſque cauſ. fiunt, cap.10. §.2.
num.1.Auendan.de metu,lib.1.cap.9.num.15.
Larr.allegat.35.num.9.& ſeq.par.1.ubi,quòd
debeant in ſpecie actus metum inferentes,
37 manifeſtè à teſtibus explicari, Anna ſing.
141 Menoch.lib.3. præſumpt.127.nu.11.Mart.
de ſucceſs.legal.par.4.quæſt.1.art.6.num.29.
Ripoll.uar.reſolut.cap.14.num.526. uerſ.reſ-
pondeo, latè Ramon.conſ.96.num.21. ubi, e-
38 tiam adducit DD. affirmantes non ſuffice-
re, quòd minæ præceſſerint, ſed requiratur,
quòd actus, per quem fuerunt illatæ, incon-
tinenti ſequutus fuerit, Altograd. conſ.5.nu.
59.& ſeq.& d.conſ.50. num.265.lib.1. An-
dreol.controu.73.num.44 & ſeq.lib.1.Capyc.
latr.conſult.152.num.53.lib.2. Boer.dec.100.
num 13. Afflict.dec.246. num.3. & ſeq. ibiq;
Vrſill.in addit.Epiſc. Sperell.dec.79. num.41.
part.1.Maſtrill.dec.140.num.15.& ſeqq.par.
1.Vin.deciſ.507.num.19. lib.3.Seſſe dec.Ara-
gon.60.num.20.part.1. & ex Theologis tra-
dunt, Suarez. de Relig. part.3. lib.6. cap.4.
uerſ.reſpondere poteſt, Leſs.de Iuſt.& Iur.lib.2
cap.27.dubit.6.num.40. Tùm etiam, quia
metus nullatenus remanet probatus ex te-
ſtibus ex aduerſo inductis, cum tertius ſit ui-
lis, miſerabilis, luſor, imò inimicus huius
partis, qui nullam meretur fidem, & una-
quæque ex dictis exceptionibus ſatis ſuper-
que ſufficit, ad hoc, ut eius depoſitioni nul-
la fides ſit præſtanda.
39 Prout de uili, & paupere, Farinac. de
teſtib.quæſt.57.num.46.Vermigliol.conſ.131.
num.2.et conſ.15.num.3. Giouagn. conſil.43.
num.27.lib.1.Rot.poſt lib.2.conſ.Farinac.dec.
138. num.4.
40 Et de inimico, & maleuolo, idem Fari-
nac. de teſtib. quæſt.53. num.30. Peregrin.
conſ.87.num.23.lib.1.Menoch.conſ.101. num.
44.Vermigliol.conſ.169.num.7.& ſeq. Gio-
uagn.conſ.37.num.31.lib.1. Turrett. conſ.15.
num.54. & ſeq. Crauett.conſ.6.num.32. Ce-
phal.conſ.208.n.15.& ſeq.Card.Seraphin.dec.
1076.num.4 Rot.in recent.deciſ.187.num.12.
par.9.
41 Et de Luſore, Alex.conſ.152.num.4.vol.5.
Crauett.conſ.169.num.5.Riminald.Sen.conſil.
99.num.47.lib.1.Ant.Scapp.de Iure non ſcri-
pto,lib.4.cap.167.num.8.
42 Quò verò ad Mulierculas, ſeptima in or-
dine, utpotè ignorans cauſam, ob quam
Vxor male ageretur á Viro, non probat,
prout requiritur, metum directum ad extor-
quendam inſtitutionem, Ramon. dict.conſil.
96.num.21.Altograd.conſ.5. num.59. & ſeq.
& conſil.50.num.265. & ſeq lib.1. Andreol.
controu.73. num.44. alijque ſuperiùs lau-
dati.
43 Octaua veró non meretur attendi, tum
ex quo aſſumit partes Iudicis, & non teſtis,
ibi: Io, ſecondo il mio giuditio, penſo, che in
queſta cauſa habbia ragione il Signor Ferri,
perche eſſendo la dote vſcita dalla loro caſa,
mi par douere, che doueſſe rientrare, Vermi-
gliol. conſ.256.num.18.Penia deciſ.202.nu.5.
& dec.458.num.32. iuxta Venetam Impreſ-
ſionem.
44 Tum etiam, quia manifeſtè apparet pro-
penſa erga partem aduerſam, & victoriam
huius cauſæ, ibi: Et io per la compaſſione, che
hò à queſta famiglia, vorrei, che da queſta ſi
riportaſſe la ſentenza fauoreuole; atque adeó
nullam prorſus meretur fidem, Cap.nuper de
teſtib.Felin.in cap.inſuper.num.6. eod.tit. Iaſ.
in l dictantibus, num.6.& ſeq. Cod.de teſtam.
Pariſ conſ.27.num.48.lib.1.Venturin.conſ.44
num.59. Spada conſ.154.num.7.lib.2.Rot.di-
uerſ.deciſ.336.num.4.par.1.& in recent. dec.
14.num.17.par.9.& in his terminis Vin. dec.
507.num.20.
45 Cæterùm ſublata omninò remanet metus
ſuſpicio ex noſtris teſtibus, qui, cum deponãt
de

de voluntaria inſtitutione Mariti facta ab Vxore ob odium Teſtatricis erga eius fratres, ipſi magis debent attendi, quàm teſtes Aduerſarij, non ſolùm, quia depoſitioni eorumdem teſtium aſſiſtit Iuris præſumptio militans pro libertate actus, cum excluſione metus, *Cardin. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 2. tit. 7. n. 2.*

46 Sed, etiam, quia hoc ipſum remanet comprobatum ex teſtamento iam condito, *Spad. conſ. 371. num. 13. lib. 2. Cyriac. controu. 407. n. 258. & ſeqq. ſignanter num. 263.*

47 Neque in contrarium merentur allegari deducta per *Franch. deciſ.* 180. & in eadem cauſa *allegat. 29. num. 36. & ſeq.* impreſſa poſt *deciſ. Regentis Salernitani, de Marinis in obſeruat. ad* Reuerter. *dec. 146. num. 7. verſ. hinc ſatis benè.*

In caſu enim prædictæ deciſionis de *Franch.* vrgentiſſimæ aderant coniecturæ, ibidem relegendæ ad oculum demonſtrantes, Teſtamentum Vxoris à Viro inſtituto hærede fuiſſe extortum per vim, & metum, prout aduertit Ho*diern. controu. 14. num. 36.* & in eiſdem terminis loquitur *de Marinis* loco proximè laudato, quæ omnia in theſi, de qua eſt ſermo, ſunt omninò extranea.

48 Verùm, quia, cum in huiuſmodi cauſa Aſculana dotis duæ emanauerint Rot. *deciſ. coram Reuerendiſſimo Veroſpio*, altera ſub die 24. Maij 1664. impreſſa in *rec. deciſ.* 164. *par.* 14. in qua Rota reſpondit contra exarata in præſenti diſputatione firmans, Virum non potuiſſe hæredem inſtitui, iuxta formam dicti ſtatuti, prout in *ead. deciſ. num. 7. & ſeqq.* altera uerò coram eodem Veroſpio ſub die 16. Ianuarij 1665. pariter impreſſa in *rec. deciſ. 236. ead. par.* 14. in qua, iterum propoſita eadem cauſa, agnoſcens Rota inſubſiſtentiam dicti motiui, confirmauit primam deciſionem impreſſam in *recen. dec.* 164. *par.* 14. ob prætenſum metum à Viro Vxori illatum, ut illum inſtitueret, neglecto, & ſub ſilentio prorſus inuoluto, utpotè nullatenus ſubſiſtenti, motiuo inualidæ inſtitutionis Viri in hæredem ad formam dicti ſtatuti, quod nonnullis Rotæ Auditoribus in extenſione dictæ ſecundæ deciſionis non placuit; prout Eminentiſſimus Dominus meus Card. Cerrus, tunc temporis meritiſſimus Rotę Decanus, benignè mihi inſinuauit, ideòque operæ pretium duxi, me facturum patefaciendo ſenſum eiuſdem Rotæ, ob præiudicia, quæ ex dicta priori deciſione tractu temporis oriri poſſint, idque, etiam aduertit in ſpecie eiuſdem deciſionis *Card. de Luca de teſtam. dict. diſc. 31. num. 4. in fin.*

ARGVMENTVM.

Statutum excludens fœminas propter filios, Nepoteſque maſculos ab hæreditate Patris, vel Aſcendentis ab inteſtato defuncti, quibus concurrentibus ſic intelligendum de Aſcendēte in eodem genere maſculino, non autem fœminino; ideòque hæreditatem Matris non comprehendat, quamuis Rubrica eiuſdem ſtatuti indefinitè de Aſcendente loquatur.

Statutum excluſiuum fœminarum; propter maſculos ab hæreditate Aſcendētis regulariter non excludit ab hæreditate Materna.

Rubrica ſtatuti an, & quando poſſit allegari ad deciſionem cauſarum.

Statutum diſponens, quòd maſculinum concipiat fœmininum quomodo intelligendum.

Enumerantur plures caſus, in quibus maſculinum non concipit fœmininum.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum competit hæredibus ab inteſtato.*

2 *Statutum excludens fœminas propter filios, nepoteſque maſculos ab hæreditate Patris, vel Aſcendentis, intelligi debet de Aſcendente in eodem genere maſculino, non autem fœminino.*

3 *Statutum, quoties loquitur de Patre, vel Aſcēdente, qui habeat filium, vel filios maſculos, aut nepotes in numero ſingulari, intelligi debet de Aſcendente in genere maſculino, & de ratione.*

4 *Pręcipuè, quando ſtatutum incipit à genere maſculino, nempè; à Patre, & non à Parente, ſemperque proſequitur in eodem genere maſculino, loquens de filio, vel filijs maſculis, aut nepotibus.*

5 *Statutum, quoties excludit fœminas ab hæreditate aſcendentis ratione dotium eiuſdem debitarum, intelligi debet de Auo, ad quem onus ſpectat dotandi neptem ex filio, non autem de matre, quæ dotare non cogitur.*

6 *Alendi onus priùs ſpectat ad auum paternum, quàm ad matrem.*

7 *Argumentum valet ab onere alendi ad onus dotandi.*

8 *Statutum excludens dotatam regulariter debet intelligi ſolùm excludere ab hæreditate illius, qui de Iure dotare tenetur.*

9 *Matris ab hæreditate filia non dicitur excluſa, quoties ſtatuti diſpoſitio refertur ad ſucceſſionē, hæreditatemque dotantis.*

10 *Statutum excludens fœminas ab hæreditate Aſcendentis, intelligitur de Auo, quoties loquitur de dotatione, quæ ad eumdem ſpectat.*

11 *A ſucceſſione Aſcendentium ſtatutum excludens*

dens fœminas ſimpliciter in plurali numero, extantibus maſculis, non intelligitur, voluiſſe excludere ab hęreditate materna ob rationem expreſſam, quòd fœminæ ſint dotatæ.

12 Statuta excluſiua fœminarum propter maſculos, cum dici debeant condita ob vnicam rationem conſeruandæ agnationis.

13 Hinc reſultat, vt mens ſtatuentium fuerit velle conſeruare hæreditates agnatorum inter agnatos; non autem cognatorum inter agnatos.

14 Conſtitutio Regni Neapolit. In aliquibus, vtpotè loquens de hęreditate parentum, ſemper fuit intellecta, vt complectatur hæreditatem maternam.

Reprobatur Vrſinus contrarium ſentiens.

15 Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos eſt correctorium Iuris communis admittentis maſculos cum fœminis.

16 Ideòque interpetrari debet, vt minus, quàm fieri poſſit lædat Ius commune.

17 Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos à ſucceſſione Patris, vel Aui, non poteſt trahi ad ſucceſſionem in bonis maternis.

18 Huiuſmodi ſtatuta, cum tacitam exhæredationem fœminarum contineant, ideò non fertur, niſi quò ad bona, ſuper quibus nominatim ſit expreſſio.

19 Statutum Iuris communis correctoriũ non extenditur ad excluſionem ab hæreditate perſonæ in verbis formaliter non expreſſæ.

20 Ideòque loquens de fraterna hæreditate, non extenditur ad hæreditatem ſororis in ſtatuto non expreſſam.

21 Prout excludens matrem à ſucceſſione filij, nõ extenditur ad ſucceſſionem filiæ.

22 Matris hæreditas ſtrictiori Iure debetur filijs, quàm hæreditas Patris, cum mater ſemper ſit certa.

23 Regulariter ſtatuta excluſiua fœminarum propter maſculos non habent locum in hæreditate materna, niſi tamen ſpecificè exprimatur, prout in Statuto Vrbis 145. de ſucceſſ. ab inteſt. & in Conſtitutione Regni in aliquibus.

24 Appellatione Aſcendentium comprehenditur, tàm pater, quàm mater.

25 Rubrica non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, quoties non habet orationem perfectam, neque certa mens ſtatuentium ex eius verbis ſine vlla ſuppletione colligi poteſt.

26 Rubrica, ad hoc ut poſſit allegari, requiritur, quòd ſit deciſiua, quòdque uerbo nõ careat, & loquatur per verba negatiua.

27 Rubrica, quoties eſt indefinita, licet habeat orationem perfectam, ſtatur Nigro definito, potiſſimùm in excluſione à ſucceſſione Patris, vel Matris.

28 Statutum diſponens, quòd maſculinum concipiat fœmininum, intelligendum in caſibus, in quibus de Iure maſculinum concipit fœmininum.

29 Maſculinum non concipit fœmininum, quoties diſcretiuè eſt facta mentio de maſculis, & fœminis.

30 Vel, quoties ſtatutum eſt correctorium Iuris Communis.

31 Pragmatica Regni Neapolitani ad Macedonianum, prohibens filijs familias abſque Patris præſentia, & conſenſu contrahere, non comprehendit filiam familias.

32 Statutum diſponens, expelli filios bannitorum de loco, non habet locum in filiabus banniti.

33 Statutum excluſiuum, quoties loquitur de hæreditate Patris, vel Aſcendentis in genere maſculino, non poteſt verificari, niſi in maſculo.

34 Quoties agitur de ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, pro cõſeruatione agnationis condito, maſculinum non concipit fœmininum.

35 Stante ratione diuerſitatis, maſculinum non concipit fœmininum.

36 Statutum, ſi diſponat, maſculinum concipere fœmininum, intelligi debet ſi eadem ſit ratio in maſculo, ac in fœmina.

37 Obſeruantia eſt vera interpres ſtatutorum.

38 Quidquid ſit, quoties agitur de derogatione.

39 Ad obſeruantiam ſtatuti inducendam ſufficit, quòd ita fuerit aliquando obſeruatum.

40 Sufficiunt duo, aut tres actus, quos non eſt neceſsè, fuiſſe in contradictorio Iudicio diſcuſſos.

CAPVT XXXVII.

CONSTAT de re iudicata, & non de cauſis reſtitutionis in integrum, dum Iuſtitia ſententiæ ſatis manifeſta detegitur; cum enim Suſanna deceſſerit ab inteſtato, quatuor ſuperſtitibus filijs, nempè, Laurentio, Michaele, Franciſca, &
1 Magdalena, rectè eidem Magdalenæ fuit decreta immiſſio ex interdicto quorum bonorum competente hæredibus ab inteſtato, *l. 1. ff. quorum bonorum*, cum de Iure fœminę æquè cum maſculis admittantur ad hæreditatem maternam, *l. maximum vitium* C. *de ſuis, & legit. hæred*.

Nullatenus aduerſante ſtatuto Terræ Briſichellæ *rubr. 24. de ſucceſſ. aſcend. lib. 2.* in nigro excludente fœminas propter filios, & nepotes maſculos; cum enim ſtatutum loquatur de hæreditate Patris, vel Aſcendentis ab inteſtato defuncti, neceſſariò debet intelligi de Aſcendente in eodem genere maſculino; non autem fœminino; quamuis rubrica indefinitè de Aſcendente loquatur, idque ex pluribus id manifeſtè ſuadentibus, inſpecto tenore eiuſdem ſtatuti.

Primò, nempè, quia, cum ſtatutum loquatur de Patre, vel Aſcendente, qui habeat
2 filium, vel filios maſculos, aut nepotes in numero ſingulari, ibi, *qui habeat*, conſiderauit reddendo ſingula ſingulis eumdem maſculum in duplici gradu; Patrem, nempè,
3 quò ad filios, & Auum, ſiue Aſcendentem, quò ad nepotes ex filijs præmortuis; atque adeò verbum, *Aſcendens*, iuxta ſubiectam ſtatuti materiam, nullatenus eſt comprehenſiuum matris; cum nepotes in eodem ſtatuto expreſſi debeãt habere ſuum correllatiuum, quod non eſt verificabile; niſi in Auo; prout in proximis terminis rectè arguit *Cephal. conſ. 343. num. 1. & ſeq. & num. 37. verſ. quia eſt Auus, lib. 3.*

Secundò confirmatur hic intellectus, quia ſtatutum incipit á genere maſculino, nempè,
4 à Patre, & non à Parente, & ſemper proſequitur iu eodem genere maſculino, tàm inſpectis verbis, ibi: *Qui habeat filium, vel filios maſculos, aut nepotes*, quám alijs verbis ſubſequentibus, ibi: *In bonis talis defuncti*; ideòque apertè dignoſcitur, ſtatuentes intellexiſſe de hæreditate Patris, vel Aſcendẽtis maſculi; non autem de Matre; prout in his terminis, ponderatis verbis, *talis perſonæ defuncti*, optimè aduertit *Cephal. dict. conſil. 343. num. 2. verſ. & ſtatutum, & ſeqq.* ſignanter *nu. 5.* & rectè confert *Rot. in rec. dec. 358. num. 19. part. 14.* vbi, quòd ſtatutum Peruſinum loquens de ſucceſſione Patris, & Aui, non extendatur ad ſucceſſionem Matris, licet rubrica eiuſdem ſtatuti loquatur de ſucceſſione Aſcendentinm.

5 Tertiò fortiùs prædicta amplectẽda, quia ſtatutum excludit fœminas ratione dotium eiſdem debitarum in bonis defuncti, ex quo pariter deprehenditur, ſtatutum ſub nomine Aſcendentis ſenſiſſe de Auo, ad quem ſpectat onus dotandi neptem ex filio, *l. Auus, ff. de Iur. dot. l. dedit dotem, ff. de collat. bonor. Soccin. Sen. in l. 1. num. 47. ff. ſolut. matrim. Soccin. Iun. conſ. 79. num. 41. & 45. lib. 3. Aleiat. conſ. 49. num. 3. lib. 4. Boſſ. de dot. cap. 4. num. 12. & ſeq. & num. 5. & 7. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 19. n. 35 et tit. 16. num. 28.* non autem de matre, quæ dotare non tenetur, *l. mater, ff. de iur. dotium*, præcipuè, Auo exiſtente, *Barboſ. in l. 1. part 4. num. 132. verſ. vltimo loco, ff. ſolut. matrim. Gratian. cap. 259. num. 12. & ſeq. Spin. in ſpecul. Teſtam gloſ. 11. de legat. relict. pro dot. num. 38. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 3. num. 9. & ſeq. Boſſ. de doc. dict. cap. 5. num. 7. Card. de Luca de dot. diſc. 142. n. 5. & ſeq. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 106. initio. num. 5. Molfeſ. ad Conſuetud. Neapol part. 6. quæſt. 4. num. 9. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 103. num 2. Penia deciſion. 519.* iuxta Venetam, & *deciſ. 665.* iuxta Lugdunenſem Impreſſionem, *num. 6. & ſeq.* Idque rectè probatur, nedum per *text. in l. fin. Cod. de dot. promiſſ.* ponderatis verbis, ibi: *pro ſua dare progenie*, & verbum, *progenies*, abſque dubio comprehendit nepotes, *l. vltim. Cod. de emancipat. liberor.* prout in ſpecie ita arguunt *Boſſ. de dot. d. c. 5 n. 1. propè fin. verſ. tum clariſſimè, & n. 5. & 8.* aliæque auctoritates proximè allegatæ.

6 Sed etiam per diſpoſitionem *text. in l. ſi quis à liberis, §. utrum autem, ff. de liber. agnoſcend.* vbi *Vlpianus* aſſerit, priori loco patrem, auum paternum; proauum, cæteroſq; virilis ſexus parentes cogi alere filios, & cæteros deſcendentes, & in horum defectum cogi matrem, cæteroſque parentes per fœmineum ſexum, *Soccin. Sen. conſ. 161. num. 1. in fin. lib. 2. Gabr. conſ. 25. num. 19. lib. 1. Coſt. de remed. ſubſid. remed. 106. ſub num. 5. Surd. de alim. tit. 1. q. 10. nu. 2. & ſeqq. Boſſ. de dot. dict. cap. 5. num. 8.* Valet autem argumentum ab
7 onere alendi, ad onus dotandi, prout in ſpecie hoc argumenti genere utuntur, *Barboſ. in dict. l. 1. part. 4. num. 124. & ſeqq. ff. ſolut. matrim. Boſſ. de dote dict. cap. 5. num. 7. & ſeq.*

Regulare enim eſt, vt ſtatutum excludens dotatas debeat intelligi ſolùm excludere
8 ab hæreditate dotantis, & per conſequens à bonis illius, qui, inſpecta Iuris diſpoſitione, dotare tenetur, *Bald. in l. 1. num. 4. Cod. de legit. hæredib. Alciat. conſ. 1. nu. 45. & ſeqq. & conſ. 5. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Surd. conſ. 402 num. 35. in fin. & ſeq. Becc. conſ. 112. num. 18. Odd. conſ. 86. num. 3. Manent. conſ. 4. num. 19. lib. 1. Cephal. conſ. 278. num. 95. Menoch. conſ. 873. num. 9. verſ. primus,* Honded. *conſ. 9. n. 14. lib. 1. Brun. in ſtatut. ſtant. maſculis, art. 8. q. 16 nu. 59. Card. de Luca de ſucceſſ. diſc. 3. nu. 11. Theſaur. dec. 62. num. 1. Seraphin. deciſ. 396. n. 4. Merlin. dec. 390. num. 7. & dec. 429. num. 1. 13. et 16.*

9 Qua ratione attenta, filiam non dici excluſam ab hæreditate Matris, cum ſtatuti diſpoſitio referatur ad ſucceſſionem, & hæreditatem dotantis, optimè dixit *Rot. in rec. deciſ. 328. num. 16. et ſeqq. par. 10.* & poſt *Gilian. ad ſtatut. Peruſ. dec. 24. num. 6. verſ. quo-*
10 *niam reſponſum fuit, et ſeq.* Prout in ſpecie, quòd ex verbo dotationis arguatur, ſtatutũ intellexiſſe de Auo, ad quẽ ſpectat ouus dotandi neptem ex filio, aduertit *Ceph. dict. conſ. 343. n. 6.*

11 Et in fortioribus terminis de ſtatuto excludente fæminas à ſucceſſione Aſcendentiũ ſimpliciter in plurali numero, extantibus maſculis, quòd non intelligatur, uoluiſſe excludere ab hæreditate materna, ob rationem in ſtatuto expreſſam, quòd fæminę ſint dotatæ, optimè, *Fulgoſius* in ſuo celebri *conſ. 54. uerſic. tertio ſtatutum*, quem ſequuntur, *Iaſ. in l. 4. §. prætor ait, num. 9. ff. de in Ius uocando, Soccin. Iun. conſ. 23. num. 50. et 52. lib. 1. Calcan. conſ. 11. num. 15. uerſic. prætereà, et ſeq. Gerard. ſingular. 7. num. 3. Vaſqu. controu. Illuſtr. cap. 32. num 4. Surd. deciſ. 9. num. 7.* ibique *Hodiern. num. 26. et ſeq.* ubi ſignanter, quando ſubeſt ratio diuerſitatis.

Quartò, quia, cum huiuſmodi ſtatuta ex-
12 cluſiua fæminarum propter maſculos, iuxta receptiorem ſententiam, dici debeant condita ob unicam rationem cõſeruandę agnationis, *Iaſ. in l. de quibus, ſub num. 17. in fine, ff. de legib. Soccin. Iun. conſ. 1. num. 43. et ſeq. uerſ. dicens, quòd prædicta ratio, Roman. in l. teſtamẽto, col. 3. uerſ. item, C. de milit. teſtam. & conſ. 16. num. 5. Dec. in l. generaliter, nu. 5. et*

conſ.

Digitized by Google

conſ.5'53.num.4.Ruin.conſ.21.nu.10.et ſeqq.
Cranett.canſ.250.num.2.Angel.conſ.104.col.
2.uerſ.prætereà,Spad. conſ.319. lib.3. Odd.
co aſ.13.num.22.et ſeq. ubi poſt Bald.in l.ma-
ximum uitium.Cod.de liber. præterit. Salicet.
in l.ſi ſeruus, Cod.de nouat. quòd, cum non
poſſit aſſignari alia ratio, iſta pro expreſſa
haberi debeat, Cephal.conſ.509.num.29.la-
tè Brun. ad ſtatutum, quòd ſtant. maſcul.
art.3.per tot. ſignanter num.5. Georg.Natta
eod.tract.quæſt.1.num.23. uerſ.hoc confirmo,
et trib. ſeqq. Gratian.cap.661.num.13.Mart.
de ſucceſs.legal.par.2.quæſt.4.art.4. num.18.
et ſeq et p.3.q.1.art.4. nu.22.et ſeqq. Micha-
lor.de fratrib.par.3.cap.11.num.158.Cyriac.
controu.137.num.15.Maſcard.de general.ſta-
tut.interpret.concluſ.4.num.130.et ſeq. Mauſ.
conſult.32.num.22. Rot. in recent. deciſ.267.
num.1.et ſeqq.par.9.

Hinc reſultat; ut ea uideatur fuiſſe mens
ſtatuentium, uelle, nempè, conſeruare hęre-
ditates agnatorum inter agnatos; non au-
13 tem cognatorum inter agnatos; vt in pun-
cto, Fulgoſ.d.conſ.54. verſic ſecundò de men-
te huius ſtatuti, quem ſequitur commendans,
Soccin.Iun.d.conſ.23. num.50. lib.1. Brun. ad
ſtatut.quod ſtant. maſcul. art.8. num.52. Ho-
dierna; ad Surd.d.deciſ.9 .num.14.& ſeq. Ca-
pyc.latr.deciſ.135.nu.5.lib.2. licet in ſuo ca-
ſu aliter ſentiat, quia agebatur in terminis
Conſtitutionis Regni, quæ incipit, in aliqui-
bus, quæ loquitur de hæreditate Parentum,
& ſemper in Regno á Sapientibus fuit intel-
14 lecta, & obſeruata, vt complectatur hære-
ditatem maternam, vt poſt Iſern.in d Conſti-
tutione in aliquibus, verbo, Parentum teſta-
tur, ibidem Afflic. quæſt. 11. ſub num.47.
ibique Tappia, verſ.quartò aduotandum eſt.fol.
148. Luc. de Peun. in l.fin col. 2. verſ.è con-
tra, Cod.quan., & quib. quarta pars debea-
tur, Molfeſ.ad Conſuet.Neapolit.part.4.in ad-
dit.quęſt.40.num. 2.& ſeq. Hodier. ad Surd.
d.deciſ.9.num.18.de Pont.conſ.74.lib.1.& de
poteſt. Proreg.tit.de ſucceſſ. mulier. num.26.
Frãch.deciſ.171.n.5.& dec.667. n.4. Capyc.
latr.deciſ.135. quidquid contrarium non
rectè conetur probare Vrſin. de ſucceſſ. feu-
dor.qu.7.art.3.num.25.

15 Quintò tandem, quia, cum Statutum
excluſiuum fæminarum propter maſculos ſit
correctorium Iuris communis, quo æquè
maſculi, ac fæminæ admittuntur ad Paren-
tum ſucceſſionē, l. Maximum vitium 4. Cod.
de liber.præterit.Menoch.conſ.235.num.4.&
427.num.2. Roland. conſ.55.num.12. Becc.
conſ.112.num.19.lib.1. & conſ.209. num.7.
lib.2.Surd.conſ.85.num.1.lib.1. Spad. conſil.
320.num.10.lib.3.& conſ.265.num.3.Ciroc.
diſcept.36.num.22. & ſeq. Cyriac.controuerſ.
284.num.42.

16 Hinc fit, vt ita debeat interpretari, vt
minus, quám fieri poſſit, lædatur Ius commu-
ne, cap. cum dilectus, §.cæterum, de conſue-
tud.Pariſ.conſil.110.numer.6. lib.3. Honded.
conſ.12.num.17.& 20. lib.2. Surd. conſ. 45.
num.19.& conſ.85.num.1.& deciſ.178.num.
15.& ſeqq.Manet.conſ.56.num.3.Mart.Voto.
102.num.7. Peregrin. conſ.51. num.118. &
ſeq.lib.1. Cephal.conſ.210. nu.15. Altograd.
conſ.64.n.3.lib.1.Caball.conſ.128.n.167.&
ſeqq.lib.1.Talma conſ.50.num.3. et 8. Manſ.
conſult.81 num.4.et 5.et conſult.209. nu.32.
Andreol. controu.63. num.8. et controu.138.
num.6. et 7. Cyriac.controuer. 284. num. 46.
Ciroc.diſcept.36.num.22.Mart.Medic.dec.Se-
nen.20 num. 32.Oſaſch.deciſ.59.num.12. Rot.
diuerſ.dec.512.num.5.part.1. et deciſ.24. nu.
3. poſt Gilian. ad ſtatut. Peruſ. Rot. in recent.
deciſ.461.num.4.part.2.et deciſ. 405. nu. 12.
et ſeq. par.5.

17 Cumque loquatur de Patre, ſiue de Aſcē-
dente, quod, ex ſupra firmatis, debet intel-
ligi de Auo, non poteſt trahi ad ſucceſſio-
nem in bonis Maternis, vt in ſpecie firmat
Rot.in rec.dec.264.nu.19.p.6.

18 Præcipuè, quia, cum huiuſmodi ſtatuta
excluſiua tacitam fęminarum exhæredatio-
nem contineant, ex proximè allegandis; me-
ritò illa non fertur, niſi quò ad bona, ſu-
per quibus nominatim exprimitur, Alex. in
l. venia edicti num.7.ibique Iaſ.num.4.Cod.
de in ius uocand. idem Alex.conſ.7.num.11.
lib.2. Alciat.conſ.12.num.12 lib.2.Dec.conſ.
13.num.7 circa med.Corn. conſil.95. num.20.
lib. 2. rectèque ratiocinatur Menoch. conſil.
317.nu.7.et conſ.347.num.44. Rot.in rec.dec.
405.num.12.par.5.cum ſtatutum Iuris com-
munis correctorium non extendatur ad ex-
cluſionem ab hæreditate perſonæ in verbis
formaliter non expreſsę, Bald.in l.ſed, et mi-
lites, num.3.uerſ.et facit, aliàs eſt, in l Vete-
rani 8. ff.de excuſ. Tutor. cuius dictum no-
tandum eſſe dixit Marzar. conſ.29. nu.20.
et conſ.30.num.14. Alber.conſ.349. num.10.
lib.2. Manent. conſ.4.num.5.lib.5. Purpurat.
conſ.145.num.3.lib.1. Soccin.Iun. conſ.23.nu.
49 lib.1.Corn.conſ.115.nu.17.lib.2. Menoch.
conſ.317.num.7.et conſ.347.num.44. Decian.
conſ.372.num.1.et conſ.688.num.2. Cephal.
conſ.5.num.22.Albens.conſ.349.num.10.Al-
tograd.conſ.18.num.41.lib.2.Cyriac controu.
400.num.28.et controu. 386. num.9. Rot in
rec.dec.321.num.13.et 25.part.5. et dec.175.
num. 26.part. 7. Cumque non loquatur ex-
19 preſsè ad oculum de hæreditate matris,
tamquàm caſus omiſſus á Statuto reijcien-
dus ſit ad diſpoſitionem Iuris communis,
l.commodiſſimè, ff.de liber.et poſthum.l ſi extra
neus, ff.de condit.cauſ.dat.Ancharan.conſ 26.
num. 2. Dec. conſil. 451. num.6. Soccin. Sen.
conſ.228. num.2.lib.2. Altograd. conſil. 64.
num.3.lib.1.Afflic. deciſ.21.nu. 13. prout in
ſimi-

Digitized by Google

20 ſimili de hæreditate ſororis non expreſſa in
Statuto, dixit *Rot.coram Merlin. deciſ.471.
num.2.repetita in rec.deciſ.388.num.2.p.5.*

21 Et de Statuto excludente Matrem à ſuc-
ceſſione filij, quòd non ſit extendendum ad
ſucceſſionem filiæ, in ſpecie firmant *Archi-
diac.in cap.ſi quis ſuadente 27. quæſt.4. Socc.
Iun.conſ.23.lib.2.Burſatt. conſ 37. numer.16.
Natt.conſ.514.num.19.Manſ.conſult.21.nu.6.
et conſult.81.num.7.Fenzon.ad ſtatut.Vrb.cap.
152.de contract.prohib.num.6.et ſeq.fol.425.
Hodiern.ad Surd.deciſ.9. num.35.*

22 Prædicta verò, omnia eo faciliùs proce-
dunt, quando agitur de excluſione filiæ à
materna hæreditate, quæ ſtrictiùs debetur,
quàm hæreditas Patris. Mater quippe ſem-
per eſt certa, vt inquit Imperator, *l.ſi qua,
Cod.ad Orfician.*& in his noſtris terminis, re-
ctè admonet *Iſern. in Conſtitu. Regn. in ali-
quibus, verſ. et cum dos datur propè finem,
fol 241.in princip.*

23 Ideòque regulariter Statuta excluſiua fœ-
minarum propter maſculos, non habent lo-
cum in hæreditate materna, in qua non mi-
litat eadem ratio conſeruandæ agnationis,
quæ procedit in hæreditate communis pa-
tris, prout optimè firmat poſt *Soccin. conſ.
84.lib.1.& 241.num.9.& ſeqq.lib.2. Pariſ.
conſ.84.num.5.lib.2. Thob.Non.conſ.22.n.5.
& ſeq.* optimè *Spad.conſ.265. num.4. lib.3.
par.2.*Niſi tamẽ in ijs ſpecificè exprimatur,
prout facit Statutum Vrbis, *cap.145.de ſuc-
ceſs.ab inteſt. lib.1.* & prædicta Conſtitutio
Regni Neapolitani, *In aliquibus*, quæ, vtpo-
tè loquens de ſucceſſione Parentum, proce-
dit etiam in hæreditate Materna, ex ſupra
adnotatis.

Neque ſuperiùs firmatis obſtant verba
generalia Rubricæ Statuti de ſucceſſione
24 Aſcendentium, quorum appellatione com-
prehenditur, tám Pater, quám Mater, *l.qui
cumque,§.parentes, ff.de in Ius vocand.Caſtr.
conſ.40.& 91.lib.2.Roland.à Vall. conſil.24.
num.11.& ſeq.Surd.conſ.402.num.11.& 12.
Menoch.conſ.101.num.40.*

Siquidem aduertendum, Rubricam, non
25 poſſe allegari ad deciſionem, cum non ha-
beat orationem perfectam; Tum ex quo cer-
ta mens ſtatuentium, ex eius verbis, ſine vl-
la ſuppletione, colligi non poteſt, *Bolognett.
ad Rubr.ff.ſi cert.petat. num.25. Maſcard.de
general.ſtatut.interpetr.concluſ.2.num.102.&
ſeqq.Gabr.conſ.12.num.5.& ſeq. lib.1. Mo-
nach.deciſ.Florent.46.num.78.*

Tum etiam, quia, ad hoc, vt Rubrica poſ-
ſit allegari, requiritur, quód ſit deciſiua;
quòdque uerbo non careat, *Alex.conſ.6.nu.
2.et 3.lib.2.et conſ 82.nu.20.verſ.ſed ex hoc,
lib.3.Iaſ.conſ.305. num.4.Rot.in rec.dec.497
26 n.149.& ſeq.part.5.tom 2.*& tamen utrum-
que deficit in præſentia, ſignanter, quia
Rubrica non continet verba negatiua, vt-
putà, *non ſuccedant alij, Rip.in l. 1. num. 17.
ff.ſi cert.petat.*

27 Tum demum, quia, quando, prout in hoc
themate, Rubrica eſt indefinita, licet habeat
orationẽ perfectã, ſtatur Nigro definito, pro
ut in his terminis, *Brunus in tract.quod ſtan-
tibus maſculis, art.8.q.20.nu.100.& ſeq.* be-
nè *Soccin. Sen. conſ.92. num.4. verſ.circa ſe-
cundam dubitationem, lib.1.* vbi, quòd, ſi Ru-
brum generaliter dicat, quòd mulier non
ſuccedat, nec declaretur, an loquatur de
ſucceſſione Matris, vel Patris; hoc autem
declaretur in nigro loquente tantùm de ſuc-
ceſſione materna; tunc erit attendendum
nigrum, quem ſequitur *Soccin. Iun. conſ.31.
num.7.verſ.quinimmò dico, lib.1.* vbi, quòd
Rubrica generalis, quæ poteſt ad vtrumque
ſenſum adaptari, debeat recipere interpre-
tationem á Nigro ſequenti, *Alex. conſ.13.
num.8.verſ.ſolùm eſt videndum, lib.3.Gabr.d.
conſ.12.num.4.5. & 6. lib.1 Cyriac.contrau.
400. num. 26. Maſcard. de ſtatut. concluſ. 2.
num.204.*

Minus etiam aduerſatur aliud Statutum,
ſub *Rubrica* 22. diſponens, quòd maſculi-
num in terminis Statuti, contineat fœmi-
ninum.

28 Siquidem loquitur in caſibus, in quibus
de Iure maſculinum concipit fœmininum;
de Iure autem maſculinum non concipit fe-
29 mininum in præſenti; Vel, quia diſcretiuè,
eſt facta mentio de fœminis, & maſculis,
*Iaſ.in l.tres fratres nu.13.ff.de pact.Zuccard.
in l.fin, num.70.Cod.de edit. Diu.Adrian.Tol-
leud.Decian.conſ.78.num.29.lib.3.Spad.conſ.
245.num.11.lib.3. Silnan. conſ.1. numer.21.
Honded.conſ.8.nu.31.lib.2. Menoch.conſ.990
num.4. Rimin.Iun. conſ.782. num.92. & ſeq.
Rot.in recent.deciſ.388.num.9. iuncto num.7.
part. 5.*

30 Vel quia, Statutum ex ſupra firmatis, eſt
correctorium Iuris communis, *Cacheran.
conſ.20.num.8.& duob.ſeqq. Altograd. conſ.
57.num.79. lib.1.* & in his terminis, *Soccin.
Iun.conſ.23.num.43.lib.1.Surd.d.dec.9.num.
14.* ibique *Hodierna num. 31. & ſeqq.* ob
quam rationem Pragmatica Regni ad Ma-
cedonianum, per quam prohibitum eſt filijs
familias abſque patris conſenſu, & præſen-
31 tia contrahere, vtpotè correctoriam Iuris
communis, vt habetur in *leg. filius famil.ex
omnibus, ff.de act.& obligat. l.fin. §.1.ff. de
Verbor.obligat.l.hærede, §.filia, & §.ſeq.ff.de
pact.Hodiern.ad Surd.d.dec.9.n.32.& ſeq.* nõ
comprehendit filiam famil. *Din.& Imol. in
l.ſi ita ſcriptum ſit filiabus, ff.de legat.2.Alex.
conſ.29.nu.10.lib.3. Tiraq.de vtroq. retract.
§.1 gloſ.9.num.193.Vrſill.ad Alflic.dec.308.
num.22.*

32 Prout, etiam Statutum diſponens, filios

feciſſe in eodem teſtamento contenta.
34 *Teſtes loquentes per verba dubitatiua*, puol
eſſere, e non puol eſſere, *non coarctant negatiuam, ſed reuocant rem ad poſſibilitatem ſcientiæ, quod aduerſatur probationi negatiuæ.*
35 *Metus Vxori illatus à Viro ad extorquendam inſtitutionem, non præſumitur, & concludentiſſimis eſt probandus argumentis.*
36 *Et in ſpecie, non autem in genere, hoc eſt, quòd fuerit à Viro Vxori illatus ad extorquendam inſtitutionem.*
37 *Actus in ſpecie metum inferentes, debent maniſeſtè à teſtibus explicari.*
38 *Non ſufficit, quòd minæ præceſſerint; ſed omninò requiritur, quòd actus, per quem fuerunt illatæ, incontinenti fuerit ſequutus.*
39 *Teſtis vilis, & pauper non probat.*
40 *Idemque aſſerendum de Inimico, & Maleuolo.*
41 *Vel de Luſore.*
42 *Teſtis ignorans cauſam, ob quam Vxor malè agerctur à Viro, non probat, prout requiritur, metum directum ad extorquendam inſtitutionem.*
43 *Teſtis aſſumens partes Iudicis, non meretur attendi.*
44 *Prout, quando apparet propenſus erga partem aduerſam, & victoriam cauſæ.*
45 *Teſtibus deponentibus pro libertate actus, cum excluſione metus, magis eſt credendum, quàm deponentibus de metu.*
46 *Metus excluſio comprobatur ex teſtamento iam condito.*
47 *Declaratur* deciſio Franch. 180.
48 *Animaduerſio circa deciſiones* Rot. *in huiuſmodi cauſa prolatas, quæ ſunt impreſſæ* in recent. 364. & 239. par. 14.

CAPVT XXXVI.

MANDATVM non eſt exequendum,
quia, cum Antonius fuerit inſtitu-
tus hæres Vniuerſalis á Tereſia
eius Vxore, iniuſtè fuit conceſſum
mandatum fauore illorum de Ferris, tanquàm
heredũ ab inteſtato eiuſdem Tereſiæ, eorum
1 ſororis pro reſtitutione dotium; Quandiù
enim adeſt teſtamentum, ſublata, omninò
remanet cauſa inteſtati, *l. quamdiù 39. ff. de
acquir. hæred. l. quandiù 90. ff. de regul. Iur. leg.
antequam 8. Cod commun. de ſucceſs. l. ex teſta-
mento 2. Cod. vnde liber. Bart.* & alij in *l. ne-
que, §. hæres inſtitutus, ff. de acq. hæred. Surd.
conſ. 268 num. 51. Vueſſembec. conſ. 130 n. 40.
lib. 4. Altograd. conſ. 74. num. 29. lib. 1. Cyriac.
controuerſ. 46. n. 17 Giurb. deciſ. 11. num 5. &
ſeq.* vbi, quod materia teſtati, & inteſtati, ſit
contraria, *Barz. dec. 89. nu. 21. Epiſc. Thomat.
deciſ 82. num. 1. Card. Ottobon. deciſ. 162. n. 2.
Card. Cerr. dec. 757. nu. 8.*
2 Et quouſque teſtamentum declaretur nul-
lum per rem iudicatam, adeò cauſa teſtati
ſubſiſtit, vt interim legitimi ſucceſſores nul-
lum intereſſe uideantur habere, neque ali-
quid Iure hæreditario conſequi valeant, vt
tradunt *Salicet. in l. 2. num. 3.* ibique *Alex.*
*num. 7. C. de bonor. poſſeſs. ſecund. tabul. Surd.
conſ. 268. num. 51.* latè *Altograd. conſ. 74. nu.
29. & ſeqq. lib. 1. Cyriac. contrαu. 305. nu. 14.
& ſeq. Menoch. de adipiſc. remed. 4. num. 462.
Argel. de acquir. poſs. queſt. 3. art. 21. n. 1097.
Epiſc. Thomat. deciſ. 82. num. 1. & ſeqq.* & ob
3 id non dicuntur legitimi cõtradictores, *Be-
ro. conſ. 56. ſub num. 4. lib. 2. & conſ. 47. nu. 8.
lib. 3. Altograd. d. conſ. 74. num. 30. lib. 1. Cy-
riac. d. controu. 305. num. 16.*
4 Neque de ualiditate teſtamenti eſt hæſi-
tandum; tàm attenta, ſolemnitate Statuti
Aſculani, ſub *rub. 14. lib. 1.* expoſcentis re-
quiſitionem, ſiue præſentiam Mariti in teſta-
mento ab Vxore condito, quàm, etiam Iu-
ris cõmunis, cuius forma fuit ad unguem
ſeruata in teſtamento nuncupatiuo implici-
to, per relationem ad ſchedulam coram
teſtibus Notario traditam.
5 Quò enim ad Statutum, dicitur eidem ſa-
tisfactum per præſentiam Viri, qui abſque
dubio potuit genericè præſtare conſenſum,
ut Vxor liberè teſtetur; quamuis ipſe fuerit
hæres inſtitutus, ut in ſpecie firmat *Bald. in
l. vnica, num. 2.* ibique *Salicet. cod. n. C. vndè
Vir, & Vxor, Angel. in l. 1. § fuit quæſitum,
num. 2. ff. ad Senat. Conſult. Trebell.* egregiè
idem, *Bald. conſ. 78. per tot.* ſignanter *in fin.
lib 4* ubi in ſpecie, quòd Maritus poſſit ſuam
adhibere præſentiam uigore ſtatuti, etiam,
cum ipſe inſtituitur hæres ab Vxore, &
conſ 6. volum. 2. qui in terminis Statuti re-
6 quirentis conſenſum, & præſentiam duo-
rum Propinquorum in teſtamento Mulieris
firmat, quòd propinquus poterit conſenti-
re, ut ipſe ſubſtituatur, *Corn. conſ 242. nu.
7 2. lib. 4.* aſſerens, quòd abſonum eſſet, quód
uigore huius Statuti Vxor non poſſit Virum
inſtituere, latè *Gabriel. conſ. 2. à nu. 7. vſq.
ad fin.* ſignanter *nu. 22. & fin. lib 1. Decian.
conſ. 2. num. 45. & ſeq. lib. 5 Thob. Non. conſil.
18. num. 11.* Card. Tuſch. *concluſ. 565. nu 41.
Andreol. controu 73. num. 4 et 15. Merlin. con-
trou. for. cap. 100. num. 24. lib. 2. Cirocc. diſcep.
8 37. nu. 11. & ſeqq.* & in ſpecialibus terminis
dicti Statuti Aſculani, *Gratian. cap. 556 nu.
23. & ſeq. Card. de Luca de teſtam. diſc 31.
num. 4* neque uidetur diſſentire, *Rot. in rec.
dec. 710. num. 2. part. 1.*
9 Huiuſmodi uerò receptiſſima concluſio,
ſatis euidenti rationi innititur; Cum enim
huiuſmodi ſtatuta prohibentia Mulieribus,
ne poſſint teſtari, ſiue contrahere, abſque
requiſitione uel preſentia Virorum, habue-
rint principaliter reſpectum ad præiudiciũ,
& Intereſſe eorumdẽ uirorũ, quorũ fauore
abſque dubio dici debent condita, iuxta re-
ceptum monitum, *Bald. in l. vnica in princ.
verſ. hic autem,* C. *vnde Vir, & Vxor. Decian.
d. conſ. 2. num. 31. verſ. 7 conſiderandum, lib. 5.
Honded. conſ. 32. num. 108. lib. 1.* latè, *Gabriel.*
dict.

dict.conſ.2. num.7. uſque ad *n.12.lib.1.Thob.*
Non.conſ.18.num.3. Altograd. conſ.32. nu.4.
lib.2.Tiraquell.de leg.connub.gloſ.6. num.38.
& ſeq.Paleaz in repetit.rub.de donat.int.Vir.
*& Vxor.§.68.num.2.& ſeq.*qui loquitur in
ſtatuto requirẽte præſentiam, & conſenſum,
Gomeſ.ad l.55. Tanr. *num.1. in fin.* Roderic.
Suar.ad leg.for.tit.de las ducdas ad l.1.n.7.&
9.Lambertengh in tract. de contract.mulier.in
*præfat.n.2.et gloſ.10.*in verbo *cũ ipſo marito,*
num.2. & ſeqq. Ceuall. quæſt.695. num.17.
26.& ſeqq.tom.2.Merlin. dict.cap.100.lib.2.
num.22.Barz. dec.94. num.19. & 25. Mart.
Medic. exam.57. ſub num.8. & in ſpecie di-
cti Statuti Aſculani, *Card.de Luca de teſtam.*
dict.diſc.31.num.4.

Vtiq; cõtra notiſſimas regulas Iuris retor-
queretur fauor in odiũ, ſi Maritus nõ poſſet
10 ab Vxore heres inſtitui; eſſet enim deterio-
ris conditionis quolibet alio extraneo, *An-*
gel.in dict.l.1.§.fuit quæſitum, num.1.verſ.3.
quia hoc in perniciem, ff.ad Senat. Conſ. Tre-
*bell.*Ranchin. *in add.ad Guid.Pap. deciſ.225.*
verſ.alioquin redderetur.

Vlterius, cum requiſitio, Virique præſen-
tia non poſſit cenſeri ſancita à ſtatuentibus
pro integranda mulieris perſona ad teſtan-
11 dum; adeòut ex præſentia reſultet conſen-
ſus authoritatiuus, qui vtique ad proprium
commodum præſtari non poſſet, *l.1. ff.de*
author. Tutor. ibique *Alex. in Apoſtilla ma-*
gna, & in l.1.§.fuit quæſitum, vbi omnes de
hac materia, *ff.ad* Trebellian. *Caſtr.conſ.339.*
in princip.lib.2.Abb.conſ.40.in fin.lib.2. Ti-
raquell.de leg. connub.gloſ.8. q.13. Maxill.ad
*conſuet.*Baren.*tit.de* Iur.*dot.num.140. Cancer.*
var.lib.2.cap.1.num.72.& ſeq.de Marinis re-
ſolut.144.num.17.& 22.lib.2.Rouit.in Pagm.
1.de Senat.*Conſult.Macedon num.58.*Gratian.
cap.781.num.28.Franch.deciſ.14.num.2. ibi-
que *add.*Rot.*in recent.deciſ.492.num.9.par.1.*
12 Sed ſolùm ratione præiudicij ipſius Viri,
ex ſupra deductis, vel ob intereſſe, quod po-
teſt in Marito conſiderari, ne Vxor, illo
ignorante, teſtetur, tám, ſi filij tempote teſta-
menti conditi exiſtant, quo caſu multùm
intereſt mariti, quomodò Vxor teſtetur;
quàm, ſi non exiſtant, ob ſpem illos poſt te-
ſtamentum ſuſcipiendi, prout rectè aduer-
tunt *Gabr.conſ.2.num.9.& ſeq.lib.1. Honded.*
dict.conſ.32.num.108.propè fin. lib.1. alijque
ſuperiùs laudati.

Hinc reſultat, vt ſtante intereſſe prædi-
13 cto, cum conſenſus Viri nullatenus requi-
ratur à ſtatuto ad integrationem, ſolemni-
tatemque actus teſtandi, ſed ratione præiu-
dicij, cum regulare ſit, ut, quotieſcumque
ex contractu poteſt aliquod oriri præiudi-
cium ei, qui conſentire debet, tunc non ad
integrationem, & ſolemnitatem cenſeatur
conſenſus tequiſitus; ſed tantummodò ra-
tione præiudicij, iuxta theoricam *Bald. in*
*l.1.num.10.*Cod.*qui admitt. Felin.in cap.edo-*
ceri, num.9.de reſcript. Alex. in l.ſi quis mihi
bona, §.iuſſu, ibique *Bart. & Aretin. ff.de*
*acquir.heredit.*Caſtr.*in l.ſi cum dotẽ,§.eo antẽ*
tẽpore,n.13.ff.ſolut.matr. Vuſmbecius in parat.
ad lib.26 ff.tit.8.verſ.& cõmuniter, Roman.cõſ.
*54.n.3.*Cald.*Pereyr.de*Iur.*Emphyt.lib.4.c.11.*
n.7.verſ.dicitur autẽ, Miſinger.pract.obſeruat.
cent.2.obſeru.34.Fontanell.de pact.nupt.tom.
1.clauſ.4.gloſ.7.part.3.num.43. Cancer. var.
p.2.cap.1.n.96.& ſeq.Merlin.contron.c.39.n.
37.lib.1.& c.99.n.48.lib.2 Rot.*dec.141.n.7.*
*& ſeqq.*poſt *Zacch. de oblig. Camer.* & in his
terminis Gabriel.*d.conſ.2.n.19.& ſeqq.lib.2.*
Honded. dict.conſ.32. num.108. lib.1.Decian.
d.conſ.2.n.45.& ſeqq. lib.2. & in ſpecie dicti
Statuti Aſculani, *Card.de Luca de teſtam. d.*
diſc.31.num.4.

Meritò potuit Maritus genericè præſtare
conſenſum Vxori, ad effectum, ut liberè te-
ſtetur, quamuis illum hæredem inſtituerit:
14 Regulare enim eſt, ut, quoties ſtatutum re-
quirit conſenſum, vel præſentiam, non ad
integrandam perſonam; ſed potiùs ratione
ſolius præiudicij, licitum ſit authorare actũ,
etiam ad proprium cõmodum, prout, omiſ-
ſis generalibus, in his ſpecialibus terminis
firmat *Bald.in dict.l.vnic.*ibique *Salicet.uter-*
*que num.2.*Cod.*vnde vir & vxor, & conſ.6.*
numer. 2. libr. 2. Gabriel. dict. conſil. 2.
num.6.& ſeq.lib.1.Tob.Non. conſ. 18. nu.11.
& ſeq. Corn.conſ.242.num.1.in fin.& 2.lib.4.
& in ſpecie Statuti Aſculani, *Card.de Luca de*
teſtam.d.diſc.31.n.4.
15 Præcipuè, quia (& hoc rogo aduerti) cum
nullo alio ſtatuto mulieribus præcipiatur, ut
cũ aliqua ſolemnitate teſtentur; hinc oritur,
noluiſſe Statuentes fragilitati ſexus prouide-
re; ſed potiùs fauere Maritis, *Tiraq.de leg.cõ-*
nub.gloſ.6. verbo *conſenſiment.n.40.*& in his
terminis optimè aduertunt *Gabr.d.conſ.2.n.*
11.lib.1. Honded.d.conſil.32.n.108.lib.1.De-
cian.dict.conſil.2.num.31. verſ.ſeptimò conſi-
derandum, lib.5.Andreol.d.contr.72.n.14.
16 Si enim Statutum ob diffidentiam ſexus,
ſeu Muliebris imbecillitatis exoptaſſet hu-
iuſmodi interuentum ad integrandam per-
ſonam, qualem aliàs non integram reputaſ-
ſet, generaliter eamdem, vel ſimilem ſolem-
nitatem in cuiuſcumq; Mulieris, etiam innu-
ptæ, teſtamento demandaſſet: Hinc proin-
de ducto argumento à frequentiùs acciden-
tibus, in caſu nuptarum deſideratus vide-
tur interuentus Viri ad euitanda præiudi-
17 cia filijs ſuperſtitibus reſultare conſueta
ex teſtamentis mulierum, quæ de facili ad
legata, præſertim pia, induci ſolent, *Bart.in l.*
*tranſactionem in 1.lectura, circa fin.*ibiq; *Bald.*
Aretin.& Iaſ.*C.de tranſact.* Tiraq.*de l.connub.*
gloſ.6. verbo *conſenſerunt, n.37.vſque in fin.*

*Lamberteugh.de contrect. mulier. gloſ.*10. in uerbo *cum ipſo marito,num.*2.benè *Mart.Mediceſ. examin.* 57. *num.*8. & in his terminis optimè *Gabr.dict.conſ.*2.*num.*9.*& ſeq.*& in ſpecie huius Statuti Aſculani aduertit *Cardin.de Luca de teſtam.d.diſc.*31.*n.*5.

18 Multòque magis, quia,cum mulier,inſpecta diſpoſitione Iuris Communis, nullatenus indigeat præſentia, vel conſenſu Viri, vel filiorum ad integrandam ſuam perſonã; ſed poſſit abſque dubio ſine illis teſtari: Hinc fit, ut præſentia non poſſit dici á ſtaturo requiſita ad integrandam perſonam eiuſdem mulieris, prout in ſimili ſtatuto,optimè aduertit *Rot.dec.*241. *num.*10. poſt *Zaecb.de obligat.Cameral.*

19 Animaduertendo potiſſimùm, quòd idem ſtatutum in caſu inobſeruantiæ mandat,bona deuenire ad maritum, & filios; atque adeò abſque ulla prorſus difficultate ſtatuẽtes in præſcribenda mulieribus nuptis huiuſmodi forma teſtandi, conſiderarunt principaliter intereſſe, præiudiciumque Viri, & filiorum,prout egregiè aduertit *Gabr.d.conſ.*2.*num.*3.*& ſeqq.& num.*8.*& ſeqq.lib.*1.

His igitur firmatis, nullatenus aduerſantur auctoritates allegatæ in *dec*. cõtraria in huiuſmodi cauſa edita,impreſſa in *rec.decif.*
20 164.*n.*7. *& duob.ſeqq. par.*14.Nam omnes, vel loquuntur, quãdo ex verbis ſtatuti apertè deprehenditur, conſenſum fuiſſe requiſitum ad integrandam perſonam mulieris ad contrahendum, ſiue teſtandum, in quibus terminis procedunt plerique allegati per *Tiraquell.de leg.connub.gloſ.*8.*num.*114.*verſic.& hoc expreſsè*, præcipuè,*Caſtrenſ.in l.ſenium, num.*7 C.*qui teſtam.fac.poſs.Alex.conſil.*106.*num.*5.*verſ.vnde mihi remanet, lib.*1.

21 Vel,quandò Maritus ſpeciatim,& in indiuiduo præſtitit conſenſum,cum conditione præciſa, & non aliter, vt ipſum Vxor inſtitueret, prout in ſpecie benè aduertunt *Decian.dict. conſil.*2. *num.*48. *verſ præterea reſpondetur,lib.*5.Thob.*Non.dict.conſ.*108.*n.*12 & in his terminis videtur loqui *Angel.* alibi ſibi contrarius, in § *Oeconomus*, *Auth.de alienat.& emphyt.*qui etiam ſupponit, quòd conſenſus requiratur à ſtatuto pro forma, & ſolemnitate, vt in puncto,allegata doctrina *Angeli in d.* §.*Oeconomus*, ponderat *Gabr.* ſæpiùs citato *conſ.*2.*num.*14.*lib.*1.

22 Vel, demum numero cæteri ſatis pauci, præcipuè *Pancirol. conſil.*187. *num.*20. loquuntur contra communem ſententiam, & in eadem cauſa ex aduerſo contra *Pancirol.* ſcripſerunt *Gabr.Decian. &* Thob. *Non.in conſ.*proximè allegatis, quorum authoritas præualere debet,utpotè fulcita ſolidioribus fundamentis.

23 Præterquàmquòd, in præſenti eò magis ſublata remanet quælibet difficultas,ea animaduerſione adhibita, quòd ſtatutum non requirat conſenſum Viri, vt ſupponit contraria deciſio, ſed ſolùm præſentiam, quo caſu illa poteſt præſtari, etiam ad ſui commodum, quidquid ſit, quando copulatiuè requireretur á ſtatuto præſentia, & conſenſus, in quibus terminis loquuntur nonnullæ auctoritares contrariæ; tunc enim, quia videretur eſſe quædam auctoritas ad ſubſtantiam actus, ideò non mirum, ſi tunc non poſſit quis ſibi auctorari, ita in ſpecie,poſt *Bald.*dicit opinionẽ veriſſimam,*Corn.d.conſ.*242.*n.*2. ſignanter *circa med.verſ. vnde quatuor puncta,lib.*4. & in ſpecie huiusmet ſtatuti,optimè aduertit, *Gratian.d.diſcept.*556.*num.*23.*& ſeq.Card.de Luca de teſtam. d.diſc.*31.*num.*2. *&* 4.

24 Fortiùs, quia agitur de teſtamento clauſo, de quo, cum ſtatutum non loquatur,attendi debet diſpoſitio Iuris Communis permittentis Vxori liberè, abſque Viri præſentia, vel conſenſu teſtari, vt in terminis,*Epiſcop.Thomat.deciſ.*Maceraten.68.*num.* 93. *&*
25 *ſeq.lib.*1.ſtatuta namque reſtringentia liberam teſtandi facultatem non debent extendi ad ea, de quibus non loquuntur, prout in ſpecie dicti ſtatuti Aſculani, *Rot. in rec. deciſ.*710.*ſub num.*2. *in ſin part.*1. Præcipuè, quia in aliquorum ſententia, non ſubſiſtunt, *Caſtr.in l.ex facto,num.*6.*ff.de vulgar. & pupill.Alex.conſ.*155.*num.*6.*lib.*2.*Iaſ.conſ.*127.*num.*1.*lib.*1. *Decian.conſ.*56. *num.*32. *lib.*2. *Manſ.conſult.*145.*num.*48.Rot.*in rec.d.deciſ.*710.*num.*2.*verſ.maximè, cum circumſcriptæ part.*1.

Remanet igitur hæc noſtra ſententia validiſſimis rationibus, & auctoritate grauiſſimorum Virorum fundata; contraria verò omni ratione deſtituta.

26 Quò, verò ad ſolemnitates requiſitas de Iure communi in teſtamento nuncupatiuo Implicito, illis dicitur ſatisfactum; quoties Teſtator dixit in ſchedula Notario conſignata, contineri ſuam poſtremam voluntatem, de qua idem Notarius fuit rogatus coram ſeptem teſtibus; huiuſmodi enim forma teſtandi perindè valet, ac ſi Teſtatrix
27 ore proprio hæredem nominauerit, neque requiritur, quòd teſtes fuerint facti certiores de his,quæ in cedula teſtamẽtaria cõtinnentur, iuxta nobilem theoricam *Bart.in l.ſi ita ſcripſero* 30.*num.*1.*ff.de condit.& demonſtrat.* quàm,vti communem ſequuntur,omiſſis alijs,*Clar.in* §.*teſtamentum,quaſt.*4.*num.*3.*verſ.contraria tamen,& queſt.*36.*num.*2.*Berlich.concluſ.*4.*nu.*25.*part* 4. *Vaſq.de ſucceſs.creat.*§.17.*num.*53.*& ſeq.Caſtill. tom* 4.*controuerſ cap.*20.*num.*28.*& ſeqq.Card. Mantic. de coniectur.lib.*1.*tit.*7.*num.*7.*Afflic.dec.*143 *num.*7.*Rouit.deciſ.*95.*num.*10. *& ſeq. Capyc. latr.deciſ.*5.*num.*27. *Epiſc.* Thomat. *dec.*82.

num.

num.19.Add.ad Buratt.decif.475.num.22. &
illam, vti æquiorem, perpetuò amplexa
eſt Rot. ſignanter, decif.570. num.7.& 581.
num.6.part.4.rec.tom.3.Card. Otthobon.decif.
181.n.5.& ſeqq.Duran.dec.206.Et Nos alio
in loco latè exarauimus.

Eòque magis in præſenti admittenda,
28 quia non poteſt dubitari de certitudine, &
identitate ſchedulæ teſtamentariæ, nedum,
quia fuit ſcripta á Confeſſario, de quo lex
maximoperè, confidit, utpotè, curam Animæ
habente, Corn.conſ. 261.num.31. vol.4.
Suarez. allegat.1.n.13.Capyc.latr.dec.12.nu.
10.Rouit.dec.95.num.16. Seraphin.dec.1128.
num.1.Buratt.dec.211 num.9.Card.Otthobon.
29 dec.145.n.16.& ſubſcripta à Teſtatrice, quæ
manu propria ſigno Crucis illam obſignauit,
præſentibus tribus teſtibus Religioſis,
ac Sacerdotibus probatiſſimæ vitæ pariter,
ſe ſubſcribentibus, vt in ſpecie, Duran.
decif.180. num.6.verſ.teſtatrix manu propria
fecit ſignum Crucis.

30 Sed etiam, quia Notarius legalis, boni-
que nominis, adhibitis ſeptem teſtibus de
conſignatione ſchedulæ fuit rogatus, Bart.in
l.2.verſ.ſed ſi Notarius eſt rogatus, ff.quemad-
mod.Teſtam. aperiant. Caſtr. conſ.93. num.3.
& ſeqq.lib.1.Lana de forma teſtam.nuncupat.
num.14.32.& ſeqq.& conſ.1.poſt dictum tra-
ctatum, num.39. verſ.verùm his non obſtanti-
bus, Clar.d.§.teſtamentum, quæſt.4.ſub num.3
verſic.conſulo tamen, Card.Otthobon.dict.decif.
181.n.9.& ſeq. Rot.in rec.decif.96.num.5. &
ſeqq.part.5.Duran.decif.180.num.3.& ſeqq.

31 Quando enim ſchedula eſt dimiſſa in ma-
nibus Notarij, nihil aliud requiritur pro ue-
rificanda illius identitate, quàm fides eiuſ-
dē Notarij, penes quem fuit dimiſſa, Piſtor.
obſer.199.num.10.Lana de form teſtam. nun-
cupat.num.14.32.& ſeqq.& conſ.1.poſt dict.
tractat. num.48.& 86.Capyc.latr.conſul.14.
num.38.Adden.ad Buratt. decif.475.num.21.
propè fin.verſ.tertius caſus eſt, Duran.d dec.
180.num.3.Car.Otthobon.d.dec.181.n.11.

32 Neque alicuius momenti eſt obiectum,
quòd ſubſcriptio cum ſigno Crucis, non
ſuffragetur, dum non conſtat, Teſtatrici
fuiſſe lecta contenta in ſcriptura, Bald. in l.
fin.num.1. ibique, Salicet.in princip.Cod.plus
valer.quòd agit. Angel.in leg.ſi ita ſtipulatus
126.§.Chriſogonus, num.2.in princip. ibique,
Imol. num.10. verſ.item nota, Alex. num.2.
verſ.in textu, ff.de verbor.obligat.Angel.conſ.
409.num.1.verſ.ſed eorum, Caball. conſ. dec.
11.num.7.lib.2. Menoch. lib.3.præſumpt.66.
num.21.

Siquidem, in contrarium Iuris vrget præ-
ſumptio, l.ſicut, §.non videtur, ff.de ſtatu ho-
min. & per eumdem text.Bart.in l.1.§.ſi quis
neget, circa fin.verſ.quæro, quid ſi Inſtrumen-
tum, Cod. de reb. alien. non alien. Iaſ.in
l.ſi ita ſtipulatus 126.§.Chriſogonus, num.14.
verſ.aduerte, ff.de verbor. oblig. Felin.in cap.
quoniam contra, num.48. verſ.limita 2.ad fin.
de probat.Purpurat.in l.admonendi.num.179.
de Iur.Iur.Pariſ.conſ.77.n.26.& conſ.88.nu.
34.lib.3. Ruin.conſil.193.num.1. & 6.lib.2.
Alex.conſ.147.num.3.lib.2.Caſtr. conſ.12.n.
10. lib.3. uerſ.incumberet ſibi onus probandi,
Gabr.de præſumpt. concluſ.3.num.28. uerſ.in
dubio; num. 3.Maſcard.de probat.lib.3. concl.
1341.num.19.uerſ.ſi ſubſcribens, Coler. de
proceſs.exequt.cap.1.part. 3.num.130.uerſic.
docendo, ſcilicet, Cancer. Var. reſolut. part.1.
cap.22.nu.2.uerſ.& hæc niſi probet, Menoch.
lib.3. præſumpt.66. num. 3. latè Rubens in
practicab. reſolut.de teſtam.cap.26.num.239.
& ſeq. benè Rot.in rec.dec.263.n.16.part.4.
tom.2. ubi, quòd ſit præſumendum, Teſta-
torem ſciuiſſe, & legiſſe contenta in cedula,
& decif.581.num.17.& ſeqq.ead.par.4.to.3.
quæ n.21.rectè aduertit, quòd ex aduerſo
alllegata procedant, quoties agitur de ſub-
ſcribente obligando, tunc enim poteſt in-
telligi, non eſſe ſubſcribenti allatum præiu-
33 dicium, niſi conſtet, fuiſſe illi lectam, uel
cognitā ſcripturam, quam ſubſcripſit quòd-
que ita, ſi rectè aduertatur, loquantur Do-
ctores in dict.§.Chriſogonus, Gabr.et Menoch.
in locis ex aduerſo allegatis; ſecus, quoties,
prout in præſentia, agitur de teſtamēto ſol-
lemniter confecto, & rogato à Notario co-
ram teſtibus, in quo, licet Teſtator habuerit
relationem ad cedulam, ſufficit conſtare, de
certitudine illius, neque eſt opus aliud pro-
bare, ex ſuper allegatis.

Prædicta uerò omnia fortiùs procedunt,
attenta depoſitione teſtium, qui aſſerunt,
Teſtatricem immediatè, poſt conditum te-
ſtamentum, & rogitum de eodem habitum
à Notario, dixiſſe, ſe Antonium eius Vi-
rum hæredem inſtituiſse, ex quo ſatis aper-
tè deprehenditur ſcientia indiuidualis con-
tentorum in ſchedula, ut in his terminis,
Surd.conſ.414.num.55.et 63.uerſ.item ex his,
& ſeqq.lib.3.Soccin. Iun.conſ.32. num.11.&
ſeq.lib.4. Ruin.conſ.192. num.5.& 9. lib.2.&
in ſpecie, Rot.in recent.dict.decif.581.nu.28.
par.4.tom.3.

Huiuſmodi uerò ſcientia nullatenus in-
fringi ualet, ex depoſitione teſtium partis
aduerſæ, qui, cum loquantur per uerba dubi-
tatiua, ibi, puol eſſere, e non puol eſſere, nul-
latenus coarctant negatiuam; ſed reuocant
34 rem ad poſſibilitatem ſcientiæ, quòd dire-
ctè aduerſatur probationi negatiuæ, quæ tol-
litur ex ſola poſſibilitate in contrarium,
ut in terminis terminantibus, latè reſ-
pondit, Surd.d.conſ.414.num.48.uerſic. Ro-
magnonus, & ſeqq. lib.3.Altograd conſil.50.
num.118. lib.1. rectèque conferunt in ter-
minis generalibus deducta per Felin.in c.in

Digitized by Google

noſtra, num.3. de teſtib. Pariſ. conſ.162. nu.12. lib.4. Gabr. conſ.168. nu.20. lib.2. Vermigliol. conſ.16. num.12. Spad. conſ.19. num.5. lib.2. Corn. conſ.261. num.14. verſ. tertius autem, lib.4 Boſs. de falſ. nu.36. verſ. vbi etiam, Merlin. deciſ.835. num.14. in fin. cum ſeq. Bich. dec. 345. num.13.

35 Pro infirmando denique teſtamento, non poteſt pars aduerſa confugere ad ſomniatum metum Vxori à Viro incuſſum, ad extorquendam ipſius inſtitutionem; Tum ex quo non præſumitur, & concludentiſſimis argumentis eſſet ex aduerſo probandus, l. nam eſt veriſimile, ff. de eo, quod met. cauſ. Bald. conſ.350. num.1 lib.3. Surd. conſil.429. num.47. Cornel. conſ.77. lib.4. Dec. conſ.489. num.6. & ſeq. Pariſ. conſ.67. num.61. lib.3. Burgoſ. de Pax. conſ.7. nu.7. Altograd. conſ.50 num.262. in fin. cum ſeq. lib.1. Rebuff. tom.2. ad leg. Regn. tit. de reſciſs. contract. gloſ.12. nu. 11. Card. Mantic. de coniectur. vlt. volunt. lib.2 tit.7. num.2. & deciſ.142. num.2. Maſcard. de probat. tom.2. concluſ.1054. num.1. & ſeq. latè Caſtill. lib.3. controu. cap.1. num.65. & ſeqq. & num.83. Menoch. lib.3. præſumpt.126. num.1. & ſeqq. & nu.6. Farinac. in fragment. in 2 par. litt. M. num.167. Andreol. controu. 73. n. 44. Capyc. latr. conſultat.152. n.52. & ſeq. lib.2. egregiè Tappia deciſ.16. num.28. Card. Seraphin. dec.336. num.2. Verall. deciſ. 221. num.1. part.2. Boer. deciſ.101. in fin.

36 Et in ſpecie; non autem in genere, hoc eſt, quòd fuerit illatus à Viro Vxori, pro inſtitutione extorquenda, iuxta doctrinam Gloſ. in l. interpoſitas, uerbo nec tamen, ibique Bald. numer. 4. & 6. Rimin. numer. 3. Roland. à Vall. conſil. 33. numer. 23. lib. 2. Bartol. in leg. ſi ob turpem, numer. 7. ff. de condict. ob turpem, cauſ. Plot. de in lit. iurand. § 3. ſub num.12. Mongell. de his, quę vi metuſque cauſ. fiunt, cap.10. §.2. num.1. Auendan. de metu, lib.1. cap.9. num.15. Larr. allegat.35. num.9. & ſeq. par.1. ubi, quòd debeant in ſpecie actus metum inferentes,
37 manifeſtè à teſtibus explicari, Anna ſing. 141. Menoch. lib.3. præſumpt.127. nu.11. Mart. de ſucceſs. legal. par.4. quæſt.1. art.6. num.29. Ripoll. uar. reſolut. cap.14. num.526. uerſ. reſpondeo, latè Ramon. conſ.96. num.21. ubi, e-
38 tiam adducit DD. affirmantes non ſufficere, quòd minæ præceſſerint, ſed requiratur, quòd actus, per quem fuerunt illatæ, incontinenti ſequutus fuerit, Altograd. conſ.5. nu. 59. & ſeq. & d. conſ.50. num.265. lib.1. Andreol. controu.73. num.44. & ſeq. lib.1. Capyc. latr. conſult.152. num.53. lib.2. Boer. dec.100. num.13. Afflict. dec.246. num.3. & ſeq. ibiq; Vrſill. in addit. Epiſc. Sperell. dec.79. num.41. part.1. Maſtrill. dec.140. num.15. & ſeqq. par. 1. Vin. deciſ.507. num.19. lib.3. Seſſe dec. Aragon.60. num.20. part.1. & ex Theologis tradunt, Suarez. de Relig. part.3. lib.6. cap.4. uerſ. reſpondere poteſt, Leſs. de Iuſt. & Iur. lib.2 cap.27. dubit.6. num.40. Tùm etiam, quia metus nullatenus remanet probatus ex teſtibus ex aduerſo inductis, cum tertius ſit uilis, miſerabilis, luſor, imò inimicus huius partis, qui nullam meretur fidem, & unaquæque ex dictis exceptionibus ſatis ſuperque ſufficit, ad hoc, ut eius depoſitioni nulla fides ſit præſtanda.

39 Prout de uili, & paupere, Farinac. de teſtib. quæſt.57. num.46. Vermigliol. conſ.131. num.2. et conſ.15 num.3. Giouagn. conſil.43. num.27. lib.1. Rot. poſt lib.2. conſ. Farinac. dec. 138. num.4.

40 Et de inimico, & maleuolo, idem Farinac. de teſtib. quæſt.53. num.30. Peregrin. conſ.87. num.23. lib.1. Menoch. conſ.101. num. 44. Vermigliol. conſ.169. num.7. & ſeq. Giouagn. conſ.37. num.31. lib.1. Turrett. conſ.15. num.54. & ſeq. Crauett. conſ.6. num.32. Cephal. conſ.208. n.15. & ſeq. Card. Seraphin. dec. 1076. num.4 Rot. in recent. deciſ.187. num.12. par.9.

41 Et de Luſore, Alex. conſ.152. num.4. vol.5. Crauett. conſ.169. num.5. Riminald. Sen. conſil. 99. num.47. lib.1. Ant. Scapp. de Iure non ſcripto, lib.4. cap.167. num.8.

42 Quò verò ad Mulierculas, ſeptima in ordine, utpotè ignorans cauſam, ob quam Vxor malè ageretur á Viro, non probat, prout requiritur, metum directum ad extorquendam inſtitutionem, Ramon. dict. conſil. 96. num.21. Altograd. conſ.5. num.59. & ſeq. & conſil.50. num.265. & ſeq. lib.1. Andreol. controu.73. num.44. alijque ſuperiùs laudati.

43 Octaua veró non meretur attendi, tum ex quo aſſumit partes Iudicis, & non teſtis, ibi: Io, ſecondo il mio giuditio, penſo, che in queſta cauſa habbia ragione il Signor Ferri, perche eſſendo la dote vſcita dalla loro caſa, mi par douere, che doueſſe rientrare, Vermigliol. conſ.256. num.18. Penia deciſ.202. nu.5. & dec.458. num.32. iuxta Venetam Impreſſionem.

44 Tum etiam, quia manifeſtè apparet propenſa erga partem aduerſam, & victoriam huius cauſæ, ibi: Et io per la compaſſione, che hò à queſta famiglia, vorrei, che da queſta ſi riportaſſe la ſentenza fauoreuole; atque adeó nullam prorſus meretur fidem, Cap. nuper de teſtib. Felin. in cap. inſuper num.6. eod. tit. Iaſ. in l. dictantibus, num.6. & ſeq. Cod. de teſtam. Pariſ. conſ.27. num.48. lib.1. Venturin. conſ.44 num.59. Spada conſ.154. num.7. lib.2. Rot. diuerſ. deciſ.336. num.4. par.1. & in recent. dec. 14. num.17. par.9. & in his terminis Vin. dec. 507. num.20.

45 Cæterùm ſublata omninò remanet metus ſuſpicio ex noſtris teſtibus, qui, cum deponãt

de

de voluntaria inſtitutione Mariti facta ab Vxore ob odium Teſtatricis erga eius fratres, ipſi magis debent attendi, quám teſtes Aduerſarij, non ſolùm, quia depoſitioni eorumdem teſtium aſſiſtit Iuris præſumptio militans pro libertate actus, cum excluſione metus, *Cardin.Mantic.de coniectur.vltim.volunt.lib.2.tit.7.n.2.*

46 Sed, etiam, quia hoc ipſum remanet comprobatum ex teſtamento iam condito, *Spad.conſ.371.num.13.lib.2. Cyriac.controu.* 407. *n.258.& ſeqq.ſignanter num.263.*

47 Neque in contrarium merentur allegari deducta per *Franch.decis.*180. & in eadem cauſa *allegat.* 29. *num.* 36. *& ſeq.* impreſſa poſt *decis.Regentis Salernitani, de Marinis in obſeruat.ad Reuerter.dec.*146. *num.*7. *verſ.hinc ſatis benè.*

In caſu enim prædictæ deciſionis de *Franch.* vrgentiſſimæ aderant coniecturæ, ibidem relegendæ ad oculum demonſtrantes, Teſtamentum Vxoris à Viro inſtituto hærede ſuiſſe extortum per vim, & metum, prout aduertit *Hodiern.controu.*14. *num.*36. & in eiſdem terminis loquitur *de Marinis* loco proximè laudato, quæ omnia in theſi, de qua eſt ſermo, ſunt omninò extranea.

48 Verùm, quia, cum in huiuſmodi cauſa Aſculana dotis duæ emanauerint *Rot. decis. coram Reuerendiſſimo Verospio*, altera ſub die 24.Maij 1664. impreſſa in *rec.decis.*164. *par.*14. in qua Rota reſpondit contra exarata in præſenti diſputatione firmans, Virum non potuiſſe hæredem inſtitui, iuxta formam dicti ſtatuti, prout in *ead.decis.num.* 7. *& ſeqq.* altera uerò coram eodem Veroſpio ſub die 16. Ianuarij 1665. pariter impreſſa in *rec.decis.*236.*ead.par.*14. in qua, iterum propoſita eadem cauſa, agnoſcens Rota inſubſiſtentiam dicti motiui, confirmauit primam deciſionem impreſſam in *recen.dec.*164.*par.*14. ob prætenſum metum à Viro Vxori illatum, ut illum inſtitueret, neglecto, & ſub ſilentio prorſus inuoluto, utpotè nullatenus ſubſiſtenti, motiuo inualidæ inſtitutionis Viri in hæredem ad formam dicti ſtatuti, quod nonnullis Rotæ Auditoribus in extenſione dictæ ſecundæ deciſionis non placuit; prout Eminentiſſimus Dominus meus Card. Cerrus, tunc temporis meritiſſimus Rotę Decanus, benignè mihi inſinuauit, ideòque operæ pretium duxi, me facturum patefaciendo ſenſum eiuſdem Rotæ, ob præiudicia, quæ ex dicta priori deciſione tractu temporis oriri poſſint, idque, etiam aduertit in ſpecie eiuſdem deciſionis *Card.de Luca de teſtam.dict.diſc.*31.*num.*4.*in fin.*

ARGVMENTVM.

Statutum excludens fœminas propter filios, Nepoteſque maſculos ab hæreditate Patris, vel Aſcendentis ab inteſtato defuncti, quibus concurrentibus ſit intelligendum de Aſcendēte in eodem genere maſculino, non autem fœminino; ideòque hæreditatem Matris non comprehendat, quamuis Rubrica eiuſdem ſtatuti indefinitè de Aſcendente loquatur.

Statutum excluſiuum fœminarum, propter maſculos ab hæreditate Aſcendētis regulariter non excludit ab hæreditate Materna.

Rubrica ſtatuti an, & quando poſſit allegari ad deciſionem cauſarum.

Statutum diſponens, quòd maſculinum concipiat fœmininum quomodo intelligendum.

Enumerantur plures caſus, in quibus maſculinum non concipit fœmininum.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum quorum bonorum competit hæredibus ab inteſtato.*

2 *Statutum excludens fœminas propter filios, nepoteſque maſculos ab hæreditate Patris, vel Aſcendentis, intelligi debet de Aſcendente in eodem genere maſculino, non autem fœminino.*

3 *Statutum, quoties loquitur de Patre, vel Aſcēdente, qui habeat filium, vel filios maſculos, aut nepotes in numero ſingulari, intelligi debet de Aſcendente in genere maſculino, & de ratione.*

4 *Pręcipuè, quando ſtatutum incipit à genere maſculino, nempè; à Patre, & non à Parente, ſemperque proſequitur in eodem genere maſculino, loquens de filio, vel filijs maſculis, aut nepotibus.*

5 *Statutum, quoties excludit fœminas ab hæreditate aſcendentis ratione dotium eiuſdem debitarum, intelligi debet de Auo, ad quem onus ſpectat dotandi neptem ex filio, non autem de matre, quæ dotare non cogitur.*

6 *Alendi onus priùs ſpectat ad auum paternum, quàm ad matrem.*

7 *Argumentum valet ab onere alendi ad onus dotandi.*

8 *Statutum excludens dotatam regulariter debet intelligi ſolùm excludere ab hæreditate illius, qui de Iure dotare tenetur.*

9 *Matris ab hæreditate filia non dicitur excluſa, quoties ſtatuti diſpoſitio refertur ad ſucceſſionē, hæreditatemque dotantis.*

10 *Statutum excludens fœminas ab hæreditate Aſcendentis, intelligitur de Auo, quoties loquitur de dotatione, quæ ad eumdem ſpectat.*

11 *A ſucceſſione Aſcendentium ſtatutum excludens*

dens fœminas ſimpliciter in plurali numero, extantibus maſculis, non intelligitur, voluiſſe excludere ab hereditate materna ob rationem expreſſam, quòd fœminæ ſint dotatæ.

12 *Statuta excluſiua fœminarum propter maſculos, cum dici debeant condita ob vnicam rationem conſeruandæ agnationis.*

13 *Hinc reſultat, vt mens ſtatuentium fuerit velle conſeruare hæreditates agnatorum inter agnatos; non autem cognatorum inter agnatos.*

14 Conſtitutio Regni Neapolit. In aliquibus, *vtpotè loquens de hereditate parentum, ſemper fuit intellecta, vt complectatur hæreditatem maternam.*

Reprobatur Vrſinus *contrarium ſentiens.*

15 *Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos eſt correctorium Iuris communis admittentis maſculos cum fœminis.*

16 *Ideòque interpetrari debet, vt minus, quàm fieri poſſit lædat Ius commune.*

17 *Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos à ſucceſſione Patris, vel Aui, non poteſt trahi ad ſucceſſionem in bonis maternis.*

18 *Huiuſmodi ſtatuta, cum tacitam exhæredationem fœminarum contineant, ideò non feruntur, niſi quò ad bona, ſuper quibus nominatim ſit expreſſio.*

19 *Statutum Iuris communis correctoriũ non extenditur ad excluſionem ab hæreditate perſonæ in verbis formaliter non expreſſæ.*

20 *Ideòque loquens de fraterna hæreditate, non extenditur ad hæreditatem ſororis in ſtatuto non expreſſam.*

21 *Prout excludens matrem à ſucceſſione filij, nõ extenditur ad ſucceſſionem filiæ.*

22 *Matris hæreditas ſtrictiori Iure debetur filijs, quàm hæreditas Patris, cum mater ſemper ſit certa.*

23 *Regulariter ſtatuta excluſiua fœminarum propter maſculos non habent locum in hæreditate materna, niſi tamen ſpecificè exprimatur, prout in* Statuto Vrbis 145. de ſucceſſ. ab inteſt. *&* in Conſtitutione Regni in aliquibus.

24 *Appellatione Aſcendentium comprehenditur, tàm pater, quàm mater.*

25 *Rubrica non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, quoties non habet orationem perfectam, neque certa mens ſtatuentium ex eius verbis ſine vlla ſuppletione colligi poteſt.*

26 *Rubrica, ad hoc ut poſſit allegari, requiritur, quòd ſit deciſiua, quòdque uerbo nõ careat, & loquatur per verba negatiua.*

27 *Rubrica, quoties eſt indefinita, licet habeat orationem perfectam, ſtatur Nigro definito, potiſſimùm in excluſione à ſucceſſione Patris, vel Matris.*

28 *Statutum diſponens, quòd maſculinum concipiat fœmininum, intelligendum in caſibus, in quibus de Iure maſculinum concipit fœmininum.*

29 *Maſculinum non concipit fœmininum, quoties diſcretiuè eſt facta mentio de maſculis, & fœminis.*

30 *Vel, quoties ſtatutum eſt correctorium Iuris Communis.*

31 Pragmatica Regni Neapolitani ad Macedonianum *prohibens filijs familias abſque Patris præſentia, & conſenſu contrahere, non comprehendit filiam familias.*

32 *Statutum diſponens, expelli filios bannitorum de loco, non habet locum in filiabus banniti.*

33 *Statutum excluſiuum, quoties loquitur de hæreditate Patris, vel Aſcendentis in genere maſculino, non poteſt verificari, niſi in maſculo.*

34 *Quoties agitur de ſtatuto excluſiuo fœminarum propter maſculos, pro cõſeruatione agnationis condito, maſculinum non concipit fœmininum.*

35 *Stante ratione diuerſitatis, maſculinum non concipit fœmininum.*

36 *Statutum, ſi diſponat, maſculinum concipere fœmininum, intelligi debet ſi eadem ſit ratio in maſculo, ac in fœmina.*

37 *Obſeruantia eſt vera interpres ſtatutorum.*

38 *Quidquid ſit, quoties agitur de derogatione.*

39 *Ad obſeruantiam ſtatuti inducendam ſufficit, quòd ita fuerit aliquando obſeruatum.*

40 *Sufficiunt duo, aut tres actus, quos non eſt neceſsè, fuiſſe in contradictorio Iudicio diſcuſſos.*

CAPVT XXXVII.

CONSTAT de re iudicata, & non de
cauſis reſtitutionis in integrum, dum
Iuſtitia ſententiæ ſatis manifeſta de-
tegitur; cum enim Suſanna deceſſe-
rit ab inteſtato, quatuor ſuperſtitibus filijs,
nempè, Laurentio, Michaele, Franciſca, &
1 Magdalena, rectè eidem Magdalenæ fuit de-
creta immiſſio ex interdicto quorum bono-
rum competente hæredibus ab inteſtato,
l. 1. ff. quorum bonorum, cum de Iure fœminæ
æquè cum maſculis admittantur ad hæredi-
tatem maternam, *l. maximum vitium*, C. *de
ſuis, & legit. hæred.*

Nallatenus aduerſante ſtatuto Terræ Briſichellæ *rubr. 24. de ſucceſſ. aſcend. lib. 2.* in nigro excludente fœminas propter filios. & nepotes maſculos; cum enim ſtatutum loquatur de hæreditate Patris, vel Aſcendentis ab inteſtato defuncti, neceſſariò debet intelligi de Aſcendente in eodem genere maſculino; non autem fœminino; quamuis rubrica indefinitè de Aſcendente loquatur, idque ex pluribus id manifeſtè ſuadentibus, inſpecto tenore eiuſdem ſtatuti.

Primò, nempè, quia, cum ſtatutum lo-
quatur de Patre, vel Aſcendente, qui habeat
2 filium, vel filios maſculos, aut nepotes in
numero ſingulari, ibi, *qui habeat*, conſide-
rauit reddendo ſingula ſingulis eumdem
maſculum in duplici gradu; Patrem, nempè,
3 quò ad filios, & Auum, ſiue Aſcendentem,
quò ad nepotes ex filijs præmortuis; atque
adcò verbum, *Aſcendens*, iuxta ſubiectam
ſtatuti materiam, nullatenus eſt comprehen-
ſiuum matris; cum nepotes in eodem ſtatuto
expreſſi debeãt habere ſuum correllatiuum,
quod non eſt verificabile; niſi in Auo; prout
in proximis terminis rectè arguit *Cephal.
conſ. 343. num. 1. & ſeq. & num. 37. verſ. quia
eſt Auus, lib. 3.*

Se-

Secundò confirmatur hic intellectus, quia
ſtatutum incipit á genere maſculino, nempè,
4 à Patre, & non à Parente, & ſemper proſe-
quitur in eodem genere maſculino, tàm in-
ſpectis verbis, ibi: *Qui habeat filium, vel fi-
lios maſculos, aut nepotes*, quàm alijs verbis
ſubſequentibus, ibi: *In bonis talis defuncti*;
ideòque apertè dignoſcitur, ſtatuentes in-
tellexiſſe de hæreditate Patris, vel Aſcendē-
tis maſculi; non autem de Matre; prout in
his terminis, ponderatis verbis, *talis perſonæ
defuncti*, optimè aduertit Cephal. *dict. conſil.
343. num. 2. verſ. & ſtatutum, & ſeqq.* ſignan-
ter *nu. 5.* & rectè confert *Rot. in rec. dec. 358.
num. 19. part. 14.* vbi, quòd ſtatutum Peruſi-
num loquens de ſucceſſione Patris, & Aui,
non extendatur ad ſucceſſionem Matris, li-
cet rubrica eiuſdem ſtatuti loquatur de ſuc-
ceſſione Aſcendentium.

5 Tertiò fortiùs prædicta amplectēda, quia
ſtatutum excludit fœminas ratione dotium
eiſdem debitarum in bonis defuncti, ex quo
pariter deprehenditur, ſtatutum ſub nomi-
ne Aſcendentis ſenſiſſe de Auo, ad quem ſpe-
ctat onus dotandi neptem ex filio, *l. Auus,
ff. de Iur. dot. l. dedit dotem, ff. de collat. bonor.
Soccin. Sen. in l. 1. num. 47. ff. ſolut. matrim. Soc-
cin. Iun. conſ. 79. num. 41. & 45. lib. 3. Alciat.
conſ. 49. num. 3. lib. 4. Boſſ. de dot. cap. 4. num.
12. & ſeq. & num. 5. & 7. Card. Mant. de tacit.
& ambig. conuent. lib. 12. tit. 19. n. 35 et tit. 16.
num. 28.* non autem de matre, quæ dotare
non tenetur, *l. mater, ff. de iur. dotium*, præci-
puè, Auo exiſtente, *Barboſ. in l. 1. part 4. num.
132. verſ. vltimo loco, ff. ſolut. matrim. Gratian.
cap. 259. num. 12. & ſeq. Spin. in ſpecul. Te-
ſtam gloſ. 11. de legat. relict. pro dot. num. 38.
Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 3. num. 9.
& ſeq. Boſſ. de dot. dict. cap. 5. num. 7. Card. de
Luca de dot. diſc. 142. n. 5. & ſeq. Coſt. de re-
med. ſubſid. remed. 106. initio. num. 5. Molfeſ.
ad Conſuetud. Neapol part. 6. quæſt. 4. num. 9.
Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 103. num 2.
Penia deciſion. 519.* iuxta Venetam, & *de-
ciſ. 665.* iuxta Lugdunenſem Impreſſionem,
num. 6. & ſeq. Idque rectè probatur, nedum
per *text. in l. fin. Cod. de dot. promiſſ.* pondera-
tis verbis, ibi: *pro ſua dare progenie*, & ver-
bum, *progenies*, abſque dubio comprehendit
nepotes, *l. vltim. Cod. de emancipat. liberor.*
prout in ſpecie ita arguunt *Boſſ. de dot. d. c. 5
n. 1. propè fin. verſ. num clariſſimè, & n. 5. &* 8.
aliæque auctoritates proximè allegatæ.

6 Sed etiam per diſpoſitionem *text. in
l. ſi quis à liberis, §. utrum autem, ff. de liber.
agnoſcend.* vbi *Vlpianus* aſſerit, priori loco pa-
trem, auum paternum; proauum, cæteroſq;
virilis ſexus parentes cogi alere filios, & cæ-
teros deſcendentes, & in horum defectum
cogi matrem, cæteroſque parentes per fœ-
mineum ſexum, *Soccin. Sen. conſ. 161. num. 1.
in fin. lib. 2. Gabr. conſ. 25. num. 19. lib. 1. Coſt.
de remed. ſubſid. remed. 106. ſub num. 5. Surd. de
alim. tit. 1. q 10. nu. 2. & ſeqq. Boſſ. de dot. dict.
cap. 5. num.* 8. Valet autem argumentum ab
7 onere alendi, ad onus dotandi, prout in ſpe-
cie hoc argumenti genere utuntur, *Barboſ. in
dict. l. 1. part. 4. num. 124. & ſeqq. ff. ſolut. ma-
trim. Boſſ. de dote dict. cap. 5. num. 7. & ſeq.*

Regulare enim eſt, vt ſtatutum excludens
dotatas debeat intelligi ſolùm excludere
8 ab hæreditate dotantis, & per conſequens
à bonis illius, qui, inſpecta Iuris diſpoſi-
tione, dotare tenetur, *Bald. in l. 1. num. 4. Cod.
de legit. hæredib. Alciat. conſ. 1. nu. 45. & ſeqq.
& conſ. 5. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Surd. conſ. 402
num. 35. in fin. & ſeq.* Becc. *conſ. 112. num. 18.
Odd. conſ. 86. num. 3. Manent. conſ. 4. num. 19.
lib. 1.* Cephal. *conſ. 278. num. 95. Menoch. conſ.
873. num. 9. verſ. primus,* Honded. *conſ. 9. n. 14.
lib. 1. Brun. in ſtatut. ſtant. maſculis, art. 8. q. 16
nu. 59.* Card. *de Luca de ſucceſſ. diſc. 3. nu. 11.
Theſaur. dec. 62. num. 1.* Seraphin. *deciſ. 396. n.
4. Merlin. dec. 390. num. 7. & dec. 429. num. 1.
13. et 16.*

9 Qua ratione attenta, filiam non dici ex-
cluſam ab hæreditate Matris, cum ſtatuti di-
ſpoſitio referatur ad ſucceſſionem, & hære-
ditatem dotantis, optimè dixit *Rot. in rec.
deciſ. 328. num. 16. et ſeqq. par. 10.* & poſt Gi-
*lian. ad ſtatut. Peruſ. dec. 24. num. 6. verſ. quo-
10 niam reſponſum fuit, et ſeq.* Prout in ſpecie,
quòd ex verbo dotationis arguatur, ſtatutū
intellexiſſe de Auo, ad quē ſpectat onus do-
tandi neptem ex filio, aduertit Ceph. *dict.
conſ. 343. n. 6.*

11 Et in fortioribus terminis de ſtatuto ex-
cludente fæminas à ſucceſſione Aſcendentiū
ſimpliciter in plurali numero, extantibus
maſculis, quòd non intelligatur, uoluiſſe
excludere ab hæreditate materna, ob ratio-
nem in ſtatuto expreſſam, quòd fæminę ſint
dotatæ, optimè, *Fulgoſius* in ſuo celebri *conſ.
54. uerſic. tertio ſtatutum*, quem ſequuntur,
*Iaſ. in l. 4. §. prætor ait, num. 9. ff. de in Ius uo-
cando, Soccin. Iun. conſ. 23. num. 50. et 52. lib. 1.*
Calcan. *conſ. 11. num. 15. uerſic. prætereà, et
ſeq. Gerard. ſingular. 7. num. 3. Vaſqu. controu.
Illuſtr. cap. 32. num. 4. Surd. deciſ. 9. num. 7.* ibi-
que *Hodiern. num. 26. et ſeq.* ubi ſignanter,
quando ſubeſt ratio diuerſitatis.

Quartò, quia, cum huiuſmodi ſtatuta ex-
12 cluſiua fæminarum propter maſculos, iuxta
receptiorem ſententiam, dici debeant con-
dita ob unicam rationem cōſeruandę agna-
tionis, *Iaſ. in l. de quibus, ſub num. 17. in fine,
ff. de legib. Soccin. Iun. conſ. 1. num. 43. et ſeq.
uerſ. dicens, quòd prædicta ratio,* Roman. *in l.
teſtamēto, col. 3. uerſ. item, C. de milit. teſtam. &
conſ. 16. num. 5. Dec. in l. generaliter, nu. 5. et*

conſ.

20 ſimili de hæreditate ſororis non expreſſa in
Statuto, dixit Rot. coram Merlin. deciſ.471.
num.2. repetita in rec. deciſ.388. num.2. p.5.

21 Et de Statuto excludente Matrem à ſuc-
ceſſione filij, quòd non ſit extendendum ad
ſucceſſionem filiæ, in ſpecie firmant Archi-
diac. in cap. ſi quis ſuadente 27. quæſt.4. Socc.
Iun. conſ.23 lib.2. Burſat. conſ 37. numer.16.
Natt. conſ.514. num 19. Manſ. conſult.21. nu.6.
et conſult.81. num.7. Fenzon. ad ſtatut. Vrb. cap.
152. de contract. prohib. num.6. et ſeq fol.425.
Hodiern. ad Surd. deciſ.9. num.35.

22 Prædicta verò, omnia eo faciliùs proce-
dunt, quando agitur de excluſione filiæ à
materna hæreditate, quæ ſtrictiùs debetur,
quàm hæreditas Patris. Mater quippe ſem-
per eſt certa, vt inquit Imperator, l. ſi quam,
Cod. ad Orſician. & in his noſtris terminis, re-
ctè admonet Iſern. in Conſtitu. Regu. in ali-
quibus, verſ. et cum dos datur propè finem,
fol 241. in princip.

23 Ideòque regulariter Statuta excluſiua fœ-
minarum propter maſculos, non habent lo-
cum in hæreditate materna, in qua non mi-
litat eadem ratio conſeruandæ agnationis,
quæ procedit in hæreditate communis pa-
tris, prout optimè firmat poſt Soccin. conſ.
84. lib.1. & 241. num.9. & ſeqq. lib.2. Pariſ.
conſ.84. num.5. lib.2. Thob. Non. conſ.22. n.5.
& ſeq. optimè Spad. conſ.265. num.4. lib.3.
par.2. Niſi tamẽ in ijs ſpecificè exprimatur,
prout facit Statutum Vrbis, cap.145. de ſuc-
ceſſ. ab inteſt. lib.1. & prædicta Conſtitutio
Regni Neapolitani, In aliquibus, quæ, vtpo-
tè loquens de ſucceſſione Parentum, proce-
dit etiam in hæreditate Materna, ex ſupra
adnotatis.

Neque ſuperiùs firmatis obſtant verba
generalia Rubricæ Statuti de ſucceſſione
24 Aſcendentium, quorum appellatione com-
prehenditur, tàm Pater, quàm Mater, l. qui
cumque, §. parentes, ff. de in Ius vocand. Caſtr.
conſ.40. & 91. lib.2. Roland. à Vall. conſil.24.
num.11. & ſeq. Surd. conſ.402. num.11. & 12.
Menoch. conſ.101. num.40.

Siquidem aduertendum, Rubricam, non
25 poſſe allegari ad deciſionem, cum non ha-
beat orationem perfectam; Tum ex quo cer-
ta mens ſtatuentium ex eius verbis, ſine vl-
la ſuppletione, colligi non poteſt, Bolognett.
ad Rubr. ff. ſi cert. petat. num.25. Maſcard. de
general. ſtatut. interpetr. concluſ.2. num.102. &
ſeqq. Gabr. conſ.12. num.5. & ſeq. lib.1. Mo-
nach. deciſ. Florent.46. num.78.

Tum etiam, quia, ad hoc, vt Rubrica poſ-
ſit allegari, requiritur, quód ſit deciſiua;
quòdque uerbo non careat, Alex. conſ.6. nu.
2. et 3. lib.2. et conſ 82. nu.20. verſ. ſed ex hoc,
lib.3. Iaſ. conſ.305. num.4. Rot. in rec. dec.497
26 n.149. & ſeq. part.5. tom 2. & tamen utrum-
que deficit in præſentia, ſignanter, quia
Rubrica non continet verba negatiua, vt-
putà, non ſuccedant alij, Rip. in l. 1. num. 17.
ff. ſi cert. petat.

27 Tum demum, quia, quando, prout in hoc
themate, Rubrica eſt indefinita, licet habeat
orationẽ perfectã, ſtatur Nigro definito, pro
ut in his terminis, Brunus in tract. quod ſtan-
tibus maſculis, art.8. q.20. nu.100. & ſeq. be-
nè Soccin. Sen. conſ.92. num.4. verſ. circa ſe-
cundam dubitationem, lib.1. vbi, quòd, ſi Ru-
brum generaliter dicat, quòd mulier non
ſuccedat, nec declaretur, an loquatur de
ſucceſſione Matris, vel Patris; hoc autem
declaretur in nigro loquente tantùm de ſuc-
ceſſione materna; tunc erit attendendum
nigrum, quem ſequitur Soccin. Iun. conſ.31.
num.7. verſ. quinimmò dico, lib.1. vbi, quòd
Rubrica generalis, quæ poteſt ad vtrumque
ſenſum adaptari, debeat recipere interpre-
tationem à Nigro ſequenti, Alex. conſ.13.
num.8. verſ. ſolùm eſt videndum, lib.3. Gabr. d.
conſ.12. num.4.5. & 6. lib.1 Cyriac. contron.
400. num. 26. Maſcard. de Statut. concluſ. 2.
num.204.

Minus etiam aduerſatur aliud Statutum,
ſub Rubrica 22. diſponens, quòd maſculi-
num in terminis Statuti, contineat fœmi-
ninum.

28 Siquidem loquitur in caſibus, in quibus
de Iure maſculinum concipit fœmininum;
de Iure autem maſculinum non concipit fe-
29 mininum in præſenti; Vel, quia diſcretiuè,
eſt facta mentio de fœminis, & maſculis,
Iaſ. in l. tres fratres. nu.13. ff. de pact. Zuccard.
in l. fin. num.70. Cod. de edit. Diu. Adrian. Tol-
lend. Decian. conſ.78. num.29. lib.3. Spad. conſ.
245. num.11. lib.3. Siluan. conſ.1. numer.21.
Hondcd. conſ.8. nu.31. lib.2. Menoch. conſ.990
num.4. Rimin. Iun. conſ.782. num.92. & ſeq.
Rot. in recent. deciſ.388. num.9. iuncto num.7.
part.5.

30 Vel quia, Statutum ex ſupra firmatis, eſt
correctorium Iuris communis, Cacheran.
conſ.20. num.8. & duob. ſeqq. Altograd. conſ.
57. num.79. lib.1. & in his terminis, Soccin.
Iun. conſ.23. num.43. lib.1. Surd. d. dec.9. num.
14. ibique Hodierna num.31. & ſeqq. ob
quam rationem Pragmatica Regni ad Ma-
cedonianum, per quam prohibitum eſt filijs
familias abſque patris conſenſu, & præſen-
31 tia contrahere, vtpotè correctoriam Iuris
communis, vt habetur in leg. filius famil. ex
omnibus, ff. de act. & obligat. l. fin §.1. ff. de
Verbor. obligat. l. hærede, § filia, & §. ſeq. ff. de
pact. Hodiern. ad Surd. d. dec.9. n.32. & ſeq. nõ
comprehendit filiam famil. Din. & Imol. in
l. ſi ita, ſcriptum ſit filiabus, ff. de legat.2. Alex.
conſ.29. nu.10. lib.3. Tiraq. de vtroq. retract.
§.1 gloſ.9. num.193. Vrſill. ad Afflic. dec.308.
num.22.

32 Prout, etiam Statutum diſponens, filios

bannitorum expelli de loco, non habet locum in filiabus banniti, iuxta doctrinam *Bald. in l. quicumque, num. 33. Cod. de ſeruis. fugit,* ibique *Salicet. Alberic. in 4. p. ſtatut. num. 46. Hodiern. ad Surd. dict. dec. 11. nu. 34.*

33 Vel, ex quo, cum Statutum excluſiuum loquatur de hæreditate paſſiua Patris, vel Aſcendentis in genere maſculino, non poſſit verificari, niſi in maſculo, *Gabr. de verbor. ſignificat. concluſ. 6. num. 115. Soccin. Iun. d. conſ. 23. nu. 53. lib. 1.*

34 Vel, quia, cum agatur de Statuto excluſiuo fœminarum condito pro conſeruatione agnationis; hoc caſu maſculinum non concipit fœmininum, *Socc. Iun. d. conſ. 23. nu. 43. lib. 1. Altograd. conſ. 57. n 79. lib. 1. Giouagn. cõſ. 1. n. 73. lib. 1. Brun. de ſtatut. excluſ fœmin. art. 5. n 69. & ſeqq. Ludouiſ. dec. 293. n. 15. & ſeqq.* Rot. *in rec. dec. 267. n. 9. p. 9.*

35 Vel, demum; quia ratio dotandi, non congruit fœminis, ſed maſculis, ex ſupra deductis; ſtante autem rationis diuerſitate, maſculinum non concipit fœmininum, *Soccin. Senior. conſil. 90. numer. 3. lib. 1.* Gabr. *de verbor. ſignificat. concluſ. 6. numer. 51.* & in terminis, quòd Statutum diſponens, maſculinum concipere fœmini-
36 num, intelligi debeat, ſi eadem ſit ratio in maſculo, ac in fœmina, egregiè R*uin. conſil. 22. num. 13. & ſeq. lib. 3.*

Cæterùm ſublata remanet quælibet difficultas, quia, quatenus verba Statuti eſſent dubia, vindicat ſibi locum obſeruantia interpretatiua; quoties enim accidit caſus,
37 ſemper fuerunt admiſſæ ſorores, vnà cum fratribus, ad ſucceſſionem Matris, & Aſcendentium, per lineam maternam, quę obſeruantia eſt uera Statutorum Interpres, *l. de quibus 31. l ſi de interpretatione 36. ff. de legib* Becc. *conſ. 202. num 11. Coſt. conſ. 4. n. 64. & conſ. 23. num. 21. & conſ. 50. num. 10. Honded. conſ 92. num. 30. lib. 1. & conſ 35. nu. 45. lib. 2. Surd conſ. 140. num 43. & ſeq lib. 1. Menoch. conſ. 39. num. 20. Buratt. deciſ 87. nu. 17. & ſeq. et deciſ. 930. num. 11. Vbald. deciſ. 14. num. 8.* Card. *Ottobon. deciſ. 161. num. 11.* quid
38 quid ſit, quoties agitur de derogatione, iuxta diſtinctionem, *Dec. conſ. 11. num. 10. Decian. conſ. 124. num. 28. lib. 3. Soccin. Iun. conſ. 38. num. 6. lib. 1. à Ponte conſ. 41. lib. 1. Maſcard. de* Gener. *ſtat. interp. concluſ. 2. nu 139. et 162. Manſ. conſult. 336. num. 2.* Ad quam
39 interpretatiuam Statuti obſeruantiam inducendam, nequaquám requiritur longitudo temporis, aut alia rigoroſa requiſita neceſſaria ad inducendam conſuetudinem contrariam, vel derogatoriam Statuti, ſed ſolummodó ſufficit, quòd ita fuerit aliquando, certiſque caſibus obſeruatum, *Dec. dict. conſ. 11. num. 10. in fin.* optimè *à Ponte, dict. conſ. 41. num. 3. lib. 1. Crauett. conſ. 201. nu. 12. Maſcard. d. concluſ. 2. num. 159. Manſ. conſult. 336. num. 3. Monach. deciſ. Florent. 47. num. 31. Rot. diuerſ. deciſ. 256. n. 7. p. 2.* Idq; ea potiſſimùm ratione, quia huiuſmodi obſeruantia nõ inducit nouũ Ius non ſcriptũ cóntra Ius ſcriptũ, ſed tãtũmodò declarat Statutũ, quomodò ſit interpetrãdũ, & duo, aut tres actus
40 ad ſummùm longè ſufficiunt, *Dec. d. conſ. 11. num. 12. Maſcard. d. concluſ. 2. nu. 171. Monac. dicta deciſ. 47. num. 31.* quos actus non eſt neceſsè, fuiſſe in contradictorio Iudicio diſcuſſos, finalique ſententia deciſos; ſed ſatis eſt, quòd ij, de quorum intereſſe agebatur, ſic obſeruandum, interpretandumque eſſe Statutum, cenſuerint, benè *Abb. conſil. 73. ſub num. 11. verſ. & per hæc, & numer. 12. lib. 2.* & clariùs *Decian. conſil. 124. num. 26. lib. 3. Soccin. Sen. conſ. 99. num. 3. verſ. & licet, Gelian. ad ſtatut. Peruſ.* verbo, *ſucceſſio, num. 92. & ſeq. Manſ. conſult. 336. n. 4. & ſeq.*

Iuxtà firmata, articulo acerrimè diſputato, fuit per Rotam deciſum coram Eminentiſſimo Domino meo Cardinali Cerro, prout in deciſ. 776. & 842. *inter ſuas impreſſas.*

ARGVMENTVM.

Statutum, quoties in fœminarum excluſione non habuit reſpectum ad perſonam alicuius maſculi in ſpecie; ſed ſolùmmodò ad ſimplicem conſeruationem familiæ, & ſtirpis; tunc filia dotata excluditur à ſucceſſione fratris per Patruum, alioſque Agnatos.

Fœminarum excluſio ob Agnatos, an procedat, Matre exiſtente in medio; quidue aſſerendum, ſi Mater ex aliquo impedimento à Iure communi proueniente non poſſit ſuccedere, vel nolit luctuoſam filij hæreditatem agnoſcere, vel ab eodem ſtatuto reperiatur expreſsè excluſa, & an gradus ſucceſſibilis, vel potiùs perſona a ſtatuto omiſſa, ſit in cauſa, vt locum non habeat ſtatutaria diſpoſitio, & caſus ſucceſſionis ad Ius commune reducatur.

SVMMARIVM.

1 *Familiæ, & ſtirpis appellatione omnes maſculi de Agnatione comprehenduntur.*

2 *Statutum, quoties in fœminarum excluſione habuit tantùmmodò reſpectum ad ſimplicem* con-

conſeruationem familiæ, & ſtirpis; tunc filia dotata excluditur à ſucceſſione fratris per Patruum.

3 *Expenditur* conſ.Spad.*in ſpecie agens de ſtatuto Terræ Scrofani.*

4 *Statutum, quoties indiſtinctè fauore agnationis excludit fœminas, ipſamet agnatio cenſetur à ſtatuto vocata.*

Idque, etiam, ſi ratio conſeruandæ agnationis à ſtatuto non fuerit expreſſa.

5 *Fœminarum excluſio ob Agnatos non procedit, matre exiſtente in medio.*

Tunc enim remanet incorrecta diſpoſitio iuris Communis, quò ad ſucceſſionem ſororis in hæreditate fratris prædefuncti, excluſo Patruo, aliiſque Agnatis.

Declara, vt num.9.

6 *Amplia, etiam ſi mater ex aliquo impedimento proueniente à Iure Communi minimè ſit ſucceſſura, cum ſola ipſius ſufficiat exiſtentia, & de ratione.*

7 *Idque procedit, etiam ſi Mater velit Iure ſuo renunciare, ſiue etiam nolit luctuoſam filij ſucceſſionem agnoſcere.*

8 *In aliquorum ſententia, adhuc exiſtens in medio, & omiſſus à ſtatuto, non prodeſt ad Agnatorum excluſionem.*

9 *Concluſio, de qua ſupra* num.5. *vt, matre exiſtente in medio, ſtatutum non procedat, eſt intelligenda, ſuppoſita habilitate Matris in ſuccedendo, inſpecta diſpoſitione Iuris Communis.*

Secus aſſerendum, quando ab eodem ſtatuto Mater reperitur, expreſſè excluſa à Iure ſuccedendi.

10 *Verba ſtatuti inducentia Iuris ſuccedendi priuationem, quoties ſunt poſita in diſpoſitiua oratione ſtatuti conditionaliter, vel modaliter, tunc ſemper reſpiciunt futurum.*

11 *Statutum excluſiuum fœminarum fauore Agnatorum dicitur æquum honeſtum, & rationabile, vel ſaltem non odioſum odio irrationabili.*

Imò dicitur conforme Iuri duodecim tabularum, & Prætorio.

Præcipuè, quando ratio Agnationis legitur in ſtatuto expreſſa; non autem eſt tacitè ſubintellecta.

12 *Statutum priuans Matrem ſucceſſione ob non petitum tutorem filio infra quatuor menſes, eſt in aliqua parte, licet non in tempore, conforme Iuri Communi anni ſpatium indulgenti.*

13 *Statutum conforme diſpoſitioni Iuris Communis præſumitur à Principe confirmatum.*

14 *Præſertim ſtante lapſu longiſſimi temporis.*

15 *Confirmatio ſtatutorum facta ab vtilibus Dominis, an ſufficiat.*

16 *Obſeruantia præſumitur, & probatur in ſtatuto honeſto, & rationabili, eò ipſo, quòd reperitur inſertum in volumine Statutorum.*

C A P V T XXXVIII.

INFIRMANDA videtur ſententia; cum enim Statutum Terræ Scrofani excludat filiam, tàm maritatam, quàm maritandam à ſucceſſione in bonis paternis, maternis, & alijs; dummodo fuerit maritata, vel poſteà maritetur à quocumque, etiam affine, & extraneo; neque in eodem Statuto exprimatur perſona, cuius fauore filia excludatur propter dotem datam, vel dandam; ſed ſolùm cauſa, *quòd honeſtati dicti Caſtri expediat habere mulieres dotatas, & maritatas, necnon familias, & ſtirpes conſeruare*, vt ſunt ipſiſſima verba eiuſdem Statuti in fine.

Hinc oritur, ut, cum ſtatuentes in huiuſ-
modi fœminarum excluſione nullatenus re-
ſpectum habuerint ad perſonam alicuius
maſculi in ſpecie, ſed tantùmmodò ad ſim-
plicem conſeruationem familiæ, & ſtirpis,
1 ſub cuius nomine omnes maſculi de Agna-
tione comprehenduntur, *l.fin.* Cod.*de verb.*
*ſignificat.Gabr.conſil.*132.*num.*59. *lib.*1. Ti-
raquell.de retract.lignag.§.1.*gloſ.*9. *num.*193.
et ſeq.Sim.de Petr.de interpret.vlt.volunt.lib.
3.*ſolut.*11.*num.*25.*et* 64.*Card.Mantic. de cõ-*
*iectur.vltim.volunt. lib.*8.*tit.*12.*nu.*4. *et ſeqq.*
*Gratian.cap.*645.*num.*3.*et ſeqq.* abſque du-
2 bio filia dotata excluditur à ſucceſſione
fratris per Patruum, alioſque maſculos de
agnatione, etiam in remotiori gradu exi-
ſtentes, vt in ſpecie firmant *Cuman.inter cõſ.*
*Curt.Sen.conſ.*94.*in* 2.*dubio*, iũcto illius the-
mare, *Honded.conſil.*4.*ſub num.*85. *et duobus*
*ſeqq.lib.*1. Campeg. *de dote part.*5. *quæſt.*47.
*Brun.de ſtatut.excluſ.fœmin. art.*12. *quæſt.*14.
*num.*191.*et* 193.*et quæſt.*20.*num.*280. *verſic.*
*contrarium credo verius, Borgog.dec.*32. *num.*
20.*et duob.ſeqq.par.*4. latè *Theſaur.*qui alios
refert, *deciſ.*37.*num.*8. & in præciſis termi-
nis dicti Statuti Terræ Scrofani, quod etiam
viger in Terra Anguillariæ ſub iiſdem for-
3 malibus verbis, egregiè videndus. *Spad.conſ.*
318.*à num.*1. *vſque ad* 6. *lib.*3. benè aduer-
tens, quód, cum ſtatutum indiſtinctè fauore
4 agnationis excludat fęminas, ipſamet agna-
tio cenſeatur à ſtatuto uocata, ex *Bart. in*
*l.*2.§.*videndum*, *ff.ad* Senat.*Conſ.*Tertull. *Ce-*
*phal.conſ.*537.*num.*27. *et ſeq. lib.*4.

Idq; etiã ſi ratio conſeruandę agnationis á ſtatuto non fuerit expreſſa, *Soce.Sen.conſ.*84. *num.*2.*et* 3.*lib.*1.*Burſatt.conſ.*208.*num.*5. *lib.* 2. *Thob.Non.conſil.*12.*num.*5. *Turrett.conſ.*2. *num.*2.*lib.*1. *Dec.conſil.*172. *per tot.* pręcipuè *num.*5.*Surd.conſ.*443.*num.*39. *Brun.de ſtatut.* *exclud.fœmin.artic.*3. *per tot. Paul. de Mont.* *Pic.conſ.*85.*num.*34.*& ſeq. Manſ.conſult.*14. *num.*7. *& ſeq.*

5 Neque aduerſatur obiectum, quód hu-
iuſmodi Statutum non procedat, Matre exi-
ſtente in medio, utpotè in caſu mixto, quę,
cum non legatur á Statuto excluſa, incor-
recta remaneat Iuris Communis diſpoſitio,
quò ad ſucceſſionem ſororis in hæreditate
fratris prædefuncti, excluſo Patruo, aliiſ-
que agnatis, iuxtà terminos, *Auth. Defuncto*, *C.ad Sen. Conſ.Tertullian.* cum conſimi-
lia Statuta non egrediantur perſonas, &

caſus expreſſos , ut in ſpecie, *Alex. in l. illam 19. num. 7. Cod. de collat. & conſil. 17. num. 9. lib 2. Iaſ in l. ſi emancipati 9. num. 21. Cod. de collat. & conſ. 130. n. 4. lib. 1. Lucas de Penn. ſin l. 1. Cod. de impon. lucrat. deſcript. lib. 10. Pariſ. conſ. 59. n. 31. & ſeqq. Fab. de Anna conſ. 92. n. 35. lib. 2. Surd. conſ. 416. n. 15. lib. 3. & cõſ. 100 n. 7. Gabriel conſ. 15. n. 15. lib. 1. Colleg. Peruſ. inter conſ. Angel. conſil. 210. n. 4. verſ tertiò eſt videndum, Ruin. conſ. 19. n. 4. conſ. 169. nu. 14. lib. 3. Dec. conſ. 71. num. 2. & conſ. 332. nu. 2. Cephal. conſ. 53. num* 101. *Honded. conſ. 8. n. 70. lib. 1. Bellon. Iun. conſ. 74. num. 78. & ſeq. Craß. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 24. in fin. Neapod. in* Conſuet. *Neapol. incip. ſi quis, vel ſi quas num. 552. Anna alleg. 70. num. 49. & ſeqq. & alleg. 117. num. 13. & ſeqq. de Marin. reſolut. 70. num. 5. lib. 1. Cardin. de Luca de ſucceſſ. diſc. 3. num. 16.* Boer. *dec. 185. num. 4.* Min*ad. dec. 38 Franch. dec. 91.* ibique *Adden. & deciſ. 92. nu. 7. & ſeq. & dec. 606. num. 4.* benè *Rot. in rec. dec. 43. n. 17 p 7.*

6 Idqꝫe, etiam, ſi Mater ex aliquo impedimento proueniente à Iure communi minimè ſit ſucceſſura , cum ad effectum aperiendi uiam Iuris ſuccedendi , ſufficiat ſola ipſius exiſtentia , cum Perſona à ſtatuto omiſſa ; non uerò gradus ſucceſſibilis , ſtatutariam ceſſare faciat diſpoſitionem , & caſum ſucceſſionis ad Iuris Communis reducat diſpoſitionem, iuxtà *Text. ſingularem in l. 2. §. ſi ſit agnatus, ff. ad Senat. Conſ. Tertull.* vbi agnatus , per quem excluditur pater in aliena familia adoptatus , prodeſt matri, quæ, eo non extante, excludebatur à patre, & ſola ſuccedit, excluſo agnato , per quem textum, ita firmant , *Bart. in l. 1. §. qui habebat, num. 4. ff. de bonor. poſſeſſ. contr. tab. Alex. in l. illam, num. 7. verſ. ſed iſtud vltimum. Cod. de collat. Aretin. conſ. 27. nu. 1. verſ. ſecundò pro iſta parte*, quod repetit, in *conſ. 158. n. 3. & ſeq. verſ. primò, quia, Caſtrẽſ. conſ. 449. n. 3. lib. 1. Soccin. Sen. conſ. 28. num. 20. verſ. ſed in caſu noſtro, lib. 4. Ruin. conſ. 169. num. 15. lib. 3 Gabr. conſ. 15. num. 15. Honded. conſ. 2. num. 3. & ſeqq. lib. 2. Pariſ. conſil. 47. numer. 74. lib. 3. Giouagn. conſ. 1. num. 35. lib. 1. Gabr. de ſtatut. concluſ. 7. num 35. Minad. dec. 38.* optimè *Rot. in rec. dec. 43. num. 8. & ſeqq. part. 7. & dec. 59. num. 3. par. 1. Royas, dec. 418. num. 5. & 6.*

7 Eademque concluſio procedit , etiam , ſi Mater velit Iuri ſuo renunciare , ſiue etiam nolit luctuoſam filij ſucceſſionẽ agnoſcere , *Anna allegat. 70. num. 49. & allegat. 117. nu. 13. & ſeqq. Rot. in rec. d. deciſ. 43. num. 11. et ſeqq. part. 7.*

8 Siquidem omiſſo , quòd , in aliquorum ſententia , adhuc exiſtens in medio, & omiſſus à Statuto , non prodeſt ad excluſionem Agnatorum, iuxtà *conſ. Grac. 38. num. 19. lib. 1. Dec. conſ. 296. verſ. non obſtat* , cum alijs ,
9 qui poſſent allegari ; Adhùc aduertendum rogo, quòd obiectum procederet , ſuppoſita habilitate Matris in ſuccedendo, inſpecta diſpoſitione Iuris Communis, in quibus terminis loquuntur , & ſunt intelligendæ auctoritates contrariẹ proximè allegatæ; ſecus verò dicendum; quando, prout in preſentia, ab eodemmet Statuto mater reperitur expreſsè excluſa à Iure ſuccedendi, ob non petitum filio tutorem infrà quatuor menſes , quia tunc , cum habeatur pro mortua , nullatenus dicitur in medio exiſtere ad effectũ impediendi diſpoſitionem Statutariam, vt in ſpecie ſatisfaciendo, huic obiecto dixit, *Rot. in rec. d. deciſ. 59. num. 4 part. 1.* & admittitur per eamdem *Rot. d. deciſ. 43. num. 12. part. 7.* ibi , *Non obſtante , quòd ex alio impedimento proueniente a Iure Communi minimè ſit ſucceſſura .*

Neque videtur ſubſiſtere replicatio, quód, cum de tempore obitus Pauli poſthumi, eius Mater fuerit habilis ad ſuccedendum filio ab inteſtato, licet poſteà ob non petitum tutorem amiſerit Ius ſuccedendi , ſufficiat nihilominus habilitas inſpecto tempore delatæ ſucceſſionis , nulla prorſus habita ratione inhabilitatis ex poſt facto ſuperuenientis .

Nàm , cum Statutum, eatenùs admittat Matrem ad filij ſucceſſionem , quatenùs infra quatuor menſes tutorem petierit , licèt ſupponatur in Matre à Statuto habilitas ſuccedendi tempore delatæ ſucceſſionis; illa tamen , vel ſtat in ſuſpenſo , quouſque Mater filio tutorem petierit , vel potiùs affirmandum , Ius ſuccedendi fuiſſe ademptum Matri à Statuto in caſu non petiti tutoris ; maxime quia, cum Statutum diſponat, quòd, quando Mater , vel Auia infra quatuor mẽſes tutorem filio , vel Nepoti reſpectiuè impuberi petierit , dum in pupillari ætate vixerit, ſuccedat ; ſed quando negligens fuerit in petitione eiuſdem Tutoris , non ſuc-
10 cedat in aliquo , cum huiuſmodi verba inducentia Iuris ſuccedendi priuationem ſint poſita in diſpoſitiua oratione Statuti conditionaliter , vel modaliter ; tunc ſemper reſpiciunt futurum , & actum non adhuc factum, ſed, quem in futurum fieri poſſe , ſupponunt ; adeòut in euentu, quo fiat , intret diſpoſitio , optimè *Riminald. Iun. conſ 50. num. 101. Angel. conſ. 51. ſub num. 2. verſ. in quibus, Surd. conſ. 335. num. 22. Cardin. Tuſch. pract. concluſ. lit. T. concluſ. 29. num* 11. quos refert , & ſequitur *Altograd. conſ 95. num. 102. lib. 2.*

Minus etiam aduerſatur, quòd huiuſmodi Statuta non mereantur attendi , vtpote Apoſtolica confirmatione carentia .

11 Nam, cum ſint condita ab immemorabili quoque tempore , & tàm primum ſuper

ſœnu-

fœminarum excluſione fauore Agnatorum dicatur æquum, honeſtum, & rationabile, vtpotè publicam reſpiciens vtilitatem, vel ſaltem non odioſum odio irrationabili, quinimò conforme Iuri duodecim Tabularum, & Prætorio, *Caſtrenſ.conſ.340.n.3.lib.2 Cranett.conſ.243.n 5. Alex.cõſ.141.n.10.lib.7.Decian.conſ.1.nu.318.& ſeq.lib.1.& conſ.30.num.11. & ſeq.lib.3. Surd.conſ.553.n.9. Gabr.conſ.14. numer.12.in fin.& ſeqq. lib.1. Curt.Sen.conſ.9.num.18. Soccin.Iun. conſ.3.n.20.lib.1. Sim. de Petr.conſ.163. num.3. 11. & 50. Bcc.conſ.189. num.61. & ſeq. Altograd.conſ.86.num.27.& ſeqq.lib.* 1. vbi precipuè, quando ratio conſeruandæ agnationis reperitur in Statuto expreſſa, *Minad. conſ.1.num.46.Merlin.de legit.lib.3.tit.1.qu.2.num.19.& ſeqq.Felic.allegat.21.nu.13.& ſeq.p.3.Gratian.cap.449.à n.16.vſque ad 23. & cap.197.nu.17.Theſaur.Iun quæſt.Forenſ. lib.2. quæſt.5. num.4. Add. ad Buratt. deciſ.188. numer.15. Viu. deciſ.469. numer.5. et duob.ſeq.Theſaur.dec.263. nu.2. Merlin. deci 353 num.5.verſ.quoniam,et duob.ſeqq.Card. Celſ. deciſ.125.num.10.Rot.in rec. dec.438. num.48. part.4. tom.2.*

12 Quàm ſecundum priuans ſucceſſione Matrem, non petentem tutorem filio impuberi infra quatuor menſes, ſit in aliqua ſaltem parte conforme diſpoſitioni Iuris Communis, licet non in tempore reſtricto ad quatuor menſes, dum, inſpecta ſanctione Iuris, anni indulgebatur ſpatium, *l.2.§.ſi Mater.ff.ad Senat. Conſ. Tertullian.l.mater, Cod.eod.tit.l.ſciant,* C.*de legit.hæred.Peregrin.conſ.80. numer.6.lib.1. Caluin.de æquitat.lib.1. cap.94. numer.12. et*
13 *ſeqq.* confirmatio eſt præſumenda, ad notata, per Canoniſtas in *cap.illud de præſumpt. et in cap.ſicut, de re iudicat. Add. ad Buratt. dec.6.lit.*B. *Rot.in rec.dec.438.par.4. tom.2.*
14 Signanter, ſtãte lapſu longiſſimi temporis; cum tamen ſufficerent triginta anni, *Mareſc. var.lib.1.cap.13.num.4. Gonzal. ſuper regul. 8 gloſ.12. num.77. Addent. ad* Ludouiſ. *deciſ.354.num.18. Seraphin. decis.671. et 792.* vtrobique, *num. 1. Buratt. deciſ.45. num.7. Duran.dec.56. num.2. Royas, deciſ.316.num. 11.Rot.in rec.dec.329.n.10.p.10.*

15 Præterquàmquód ſufficit, huiuſmodi Statuta fuiſſe confirmata à Ducibus Bracciani, uel fortè ab alijs Dominis Temporalibus dictæ Terrę, ut in ſpecie de dicto Statuto Scrofani uigente, etiam in Terra Anguillarię, tradit, *Spad.d.conſ.318.num.8.lib.3.*

Accedente præcipuè, quòd, cum Statutum reſpectu excluſionis fœminæ dotatæ fauore Agnatorum ſit honeſtum, & rationabile, ex ſupra deductis, & quò ad priuationem Matris á ſucceſſione filij, ob non petitum tutorem ſit conforme Iuri Communi,
16 obſeruantia præſumitur, illaque deducitur, & probatur, eo ipſo, quòd reperitur inſertum in uolumine Statutorum, ut in ſpecie, *Dec.conſ.534.num.9.verſ.non obſtat, Verall. decis.220.num.3.par.1.Rot.in rec. dec.51.nu. 12.par.1.et deciſ.22.num.29.part.9.* Cardin. *Cels. deciſ.248.num.17.*

Iuxtà allegata fuit deciſum, per R. P. *Arioſtum Reuerendiſs. Auditoris Cameræ Locumtenentem.*

ARGVMENTVM.

Teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita per Teſtatorem ſubſcriptum, ſigillatum, & Notario traditum coram ſeptem teſtibus, an, & quando ſubſtineatur; itaut de illius identitate dubitari non valeat, licet in dorſo eiuſdem teſtamenti non legatur ſcriptus rogitus Notarij, & an eadem forma teſtãdi procedat, tàm in legatis, quàm in hæredis inſtitutione, & an ſufficiat ſola Teſtatoris ſubſcriptio.

Teſtamentum nuncupatiuum implicitum non ſubſiſtit, quoties certò certiùs non conſtat de identitate ſchedulæ teſtamentariæ; ſed poteſt aliquo modo de ſuppoſitione alterius ſchædulæ ſuſpicari, & an ſufficiat certitudo moralis ſuper identitate eiuſdem ſchedulæ.

Notarij fides ſuper rogitu non diminuitur, ſi fuerit appoſitus in folio ſeparato inuoluente totam ſchedulam teſtamentariam, neque ex hoc reſultat præſumptio ſuppoſitionis alterius ſchedulæ.

Emptio pro perſona nominanda, an, & quando præſumatur facta de proprijs pecunijs ipſius ementis, vel potiùs perſonæ poſtmodùm nominatæ.

SVMMARIVM.

1 *Status præſentis controuerſiæ.*
2 *Iuramentum deciſiuum præſtitum die feriata in honorem Immaculatæ Conceptionis Beatæ Mariæ eſt nullum, quamuis ſummariè procedatur, & ſine dilationibus.*
3 *Teſtamenti nuncupatiui impliciti forma ſubſiſtit, ſiue agatur de legatis, ſiue hæredis inſtitutione.*
4 *Reprobatur contraria ſententia aſſerentium, huiuſmodi formam teſtandi ſolùmmodò procedere in legatis, non autem in hæredis inſtitutione. Examinantur ſingulæ auctoritates contrariæ.*

5 Te-

5 Teſtamentum nuncupatiuum implicitum ſubſiſtit, etiam ſi ſchedula propria manu Teſtatoris non ſit ſcripta, ſed ſolùm ſubſcripta, idque etiam ſi ſubſcriptio ſit generalis.

Subſcribēs omnia in ſcriptura cōtēta cōfirmat.

6 In teſtamento nuncupatiuo implicito non requiritur, quòd Teſtator ore proprio nominauerit hæredem.

7 Refellitur contraria ſententia affirmans, quòd requiratur explicita hæredis inſtitutio, vel ſaltē implicita coram teſtibus expreſſa.

8 Relatio ad ſchedulam conficiendam, ſiue tradendam ſufficit, neque requiritur relatio ad ſchedulam iam confectam, ſiue traditam.

9 Teſtamenti nuncupatiui impliciti forma non ſubſiſtit; quoties certitudinaliter non conſtat de identitate ſchedulæ; ſed de ſuppoſitione alterius poteſt aliquo modo ſuſpicari.

Idque non obſtante rogitu Notarij, & infra num. 13.

10 De caſu relato per Burgoſ. de Pax. ſuper ſuppoſitione ſchedulæ abſq; Notarij. & teſtium delicto.

11 Moralis certitudo ſuper identitate ſchedulæ in aliquorum ſententia ſufficit ſupponentium, verificationem eiuſdem fieri poſſe per comparationē, & adminicula.

12 Rogitus Notarij ob quam rationem requiratur.

13 Rogitus ſolus non ſufficit ad ſubſtinendam formam Teſtamenti nuncupatiui, quoties dubitari poteſt de ſuppoſitione aliorum foliorum.

14 Sed aliundè Identitas ſchedulæ teſtamentariæ eſt probanda.

15 Rogitus Notarij non requiritur; quoties conſtat de Identitate ſchedulæ, tàm ex ſubſcriptione Teſtatoris, quàm ex teſtium recognitione.

16 Notarij fides ſuper rogitu, an, & quando diminuatur, ſi fuerit appoſitus in folio ſeparato inuoluente ſchedulam teſtamentariam.

17 Quid ſi Notarius ſit bonæ opinionis, & famæ.

18 Identitas ſchedulæ præſumitur, quoties cōcurrit Teſtatoris ſubſcriptio, ſignanter non concurrentibus vehementibus coniecturis in contrarium.

Præcipuè ſi adſit ſubſcriptio Teſtatoris in calce ſingulorum foliorum, ibidem.

19 Teſtatori eſt permiſſa penes ſeipſum retentio Teſtamenti ſecreti.

Idem aſſerendum penes tertium, vel penes hæredem, ibidem.

20 Teſtator, ſi facit primum teſtamentum, & poſteà reuocat conficiendo ſecundum, an Notarius ad petitionem Teſtatoris debeat primum teſtamentum lacerare.

21 In apertione Teſtamenti clauſi, & ſigillati, quæ ſolemnitates ſeruandæ remiſſiuè.

22 In apertione teſtamenti nuncupatiui impliciti nullum requiritur Iudicis decretum, aut alia ſolemnitas.

23 Præcipuè, quando Teſtator tribuit Notario facultatem aperiendi teſtamentum propria auctoritate.

24 Licet fortaſsè aliud eſſet dicendū in Teſtamento in ſcriptis.

Declaratur Menoch. conſ. 180. n. 21.

25 Emptio, quamuis fuerit facta pro perſona nominanda, ſequuta demum nominatione, non indè præſumitur facta emptio ex proprijs pecunijs perſonæ nominatæ, & num. ſeqq.

26 Emptio in dubio præſumitur facta ex proprijs pecunijs ementis.

27 Res empta pro perſona nominanda, ante nominationem dicitur acquiſita ipſimet emptori.

28 Nominatione non ſequuta, emptio non reſoluitur, ſed ſubſiſtit pro ipſo emente.

29 Ex declaratione emptoris ante ſtipulationem, quòd emptio ſtipulari debeat nomine proprio, nō autem perſonæ nominandæ, quòdque reſpectu clauſulæ pro perſona nominanda tribuatur facultas Notario ad libitum apponendi, vel delendi, ex huiuſmodi declaratione deprehenditur, emptorem ab initio ſibi acquirere voluiſſe; non autē perſonæ nominandæ.

30 Ex poſſeſſione rei emptæ immediatè per emptorem capta nomine proprio; non autem perſonæ nominandæ, vehemens reſultat præſumptio, ſiue coniectura, quòd emptor ſibi; non autem perſonæ nominandæ voluerit acquirere.

31 Idque, etiam, ſi nomen alterius legatur in inſtrumento appoſitum, nam totum cenſetur ſimulatè actum.

32 Ex fructuum perceptione fauore emptoris reſultat coniectura magnifacienda ad arguendum, quod emptio fuerit facta nomine ementis, non autem perſonæ nominatæ.

33 Facultas tributa emptori alienandi, nec non ſubſequentes clauſulæ, conſtituti, & precarij, operantur, vt emptio dici debeat facta nomine emptoris; non autem alterius.

34 Iuramentum deciſiuum habetur pro plena probatione, habetque vim rei iudicatæ, & litis finita, & tranſactionis, ad effectum probandi, emptionem fuiſſe factam nomine proprio, & non alieno.

35 Adeout ad illud retractandum nullæ admitti debeant contrariæ probationes.

36 Emptio præſumitur facta nomine proprio pro emptore, quoties nominatio alterius eſt in libera facultate eiuſdem emptoris.

37 Subſequens nominatio voluntaria importat nouum contractum venditionis, nullatenus dependentem ab ipſa prima emptione.

38 Nominatus, tamquàm nouus emptor, non poteſt recuſare ſolutionem integri pretij, de quo potuit fides haberi, cum alioquin nominans non teneatur rem emptam dimittere.

39 Obſeruantia eſt optima interpres in quacumque materia; itaut talis dicatur adeſſe ſenſus in verbis, qualem demonſtrat obſeruantia ſubſequuta.

40 Idque, etiam, ſi eſſet minus verus, imò aberraret à regulis Iuris Communis.

41 Obſeruantia præſefert confeſſionem partis, non ſecus, ac, ſi ita fuerit ab initio conuentum.

Imò habet vim nouæ conuentionis.

42 Donationis præſumptio reſultat ex arcta ſanguinis coniunctione.

43 Huiuſmodi coniectura in aliquorum ſententia ſola non ſufficit.

Contrarium num. 45.

44 Sed ſuffulta alijs coniecturis eſt validiſſima.

45 Referuntur auctoritates firmātes, quod etiam ſola ſufficiat.

46 Pro donationis coniectura deſumi poteſt eximia charitas, & amor donantis erga donatarium;

Do-

Donatio eſt præcipuum dilectionis argumentum, & pignus, teſte Ariſtotele.

Amicus, qui eſt non mutuat, ſed donat.

47 *Ex cauſa veriſimilis, & proportionatæ beneuolentiæ, fortiùs arguitur donatio.*

Expenditur textus in l.cum allegas 4. Cod.de Caſtrenſ. pecul.lib.10.

48 *Donatio arguitur ex diuitijs donantis, & egeſtate donatarij; quoties concurrit veriſimilis cauſa donandi.*

49 *Pecunias noluiſſe repetere, præſumitur quis, ſi eas non deſcripſerit in libris ad effectum repetitionis, præſertim ſtante ſolito deſcribendi.*

50 *Ex diuturna taciturnitate rectè deprehenditur donationis præſumptio.*

Præcipuè, quando ſumma eſt valdè conſiderabilis.

51 *Mercatores præſumuntur diligentiſſimi in exigendo, neque pecunias inexactas, & otioſas retinere ſolent.*

52 *Liberatio concepta verbis nimis effrænatis, & vniuerſalibus, comprehēdit debitum ex quacumque cauſa, vel titulo.*

53 *Neque reſtringitur ad debitum exiſtens tempore teſtamenti; ſed comprehendit contractum poſt illud conditum.*

CAPVT XXXIX.

PRÆSVPPOSITA facti ſerie, de pluribus contingit dubitari in huiuſmodi controuerſia.

1 Primò, an Iuramentum deciſiuum præſtitum á Domino Comino die feriata in honorem Conceptionis B.Mariæ ſit validum.

Secundò, an teſtamentum nuncupatiuum nuncupatione implicita per Teſtatorem ſubſcriptum, ſigillatum, Notarioque traditum coram ſeptem teſtibus, ſubſiſtat; itaut dicatur conſtare de illius identitate, licet in dorſo eiuſdem teſtamēti non fuerit ſcriptus rogitus Notarij.

Tertiò tandem, an D.Senator Boianus ſit conſtituendus creditor pretij prædij eidem venditi, ſuper quo Cominus fuit in emptorem nominatus.

2 Quò ad primum, Iuramentum deciſiuum in Iudicio præſtitum die feriata in honorem Immaculatæ Conceptionis B.Mariæ nullius eſt momenti, neque, etiam conſentientibus partibus, & quamuis in Iudicio procedatur ſummariè, & abſque dilationibus, ut eſt text.expreſſus *in cap.fin.de ferijs*, ibi: *feſtiuitatem omnium Virginis Glorioſæ*, vbi Canoniſtæ, & ſignanter *Butr.num.9.& ſeq. Lambertengh.de contract.in fin. num.66.* Ridolfin. *in praxi part.1.cap.1t. num.6t. & ſeq. Cardin. Seraphin. dec.782. num.8.* & in ſpecie Iuramenti deciſiui, *Mancin.de Iuram. par.2. art.17. num.10. Plot.in repetit. l.ſi quando, n.755.C.vnde vi*, ubi in præciſis terminis de Iuramento deciſiuo nulliter præſtito die feriata in honorem Immaculatę Conceptionis Beatę Marię, quē refert, & ſequitur *Surd.conſ. 87.num.15.circa med.verſic.eamdem*, & benè conferūt deducta ſuper huiuſmodi feſto Conceptionis per *Azor. inſt. moral.part.2.lib.1. cap.21.Sum.Angelic.*verbo *ferię, verſ.feſtum Immaculatæ Conceptionis.*

Quò ad ſecundum, Teſtamentum Vincentij Comini nuncupatiuum nuncupatione implicita per eumdem Teſtatorem ſubſcriptum, ſigillatum, Notarioque traditum coram ſeptem teſtibus, videtur validum; adeòut dicatur conſtare de illius identitate, quamuis in dorſo eiuſdem Teſtamenti non legatur ſcriptus rogitus Notarij.

3 Cum enim huiuſmodi forma teſtandi per relationem ad ſcripturā certā omninò ſubſiſtat, ſiue agatur de legatis, ſiue de hæredis inſtitutione, perindè, ac ſi Teſtator ore proprio hęredē nominaſſet, abſq; eo, quòd teſtes legerint, viderint, aut certiores facti fuerint de diſpoſitis in cedula, iuxtá magis receptā ſententiam, de qua poſt originalem theoricam Bart.*in l.ſi ita ſcripſero 30.ff.de cōdit.& demonſtr.Bald. in l.aſſe toto, n.3. ff.de hæred. inſtitnen.*ibique, *Angel.in princ. & in l.captatorias, num.10.Cod.de teſtam. milit.* Caſtr. *in l.hac conſultiſſima, § per nuncupationem, num.3.Cod.de teſtam.Salicet.in leg.fin.num.5.* Cod *de fideicomm.* benè *Padill. in l.cum quidam, num.13.ff.de legat.2.Couarr.in cap.cum ſibi, in princip.num.5.de teſtam.Burg de Pax. ad l.3.Taur.part.2. num.1166. Alex. conſil. 176.num.6.& ſeq.lib.5.Soccin.Sen. conſ.142. num.6.lib.1.Fulgoſ.conſ.56. Caſtr.conſ.93.nu. 4.lib.1.Decian.conſ.74.lib.5.Alciat.conſ.126 num.1.& ſeq.lib.9.* Ruin. *conſ.193 num.10. lib.2.& conſ.11.num.2.& 7.lib.3.Odd.conſil. 64.num.17.* dicens concluſionem communem, & vulgatam, *Altograd. conſ.96. lib.2. Clar.in §.teſtamentum, quæſt.36.num.2.verſic.ſed quid ſi* Teſtator, *& quæſt.4.nu.3.Craſſ. de ſucceſſ.in §.inſtitutio, quæſt.16.num.3. & ſeq. Berlich.concluſ.4.num.25.par.4.Gratian. cap.605.numer.36.& ſeq. Vaſqu.de ſucceſs. creat.§.17.num.53.& ſeq.Caſtill.tom.4.controu.cap.20.num.28.& ſeqq.*Card. *Mantic.de coniectur.lib.1.tit.7.num.7. verſ.quartus, & vltimus caſus, Guttierez lib.2.pract.cap.41. num.4.& ſeq.Magdalen.de num. teſtium part. 2.cap.27.num.9.& ſeq. Lana de form.Teſtamenti Nuncupatiui, num.14.32.& ſeqq.& conſ.1.poſt d.tract.num.39.& ſeq.et nu.66.et ſeq.Andreol.controu.103.n.4.et per tot.Add. ad Buratt.dec.475.nu.22. verſ.quæ doctrina*, latiſſimè, *Card. de Luca*, reſpondens contrarijs, pluresque, *Rotæ deciſiones* congerēs, *de Teſtam.diſc.1.per tot.Afflict.dec.143. num.6.et ſeq.Rouit. deciſ.95.num.10.et ſeqq. Capyc.latr.deciſ.5. num.27.et 31.Epiſc. Thomat.deciſion.82. numer.19.* & hanc ſententiā conſtanter amplexa eſt, *Rot. in. rec.deciſ.* 263.

Digitized by Google

263.num.6.et ſeqq.par.4.tom.2. et dec. 533. num.3. et 570.num.7.ead.par.4.Duran.deciſ. 206.n.4 Card.Ottobon. deciſ.181.n.3.et ſeqq.

4 Quidquid in contrarium inferiùs proxi-proximè allegandi ſenſerint, doctrinam Bart. tantùmmodò procedere in legatis; nõ autem in hæredis inſtitutione, quæ requirit formalem expreſſionem coram teſtibus, vt, poſt Aret. ita originaliter ſentientem, in l.hæredes palam, num.1.ff.de teſtam.Iaſ.in leg. hac conſultiſſima, §.per nuncupationem, nu.1. et 2.Cod.de teſtam.et in l.vbi autem, §.illud.ſub num.3 ff.de verbor.obligat. Bellamer. conſ.1. n.32.et 46.& ex recentioribus, omiſſis alijs, latè Cyriac.contron. 444. num.114. & ſeqq. Vaſq.de ſucceſſ.creat.lib.2.§.21. numer.16.et ſeq Beſol.conſ.103.et conſ.104.part 5. Piſtor. conſ.31.num.33.lib.1.Venturin.conſ.1.numer. 28 Faber de error.Pragm. part.3. decad. 69. error.3.Gratian.cap.973.Ambroſin. deciſ.13. n.20. horũ enim ſententia nullo prorſus Iure eſt amplectenda; præcipuè, quia, Aretin. loco proximè laudato huius opinionis Anteſignanus, cum quo cæteri pertranſeunt, licet videatur eſſe procliuis contra Teſtamentum; attamen in fine eiuſdem numer. apertè concludit; quòd, ſi plenè conſtet de identitate, valeat teſtamentum, etiam quò ad inſtitutionem; atque adeó re vera facit differentiam inter inſtitutionem, & legata ſuper modo meliùs probandi identitatem.

Vaſq.de ſucceſſ.creat.d.lib.2.§.11.num.16. et ſeq.ingenuè fatetur contrariam eſſe communem, & in §. 17. numer.53. ſatis apertè ſubſtinet dictam communem ſententiam, pro teſtamento.

De Gratian.c.973.nulla eſt habenda ratio; quãdo enim ſcripſit ad veritatẽ, nõ ad pecuniã, ingenuè fatetur, opinionẽ Bart.eſſe magis receptam, etiam, quò ad inſtitutionem.

Ambroſin.dec.13.num.20. expreſsè admittit huiuſmodi formam teſtandi, ſed in ſuo caſu impugnat illud teſtamentum ex defectu numeri teſtium, & ob ſuſpicionem falſitatis; ceteræ veró auctoritates, ſignanter Cyriac. & alij impugnantes teſtamentum principaliter ſe reſtringunt ad non probationem identitatis, ſuſpicionemque falſitatis ſchedulæ teſtamentariæ.

5 Idque, etiam ſi ſchedula, non ſit ſcripta propria manu ipſius Teſtatoris, ſed tantùmmodò ab ipſo ſubſcripta, Menoch. conſ 314. n.48.& lib.3.præſumpt. 66. nu.7. Adden. ad Buratt.d.dec.475. num.23. Rot.in rec. d.deciſ. 263.num.12.& ſeq.par.4.tom.2.& dec.581. num.14.par.4.tom.3.Card.Otthobon.dec.181 n.16.Coccin.deciſ.1266.n.7.& 8. Regulare enim eſt, ut ſubſcribens omnia contenta in ſcriptura confirmet, Natt.in Auth.quod ſine num.44.& ſeq.Cod de teſtam.Angel. in l.ſi ita ſtipulatus 126.§.Chriſogonus, nu.1, verſ.& ſic nota, Imol.num.10.verſ.item nota, Alex.nu.2. verſ.in Textu, ff.de verbor. obligat. cum alijs allegatis per Menoch. præſumpt.66. num.7. lib.3. Imò ſufficit ſola ſubſcriptio generalis, prout de communi poſt Dec.in cap. quoniam contra, num.207. de probat. teſtatur Menoch. d.præſumpt.66. num.10.& 11.lib.3. Roland. conſ.44.num.38.lib.1.add.ad Buratt.dec.475. num.23.verſ.in qua etiam, Rot.in rec. d.dec. 263.num.14.part.4.tom.2.

6 Vel, etiam ſi Teſtator ore proprio non nominauerit hæredem, qui eſt ſcriptus in ſchedula; cum iuxta æquiorem, magiſque receptam ſententiam, in teſtamento nuncupatiuo implicito non requiratur alia magis explicita hæredis inſtitutio, quám ſcriptura relata demonſtret, prout per tex.in l.ex ſe toto, ff.de hæred.inſtit. firmant Caſtr. in l.hæredes palam in princip.ff.de teſtam & conſ.93 num.4.lib.1.Alex.conſ.76. nu.4.lib.5. Bellon. conſ.85.num.11.Clar.in §. teſtamentum, qu. 4.num 3.& quæſt.36.num.2. Vaſq. de ſucceſſ. creat.requiſ.23 nu.53. Sola ad conſtit. Sabaud. tit.de vlt.volunt.gloſ.2.num.2. Card. Mantic. de coniect.lib.1. tit.7. numer.7. Mart. Medic. exam.58.ſub n.12.& ſeq.& dec.97.ſub nu.24. Lana conſ.1.num.72.poſt pract.de formul. teſtament. Andreol.contron.103.num.4. Duran. deciſ.206.num.4.Cardin. Otthobon.deciſ.181. num.1.& ſeqq.Rot.in rec.dict.deciſ.215. n.5. & deciſ.259.num.18.par.11.

7 Reiecta contraria ſententia, Gratian.cap. 973.num.6.Ant.Fab.in Cod.lib.6.tit.5. defin. 4.de teſtam.Cyriac.d.contron.444.num.96.& ſeqq.Tondut. lib.1.quæſt.ciuil.cap.82. nu.19. Altograd.Iun.contron.50.num.3.et ſeqq.ſubſtinentium, contra communem ſententiam, ſenſumque Rotæ, quòd requiratur explicita hæredis inſtitutio, vel ſaltem implicita coram teſtibus expreſſa; id enim non poteſt procedere, niſi in teſtamento in ſcriptis, uel in nuncupatiuo explicito, in quibus terminis procedunt, iura ab eiſdem allegata, non autem implicito, prout rectè aduertit Card. Otthobon. d. deciſ. 181. num.4. & ſeqq. alijque ſuperiùs laudati.

8 Quinimò, etiam ſi relatio non ſit facta ad ſchedulam iam confectam, & alicui traditam, ſed ad conficiendam, & tradendam, quamuis uerba Bart. exemplificatiuè ſint directa ad ſchedulam factam, ac relictam, ut in ſpecie, ſuppoſita probatione concludenti identitatis ſchedulæ, firmant Lana conſ.2.de teſtam.nuncupat. impreſſo int. tract. magn.tom.2.par.1.fol. 180.Vaſq. de ſucceſſ. creat.lib.2.§.17.num.53. circa med.verſ.quid autem ſi coram ſeptem teſtibus, Card. de Luca de teſtam. d.diſc.1. num.10. & pro abſoluto ſupponit Rot. in rec.dec.663. in princ.p. 4.

His firmatis, reſultat, ut, quoties certitudinaliter conſtat de identitate ſcripturæ,

ad

ad quam Teſtator ſe retulit, examinatis te-
ſtibus, qui recognoſcant proprias ſubſcri-
ptiones, ſi fuerunt adhibitæ, ipſamquemet
ſchedulam certitudinaliter deponant, eſſe
illammet traditam Notario coram ipſis te-
9 ſtibus; adeòut omninò ceſſet quælibet ſuſ-
picio ſuppoſitionis alterius ſcripturæ factæ
à Notario, ſuper quo potiſſimùm eſt aduer-
tendum in hac materia ualdè periculoſa ob
fraudes, quæ poſſent committi; nam alio-
quin, admiſſa huiuſmodi ſuſpicione, uel ſup-
poſitionis poſſibilitate ex facti circumſtan-
tijs, uel ex præſumptionibus uehementibus
prudentis Iudicis arbitrio reſultante, hæc
forma teſtandi abſque dubio non ſubſiſte-
ret, iuxta adducta per *Arctin in leg. hæredes
palam.ff.de teſtam.Couarr.in cap.cum tibi ex-
tra eod.tit. Padill.in l.cum quidam, num.12.
ff.de legat.2.Ant. Natta in auth. quod ſine, qu.
11.in princip Cod.de teſtam. p.2. Pariſ.conſ.
19.num.25.et ſeqq.lib.3. Roland. conſ.36.ſub
num.2.lib.1. Menoch. conſil.313 numer.40. et
conſ.639.num.21.Rimin.Iun.conſ.598. nu.52.
Eugen.conſ.66.num.49,lib.2. Altograd.conſil.
96.nu.14.et 20.lib.2.Clar.in §. teſtamentum,
quæſt.36.num.2. propè fin. verſ. illam tamen
intellige, Cyriac.controu.444.num.22,* & plu-
ribus *ſeqq.Card. Mant.de coniect.lib.1. tit.7.
n.7.Verſ.& hoc ſanè, Gutticrez.pract. quæſt.
lib.2.c.41.n.4.verſ.dummodò, liquidò conſtet,
15 Prima, quòd, ſtante prædicta confirmatione, dubitari non poſſit de perfectione uoluntatis circa præcedentem diſpoſitionem, cui Teſtator nihil addidit, uel diminuit, *Curt.Iun.cõſ.304. ſub n.31. uerſ.tertiò confirmatur, Mazzol.conſ.31.num.25.uerſ.aliud eſt, quando adeſt geminatio, Scot.conſ 1. num 56. tom.1.lib.2.Surd conſ 424 ſub num.63 et ſeq.* optimè, *Sim.de Petr.conſ.164. numer.15.& ſeq. Ciriac. controu.407.num.309. et ſeq.*

Secunda, quòd, ſecluſa concludenti probatione teſtamenti per quatuor teſtes rogatos, ex ſupra deductis; adhuc, cum Teſtator diſpoſitionem die præcedenti factam confirmauerit coram Parocho, & duobus teſtibus rogatis, prout ex eorum depoſitione, dicitur conſtare de Teſtamento Nuncupatiuo implicito per relationem ad ſchedulam à Notario conſcriptam coram tribus teſtibus de illius tenore identificè, & certitudi-
16 naliter deponentibus, ut ſupra, quòd teſtamentum nuncupatiuum implicitum per relationem ad aliam ſchedulam, ſiue diſpoſitionem factam coram teſtibus, indubitanter admittitur; licet Teſtator non nominauerit hæredem coram Parocho, & teſtibus, ex receptiſſima theorica, *Bart. in leg ſi ita ſcripſero 30.ff.de condit. et demonſtrat.* quam ſequuntur, *Clar. in §. teſtamentum, quæſt 4. num.3.uerſ.contraria tamen*, ubi de communiori, *et quæſt. 36. num. 2. uerſ. ſed quicquid dicat, Card. Mant.de coniectur ult.uolunt. lib. 1 tit.7.num.7.Magdalen.de num. teſtium, qu. 1.cap.27 num 9. Rouit. deciſ. 95. num.10. et 12.Capyc.latr.deciſ.5 num.27.Adden.ad Buratt.deciſ.775. n.22. Card.Ottbobon. dec 181 nu.5.et trib.ſeqq.* & Nos alibi latiùs firmauimus.

Quæ concluſio fortiùs procedit; ſtante enim concludenti probatione per teſtes de integro tenore contentorum in ſchedula à Notario conſcripta, ſatis, ſuperque remanet comprobata certitudo & omnimoda identitas dictæ ſchedulæ, & ueritas in ea contentorum, cum excluſione ſuſpicionis cuiuslibet fraudis, ſeu ſuppoſitionis qua
17 deficiente, etiam DD. pro contraria ſententia allegari ſoliti admittunt, ſuſtineri teſtamentum nuncupatiuum implicitû. prout uideri poteſt apud *Rouit.d.deciſ.95.n 16.*

18 Neque aduerſatur diſcordantia Teſtium, & Parochi in cortice uerborum ſuper tenore Teſtamenti, qua ſtante nullam fidem me-

reri

reri, firmant poſt *Butr. in cap. nihil obſtat, num. 2. verſ. quod intellige, de verbor. ſignific. Abb. ibid. num. 2.* alijque Canoniſtæ, *Bald. in capit. bonæ, il primo, de elect. Alex. conſil. 111. num. 8. lib. 3. & conſ. 176. num. 1. verſ. & ideò refert lib. 7.* vbi, quòd, ſi vnus teſtis depoſuit, quòd Teſtator dixerit, *Titium hæredem inſtituo*; alius verò, quòd verba formalia teſtatoris fuerint iſta, *Titius ſit mihi hæres*, iſti teſtes dicantur contrarij, & non probent, *Io. Franc. de Pont. conſ. 63. num. 1. & 3. lib. 1. Ant. Gomez. ad l. 3. Taur. num. 49. & ſeq. Andreol. controu. 296. num. 5. Bonden. collect. 39. nu. 60. Caſtald. conſult. 22. num. 11. & ſeq. Ant. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 7. de fin. 2. & defin. 15. Fontanell. decis. 578. num. 12. Ludouic. decis. Lucenſ. 53. num. 27. Medic. decis. Senenſ. 95. num. 25. Rot. in recent. dec. 331. num. 9. & ſeqq. part. 13. & deciſ. 177. num. 4. part. 14. & deciſ. 312. num. 8. verſ. & demum, & num. ſeq. part. 16.* cui motiuo potiſſimùm innititur contraria reſolutio in hac cauſa edita coram *Card. Celſo, deciſ. 351.*

Nam ſufficit, quòd in facto principali, & in ſubſtantia concorditer de omnibus particulis Teſtamenti deponant, & ad eiuſdem rei effectum ſuper hæredis inſtitutione, a qua perficitur teſtamentum, vnanimiter tendant, benè, *Corn. conſ. 172. num. 15.* rectè aduertens, quòd, ſi aliter diceretur, raro per ſolos teſtes poſſet probari teſtamentum plura continens capitula; eſſet enim ferè impoſſibile, quòd ob lapſum temporis omnes teſtes de ſingulis verbis formalibus à Teſtatore prolatis eſſent memores, *et conſ. 77. nu. 6. lib. 4. Sim. de Petr. conſ. 164. num. 2. et ſeqq. et de interpretat. vlt. volunt. lib. 2. ſolut. 2. nu. 50. fol. 201.* vbi latè, *Alex. conſ. 47. num. 5. lib. 2. Bertazzol. conſ. 86. num. 23. et ſeq. Ruin. conſ. 1. ſub num. 20. lib. 2. Bertrand. conſ. 212. lib. 1. part poſter. Rimin. Sen. conſ. 549. num. 5. et duob. ſeq. lib. 3. Surd. conſ. 12. num. 43. 45. et 47. Altograd. conſ. 50. num. 166. et ſeqq. lib. 1. Cancer. Var. part. 1. cap. 4. num. 89. add. ad Buratt. deciſ. 458. in fin. Gratian. cap. 551. num. 30. et ſeq. Cyriac. controu. 407. num. 143. et 160. Ambroſin. dec. 25. num. 6. par. 1. Ludouiſ. deciſ. 251. num. 29. Bich. deciſ. 49. num. 3. Merlin. deciſ. 340. num. 7. Rot. in rec. deciſ. 28. num. 5. par. 8. et deciſ. 320. num. 11. part. 9. et deciſ. 191. nu. 5. part. 12.*

19 Regulare enim eſt, vt modica diſcrepantia, ſeu contrarietas circa factum principale non noceat, neque teſtis fidem infringat, *Iaſ. in l. 2. num. 17. Cod. de bon. poſſ. Secund. tabul. Feliu. cap. cum tu, de teſtam. Grammat. conſ. ciuil. 50. num. 30. Rimin. Sen. conſ. 549. num. 8. Neuizan. conſ. 26. num. 27. verſ. nec etiã ſi ſit, Toruzol. conſ. 54. num. 18. Rauden. conſ. 32. num. 37. lib. 2. Maluaſia conſ. 88. num. 18. Altograd. d. conſ. 50. num. 168. et conſ. 65. nu. 61. lib. 1. Cancer. part. 1. cap. 4. de teſtam. num. 90. Verall. dec. 170. num. 2. p. 3.*

20 Contraria verò poſſunt procedere, Vel, quando hæres inſtitutus ſe adſtrinxerit ad probandum præciſa, & formalia verba Teſtatoris; tunc enim Teſtes debent concordare, etiam in cortice verborum, aliás dicuntur ſingulares, etiam, quòd tendant ad eumdem finem; non enim fieri nequit, vt, qui præcisè aliquibus verbis eſt vſus, alijs vſus fuerit eodem inſtanti, & in his terminis procedit theorica, *Butrij in d. cap. nihil, num. 2. verſ. quod intellige, de verb. ſignific.* prout illã præ cæteris declarant, *Panormit. ibid. ſub num. 2. Bald. in cap. bonæ* il primo, *de election. Ruin. conſ. 149. numer. 51. lib. 5. Alex. conſ. 176. num. 1. lib. 7. et conſ. 150. num. 2. verſ. tamen ex eo, lib. 5. Corn. conſ. 172. num. 17. verſ. ut quia diceret, lib. 2. Rolãd. à Vall. conſ. 33. n. 20. lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 29. n. 21. et ſeq. lib. 2. Bertrand. conſ. 212. num. 13. verſ. et ſi benè attendantur, Gabr. conſ. 42. num. 3. lib. 1.* latè, & egregiè iuxta morem, *Io. Franc. de Ponte conſ. 63. num. 1. et ſeqq. lib. 1. Sim. de Petr. de interpret. ult. uolunt. lib. 2. ſolut. 2. numer. 50.* benè, *Cancer. uar. part. 1. cap. 4. de teſtam. nu. 87. & ſeq. Farinac. de teſt. quæſt. 64. num. 68. et ſeq. Magon. dec. Lucenſ. 32. n. 48 Rot. in rec. dec. 141. ſub nu. 1. et ſeqq. p. 16.* & in his terminis intelligendæ auctoritates ex aduerſo allegatæ, præcipuè ex recẽtioribus, *Andreol. controu. 296. num. 15. Bonden. collect. 39. nu. 60. verſ. et ſi fortaſsè, Caſtald. conſult 22. num. 11. et ſeq. Ant. Fab. in Cod. lib. 6 tit. 22. de fideicomm. defin. 15. Fontanell. deciſ. 578. num. 12. Ioſeph Ludouic. dec. Lucen. 53. num. 27. Medic. dec. Senen. 95. nu. 25.*

21 Vel, quando ageretur de probandis uerbis Teſtatoris, quia fortè uis eſſet in uerbis, ſeu forma uerborum, ut benè aduertit, *Corn. d. conſ. 172. num. 15. verſ. nec obſtat elegans dictum, lib. 2. Cancer. uar. d. part. 1. cap. 4. de teſtam. n. 87. et ſeq.* alijque proximè allegati.

22 Quod tamen eſſe ſingulariter ſubintelligendum, ut tunc contrarietas in cortice, & formalitate uerborum officiat, quando ipſamet verborum formalitas fuiſſet articulata, uel à Iudice exacta; ſecus uerò, ubi, teſtis reſpondendo Interrogatorijs, ex ſe in illa prorumpit, quia tunc nihil intereſt, an in cortice uerborum concordent, uel ne, dummodò in ſubſtantia non diſcrepent, prout optimè diſtingunt, *Roland. cõſ. 33. num. 22. lib. 2. Farinac. de teſtibus, qu. 64. num. 68. et ſeq. Cancer. uar. par. 1. cap. 4. num. 87. Rot. in rec. dec. 347. num. 21. p. 19.*

Prædictis omnibus accedat, quòd, etiam, ſi nimium leues exceptiones adductæ contra Parochum, duoſque teſtes ad id inductos eorum fidem minuerent; adeòut non eſſent integri, & idonei, prout *Text. in dict. cap.*

cum eſſes, de teſtam. videtur exigere.

Adhùc tamẽ huiuſmodi exceptiones ſuppleri debent ex pluribus, quæ ſaltem ſimul ponderatæ ſatis, ſuperque ſufficiunt, ne eorumdem teſtium, & Parochi fides diminuta
23 remaneat; Regulare enim eſt, ut teſtium exceptiones á numero, & adminiculis ſanentur, vel ſaltem ſuppleantur, prout, omiſſis generalibus, in ſpecie *Honded. conſil. 77. num. 21. & ſeqq. lib. 1.*

24 Inter quæ adminicula tria potiſſimùm exiſtimo, eſſe magnifacienda. Primò, quòd in eadem Aula, in quá ægrotus iacebat Teſtator, plures alij aderant, qui examini ſuppoſiti idem affirmant; quamuis Parochus non omnes, ſed duos tantùm ex eis in teſtes rogauerit; atque adeò nulla prorſus adeſſe videtur dubitandi ratio, cur eis deferendum non ſit ad plenam probationem de per ſe; multòque magis pro adminiculanda probatione iam facta per teſtes, & Parochum rogatos.

25 Neque meretur attendi ex aduerſo data reſponſio, quòd teſtes in teſtamento adhibendi pernecesſè debeant eſſe rogati, quódque de non rogatis nulla prorſus ratio ſit habenda, *l. hæredes palam 21. §. in teſtamentis, ff. de teſtam. § fin.* ibique *gloſ.* verbo *adhibitis, Inſtit. eod. tit. Auth. rogati, Cod. de teſtib. Bart. in l. Diuus, num. 3. ff. de milit. teſtam. Craſſ. in § teſtamentum quæſt. 58. num. 1. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 2. art. 3. num. 21.*
26 *Galeot. controu. 34. num. 21. lib. 1.* Idque etiam requiratur in teſtamento condito iuxta formam à Iure Canonico præſcriptam ac in *dict. cap. cum eſſes*, prout aduertit ibidem *Fagnan. num. 17. & ſeqq. Farinac. de teſtib. quæſt. 62. num. 134. & ſeqq. Gratian. cap. 93. num. 1. & ſeqq. Rot. deciſ. 2. num. 21. & ſeqq.* poſt *Gilian. ad Statut. Perr. fin.* Accedente potiſſimùm facti circumſtantia ponderata per *Rot. cor. Card. Celſ.* in contraria deciſione in hac cauſa edita inter eius impreſſas, *dict. deciſ. 351. num 8.* quòd dicti alij teſtes expulſi fuerunt ab Aula, in qua iacebat teſtator.

27 Siquidem animaduertendum, quòd Rogitus non requiratur pro forma, ſeu præciſa ſolemnitate; ſed tantummodò, uel, ut ita conſtet, quòd teſtator coram illis teſtibus animo deliberato teſtandi illa uerba protulerit; non autem perfunctoriè, iocosè, uel blandiendo; Vel, quia, cum in teſtamentis maximus ſubſit falſitatis, uel ſuſpicionis timor; meritó prouida lex uoluerit, in his te-
28 ſtes non fortuitos, ſed ad id in ſpecie rogatos adhiberi; atque adeò, ubi adeſt circumſtantia deliberatæ uoluntatis redactæ ad actum teſtandi, ſublataque remanet quælibet falſitatis ſuſpicio, dicitur adeſſe rogitus, ſaltem implicitus, ac uirtualis ſatis, ſuperq; ſufficiens, *Gratian. dict. cap. 93. nu. 1. & ſeqq.* latè pluribus allegatis, *Boſſ. tom. 1. moral. tit. 13. §. 5. num. 54. Card. Cerr. deciſ.* [illegible] ubi in ſpecie ſatisfacit obiecto deficientiæ rogitus teſtium in teſtamento condito coram Parocho, rectèque conferunt deducta per *Rodoer. conſ. 21.*

Præcipuè; quia de rogitu duorum teſtium requiſitorum ad formam *dict. cap. cum eſſes*, hæſitari non ualet; & nihilominus in ſatis probabili ſententia in teſtamento ad pias cauſas, neque etiam rogitus teſtium eſſet neceſſarius, utpotè Iuris ciuilis mera ſollemnitas, *Bart. in l. 1. num. 7. C. de Sacroſ. Eccleſ. Hoſt. in dict. cap. cum eſſes, num. 4. de teſtam. Couarr. in cap. relatum, n. 4. de teſtam. Alex. conſil. 131. num. 2. lib. 7. Gall. de except. ad ſucceſſion. par. 2. tit. 2. except. 2. num. 1 & ſeq. Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 3.* ibique *Ricc. & Thor. in addit. Ciarlin. controu. 31. num. 7. Cirocc. diſcept. 8. num. 4.* latè *Rub. de teſtam. cap. 21. num 71. & ſeqq.* ubi plures refert, *Gratian. cap. 93. num. 8.* ubi de cõmuni, latè *Farinac. de teſtib. quæſt. 62. num. 152. Grizzarell. deciſ. Neapolit. 45.* ibique *de Angel. Gamm. deciſ. Luſit. 81. n. 3. Thomin. dec. Lipſ. 4. Borrell. in ſumm. deciſ. Neapol. tit. 6. nu. 5 part. 3.*

29 Alij uerò teſtes non rogati adducuntur, non tamquám teſtamentarij, ſed potiùs adminiculatiuè ad comprobandam rei ueritatem, & ad tollendam aliqualem ſuſpicionem reſultantem ab exceptionibus, quas Teſtamentarij teſtes rogati fortaſsè pati poſſent.

30 Secundum adminiculum, & quidem uehemens reſultat ex alia ſchudula teſtamentaria, quæ præcedenti die, ipſomet Teſtatore dictante, fuerat á Notario conſcripta, quæ in omnibus conſonat cum adnotatione facta per Parochum coram duobus teſtibus rogatis; Quidquid enim ſit, an dicta ſchedula perfectam diſpoſitionem contineat, iuxta ſuperiùs firmata, uel potiùs dici debeat præparatoria ad teſtandum, iuxta dictum *conſ. Oldrad. 119.* cum quo tranſit deciſio contraria coram *Cardin. Celſ. dec. 351. n. 1.* Nihilominus, ſaltem negari non poteſt, quin deſeruiat pro adminiculo, ad effectum probandi continuatam uoluntatem defuncti ab initio habitam, actuſque ſinceritatem.

31 Tandem tertium adminiculum concurrit, quòd pariter exiſtimari deberet maximi ponderis; dum teſtamentum continet eumdem prorſus ordinem inteſtatę ſucceſſionis à Tudertino ſtatuto præſcriptæ; Ideòque ſublata penitus remanet quælibet falſitatis ſuſpicio, ob quam adeò rigoroſas,
32 & ſophiſticas ſolemnitates Iura requirunt in huiuſmodi diſpoſitionibus teſtamentarijs, prout dicitur de teſtamento condito inter liberos, in quo, non ob aliam rationem Iura ſolemnitates Iuris poſitiui, alioquin re-

requiſitas in alijs teſtamentis, remittunt;
adeòut ſufficiat ſola naturalis probatio, quo-
ties filij ſunt æqualiter inſtituti, niſi quia
eſt potiùs quædam diſtributio bonorum in-
ter eos, quibus natura eadem bona defert,
quám diſpoſitio, ſeu eſt explicatio eius,
quòd à Iure diſpoſitum reperitur, *l.fin.Cod.*
famil. erciſc. vbi Conſtantinus Imperator
ſanciuit, quòd quælibet diſpoſitio Patris de
hæreditate ſua valeat inter liberos, etiam
ſi ſolemnitate legum huiuſmodi diſpoſitio
fuerit deſtituta, *Bart.in l.hac conſultiſſima,*
§.ex imperfecto, ſub num.3. verſic.cum enim,
C.de teſtam.& in l.ſi is, qui teſtamentum, n.4.
ff.qui teſtam. facer. poſſ. latè *Iaſ.in Auth.no-*
uiſſima, num.17.& ſeqq.Cod.de inoffic.teſtam.
Bald.in auth.quod ſine, Cod.de teſtam.Gugliel.
in cap.Raynutius, verbo *teſtamentum, nu.85.*
de teſtam.. de Pont.conſ.46.num.18. in fin.&
ſeq.lib.1.Hothoman.cōſ.55. Vueſſembecc.cōſ.
90.num.1.& ſeq.Trentler, conſ.15.num.10.&
ſeqq. lib.1. Zunt.in reſponſ.pro Vxor. num.6.
Magdalen. de num.teſt. cap.16. num.166. &
ſeq. Clar in §.teſtamentum, quæſt.14. num.1.
Rub.de teſtam.cap.52.num.149. Paſchal.de
patr.poteſt.part.2.cap.8.num.21.Mart.de ſuc-
ceſſ.legal.par.4.quæſt.7. art.1. ſub num.3. &
ſeqq. Piſtor.lib.1. quæſt.Iur. quæſt.1. num.4.
& 5.Keller.de ſucceſſ ab inteſt.lib.1.tit.2. nu.
58. Reuſaer.de teſtam. part.4. cap.3. num.18.
Moller.lib.1.ſemeſtr.cap.22. num.6. & ſeqq.
Specxban.cent.1. quæſt.48. Bronhorſt. cent.2.
controu.aſſert.10.Arum.exercit.Iuſtin.7. theſ.
12.Acac.de priuileg.parent priuileg.15.cap.2
num.6. Capyc.Latr.conſult.132. nu.24. Card.
de Luca de teſtam.diſc.75.num.18.verſic.ſecus
autem in teſtamento, Fragoſ.de Regim.Reipub.
Chriſtianæ part.3.lib.4.diſput.7.§.2. num.30.
& ſeq.verſ.differt autem, & nu.39. Andreol.
controu.331. num.2. cum alijs latè congeſtis
per *Boſſ.de teſtam.int.liber.tom.2.oper.moral.*
tit.10.num.2.& ſeqq. Rot.diuerſ.dec.74. p.2.
Pereyr. deciſ.32. num.9. Thomiagh.deciſ.4.
num.2. Maynard.dec.15.lib.5.

Vlteriùs non poteſt dici diminuta fides
Parochi, vt ſupponit dicta contraria deci-
ſio coram *Card.Celſo 351.num.3.in fin.* ex eo,
quòd in adnotatione, quam de hoc actu fe-
cerat, adiecíſſet clauſulam codicillarem, ac
detractionum prohibitionem, aliaſque clau-
ſulas ex Notariorum ſtylo adijci ſolitas.
Cumque de hoc fuiſſet coram Ordinario in
Iudicium vocatus, ingenuè fuerit confeſſus,
id á Teſtatore ſpecificè ſibi iniunctum non
fuiſſe, ſed, quòd à Notario eius familiari il-
la formula ſibi fuiſſet tradita, iuxta quam
teſtamentum per relationem ad dictam
ſchedulam extendere deberet, quòdque in
prima eius depoſitione aliter, quàm in ſe-
3 quenti depoſuiſſet. Cumque Ius Canonicū
plurimùm de Parocho confidat in huiuſmo-
di materia, ſatis, ſuperque fraudibus obno-
xia, ut inquit *Abb.in dict.cap.cum eſſes, n.12.*
ibique *Imol. num.11. de teſtam.* ſatis, ſuper-
34 que ſit, quòd de eius fide poſſit aliqualiter
dubitari ex congeſtis per *Menoch.de arbi-*
trar.Iudic lib.2.centur.2.caſu 108.num.21.
Rot.in Æſina bonorum.31.Martij 1659.§.quæ
eò faciliùs coram Reuerendiſſimo Veroſpio.

Nam prætenſa varietas, ex quo idem Pa-
rochus in ſimplici fide latino ſermone con-
ſcripta appoſuerit clauſulam codicillarem,
prohibitionemque detractionum, quæ le-
guntur reſecatæ in depoſitionibus Iuratis
eiuſdem Parochi, nullatenus eſt apta ad in-
ducendam diminutionem fidei eiuſdem Pa-
rochi.

35 Quemadmodum enim Notarius cenſetur
rogatus apponere clauſulas conſuetas, *Bald.*
in l.fin. per illum *text. Cod.de fideiuſſor. Rip.*
in l.Centurio, num.80.ff.de vulgar. Aucharan.
in cap.cauſam quæ, num.7.de teſt. Abb.in cap.
quo ad translationem, num.3.de offic.delegat.
Couarr.de teſtam.part.2. num.14. Azeued.ad
leg.15.num.8.tit.3.lib.4.nou.recompilat.Ma-
thienſ.ad l.8.gloſ.14.n.11.tit.11.lib.5.nou.re-
compilat. Valaſc.de partition. cap.6. num.45.
& conſult.46.nu.3.in fin.& 15. Menoch.con-
ſil.37.num.33. & præſumpt.31. num.3. lib.4.
Farinac.conſ 59. num.14. Sanchez de matrim.
lib.8.diſp.25.n.19.Craſſ de except.cap.10. nu.
44. & ſeqq. Merlin. controu.35. num.4. lib.1.
Andreol.controu.407.num.8.10.& ſeq. Rub.
de teſtam.cap.9.num.463. Cardin.Mantic.de
coniectur.lib.1. tit.9. num.2. Caualcan.deciſ.
43.num.33.par.1. Capyc.deciſ.159. num.39.
Surd.deciſ.213. num.6. & deciſ.265. num.63.
Boer.deciſ.182.num.54. & deciſ.217. num.6.
36 ob quam rationem Aſſiſtentiam eſſe præ-
ſtandam in Regno Neapolitano ex inſtru-
mento, licet non adſit clauſula, *conſtituti, &*
precarij, quia ipſæ clauſulæ ſunt ſolitæ ap-
poni à Notario, firmant *Vrſill.ad Afflict.*
deciſ.139.num.5.& ſeq. Maſull.ad Capyc.dec.
159.nu.16.& ſeq. Merlin.controu.35. per tot.
lib.1. Card.de Luca de dote diſc.157. num.12.
vbi alios allegat, *Laganar.ad Rouit. in Prag-*
mat.1.de aſſiſten. in princip. verſ.quo planè fit,
latè *Barbat.de aſſiſtent gloſ.7. à num.48. vſque*
*ad 51.Thor.in 1.part, compēd.deciſ.*verbo *clau-*
ſula conſtituti, & precarij, quidquid contra-
rium ſentiant *Muſcatell. in prax. ciuil. lib.2.*
part.1 gloſ.prima ſententia.num.148.& ſeqq.
Gait.de credit.cap.4.quæſit.6.num.251. verſ.
& in clauſulis, & quæſit.11. num.2072. &
ſeqq.Paſchal.de patr.poteſt.par.1.cap.8.num.
*169.Thor.in 2.part.compend.dec.*verbo *clau-*
ſula conſtituti, et precarij.

37 Et in ſpecie clauſulæ codicillaris, *Turrett.*
de clauſ.codicill.effect.36.Rub.de teſtam.cap.
9.num.462.Cirocc.diſcept.12.num.10. Card.
de Luca de teſtam. diſc.57. num.6. & nouiſſi-
mè

mè. *Coſtold. conſult.* 108. *num.* 23. *& ſeq.* qui
plures allegat, *Battel. vltim. volunt. decis.* 13.
38 *num.* 81. Ita etiam idem dicendum de Pa-
rocho ſubrogato loco Notarij, *Pariſ. conſil.*
51. *num.* 4. *& ſeq.*

Præcipuè, quia, in preſentia, (& hoc roga-
tur aduerti) partes iudicialiter non conten-
dunt, an, uel ne adſit clauſula Codicillaris
in teſtamento, in quibus terminis rectè pro-
39 cedit recepta DD ſententia, ut clauſula
Codicillaris, ſi non legatur appoſita in Te-
ſtamento, nullo modo ſubintelligatur, ne-
que ſuppleri ualeat, *l. vlt. §. illud, Cod de Iur.
codicill. l. ſi Iure, Cod. de teſtam manumiſſ. leg.
generaliter* 24. *§. ex teſtamento, ff. de fideicom.
libertat. Bart. in l.* 1. *quæſt.* 6. *num* 10. *in fin. ff.
de Iur. codicill Gobr. de conſuet. concluſ* 4. *n.* 4.
Turrett. de clauſ. codicill. quæſt. 138. *num* 5.
& ſeqq. Spod. conſ. 265. *num.* 18. *lib.* 3. *Ant.
Fab. de error. pragm. decad.* 86. *error.* 1. *coniec-
ctur. lib.* 15. *cap.* 17. *Maurus alleg* 73. *num.* 6.
& ſeqq. Card Mant. de coniect. lib. 1. *tit* 9 *num.*
1. *de Marin. cap.* 281. *num.* 9. *& lib.* 1. *et ſeq.
Arias de Meſa. var. lib.* 2. *cap.* 33. *nu.* 16. ubi,
reprobat contrariam ſententiam, *Sanfelic.
decis.* 292. *part.* 2. *Gait. de credit. cap.* 4. *num.*
239. Adeòut Notarius clauſulam Codicil-
40 larem ſuperaddere non poſſit, poſtquàm
copiam authenticam Teſtamenti, ſine illa
tradidit; Multòque minus, quando ſuper
eadem clauſula partes Iudicialiter conten-
dunt; tunc enim, cum functus ſit officio
ſuo, nec ſyllabam quidem addere poſſit, iu-
xta monitum, *Bald. in cap. ex literis* 38. *num.*
8. *de fid. Inſtrum. Grat. conſ.* 102. *lib.* 1. *Farinac.
conſ.* 159. *num.* 15. *in fin. lib.* 1. *Rot. in rec. dec.*
79 *num.* 6. *part.* 8. & in ſpecie clauſulæ Codi-
cillaris, *Rot. in rec. dec* 342. *n.* 14. *p.* 13.

Sed tantummodò huiuſmodi uariatio in-
ter primã, & ſecundam depoſitionẽ Parochi
ponderatur, per *Rot. in dec.* contraria ad ef-
fectum diminuendi fidem eiuſdẽ Parochi re-
ſpectu teſtamentariæ diſpoſitionis, quæ re-
manet ſatis, ſuperquè comprobata. nedum
ex quatuor teſtibus non rogatis; ſed etiam
ex duobus rogatis, accedẽtibus potiſſimùm
tot uehementibus adminiculis ſuperiùs ex-
penſis.

41 Et in omnem caſum, etiam admiſſa, ſine
ueri præiudicio, aliquali uarietate in depo-
ſitionibus Parochi, quæ re uera non adeſt
in ſubſtantialibus; ſed tantummodò in me-
rè accidentalibus; non ex inde poteſt infer-
ri præiudicium ualiditati, & ueritati con-
firmationis diſpoſitionis teſtamentariæ die
antecedenti, ipſomet Teſtatore dictante,
conſcriptæ in ſchedula per Notarium con-
cludentiſſimè probatæ per teſtes, prout in
conſimilibus terminis, *Surd. conſ.* 378. *num.*
24. *& ſeqq. conſ.* 414. *num.* 76. quem ſequitur,
Altograd. conſ. 50. *n.* 90. *& ſeqq. lib.* 1.

42 Tandem prædictis omnibus accedat, etiã
pro ſubſtinendo teſtamento, quód, cum iu-
xta receptiorem ſententiam, *text. d. decre-
tal in cap cum eſſes de teſtam.* non inducat
formam præciſam; ſed probatoriam prout
pluribus congeſtis, ex recentioribus opti-
43 mè firmat, *Boſſ. tom.* 3. *moral. tit.* 13. *§.* 7. *nn.*
61. *Dian. in Summ.* verbo *teſtamentum priui-
legiatum, num.* 9. *Sadarin. d. reſponſ.* 40. *num.* 8.
Torre de pact. futur. ſucceſs. lib. 3 *cap.* 12. *nn.*
205. Tum quia idem *Tex.* requirit Presby-
terum, & duos teſtes, & tamen ex recepto
DD. ſenſu, etiam ſine Parocho, quatuor
ſufficiunt teſtes, quaſi, quòd iſte maior nu-
merus teſtium ſuppleat qualitatem, ſeu ma-
iorem fidem, quæ Parocho eſt præſtanda;
ex adductis per *Abb in d. cap cum eſſes*, ibiq;
latè, *Fagnon. num.* 59. *Magdalen. de num. teſt.
par.* 2. *cap.* 8. *num.* 9. *& ſeqq* aliosque ſupra
in principio allegatos; ergo non eſt forma
ſolemnis, quoniam, ſi ita eſſet, deberet per-
neceſsè Parochi interuentus deſiderari, ex
alijs duobus teſtibus nullatenus ſuppledus.

44 Tum etiam, quia neceſſariò requireretur
interuentus Parochi, & tamen eſt receptum, ve
loco Parochi ſufficiat Confeſſarius Ordina-
rius, *Corn. conſ.* 261. *num.* 31. *lib.* 4. *Socc.
Iun. conſ.* 178. *num.* 32. *lib.* 2. *Magdalen. de nu.
teſt. d. par.* 2. *cap.* 8. *nu.* 5. *verſ. et idem ſi eſſet
Confeſſarius, Rouit dec.* 95. *nu.* 16 *Capyc latr.
decis.* 12. *num.* 11. *Card. Otthobonus decis.* 145.
45 non autem extraordinarius, qui ſemel aut
ex accidenti confeſſiones Teſtatoris audi-
uerit, *Torr. de pact futur. ſucceſſ. lib* 3. *cap.* 12.
nu. 137. *Rot in dict. Æſina bonorum* 31. *Maij*
1659. *§. ottamen coram Veroſpio*, quæ vſque
adhuc non reperitur impreſſa.

46 Tum demum, quia S. Mem. Alex III. eiuſ-
dem *Decretalis*, Auctor creatus Pontifex,
anno 1559 & defunctus circá annum 1580.
damnando id. quod per leges ciuiles de re-
centi repertas inter annum 1530 & 550.
vti alibi per Nos eſt adnotatum, fuerat
ſtatutum, & ne in terris Eccleſiæ daretur
aditus, vt Imperator ipſi Pontifici, Eccle-
ſiæq; infenſus auctoritatem exerceret, prout
deprehendi poteſt ex Chronicis illorum mi-
ſerabilium tẽporum, ita indefinitè cauit, ut,
non cum huiuſmodi legibus Imperialibus,
ſed potiùs cum Diuino Oraculo *quòd in ore
duorum, vel trium ſtet omne verbum* procedi
deberet, qua ratione inſpecta, incontrouer-
tibile videtur, vt forma eiuſdem *decretalis*
ſit omninò probatoria; non autem ſolemni-
47 nis; Adeòut *Butr.* ſatis ingenioſè exiſtima-
uerit in *eod. cap. cum eſſes*. quòd, etiam in
diſpoſitionibus ad cauſas prophanas duo
teſtes ſufficere debeant; cum enim ex Diui-
no Oraculo, *in Ore duorum, vel trium ſtet
omne verbum*, non potuerit Pontifex con-
tra Ius Diuinum ſtatuere, requirendo Paro-
chum

Digitized by Google

chum, vltrà duos teſtes, licet huiuſmodi aſſertio *Butrij*, vtpotè ſingularis, ac ſolitaria
48 communi DD. ſenſu reprobetur, quia, licet Papa non poſſit Iuri Diuino derogare, poteſt tamen illud declarare, ſeu interpretari, requirendo maiorem, uel minorem probationem iuxta facti qualitates, & circumſtantias, ex quibus maior, uel minor poſſit oriri ſuſpicio, ut optimè explicat, *Abb. in eod. cap. cum eſſes in prima lectur. nu. 7.* ibique, præ cæteris, latiſſimè, & luxta morem, egregiè doctiſſimus, omnique æuo laudandus *Reuerendiſs. Faguan. num. 55. & ſeqq.* firmum ergo remanet, iſtam eſſe formam merè probatoriam.

His igitur firmatis, poſita probatione per ſufficientē numerū teſtium, circa maiorem, uel minorem fidem eiuſdē teſtibus præſtandam, facti circumſtantiæ, atque ratio maioris, uel minoris ſuſpicionis potiſſimùm ſunt attendendæ, quæ in præſenti fatis, ſuperque concurrunt pro comprobanda teſtamentaria diſpoſitione per tot teſtes, & adminicula concludentiſſimè probata.

Contra firmata fuit deciſum per Rotam coram Cardinali Celſo dec. 351. inter eius impreſſas; licet poſtmodùm controuerſia tranſactio finem indixerit.

ARGVMENTVM.

Clauſula codicillaris ſubſtinet teſtamentum, in quo Poſthumus fuit ſcienter præteritus, cum cenſeatur purè grauatus; non autem ſub conditione reſtituere hæreditatem hæredibus, etiam extraneis ſcriptis in Teſtamento, vnica tantùm Quarta detracta; Præcipuè, quando eadem clauſula codicillaris legitur concepta per verba futuri temporis, vel præteriti imperfecti, aut ſubiunctiui; Et ex quibus præſumatur, Teſtatorem de Poſthumo naſcituro cogitaſſe, ſaltem in genere. Quidue aſſerendum, inſtituto hærede prorſus extraneo, vel Poſthumo in pupillari ætate decedente.

Clauſula codicillaris ad effectum, ut operetur in Teſtamento condito à rudi, Iuriſque ignaro, an requiratur, quòd à Notario; nedum fuerit illi lecta materno ſermone, & declarata virtus eiuſdē clauſulæ; ſed etiam, quòd idem Notarius eiuſdem clauſulæ virtutem rectè intelligat.

Filij à Statuto vocati, vtpotè in conditione poſiti, intelligi debent vocati per ſubſtitutionem obliquam; non autem directam.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator, quoties inſtituit Vxorem hæredem in Vſufructu, & poſt eius obitum alios ſubſtituit, vocati non dicuntur per fideicommiſſum ſubſtituti; ſed purè, ac directè à principio inſtituti in proprietate.*

2 *Conſolidatio Vſusfructus cum proprietate, licèt per Teſtatorem fuerit ſuſpenſa, donec vixerit Vxor; ſi tamen fuerint interdictæ ſecundæ nuptiæ ſub pœna priuationis hereditatis, non erit vlteriùs mors vxoris expectanda, ſed caſus mortis eſt extendendus ad caſum ſecundarum nuptiarum.*

3 *Teſtamentum dicitur ruptum, ſtante Poſthumi natiuitate ignoranter præteriti, vel ſaltem nullum, ex quo idem Poſthumus non fuit nominatim inſtitutus, vel exheredatus.*

4 *Idque, etiam, ſi de Poſthumo fuerit facta expreſſa mentio in Teſtamento, & appoſita clauſula Codicillaris.*

Intellige, ut num. 12.

5 *Mater in luctuoſa filij hereditate ab inteſtato ſuccedit.*

6 *Teſtamentum, in quo Poſthumus fuit ſcienter præteritus, ſubſtinetur vigore clauſulę codicillaris, & de ratione.*

7 *Præcipuè, quando clauſula codicillaris legitur concepta per verba futuri temporis.*

8 *Vel per verba præteriti imperfecti, vel ſubiunctiui, utpotè, ſi non valeret.*

9 *Clauſula codicillaris, quando futurum tempus complectitur, præſumitur, Teſtatorem, ſaltem in genere cogitaſſe de filijs naſcituris.*

10 *Poſthumus dicitur ſcienter præteritus, ſtante clauſula codicillari concepta in futurum tempus, vel præteritum imperfectum, vel ſubiunctiuum.*

Idque, etiam ſi Teſtator de illo in ſpecie non cogitauerit.

11 *Poſthumus pręteritus, ſi fuerit natus viuo teſtatore, qui diù ſuperuixit, & mutare potuit teſtamentum, & non mutauit, an in hoc caſu clauſula codicillaris ſubſtineat teſtamentum.*

12 *De Poſthumo naſcituro præſumendum, Teſtatorem cogitaſſe, quoties pręuidit caſum, in quo Vxor ſine filijs decederet.*

13 *Ad effectum, vt Poſthumus dicatur ſcienter præteritus, ſufficit, quòd Teſtator, ſaltem in genere, & implicitè de filijs cogitauerit.*

14 *Teſtator, dum grauauit filios natos; multò magis dicendum, voluiſſe grauare Poſthumum minus dilectum, vtpotè non cognitum.*

15 *Reprobatur* Theſaurus *affirmans, quòd clauſula codicillaris non operetur, inſtitutis hæredibus extraneis.*

In quo caſu eius ſententia amplectenda, & num. ſeqq.

16 *Poſthumus, quando obijt in pupillari ætate; tunc vigore clauſulæ codicillaris cenſetur, ſal-*

tem

tem moriens tranſmittere hæreditatem in Amitam à Patre inſtitutam;adeòut ſaltem,caſu mortis eueniente, cenſeatur rogatus inſtitutis à Patre hæreditatem reſtituere.

17 *Pater, quando veriſimiliter fuiſſet grauaturus Poſthumum ad commodum inſtitutorum, tunc per clauſulam codicillarem cenſebitur grauatus reſtituere ſaltem poſt mortem.*

18 *Clauſula Codicillaris nihil operatur in Teſtamento condito à rudi, Iuriſque ignaro, ſi non fuerit illi à Notario lecta, & declarata virtus eiuſdem clauſulæ.*

Contrarium num.20.

19 *Imo, neque ſufficit, eandem clauſulam fuiſſe materno ſermone explicatam,niſi etiam à diſponente, & Notario eius virtus intelligatur.*

20 *Præcipuè, quando agitur de ſubſtinendo Teſtamento nullo ob præteritionem filij,vel Poſthumi ignoranter factam.*

21 *Contraria ſententia eſt verior,quia dicta clauſula cenſetur appoſita ex voluntate Teſtatoris, & in omnibus teſtamentis ſolet de conſuetudine adſcribi.*

22 *Hinc fit, ut, etiam in Teſtamento Mulieris, & Iuris ignari ſuum operetur effectum.*

Idque, etiam ſi Notarius eiuſdem clauſulæ vim non intelligat, ibidem.

23 *Filij,non ex eo, quòd vigore ſtatuti ſunt poſiti in conditione, dicuntur directè inſtituti.*

24 *Ex coniecturis non poteſt quis intelligi hæres inſtitutus, & de ratione.*

25 *Filij in conditione poſiti, quando ex ſtatuto cenſentur vocati, perindè eſt,ac ſi ipſi Patri, vel Matri fuiſſent ſubſtituti.*

26 *Quoties agitur de vocatione filiorum, vti poſitorum in conditione, ſemper vocatio intelligi debet obliqua, non autem directa.*

27 *Declaratur* Gabr.conſ.115.n.11.lib.1.

C A P V T XLI.

INFIRMANDA omninò videtur ſententia, admiſſa ſiquidem concluſione, quæ
ex aduerſo admittitur, quòd, cum Teſtator inſtituerit Vxorem hæredem in Vſu-
1 fructu, & poſt eius obitum alios vocauerit
ad ſucceſſionem bonorum, iſti vocati non
dicantur per fideicommiſſum ſubſtituti; ſed
purè,ac directè à principio inſtituti in proprietate; adeòut vocatio poſt mortem Vxoris vſufructuariæ acquiſitionem eiuſdem proprietatis non ſuſpendat, tempuſque illud mortis non dicatur adiectum ſubſtantiæ inſtitutionis hæredis proprietarij; ſed potiùs exequutioni ad differendum emolumentum commodi Vſusfructus, donec vixerit vſufructuaria, pront latè firmant, præ cæteris, *Cardin.Mantic.de coniectur.lib.4.tit.5.art.7.num.1.& ſeqq* Marta *de ſucceſſione legal.par.4.quæſt.11.artic.4.Gratian.cap.821 num.2.& ſeqq Hodiern.ad Surd.dec.193.nu.65.& ſeqq.Caſtill.de Vſufruct.cap.8.num.43. Bellon.de Iur.accreſcen.cap.7. quæſt.16. num.343.& ſeqq. Andreol.controu.47.num.8. & 9. Capyc.Latr.conſult.112.num.17.lib.2.*latè *Marcian.Iun.diſput.99.num.8. & ſeqq.lib.2. Roſa conſultat.44. num.50. & ſeqq. Add. ad Buratt.deciſ.721. num.7. verſic.contrariam, Merlin.dec.505.per tot.Card.Canaler.dec.310 num.1.Bich.dec.349.num.10.* Et Nos latiùs egimus *diſput.30.*

Hinc eſt,vt, cum, in præſenti,Vxor ad ſecunda tranſierit vota,factus ſit locus conſolidationi vſusfructus cum proprietate ad commodum noſtrorum principalium ab ini-
2 tio purè, abſolutèque in proprietate inſtitutorum, quæ conſolidatio, licèt per Teſtatorem fuerit ſuſpenſa, donec uixerit Vxor; cum tamen antecedenter ſub pœna immediatæ priuationis hæreditatis fuerint interdictæ ſecundæ nuptiæ, nõ erit ulteriùs mors Vxoris expectanda; ſed extendendus eſt caſus mortis, etiam ad caſum ſecundarum nuptiarum ex veriſimili Teſtatoris voluntate, qui credidit, vxorem in uiduitate fuiſſe permanſuram; ſi enim cogitaſſet caſum ſecundarum nuptiarum, neriſimiliter;imò fortiùs idem prouidiſſet, iuxta receptam,ac ſpecialem doctrinam *Bart.in auth.hoc locum, num.10. & ſeq. Cod.ſi ſecundò nupſ. mul.* ibique *Bald. & Alberic. de Roſat. Iaſ. in l.ſi mater, numer.* 2. ibique, *Caſtr.* Cod. *de inſtit. & ſubſtit.Galiaul.in l.*Gallus, *§.& quid ſi tantùm*, ibique *Fortun.Garz. num.73. ad fin. & ſeqq.ff.de lib.& poſthum. Alex.in l.ſi mulier, ff.ad Trebell.& conſ.130.& 227.num.12.lib.2.& conſil 100.num 10.lib 4. Surd.conſil.46. num.17.lib.1.* Io.*Franc.de Pont. conſ.20. nu.19. verſ.hinc legatum factum, lib.1.* Cancer. *Var.lib 1. cap.1. num.65. Fontanell. de pact. nupt.clauſ.5.gloſ.8 par 11.num.23.Peregrin. de fideicomm.art.11.num.46. & conſ 51.num.17.lib.5.*Morque*.de diuiſ bonor.lib.4. cap.11. num.91.Girond.de priuileg.& exempt. explicat.quæſt.285. num.1627 Card.Mantic. de coniect.lib.3.tit.19.nu.19. Fuſar. de ſubſtitut. quæſt.464.per tot.*præcipuè *num.6.& conſil.50. num.12.* & Nos latiori exarauimus calamo *diſput.34.* ubi reprobatur contraria ſententia *Romani.*

3 Neque aduerſatur obiectum, quòd teſtamentum, uel dicatur ruptum, ſtante natiuitate Poſthumi ignoranter præteriti, *l.Poſthumus, ff.de iniuſt.rupt.teſtam.Spad.cõſ.333 lib.3.Lancellott.Gall.conſ.19.Mart.de ſucceſſ. legal.part.1.art.1.quæſt.36.num.18.Theſaur. lib.2.quæſt.forenſ.70. num.1.* uel ſaltem nullum, ex quo idem Poſthumus non fuit nominatim inſtitutus, uel exhæredatus, *l.Poſthuma 3. ff. de iniuſto rupto Teſtam. l.1. & duab.ſeqq.* C.*de Poſthum.hæredib. inſtituend.*
4 Idque etiam ſi de Poſthumo fuerit facta
expreſſa mentio in Teſtamento. *§.eadem inſtitution.de hæredit. quæ ab inteſt. defer.* latè *Cardin.Mantic.de coniect.lib.4.tit.1.num.26.*

&

& ſeqq. Clar. in §. Teſtamentum, quæſ. 35. nu. 3. Gomeſ. Var. tom. 1. cap. 11. num. 1. ibique Suarez à Ribeira in addit, lit. A. num. 1. et ſeq. Rot. in Romana hæreditatis de Agazarijs impreſſa poſt conſilium 336. Spadæ lib. 2. Et non obſtante clauſula codicillari, Bart. in l. pen. ff. de Iur. codicill. et cõſ. 220. et 235. Alex. cõſ. 47 lib. 2. Tõdut. lib. 1. qu. ciuil. cap. 93. nu. 3. et cap. 30. lib. 2. Chriſtin. deciſ. Belg. 387. num. 17. et
5 ſeq. Atque adeó, quód in utroque caſu, redacta ſucceſſione ad cauſam inteſtati, Mater in luctuoſa filij hæreditate ab inteſtato ſucceſſerit, Auth. defuncto, Cod. ad Tertull. §. conſequens, authent. de hæredib. ab inteſt. venient.

6 Siquidem pro huiuſmodi obiecto remouendo, ad quòd reſtringitur præſens controuerſia aduertendum rogo, quòd, cum Teſtor cogitauerit de Poſthumo naſcituro, ibi, morendo detta Nuntia ſua moglie ſenza figli di eſſo Teſtatore, & tamen illum ſcienter præterierit, virtute clauſulæ codicillaris ſubſtinetur omninò Teſtamentum, cum cenſeatur idem Poſthumus purè; non autem ſub conditione grauatus reſtituere hæreditatem hæredibus in Teſtamento ſcriptis, detracta tantùm vnica Quarta, quæ eſt legitima; prout in terminis Poſthumi ſcienter præteriti, omiſſis pluribus, qui poſſent allegari, firmant, Caſtr. in l. 1. num. 3. Cod. de Poſthum. hæredib. inſtituend. Bald. in auth. ex cauſa, num. 18. verſ. ſufficit enim, Cod. de liber. præterit. & in l. fin. ſub num. 18. verſ. ſed Nicolaus, Cod. de codicill. vbi contrarijs, reſpondet, ibique Salicet. ſub num. 18. verſ. quæro ſeptimò, Alex. num. 14. Imol. in l. filio præterito, ff. de hæred. inſtit. Dec. conſil. 242. aliàs eſt 241. Pariſ. conſ. 60. num. 20. & ſeq. & conſ. 61. lib. 2. Paul. de Montepic. conſ. 1. num. 45. Scheuard. conſ. 22. num. 147. lib. 1. Honded. conſ. 74. num. 24. & ſeqq. vbi de magis communi, Caball. conſ. 100. num. 2. lib. 2. Burſatt. conſ. 88. num. 23. Card. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 1. ſub num. 22. verſ. legitima tantùm excepta, Craſſ. in §. Teſtam. quæſt. 50. num. 1. Turrett. de clauſ. codicill. quæſt. 53. num. 4. 6. & ſeq. & 23. Menoch. lib. 4. præſumpt. 32. num. 7. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 93. num. 7. Cyriac. controu. 443. num. 4. & ſeq. addent. ad Cappell. Toloſ. deciſ. 56. ſub lit. A. verſ. ſed quid in Poſthumo, Amat. deciſ. March. 10. nu. 20. & ſeq. Peguer. deciſ. Cathal. 108. num. 5. Ant. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 22. definit. 17. Bich. deciſ. 471. num. 4. & 6. Rot. in rec. deciſ. 17. num. 24. & deciſ. 124. ſub num. 12. part. 16.

7 Huiuſmodi verò concluſio eó fortiùs amplectenda, quando eadem clauſula codicillaris legitur concepta per verba futuri temporis, Bald. in d. authent. ex cauſa quæſt. 7. nu. 47. ad fin. Cod. de liber. prætr. Bart. ſibi contrarius in l. qui filiabus, num. 6. ff. de legat. 1. latiſſimè, Ruſtic. in l. cum Auus, lib. 1. num. 22. verſ. eſt in effectu. vbi, quòd, nec in Iudicijs, nec extrà, ab hac opinione ſit recedendum, Oldrad. conſ. 149. num. 2. in tertia quæſt. latè, Roland. à Vall. conſ. 7. num. 12. & ſeqq. lib. 4. qui triginta ſex Doctores pro contraria opinione referens, ſexagintaquinque pro hac ſententia diligentiſſimè enumerat, ex quibus decem, & nouem de communi, & nouem de magis communi atteſtantes enunciat, Cacher. conſ. 70. à num. 5. cum ſeqq. Honded. conſ. 74. num. 30. lib. 1. Menoch. conſ. 37. num. 83. Cephal. conſ. 535. num. 65. lib. 4. Clar. in §. Teſtamentum, quæſt. 46. verſ. quinimò plerique Peregrin. de fideicomm. art. 3. num. 49. aſſerens, quòd ita totus Mundus obſeruet, & conſ. 103. num. 4. lib. 5. latiſſimè Ruſtic. in l. cum auus, lib. 1. num. 22. verſ. eſt in effectu, Turrett. de clauſ. codicill. quæſt. 56. per tot. & conſ. 11. n. 9. & ſeqq. Cancer. p. 1. var. cap. 4. n. 62. & 64. Gratian. cap. 48. n. 16. Menoch. lib. 4. præſumpt. 32. num. 7. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. d. cap. 93. num. 4. Marcian. Iun. diſp. Forenſ. 66. num. 5. & ſeq. lib. 2. Baitell. vlt. volunt. deciſ. 13. num. 30. Caualcan. deciſ. 24. num. 11. & ſeqq. lib. 3. Cappell. Tholoſ. quæſt. 455. & 456. Theſaur. deciſ. 141. num. 8. Chriſtin. dec. Belg. 1387. num. 19. & nouiſſimè eruditus Panimoll. deciſ. 43. num. 29. lib. 2.

8 Vel per verba præteriti imperfecti, vel ſubiunctiui, vt putà, ſi non valeret, prout in præſentia; tunc enim, adhuc in futurum dici debet concepta, prout in ſpecie dictæ clauſulæ conceptæ cum verbis, ſi non valeret, firmant poſt Bart. in l. 1. num. 11. ff. de Iur. Codicill. Riminal. Iun. conſ. 111. num. 86. in fin. & ſeq. Alex. conſ. 142. num. 9. lib. 2. & conſ. 30. num. 1. lib. 3. Burſatt. conſ. 89. num. 43. Hond. conſ. 74. num. 18. lib. 1. Pedroch. conſ. 8. num. 84. Roman. conſ. 333. ibique, Mandoſ. in addit. uerbo complectendi lib. 1. Ludouic. Bell. conſ. 108. num. 4. Menoch. conſ. 294. nu. 8. Sim. de Petr. de interpr. vltim. volunt. fol. 130. num. 43. Celſ. Vgo de clauſ. verb. codicillaris, Turrett. de clauſ. codicill. quæſt. 22. Ciriac. d. controu. 443. num. 2. Gratian. cap. 48. num. 14. Theſaur. d. deciſ. 141. num. 4. Rot. in rec. deciſ. 132. num. 9. & duob. ſeqq. part. 8. vbi etiam in terminis præteritionis Poſthumi, alijſque allegatis, in eiſdem terminis, Baitell. vltim. volunt. deciſ. 13. num. 3. vbi in ſpecie clauſulæ codicillaris conceptæ per verba, non valendo, Panimoll. d. dec. 43. n. 27. lib. 2.

9 Idque ea potiſſimùm ratione, quando enim huiuſmodi clauſula futurum tempus compræhendit, præſumitur, Teſtatorem, ſaltem, in genere cogitaſſe de filijs naſcituris, accuratè proſpiciendo aduerſus cauſas Teſtamentum rumpentes, ad text. in l. Iure militari ff. de milit. teſtam. vbi, Bald. & An-

Digitized by Google

gel. & in ſpecie Angel in auth. ex cauſa, nu. 1. verſ. ego autem, ibique Caſtr. num. 4. propè fin. Cod. de lib. præterit. Alex. conſ. 123. ſub num. 10. lib. 1. & conſ. 30. ſub num. 1. & conſil. 142. num. 9. lib. 2. & conſ. 31. ſub num. 4. lib. 3 Oſaſch. conſ. 70. num. 32. & Roland. & alij in ſubſcriptione, Aliograd. conſ. 80. num. 22. lib. 1. Turrete. de clauſula codicillari, quæſt. 57. & quæſt 58. num. 2. & qu. 59. num. 8. & 9. & quæſt. 60. nu. 5. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 569. num. 18.

10 Atque adeò cogitando de filijs, videatur non ignoranter; ſed potiùs ſcienter Poſthumum præterijſſe, licèt non in ſpecie de illo cogitauerit; cum ſatis, ſuperque ſit generica cogitatio, ad effectum, vt vigore clauſulę codicillaris Teſtamentum ſubſtineri valeat, alioquin nullum ob defectum Poſthumii præteriti, Alex in auth. ex cauſa, n. 14 vers. vndè, C. de liber. præterit. & conſ. 26. nu. 5. verſ. vel poteſt reſponderi, Honded. conſ. 74. num. 18. & ſeq. lib. 1. & de communi teſtantur, Turrett. de clauſula codicill. quæſt. 68. nu. 6. 14. 19. & 30. Burſatt. conſ. 89. nu. 48. verſ. vnde ex his, Mandoſ. ad Roman. cõſ. 122. verbo, cogitauit, Gratian. cap. 48. nu. 14. Ciriac. contron. 263 num. 28. & 443. nu. 5. in fin. doctiſſimus Epiſcop. Antonell. de temp. legal. lib. 1. cap. 63. nu. 8. 9. & 11. in fin. Marcian. d. diſput. 66. num. 7. lib. 2. Amat. deciſ. Marchiæ 10. nu. 22. Peguer. deciſ. 108. num. 5. Rot. in rec. deciſ. 132. num. 9. & duob. ſeqq. part. 8. et deciſ. 405. num. 50. part. 9. tom. 2. Panimoll. deciſ. 45. nu. 25. lib. 2.

11 Quinimò proximè firmata adeò vera eſſe Interpretes inferiùs laudandi exiſtimarunt, vt procedere affirment, etiam ſi Poſthumus præteritus fuerit natus viuo adhuc teſtatore, qui diù ſuperuixit, & mutare potuit teſtamentum, illudque non reuocauit, iuxta theoricam, Caſtr. in l. 1. ſub num. 3. verſ. & maximè, Cod. de poſthum. hæred. inſtit. & conſ. 200. num. 4 lib. 1. Iaſ. in authent. ex cauſa num. 14. & 25. Cod. de liber. præterit. ibique, Curt. Iun. nu. 74. Gozadin. in fin. Iacob. de Beluiſ. in l. 3. Cod. eod. Gugliel. de Benedic. in cap. Raynutius, uerbo in eod. teſtamento, il primo, num. 247. Dec. conſ. 490. num. 7. & ſeq. Schenard. conſ. 19. num. 30. conſ. 21. nu. 83. Cephal. conſ. 138. num. 32. verſ. & maximè, Menoch. conſ. 130. num. 17. lib. 2. Pariſ. conſ. 61. nu. 14. & 43. lib. 2. Roland. conſ. 7 ſub num. 30. verſ. et eò magis, cum ſeqq. Honded. conſ. 74. num. 31. & ſeqq. et n. 60. & ſeq. lib. 1. Pedroc. conſ. 8. num. 93. ubi, etiam, quando extraneus eſt inſtitutus, Craſſ. de ſucceſſ. §. Codicillus num. 22. verſ. & omninò, Menoch. conſ. 499. num. 18. Bero, conſ. 12. num. 7. lib 2. Gratian. cap. 48. nu. 12. Ciriac. controu. 443. num. 6. Turrett. de clauſ. codicill. qu 62. n. 2. et 7. Gabr. de clauſul. concluſ. 8. num. 15. Card. Mant. de coniect. ult. volunt. lib. 12. tit. 1. num. 14. & 20. Theſ. lib. 2. quæſt. Forenſ. 70. num. 2. Hodiern. controuerſ. 8. numer. 12. 18. & ſeq. Theſaur. deciſ. 141. num. 10. & ſeq. Puteus, deciſ. 228. in correct. in prima propoſitione cauſæ, alijque plures relegendi penes Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 569. num. 23. quamuis reuera ſuper huiuſmodi articulo, apud Interpretes ſatis controuerſo ex deductis per Cirocc. diſcept. 12. num. 71. vbi refert contrariũ ſentientes, de quibus etiam Fuſar. d. quæſt. 569. nu. 26. ſit recurrendum ad Iudicis arbitrium, cui totum hoc negotium eſt relinquendum, ut, ſcilicet, ex qualitate temporis, factique circumſtantijs cognoſcat, an re uera teſtator voluerit cum illo teſtamento decedere quoties poſt natiuitatem poſthumi diù ſuperuixit, teſtamento nõ reuocato, prout aduertunt Gabr. conſ. 113. num. 13. & 16. lib. 1. Menoch. conſ. 499. num. 20. Card. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 1. num. 22. verſ. & ita, & verſ. adeò ut, Theſaur. Iun. d. lib. 2. quæſt. 70. ſub num. 4. verſ. qui Iudex, Hodiern. d. controu. 8. num. 19. Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt. 569. num. 27. Theſaur. dec. 141. n. 12. Bich. dec. 471. n. 20.

12 Prædicta veró omnia eò fortiùs, in præſenti amplectenda, quia, non ſolùm præſumptiuè teſtator de Poſthumo cogitaſſe uidetur ex clauſula codicillari, per uerba præteriti temporis imperfecti concepta ex allegatis, futurum, complectentia; ſed expreſsè id ex uerbis teſtamenti colligitur, ibi, e morendo d. Nuntia ſua moglie ſenza figli di d. Teſtatore; ergo cogitauit in ſpecie de Poſthumo naſcituro, Bald. in authent. ex cauſa, num. 18. Cod. de liber. & poſthum., ibique, Alex. num. 14. Honded. conſ. 74. nu. 24. et 28. lib. 1. Roman. conſ. 122. col. 2. verſ. cenſetur autem, & in præciſis terminis de Teſtatore diſponente per uerba, e caſo, che moriſſe ſenza figli maſchi, quód clauſula codicillaris Teſtamentum ſubſtineat, cum Poſthumus dici debeat ſcienter præteritus, eò, quia de eo fuit facta ſpecifica mentio, egregiè uidendus, Marcian. d. diſput. Forenſ. 66. num. 7. uerſic. ex quibus, & num. 8. lib. 2. cum abſolutiſſimum ſit in Iure, quòd appellatione filiorum ueniat etiam Poſthumus, Bald. in l. Titius, teſtamento uerſ. nota, ff. de liber. & poſthum. alijſque allegatis, Raudens. conſ. 30. num. 26. & ſeq. lib. 2. Capyc. latr. conſult. 77. num. 67. lib. 2. Ant. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 17. de codicill. defin. 2. Hodiern. cõtrou. 8. num. 17. unde ſufficit, quòd in aliqua parte teſtamenti de illo fuerit facta mentio, Fuſar. de ſubſtit. d. qu. 569. num. 15. Marcian. dict. diſp. 66. num. 8. lib. 2.

13 Ad effectum enim, ut Poſthumus dicatur ſcienter præteritus, ſatis ſuperque eſt, quòd Teſtator, ſaltem in genere, & implicitè de filijs cogitauerit, Peregr. conſ. 103. num. 4. lib. 5.

Digitized by Google

lib.5.Facchin.lib.4.controu. Iur.cap. 12.13. & 14.Craſſ.§.legatum, qu.67. Ant. Fab. de error. Pragm. decad.20. art.7.& 8.Gratian. cap.48. num.16.Chriſtin.deciſ. Belg.387. nu. 20.Rot.in rec.deciſ.391.num.23. part.9. tom. 2. rectè aduertens, quòd, ubi quis cogitat de fine, cogitat etiam de modo ad finem, & dec.303. ſub num.6. part.14. & deciſ.17. num.24.part.16.

Quæ omnia eó libentiùs admittenda, dum Teſtator tempore conditi teſtamenti, alios filios habebat, quos omnes inſtituit, & grauauit, unde multò magis cenſeri debet, poſthumum grauare uoluiſſe, ex quo
14 minùs illum diligere poterat, uti non cognitum, Bald. in l.Titius, & ibidem, Aretin.col.3.verſ.reſtat igitur uidere, ff.de lib.& poſthum.Alex.in auth.ex cauſa, col.21. Cod. de liber.preterit. Menoch. lib.4. præſump.32. num.10. verſ ſi enim noluit, Gabr. in tit. de clauſ.concluſ.9.num.19. Fuſar. de ſubſtit. qu. 569.num.20. verſ.1. vt non habeat locum, Mareſcott.uar.reſolut.cap.78.num.5. verſ.aut nolumus lib.2.Panemoll. d.deciſ.43. num.23. lib.2. alijſque allegatis, Rot.in rec. d. deciſ. 391.num.24.par.9. tom.2.

15 Neque audiendus Theſaur.deciſ.141.num. 15.& poſt eum Giouagn.conſil.32.lib.2.Mart. conſ.127.num.7.Decian.conſ.37.num.16.lib.1. Gabr.conſ.113.num 9.lib.1.Altograd.conſ.80. num.20.et ſeq.lib.1.Cancer.Var.p.1.cap.4.de teſtam.num.65. Anton.Fab. in C.lib.6.tit.17. de codicill.defin.2.in fin.defin.3.et defin.4. Dilect.de art.teſtand.part.3.caut.10.nu.4. Mart. de clauſ.part.3.clauſ.11.num.37.Hodiern.controu.8.num.14.Rot.in recent.deciſ.405. n 36. part.9. tom.2. alijque allegati per Ciroccum diſcept.12.num.4.et ſeqq. affirmantes, quòd clauſula codicillaris non operetur, quando, prout in præſentia, reperiuntur inſtituti hæredes extranei.

Nam omiſſo, quòd Theſaurus loquitur, quando Poſthumus eſt omninò ignoranter præteritus, & in his terminis procedunt Doctores per ipſum allegati, & proximè adducti, & plerique congeſti per Cirocc.d.diſcept. 12.num.4.et ſeqq. ſi diligenter inſpiciantur; Secus uerò ſcienter, quo caſu, ſiue ſint inſtituti extranei, ſiue ſui, clauſula codicillaris eumdem prorſus operatur effectum, prout firmant Doctores ſuperiùs laudati, quorum maior pars loquitur, etiam facta inſtitutione de extraneis; Suppoſita enim præteritione poſthumi ſcienter, ut ſupra facta, parum curandum; an extranei fuerunt inſtituti, ut rectè obſeruat idem Anton.Fab. in Cod. dict. lib.6.tit.17.de codicill.defin.2.Hodiern.d.contron.8 num.15.

16 Limitatur concluſio prædicta ab eodem Theſauro, & mirificè retorquetur, quando, prout in hac facti ſpecie, Poſthumus obijt in pupillari ætate; tunc enim, quamuis de Iure ciuili tranſmittat hæreditatem in matrem tamquám proximiorem in gradu ſuccedendi; Nihilominus propter clauſulam codicillarem cenſetur ſaltem moriens tranſmiſiſſe hæreditatem in Amitam à Patre inſtitutam, uel alium uocatum; itaut, ſaltem in caſum mortis cenſeatur rogatus inſtitutis à Patre hæreditatem reſtituere, prout in terminis poſt Oſaſch.dict.conſil.70.num.14. firmat Theſaur.dict.deciſ.141.nu.17. aſſerens, quòd hæc limitatio ſit iuſtiſſima, cum non auferatur hæreditas á filio Poſthumo, ut detur extraneo, ualdèque congruit in præſenti ad interpetrandam ueriſimilem Teſtatoris uoluntatem, quòd eius hæreditas non perueniat ad Vxorem ſecundó nubentem; ſed ad eius ſororem, & ad nepotes inſtitutos.

17 Quando enim ueriſimiliter fuiſſet grauaturus Poſthumum ad commodum inſtitutorum, utpotè, quoties inſtituti eſſent agnati; tunc Poſthumus per codicillarem clauſulam cenſebitur grauatus reſtituere agnatis hæredibus ſcriptis, ſaltem poſt mortem, Caſtrenſ.conſil.15. lib 2. Panzirol. conſil.45. nu. 40.Gabr.conſil.113.num.20.et ſeqq.et num.32 lib.1.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.569.num.22 Ant. Gabr. de clauſul. concluſ.8. num.20. Menoch. lib.4 d.præſumpt.32.num.11.

His igitur firmatis nullatenus aduerſatur obiectum, quòd clauſula codicillaris nihil operetur in teſtamento condito à rudi, Iuriſque ignaro, ſi non fuerit illi à Notario lecta, & declarata virtus eiuſdem clauſulæ, prout firmant, Imol.in l.Lucius,num.14 ff.de vulg.Rip in l.ſi vnquam,num.42. circa finem, Cod.de reuoc.donat.et in l.Centurio.num 83 ff. de vulgar.Soccin.Iun conſil.153. num 2. in fin et 5.lib.2.Pariſ conſil.10.num.11.lib.3. Burſatt conſil.18.num.18. lib.1. Aretin.conſ.165. num.6.ante fin.Riminald Iun.conſ.111. nu.67. lib.1.et conſ.821.num 67. lib.2. Honded.conſ. 74.num.46.lib.1.Bardellon.conſ.21. num.76. lib.1.Lancellott.Gall.conſ.20.num.24.et ſeqq. Giouagnon.conſ.32. num.19. verſ.quia, Anell. de Amat.conſ.61.num.16.Martianenſ.conſ.18. num.53.Pedroch.conſ.16.num.59.et ſeq.Altograd.conſ.78.num.34 & latiùs conſ.80. nu.8. et ſeqq.lib.1.Turrett.de clauſul.codicill.defect. 3.quæſt.9.num.2.et quæſt.138.defect.55.num. 10.Meyner.de teſtam.ſucceſſ. lib.3. tit.5. num. 50.Port.comm.opin.lib.4.concluſ.18.in fine, verſ.tenendo primam, Gabriel. commun. concluſ.lib.6.de conſuet. concluſ.4. num.7. Gaill. practicar. obſeru. lib.2. obſeru.114. num.9.et ſeqq. Cyriac.controuerſ.360.num.68.et ſeqq. Intrigliol.de ſubſtitut.cent.2.quæſt.79.num.2. Dauther.de teſtam fol.404 num.365. verſ.tertio requiritur in addit.margin.lit.C. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.569.num.6. Cardin.Mantic.de con-

*coniect.lib.1.tit.3.ſub num.*10. ubi, quòd, ne-
que ſufficiat, eamdē clauſulam fuiſſe in mater-
19 num ſermonem traductam, niſi etiam à diſ-
ponente, & à Notario eius virtus rectè in-
telligatur, & latiſſimè *Ioann. Camill. Cacacius*
qui alios allegat, inter *allegat. diuerſ.* colle-
ctas à *Donat. Ant. de Marinis allegat* 81. *nu.9.*
& ſeq. lib.3. vbi, quòd ad hoc, ut operetur,
debeat tenor dictæ clauſulæ exponi à Nota-
rio, Maternoque idiomate Teſtatori indi-
cari, ut eam benè intelligat, *Cirocc. dict. di-
ſcept.12. num.11.* vbi, quòd non ſufficiat (ut
aiūt) vulgarizatio, putá, quòd fuerit lectum
teſtamētum, & vulgarizata ſimpliciter clau-
ſula codicillaris, *Merlin. lib.2. controu. cap.78.
n.17. & ſeq. Magon. dec. Florent.15. nu 3. &
4. Stephan. deciſ.49. num.1* Præcipuè, quan-
20 do agitur de ſubſtinendo Teſtamento nullo
ob præteritionem filij, vel Poſthumi ignorā-
ter factam, ut in ſpecie *Peutinger. deciſ.290.
num.6.*

21 Siquidem huiuſmodi ſententia eſt nimis
rigoroſa, neque vllo Iure videtur amplectē-
da; prædicta enim clauſula cenſetur poſita
ex voluntate Teſtatoris, ad hoc, ut omnes
pariat effectus, quos de Iure parere poteſt,
prout ex receptiori, *Craſſ. de ſucceſſion. §. Te-
ſtamentum, quæſt.50. ſub num.4. verſic. contra-
rium verò, Honded. conſ.74. num 43. lib.1. Ro-
land à Vall. conſ.7. num.27. & ſeq. lib 4. Card.
Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib.1 tit.10. n.2.
Turrett. de clauſ. codicill. quæſt.4. per tot. &
quæſt.90 num.24. & conſil.11. num.11. & 13.
lib.1. Baitell. vlt. volunt. dec.13. num.81.* adeò
ut, cum huiuſmodi clauſula hodie in omni-
bus Teſtamentis de conſuetudine ſoleat cō-
ſcribi, ut poſt plures relatos tradit *Federic.
Scot. reſponſ.12 tom.1 lib.5. Thob. Non. conſil.
20. num.5. & ſeq. Hond conſ.74. num.43. lib.1.
Mart. clauſ.11. n.5. & 6. p 3. Epiſc. Barboſ. clauſ.
21. ſub num.4. Cardin Mantic. de coniectur. lib.
1. tit.9. num.2. Menoch. lib.4. præſumpt. 31. nu.
3. verſic. ſecundò fuit*, *Rubeus de Teſtament.
cap.9. num.462. et ſeq. Andreol. controu.407.
num.8.10. et ſeq. Cardin. de Luca de teſtament.
diſc.57. ſub num.6 verſic. nihilominus*, nouiſſi-
mè *Caſtald. conſult. forenſ.108. num.24. Rot. in
recent. dec.206 num.22. quæſt.7.* adeóut in
aliquorum ſententia, quamuis eſſet á Nota-
rio omiſſa, debeat ſubintelligi, & habeatur
pro appoſita. *Alex. conſil.1. num.22. lib.5.
Menoch. conſil.58. num.59. et lib.4. præſumpt.
31. num.17. Roland. conſil.7. nu.27. lib.4. Odd.
de compendioſ par.5. art.1. Turrett. de clauſul.
codicillar. effect.36. et conſ.11. num.11. et 13.
lib.1. Rubeus de teſtament. cap.9. num.462.
Trentacinq. de ſubſtit. part.4. cap.9. num.19.
Cirocc. diſcept.12. num.10. Card de Luca de
teſtam. diſc.57. num.6. Baitell. vltim. volunt. de-
ciſ.13 num.81. Andreol. controu.407. num.8.
Caſtald. conſult.108. num.23. et ſeq.* & Nos ali-
bi egimus.

22 Hinc reſultat, ut, etiam in Teſtamento
mulieris, & rudis ſuum operetur effectum,
ut in ſpecie Teſtamenti conditi ab Idiota,
*Theſaur. Iun. in addit. ad Patrem dict dec.141.
lit. B.* & in teſtamento mulieris, *Gratian. di-
ſcept.48. et 702.* eruditus amicus, & egregius
in Vrbe Aduocatus *Maſſin. de confiſcat. bonor.
quæſt.24. num.60. et ſeqq. Conciol. allegat.20.
num.23. in fine*, *Card. de Luc. de Teſtam. dict.
diſc.57. ſub. num.9. verſic. nihilominus.* optimè
Caſtald. dict conſult.108. num.19. et ſeqq. vbi
potiſſimùm in Teſtamento mulieris nobilis,
*Rot. in recent. deciſ.303. num.4 part.14. Card.
Otthobon. deciſ.203. num.13.* idque, etiam ſi
Notarius vim eiuſdem clauſulæ non intelli-
gat, *Rimin. Iun. conſil.23. num.238. et ſeq. Tur-
rett. conſ.11. num.14. lib.1.*

Tandem non obſtat ponderatio, quod Po-
ſthumus non fuerit præteritus, cum vigore
Statuti Vrbis 142. *lib.1.* dici debeat inſtitu-
tus, tamquàm poſitus in conditione ibi: *E
morendo detta Nuntia ſua moglie ſenza figli di
eſſo Teſtatore.*

23 Nam exploratiſſimi Iuris eſt, quòd filij,
non ex eo, quòd ſunt poſiti in conditione, di-
ci debeant directè inſtituti, ut in præciſis
terminis per *text. in l. ſi quis cum, §. vlt. ff de
vulg. et pupill. ſubſtit.* probat videndus *Card.
Mantic. de coniecturis lib.11. tit.2. num.11.
verſic. nec obſtat prima conſideratio*, ubi, quòd
hæc concluſio eſt pluſquám manifeſta, *Socc.
Sen. conſil.140.*

Idque ea euidentiſſima ratione, quam
24 expendit *Cardin. Mantic.* loco proximè cita-
to, quia ex coniectura non poteſt quis intel-
ligi hæres inſtitutus, *l.1. ff ſi tabul. teſtam. ext.
l. ſi quis ita hæres inſtituatur ff. de hæredib. in-
ſtituend.* Hæredis namque inſtitutio fieri de-
bet uerbis expreſſis, *l. hæredes palàm in prin-
cip. ff de teſtam. l. iubemus*, Cod. eod. tit. cum
concordantibus ſatis notis.

Et in pręciſis terminis ſtatuti Vrbis, quòd
filij in conditione poſiti, quando cenſen-
tur vocati, perinde ſit, ac ſi ipſi Patri, vel
25 Matri fuiſſent ſubſtituti, pro indubitato
ſupponit, *Gabr. conſ.115. in princip. verſ pe-
rindè decidendam eſſe hanc cauſam, & nu.12.
lib.1.* & quòd ſit regulare, vt, quoties agi-
tur de uocatione filiorum, uti poſitorum
in conditione, ſemper intelligi debeant uo-
cari per ſubſtitutionem fideicommiſſariam
26 latiſſimè, *Ruſtic. de fil. in cond. poſit. lib 2.
cap.1 Bald. conſ 398. lib.4. Caſtrenſ. conſ.263.
lib.2. Ruin. conſ 158. nu.25. lib.2. Soccin. Sen.
conſ.117. num.7 lib.1. Pariſ. conſ.78 num.7.
lib.2. Decian. conſ.44. num* 8. ubi de commu-
ni *lib.3. Honded. conſ.65. nu.23. & duob ſeqq.
lib.1. Gall conſ.114. num.46. Card. Mantic. de
coniect. lib.11. tit.2. num.12. & tit. ſeq. per tot.
Fuſar.* pro hac ſententia plures referens de
ſubſtit. quæſt.438. nu.5. ubi præcipuè, quan-

do

do ſubſtitutio eſt concepta uerbis ſignificantibus tractum tempotis in futurum, & *num.9.Ciriac.contron.96.num.13.et 17. verſ. in propoſito, Menoch.lib.4. præſumpt.76.nu. 23.& duob.ſeqq. Caualcan. deciſ.18. ad med. & deciſ.17.ſub num.5.circa fin.part.3. Barz. dec.96.ſub num.7.Theſaur.dec.96.num.8. &* omnes auctoritates, *& deciſ. Rotæ* loquentes de uocatione filiorum uigore ſtatuti illam præſupponunt obliquam;non autem directam, ſi diligenter attendantur.

27 Neque prædictis aduerſantur deducta per eumdem, *Gabriel.d.conſ.115. num.11. verſ. idcircò, ſi quis, lib.1.* ubi, quòd, ſi quis Hortentio inſtituto, ita ſubſtituat, *Moriente Hortentio ſine filijs maſculis, illis ſuccedat Pamphilius, & moriente Pamphilio ſine filijs maſculis, ſuccedat Gregorius*, perindè eſt, ueluti, ſi Teſtator uerbis diſpoſitiuis uſus, ita dixiſſet: *Hortentio, ſi filios tempore mortis habeat, filij ſuccedant, ſi filios non habeat, Pamphilius*; atque, adeò, quòd in pręſenti caſu, cum Poſthumus fuerit poſitus in conditione reſpectu matris, perindè ſit, ac ſi fuiſſet inſtitutus.

Nam aduertendum rogo, quod, dum *Gabriel* exemplificat, quòd Hortentio, ſi filios tempore mortis habeat, filij ſuccedant, utique intelligit, quód ſuccedant, non Iure directo, tamquàm inſtituti, ſed obliquo, tamquàm ſubſtituti, prout pro indubitato ſupponit in principio *d.conſil., & num.*12. ubi approbat concluſionem firmatam à *Curt. Iuniore conſ.96. num. 5. in fine*, quòd filij in conditione poſiti cenſeantur uocati, perindè, ac ſi ipſi eſſent Patri ſubſtituti, licèt eumdem *Curt.Iun.* impugnet, dum ſubijcit, quòd non poſſit de hac ſubſtitutione agi. ſi Pater, reſpectu cuius ſunt poſiti filij in conditione, decedat ante euentum fideicommiſſi conditionalis; qui erat caſus, in quo *Gabriel.* conſuluit, ut enim rectè aduertit idem, *Gabr. num.* 13. quamuis Pater reſpectu cuius filij fuerunt poſiti in conditione, prædecedat ante euentum fideicommiſſi conditionalis; adhuc filij in conditione poſiti ſuccedunt in fideicommiſſo, quia non agitur de ſubſtitutione, ut Iure tranſmiſſo ſuccedant; ſed Iure proprio: Caducato ſi quidem, ſiue perempto præcedenti gradu, admittuntur cõtenti in gradu ſequenti Iure proprio, & ex proprio ipſorum gradu, quamuis enim portio caduca in alios non tranſmittatur, ſed remaneat penes hæredes, manet tamen cum eodem onere reſtituendi eamdem portionem ei, cui illam reſtituiſſet grauatus in gradu perempto, ut ſunt ipſiſſima Verba, *Gabrielis d.num.*13.

Hinc apertiſſimè patet, *Gabriel.* loqui de ſucceſſione filiorum in conditione poſitorum, non per uiam inſtitutionis, prout non rectè ex aduerſo contenditur; ſed potiùs ſubſtitutionis.

Iuxtà firmata, fuit decretum per Reuerendiſs. Fanum Iudicem Delegatum.

ARGVMENTVM.

Codicilli in priori Teſtamento conditi, ſi fuerint reuocati, & demum in nouiſſimo Teſtamento confirmentur, exequi debent ex actu confirmante; non autem confirmato.

Codicillorum obſeruantia demandata à Teſtatore intelligi debet in ijs partibus tantùm, in quibus cum poſterioribus codicillis non repugnant; ſecus autem in ea parte, in qua inuicem aduerſantur; in iſta enim attenditur poſterior diſpoſitio.

Subſtitutio concepta ſub negatiua conditione non exiſtentiæ proximiorum, expirat, aliquo proximiore exiſtente; etiam, ſi non eſſet ſucceſſibilis; quia in conditionibus attenditur nudum factum exiſtentiæ; non autem Iuris effectus.

Repetitio qualitatis in quibus caſibus non admittenda.

In fideicommiſſis ſucceſſiuis ſub negatiua conditione conceptis, ſequens admitti non debet, donec adſit ſpes, quòd in gradu præcedenti perſonæ capaces poſſint adeſſe, vel ſuperuenire, qua ſpe pẽdente, fideicommiſſum remanet in ſuſpenſo; idque procedit in quolibet incapaci; dummodò tractu temporis habilis fieri valeat.

SVMMARIVM.

1 *Codicilli in priori Teſtamento conditi, licet fuerint reuocati; ſi tamen nouiſſimo Teſtamento fuerint confirmati, exequi debent ex actu confirmante non autem ex confirmato.*

2 *Confirmatio codicillorum eſt reſtringenda quò ad ea, quæ illis non ſunt contraria, inſpecta poſteriori voluntate.*

3 *De incompatibilitate inter primos, & ſecundos codicillos.*

4 *Id quod in confirmatione non poteſt in alio verificari, cenſetur indiuidualiter expreſſum.*

5 *Scriptura, licet priuata, optimè declarat verba dubia Teſtatoris.*

6 *Teſtatoris voluntas declaratur ex eius Epiſtola.*

7 *Hæredi præſumitur nota defuncti voluntas.*

8 *Scripturam producens, cenſetur fateri, omnia in ea contenta eſſe vera.*

9 *Idque, etiam ſi productio fiat* per compulſum, & in parte, & in partibus, *quoties producens in ea fundat ſuam intentionem.*

In quo caſu productio per compulſum, & in parte, & partibus *ſuffragetur, ibidem.*

10 *Codicillorum obſeruantia demandata à Teſtatore intelligenda in ijs tantùm partibus, in quibus cum poſterioribus repugnantiam non habet.*

Secus in ea parte, in qua inuicem aduerſantur; in iſta enim attenditur poſtrema diſpoſitio.

11 *Contrarietas inter ſubſtitutiones operatur, ut neutra ſubſiſtat.*

12 *Ex duobus Teſtamentis, ſi non appareat, neque Prioritas, neque poſterioritas in tempore, neutrum attendendum.*

Limita fauore piæ cauſæ, vt infra num. 14.

13 *Teſtamentum fauore proximioris ab inteſtato ſuccedentis præſumitur poſterius.*

14 *Idemque aſſerendum fauore piæ cauſæ.*

15 *Pro reo, & poſſeſſore præſumendum contra actorem, præcipuè, quando eiuſdem actoris intentio remanet dubia.*

Poſſeſſor vincit ex defectu potioris Iuris actoris.

16 *Subſtitutio concepta ſub negatiua conditione non exiſtentiæ proximiorum, expirat, aliquo proximiore exiſtente.*

17 *Idque, etiam ſi proximior non eſſet ſucceſſibilis, quia in conditionibus attenditur nudum factum exiſtentiæ; non autem Iuris effectus.*

Non enim eſt qualitas perſonæ; quæ excludit ſubſtitutum, ſed defectus conditionis.

18 *Non eſt inconueniens in Iure, vt quis non valeat ſuccedere, & tamen deficere faciat conditionem, ſeu eius purificationem impediat.*

19 *Repetitio qualitatis ceſſat, concurrente aliqua probabili ratione differentiæ, cur magis in vno caſu, quàm in alio qualitas fuerit expreſſa.*

20 *Ex diuerſitatis ratione in parte conditionali, non fit repetitio qualitatis poſitæ in diſpoſitiua.*

21 *Pars conditionalis, utpotè fauorabilior, & in qua fit latior interpetratio, non debet ex diſpoſitiua interpetrari.*

22 *Repetitio qualitatis præcedentis non admittitur, quando ambæ diſpoſitiones continent orationes ſeparatas, cum ſuis verbis principalibus omni ex parte perfectis.*

23 *Vel, quando ſubſequens oratio ita eſt ſeparata à præcedenti, ut ſine repetitione rectè ſtare poſſit.*

24 *Ad effectum excludendi repetitionem, dicitur oratio ſeparata. etiam ſi adſit dictio, Et, quæ videtur ſtare inceptiuè, ſeu continuatiuè; non autem copulatiuè.*

25 *Repetitioni non eſt locus, quoties, illa admiſſa, ſequeretur abſurdum.*

26 *Repetitionis materia tota pendet à veriſimili, & coniecturata mente diſponentis.*

27 *Repetitionis excluſiua coniectura reſultat, quoties Teſtator non expreſſit in parte conditionali qualitatem, quemadmodùm in præcedenti diſpoſitiua expreſſerat.*

28 *Quando duæ concurrunt regulæ, vna affirmatiua, propter quam fieri debet repetitio, altera verò negatiua, propter quam fieri non debet, præualet negatiua.*

29 *In fideicommiſſis ſucceſſiuis ſub conditione negatiua conceptis, ſequens admitti non debet, donec adſit ſpes, quòd in gradu præcedenti perſonæ capaces poſſint adeſſe, vel ſuperuenire.*

Qua ſpe pendente, fideicommiſſum remanet in ſuſpenſo, & hoc ſufficit pro non admiſſione extranei ſubſtituti, vel ſequentis in gradu.

30 *Idque procedit in quolibet incapaci; dummodò tractu temporis habilis fieri valeat.*

31 *Signanter, quando illi, qui poſſunt capaces fieri, ſunt magis coniuncti cum Teſtatore; ſucceſſiuè verò vocati, vel ſunt extranei, vel minus coniuncti.*

32 *Extraneus ſubſtitutus non admittitur, donec extet aliquis ex deſcendentibus, qui poſſit fieri Doctor; quoties à Teſtatore qualitas Doctoratus fuit adiecta pro conſequutione hæreditatis.*

33 *Subſtitutio concepta in caſu non exiſtentiæ, utpotè negatiua, non poteſt dici verificata; niſi per reductionem ad impoſſibile.*

34 *Primogenitura, neque momento temporis in aliquorum ſententia poteſt ſtare in ſuſpenſo.*

35 *Secus aſſerendum in fideicommiſſo, quod poteſt ſtare pendulum, quouſque qualitas per Teſtatorem requiſita, impleatur.*

Reprobatur contraria ſententia Caſtrenſis conſ. 16. lib. 2.

36 *Negatiua, quòd quis non habeat qualitates à Teſtatore requiſitas, eſt probanda ab actore, quoties eſt fundamentum ſuæ intentionis, illaque deducitur pro remouendo iam admiſſo, & poſſeſſore.*

37 *Defectus modici temporis non tollit effectum centenariæ.*

38 *Pro iuſtificanda qualitate exercitij Doctoratus, quæ requirantur.*

39 *Notarius dicitur exercere officium publicum.*

40 *Relatio eſt facienda ad ea, quibus ratio recti ſermonis magis conuenit, quamuis, inſpecto verborum ordine, ſit remotior.*

41 *Præcipuè pro contrarietate effugienda.*

42 *Verba dubia Teſtatoris declarantur ab alia eius diſpoſitione, in qua clariùs fuerunt explicata.*

43 *Interpetratio voluntatis Teſtatoris ſumi debet à primis codicillis ad ſecundos.*

44 *Teſtatoris voluntas, etiam ex Teſtamento reuocato, ſumere poteſt interpetrationem.*

45 *Iura antiqua correcta prodeſt ſcire, quia per illa declarantur noua.*

46 *Naturæ alternatiuæ eſt, vt vno contentetur, neque omnium expoſtulet concurſum.*

CAPVT XLII.

DENEGANDA eſt immiſſio Chriſtophoro Iando, quia uel non docet ſe uocatum ad fideicommiſſum, uel ſaltem adhuc ſuæ prætenſæ uocationis caſus non aduenit.

Non docet ſe uocatum; alibi enim non legitur ſubſtitutio illorum de Iandis; niſi in Codicillis conditis anno 1648. eueniente caſu, quòd Dominicus hæres inſtitutus duceret in Vxorem Mulierem inhoneſtam, & decederet ſine filijs, nulluſque exiſteret con-

ſan-

ſanguineus; in his autem fieri non poteſt
aliquod ſundamentum; nam, cum teſtator
in ultimis codicillis anni 1651. omnes præ-
cedentes codicillos confirmauerit; atque
adeò, etiam illos factos anno 1641. in qui-
bus continetut ſubſtitutio Ioannis Baptiſtæ
Buratti noſtri principalis, & poſt omnes
proximiores ſubſtituantur Societates San-
ctiſſimi Sacramenti, & Mortis: Cumque hic
ordo ſubſtitutionum, ex infra dicendis, ſit
incompatibilis cum ſubſtitutionibus factis
in prædictis codicillis anni 1648. in quibus
vocantur Iandi, & codicilli anni 1641. quã-
uis reuocati in teſtamento anni 1645. vigo-
1 re iſtius poſterioris confirmationis habean-
tur pro vltima, & poſtrema diſpoſitione;
itaut à die prædictæ confirmationis ex inte-
gro ualere cæperint, & in illis diſpoſita de-
beantur ex actu confirmante; non autem
ex confirmato, *l.*1. ibique *gloſ.* verbo *indi-
cium, in fine, verſ. ergo valebit*, & uerbo *te-
ſtamento, Alex. nu. 2. in 3. uotabili Iaſ. num. 4.
Cod. de codicill. leg. qui ex liberis* 11. *§. teſta-
mento, verſ. planè*, ibique *gloſ.* uerbo *non ſe-
cus, ff. de bonor. poſſeſſ ſecund. tabul. l. ſi quis
priore, ff. ad Trebellian. l. 1. §. ſed ſi filius fam.
ff. de legat. 3.* benè *Surd. conſ. 230. num. 9. ver-
ſic. quæ iura, & ſeq. & deciſ. 38. num. 17. Me-
noch. conſ. 176. num. 7 & 8. Ruin. conſ. 2. nu. 13.*
ſignãter in *verſ. & pro hoc allego, lib. 2. Natt.
conſ 483. num. 17.*

2 Hinc fit, ut omninò reuocata remanſerit
ſubſtitutio illorum de Iandis contenta in
præcedentibus codicillis anni 1648. utpotè
contraria, & incompatibilis cum diſpoſitis
in codicillis anni 1641. à quibus, utpotè po-
ſterioribus ex ui dictæ confirmationis fue-
runt ſublata omnia contraria contenta in
codicillis anterioribus, omneſque interme-
diæ diſpoſitiones incompatibiles factæ inter
actum confirmatum, ac confirmantem; ideò-
que prædicti codicilli anni 1641. tamquám
poſterior uoluntas, ſunt in omnibus parti-
bus attendendi, & confirmatio quò ad an-
teriores diſpoſitiones eſt reſtringenda ad
ea, quæ illis non aduerſantur, *l. alumnæ, §.
Titio, ff de adim. legat. l. cum propouatis* 3. ibi-
que DD *Cod. de codicill. l. Diuus, § licet, ff.
de Iure codicill Caſtr. in l. hæredes palàm* 21.
*§ ſi quid poſt, ſub num 7. circa fin. ff. de teſtam.
Surd. dict conſ. 230. num. 14. & conſ. 320. num.
1. Pariſ. conſ. 34. num 50. & conſ. 108. nu. 27.
verſ. quæ teſtatoris, lib. 3. Cephal. conſ. 67. n. 7.
Roland. à Vall. conſ. 31. num. 23. verſ. quantùm
ad res, lib 4. Natt. conſ. 483. num. 4. Vaſq. de
ſucceſſ. progreſſ. §. 30. tit. de codicill. num. 52.
circa med. verſ. niſi priori contrarius ſit, Card.
Mantic. de coniect. vltim. volunt. lib. 6. tit. 4.
num 8 in fine, verſ. & ſi contradictio*, Reuſuer.
*de codicillis num. 8. Cyriac. contron. 168. num.
54. & ſeq. Manſ. conſult. 132. num. 33. Bich.
deciſ. 247. num. 15. Rot. in recent. deciſ. 334. nu.
34. & ſeq. par. 9.*

3 Non poteſt autem dubitari de incompa-
tibilitate; ſi quidem in codicillis anni 1641.
ſubſtitutio eſt primo loco reſtricta ad fami-
liam de Vitalibus, ſecundò de Vagnolis, ter-
tiò ad Loca pia.

In Codicillis uerò anni 1648. uocantur
proximiores ex ſtirpe maſculina, & fœmini-
na eiuſdem Teſtatoris, & ultimo loco fami-
lia de Iandis; unde certum eſt, has diſpoſi-
tiones eſſe in omnibus partibus inter ſe in-
compatibiles, ut in his terminis ad effectum
reuocationis ponderat incompatibilitatem
Crauett. conſ. 80. n. 1. & ſeq. lib. 1.

Prout, neque etiam poteſt hæſitari, quin
confirmatio codicillorum præcedentium
facta anno 1651. comprehenderit etiam
codicillos anni 1641. quamuis ipſorum
dies fuerit in Albo relicta.

Tum, ex quo, cum codicilli conditi anno
1648. nulla egerent confirmatione, utpote
4 priùs non reuocati; E conuerſo autem
huiuſmodi confirmatio eſſet præciſè neceſ-
ſaria quó ad codicillos anni 1641. tamquàm
reuocatos uigore Teſtamenti conditi anno
1645. utique prædicta confirmatio, cum in
iſtis tantùm codicillis anni 1641. uerificari
poſſit, perindè habetur, ac ſi in indiuiduo,
appoſita die illorum confectionis, fuiſſet ex-
preſſa, *l. 2 ff de liber. & poſthum. l ſi Domino*,
ubi *Bart.* & alij, *ff. de leg 1. gloſ. in cap. ex par-
te*, il primo, *in fin.* ibique *Abb. de offic. delega.
Curt. Sen. conſ 47. num. 29 Surd. conſ. 89. num.
52. et conſ. 267. num. 28. et ſeq. et conſ. 143. n.
30. Bero. conſ. 159. num 29. lib. 2. Tiraq. de leg.
connub. gloſ. 7. num. 138. Burate. dec. 504. n. 7.
Ludouiſ. deciſ. 90. num. 3. Rot. in rec. dec. 276.
num. 10. et ſeq par. 9.*

Tum etiã, quia, cum Teſtator anno 1652.
preuio Chyrographo propria manu conſeri-
pto, prædictos codicillos anni 1641. expreſ-
sè, & ſpecificè obſeruare mandauerit, ſi quę
dubietas adeſſet in cõfirmatione anni 1651
omninò ſublata remanſit; ex ſcriptura enim,
5 licet priuata Teſtatoris optimè uerba dubia
ſui teſtamenti declarantur, iuxta theoricam
*Bart. in l. alimenta 16. num 3. ff de alim. et ci-
bar. legat. Gloſ. in l. qui concubinam. § cum ita,*
uerbo *tabulas, ff. de legat. 3. Aretin. in l. qui
filiabus, num. 1. ff. de leg. 1. Bald. in l. precibus 8
in 1. et 2. quæſt. num. 10. et ſeq. Cod. de impub.
et alijs ſubſtit. Imol. in cap.* Raynutius, *nu. 116.
verſ. vlteriùs quæritur, extra de teſtam. Sim.
de Petr. de interp. vltim. volunt. lib. 3. interp. 1
dub. 5. ſolut. 4. ſub num. 34 fol. 214.* Intrigliol.
*de ſubſtit. cent. 3. quæſt. 47. num. 9. Cardin. Mãt.
de coniect. vltim. voluntat. lib. 3. tit. 1. num. 7.
Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quæſt. 1. artic. 10.
num. 24. Ciroce. diſcept. 25. num. 43. Cyriac. cõ-
trouerſ. 242. num. 33. Roſa conſult. 45. num. 1.
& ſeqq.*

Digitized by Google

*& ſeqq.Dunozett.Iun.deciſ.*882*.num.*10. *&*
6 *ſeqq.* vbi,quòd Teſtatoris voluntas benè declaretur ex eius epiſtola.

Accedente pręcipuè conformi declaratione facta per Dominicum Rainaldum hæredem inſtitutum, quæ ſummoperè eſt attendenda, cum, utpotè à Teſtatore prædilectus,
7 & qui cum eo cohabitauit, præſumendum eſt, quòd habuerit notam defuncti uoluntatem, *l.ſi quis à filio, §.1.ff.de legat.1. Cephal. conſ.183.num.71. Decian.conſ.34.num.94.lib.3. Giouagn.conſ.63.num.29.& 83.lib.1. Cardin.Mant.de coniect.lib.3.tit.1.n.26.*

Cum autem aduerſarius dictum Chirographum produxerit, eidemque innitatur
8 ad probandam exiſtentiam, confirmationemque aliorum codicillorum, non ſolùm cenſetur fateri, omnia contenta in ſcriptura ab ipſo producta eſſe uera, *cap.cum venerabilis*, ubi ſcribentes, ſignanter *Dec. nu.22. de except.cap.cum olim, de cenſib. l. cum precum, Cod.de liber.cauſ.Bald.in l.ſcriptura 14. num.2. Cod.de fid inſtrum. Surd.conſ.151. nu. 16. Ruin.conſ.141.num.13.lib.5. Crauett. conſ. 134.num.8.& conſ.201. Ludouiſ.dec.238.nu. 5. Bich.dec. 556.num.4 Buratt.dec.622.nu.3. Zarat.deciſ 5 num.6.*

Sed nullo modo poteſt dictum Chyrographum in dubium reuocare, neque illud pro ſe approbare; quin etiam teneatur approbare contra ſe; quamuis productio facta ſit per compulſum, *l.filius fam.18.ff.ad Senat. Conſult.Maced.Menoch.de arbitr.caſ.94. n 8. Poſthius reſolut.68.num.87.& de manut.obſeruat. 97.ſub num.9.verſ.& inferius, Adden. ad Ludouiſ.dec.238.num.15.in fine, verſ.item non ſuffragatur, dicta cauthela, Rot.Ian.deciſ. 72.num.4 Oſaſch.deciſ.Pedem.38.num.29.& deciſ. 71. num. 61. Rot.in recent.deciſ.361. num.3. part.4.& deciſ.253. num.11. part.9.*
9 Et in parte, & partibus, *Gratian.cap.279. num.21.& 490.num 40. Card.Celſ.dec.264. num.8.*

Contraria uerò procedunt, quando quis in ſcriptura producta per compulſum, & in parte, & partibus non fundat ſuam intentionem, in quo caſu prædicta cautela producenti ſuffragatur, ne eidem, quò ad ſibi noxia præiudicium inſeratur, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo allegati, *Honded.conſil 78.num.85.& ſeq.lib.2. Veſtr.in prax.lib.7.cap.1.num.6.* ubi *Grauat.num.20. & ſeqq.Epiſc.Thomat.deciſ.59.num 35. Add. ad Ludouiſ.dict.deciſ.238. num.15. verſ.limitatur ſecundò, Rot.deciſ.3.de fid. inſtrum. in nou.& dec.354.num.12.in fin.* poſt 2.*vol.conſ. Farinac.Ludouiſ.dec.432.num.5.*

Et licet teſtator in eodem Chyrographo
10 demandauerit obſeruantiam, etiam codicillorum anni 1648. hoc tamen eſt intelligendum in his partibus tantùm, in quibus cum poſterioribus repugnantiam non habent; ſecus autem in ea parte, in qua inuicem repugnant; in iſta enim attenditur poſtrema diſpoſitio, *leg.cum proponatis 3. Cod. de codicill.l.diuus, §.licet, ff.de* Iur.*codicillor.Surd. conſ.230.num.14. & 320.num.1. Pariſ.conſ. 34.num.50.& 108.num.27.verſic.quæ teſtatoris.lib.3. Roland.conſ.31. nu.23. verſ quantum ad res, lib.4. Vaſq.de ſucceſs.progreſs.§. 30.tit.de codicill.num.52.circa med. verſ niſi Iuri contrarius ſit, Card.Mant.de coniecturis vltim. volunt.lib.6.tit.4.num.8.in fine, verſ. & ſi contradictio, Reuſner.de codicill.num.8. Manſ. conſult.132. num. 33. Rot.in rec.deciſ. 334.num.34.& ſeq.par.9.*

Pręterquàm quòd in omnem caſum, quatenus attenta prædicta confirmatione, omnes codicilli æquales in tempore exiſtimari debeant; adhùc, ſtante incompatibilitate,
11 & contrarietate inter has ſubſtitutiones, vel neutra eſt attendenda, vt benè ponderat *Soccin. Iun.conſ.2.num.10.& ſeq. lib.2. Crauett.conſ.143.num.4.& ſeq lib.1.* vbi de incompatibilitate reſultante ex ſimili approbatione; Prout idem habemus in duo-
12 bus teſtamentis, in quibus non appareat, neque prioritas, neque poſterioritas in tempore, in quo caſu neutrum eſt attendendum, *leg.1.§ ſed ſi vnum*, vbi *Bart. ff.de bonor.poſſeſſ.in ſec.tabul.l.duo sũt Titij.ff.de teſtam.tutel. l ſi duos, ff.de excuſat.* Tutor. *Caſtr.in l cum quis, num.4.ff.de acq.hæred.Aug.Aret. in §.1. num.6. verſ.ſin autem ſint diuerſæ inſtit.de adempt.legat.Soccin.Iun.conſ.2.nu.11. & ſeq.lib.2. Aym.conſ.143.num.5. Dec.conſil. 46.num.9.lib.2. Burſatt.conſ.36. in princ.* benè *Argel. de legit.contradict.quæſt.2.artic.1. num.33.* Mart.*de ſucceſſ.legali, part.4.quæſt.4 art.5.num.2.& ſeq. Boer.dec.32.nu.3. Afflic. dec.387. in fin.*

13 Vel ſaltem amplectenda ea diſpoſitio, quæ huic parti eſt ſauorabilior; Tum, quia eidem, tamquàm proximiori Ius competit ab inteſtato ſuccedendi, *Bart.in d.l.1.§.non autem, num.1.verſ.ſecunda limitatio*, ibique *Alberic.ff.de bonor.poſſeſs.ſecund.*Tabul.*Argel.de acquir.poſſeſs. quæſt.14.art.1. n.38.& ſeq.Mart.de ſucceſs.legali, d qu.4.artic.5.n.3. verſ.niſi inſtitut. Afflict.dec.387.in fin.* Cum-
14 que in ea adſit ſubſtitutio piæ cauſæ, ipſius fauore Teſtamentum ſemper præſumitur poſterius, Ti*raquell.de priuileg.piæ cauſ.priuileg.35.* ibique addentes, *Menoch.* alios referens, *lib 4. præſumpt.13. per tot. Mart. de ſucceſſ.legal.part.4.qu.4.art.5. num.3. verſic. aut pia cauſa.*

15 Tum, etiam, quia idem noſter principalis eſt reus, & poſſeſſor, pro quo eſt iudicandum, dum intentio aduerſarij actoris remanet dubia ob diuerſas, contrariaſque diſpoſitiones, vt in ſpecie, *Bart. in d. leg.1.*

§.non

§.non antem,num.1.verſ.ſed recipit, ff.de bonor.poſſeſs.ſecund.tabul. Dec.in l.fin. num.54. ibique *Salicet.num.22. Imol.col. pen.Cod.de edict. Diu.Adr.Tollend.Tiraq.de Iur. Primogenit. quæſt.17. Peregrin. de fideicommiſſ. art.48.num.24. Argel.de legit.contradict.qn.2.art.3.num.* 138. hoc enim operatur poſſeſſionis commodum, ut poſſeſſor uincat ex defectu potioris Iuris actoris, *leg. uti frui,§.1. ff.ſi vſusfruct. petat. l.fin.Cod.de rei vindicat.§.commodum inſtit.de interd.cap.ſi à ſede de prebend.in 6.*

Præterea, quatenus non deficeret fideicommiſſum, dubitari non poteſt, quin ſaltem deficiat purificatio ad fauorem Aduerſarij; cum non adhuc ſuæ aſſertæ vocationis caſum eueniſſe ſit affirmandum; inſpectis enim codicillis anni 1648. ſuccedere non valet, cum fuerit vocatus ſub negatiua conditione non exiſtentiæ Proximiorum, ibi, *e non ui eſſendo neſſun Parente, ſucceda nella mia heredità vno di caſa Giandi*. Cum-
16 que adſint conſanguinei, nempè Ioannes Baptiſta noſter principalis Pronepos teſtatoris ex ſorore, & Nicolaus Vagnolius Notarius pariter teſtarori in proximiori gradu coniunctus; vtique corumdem exiſtentia excludit purificationem eius pretenſæ vocationis, iuxta *text.in l.3.& l.quamdiù 68. ff.de acquirend.hęredit. l. vnic.§.ſin autem ſub conditione, Cod.de caduc. tollend. Surd. conſ.347. num.4.& ſeq.lib.3.Gratian. cap.773. num.4. & ſeqq.Buratt.deciſ.781. num.1. Rot. in rec. dec.43.nu.1.part.14.*

17 Idque, etiam ſi Vagnolius non ſit in cauſa; imò, etiam ſi non eſſet ſucceſſibilis, quia in conditionibus attenditur nudum factum exiſtentiæ, non autem Iuris effectus; non enim eſt qualitas perſonæ, quæ ſubſtitutum excludit, ſed potiùs defectus conditionis, *leg.qui hæredi 44.leg. Mevius. ff.de condit. & demonſtr. Rip. in l. ex facto,§. ex facto,n.10. verſ.& si dixeris,& in l.hęredes mei, §.cum ita, num.120. verſ.ſecundò reſpondetur, ff.ad Trebell. Alciat.reſponſ.56.num.3.in fin. & 4. lib.9. Surd.conſ.557.ſub num.14.verſ.ſed, & dato,Fulgoſ.conſ.46.Mandel.conſ.87.ſub num.14.verſ.ſed, & dato, Menoch.conſ.95.nu.69. Peregrin.de fideicomm. art.29. ſub n.21.verſ. quartò,quia*, benèque explicat, *Card.Mant. de coniect.ultimar. uolunt.lib.11.tit.6.ſub nu. 15.* optimè *Rot.in recent. deciſ.453. num. 3. & ſeq.part.2.& deciſ.151.num.1.& ſeq.par.3.et deciſ.265.num.12. part.13. Archiep.Royas,dec.418.num.5.et 6.*

18 Neque, eſt in Iure inconueniens, vt quis non valeat ſuccedere, & tamen conditionē deficere faciat, ſeu impediat eius purificationem, *l.filius fam.§.cum eſſet rogatus, ff.de legat.1.Salicet.in l.1.C.de condit.inſert.Anan. conſ.22.num.3.Caſtr.conſ.449.nu.3.lib.1. Fuſar.*plures alios congerens, *conſ.88.num.10. Soccin.Iun conſ.102. numer.38. et ſeqq.lib.1. Decian.conſ.82. num.10. et ſeq. lib.4. Soccin. Sen.conſ.28.nu.20.verſ.ſed in caſu, lib.4.part.5.conſ.59.num.4.lib.3.Surd.conſ.557.num.15 Menoch.lib.4.preſumpt.89.num. 105. verſ. et hinc,Gratian.cap.599.num.24. Rot.in recent. deciſ.151.num.2 part.3. et deciſ.43.num.12. part.7. Carrill.dec.266.num. 20.et ſeq.Royas d. deciſ.418.nu.5.et ſeq.*

Parumque releuat, quòd conſanguineorum vocatio legatur facta ſub qualitate Doctoratus, vel Notariatus, cum exercitio officij per decennium, quam ex aduerſo contenditur, in noſtro principali deficere.

Siquidem, præterquàmquòd, qualitas exercitij Notariatus per decennium, & vltra concurrit in Vagnolio, cuius exiſtentia ſatis, ſuperque ſufficeret pro aduerſarij excluſione, ex proximè allegatis; Quinimò Doctoratus qualitas, cum actuali exercitio Procuratoris in Vrbe, pariter per decennium, & ultra non deficit; prout inferiùs firmabitur.

Adhuc aduertendum rogo, quòd, quamuis teſtator exoptauerit prædictas qualitates in proximiorum vocatione, ad effectum præferendi coniunctum eaſdem qualitates habentem alteri coniuncto illis deſtituto; attamen in parte conditionali illas non expreſſit, quando poſuit in conditione proximiores ad excluſionem extraneorum; non enim dixit, non exiſtentibus proximioribus, cum qualitatibus ſupradictis; ſed abſolutè, ibi, *e non eſſendouene neſſun Parente*, & ibi, e *non eſſendouene di detta famiglia*; ideòque, in hac parte conditionali nullatenus eſt facienda huius qualitatis repetitio, cum inter partem diſpoſitiuam, & conditionalem diuerſa vigeat ratio, ſiue, quia non videtur irrationabile Iudicium, quòd coniunctus cum Teſtatore habens qualitatem Doctoratus, vel Notariatus excludat alium coniunctum eadem qualitate deſtitutum; ſicuti omninò eſſet irrationabile, vt extraneus Doctor, ſeu Notarius coniunctum excluderet.

Siue, quia in parte conditionali cadit cōparatio, & prælatio perſonarum, quia perſonæ coniunctæ ponuntur in conditione, vt præferantur ſubſtituto extraneo, eumdem-
19 que excludant; Concurrente autem aliqua probabili ratione differentiæ, cur magis in uno caſu, quàm in alio, fuerit expreſſa qualitas, ceſſat repetitio, *Bart.in l.talis ſcriptura 30.§.fin.num.3. verſ.ſed ſic eſſet, ff.de legat. 1.Bald.conſ.153.num.3.verſ.item aduerſatio, lib.5.*Ruin.*conſ.93.num.15. circà med.verſic. et hoc precipuè,lib.2.Soccin.*Iun.*conſ.158.nu. 48.et ſeq.lib.2 Decian.conſ.12.num.45.verſic. item qualitas, lib.1.Odd.conſ.95.nu.58.* Me-

Digitized by Google

noeb.conſ.111.num.26.cons.117.num.44. et
cons.171.num.23.lib.1.Cephal.conſ.317.nu.8
lib.5.Odd.conſ.95.num.58. Valenzuol.conſil.
97.num.77.& ſeq.Spad.conſ.341.num.6.lib.
3.Honded.conſ.57.numer.34. verſ.quartò re-
ſpondetur,lib.1.Bero.conſ.114.num.19.lib.2.
Altograd.conſ.83.num.77.lib.2.& conſ.54.
num.116.lib.1.Peregrin.conſ.34.num.13.&
ſeq.lib.2.& de fideicomm.art.16.nu.38. verſ.
vel etiam, Fuſar.de ſubſtit.quæſt.450.num.8.
et 403.num.23.Sim.de Petr.de interpet. vlti-
mar.volunt.lib.2 fol.147. num.77.& conſ.90
num.24.Card.Mant.de coniectur. vltimar.vo-
lunt.lib.6.tit.13.num.8. propè finem, verſ.et
ſiquidem probabilis ratio differentiæ, Baitell.
vltim.uolunt.dec.2.num.137.& ſeq Praſ.Pi-
cenard.in cons.unic.num.87. poſt reſponſ. Sa-
darini, addent.ad Buratt.decis.272.num.19.
uerſic.hæc autem opinio, Fontanell.deciſ.348.
num.11.Ludoniſ.dec.514. num.7.Card. Otto-
bon.dec.252.nu.10.& duob.ſeqq.

20 Ex eadem uerò rationis diuerſitate in
parte conditionali non fit repetitio qualita-
tis poſitæ in diſpoſitiua, neque pars condi-
21 tionalis, utpotè fauorabilior, & in qua
latior fieri debet interpretatio, debet ex di-
ſpoſitiua interpretari, iuxta ſolemne mo-
nitum, Bald.cons.13.in fin.lib.3.Cephal.cons.
46.num.28.& ſeq. Honded.cons.57.num.35.
uers.primò,quia expreſſio, & num. 36. lib.1.
Decian.cons.1.num.98. & tribus ſeqq. lib.2.
Sim.de Petr.cons.90.nu.24.et ſeqq. & de in-
terp.ult.uolunt. fol.148. num 85. Giouagnon.
cons.11 num 22. & ſeq.lib.2.Gabr.cons.100.
num.6.lib.2.et cons.97.num.5.et 6.lib.1.Ca-
ſanat.cons.6.num.43. Altograd.conſ.83.nu.
81.lib.2.Fuſar.de ſubſtit.qu.403.nu.32.An-
dreol.contron.114.num.6.Barz.dec.119.nu.2.
et 3.Archiep.Royas,dec.90.sub nu.11. Card.
Cerrus,dec.96.n.17.et ſeq.

22 Præcipuè, quia non admittitur repetitio
qualitatis præcedentis, quando, prout in
præſentia, ambæ diſpoſitiones continent
Orationes omninò ſeparatas, cum ſuis uer-
bis principalibus omni ex parte perfectas,
Cephal.conſ.717. num.9. lib.5. Odd. conſ.95.
23 num.55. & ſubſequens oratio, ita eſt ſepa-
rata à præcedenti, vt ſine repetitione rectè
ſtare poſſit, Decian.conſ.10.num.57.verſ.&
idem,lib.3.

24 Prout ad hunc effectum excludendæ repe-
titionis dicitur ſeparata, etiam ſi adſit di-
ctio, Et, quæ videtur ſtare inceptiuè, ſeu
continuatiuè; non autem copulatiuè, Bart.
in l.in repetendis, ff. de legat. 3.& benè in his
terminis, Menoch. conſ.111. num.34. lib.2.
Decian.d.conſ.10.num.57.lib.3. Odd.d.conſil.
95.num.54.& ſeq. Pariſ.conſ.38.num.23.24
26.& 28. lib.2. Altograd.cons.54.num.116.
uers.ſeptimò demum lib.1.Gabr.conſ.95.n.12.
lib.1.Honded.conſ.91. num.7. et ſeq. Peregr.
de fideicom. art. 16. num. 47. alijſque pluri-
bus allegatis, Caſtill.lib.2.controuers. cap.4.
num.131.et trib. ſeqq.

Fortiùs, quia, admiſſa repetitione quali-
tatis præcedentis, ſequeretur maximum ab-
25 ſurdum,quòd, nempè, conſanguinei proxi-
miores, magiſque dilecti excluderentur ab
extraneis,& minus dilectis contra volunta-
tem Teſtatoris, qun caſu pariter non eſt lo-
cus repetitioni, Bald.cons.153.lib.5. Cuman.
cons.112.Pariſ.conſ.3.num.24. lib.3.Decian.
conſ.34.num.59.lib.3.Aretin.conſ.120. col.1.
Crauett.conſ.70.num.7.Peregrin.de fideicom.
art.16.num.39.in fine Fuſar.de ſubſtit.q.403.
num.32.& 34.Caſtill. d.lib.2. contron. cap.4.
nu.103.& duob.ſeqq.

26 Cumque à veriſimili, & coniecturata
mente diſponentis tota pendeat huiuſmodi
materia repetitionis qualitatum, l.cum ſer-
uus, ff.de condit.& demonſtrat.Bald.in l.1. in
fin.Cod.de lib.præterit.Bart.in l.Seia, § Caio,
nu.2.ff.de fund.inſtruct.Alberic.in l.Tuia,§.1
ff.de verbor.oblig.Alex.cons.50.in fin.et conſ.
66.num.3. lib.2. & conſ.57. num.3. Crauett.
conſ.135.num.14.& ſeq. Ruin. conſ.15.nu.8.
lib.1. Honded. conſ 29.n.92.& conſ. 64. n.8.
lib.1.Odd cons.43.n.30.Pappon.conſ.30.n.37.
& conſ.56 n.18 Menoch. cons.111. num.88.
lib.2. Galganet. de condit. & demonſtrat. p.2.
cap.6. qu.7.num.1. Adrian. Neguſ. quæſt.12.
num.9. Ciriac.contron.400.numer.94. Caſtill.
lib.2.contron.d cap 4.num.68.& ſeqq.Sim.de
Petr.de interpret. ult. uolunt. lib.2. interp.4.
dub.2.solut.2 num.132 fol.266.Peregrin de
fideicom.art.16.nu.101.Card.Mant.dec.368.
num.4.

27 Vrgentiſſima ſanè ſtat preſumptio,quòd,
cum teſtator non expreſſerit prædictas qua-
litates in parte conditionali, quemadmo-
dùm expreſſerat in præcedenti diſpoſitiua,
voluerit illa conſultó omittere ex rationi-
bus ſuperiùs deductis, prout in his termi-
nis arguunt adducti, per Giouagn. conc. 82.
num.128.lib.1.Cephal.cons.517.num.20. Io.
de Anan.cons.22.num.3.Honded. cons.57.nu.
32.lib.1.Surd cons.200.num.26.in fin. Paris.
cons.38.num.25.lib.2.& cons.35.num.19.lib.
3.Ruin.cons.93 nu.15.lib 2. Soccin.Iun.cons.
158.num.39.lib.2.Gabriel.conſil.97.num.28.
lib.1.Molin. de hiſpanor. primog.lib 3. cap.5.
num.56.uers sed quamuis,Card.Mant.de con-
iect.ult.uolunt.lib.11.tit 14.num.10. & poſt,
Io.de Anan.Ias. & alios huiuſmodi argumé-
ti genere ſæpiſſimè vtitur, Rot. ſignanter
coram Vbald.decis.166.num.5.& ſeq.coram
Card.Otthobon.decis.252. num.8. in rec. dec.
581.num.7.par.5.tom.2.

28 Preterquàmquòd in omnem caſum,quan-
do, etiam in vtraque diſpoſitione eadem
eſſet ratio, nihilominus, quando duæ con-
currunt regulæ, vna nempè affirmatiua,
pro-

propter quam repetitio fieri debet; altera uerò negatiua, propter quam fieri non debet, prævalet negatiua, *Dec. conſ.581. nu.8. Menoch. conſ.111. num.28. Odd. d. conſ.95. nu. 59. Giouagn. d. conſ.82. numer.128. circa med. verſic. taliſque argumentatio, lib. 1. Decian. conſ.17. num.40. lib.1. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 450. num.15.*

Vlteriùs, cum aduerſarius, qui eſt omninò extraneus, legatur vocatus ſub conditione negatiua; ſi, nempè, nullus ex proximioribus teſtatoris extaret, non ſufficit allegare, quòd nullus ſuperfuiſſet tempore obitus hæredis grauati, qui haberet qualitates à teſtatore requiſitas; ſed oportet probare, nullum in futurum extare potuiſſe.

29 Regulare enim eſt in huiuſmodi fideicommiſſis ſucceſſiuis ſub conditione negatiua conceptis, vt ſequens admitti non debeat; donec adeſt ſpes, quód in gradu præcedenti perſonæ capaces poſſint adeſſe, & ſuperuenire, qua ſpe pendente, fideicommiſſum remanere debet in ſuſpenſo, & hoc vtique ſufficiat pro non admiſſione extranei ſubſtituti, vel ſequentis in gradu, *l. antiqui 3. ff. ſi pars. hæredit. petat.* vbi, dum incertum eſt, an alter naſci poſſit, poſteriores non admittuntur in aliqua parte, nec æquales in gradu in totum, ſed, vel per totũ, vel portio ſtat in ſuſpenſo, & Iura integra manent naſcituro, *l. ſi duobus 16. in princip. ff. de legat.* 1. vbi, ſi duobus res coniunctim legata ſit, quamuis alter in rerum natura non fuerit, alter tamen ſolùm partem habet, ea ratione tantùm poſſibilis, & ſperatæ natiuitatis alterius coniuncti, prout ibidem explicat *Gloſ.* in verbo *deberi, Bart. Bald. Angel. Imol. Alex. & Iaſ.* qui dicit, ſolam potentiam impedire ius accreſcendi, & ſolùm coniuncto totum acquiritur, vbi ceſſat omnis ſpes, *leg. quamdiù 68. ff. de acquir. hæred. leg. cum in teſtamento, ff. de hæred. inſtit. l.1. §. ſi quis proximior, ff. vnde cognat.* ibi, *Si quis proximior, cognatus naſci ſperetur, in ea conditione eſt, vt dici debeat, obſtare eum ſequentibus, l.2. §. ſi verò apud hoſtes, ff. ad Senat. cõſult. Tertull.* ibi, *Si verò apud hoſtes eſt filius, vel naſci ſperatur, pendet ius matris, donec redierit, vel naſcatur, l. pen. in fin. ff. vnde liber. Angel. &* Imol. *in l. in tempus 62. in princip. ff. de hæred. inſtituend.* Romanus *conſil.134. numer. 5. verſic. ſed interpretatio, Surd. conſ.125. nu.20. verſic. reſponderi etiam poteſt, & num.32. verſic. ideò, & num.41. verſ. ſextum verò, & num.42. & ſeqq. & conſ. 405. num.11. lib.3. Pariſ. conſ.71. num.26. & ſeq. lib.4.* Menoch. *conſ.500. num.6. in fin. & 10. lib.5. Peregrin. conſ.53. num.29. & ſeq. lib. 1. Molin. de Hiſpan. primog. lib.3. cap.10. num. 17.* optimè *Cyriac. controu.205. num.74. &*
30 *ſeqq.* aſſerens, hoc procedere in quolibet incapaci, dummodò tractu temporis habilis fieri valeat, cum de nouo naſci dicatur, quando fit capax, alijſque adductis, *Caſtill. lib.5. controu. cap.91. num.38. & ſeqq. Card. de Luca de fideic. diſc.9. num.5. Franch. deciſ. 169. num.13. & ſeq.* ibique *de Luca in obſeruat. num.2. Ludouiſ. dec.338. num.10.* ibique *Add. num.16. Buratt. deciſ.322. num.13. Rot. in recent. dec.593. num.1. p.2.*

31 Præcipuè, quando, prout in præſentia, illi, qui poſſunt capaces fieri, ſunt magis cõiuncti cum Teſtatore; ſucceſſiuè verò vocati, vel ſunt extranei, vel minus coniuncti, *Surd. dict. conſ.125. num.29. Menoch. conſil. 1123. n.23. Cephal. conſ.318. n.46.*

32 Et in ſpecialibus terminis de extraneo ſubſtituto, in caſu, quo non extet aliquis ex deſcendentibus Teſtatoris, qui ſit Doctor *add. ad Ludouiſ. dict. deciſ.338. num.16. in fine, Card. de Luca de fideicomm. diſc.9. per tot.* ſignanter *num.9. Buratt. dec.322. num.13.* & egregiè *Rot. in recent. dec.43. num.6. & ſeq. & num.14. & ſeq. p.14.*

33 Idque, ea potiſſimùm ratione, quia ſubſtitutio concepta in caſu non exiſtentiæ, utpotè negatiua, non poteſt dici verificata, niſi per reductionem ad impoſſibile, quód, ſcilicet, cum nullus ex vocatis in futurum extare poſſit; ideò ſubſtitutus in ſequentibus gradibus debeat admitti, iuxta theoricam *Bald. in l. Mutianæ 7. in fine, ff. de condit. & demonſtrat. Cyriac. d. controu.205. num.97. & ſeqq. Molin. de primog. hiſpan. d. lib.3. cap.10. num.17. Peregrin. de fideicomm. art.29. nu.9.* Rot. *in recent. d. dec.44. n.6. & 19. p.14.*

34 Præcipuè, quia non agitur de primogenitura, quæ, iuxta aliquorum ſententiam non poteſt, neque momento temporis ſtare in ſuſpenſo, ex deductis per *Molin. de Hiſpan. primog. lib.3. cap.10. num.38. & ſeq. Paz. de tenut. cap.34. nu.27. Theſ. Iun. lib.1. quæſt.34. num.24. & ſeq. Larrea deciſ.51. num.32. Rot. in recent. dec.424. num.37. & ſeq. part.9. & dec.95. part.11.* Et Nos alibi diximus; ſed potiùs de fideicommiſſo, quod poteſt ſtare
35 pendulum, quouſque qualitas per Teſtatorem requiſita impleatur, *l. in tempus 62. ff. de hæredib. inſtituendis,* Roman. *dict. conſil.134.* Ruin. *conſil.22. num.15. lib.2. Surd. conſ.125. Menoch. conſ.105. num.61. & conſ.473. nu.19. Natt. conſ.675. nu.6. & ſeq. Molin. de primog. hiſpan. lib.3. cap.10. num.26. & ſeq. & nu.31. Caſtill. controu. Iuris lib.5. cap.91. num.38. Card. de Luca de fideicomm. diſc.9. num.5. Buratt. deciſ.323. num.13.* quidquid in contrarium dixerit *Caſtr. conſ.16. lib.2.* edito in eadem cauſa, in qua ſcripſit *Romanus* loco proximè laudato, cum quo nonnulli eius Aſſeclę aberrantes à communi non rectè pertranſeunt.

Huiuſmodi verò negatiua; quòd noſter

principalis non habeat qualitates á Teſta-
36 tore requiſitas, abſque dubio eſt ab aduer-
ſario concludenter probanda, cum ſit funda-
mentum ſuæ intentionis, illamque deducat
pro remouendo conſanguineo iam admiſſo,
& poſſeſſore, iuxta receptam diſtinctionem,
Cin. in l. actor, num. 1. verſ. nego te ſcire, Cod. de probat. ibique *Salicet. nu. 10. ante finem, verſ. aut è contra petit, Bart.* & alij *in l. in illa. ff de verbor. oblig. Pacian. de probat. lib. 1 cap. 36. num. 32. verſic. ſecundo caſu, et cap. 53. nu. 42. verſ. cæterùm, & lib. 2. cap. 41. num. 7. Rot. in recent. dec. 6. n. 12. p 4. tom. 2.*

In præſenti autem per aduerſarium, non ſolùm nihil fuit probatum ſuper huiuſmodi negatiua; ſed in facto luculenter oſtenditur, noſtrum principalem Doctoratus laurea fuiſſe inſignitum anno 1645. à quo tempore ſtatim incepit exercere honorabile munus Procuratoris in Vrbe, cum continuatione vſque ad obitum Dominici ultimi hæredis grauati.

Neque alicuius momenti eſt obiectum, quòd exercitium decennale Procuratoris, quod ſolùm controuertitur, non fuerit completum ante euentum fideicommiſſi, deficiētibus paucis diebus.

Siquidem omiſſo, quòd defectus tàm
modici temporis non tolleret effectum de-
37 cennij, prout in fortioribus terminis cen-
tenariæ dixit *Pariſ. conſil. 32. num. 6. lib. 3. Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 7. num. 63. Pacion. de locat. cap. 14. num. 7. Puteus dec. 204. in fin. lib. 2. in correct. Merlin. dec. 60. num 6. & deciſ. 45. num. 4. Buratt. dec. 142. num. 9.* ibique *add. lit D. Rot. in recent. dec. 509. num 1. part. 5. tom. 2.* Quòdque ſatis, ſuperque ſit,
quòd noſter principalis ſtatim poſt ſuſceptā
38 lauream Doctoratus exhibuerit ſe paratum
exercitio Procuratoris; cum ad hunc effectum ſufficiat applicatio, vnà cum potentiali exercitio, & habitudine exercendi, quoties ſe offerret occaſio; vt in ſimilibus terminis, *Lotter. de re benefic. lib. 2. quæſt. 28. num. 50. & ſeq.*

Adhuc aduertendum, ſublataque remanet difficultas, quòd, attentis codicillis anni 1641. qui tamquàm confirmati anno 1651. continent poſtremam diſpoſitionem præcisè ſeruandam, ex ſupra deductis, qualitas exercitij per decennium eſt expreſsè reſtricta ad Notariatum, ibi: *che ſia ò Dottore, ò vero Notaro, che habbi eſercitato il Notariato fuori di Monte S. Martino, al meno per dieci anni.*

Et quamuis in teſtamento condito anno 1645. fuerit dictum: *Che ſia, ò ſia ſtato Notaro, ò Dottore, che habbia eſercitato officij per diece anni continui;* huiuſmodi tamen verba, *che habbia eſercitato officij*, ſunt referenda ad Notarium, cui magis conueniunt; non autem ad Doctorē; nomē enim officij magis
propriè adaptatur Notario, qui dicitur exer-
39 cere officiū publicū, *Rouit. in Rubric. Pragm. de Notar. in fin.* quàm Doctori; ideòq; rela-
tio exercitij eſt facienda ad Notarium, cui
40 attenta ratione recti ſermonis magis con-
uenit, quamuis, inſpecto verborum ordine, ſit remotior, *Crauett. conſil. 548. nu. 21. Surd. conſil. 431. num 64. Cephal. conſ. 599. num. 20. lib. 4. Menoch. conſil. 220. nu. 78. & conſ. 399. num. 48. & ſeq Rimin. Iun. conſ. 389. num. 63. Spad. conſil. 112. num. 8. lib. 3. Altograd. conſil. 48. nu. 28. & ſeq. lib. 1. Rot. in recent. dec. 238.*
41 *num 4. par. 3.* Signanter pro effugienda
contrarietate reſultante inter codicillos anni 1641. & teſtamentum anni 1645. Quo caſu relatio eſt facienda ad Notariatum, quamuis remotiorem, *Caſtrenſ. conſ 14. lib. 2. per tot. Crauett. conſ. 70. num. 10. et ſeq. Caſanat. conſ. 147. num. 121.*

Huiuſmodi verò intellectus optimè remanet comprobatus ex codicillis anni 1641. in quibus qualitas decennalis exercitij ſoli Notario legitur adiecta. Regulare enim eſt, vt verba dubia teſtatoris declarentur ab alia eius diſpoſitione, in qua clariùs fuerūt
42 intellecta, *Surd. cōſ. 468. n 8 & ſeq. Pariſ. cōſ. 3. n. 40. lib. 3. Becc. conſ. 121. ſub n. 9. verſ Secūdo hoc maximè, Card. Mātic. de cōiecturis lib. 6 tit. 13. num. 10. Bich. deciſ. 602. num 14.* & in
ſpecie, quòd interpetratio voluntatis teſta-
43 toris ſumi debeat á primis codicillis ad ſe-
cundos optimè poſt *Alex. conſ. 204. nu. 13. lib. 3. Gratian. cap. 771. nu. 4. uerſ. quæ uoluntas, & ſeq.*

44 Idque, etiā ſi codicilli anni 1641. haberētur pro reuocatis; cum nō ſit á Iure abſonum, vt, etiam ex teſtamento nullo, ſeu reuocato, teſtatoris voluntas recipere poſſit interpretationem, *l fin. ff de reb. cor.* ibique *Bart. idem Bart. in l. 2. § teſtamentū, ff quemadmodum teſtam. aper.* aſſerens, noſtra intereſſe habere teſtamentum imperfectum, vel reuocatum pluribus ex cauſis, & maximè, quia per tale teſtamentum declaratur intentio alterius ratione voluntatis, *Ruin. cōſ. 153. num. 2. lib 2. Dec. conſ. 515. num. 7. Crauett. conſ. 547. num. 5. lib. 3. & conſ. 113. nu. 6. Decian. conſ 3. num. 36 lib. 1. & conſ. 34. nu. 32 lib. 3. Peregrin. conſ 67. num. 5. lib. 3. & conſil. 54. num. 18. lib. 4. Becc. conſ. 213. num. 38. Turrett. conſ. 1. num. 156. & ſeq. lib. 2. & conſ. 17. num. 25. & 31. lib. 3. Bero, conſ. 1. num. 19 lib. 2. Honded. conſ. 64 num. 30. lib. 2. Iaſ. conſ. 153. col. 2. circà princip. lib. 2. Colleg. Ferratien. inter conſ.* Rimin. Iun. *conſ. 214. nu. 32. Rip. conſ. 132. num. 13. Gabr. conſ. 27. num. 28. lib. 1. Cyriac. contron. 263. num. 46. & 577. nu. 21. Bellon. de his, quæ fiunt in contin. cap. 37. ſub n. 8. uerſ. quæ lex, Ioſeph. Ludouic. cōmun. concluſ. 58. in ult. col. uerſ. declara primò, Card. Mant. de coniect. ult. uolunt. lib. 3. tit. 20. num. 4. uers.*

ſed

ſed licet, Surd.dec.152.num.18.Caſtill.lib.5. controu.cap.108. num.23. egregiè, & latè, *Fontanell.dec.89.num.7.& ſeqq.* Hinc meri-
45 tò dixit Imperator, in *leg.unic.§. et cum triplici, Cod.de Cad.Tollend.* prodeſſe ſcire antiqua Iura correcta, quia per illa declarantur noua.

Tandem neceſſitas decennalis exercitij ex alio fundamento ſublata remanet, ea animaduerſione adhibita, quòd verba illa, *che ſia, ò ſia ſtato Notaro, ò Dottore, che habbia eſercitato*, continent duas qualitates, vnam, nempè actualem, & de præſenti; alteram de præterito; in actuali non requiritur á Teſtatore exercitium decennale; ſed ſolùm dicitur *Sia*; in præterito verò requirit continuationem exercitij, *ibi, Sia ſtato, che habbia eſercitato*; Ideòque decennium reſpicit, hunc vltimum ſtatum præteritum; cumque huiuſmodi duæ qualitates actualis exercitij, & præteriti fuerint per modum alternatiuú
46 requiſitæ, ſatis ſuperque eſt, ſi vna tantùm concurrat; hæc enim eſt natura alternatiuæ, vt vno contentetur, neque omnium expoſtulet concurſum, *l. ſi hæredes plures, ff. de condit. et demonſtrat. l. ſi ita quis, ſtipulatus fuerit, ff. de verbor. oblıgat. l. plerumque, ff. de Iur. dot. cap. in alternatiuis de regulis Iuris in 6. Surd. conſ. 339. nu. 10. Menoch. conſ. 1110. num. 3. Ciriac. controu. 174. nu. 19. Peregrin. de fideicomm. art. 13. num. 34. Caren. reſolut. 96. num. 2. Bich. dec. 58. num. 9. Rot. in rec. dec. 329. num. 15. p. 6.*

ARGVMENTVM.

Diſpoſitio Teſtatoris tribuens hęredi facultatem legandi vni, vel pluribus perſonis omninò incertis, à Iure improbatur; ſecus aſſerendum, ſi legatum conferatur in arbitrium ipſius hæredis, vel tertij; quo non arbitrante, vindicat ſibi locum arbitrium boni viri.

Teſtes ad hoc, vt probent nouam Teſtatoris voluntatem, requiritur, quòd ſpecificè ad illum nouum actum diſponendi fuerint rogati, neque ſufficit ipſorum deſcriptio, & rogitus in Teſtamento.

Per vnicum Teſtem, an, & quando voluntas Teſtatoris probari valeat. Ad intellectum *legis Theopompus 15. ff. de dote prælegat.*

Præſumptio Iuris deducta ex *l. miles 11. §. defuncto, ff. ad l. Iuliam 11. de adult.* in quibus caſibus procedat, & an eadem præſumptio obſtet, quoties ſpuria filiatio eſt magis proficua.

Nominatio perſonæ incertæ de certis eligendæ, quoties a Teſtatore eſt in hæredem collata, an, & quando poſſit ab eodem hærede reuocari. Ad intellectum *leg. quem hæredi, 26. ff. de reb. dub.*

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio Teſtatoris tribuens hæredi facultatem legandi vni, vel pluribus perſonis omninò incertis à Iure improbatur, & de ratione.*

2 *Secus aſſerendum, quando legatum confertur in arbitrium, vel ipſius hæredis, vel tertij.*

Hærede non arbitrante, vindicat ſibi locum boni viri arbitrium.

3 *Quid ſi conferatur in voluntatem tacitam.*

4 *Quid aſſerendum, ſi agatur fauore libertatis.*

5 *Mutatio vnius diſpoſitionis in aliam, nona dici debet diſpoſitio.*

6 *Ideòque eſt probanda, vel per ſeptem teſtes.*

7 *Vel ſaltem per quinque.*

8 *Quoties agitur de declaranda Teſtatoris voluntate, quatenus verba eſſent dubia, ſufficiunt teſtes, etiam ſingulares.*

9 *Si verò agatur de probanda aliqua qualitate, ſeu circumſtantia, ſufficiunt duo teſtes.*

10 *Teſtes, ad hoc, vt probent nouam Teſtatoris voluntatem, eſt pernecesſè probandum, quòd fuerint rogati ad illum nouum actum diſponendi, deponendo, Teſtatorem perfectè, & deliberatè ita diſponere voluiſſe.*

11 *Non ſufficit Teſtium deſcriptio, & rogitus in teſtamento, cum ſolùm operetur quò ad ſcripta in teſtamento; non autem quò ad alia, de quibus in eo nulla ſit mentio.*

12 *Per vnicum teſtem Teſtatoris voluntas probari, & declarari valet.*

13 *Intellige, vt concluſio ſit intelligenda, quando Teſtator, nedum ſecretò commiſit alicui præſenti ſuam voluntatem illius ſequendo fiduciam.*

14 *Sed vlteriùs requiritur, quòd hæredi, vel alicui tertio commiſerit declarationem ſuæ voluntatis.*

15 *Adulter non poteſt adulteræ legare.*

16 *Præcipuè, quando eſt vir Illuſtris, ac Miles.*

17 *Præſumptio Iuris eſt, vt quis ſit potiùs filius mariti, quàm adulteri.*

Idque, etiam ſi probetur, Mulierem tempore conceptionis cum alijs concubuiſſe.

18 *Præcipuè, quando probatur aliqualis cohabitatio Mariti cum Vxore, ſaltem circa tempus conceptionis.*

19 *Idque, etiam ſi eodem tempore alij aditum ad vxorem haberent.*

20 *Supradicta Iuris præſumptio comprobatur, quoties, quis in libro Baptiſmatis reperitur deſcriptus vti filius Viri, & Vxoris, eodem Viro Baptiſmati præſente.*

21 *Baptiſmus eſt actus ad parentes ſpectans, in quorum fide ſit illa fidei profeſſio.*

22 *Idque, etiam ſi factum fuiſſet ad cohoneſtandam Matris æſtimationem, quia præſumptio matrimonij illam ſuperat.*

Re-

Digitized by Google

Reprobantur Pariſ. & Decian. *contrarium affirmantes.*

23 *Amplia, etiam ſi maritus non fuerit continuò cum Vxore moratus.*

Refelluntur Alciat. & Menoch. *qui fuerunt in contraria ſententia.*

24 *Potiùs eſt præſumendum honeſtum poſſibile, quòd, nempè, filius ſit natus ex matrimonio, quàm poſſibile inhoneſtum, quòd ſit procreatus ex adulterio.*

25 *Auctoritates contrariæ procedunt, quando concludenter probatur, filium natum eſſe in domo alicuius, vbi mater retinebatur arctiſſima cuſtodia ſub ſchemate concubinatus.*

26 *Præſumptio* l. miles, §. defuncto, ff. ad leg. Iul. de adult. *procedit fauore ipſius filij, & quando ab ipſo allegatur; ſecus, quando filiatio ſpuria vtilior eſt ipſi filio, eamque ad ſui commodum allegat.*

27 *Intellige, quatenus filius alleget legitimam filiationem à parentibus prouenientem, atque agatur de ſuccedendo in bonis paternis.*

Secus, quando pro fundamento ſucceſſionis, vel conſequutionis legati deducitur filiatio ex adultero.

28 *Quoties tantummodò eſt quæſtio de præſtandis alimentis, lite pendente ſuper filiatione adulterina, leuiores ſufficiunt probationes.*

29 *Quando agitur de magno præiudicio, veluti de ſucceſſione, legato, vel ſimilibus, filiatio adulterina eſt concludenter probanda.*

30 *Diſpoſitio facta ſub falſa credulitate, quòd quis ſit filius diſponentis, dum talem non fuiſſe detegitur, corruit.*

31 *Nominatio perſonæ incertæ de certis eligendæ; quoties à Teſtatore eſt in hæredem collata; tunc, cum electio nomine defuncti facta dici debeat actus neceſſarius, reuocari non poteſt.*

Intellectus text. in l. quem hæredi, ff. de reb. dub.

32 *Simplex facultas, quoties à Teſtatore eſt data hæredi legandi vni, vel pluribus omninò incertis; tunc diſpoſitio dici non valet facta à Teſtatore, ſed potiùs ab ipſo hærede diſponēte; à quo nominatus Ius habere dicitur.*

33 *Diſpoſitio facta per actum vltimæ voluntatis eſt reuocabilis vſque ad mortem, etiam nuda voluntate.*

34 *Nominatio, quoties eſt legitimè reuocata, nullum Ius poteſt dici quæſitum nominatis, idque non obſtante Iuramento.*

35 *Schedula teſtamentaria, inuito Teſtatore, aperiri non poteſt.*

36 *Legata non debentur, niſi ære alieno deducto.*

37 *Alimenta, vt debeantur filio ſuper bonis fideicommiſſo obnoxijs, requiritur concludentiſſima filiationis probatio.*

38 *Alimenta neceſſaria debita filio adulterino, vel naturali, ex æquitate canonica ſunt taxanda prudentiſ Iudicis arbitrio.*

CAPVT XLIII.

NEQVE ex vi Teſtamentariæ diſpoſitionis Ducis Ceræ, neque attenta nominatione facta à Duciſſa hærede, ſolui debet annua præſtatio Aduerſariæ, eiuſque filio.

Si enim inſpiciatur tenor Teſtementi eiuſdem Ducis; cum illud tantummodó tribuat hæredi ſimplicem facultatem legandi vni, uel pluribus perſonis omninò incertis; hinc eſt, ut huiuſmodi diſponendi forma prorſus
1 à Iure improbetur, tamquám captatoria, cum ſit collata legati ſubſtantia in expreſſam, liberamque hæredis uoluntatem, prout ſunt Iura apertiſſima in *l. illa inſtitutio 32. ff. de hæred. inſtit. l. Senatus 43. §. 1. verſic. legatum, ff. de legat. 1. l. fideicommiſſa, §. ſi fideicommiſſum, ff. de legat. 3. l. nonnunquàm 52. ff. de condit. et demonſtrat. l. ſi ita legatum, §. illi ſi volet, ff. de legat. 1. l. fideicommiſſaria 46. ff. de fideicommiſſ. libert. l. unum 8. §. cum quidam, ff. de rebus dubijs, Douell. commentar. lib. 8. cap. 15.* ibique latiſſimè *Oſuald. Oroz de apic. Iur. lib. 2. cap. 9. num. 2. & ſeqq. Cuiac. lib. 2. obſeruat. cap. 2. lit. C. Alciat. conſ. 92. lib. 9. Cancer. Var. p. 3 cap 20. de legat. num. 90. & ſeq. Peregrin. de fideicom. artic. 33. ſub numer 52.* aſſerens, poſt *Raph. et Caſtr.* prædicta Iura, etiam in legatis procedere, *Facchin. controuerſ. Iur. lib. 5. cap. 58. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 503. num. 85. Roder. Suarez. in tract. de captat. volunt. nu. 3. Robles. de repreſentat lib. 3. cap. 10. num. 34. verſic. illa autem conditione expreſſa, Pecch. de teſtam. coniug. lib. 1. cap. 12. num. 2.* eruditiſſimus *Tarre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 6. nu. 91. verſ. & ob id, & ſeqq. & n. 112. & ſeqq. de Marinis cap. 245. num. 5. lib. 1. Tondut. reſolut. ciuil. cap. 110. num. 18. part. 2. Duran. de condit. impoſſibil. part. 3. cap. 4. num. 8. Hodiern. ad Surd. dec. 98. n. 16. et ſeqq.* voluntas namque Teſtatoris eſt, quæ vltimas voluntates regit, non aliena *in l. in conditionibus, leg. Pater Seuerinam, ff. de condit. et demonſtrat.*, & admittit concluſionem, *Card. Caualer. dec. 374. numer. 1.*
2 quando prout in præſentia, legatum eſt collatum in liberam hæredis voluntatem, quid quid contrarium aſſerendum. Vel, quando illud confertur in arbitrium, uel ipſius hæredis, uel tertij, in quibus terminis intelligenda Iura, *in l. 1. § 1. in fin. ff. de legat. 2. l. fideicommiſſaria 46 §. quod ſi ita, ff de fideicomm. libert. l. Thais 41. §. ſororē, ff. eod. leg. ſi filiæ Pater, ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa, §. quamquàm, ff. eod. l. ſi ſic legatum, ff. de legat. 1. leg. ſiſit in princip. ff. eod. Douell. comment. Iur. lib. 8. cap. 15.* ibique *Oſuald. lit. D. Alexand. conſ. 165. numer. 3. lib. 6. Peregrin. conſil. 55. numer. 3. lib. 3. et de fideicomm. art. 33. num. 65. Surd. conſ. 380. nu. 5. lib. 3. & conſ. 264. num. 23. lib. 2. Durand. de condit. part. 3. cap. 4. num. 26. Altograd. Iur. contron. 43. num. 10. & ſeq. de Mariu. dict. cap. 245. num. 3. & ſeqq. lib. 1. Roder. Suarez. de captat. voluut. num. 17. verſ. fallit ſecundò. Cirlac. controu. 548. num. 19. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 3. cap. 6. num. 132. & num. 95. & 98. verſ. & pariter, & ſeqq. Sim. de Petr. de interpret. vlt vol. lib. 3. interpret. 1. dub. 4. ſolut. 1. num. 9. in fin. fol. 186. Facchin. cōtrou. Iur. lib. 13. cap. 23. Vaſq. de ſuc-*

ſucceſſ.creat.lib.2.§.17.requiſit.27. num.79. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.503. n.58. Cardin. Canaler. deciſ.374. num.1.& ſeqq. vbi, quòd hærede non arbitrante, vindicet ſibi locum boni Viri arbitrium.

3 Vel quoties confertur; in voluntatem
tacitam; non autem expreſſam, quia ea voluntas, quæ intelligitur, non nocet, quæ ipſa, ſi exprimeretur, noceret, l.non numquam 51. ff.de condit. & demonſtrat. ibi: Nonnunquàm contingit, vt quædam nominatim expreſſa officiant, quamuis omiſſa tacitè intelligi potuiſſent, nec eſſent obfutura, & in his terminis loquuntur ex aduerſo allegati, Donell. comment.dict.lib.8. cap.15. ibique Oſuald.Cuiac. lib.2.obſeru.cap.2.Oroz.de apic.Iur.lib.2.cap. 9.num.4.verſ.ita vt, quæ diſtinctio, neque etiam tranſit ſine difficultate, ex text.in l.1. ff.de legat.2. vbi Vlpianus nullam prorſus differentiam agnoſcit inter conditionem, ſi Titius Capitolium aſcenderit, quæ dicitur voluntas tacita, & conditionem, ſi voluerit, quæ dici debet expreſſa, prout rectè aduertit Oroz. loco cit.num.5. Torre de pact.futur. ſucceſſ.lib.3.cap.6.num.98.& ſeqq.

4 Vel demum, ſi agatur fauore fideicom-
miſſariæ libertatis, in quo caſu loquitur text. ex aduerſo allegatus in l fideicommiſſaria 23.ff.de fideicomm.libert.quem refert Cuiac. dict.lib.2.obſeruat.cap.2.lit.D. ibi: Si libertas ita relicta fuerit ſub conditione, non eo animo, ut auctor dādæ libertatis hæres ipſe ſolus exiſteret, ſi hæres voluerit, libertas debebitur ſtatim, ut hæres annuerit, Acoſt. lib.1. ſelectar. cap.22. Duran.de condit.par.3.cap.4.num.38. Facchin.cōtrou.Iur.lib.5.cap 59. verſ.ego puto, Torre de pact futur.ſucceſſ.lib.3.cap.6.nu. 115.verſ.niſi tantùm.

Neque vllo Iure meretur attendi Confeſſarij atteſtatio, quòd, ſcilicet, Dux Teſtator inſinuauerit Ducíſſæ hæredi ſuam voluntatem ſuper prætenſa conſequutione annui legati aduerſariæ, eiuſque filio præſtandi.

Siquidem eſt animaduertendum; quòd, cū
huiuſmodi atteſtatio contineat probationē
nouæ voluntatis eiuſdem Teſtatoris hæredi
patefactæ ſuper prætenſo legato confiden-
tiali, cum omnimoda diſcrepantia, tám à
tenore Teſtamenti, quàm à declaratione
ipſius hæredis, de qua infra, utique huiuſ-
modi Teſtatoris voluntas, quæ eſt alia ab
ea, quæ legitur in Teſtamento; cum muta-
5 tio vnius diſpoſitionis in aliam noua dici
debeat diſpoſitio, Anton. Fab. in Ration.ad
Pandect.in l.quia arbiter 20.ff.de recept. Ar-
6 bitr. eſſet probanda, vel per ſeptem teſtes,
prout poſt Alex.in l.hæredes palàm, §.ſi quid
eſſet, ff.de teſtam.firmant, Surd.conſ.129.nu.
28.& 29.Gabr.conſ.112.lib.2. Oldrad. conſil.
287.Corn.conſ.18.lib.2.Dec.conſ.315.num.4.
verſ.ad hoc etiam reſpondeo, Honded.conſ.51.
num.76. lib.2. Bellon.Iun. conſ.7. in princip.
Guttier.pract. quæſt.180. benè Hodiern. con-
trouerſ.11.num.83.& ſeqq.Cardin.Mantic.de
coniect.vltim.volunt. lib.12. tit.16. num.10.
& ſeqq.& lib.5.tit.15.num.9.Sim.de Petr.de
interp.vltim.volunt.lib.1.interp.1. dub.3. ſo-
lut.5.num.28. Cancer.var.reſolut. par.3. cap.
20.num.408.& ſeqq.Gratian.cap.650. num.
14.& ſeqq.& num.22.& ſeqq. Aluarad.de
coniect.ment.defunct.lib.1.cap.3.à num.1. uſ-
que ad 7. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.6. gloſ.
3.par.5. num.67. Card.de Luca de legat. diſc.
33.& diſc.56.vtrobique num.3. Criuell.deciſ.
Dolan.126.num.9. Archiepiſc.Carrill.dec.84.
num.18.& ſeq.& deciſ.128.num.24.& ſeqq.
Rot.in recent.deciſ.148.num.8.par.11.

7 Vel ſaltem per quinque teſtes, l.hæredes
palàm, §.ſi quid poſt, vbi Doctores, præcipuè
Bart.& Bald.ff.de teſtam.Natt.conſ.363.num.
16.& 19.verſ.opus eſt igitur, Menoch. lib.4.
præſumpt.36.num.15.& ſeq. Cardin.Mant.de
coniect.lib.12.tit.16.num.10.& ſeq.verſ.ſcri-
bit etiam, & admittit Rot.in recent. dec.257.
num.7.& ſeq. par.7. quando, prout in præ-
ſenti themate, agitur de probanda noua te-
ſtatoris diſpoſitione; quidquid ſit, ſi eſſet
8 quæſtio de declaratione voluntatis; quate-
nus verba eſſent dubia, quo caſu ſufficiunt
teſtes, etiam ſingulares, & in his terminis lo-
quuntur ex aduerſo allegati, Caſtr.conſ.395.
num.1.lib.2.Aym.conſ.73.nu.3.& conſ.714.
num.16.Soccin.Iun.conſ.178.num.6.& ſeqq.
lib.2.Surd.conſ.129. num.28. in fin. & conſil.
356.num.12.& conſil.94.num.47. Gabr.conſ.
51.num.8.lib.2.Sim. de Petr.conſ.67. nu.12.
Cardin. Mantic. de coniect. lib.12. tit.16. ſub
num.2.& ſeq.& num.20.Card.Seraphin.deciſ.
1302.num.1.Card.Canaler.deciſ.381.n.6.&
ſeq.Bich.dec.18.n.2.

9 Vel quoties ageretur de probanda aliqua qualitate, uel circumſtantia, ſeu accidente, ſine quo non poſſet diſpoſitio Teſtatoris ſuum ſortiri effectum, uel ſaltem eo modo, quem Teſtator cogitauit, & uoluit, tunc ſufficiunt duo Teſtes, Bart.in l.1. Cod. de codill. num.2.& in l.cum proponebatur 66.num.3.ff. de legat.2.Alex.conſ.100.num.12. lib.4. Maſcard. de probat. concluſ.486. num.1. & ſeq. Card.Mantic.de coniect.vltim.volunt. lib.12. tit.16.num.2.Bellon.Iun.conſ.7.num.1.Capyc. Latr.conſult.143.num.43.& ſeq.lib.2.

10 Quinimmo eſſet pernecesſe probandum, quòd teſtes fuerint rogati, & adhibiti ad hanc prætenſam nouam uoluntatem; eſſet enim neceſſarium, eos deponere, Teſtatorem perfectè, & deliberatè ſic uoluiſſe diſponere, Bald. conſ.12. num.3. lib.2. Bellon.Iun. conſ. 7.num.7.Cardin.Mantic.de coniect.lib.12. tit. 16.num.3.& 12.Cardin.Seraphin. dec.1357. num.8.Archiepiſc.Carrill.d.dec.84.n.21.

11 Neque ſufficit, quòd fuerint etiam deſcri-

pti,

pti, & rogati in Teſtamento; eorum enim rogitus tantummodò operatur quò ad ſcripta in Teſtamento; non autem quò ad alia, de quibus in eo nulla fit mentio, optimè *Surd.conſ.147.num.15. Carrill.dict.deciſ.84, num.22.*

12 Nullatenus uerò ſubſiſtit obiectum, quòd, cum Teſtator ſuam uoluntatem Confeſſario tantùm patefecerit, in hoc caſu uni etiam, quantùmuis ſingulari, fides ſit adhibenda, tàm reſpectu quantitatis legati, iuxta terminos *l. Theopompus* 14. cum ibi notatis, *ff.de dot.præleg.* quàm reſpectu perſonæ, cui legare uoluerit, ex adductis per *Cardin.Mantic.de coniect.vltim.volunt.lib.3.tit.1.n.16.*

13 Nam concluſio, quòd per vnicum teſtem Teſtatoris uoluntas probari ualeat, eſt intelligenda cum grano ſalis; quando, nempè, teſtator, nedum ſecretó commiſit alicui præſenti ſuam uoluntatem, illius ſequendo fiduciam, in quibus terminis procedit diſpoſitio *dict.l. Thepompus*, *Soccin. in l.ſi ita ſcripſero, num.3. ff de condit. & demonſtrat. Card.Mant.de coniect.lib.3.tit.1.nu.13.& 15.* ubi, quòd non ſit ei credendum, niſi probauerit, eam fuiſſe Teſtatoris uolũtatẽ, *Couarr.* in *cap. cum ſibi, de teſtam in fin.* Capyc. *Latr. conſult.143.nu.39.lib.2.* & quotquot auctoritates ex aduerſo allegantur, etiam circa fiduciariam diſpoſitionem per ſolum hæredem, uel teſtem ſingularem probandam de quæpoſt *Caſtr.conſ 395.nu.1.verſ. hi quidem textes lib.2. Card.Caualer.deciſ.381.nu.6.& ſequent.*

14 Sed ulteriùs copulatiuè requiritur, quòd Teſtator hæredi, uel alicui tertio commiſerit declarationem ſuæ uoluntatis, prout colligi ex Iuribus ſuperiùs allegatis, firmant ex aduerſo adducti, *Card.Mantic.de coniect. vltim.volunt.dict.lib.3.tit.1. num.16.verſ & quidem ex verbis Teſtamenti conſtare debet, Maſcard.de probat.concluſ.486.num.5. Barry de ſucceſs.lib.10.tit.11.num.15.verſ.caterum, Capyc.latr.d.conſult.143.n.41.lib.2.*

Hinc eſt, ut, cum neutrum concurrat requiſitum in præſentia, non quidem primùm, quia Teſtator conceſſit liberam facultatem hæredi abſenti legandi uni, uel pluribus ſibi benè uiſis; licèt Confeſſarius inſinuauerit heredi aſſertam uoluntatem defuncti ſatis à Teſtamento diuerſam: Minus etiam ſecundum, quia, inſpectis uerbis Teſtamenti, nullatenus depræhendi ualet, uoluiſſe Teſtatorem committere declarationem ſuæ uoluntatis, uel hæredi, uel Confeſſario; meritò termini dictæ *l.Theopompus*, utpotè omninò extranei, nullo prorſus Iure conueniunt.

Sed ulteriùs, adhuc (ſine ueri præiudicio) admiſſa probatione uoluntatis Teſtatoris ex depoſitione Confeſſarij, legatum eſt omninò nullum, tàm reſpectu aduerſariæ, cui, utpotè Adulteræ ab Adultero legari non
15 poterat, *cap.donare eam ſeq.86.diſtinct.leg. Claudius Seleucas, ff.de his quib.vt indign. Euerardus conſ.156. Capra.conſ.127. Couarr.in cap.peccatum part.2.§.2.num.2. de regul.Iur. Gratian.cap.31.num.16. Peregrin. de Iur.fiſc. lib.2.tit.9.num.2. Barry de ſucceſs.lib.1.tit.9. num.21.ante finem, verſ.certè adulter, Papon. arreſt.lib.22.tit 9. Arreſt.11. Tepat.variar.lib. 2.tit.de inutilib diſpoſ.colum.5. verſ.Mulier adultera, Card.Seraph dec.46 per totã, Chriſtin. deciſ.Belg* 200. *num.17.* Præcipuè, quia
16 Dux erat uir Illuſtris, ac Miles, *l.Miles, ita, §.mulier, l.mulierem, ff.de his quib.vt indign. Roman.conſ.43.* Ruin. *conſ.190.num.32.lib.3. Peregrin. de Iur.fiſc.d.lib.2.tit.9. numer.3.8. & 10.*

17 Quàm reſpectu Pauli Æmilij, cui, tãquàm pretenſo Ducis filio, legatum ſupponitur factum, obſtante legali præſumptione, quòd cenſeri debeat filius Mariti Aduerſariæ, iuxta celebre reſponſum *Papiniani*, communi Doctorum ſenſu, ita intellectum in *l. Miles; §.defuncto, ff.ad leg. Iul.de adulter.* ibique, *Bart.* dicit, id uerum eſſe, etiã ſi probaretur, Mulierẽ cum decẽ Scholaribus tẽpore conceptionis concubuiſſe, *Cyn.in l.ſi viciais*, ibique, *Alberic.num.3.Cod.de nupt.* Bald. *in leg. filium in 1.lectura, ſub num 11.verſ.item nota, ff.de ijs, qui ſunt ſui, vel alieni* Iuris, & in *l.ſi matre num.2.* ubi, quòd ſit textus notabilis, & non ſit alibi, *Cod.de ſuis, & legitimis, & conſ.379.in fin.lib.3.* aſſerens, quòd ille eſt textus, cui par alibi non reperitur, & eſſe ſingularem dicit, *Angel.in l.ſeptimo menſe num 2.ff.de ſtat.homin.* illumque ad hoc inducunt, *Abb.in cap.per tuas in.3.notab de probat.& in cap accedens 14 in fin de purgat.* Canon. *Gugliel.de Benedic.in cap.* Rainutius, *in 3. part.* in uerbo, *quæ filium ex ea ſuſcipiens*, ubi, etiam, ſi probaretur, quòd eadem nocte conceptionis, etiam cũ adultero rem habuiſſet, *Couarr de ſponſal.part.2.cap. 8.§ 3.num.8 Caſtr.in conſ 115. num.3. lib 1. Alex.conſ 88 num.8 lib.7. et conſ.157. nu 2. lib.5. Neuizan.conſ.34.et in ſilua Nupt. lib.1. num.51. Curt.conſ.31.num.3. lib.1. Giouagn. conſil.6.num.34 et ſeq. lib.1. Roland.conſ.49. num.23 Manent.conſ.136.nu.3. Decian.reſp.1. num 73.lib.3. Natt.conſ.205.num.1. Soccin. Iun.conſ.86.num 44. lib.2.* Berous *conſ* 161. *num.7.lib 2. Marſil.ſingul.530.nu.2. Valaſc. conſult.134.num.3. Vaſq.controu.illuſtr.lib.1. cap.48.num.21. Alciat. præſumpt.37.part.3. Menoch.præſumpt.53.nu.1.et ſeqq.lib.6 et de arbitr. caſ.89. num.20. Gaill.obſeru.97. num. 1. Arias de meſa*, olim egregius præceptor meus in Neapolitana Accademia *lib.3. variar c.39.n.1. Peregrin.deciſ 9.n 2. Gamm.deciſ.Luſit.142.* ibique *Flores de Ment. in addit. Boer.199.num.3.* latè, alijs congeſtis, *Peregr.*

dec.

dcc.Patan.9.num.2. Epiſcop.Sperell.dcc.174 num.5.et 6. Merlin.decíſ.736.num.1.ct deciſ. 488.num.15. Card.Millin.deciſ.138. num.1. Coccin.dceiſ.7.num.1.Dunozctt.Iun.dec.977. num.3.Card.Cerr.deciſ.672.nu.1.et ſeqq. Rot. in rec.dec.347.n.2.part.12.

18 Probata præſertim, prout in hoc caſu, aliquali cohabitatione Mariti cum Vxore adverſaria, ſaltem circa tempus conceptionis, Dec.in cap. per tuas, verſ. ſecundus caſus de probat.Surd.conſ.1.num.54.& ſeq.Decian. conſ.1.num.128.verſ.non obſtat lib. 3. etiam;
19 quòd eodem tempore alius aditum ad vxorem haberet, Decian.d.conſ.1. lib.3. Lotterius de re Benefic.lib.2. quæſt.48. num.52. Epiſc. Sperell.d.dec.174.num.8. & ſeq. add. ad Buratt.deciſ.725.nn.24.& ſeq.Merlin. dec.488. num.18.Rot.in rec.deciſ.164.num.1.par.3.

20 Præcipuè, quia eadem præſumptio Iuris remanet comprobata, dum Paulus Æmilius in libro Baptiſmatis reperitur deſcriptus, vti filius Viri, & Vxoris, eodem Viro Baptiſmati præſente, Berons conſ.162.num.9. lib.2.Natt.conſ.434.num.11.Surd. conſ.1.nu. 45.Lancellott.Gall.conſ.15.n.105.verſ.prætcred, qui id admittit, ſtante patris præſentia, Capyc.latr.dceiſ.166.num.52.& ſeq.Rot.Bonon.in conſ.vnic. impreſſo poſt dec. Barz.num. 55.Coccin.dec.7.num.4.in fin.Vbald.dec.235 Merlin.deciſ.488. num.5. Card. Ottbobon.deciſ.251.num.2.Rot.in recent. deciſ.263. num. 10.& dec.347.n.38.& ſeqq. par.12.Epiſcop. Sperell.dec.174.nu.28.et duob. ſeqq.

21 Baptiſmus enim eſt actus ad Parentes ſpectans, in quorum fide fit illa fidei profeſſio, cap.maiorum de Baptiſ. cap. quæris de conſecrat.diſtinct.54.Surd.d.conſ.1.num.4.Merlin. d.deciſ.488.num.6.Epiſc. Sperell.d.deciſ.174. num.29.

22 Idque, etiam ſi factum fuiſſet ad cohoneſtandam Matris extimationem, quia præſumptio Matrimonij illam ſuperat, Rot.Bononien.in conſ.vnico impreſſ.poſt dec.Barz.nn. 55.verſ.nec obſtat.Epiſc.Sperell. d.deciſ.174. num.30.Penia,dec.667. num.6. Rot.in recent. deciſ.347.num.40.part.12. Quidquid in contrarium dixerint aberrantes à communi ex adverſo allegati, Pariſ.conſ.10.num.87.lib. 2.Decian.conſ.1.ſub num.131.lib.3.

23 Vel, etiam ſi maritus non fuerit continuò cum Vxore moratus, Sperell.d.dec.174 num.10. verſ. nec enim, vbi rectè reprobat, Alciat.reg.3.præſumpt.37.num.5. & reſponſ. 389.ſub num.2.& reſpon.510.in fin.Menoch. conſ.687.ſub num.11.lib.7. contrarium ſentientes; Potiùs enim eſt præſumendum
24 honeſtum poſſibile, quòd, nempè, filius ſit natus ex matrimonio, quàm poſſibile inhoſtum, quòd ſit procreatus ex adulterio; præcipuè, quia huiuſmodi præſumptio Chriſtianæ pietati videtur, etiam ſatis conformis, prout egregiè, iuxtá morem, aduertit Card.Cerr.dec.672.n.4.

25 Nullatenus aduerſantibus auctoritatibus in contrarium allegatis, gloſ.in cap. Michael verbo, conſtiterit de fil.Presbyt. Abb.in cap. per tuas 10.num.2.de probat.& in cap.tranſmiſſæ, ſub num.9.& 10.qui fil.ſint legit. Alex. conſ.88.num.14.verſ.prætered lib.7.Iaſ.conſ. 125.col.2.verſ.ſed præmiſſis non obſtantibus, lib.4.Soccin.Inn.conſ.86.num.44.& ſeqq.lib. 2.Nevizan.conſ.34.num.39. & ſeq. Gozadin. conſ.13.num.45.46.& 49. Roland. conſil.22. num.32.lib.3.Pariſ.conſ.10. num.33. & ſeq. lib.2.Dec.conſ.657.ſub num.7.verſ.ibi tamen, Alciat.conſ.40.lib.6.Berou.conſ.162.ſub n.6. & 10.lib.2.Barbat.conſ.27.num.1.lib.1. Ancharan.conſ.10.num.33.lib.2. Surd. conſ.1.nu. 44.Spad.conſ.251.nu.10. lib.2. Alciat. regul. 3.præſumpt.37.num.13. Paſchal. de Patria poteſt.p.2. cap.2. num.33. & ſeqq. Creſp.de Valdaur. obſervat.23. num.5. & ſeqq. lib.1. Merlin.controv.86.num.36.lib.2. Vbald.dec. 155.num.2.Royas deciſ.159. num.9. Cardin. Cerrus deciſ.672.num.6.& ſeq. & dec.721. num.7.

Siquidem nullo Iure adaptantur in præſenti; loquuntur enim in terminis longè diuerſis, quando, nempè concludenter probatur, filium natum eſſe in Domo alicuius, vbi Mater retinebatur ſub ſchemate concubinatus in artiſſima cuſtodia, & ad quam neque viro, neque cuicumque alteri acceſſus patere poterat.

26 Prout neque, etiam meretur attendi, quòd præſumptio dictæ leg.Miles §.defuncto ff.ad leg.Iul.de adult. procedat fauore ipſius filij, & quando ab ipſo allegatur, ſecus aſſerendum, quando, prout in hac facti ſpecie, filiatio ſpuria vtilior eſt ipſi filio, eamque ad ſui cōmodū allegat, quia ad inuitos ſuum fauorem lex non protrahit, Aretin. in cap.per tuas, num.31.de probat. Gozzad.conſ. 13.num.48.verſ.prætered, Decian.conſ.1.num. 128.lib.3.Eugen.conſ.52.num.40. verſ.ſecundò quatenus, & duobus ſeqq. lib. 1. Burſatt. conſ.17.lib.1.Marcell.Marcian. conſ.51.nu.5. in med.Merlin.contron.86.num.37.lib.2.Merlin.deciſ.488.num.31.

27 Hoc enim eſt intelligendum, procedere; quatenus filij allegent legitimam filiationem à Parentibus prouenientem, atque agatur de ſuccedendo in bonis paternis, prout loquuntur, Gozadin. aliæque Doctrinæ ſuperiùs allegatæ; At, vbi pro fundamento ſucceſſionis, vel conſequutionis legati deducitur filiatio ex adultero; tunc veriùs eſt, quód adeó vrgeat contra ipſum filium ita pretendentem contraria legis præſumptio, vt duriori probatione adſtrictus

remaneat ad concludentem iuſtificationem
ſuæ aſſertæ filiationis, ut poſt *Surd. conſil.*
552. num. 24. Pariſ. conſ. 64. num. 5. et 6. lib 3.
Natt. conſ. 473. num. 26. in ſpecie ſatisfacien-
do obiectò optimè reſpondit, *Rota in recent.*
d. dec. 347. num. 30. et trib. ſeqq. par. 12. Card.
Cerr. d. dec. 672. num. 5.
28 Vel in omnem caſum obiectum poſſet pro-
cedere, quoties tantùmmodò ageretur de
præſtandis alimentis, lite pendente, ſuper fi-
liatione adulterina, de quo infra agetur;
quo caſu leniores ſufficerent probationes,
Couarr. pract. quæſt. cap. 6. num. 8. Surd. de
alim. tit. 1. quæſt. 112. num. 20. & ſeqq. Gabr.
conſil. 25. num. 13. & ſeqq. lib. 1. Gratian. cap.
567. num 27. & ſeqq. Buratt. deciſ. 756. nu. 4.
non autem de ſucceſſione, ſeu conſequutione
legatorum in præiudicium ſubſtitutorum;
tunc enim, ex infra firmandis, concludentiſ-
ſimæ probationes filiationis naturalis requi-
runtur.
His igitur firmatis, quæ in ſtricta Iuris
cenſura ſunt omninò abſoluta; ſomniata fi-
liatio Pauli Æmilij cum penitus corruat,
ſtante præcipue infæcunditate Ducis ſatis
in Vrbe notoria, neque illa per vrgentiſſi-
ma argumenta probetur, quando agitur,
prout in præſentia de magno præiudicio ve-
luti de ſucceſſione, legato, vel ſimilibus,
29 quidquid ſit quò ad alimenta, lite pendente,
præſtanda, iuxta receptiſſimam diſtinctio-
nem, de qua *Iaſ. conſ. 106. num. 2. & ſeq. verſ.*
ſecundò, lib. 1. Gozadin. conſ. 13. ſub num. 21.
verſic. decimoquinto, Alciat. conſ. 5. ſub num.
57. verſic. & licet confeſſio, lib 4. & in rubric.
ff. de liber. & Poſthum. ſub num. 46. verſ ſanè
quò ſupradicti, Burſatt. conſ. 88. ſub num. 5.
verſ. verùm, Natt. conſ. 473. ſub num 24. in fin.
verſ. ad contraria, Tanzirol. conſ. 66. ſub num.
19. & ſeq. verſic. nec obſtat, Surd. conſ. 552. n.
20. & ſeqq. verſ. & quamuis vbi agitur, Pere-
grin. conſ. 16. num. 15. verſic. nec etiam, lib. 5.
Ruſtic. in leg. cum Auus, lib. 2. cap. 16. nu. 109.
& ſeq. verſic. dictaque concluſio, Gratian. cap.
267. nu. 19. verſic. quidquid aliud ſit, & latiùs
cap. 744. num. 9. & ſeq. verſic. nec facit, & ſub
num. 31. verſ. & maximè quin, Mareſcott. var.
reſolut. 18 ſub num. 24 verſ. non credo verum,
& verſ. maximè, ubi agitur de præiudicio ter-
tij, lib 3. Put. dec. 435. lib. 1. Seraphin. deciſ.
1081. ſub num. 2. verſ. quę nominatio, alijſque
allegatis, optimè *Rota deciſ. 317. num. 18.*
part. 9. recent. tom. 1. vbi plures aliæ *Rotæ* de-
ciſiones congeruntur.
In neceſſariam conſequentiam corruit,
etiam prætenſa diſpoſitio facta fauore Pau-
30 li Æmilij, quem Dux, falſa opinione ductus,
ſuum eſſe filium crediderit, *leg. neque profeſ-*
ſio 5. Cod. de teſtam. l. ſi Pater tuus 4. Cod. de
hæred. inſtit.
Minus etiam annua præſtatio debetur, at-
tenta nominatione facta à Duciſſa hærede;
ſtante expreſſa illius reuocatione, quòd ab-
ſque dubio eidem fuit à Iure permiſſum; ea
potiſſimùm animaduerſione adhibita, quòd
non verſamur in nominatione perſonę in-
31 certæ de certis per hæredem eligendæ, quo
caſu, cum electio dici debeat actus neceſſa-
rius, vtpote facta ab hærede nomine defun-
cti, tamquàm mero ipſius exequutore, reuo-
cari non poſſet, in quibus terminis procedit
diſpoſitio *textus in l. quem hæredi*, vbi ſignà-
ter *Caſtrenſ. ff de reb. dub.* ex quo Doctores
proximè allegandi deſumunt concluſionem,
quòd nominatio ſemel facta non poſſit am-
plius reuocari, de qua *Crot. conſ. 11. per tot.*
alijque adducti per *Surd conſ. 264. num. 33.*
34 & 46. verſ. nec nocet, Molin de primog. lib.
lib. 2. cap. 4. num. 25. & ſeqq. Antunez de do-
nat. lib. 1. part. 2. cap. 13. nu. 38. in quibus ter-
minis intelligendo deducta per *Nouar. quæſt.*
forenſ. par. 1. quæſt. 44. num. 3. Staiban. Iun. re-
ſolut. 87. num. 64. lib. 1. ſed ſumus in ſimplici
facultate data hæredi legandi vni, vel pluri-
32 bus omninò incertis; hoc enim caſu, cum
diſpoſitio dici non valeat facta à Teſtatore;
ſed potiùs ab ipſa Duciſſa hærede diſponē-
te, à qua nominatus immediatè Ius habere
dicitur, iuxta receptam diſtinctionem In-
terpretum, de qua in *leg. vnum ex familia*
55 ff de leg. 2. Rip. in l ex facto, § ſi quis roga-
tus ſecundò. num. 6. ff. ad Trebell. Cancer. var.
part. 1. cap. 8. nu. 197. Tondut. reſol. ciuil. 110.
num. 17. part. 2 Surd. deciſ. 226. ibique *Ho-*
diern. num. 4 illaque fuerit collata ad tempus
mortis ex ui ſupradictæ facultatis legandi,
& explicata per actum ultimæ uoluntatis
33 legando aduerſariæ, eiuſque filio de ſui na-
tura reuocabilem uſq; ad mortē, ex ſ[illegible] nuda
uoluntate, *l. ſi quis legauerit 3. § fin. ff. de adi-*
mend. legat. & in his terminis nominationis
collatæ ui actum ultimæ uoluntatis. *Valaſc.*
conſultat. 102. num. 25. & ſeqq. Molin diſput.
483. num 1. Tondut. reſol. ciuil. cap. 50. nu. 48.
Antunez de donat. lib. 1. part. 2. cap. 13. nu 39.
34 Hinc eſt, ut ſtante prædicta reuocatione,
nominatis nullum Ius dici poſſit quæſitum,
dict. l. vnum ex familia 25. ff. de legat. 2. leg.
cum Pater, § à filio, ff. eodem, Crot. d. conſ. 11
num. 36. Rimin. Iun. conſ. 112. num. 184. verſ.
præſertim, Surd. conſ. 264. num. 24. & ſeqq. &
num. 40. 42. & ſeqq. ubi non obſtante Iura-
mento, egregiè, præ cæteris, *Molina de Hiſ-*
panor. primog. lib. 2. cap 4. nu. 23. & ſeq. Cald.
de emphyt. tit. de renouat. lib. 1. quæſt. 19. num.
37. in fin. Valaſc. conſult. 102. num. 16. & ſeq.
Bich. dec. 411. num. 12. & trib. ſeqq.
Fortiùs, quia Duciſſa hæres hanc facul-
tatem reuocandi diſpoſitionem factam ſibi
ipſi ſatis apertè reſeruauit, ex quo Notario
tradidit ſchedulam clauſam, & obſignatam,
cum expreſſa proteſtatione, quód, nonniſi
poſt

Digitized by Google

poſt eius obitum, aperiri debeat, & cum ſpecifica facultate illam quandocumque rehabendi, ne ſuæ uoluutatis ſecreta, quò uſque moriatur, pandautur, & nihilominus fuit
35 aperta, & publicata, eadem Duciſſa acriter impugnante, cōtra apertiſſimam diſpoſitionem *textus in l.2.§.ſi dubitetur*, ibique ſignāter, *Bart.nn.5.ff.quemad.*Teſtam. *aper. Bald. in l.2.num.10.Cod.de teſtam.* ubi, quód ſi publicatio petatur contra ipſum Teſtatorem, uel contra tertium, in utroque caſu id fieri non permittatur ex eo, quia nullum Ius habet; qui de uiuentis cogitat hæreditate, per *text.in l.1. §.ſi impuberi in final.verbis, ff.de collat.bonorum*, idemque firmat *Iaſ. in l.fin. num.13.verſic.quia uno, C.de edict. Diu.Adr. Tollen*. benè *Hodiern. controuerſ forenſ.cap. 14.n.7.& duob.ſeqq.*

Cæterùm, quatenus legata deberentur, prout nullo modo deberi ſuadere debent ſuperiùs firmata; cum tamen æs alienum Vires hæreditarias longè ſuperet, prout ſatis liquidò deprehenditur ex iudiciali relatione Periti; hinc eſt, ut eadem legata non debeā-
36 tur, cum abſolutum ſit Iuris principium, illa præſtari non debere, niſi ære alieno deducto.

Neque poterit competere actio Paulo Æmilio ſuper bonis fideicommiſſo obnoxijs
37 ſaltem pro alimentis; ad hunc enim effectum conſtare deberet de filiatione per liquidiſſimas probationes, non obſtante Patris aſſertiua, & tractatu, ſtante præiudicio ſubſtitutorum, *Burſatt. conſ.88. num.5. Iaſ.conſil.106. num.2.& ſeq. lib.1. Gozadin. conſ.13.ſub num.21. Surd.conſ.552. num.20. & ſeq. Peregrin. conſ.15. num.15.& ſeqq. lib.5. Panzirol. conſ.66. num.19.& ſequent. Gratian. cap.562. num.77. Lotter. de re Benefic. lib.2. quæſt.48. num.70.* Ruſtic. *in l. cum auus, lib.2. cap.16. num.109. & ſeq. Put. dec.435.lib.1.Card.Seraph. deciſ.1081. num.2.* cum alijs latè adductis, per *Rot.in rec.dec. 317.num.18.& ſeq.p.9.*

38 Quinimmò, probata adhuc filiatione, non deberentur, niſi alimenta neceſſaria inſpecta æquitate Canonica, taxanda tamen prudentis Iudicis arbitrio, iuxta monitum traditum à *Couarr. de ſponſal. cap.8. part.2.§.6. numer.8.* Barboſ. *in leg.1.par. 4.n.65.ff.ſolut.Matrim.Peregr.de Iur.Fiſc.lib. 3.tit.8. num.72. Molin. de primogen.* Hiſpan. *lib.2. capit.15. num.55. Tell. Fernard. in leg.10.* Taur. *num.2.* ibique, *Gomes num. 50. Gratian. cap.112. numer.13.& ſeq. et cap.613. numer.1. et ſequ. Paſthal. de Patr. poteſtat. part.2. cap.3. numer.43. et ſeqq. Baez. de non meliorandis filiabus, cap.8. Gamm. deciſ. Luſit.343. numer.14. Franch. deciſion.283. num.10. et 18.* Beniten. *deciſ. 43. numer.2. Rot. in recent. deciſion. 395. numer.2. part.2. et deciſion.30. numer.23. et ſequent. part.7.*

Contra allegata fuit deciſum per Rotam in Romana annua præſtationis 4.Iulij 1663. coram Reuerendiſs. Beuilaqua, impreſſa poſt Zuffium, de legitimatione proceſſus dec. 103. *conceſſaque noua audientia, & cauſa repropoſita, ob difficultates pluries fuit dilata reſolutio, deindè huiuſmodi controuerſiæ tranſactio finem indixit.*

ARGVMENTVM.

Facultas Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri, eiuſque priuilegia, an ſibi locum vindicent, quoties legatum, alioquin incertum, poteſt ad certitudinem redigi per electionem, declarationemque legatarij, vel Exequutoris Teſtamentarij, cōſtito de voluntate Diſponentis, & an copulatiuè debeat concurrere incertitudo Perſonarum, uſuumque piorum.

Legatarius, & Exequutor Teſtamentarius in quo potiſſimùm differant, & quomodò alter ab altero dignoſci valeat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum incertum dici non valet, dum poteſt reduci ad certitudinem per electionem, declarationemque eiuſdem legatarij, conſtito de voluntate diſponentis.*

Ideòque non intrant facultates Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri.

De celebri conſilio Oldradi 61. *in hac materia.*

2 *Legati exequutio, vel diſtributio, ſi ex poſt facto poteſt certificari, non vindicat ſibi locum priuilegium Reuerendæ Fabricæ.*

3 *Exequutoris teſtamentarij declaratio ab ipſomet Teſtatore emanaſſe videtur.*

4 *Præcipuè, quando Exequutori plena facultas fuit in teſtamento tributa.*

5 *Incerta Teſtatoris voluntas dici nequit, quæ, dum ab Exequutore teſtamentario in certitudinē redigi poteſt, ab ipſomet Teſtatore videtur certificata.*

6 *Teſtator, relictis exequutoribus teſtamentarijs, ſi relinquat hæredem ſuam Animam, hæreditas, vti incerta, non applicatur Reuerendæ Fabricæ, ſed cenſetur eiſdem Exequutoribus data facultas in pios vſus diſtribuendi.*

7 *In teſtamento, factis pluribus legatis pijs locis, ſi deinde in codicillis fuerit diſpoſitum, vt Argentum in pios vſus diſtribui debeat, poterunt Exequutores illud diſtribuere inter eadem loca pia.*

8 *Reprobatur contraria ſententia* Merendæ.

Declaratur text. in l.alimenta 16. §.Baſilicæ libertæ,ff.de alim.& cibar.legat.

9 *Alimentorum cauſa non recipit duplicationem.*

10 *De priuilegijs, & facultatibus Reuerendæ Fabricæ Sancti Petri.*

11 *Legata incerta Reuerendæ Fabricę applicari debent.*

Necnon illa, quæ facta ſunt non expreſſis nominibus Perſonarum, ſeu locorum, quamuis ad arbitrium Exequutorum fuerint remiſſa.

12 *Reuerenda Fabrica capit omnia legata pia incerta, quamuis ad nominationem, electionem, ſeu declarationem Exequutorum relicta ſint.*

Niſi tamen præcisè fuerint legata ad fauorem Pauperum.

13 *Affertur diſtinctio* Bart.*inter legatarium, & Exequutorem, quòd, aut verba leguntur directa ad Perſonam cum onere faciendi, & dicitur legatarius, quamuis grauatus.*

Aut directa ſunt ad ipſum opus; perſona verò ſubſequitur, & dici debet exequutor.

14 *Huiuſmodi materia tota pendet ab inſpectione, an Teſtator principaliter contemplatus fuerit Perſonam legatarij, cui acceſſoriè adiecit onus, vel potiùs principaliter onus, cui acceſſoriè fuit deſtinata Perſona.*

15 *Legatarius, non autem Exequutor quis dicitur, quoties præcedit perſona, & ſubſequitur opus.*

16 *Erogatio pecuniæ in pios vſus diſtribuendæ non iniuncta per viam præcepti, ſed potiùs ſimplicis admonitionis, an de Iure obligationem præſeferat.*

17 *Legatarius, non autem exequutor quis præſumitur, quoties legatum eſt reſtrictum ad illius vitam, & de ratione.*

Legatum caducatur, quoties hęredi legatarius præmoritur.

18 *Quoties alicui eſt tributa facultas diſtribuendi in pios vſus ſibi benè viſos, toties, quoties illi placuerit, eius vita durante, præſumitur hoc caſu legatarius, non Exequutor.*

19 *Ad effectum cognoſcendi, an aliquis ſit legatarius, vel nudus Miniſter, conſtituitur differentia inter onus momentaneum, & ſucceſſiuum.*

Ad id expenditur ſingularis text.in l.pecunię ſortem,ff.de alim.& cibar.leg.

Hanc diſtinctionem Cuiac. *appellat ſubtiliſſimam.*

20 *Legatarius ab Exequutore in eo potiſſimùm diſtinguitur, an Perſona aliquod commodum à diſpoſitione conſequi valeat, vel ne, vt in primo caſu dicatur legatarius; in ſecundo verò Exequutor.*

21 *Religioſo profeſſo ex teſtamẽto, vel ex Apoſtolica diſpenſatione permittitur vſus alicuius annuæ præſtationis, ſub conditione tacita erogandi in pios vſus, etiam proprios Religioſo conuenientes.*

22 *Reprobatur contraria ſententia* Felini, *& aliorum.*

23 *Declaratur* text. in cap.cum ad Monaſterium, de ſtat.Monachor.

24 *Concluſio, de qua ſupra* num.21. *procedit, etiã attenta diſpoſitione.* Sacri Concilij Tridentini Seſſ.25.de Regular.cap.2.

25 *Incertitudo perſonarum, & vſuum piorum copulatiuè debent concurrere, ad hoc, vt vindicet ſibi locum priuilegium Reuerendæ Fabricæ.*

26 *Prohibitio à Teſtatore facta, ne legatũ Religioſo relictũ Religioni acquiratur, debet interpretari eo modo, quo de Iure poteſt ſubſiſtere, nẽpe, ut nihil facti pertineat ad Religionem, ſecus de Iure.*

Explicatur quomodò hoc ſit intelligendum.

CAPVT XLIV.

LEGATVM annuum ſcutorum quatuor centum relictum à Teſtatrice cuidam Religioſo, eius vita durante, ad effectum illa erogandi in occultas eleemoſynas, alioſque pios vſus ad eius beneplacitum, ſub expreſſa conditione, quòd idem legatum non acquiratur ſuæ Religioni, nullo Iure poteſt prætendi per Reuerendam FabricamSancti Petri, ſibi eſſe applicandum, tamquám incertum.

1 Siquidem prædictum legatum incertum dici non valet, dum poteſt reduci ad certitudinem per electionem, declarationemque eiuſdem legatarij benè conſcij de voluntate diſponentis; ideòque ceſſant facultates Reuerendæ Fabricæ, ita primus omnium docuit *Oldrad. in celebri conſ.61. verſ.ſi autem diſtributio*, qui omnium optimè in proprijs noſtris terminis eſt loquutus, dum in ſuo caſu, in quo agebatur de Priuilegio à ſummo Pontifice conceſſo Galliarum Regi omnia legata incerta conuertendi ad commodum cuiuſdam, vt vulgò aſſerunt (*paſſagy*) defendit, legata non eſſe incerta, neque pro dicto vſu deberi, licet in vſum incertum ſint relicta, quoties adeſt certa perſona, cui diſtributio, & diſpenſatio eſt commiſſa, quem ſequuntur *Molignat. in tract de appell.* verbo *Iur.ſignificat. verſ. incertorum nomine, num.* 583.& in his præciſis terminis pro excluſione Reuerendæ Fabricæ firmant, *Cherubinus in compend. Bullar. in conſtit.23. Iulij ſecundi ſchol,2.& in Conſt.9.Clement.VII ſchol.1.in fin.* qui teſtatur de praxi Reuerendæ Fabricæ, & præ cæteris latiſſimè poſt plures allegatos, *Paul.* R*ubeus in practicab. de teſtam. cap.*81.*num.78.& plurib.ſeqq.* præcipuè *num.* 90. *vſque ad fin.* vbi, relatis pluribus *Rotæ*
2 *decis.* affirmat, quòd ſi ex poſt facto exequutio, vel diſtributio legati poteſt certificari, non intret priuilegium Reuerendæ Fabricæ, *Epiſc.Marant.reſponſ.13.num.80. verſ.ſufficit autem ſi ex poſt facto, Gratian.cap.288. num. 38.verſ.prout ſæpè,* benè R*oſa conſult.36. nu. 29.et duob.ſeqq.* Card.*Canaler.deciſ.212.nu. 5.Rot.in rec.dec.350.nu 11.verſ.et hinc etiam non releuat, part.10.* rectèque conferunt deducta per *Pariſ.conſ.vltim.in fin.lib.3.* Card. Mantic. *de coniect. vltim. volunt. lib.8. tit.4. num.13.*

3 Id-

3 Idque ea ſatis Iuridica ratione; cum enim
declaratio Exequutoris teſtamentarij ab ip-
ſomet Teſtatore emanaſse videatur, *Bald.*
conſil. 259. num. 1. lib. 4. & conſil. 468. num. 3. ver-
ſic. ſuper quo etiam exequutore, lib. 1. Anchа-
ran. conſil. 329. num. 2. in fin. & 3. Fulgoſ. conſil.
47. col. fin. Caſtr. conſil. 437. lib. 2. Pancirol. conſil.
331. num. 10. in 2. dub. Abb. conſil. 11. num. 5. lib.
2. Alciat. conſ. 62. num. 13. lib. 9. Pariſ. conſil. 26.
num. 29. lib. 4. Sim. de Petr. de interp. vltim. vo-
lunt. lib. 1. ſolut. 7. per tot. Cardin. Mantic. de con-
iectur. vltimar. *volunt. lib. 3. tit. 1. num. 20.*
Mierez de Maiorat. 1. part. quaſt. 44. nu-
mer. 114. Mattienz in l. 9. gl. 1. per tot. & gloſ. 4.
alijque relegendi penes *Caſtill. tom. 5. contro-*
uerſ. part. 2. cap. 184. num. 1. et ſeq. Rot. in rec.
deciſ. 365. num. 2. part. 5. Præcipuè, quando
4 Exequutori in teſtamento plena facultas
fuit conceſſa, *Panzirol. conſ. 131. num. 10. et*
ſeq. Galeot. controu. 32. lib. 2.

5 Hinc reſultat, ut incerta Teſtatoris volũ-
tas dici nequeat, quæ, dum ab Exequutore
teſtamentario in certitudinẽ redigi poteſt,
ab ipſomet Teſtatore videtur certificata,
prout latè proſequitur *Rub. de teſtam. d. cap.*
81. num. 79. et ſeqq. Roſa d. conſult. 36. nu. 30.
alijque ſuperiùs laudati.

6 Et ob hanc eamdem rationem, ſi quis ex
Exequutoribus teſtamentarijs relictis, hære-
dem relinquat ſuam Animam, hæreditas, uti
incerta, non applicaretur Reuerendæ Fa-
bricæ, ſed potiùs cenſeretur à Teſtatore da-
ta eiſdem Exequutoribus facultas, ut in
pios uſus impẽderetur, prout firmat *Epiſcop.*
Maraut. reſponſ. 4. per tot. præcipuè *num. 21. et*
ſeq. Roſa d. conſult. 36. n. 31.

7 Prout in idem optimè conferunt deducta
per *Franch. deciſ. 568.* firmantem poſt *Bald.*
in ſua pract. in tit. de vltim. volunt. quæſt. 3. Al-
beric. in l. alio 1. colum. verſic. & collige argu-
mentum, ff. de alim. & cibar. leg. Padill. in l. cum
quidam, num. 21. ff. de leg. 1. quòd ſi in teſta-
mento fuerint facta plura legata quibuſdam
pijs locis, deinde in codicillis diſpoſitum,
quòd eius argentum diſtribui deberet in
pios uſus, non addito in quos uſus eſſet fa-
cienda diſtributio; ſi tamen ſint relicti Exe-
quutores teſtamentarij, ab eiſdem argen-
tum diſtribui poſſit ijſdem pijs locis, quibus
Teſtator teſtamento legauerat, licet nullus
fuiſſet expreſſus certus uſus, in quem argẽ-
8 tũ diſtribui deberet. Quidquid in contrariũ
sẽtiat cõtra prædict. *deciſ. Franch. Merend.*
controu. Iur. lib. 4. cap. 34. nu. 7. per text. quem
allegat, in *l. alimenta 16. §. Baſilicæ libertæ,*
ff. de aliment. et cibar. legat. ibi: *Baſilicæ liber-*
tæ decem dedit, quæ apud Epictetum, & Calli-
ſtum, libertos eſſe uoluit, vt, cum fuerit Baſilica
annorum viginti quinque cum vſuris quincugi-
bus reſtituerentur, itaut ex vſuris aleretur, pro-
ut ætatem ampliaret. Quæſitum eſt, an ex alio
capite, quo generaliter libertis, libertabuſque
cibaria, & veſtiaria habitationem reliquit, etiã
Baſilicæ deberentur? Reſpondit ſecundùm ea,
quæ proponerentur, non deberi, niſi hoc quoque
ei datum probaretur; Textus enim prædictus
nullatenus probat *Merendæ* aſſumptum,
ibi enim Teſtator iã prouiderat de alimẽtis
9 Baſilicã, eorũdẽq; alimentorũ cauſa non re-
cipiebat duplicationẽ, *l. libertis quos, ff. de*
aliment. & cibar. legat. Salicet in l. quinquagin-
ta in fin. ff. de probat. ibique *Florian. de Sancto*
Petro, & optimè aduertit *Franch. deciſ. 422.*
num. 3. & Nos agemus *diſput. ſequenti.*

10 Cæterùm quatenus prædicta, alioquin
in ſtricta Iuris cenſura ſolidiſſima, aliquam
poſſent pati difficultatem, ex ampliſſimis
Priuilegijs, & facultatibus conceſſis Reue-
rendæ Fabricæ, ex decreto generali anni
1579. regiſtrato in compendio Priuilegio-
rum Reuerendę Fabricę nuper impreſſo *pag.*
20. §. 5. ubi declaratur, quòd legata incerta
11 Reuerendæ Fabricæ applicanda ſint, & illa,
quę facta ſint nõ expreſſis nominibus Perſo-
narum, ſeu locorum, quamuis ad arbitrium
Exequutorum fuerint remiſſa, idemque re-
peritur ſtatutum in Breui edito per S. Mem.
Alex. VII. die 16. Nouembris 1660. in quo
fuit declaratum, quòd Fabrica capiat omnia
Pia incerta, quamuis ad nominationem,
electionem, ſeu declarationem certorum
12 Exequutorum relicta ſint; quoties præcisè
non agatur de legato facto ad fauorem Pau-
perum, ita declarando eius Motum pro-
prium in propoſito editum initio ſui Ponti-
ficatus 30. Auguſti 1655. vt ſcilicet, legata
pro eleemoſinis, quæ Pauperibus ſunt di-
ſtribuendæ, non obſtante incertitudine, non
caderent ſub dictis facultatibus.

Nihilominus in præſenti omnis prorſus
controuerſia, diſceptandique occaſio ſubla-
ta remanet, aduertendo potiſſimùm, quòd
re vera Religioſus nullo Iure poteſt dici E-
xequutor teſtamentarius, ſeu explicator
voluntatis Teſtatricis; adeòut poſſit eſſe
locus facultatibus Reuerendæ Fabricæ ca-
pientis omnia pia incerta, quamuis ad no-
minationem, electionem, ſeu declarationem
certorum Exequutorum relicta ſint.

13 Sed potiùs dici debet legatarius; ſiquidem
ad diſtinguendum legatarium ab Exequuto-
re, recurrendum eſt ad receptiſſimam, nobi-
lemque diſtinctionem, *gloſ. in l. ſi quis. verſ.*
vt Miniſtrum, ff. de legat. 2. ibique, *Bart. num.*
1. idem Bart. in l. pecuniæ, num. 1. ibique cæ-
teri, *ff. de aliment. & cibar. legat.* quem
ſequuntur, *Bald. in l. quidam teſtamento, § ſi*
ſcriptus, num. 2. ff. de legat. 1. Gratian. plures
referens apud eumdem relegendos, *diſcept.*
446. num. 4. Sim. de Petr. de interpret. vlt. vo-
lunt. lib. 5. dub. 2. d. num. 21. vſq. in fin. Beltra-
min. ad Ludouiſ. deciſ. 544. nu. 42. add. ad dec.
25. num. 25. & ſeq. part. 3. rec. Card. de Luca
de legit. diſc. 34. num. 2. Buratt. dec. 432. nu. 7.

Quòd,

Digitized by Google

Quód, ſcilicet, aut verba leguntur directa ad Perſonã, cũ onere faciẽdi, & dicitur legatarius, quamuis grauatus; Aut directa ſunt ad ipſum opus, perſona verò ſubſequitur, & tunc dici debet Exequutor.

Hac igitur veriſſima diſtinctione præmiſſa; cum in hac facti ſpecie uerba reperiantur concepta directè ad Perſonam Religioſi, cum onere faciendi iuxta primam partem diſtinctionis, meritò cenſeri debet legatarius; non autem Exequutor.

14 Præcipuè, quia, cum huiuſmodi materia re uera tota dependeat ab inſpectione cauſæ finalis, An, ſcilicet, diſponens principaliter contemplauerit Perſonam legatarij, cui acceſſoriè adiectum eſt onus, uel è conuerſo potiùs principaliter fuerit contemplatũ opus, cui acceſſoriè perſona fuit deſtinata, tamquàm exequutionis Inſtrumentum, prout optimè expendit, pluribus congeſtis, & conciliando nonnullas *Rotæ deciſiones*, quæ inuicem uidentur pugnantes, *Beltramin. ad Ludouiſ. dict. deciſ.* 544. Vtiquè plures coniecturæ ſuadent, Religioſum fuiſſe legatarium; non autem Exequutorem.

15 In primis illa ſe nobis offert coniectura, quia præcedit Perſona, & ſubſequitur opus, iuxta diſtinctionem ſuperiùs allatam, de qua poſt *Bart. & Bald. Gratian. Beltramin.* alijque proximè allegati in præſenti non repetendi.

16 Secundò, quia erogatio pecuniæ non legitur iniuncta per uiam præcepti poſitiui; ſed potiùs ſimplicis admonitionis de Iure obligationem non præferentis ad notata in *l.* 2. *§ fin. ff. mandat. §. Tua Inſtit. eod. tit. Rot. in rec. deciſ.* 662. *num.* 8 *par.* 4. *tom.* 3.

Tertiò (& id rogo, ut aduertatur) quia legatum eſt reſtrictum ad ſolam uitam Reli-
17 gioſi, qui utique Teſtatrici præmori poterat, uel ſaltem infra breue tempus poſt illam decedere; atque adeò legatum, uel remanſiſſet caducum, *leg.* 1. *§ & cum triplici, & § pro ſecundò, C. de caduc. tollen. §. poſteriore in fin. verſ. nam, & prius inſtit. quib. mod. teſtam. infirmeut. l. quod de pariter*, ibique *Caſtren. numer.* 4. *& leg. idem eſt, ff. de reb. dub. Bartol. in leg. ſi inter virum, verſ. gloſ. ſoluit, ff. eod. Couarr. variar. reſol. lib.* 2. *cap.* 7. *verſ. tertiò principaliter, & nu.* 8. *verſ. tertiò, et verſ. quartò, deducitur, Altograd. cõſ.* 69. *num.* 15. *lib.* 1. *Peregrin. conſ.* 49. *nu.* 1. *lib.* 3. *Menoch. præſumpt.* 50. *num.* 19 *lib.* 6. *Card. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.* 5. *tit.* 9. *nu.* 12. *& ſeq. Dilect. de art. teſtãd. tit.* 10. *caut.* 3. *n.* 4. *Sim. de Petr. de interp. vlt. vol. lib.* 4. *interp.* 3. *dubit.* 2. *n.* 35. *in fin. Andreol. controu.* 163. *n.* 2. *Oſaſc. deciſ.* 108. *n.* 5. *& ſeqq. Bich. deciſ.* 445. *num.* 2. *& ſeqq.*

Vel, ſine effectu, quòd nullatenus uidetur probabile, ac uériſimile, ſi finalis, ac primaria Teſtatricis uoluntas potiùs fuiſſet directa ad opus, quàm ad perſonam.

18 Quartò, quia, non fuit tributa facultas Religioſo ſemel tantùm diſtribuendi in pios uſus ſibi benè uiſos; ſed toties, quoties illi placuerit, eius uita durante, quód ſanè denotat, Ius illud in dubio ad eum proprio Iure, utpotè legatarium, ſpectare, non autem, utpotè Exequutorem, ut in ſpecie aduertit, *Bart. in l.* 2. *§. data, num.* 7. *verſ. ſed ſi committeretur, ff. de opt. legat. Rot. in rec. deciſ.* 196. *num.* 18 *part.* 8. ac probat elegans, & ſingularis *Tex. in l. pecuniæ fortem, ff. de aliment. & cibar. legat.* ubi, Papinianus ad ef-
19 fectum cognoſcendi, an aliquis ſit legatarius, uel potiùs nudus Miniſter, conſtituit diſcrimen inter onus momentaneum, & ſucceſſiuum, ut primo, nempè, caſu dicatur nudus Miniſter ad *Tex. in l. Lucius Titius, §. à te peto, ff. de legat.* 2. Altero uerò caſu legatarius, quam diſtinctionem appellat ſubtiliſſimam, *Cuiac. lib.* 7. *reſp.* 5. *Papinian. ad dict. l. pecuniæ fortem, Rot. in rec. deciſ.* 301. *nu.* 10. *& duob. ſeqq. part.* 14.

20 Quintò tandem, quia, cum recepta ſit Iuris propoſitio, ut ad effectum diſtinguendi legatarium ab Exequutore, potiſſimùm attendi debeat, an Perſona aliquod commodum, emolumentumque ab ea diſpoſitione aſſequi ualeat, nec ne? Vt primo caſu cenſendus ſit legatarius, ſecundo uerò Exequutor, ex latè adductis, per *Cephal. conſ.* 919. *num.* 95. *Beltramin. ad Ludouiſ. d. deciſ.* 544. *adden. ad dec.* 25 *num.* 35. *& ſeq. par.* 3. *recent. Card. Mant. de coniect. lib.* 12. *tit.* 2. *numer.* 3. *Surd. de alim. tit.* 8. *priuileg.* 24. *num.* 7. alioſque allegatos, apud quos cęteri recenſentur.

Hinc reſultat, ut erogatio dictæ annuæ præſtationis, tamquàm repoſita in libera, abſolutaque uoluntate Religioſi, ſequi poſſit ad eiuſdem neceſſarios, uel honeſtos uſus.

Nullatenus aduerſante, quód á Teſtatrice fuerit expreſſum onus erogationis in eleemoſynas occultas, uel uſus pios; iſta enim uidetur potiùs quædam expreſſio eius, quod tacitè de Iure inerat, cuius diſpoſitione at-
21 tenta, Religioſo Profeſſo, uel ex Teſtatoris uoluntate, uel ex Apoſtolica diſpenſatione conceditur uſus, uel adminiſtratio alicuius annuæ præſtationis, ſeu aliorum bonorum, ſub tacita conditione erogandi in pios, & Religioſos uſus, etiam proprios, non autem, quæ Religioſo non rectè conueniunt, *Nauarr. comment.* 2. *de Regular. num.* 14. *& comment.* 3. *num.* 27. *& conſ.* 20. *num.* 5. *de Regular. in antiquis*, aliàs *conſ.* 14. *num.* 5 *de ſtat. Monac. in nou. Laurent. de Portell. dub. Regular.* uerbo, *peculium ſub num.* 2. *Mirand. in Manual. Prælator. tom.* 1. *quæſt.* 28. *artic.* 8. *Eman. quæſt. Regular. tom.* 3. *qu.* 29. *art.* 8. *San-*

chez

chez ad Pr acept. Decalog. lib. 7. cap. 17. Azor. Inſt. moral. p. 1. lib. 12. c. 12. quaſit. 1. Rodriq. *quaſt.* Regul. *reſol. 48. de legat. in teſtam. relict. Beia reſponſ. caſ. cõſcien. p. 4. caſ. 17. Epiſc. Barboſ. de poteſt. Epiſc. allegat. 103. num. 5. in fin. part. 3. & in collect. ad Conc. Trid. ſeſſ. 25. de Regularibus, capit. 2. numer. 2. & 15. Graff. par. 1. decis. lib. 3. cap. 5. de Regular. num. 41. verſ. quod quidem dictum,* Bich. *decis. 508. num. 14. repetit. in rec. dec. 253. num. 14. part.*
22 11. quidquid in contrarium per *text. in cap. cum ad Monaſteriũ, de ſtatu Monachor.* dixerit *Felin. in cap. cum M. num. 26. verſ. eadem de conſtit.* Tapp. *in authent. ingreſſi*, verbo, *ipſo ingreſſu cap. 3. num. 54. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.*
23 cum prædictus *tex. in d. cap. cum ad Monaſterium*, interdicat Religioſis peculium propter eorũ importunitatem, leueſque cauſas, ſecus, concurrentibus cauſis grauibus, & iuſtis, prout firmãt auctoritates proximè lau-
24 datæ. Idque, etiam procedere, inſpecta diſpoſitione *Sacri Concilij Tridentini, ſeſſ. 25. de* Regularib. *cap. 2.* affirmant, *Sanchez. ad pracept. Decalog. d. tom. 2. lib. 7. cap. 22. nu. 11 & 13. Eman. quaſt. Regular. tom. 2. quæſt. 125. art. 4. in fin. Perez. in comment. ad* Regul. *5. Benedict. cap. 33. numer. 23. Ledeſm. in ſumm. tom. 2. tract. de Stat. Relig.* in communi, *cap. 4. concluſ. 3. dub. 13. Mirand. in Manual. Pralat. tom. 1. quaſt. 28. art. 8. Fagund. in quinque Eccleſ. pracept. tract. 2. lib. 8. cap. 6. num. 13. Cened. de paupert.* Religioſ. *tom. 1. quæſt. 2. cap. 2. §. 1. Laurent. de Peirin. de ſubdit. Relig. tom. 1. q. 2. c. 2. §. 1. Bartholom. à Sancto Fauſt. in* Theſ. *Relig. lib. 8. qu. 30. Epiſc. Barboſ. in collect. 3. d. cap.* *Trident.*

His firmatis, cum Teſtatrix expreſſerit, quòd tacitè inerat de Iure reſpectu erogationis faciendæ á legatario in pios, & Religioſos vſus, etiam proprios; Meritò reſul-
25 tat, vt legatum dici debeat factum certæ, ac determinatæ Perſonæ, ſublataque remaneat prætenſa incertitudo Perſonarum, & vſuum piorum, quę copulatiuè debent concurrere, ad hoc, vt vindicent ſibi locum facultates Reuerendæ Fabricæ; idque, etiam inſpecto motu proprio S. M. Alex. VII.

Tandem non aduerſatur adiecta prohibitio acquiſitionis legati ad fauorem Reli-
26 gionis, quia iuxta receptam ſententiam tàm Iuriſtarum, quàm Theologorum, huiuſmodi prohibitio debet intelligi eo modo, quo de Iure poteſt ſubſiſtere; itaut eius ſenſus ſit, vt nihil facti pertineat ad Religionem; ſecus autem de Iure; ideſt, vt commoditas, & vſus, quæ quid facti ſunt, pertineant ad Religioſum, ſuperiore permittente; ſed dominium, & proprietas, quæ ſunt quid Iuris, pertineant ad Monaſterium, & penes illum reſidere dicantur, prout benè poſt Bart. *in Auth. excipitur, num. 2.* ibique, *Angel. eod. num. Caſtr. Fulgoſ. & Corn. Cod. de bonis, qua liber. Abb. in cap. 2. nu. 8. de ſtat. Monac.* ibique, Butr. *num. 5. Faguan. num. 21. & ſeqq. idem Abb. conſ. 44. numer. 3. & duob. ſeqq. lib. 2.* latè *Iaſ. in authent. ingreſſi, num. 37. verſ. limita 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Nauarr. conſ. 75. num. 49. lib. 3. de Regulari. Silueſter*, verbo, *Religio*, il ſeſto, *n. 2.* egregiè præ cæteris, *Sanchez. ad pracept. Decal. lib. 7. cap. 17. num. 4. & ſeqq.* Molin. *de Iuſt. & Iur. diſput. 140. col. 7. verſ. ſi aliquid teſtamento, Card. de Lugo eod. tract. diſput. 3. ſeſs. 3. num. 57. verſ. vnde Pater Thomas Sanchez. tom. 1. Surd. de alim. priuileg. 79. num. 4. tit. 8. Graff. d. p. 1. dec. lib. 3. cap. 5. de Regular. n. 41. Lezan. in ſumm. quaſt. Regular. tom. 1. c. 6. tit. de oblig. Regular. rat. vot. paupert. n. 34. Caren. reſol. 199. n. 1. & ſeqq. Card. de Luca de donat. diſc. 25. n. 9. verſ. tertia eſt probabilior, Bartholom. à Sãcto Fauſto in Theſaur.* Religioſ. *lib. 8. tit. de vot. paupert. q. 86. & ſeqq. Francb. decis. 718.* ibique, *de Luca in obſer. nu. 4. Penia, dec. 1214. num. 6. & ſeqq.* Buratt. *decis. 584. num. 12. & ſeqq.*

ARGVMENTVM.

Legati ademptio, reuocatio, vel diminutio in dubio non præſumenda, præſertim fauore Piæ Cauſæ.

Quoties agitur de duabus diſpoſitionibus recipientibus duplicationem, ſeu reiterationem, ſequẽs diſpoſitio inter viuos non cenſetur facta in exequutionem legati præcedentis, ſed vtraque ſuum effectum ſortiri debet, præcipuè, quando ſecunda diſpoſitio inter viuos non eſt ſortita effectum eodem tempore, quo fuit facta, ſed vtriuſque diſpoſitionis exequutio fuit collata in tempus mortis Teſtatoris: Ad intellectum difficiliũ Iurium in *l. Lucius Titius* 22. la ſeconda, *ff. de legat. 2. & in l. quinquaginta*, aliàs *quingenta* 12. *ff. de probat.* quorum Antinomia Conciliatur.

SVMMARIVM.

1 *Legati ademptio, reuocatio, vel diminutio non præſumitur, niſi euidenter probetur.*
2 *Præſertim fauore Eccleſiæ.*
3 *Ademptio dependet à voluntate Teſtatoris, quæ in dubio mutata non præſumitur.*
4 *Verba interpretari debent contra ademptionem.*
5 *Hæredi aſſerenti, Teſtatorem à priori receſſiſſe voluntate, incumbit onus id probandi.*

6 *Sen-*

6 Sententia eſt proferenda in fauorem habentis regulam pro ſe.

7 Regula Iuris non eliditur per dubias probationes.

8 Reo habenti intentionem fundatam ſufficit dubiam reddere probationem actoris, cum contraria poſſibilitate.

9 Teſtator, quoties poſt conditum Teſtamentum donat legatario eamdem rem legatam, intelligitur inducta præuentiua eiuſdem legati ſatisfactio; ita ut illud extinctum remanſerit, neque amplius ſit ab hærede præſtandum.

10 Ademptionis legati, ſiue præuentinæ ſatisfactionis materia tota pendet a Teſtatoris voluntate.

11 Quoties agitur de duabus diſpoſitionibus duplicationem in quantitate recipientibus, ſequens diſpoſitio inter viuos non cenſetur facta in exequutionem legati præcedentis, ſed vtraque ſuum ſortiri debet effectum.

Declaratur text. in l. libertis quos, ff. de alim. & cibar. legat.

12 Idque multò magis procedit in legatis pijs relictis in duabus diſpoſitionibus continentibus materiam reiterabilem celebrationis Miſſarum; tunc enim per ſubſequutam diſpoſitionem, etiam inter viuos non cenſetur ademptum legatum prius factum. neque præuentiuè ſatisfactum.

13 Intellectus Iurium in l. Lucius 22. ff. de legat. 2. & in l. quinquaginta, ff. de probat. eorumque conciliatio.

14 Quoties præcedit legatum in vltima voluntate, & ſequuta fuit diſpoſitio inter viuos adimpleta, adhuc Teſtatore viuente, præuentiuè transferendo rei legatæ commodum in legatarium, tunc ſecunda diſpoſitio inter viuos, ſemotis contrarijs coniecturis, perimit legatum, & de ratione.

15 Si agatur de duabus diſpoſitionibus, quarum prima fuit in vltima voluntate; altera verò inter viuos, quæ non habuit effectum eodem tempore, quo fuit facta, ſed vtriuſque diſpoſitionis exequutio in tempus mortis Teſtatoris fuit collata; tunc vtraque debetur, ne ſecunda diſpoſitio inutilis reddatur.

16 Teſtator, ſi poſt actum ab eo geſtum, ex quo ademptio legati deducitur, per aliquod tempus ſuperuixit, & Teſtamentum non mutauit, non cenſetur voluiſſe adimere legatum.

17 Confeſſarij atteſtationi valde deferendum circa materiam ademptionis legati ob curam animæ Teſtatoris eidem demandatam.

18 Teſtator non præſumitur, quòd voluerit legatum diminui, quando habuit facultatem mutandi Teſtamentum, illudque non mutauit.

19 Legatum non præſumitur ademptum ex ſecunda diſpoſitione inter viuos, quoties eadem ſecunda diſpoſitio non continet eamdem numero cauſam in legato expreſſam.

20 Teſtator, quando variauit modum legandi eidem perſonæ in quantitate, qualitate, conditione, loco, tempore, vel cauſa, cenſetur voluiſſe multiplicare legatum, ad hoc, vt vtraque debeatur quantitas.

Præcipuè, quando non verſamur in duabus cauſis lucratiuis; ſed potiùs onerofis.

21 Quando in ſecundo actu noua adijcitur forma, & qualitas, illa efficit, vt ſumma cenſeri debeat duplicata.

22 Præſumptio fauens hæredi pro excluſione duplicatæ ſolutionis legati, innititur veriſimili voluntati Teſtatoris, quòd noluerit hæredem multiplici legatorum præſtatione grauare.

CAPVT XLV.

ARTICVLVS præſentis cauſæ in eo verſatur; An, ſcilicet, legatum ſcutorum mille á quondam Cæſare Aquino in ſuo teſtamento relictum Reuerend. PP. Sancti Dominici Ciuitatis Beneuentanæ, iniuncto onere, quòd ex eis ſcuta quingentum erogarentur in Sericis pro uſu Eccleſiæ, & reliqua reinueſtirentur ad effectum, ut ex illorum annuo redditu celebrarentur Miſsæ perpetuæ, cum Anniuerſario, & Officio defunctorum pro Anima Teſtatoris, dicatur ſaltem pro rata ſcutorum 50. ademptum, ſeu potiùs præuentiuè ab eodem Teſtatore, adhuc uiuente, ſatisfactū, ſtante ſubſequuta emptione per illum facta poſt conditum teſtamentum annui cenſus ſcutorum triginta pro ſorte principali ſcutorum quingentum ex tunc irreuocabiliter ceſſi, & aſſignati eiſdem RR. PP pro celebratione Miſſarum poſt eius obitum in concurrenti quantitate.

Et quòd huiuſmodi emptione, & aſſignatione ex tunc facta prædicti cenſus, nullo Iure fuerit inducta, nec ademptio, neque minus prçuentiua ſolutio legati ſcutorum mille, neque etiam pro rata ſcutorum quingentum, videtur abſque dubio reſpondendum.

Siquidem pro excludenda prætenſa ademptione, ſiue præuentiua ſatisfactione legati,
1 initio præmittendam exiſtimo generalem Iuris regulam, quòd ademptio, reuocatio, uel diminutio legati non ſit præſumenda, niſi liquidò probetur, l. 3. §. in duobus, ff. de adim. legat. l. cum centum ff. eodem, Bald in l. ſi pluribus, num. 1. ff. de legat. 1. Alex. conſil. 169. num. 3. & ſeqq. lib. 5. Cephal. conſ. 67. nu. 4. lib. 1. Natt. conſ. 483. num. 14. Odd. conſ. 43. numer. 33. Fab. de Anna conſil. 91. per tot. libr. 1. Spad. conſil. 284. num. 7. lib. 3. Menoch. lib. 4. præſumpt. 167. num. 1. & ſeq. Card. Mantic. de coniectur. vltim. volunt. lib. 12 tit. 2. num 2. Surd. deciſ. 38. num. 24. Fontanell. deciſ. 539. num. 3. & duob. ſeqq. Ludouiſ. deciſ. 236. num. 11. Cardin. Canaler. deciſ. 41 num. 5.
2 Signanter, quando legatum eſt factum fauore Eccleſiæ, Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 40. Ludouiſ. dict. dec. 236. num. 12. Cum-
3 que talis ademptio á voluntate dependeat Teſtatoris, quæ in dubio mutata non præſumitur, l. fideicommiſſum, §. ſi rem, ff. de leg. 3. Natt. conſ 476. num. 7. lib. 2. Menoch. dict. præſumpt. 167. num. 2. & 3 Gratian. cap. 221. nu.
4 22. Fontanell. dict. deciſ. 539. num. 4. verba interpretari debeant contra ademptionem,

l. 3.

l.3.§.ſi duobus, ff.de adimen.legat. Alexand. conſ.169.num.8.lib.5.Crauett.conſ.170.in fin. Caball. conſ. ciuil.72. num.17.& ſeqq. lib.2. Cardin.Mantic.de coniect.lib.7.tit.1. num.37.

Meritó hæredi aſſerenti, Teſtatorem á
5 priori receſſiſſe voluntate, incumbit onus
id probandi, *Natt.d.conſ.476.lib.2. Curt.Iun. conſ.103.nu.4.Card. Mant.de coniectur. dict. lib.12.tit.2.num.2.* alioquin eſt pronunciandum
6 dum pro legatario habente regulam Iuris
pro ſe, donec doceatur de limitatione, *Barz. deciſ.104.num.13.& deciſ.105.nu.3.Franch. dec.197.num.9. Card.Mant.deciſ.251.num.4.* in ſpecie *Fontanell. d.deciſ.539. num. 5.* quæ
7 regula nō eliditur per dubias probationes,
ſeu coniecturas, iuxtá monitum *Bald.in l.2. Cod.de bonor.poſſeſs ſecund.Tabul. Molin. de Hiſpan.primog.lib.3.cap.4. num.33. & ſequ. Piſtor.quæſt.Iur.lib.1.quæſt.17.num.45.* cum
8 reo habenti intentionem fundatam ſufficiat
dubiam reddere probationem actoris, cum contraria poſſibilitate, quæ ſatis, ſuperque ſufficit, vt probatio nō dicatur concludens, & perfecta, *Surd. conſ.505. num. 6. verſ.nec dicatur, Mandel.conſ.451.num.3.et conſ.452. num.44. Merlin.deciſ.597.n.34.*

Huiuſmodi autem probatio nullo Iure poteſt reſultare ex prædicta emptione annui cenſus ſcutorum triginta ex tunc irreuocabiliter aſſignati RR. PP. pro celebratione Miſſarum poſt obitum Teſtatoris; licèt enim regulariter, quoties fit legatum
9 á Teſtatore alicuius quantitatis pro illa ad
certus vſus eroganda, ſi deindè Teſtator, poſt conditum teſtamentum, donet legatario eamdem rem legatam, præuentiua eiuſdem legati ſatisfactio inducta intelligatur, itaut illud remanſerit extinctum, neque ampliùs ſit ab hærede præſtandum, iuxta terminos, *l.Lucius Titius 22.* la prima, *ff.de legat.2.& l.filia legatorum, Cod.de legat.* in quibus Iuribus Interpretes huiuſmodi examinant materiam, *Ruin.conſ.81.ſub num.7. lib.2.Surd.conſ.119.lib.1.* latè, alijs cōgeſtis, *Card.Mant.de coniect.vltim.volunt.lib.12.tit. 2. Paſchal.de patr.poteſt.part.2.cap.6.nu.35. & ſeqq.* Boſſ.*de Matrimon.cap.11.num.551. Add.ad Ludouis.dec.236.num.5.Card.de Luca de legatis diſc.51. nu. 3. Card. Millin.dec. 249.num.1.*

Attamen hęc concluſio non poteſt ſibi locum vindicare in præſenti ex pluribus, adhuc depræhenſis ex clara mente ipſius Teſtatoris, à qua re uera tota pendet huiuſmo-
10 di materia, ſiue ademptionis, ſiue præ-
uentiuæ ſatisfactionis legati, vt aduertunt DD. in Iuribus prædictis, & proſequitur *Menoch.d.lib.4.præſumpt.167.num.2.& ſeq. Card.Mant.de coniect.lib.12.tit.2.* & benè aduertit *Rot.in recent.dec.499.n.5.p.2.*

11 Primó, quia cum, in præſentia, agatur de duabus pijs diſpoſitionibus factis à Teſtatore pro celebrandis Miſſis, quæ abſque dubio duplicationem, augmentumque in quantitate recipiunt, ex infra allegandis; Hinc eſt, vt ſequens diſpoſitio inter viuos non cenſeatur facta in exequutionem legati præcedentis, ſed vtraque ſuum ſortiri debeat effectum, iuxta receptiſſimam doctrinam *Salycet.in l.quinquaginta 12.aliás quingenta, in fin.ff.de probat.* rectè aſſerens, ideò in *l.libertis quos, ff.de aliment.& cibar.legat.* non duplicari legatum; quia alimenta duplicationem nō recipiunt, eiſque vnica prę-ſtatione ſatisfit, quem præ cæteris ſequuntur, *Caſtren.in l.planè 34.§.1.num.3.& 10. ff.de legat.1.Surd.conſ.119.num.12.verſ.ſi dicatur, Camill.de Medic.conſ.131.num.4.Caren.reſolut.76.num.9.* & in ſpecie de legatis pijs relictis in diuerſis diſpoſitionibus, quòd,
12 cum contineant materiam reiterabilem,
per diſpoſitionem ſequentem, etiam inter viuos, non cenſeatur, neque ademptum legatum priùs factum pro eadem pia cauſa, neque præuentiuè ſatisfactum, egregiè doctiſſimus, & numquam ſatis commendatus, *Franch.*videndus, *deciſ.422.num.4.* ibique, *de Luca in obſeruat.num.9.* qui loquitur in his præciſis terminis, legati, nempè, priùs facti loco pio alicuius quantitatis pro certá cauſa celebrationis Miſſarum, cum ſubſequuta donatione eidem loco pio eiuſdem, vel ſimilis quantitatis, eadem cauſa celebrationis Miſſarum expreſſa, *Epiſcop.Maranta reſp.1. num. 77. lib.1.* benè *Rot. in rec. deciſ.233. num.5. verſ. quibus conſideratis, part. 3. Ludouiſ. deciſ.236. num. 8. in fin.* & huiuſmodi concluſionem in his etiam terminis poſt *Franch.d.deciſ.422.* approbauit, *Dunoz.Iun. dec.560. num.15.* licèt prædicta deciſio ſuper negotio principali non tangente hunc articulum legati pij reiterabilis, fuerit reuocata ob vrgentes facti circumſtantias, de quibus, *Rot.in rec.deciſ.41.& 309.p.9.*

13 Secundò fortiùs prædicta procedunt, rogando aduerti ad receptā diſtinctionē in huiuſmodi materia, alioquin inuoluta, etiā pro vero intellectu, *d.l.Lucius Titius 22.* la ſecōda, *ff.de legat.2.& l.quinquaginta,* aliás *quingenta, ff.de probat.* quæ Iura videntur inter ſe pugnare; nam, aut præceſſit legatū in vltima
14 voluntate, & ſequuta fuit diſpoſitio inter
uiuos adimpleta, adhuc uiuente teſtatore, præuentiuè trāsferendo commodum rei legatæ in legatarium; itaut, adhuc Teſtatore inter uiuos exiſtente, fuerit conſequutus dominium rei legatæ, eiuſque fructus; & hoc caſu abſque dubio huiuſmodi ſecunda diſpoſitio inter uiuos, ceſſantibus coniecturis in contrarium, perimit primam diſpoſitionem factam in ultima uoluntate, quia ipſemet Teſtator præuenit exequendo id, quod,

ab hærede eſſet præſtandum, neque illa diceretur inutilis, etiam ſequuta duplicatione, ſed illius effectum operaretur, ſtante exequutione legati præcedentis, ac maiori cõmoditate legatarij, qui rem ipſam, ſeu quantitatem legatam conſequitur, uiuo Teſtatore, cuius tamen obitus eſſet expectandus, ubi illa capienda eſſet iure legati facti in ultima uoluntate, & in his terminis procedit *tex. in d. l. Lucius, Titius* 22. la ſeconda, *ff. de legat.* 2. in quo Teſtator reliquerat Mœuio ſuam militiam, uel pecuniam, quæ ex uenditione eiuſdem militiæ redigi potuiſſet, & deindè, adhuc uiuens, dictam militiam, uendiderat, pretiumque ex illa redactum tradiderat eidem Mœuio, cui militiam illã, ſiue pretium in teſtamento reliquerat; ideòque textus prædictus procedit in caſu, in quo Teſtator legauit ſpeciem, ſiue quantitatem ex illa redactam, eamdemque, adhuc uiuens, legatario cum effectu tradidit, prout in *d. l. Lucius*, ibi, *& dedit ei, cui illam militiam, vel pretium eius teſtamento dari voluerit*, & ibidem declarat *Bart. numer.* 3. idemque comprobat *Cuman. num. 2. & ſeq.* alijque Interpretes, & in his terminis factæ traditionis legatario rei priùs legatæ procedunt deducta per *Ruin. conſ. 81. ſub num. 7. lib. 2. Surd. conſ. 119. lib. 1. Paſchal. de patr. poteſt. part. 2. cap. 6. num. 35. & ſeq. Card. Mant. de coniect. lib. 12. tit. 2. Boß. de matrim. cap. 11 num. 551. Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 236. num. 15. Card. de Luca de legat. diſ. 51. num. 3. Card. Millin. dec. 249. num. 1.* & quotquot auctoritates ex aduerſo poſſent afferri ad firmandam concluſionem, quòd, ſcilicèt, legatum priùs factum cenſeatur præuentiuè ſatisfactum ob donationem rei legatæ factã legatario, adhuc teſtatore uiuente.

15 Aut uerò uerſamur in duabus diſpoſitionibus, quarum prima facta fuit in ultima uoluntate; altera uerò in diſpoſitione inter uiuos, quæ non habuit effectum eodem tempore, quo illa facta fuit, ſed utriuſque diſpoſitionis exequutio fuit collata in tempus mortis ipſius Teſtatoris, prout in præſenti themate, de quo diſceptatur, in quo ſupponitur, diſpoſitionem inter uiuos ſuper aſſignatione annui cenſus ſcutorum triginta pro celebrandis Miſſis, eiuſque exequutionem, & commoditatem à legatarijs percipiendam, fuiſſe collatam poſt tempus mortis ipſius Teſtatoris; & tunc ſtante, quòd diſpoſitiones eodem tempore ſe inueniunt, eodemque tempore mortis Teſtatoris exequutioni ſunt demandandæ; ſecunda diſpoſitio inter uiuos non elidit alteram, neque dicitur facta in exequutionem ſeu implemẽtũ legati præcedentis, ideòq; utraq; debetur, ne ſecunda diſpoſitio reddatur inutilis, & in hac potiſſimùm ratione ſe fundat diſpoſitio *text. in d. l. quinquaginta aliàs quingenta* 12. *ff. de prob.* dum diſponit, vnam diſpoſitionẽ non intelligi factã in exequutionem alterius eodẽ tẽpore exequendæ, prout declarãt, præ ceteris *Fulgoſ. in dict. l. Lucius, ff. de legat. 2. & in l. filia legatorum ſub num. 1. verſ. & non obſtat lex, Cod. de legat. Imol. in l. huiuſmodi, §. cum pater, verſ. ſi verò legat quantitatem, ff. de legat.* 1. ibique *Iaſ. num. 17. verſ. ſed ego clariùs loquar*, idem *Fulgoſ. in d. l. quinquaginta* 12. *num. 1. ff. de probat.* ibique *Florian. de S. Petro num. 2.* egregiè *Fab. de Anna d. conſ. 91. num. 44. & ſeq.* & admittit *Rot. in rec. dec. 309. nu. 28. & ſeq. & dec. 41. num. 57. par. 9. tom. 1.* & optimè in his præciſis terminis, in quibus tám legatum, quàm donationis exequutio, etiam expreſſa eadem cauſa, in utraque diſpoſitione erant collata in tempus mortis, quòd, cum militent eædem rationes, quæ militant, quando vtraque diſpoſitio eſt facta in vltima voluntate, vtraque valeat, ne ſecunda reddatur inutilis, *Franch. d. dec. 422. num. 8.* quem ſequitur *Dunozett. Iun. dec. 560. num. 15. verſ. in propoſito.*

Cum igitur ex dicta aſſignatione annui cenſus in RR. PP. legatarijs nulla commodi perceptio conſiderari valeat, niſi poſt mortem Teſtatoris, quo tempore inciperent celebrare Miſſas, & percipere fructus cenſus, ideò vindicat ſibi locum recepta concluſio, de qua in ſecundo membro diſtinctionis, quód, quoties ex ſecunda diſpoſitione legatarius commodum non conſequitur, illa non præſumatur facta in exequutionem præcedentis legati, vt declarant, *Imol. in l. huiuſmodi, §. cum Pater, ſub num. 2. verſ. ſi verò legatum*, & ibidem *Alex. num. 4. Iaſ. num. 17. verſ. ſed ego clariùs, ff. de legat. 1. Fulgoſ. in l. filia legatorum, num. 1. verſ. & ex ratione, Cod. de legat. Franch. d. deciſ. 422. num. 5. circa med. verſ. quia ſi intelligeretur, & num. 8.* & admittit *Rot. in rec. d. dec. 41. num. 6. & 7. & num. 53. & ſeqq. & dec. 309. num. 28. & ſeq. par. 9. tom. 1.*

Vlteriùs pro excluſione prætenſæ præuentiuæ ſatisfactionis concurrunt vrgentiſſimæ coniecturæ, quæ abſque dubio rem videntur extra omnem controuerſiam conſtituere.

16 Tum, ex quo Teſtator poſt factam aſſignationem cenſus, ſuperuixit ſpatio decem mẽſium; ideòque, ſi voluiſſet reuocare præcedentem diſpoſitionem factam in legato, utique potuiſſet, quòd, cum non fecerit, uehemens inſurgit præſumptio, quòd ſua voluntas hæc fuerit, vt utraque diſpoſitio ſuum deberet effectum ſortiri, prout in ſpecie hác coniecturam poſt *Card. Mantic. de coniect. lib. 12. tit. 1. num. 13.* rectè ponderauit *Ludouiſ. dict. deciſ. 236. in fine, Rot. in rec. dec. 233. num. 5. par. 3.*

Quæ coniectura eò magis vrget, ſtante atteſtatione Confeſſarij, cui valdè deferen-
17 dum ob curam Animæ Teſtatoris eidem demandatam, *Corn. conſ. 261. num. 31. vol. 4. Suarez alleg. 1. num. 13. Capyc. Latr. decij. 12. num. 10. Ronit. decij. 95. num. 6. Cardin. Seraphin. dec. 1128. num. 1. Buratt. decij. 211. nu. 9. Card. Otthobon. dec. 145. num. 16.* qui fatetur, quòd Teſtator in extremis agens eidem patefecerit huiuſmodi legatum relictum RR.
18 PP. quòdque intendebat ex quinquaginta ſcutis iiſdem legatis pro celebratione Miſſarum, adimere ſcuta biſcentum fauore RR. Patrum Capuccinorum, idque non euenerit ob eorum incapacitatem; ideòque ex hoc apertiſſimè deprehenditur, Teſtatorem voluiſſe permanere in eius voluntate, neque intendiſſe adimere legatum ex prædicta aſſignatione iam facta, ptout in conſimilibus terminis benè arguit *Spad. conſ. 284. num. 6. lib. 3.* vbi, quòd hæc præſumptio procedat, etiam, quando concurrit identitas cauſæ in vtraque diſpoſitione; cum alijs allegatis per *Caſtrenſ. conſ. 214. num. 2. in fin. lib. 2. Cardin. Mantic. de coniect. vltim. voluntat. lib. 12. tit. 1. num. 12. Rot. in rec. dec. 233. n. 5. p. 3.*

19 Tum etiam, quia ſecunda diſpoſitio ſuper aſſignatione annui cenſus legitur facta ſolummodò ad effectum celebrandi Miſſas; legatum verò ſcutorum quingentum fuit relictum, nedum pro Miſſis celebrandis; ſed etiam pro Anniuerſario, & Officio Defunctorum, ideòque non poteſt dici, quòd ſecunda diſpoſitio inter viuos eamdem contineat numero cauſam in legato expreſſam, prout rectè aduertit *Surd. decij. 38. num. 24. verſ. nec monebat, & duob. ſeqq.* ubi, quòd, ſi in una diſpoſitione multæ ſint rationes, una ceſſante, non perimatur diſpoſitio, ſed firma remaneat.

Præcipuè, quia, cum ex ſupra firmaris, materia celebrationis Miſſarum ſit actus ſuaptè natura reiterabilis, dum Teſtator pro eius anima potuit mandare, ut plures Miſſę celebrentur; ideò re uera in ſecunda diſpoſitione inter uiuos dici poteſt, interueniſſe nouam cauſam, ſtante ſimplici onere iniuncto celebrandi Miſſas abſque Anniuerſario, & Officio Defunctorum, quæ, attenta diſpoſitione contenta in legato, erant celebranda, uná cum Miſſis; quando autem Teſtator uariauit modum legandi eidem Perſonæ in
20 quantitate, qualitate, conditione, loco, tempore, uel cauſa, cenſetur, uoluiſſe multiplicare legatum, ad hoc, ut utraque quantitas debeatur, iuxta mentem *Bald. in l. planè*, la prima, §. 1. ibique *Caſtr. num. 10. Iaſ. in 4. notab. Cuman. Alex. & Dec. ff. de legat. 1. Speculator in tit. de teſtam, §. 1. verſ. item pone, Ioſeph Ludouic. concl. 29. declarat. 8. & 9. verſ. quartò generaliùs*, egregiè uidendus *Gomez var. tom. 1. cap. 12. tit. de legat. n. 38. verſic. vel è contra, propè princ.* idque etiam probat *tex. in l. eum centum*, ibiq; *Bart.* & alij, *ff. de alim. & cibar. legat.*

Signanter, quia non uerſamur in duabus cauſis lucratiuis ponderatis per DD. ad effectum excludendi multiplicationem legatorum, *Bald. conſ. 163. num. 1. lib. 5. Ludouiſ. decij. 236. num. 7.* ſed potiùs in oneroſis pro celebratione Miſſarum, anniuerſarij, & officij, & rectè confert ad prædictorum confirmationem doctrina ſingularis, *Bald. in l. edita, num. 118. Cod. de edendo*, vbi, quòd,
21 quando in ſecundo actu noua adijcitur forma, & qualitas, illa ſufficit, vt ſumma credatur duplicata, quem ſequuntur, *Ruin. conſ. 31. num. 4. lib. 4. Menoch. de arbitrar. lib. 2. cent. 2. caſ. 213. num. 26.*

Cæterùm ſublata remanet quælibet difficultas, quia, cum Teſtator in ſuo teſtamento diſpoſuerit, vt totum, id, quòd ex eius hæreditate, vltra ſcuta quingentum, reperiretur, deberet per hæredem eius arbitrio in pios vſus erogari; Hinc reſultat, vt omninò ſublata remaneat legalis illa pręſumptio,
22 quæ pro excluſione reiteratæ ſolutionis legati fauet hęredi, innixa veriſimili Teſtatoris voluntati quòd noluerit hæredem multiplici præſtatione legatorum grauare. *l. Titia*, la prima, *§. qui inuita, ff. de legat. 2. l. huiuſmodi, § cum Pater, ff. de legat. 1. leg. vnū ex familia, §. ſi rem, ff. de legat. eod. l. nummis, ff. de legat. 3. Honded. conſ. 57. num. 37. & ſeqq. lib. 2. Buratt. dec. 580. nu. 10. & ſeq.* dum, attento teſtamento, ex toto aſſe hæreditario hæres, non niſi ſcuta quingentum ad ſuum commodum conſequi poſſit, quæ quidem ſalua ei remaneant, & cum potuerit Teſtator mutare teſtamentum, idque non egerit, ſed cum illa diſpoſitione decedere voluerit, proculdubiò credendum, quòd, non obſtante diſpoſitione aliorum ſcutorum quingentum aſſignatorum tantùm pro celebratione Miſſarum, voluerit, quòd vigore illius teſtamenti erogentur pro rebus ſericis, & pro Miſſis, & pro honorabili eius Anniuerſario, ac officio Defunctorum Monaſterio Sancti Dominici cæteris locis pijs prædilecto indiminutè ſcuta mille legata, & quæ ſuperfuerint ex ſatis pingui hæreditate, elargiantur ad alios pios vſus heredis arbitrio.

Hac controuerſia fuit demum per concordiam terminata.

ARGVMENTVM.

Simulatio, ſiue colluſio in contractu, ex quibus potiſſimùm coniecturis, & præſumptionibus deprehendatur: Latiſſimè agitur de pluribus argumentis ad illam detegendam.

Hæres grauatus, ſi aliqua bona hæreditaria diſtraxerit, & ex illorum pretio alia comparauerit, an, & quando bona empta loco fideicommiſſi ſubrogentur, Ad explicationem Iurium in *l. Imperator 72. & l. ſed quod inde 73. ff. de legat. 2.*

Mors alicuius, ex quibus præſumptionibus deduci valeat.

SVMMARIVM

1 *Simulatio propria conſtituitur, quando, nempè, contractus extrinſecus quidem celebratur; ſed re vera agitur inter partes, vt nihil actum intelligatur.*

2 *Contractus ſimulatus dicitur depictus, ſeu coloratus carens ſpiritu, & ſubſtantia; Adeòut Inſtrumentum ſuper eo celebratum non ſit Inſtrumentum intellectualiter, ſed ſolùm ſuperficialiter.*

3 *Idemque aſſerendum in contractu nullo ſimulatè, & colluſiuè geſto cum Curatore dato bonis Abſentis.*

4 *Simulandi cauſa ſufficit veriſimilis, imò etiam à partibus opinata.*

5 *Duæ coniecturæ ſufficiunt ad ſimulationem probandam, data cauſa ſimulandi.*

Imò, etiam vna ſufficit in aliquorum ſententia.

6 *Simulatio eſt difficillimæ probationis.*

7 *Maximè, quando probatur per tertium, qui nō ſit de contrahentibus.*

8 *Colluſio, quæ eſt latens, ac fraudulenta conuentio inter plures ad decipiendum tertium, plenè probatur præſumptionibus, & coniecturis.*

9 *Coniectura ad ſimulationem detegendam probantur, non ſolùm ex præcedentibus, & ſubſequentibus, ſed etiam ex tota facti ſerie.*

10 *Abſentis bona, de cuius vita dubitatur, proximiori ab inteſtato ſucceſſuro in cuſtodiam, & adminiſtrationem adiudicari debent.*

Idque, etiam procedit in Muliere minore proximiore, quamuis à cura repellatur.

11 *Simulatio arguitur, quando quis non adhibuit ſolitam, diligentiam, & cautelam, rem ſegniùs agendo, quàm par erat, utpotè ſi fuerit facta ſolutio, ſpreta proteſtatione.*

12 *Simulatio deprehenditur ex nimia facilitate in pecunijs credendis abſque debitis cautelis.*

13 *Simulatio reſultat ex inueriſimili.*

14 *Ratione loci, in quo clandeſtinè celebratur contractus, arguitur ſimulatio.*

15 *Simulationis, & fraudis præſumptio reſultat, quoties Inſtrumentum occultè geritur, præcipuè aliqua ſimulandi cauſa concurrente.*

16 *Ex tarditate in producendo inſtrumentum oritur præſumptio falſitatis, & vehementiſſimæ ſuſpicionis.*

17 *Sola ſuſpicio in ciuilibus pro falſitate, plenaque probatione habetur, ad effectum adimendi fidem Inſtrumento.*

18 *Simulatio præſumitur ex eo, quòd Inſtrumentum diù fuerit occultatum.*

19 *Præcipuè, quia ſi ab initio fuiſſet productum, vtique produxiſſet victoriam.*

20 *Simulatio præſumitur, quoties Inſtrumentum fuit productum, poſtquàm teſtes in eo deſcripti deceſſerint.*

Vel expectato obitu eorum, quibus negotij ſeries innoteſcebat.

21 *Coniecturæ, facti circumſtantiæ, totiuſque negotij ſeries, ſunt in ſimul, prudentis Iudicis arbitrio, perpendendæ in materia ſimulationis detegendæ.*

22 *Simulationis manifeſta reſultat probatio ex agnatione, & confeſſione bonæ fidei.*

23 *Simulatione probata per confeſſionem, non eſt opus probare cauſam ſimulandi.*

24 *Simulatio arguitur ex ſcriptura priuata confecta coram eiſdem teſtibus, qui Inſtrumento interfuerunt ſtipulato.*

25 *Ex cautelis, & præuentionibus factis ad occultandam ſimulationem contractus, eò magis eadem arguitur ſimulatio.*

26 *Timor, ne detegatur ſimulatio, cogere ſolet contrahentes ad excogitandas ſubtiles cautelas.*

27 *Quoties quis aliquid ſimulatum, ſiue falſum facere intendit, omnia ita ſubtiliter curat ordinare, ne falſitas detegatur.*

28 *Veritas, quantò magis conteritur, & aſtutijs oppugnatur, eò magis, expulſis tenebris in lucem progreditur.*

29 *Quò magis partes ſtudent ſimulationem occultare, tantò magis fit illa manifeſtior.*

30 *Veritas eſt fortior Vino, Regibus, & Mulieribus.*

31 *Hæres, ſi aliqua bona fideicommiſſaria diſtraxerit, & ex illorum pretio alia comparauerit illa debent fideicommiſſario reſtitui, tamquàm in locum fideicommiſſi ſubrogata.*

32 *Pretium ſuccedit in locum rei hæreditariæ venditæ.*

Expenditur text. in l. ſi rem, & pretium 25. ff. de petit. hæredit.

33 *In dote pretium ſuccedit loco eiuſdem dotis.*

Adeòut, etiam actione de dote peti poſſit.

34 *Emptum ex pecunia dotali, dotale efficitur.*

35 *Antinomia inter* l. ex pecunia, Cod. de Iur. dot. & l. reſque, ff. eodem, *ad concordiam reducitur.*

36 *Bona empta ex pretio bonorum antiquorum cenſentur antiqua, & ſubiecta Statuto.*

37 *An procedat in terminis Conſuetudinis Neapolitanæ, referuntur auctoritates ſibi inuicem aduerſantes.*

38 *Concluſio, de qua ſupra n. 31. procedit nedū, vbi expreſsè aliquis rem emere dicat, vt illam loco rei venditæ ſubroget; ſed etiam, ſi verſemur in dubio.*

39 *Poſſeſſor hæreditatis bonæ fidei, ſi rem hæreditariam alienet, & ex pretio aliam comparet, nō tenetur reſtituere vero hæredi rem comparatā, ſed pretium.*

Declaratur text. in l. ſed ſi lege, §. 1. ff. de petit. hæredit. *eiuſque intellectus, traditur, &* num. 39.

40 *Quo-*

40 *Quoties hæres expreſsè non declarat, ſe nolle ſubrogationem fieri, ſemper lex animum præſumit ſubrogandi, etiam in dubio.*

41 *Affertur alter intellectus* text. in d. l. ſed, & ſi lege, §. 1. ff. de petit. hæredit.

42 *Affertur ſententia affirmans, emptum ex pecunia hæreditaria effici hereditarium, & venire in reſtitutione fideicommiſſi.*

43 *Idque ex ratione, quia in vniuerſalibus pretium ſuccedit loco rei.*

44 *Adducitur altera opinio contraria; quod emptum ex pecunia hæreditaria non ſit hæreditarium.*

45 *De tertia opinione diſtinguente inter emptionem factam nomine proprio, & nomine hæreditario.*

46 *Quoties non verſamur in emptione facta ex pecunia in hæreditate reperta; ſed potiùs in re immobili alienata fideicommiſſo obnoxia, ex cuius pretio alia comparatur res, etiam nomine proprio empta ab hærede grauato, loco fideicommiſſi ſubrogatur.*

47 *Quando res fideicommiſſaria alienatur, & ex pretio alia emitur, tunc permutatio facta videtur.*

48 *In permutatione non cadit diſtinctio, an emptio per hæredem grauatum fuerit facta nomine proprio, vel potiùs hæreditario.*

Sed, vt cumque facta ſit, res permutata ſubrogatur loco rei permutatæ; ideòque venit in fideicommiſſi reſtitutione.

49 *Idque, etiam procedit in qualibet materia, ſignanter in feudo nouo permutato cum antiquo, quod antiquum euadit, & in re permutata cum antiqua, quæ eius loco ſubrogatur.*

50 *Quando in hæreditate adeſt pecunia, hæres in reſtitutione tenetur ad pecuniam, & non ad rem.*

Ideòque comparando rem ex ea pecunia, vtile negotium pro ſe gerere videtur.

51 *Secus aſſerendum in eo, qui rem reſtituere tenetur, eam enim alienando, & ex ea aliam comparando videtur abſolutè illam loco rei alienatæ ſubrogare, & de ratione,*

52 *Quoties incontinenti ex pretio rei fideicommiſſariæ alia comparatur de tacita ſubrogatione conſtare dicitur, ad effectum, vt res empta ſuccedat in locum fideicommiſſi, & de ratione.*

53 *Idque, etiam ſi emptio fuerit facta cum clauſula,* præſenti, &c. *quæ ſolet extendi* pro ſe, & hæredibus, *cum debeat intelligi acquiſitio nomine proprio, quatenus, nempè, fideicommiſſi caſus non eueniat, vel illud caducetur.*

Reprobatur contraria ſententia Peregrini.

54 *Stante mala fide hæredis alienantis prædium fideicommiſſarium, res ex eiuſdem prædij pretio empta, fortiùs ſubrogatur loco fideicommiſſi, & nomine hæreditario præſumitur empta.*

55 *Deciſio* Buratti 784. *in quo caſu intelligenda.*

56 *Diſtinctio* Bart. in l. Imperator, §. fin. ff. de leg. 2. *ſuper re, quæ ad heredem grauatum peruenit per circulum, in quo caſu non procedat.*

57 *Mortuus præſumi debet Iuuenis bellicoſus, ſi poſtquàm cœpit per mundum vagari, ſit elapſum quinquennium, nulluſque Nuntius de eius ſalute ſit habitus.*

58 *Mors Teſtatoris probatur per ſolutionem legati ab herede factam, cum legata, non niſi poſt mortem debeantur.*

59 *Leniores probationes requiruntur, quoties agitur de probanda morte antiqua, & non de recenti.*

60 *Quoties non agitur de probanda ſubſtantia actus, ſcilicet, mortis, ſed tantummodò qualitate actus, nempè, tempore mortis, leniores requiruntur probationes.*

CAPVT XLVI.

CIRCA triplicem inſpectionem verſatur præſens controuerſia; Prima, nempè, an prætenſa retrouenditio cenſus, de quo agitur, inita inter Maſſerium Aduerſarium, & Leonium prętenſum Curatorem datum bonis Vincentij abſentis, ſubſiſtat.

Secunda, an prædictus cenſus emptus ex pretio Prędij hæreditarij fideicommiſſo obnoxij, remanſerit hæreditarius, eidemque fideicommiſſo ſubiectus, licèt, non probetur, ipſum cenſum in actu emptionis ſpecificè fuiſſe ſubrogatum in locum prædij fideicommiſſarij diſtracti.

Tertia, tandem, an conſtet de morte Chriſtophori tempore venditionis eiuſdem Prędij.

Quò ad primam igitur inſpectionem, prætenſa retrouenditio cenſus extorta a Leonio prætenſo Curatore bonorum Vincentij abſentis nullo prorſus iure ſubſiſtit, neque meretur attendi, cum, ex infrà firmādis, apertiſſimè detegatur ſimulata, & colluſiua, ea, ſcilicèt, ſpecie propriæ ſimula-
1 tionis, quando, nempè, contractus extrinſecus quidem celebratur; ſed re vera inter partes agitur, ut nihil geſtum intelligatur, iuxta terminos *l. nuda, ff. de contrahen. empt. l. imaginaria, ff. de reg. Iur. l. ſimulatè, ff. de rit. nupt. l. emptor, ff. de aqu. pluu. arcen. Bald. in l. 1. num. 4. Cod. plus val. quod agit.* & in *l. precibus*, ibique, *Salicet. Cod. de probat.* egregiè, præ cæteris, *Bart. in ſuo Magiſtrali, conſ. 65. num. 2. & 3. lib. 1. Honded. conſ. 40. num. 7. poſt princ. verſ. alteram verò, lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 62. num. 7. & tribus ſeqq. Becc. conſ. 52 num. 29. & ſeq. Vermigliol. conſ. 372. num. 1. Altograd. conſ. 21. numer. 4. lib. 2. Maſcard. de probat. concluſ. 438. num. 12. & concluſ. 558. num. 2. Farinac. de falſit. & ſimulat. quæſt. 162. num. 5.* Card. *Mant. de tacit. lib. 13. tit. 35. num. 2. Noguerol. allegat. 10. num. 67. Merlin. controu. Forenſ. cap. 17. num. 10. lib. 2.*

2 Quo caſu contractus eſt ipſo Iure nullus, quia, cum deficiat in conſenſu, dum de mente contrahentium fuit, ut nihil dicatur actum, dicitur depictus, ſeu coloratus, carens ſpiritu, & ſubſtantia, & eſt ueluti corpus ſine ſpiritu, & vmbra ſine effectu, adeòut Inſtrumentum ſuper eo celebratum non ſit Inſtrumentum ſubſtantialiter, & intelle-

ctu,

ctualiter, ſed ſolùm ſuperficiliter, ut eleganter inquit *Bald. in l. 1. num. 4. verſ. nam quædam, Cod. plus valer. quod agit. & in l. fin. §. in computatione ſub num. 17. verſ. quia Inſtrumentum, C. de Iur. deliber. Surd. conſ. 168. n. 23.*
3 ubi in ſpecie de contractu nullo ſimulatè, & colluſiuè geſto cum Curatore dato bonis abſentis, *Honded. d. conſ. 46. num. 10 lib. 1. Rimin. Iun. conſ. 62. num. 7. 8. & 9. Becc. d. conſ. 52. num. 30. Iacob. Gall. conſ. 57. num. 10. & ſeq. Pariſ. conſ. 54. num. 26. & ſeqq. lib. 1. Soccin. conſ. 65. num. 14. lib. 1. & conſ. 264. num. 4. lib. 2. Altograd. d. conſ. 21. num 6. & ſeqq. lib. 2. Vermigliol. conſ. 467. num. 6. et conſ. 372. num. 19. Farinac. de falſit. & ſimulat. d. q. 162 num. 6. & ſeq.* Teſtay *alleg. 10. num. 74.* Ioſeph. *Vela diſsert. 38. nu. 58. Donſſperg. Syntag. Iur. lib. 2. part. 2. cap. 40. verſ. & hæc, Olea de ceſſ. Iur. tit. 8. quæſt. 1. num. 3.* latiſſimè, *Giurba dec. 22. num. 9. 17. & ſeq.* Rot. *in rec. dec. 308. num. 18. par. 5. & deciſ. 11. num. 19. & ſeq. part. 7. & dec. 388. num. 6. & ſeq. part. 9. tom. 2.*

Conſtat autem in præſentia, retrouenditionem cenſus fuiſſe ſimulatam, non ſolùm, quia præexiſtit ſatis manifeſta cauſa ſimulandi contractum retrouenditionis, & colludendi cum Leonio, nedum mendico, ſed mendicato Curatore bonorum Vincentij abſentis; ut, ſcilicèt, Aduerſarius ſtatim ſe eximeret ab ulteriori ſolutione fructuum cenſus, pro quibus quotidiè urgebatur; etiam uſque ad mandatorum relaxationem, nec non à reſtitutione ſortis principalis cen-
4 ſus; cum tamen ad hunc effectum ſatis ſuperque ſit, cauſam ſimulandi fuiſſe ueriſimilem, imò etiam à partibus opinatam, cũ ſimulatio pendeat ab animo, & opinione contrahentium, *Honded. d. conſ. 46. num. 28. lib. 1. Crauett. conſ. 88. num. 15. Farinac. de falſit. ac ſimulat. quæſt. 162. num. 138. Salgad. in labyr. credit. par. 2. cap. 14. in fin. Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 157. num. 27. verſ. ſufficit tamen, Adden. ad Baratt. deciſ. 99. numer. 3. & ſeq. Bich. deciſ. 49. num. 7. Buratt. deciſ. 901. num. 7. Card. Ottbobon. deciſ. 191. num. 8 Rot. in recent. deciſ. 11. num. 4. & ſeq. part. 7. & deciſ. 140. num. 4.* impreſſa penes, *Farinac. poſt lib. 1. conſ. et deciſ. 21. num. 1.* pariter impreſſa penes eumdem, *Farinac. poſt 2 lib conſ. et poſt Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 181. nu. 9.*
5 Sed etiam, quia, nedum concurrunt duæ coniecturæ, quæ ſatis ſuperque ſufficiunt ad probandam ſimulationem, data cauſa ſimulandi, *Bart. in l. poſt contractum, num. 2. & ſeqq. ff. de donat. Pariſ. conſ. 64. num. 8. et conſ. 85. lib. 1. Ruin. conſ. 213. nu. 13. Crauett. conſ. 156. nu. 16. lib. 1. Dec. conſ. 526. in fin. Bertazol. conſ. crimin. 487. lib. 2. Becc. conſ. 52. n. 42. lib. 1. Roland. conſ. 40. nu. 21. lib. 2. Pariſ. conſ. 55. num. 29. & ſeq. lib. 1. Vermigliol. conſ. 372. num. 9. Maſcard. de probat. concluſ. 438. num. 11.* vbi, quod vnica ſufficiat coniectura, *Staiban. reſol. 156. num. 86. lib. 2. Roſ. conſult. 48. num. 6. Card. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 33. num. 17. Rouit deciſ. 3. num. 16. Grammat. deciſ. 76. num. 30. Cacheran. deciſ. 42. num. 2. Rot. Gen. dec. 184. num. 22. Card. Ottbobon. deciſ. 191. num. 3.*
6 Sed plures adſunt coniecturæ, præſumptiones, & inditia, quibus concludenter remanet probata ſimulatio, quæ eſt difficillimæ probationis, cum ſoleat ita occultè velari, quòd uix conuinci poſſit, ut inquit, S. Mem. Clemens V. in *Clem. 1. §. Cæterùm de Vſur.* & probat *Bald. in l. emptione Cod plus valer. Dec. conſ 587. numer. 3. & duob. ſeqq. Caſtr. conſ. 109. lib. 2. Rimin. Iun. conſ. 62. num. 13. Becc. conſ. 2. num. 46. Menoch. conſ. 226. num. 68. & conſ. 109. num. 7. & lib. 3. præſumpt. 122. num. 5. Decian. conſ. 62. num. 16 lib. 2. Aym. conſ. 156. numer. 7. & ſeqq. Roland. conſ. 47. num. 6. lib. 4. Altograd. conſ. 5. num. 14. lib. 1. & conſ. 21. num. 40. & ſeqq. lib. 2. Cyriac. controu. 219. num. 55. et ſeq. et num. 79. & ſeq. Gratian. cap. 137. num. 8. Maſcard. de probat. concluſ. 1425. num. 5. & concluſ 447. n. 3. Farinac. de falſit. & ſimulat. qu. 162. n. 97. & 99. et cõſ. 201. n. 54. lib. 3. Noguerol. alleg. 10. n. 69. Staibã. reſ. 156. n. 80. et ſeqq. lib. 2. et reſol. 9. nu. 8. lib. 1.* ubi, poſt *Farinac.* id maximè procedere affirmat, quando,
7 prout in præſenti themate, ſimulatio probatur per tertium, qui non ſit de contrahentibus, *Roſa conſult. 48. num. 59. Tondut. reſolut. ciuil. part. 2. cap. 179. num. 4. Medic. exam. 20. num. 32. inter deciſ. Seuen. Aut. Fab. in Cod. lib. 4. tit. 17. defin 1. Caualcan. deciſ. 2. num. 16. part. 2. Surd. deciſ 23. in fin. Barz. deciſ. 33. n. 3. Amat. deciſ Ferrar. 8. num. 28. Thomat. deciſ. Macerat. 92. num. 16. et ſeq. Card. Seraph. dec. 660. num. 3. Coccin. deciſ. 408. num. 4. Cardin. Caualer. dec. 406. num. 1. Rot. in recent. deciſ. 121. num. 6. part. 9.*
8 Prout etiam colluſio, quæ eſt latens, fraudolentaque conuentio inter plures ad decipiendum Tertium, iuxta definitionem *Io. de Anan. in rubric. de colluſ. deteg. num. 2.* plenè, etiam probatur coniecturis, & præſumptionibus, *leg quia autem, §. non ſimpliciter.* ibi, *ſi tamen nulla ſuſpicio colluſionis Religionem Prætoris inſtruxerit, ff. ſi quis omiſs. cauſ. teſtam. Corn. conſ. 26. col. 4. lib. 3. Caſtald. conſult. 136. num. 3. Caſtill. deciſ. 89. num. 19. Muta, deciſ. 74. numer. 25. Verall. deciſ. 143. in princip. part. 1. Cardin. Mantic. deciſ. 246. num. 5. Bich. deciſ. 383. num. 9. et deciſ. 394. num. 19. et ſeq. Rot. in recent. deciſ. 23. num. 3. part. 1.*

Plures uerò enumerantur Coniecturæ, & quidem urgentiſſimæ deſumptæ non ſolùm ex præcedentibus, & ſubſequentibus, prout

fieri

Digitized by Google

fieri debet, *Bald. in l. multùm intereſt, num. 2. verſ. ſed quomodò*, *C. ſi quis alteri*, *vel ſibi*, *Aym. conſ. 143. num. 9.* Card. *Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 35. num. 18. et deciſ. 235. num. 6. Farinac. de falſit. et ſimulat. d. quæſt. 162. num. 227. Gratian. cap. 207. num. 10. Cyriac. contr. 219. num. 77. Epiſc. Sperell. dec. 28. num. 13.* Card. *Seraph. dec. 660. n. 2.* Rot. *diuer. dec. 806. num. 5. par. 1.*

9 Sed etiam ex tota ſerie facti, quæ ad ſi-
mulationem detegendam maximoperè eſt
attendenda, ut inquit *Iaſ. in l. prætor*, §. *ſi
initium, num. 3. ff. de eden. Dec. conſ. 544. n. 13.
Epiſc. Sperell. d. deciſ. 28. num. 14. Coccin. dec.
408. num. 3. Rot. poſt Salgad. in labyr. credit.
deciſ. 23. num. 5. et deciſ. 254. num. 1.* poſt ſe-
cundum *volum. conſ. Farinac.*

Prima coniectura nobis ſe offert deducta
ex præcedentibus aſſertum contractum re-
trouenditionis cenſus, ea potiſſimùm ani-
maduerſione adhibita, quòd Leonius Vir
inops, & miſerrimus datur induſtrioſè Cu-
10 rator bonis Vincẽtij abſentis, nullarenus ci-
tata Alexandra eius Sorore, cui tanquàm
proximiori, atque adeò ab inteſtato ſuc-
ceſſuræ, fratris abſentis bona, de cuius ui-
ta dubitabatur, adiudicari debebant in cu-
ſtodiam, & adminiſtrationem, *l. 2.* ubi DD.
ff. de curat. bon. dand. latèque præ cæteris cõ-
probant, *Menoch. conſ. 345. num. 3. et 16. verſ.
ſecundò quia diximus, et de arbitrar. lib. 2. caſ.
150. num. 32. Socein. Iun. conſ. 26. lib. 1. Parla-
dor. rer. quotid. quæſt. 1. Eſcobar. de ratiocin.
cap. 6. num. 52. et ſeqq.* ubi in ſpecie, quòd
ſit danda Adminiſtratio bonorum abſentis,
etiam Mulieri proximiori, quamuis à cura
repellatur, *Perez. de Lara de* Cappellan. *lib. 1.
cap. 22. num. 16. et ſeqq. Guttier. pract. quæſt.
lib. 2. quæſt. 7.* latè, *Fontanell. de pact. nupt.
tom. 2. cl. 7 gloſ. 3. p. 1. n. 41. et ſeqq. Salgad. in
Labyr. credit. part. 1. cap. 8. num. 48. Brueṡger.
in corollar. poſit. poſt deciſ. Maynard. corollar.
1. in addit. num. 63.* Roxas *de incompatibilit.
part. 6. cap. 3. num. 28. et 44. Hieron. de Leo,
dec. Valent. 72. num. 6. Ant. Fab. in* Cod. *lib.
4. tit. 7. de obligat. defin. 2. et lib. 5. tit. 40. defin.
1. et 10.*

Idemque Curator, alioquin nulliter datus,
ex proximè allegatis, iudicialiter egit vſque
ab anno 1641. contra RR. Patres S. Spiritus
Poſſeſſores cenſus controuerſi pro obtinen-
da immiſſione ſuper eodem cenſu, quam
obtinere non potuit, ijdemque RR. PP. Iure
meritò præſagientes aliquam colluſionem
inter Aduerſarium, & prædictum Curato-
rem vigore ſpecialis inhibitionis, & præce-
pti, curarunt, iniungi eidem Aduerſario,
quòd fructus prædicti cenſus ſolueret ipſis
Patribus, & non alteri perſonæ; Ex qua ſpe-
cie facti inſurgit validiſſima præſumptio
ſuadens ſimulationem, & colluſionem aſſer-
tæ retrouenditionis; cum nullo modo vide-
ri poſſit veriſimile, Aduerſarium, alioquin
callidum, iuriſque peritum, fuiſſe parum
cautum, adeòque negligentem, extinguen-
do cenſum, facta reſtitutione ſortis prædi-
cto Curatori, nedum in ſpretum inhibitionis,
& præcepti, ne fructùs cenſus, illiuſque ſor-
tem alteri ſolueret, quàm prædictis RR. PP.
ſed etiam, nulla adhibita cautela, ſaltem
in deponendo pecuniam in Æde publica,
dum rectè ſciebat, cenſum ad Curatorem
non ſpectare, quinimò pecunias in caſu ex-
tinctionis cenſus ex ſpeciali conuentione
debere neceſſariò deponi, ad effectum illas
erogandi in alio cenſu, ſeu bonis ſtabilibus
pro euictione prædij venditi illis de Sanſone.

11 Regulare autem eſt, vt ſimulatio rectè ar-
guatur, quando apparet, non fuiſſe adhibi-
tam diligentiam, & quando quis, alioquin
cautus in negotio, ſolitam cauthelam non
adhibuit, ſegniùs rem agendo, quàm par
erat *Dec. conſ. 587. num. 5. & ſeqq. Pariſ. conſ.
54. num. 70. lib. 1. Decian. conſ. 62. num. 82. lib.
3.* Menoch. *conſ. 109. nu. 25. & præſumpt. 122.
num. 85. lib. 3. Altograd. conſ. 21. num. 45. lib. 2.*
Cardin. *Mantic. de tacit. lib. 8. tit. 20. num. 28.*
Teſtay *alleg. 6. num. 215. & ſeq.* Cepoll. *de ſi-
mulat. contract. cap. 103. num. 109. præſumpt.
18. Maſcard. de probat. concluſ. 444. num. 12.
Farinac. de falſit. quæſt. 162. num. 180.* Ioſeph
*Ludouic. cõcluſ. 51. verſ. vigeſima ſecunda con-
iectura*, Tiraquell. *de retract. conuent. in præ-
fat. num. 32.* Noguerol. *alleg. 10. num. 36. & 61*
vbi in proximis terminis de ſolutione facta,
ſpreta proteſtatione, *Afflict. dec. 40. num. 19.
verſ. item eſt alia præſumptio* benè Rot. *in rec.
deciſ. 283. num. 11. & ſeq. par. 5.* vbi, quòd ex
nimia facilitate in credendis pecunijs, ab-
12 ſque debitis cautelis, arguatur ſimulatio,
Card. *Otthobon. dec. 191. num. 11. & ſeq.*

Huiuſmodi verò coniectura fortiùs vr-
get, quia paulò poſt exequutum dictum præ-
ceptum contra Aduerſarium, & poſt litem
diù Peruſiæ agitatam occaſione dicti cen-
ſus inter dictos RR. Patres, & Curatorem,
fuit etiam cæpta alia lis pro parte Monia-
lium contra Aduerſarium, ideòque vix cre-
di poteſt, eumdem, iam in mala fide conſti-
tutum, ex Iuribus contra ipſum productis,
ex quibus deprehendebatur, quòd cenſus
ſpectaret ad Moniales, voluiſſe pecunias in
ſumma ſatis ingenti perſoluere Curatori,
ſubeundo onus reiterandæ ſolutionis, nulla
prorſus cautela adhibita, ex cuius omiſſio-
ne ſimulatio, & colluſio, arguitur, ex proxi-
13 mè allegatis, quæ etiam reſultat ex inueriſi-
mili, *Dec. conſ. 644. num. 6. Crauett. conſ. 156.
num. 9. Vermigliol. conſ. 467. num. 8. Farinac.
de falſit. & ſimulat. d. quæſt. 162. num. 15. Cy-
riac. controu. 219. num. 76. Buratt. deciſ. 361.
num. 8.* vbi in ſpecie de ſimulatione nume-

ratio-

rationis pecuniæ, *Cardin. Ottbobon. dict. dec. 191. n. 11. & ſeqq.*

Secunda coniectura eſt etiam magnifacienda, dum Inſtrumentum prætenſæ retrouenditionis cenſus legitur celebratum inter domeſticos parietes Aduerſarij, coram Notario extero, Teſtibusque pariter exteris, parum cognitis, viliſſimæque cōditionis, quòd, non alia ratione præſumi debet induſtriosè geſtum, niſi, quia contrahentes nolebant colluſiuam, ſeu ſimulatam retrouenditionē cenſus ad aliorum deuenire notitiam; Ra-
14 tione autem loci, in quo clandeſtinè celebratur contractus, arguitur ſimulatio, ut in proximis terminis aduertit *Honded. d. conſ. 46. num. 19. & quatuor ſeqq. lib. 1. Menoch. lib. 3. præſ. 122. n. 95.*

priuetur Inuentarij ob omiſſam deſcriptionem alicuius rei hæreditariæ; itaut de proprio teneatur, iuxta deducta per *Phanuc.de Inuent.num.*51.*Rimin.Iun.conſ.*417.*num.*24. *Menoch.conſ.*89.*num.*146.*Roland.conſ.*73.*numer.*43.*libr.*2. *Honded.conſ.*15.*numer.*55. *libr.* 1. Nihilominus, ſola non ſufficit omiſſio; ſed vlteriùs requiritur, quòd dolo, vel fraude omiſerit, iuxta receptam doctrinam *Bald.in l.fin.§.cum igitur,n.*8.*Cod.de Iure deliber. Angel.in l.*1 *§.hac ſtipulatio,n.*23. *verſ. & ſi dictus hæres. ff.ſi cui plùs quam per leg.Falcid. Menoch. conſ.*471.*num.*1.*& ſeq.lib.*5. *Prukman.conſ.*47.*num.*51.*Ferrett. conſ.*5.*num.*7.*Dec.conſ.*633.*num.*10. *Roman. conſ.*276.*num.*8.*Bellon.conſ.*30.*num.*6.*Honded. conſ.*59. *num.*25. *et* 31.*lib.*1. *Gratian. cap.*797.*num.*15 *& ſeqq. & cap.*998. *n.*11. *& ſeq.* Cyriac. *controuerſ.* 326. *numer.*14. *et ſeq. Staib. Iun.reſol.*95.*n.*13.*lib.*1.*Hodiern. controu.*5.*num.*35.38.*et* 46.*Surd.deciſ.*222.*n.*10. *verſ. tertiò dicebat*, *et nu.*13.quàm ſępiſſimè, vti æquiorem amplexa eſt *Rota* ſignanter apud *Peniam deciſ.*1447.*num.*11. *verſic. ſed fuit reſponſum coram Ludouiſ. deciſ.* 169. *num.*3.*Duran. dec.*387.*nu.*17.*& ſeq.Achill. deciſ.*3.*de teſtam.in rec.deciſ.*747.*num.*4.*par.*2.*et deciſ.*331.*num.*21.*par.*5.*et deciſ.*181.*n.*3.*part.*6. *et deciſ.*202. *num.*7. *part.*11. quod
2 enim malo animo non fit, pœnam non meretur, vt inquit *Gloſ. in l.ſi ſeruus, numer.*70. *§.Prætor ait, ff. de acquir. hæredit.* verbo *non videri*, *Hodiern. d.controuerſ.*5. *num.*35. *et ſequent.*
3 Huiuſmodi verò dolus non præſumitur, *l. dolum, C.de dolo, l.ſi creditor, Cod. de pignor. act. l. quoties, §.qui dolo, ff.de pignorat. act. Alciat. reg.*3.*præſumpt.*4. *num.*1. *l.*7. *Ludouiſ. deciſ.*169. *num.*1. & per quamcumque
4 cauſam, etiam beſtilem excluditur, *Gratian. d.cap.*988.*num.*11. *Staiban. Iun. dict. reſolut.*95. *num.*14. *lib.*1. ſed debet concludenter probari, ad effectum priuationis beneficij iam ex Inuentario quæſiti, per *text. in l.fin.§.licentia*, ibi, *poſtquam fuerint conuincti, Cod.de Iur.deliber. Alex. in l.fin. ſub num.*2. *verſ.quæ vltima reſponſio*, *C. de Iur. delib.Bald.conſ.*250.*nu.*1.*lib.*1.*Honded. conſ.*35.*num.*12.*lib.*1.*Peregrin.conſ.*19.*num.*33. *lib.*4. *Hodiern. contr.*5. *num.*38. 39. *et* 46. *Surd. deciſ.* 222. *numer.* 11. *et* 14. *Ludouiſ.deciſ.*169. *num.*1. *et ſeq. Priol. deciſ.*83. *num.*34.*Rot.in rec. deciſ.*181.*num.*13.*et ſeq.*
5 *part.*6. Cum in dubio præſumptio Iuris ſtet
pro hærede, quòd potiùs ignoranter, bonaque fide, res, quæ deficiunt, in Inuentario fuerint omiſſæ, quàm ex dolo, *Alex.in dict. l.fin.§.licentia,num.*2.*verſ.quæ vltima reſponſio,Cod.de Iur.deliber. Bart. in l.Tutor, qui repertorium, num.*20. *in fin.ff. de admin. Tutor. Bellam.conſ.*30. *num.*6.*Gratian. cap.*352.*nu.*14. *& ſeq.* Menoch.*conſ.*471.*num.*1. *& ſeq. lib.*5. Herculan.*de probat. negat.ſub num.*69. *verſ.quarta concluſio,Cancer.var. part.*3.*cap.*2.*de Inuentar.num.*58.*Manſ.conſult.*1.*nu.*12. *Surd.d.dec.*222.*num.*11.*& ſeq. & deciſ.*216. *num.*39.*Rot.Ianu.deciſ.*35. *Ludouiſ.d.dec.*169 *num.*2.*& ſeq. Penia d. deciſ.* 1447. *num.* 14. *Rota deciſ.*199. *numer.*11. *& ſeq. poſt ſecundum volum. conſ.Farinac.*
6 Idque clariſſimis, & perſpicuis coniecturis, *Bald.d.conſil.*250.*num.*1.*circa med.lib.*1. *Phanuc. de Inuentar.parc.*3.*num.*50. *Surd.d. dec.*222.*num.*11. *Ludouiſ. deciſ.*169. *num.*1. *& duob.ſeqq.* & per probationes, quæ conuincant, & de neceſſitate dolum præſeferant, nam, ſi poſſent referri ad bonum, & malum, vtique verus dolus non diceretur probatus, *Alex.conſ.*103.*nu.*13.*lib.*1. *Rimin. Iun.conſ.*184.*num.*9. *lib.*1. *Honded. conſ.*35. *num.*2. *lib.*1.

Prædicta verò omnia, eò fortiùs ample-
7 ctenda in præſentia; Tum, ex quo Marcheſettus tempore confecti Inuentarij erat minor, in quo faciliùs non præſumitur dolus, *Bald. conſ.* 403. *num.* 2. *verſic. ſi autem eſſet minor, lib.*2. & in his terminis *Penia d.deciſ.* 1447. *numer.* 11. *verſic. & in Muliere, & Minore.*
8 Tum etiam, quia, cum cenſus non deſcriptus, inter immobilia connumerari ſoleat, iuxta textum apertiſſimũ *in Clement.Exiui, §.cumque annui redditus*, ibique *gloſ.de verbor.ſignific. l.ſi quis inquilinos, ff.de legat.*1. *Bart.Caſtr.Cyn.&* Iaſ.*in l.ſciendum, ff.qui ſatiſd. cogant. Bald. in l.etiam col.*2.*Cod.de ex-*

Digitized by Google

cept.rei Iudic.gloſ.in l.Iubemus , verbo *Annonas* , vbi *Bart.Bald.*Caſtr. & alij, *Cod. de Sacroſ.Eccleſ.* Gabr.*conſ.141.num.14. lib.2. Cancer.Var.cap.7. part.1.num.121. verſ.eſtque ratio,Iaſ.in l.à Diuo Pio,§.fin.num.1.ff.de re Iudic.*Cenc.*de cenſ.part.1. cap.3.quæſt.1. artic.12 num.20.& ſeqq. alias quæſt.30.* iuxta nouiſſimam impreſſionem Taurinenſem, *Caroc. de excuſſ.bonor. part.2. qu.44. in princip. Tiraquell de retract. conſang.§.1. gloſ.6. num.34.& gloſ.7.nu.7.et 9. Duard.de Cenſ. in princip quæſt.10 per totam,Ferron.ad conſuet. Burdegal. tit. de feud. §.20.*Gregor·*Lopez in leg.Hiſpan.part.2.tit.17.l.1.in gloſ in* verbo, *Ruyzes,Couarr.lib.3. Var. cap.7. num.2.Muta ad conſuet·Panorm.cap 51.num.19.* Gayll. *Pract.obſernat.lib.2.obſernat.10.Dionys.*Gothofred.*in Prax.ciuil.libr.1.tit 8. Rubr. de reddit.ann.fol·484.Felic.de cenſ.lib.1.cap.7. num·2.verſ.quòd redditus , & lib·2.cap·3.n. 32. et ſeqq. Rouit. in Prag.1.de Iur.et exact. Fiſcal,num.66. & ſeq.* latè *de Marin. quotid. lib.1 cap.11.num.1. & ſeqq. Surd.dec.204. Barz.deciſ.109.numer.11. Franc. deciſ.362. num.7.*Card.*Seraphin.deciſ.224.num.4.Card.* Mant.*dec.14. num 1. Zarath.deciſ.42.nu.13. Rot in rec.deciſ.283. num.13. part·7. & dec. 290. num.11.& ſeq.par.8.*

9 Adeò vt cenſus poſſit conſtitui ſuper alio cenſu , tamquàm ſuper re ſtabili , *Duard. de cenſ §1 quæſt.31.Cenc eod.tract.qu.31.*iuxta nouiſſimam impreſſionem Taurinenſem, *Foller.in Prax.cenſual.*verbo *huiuſmodi, nu. 49.Auendan.de cenſib.cap. 54. num. 4 Felic. de cenſib.tom.1. lib.2. cap.3· num.32.Caſſan. ad conſuet.Burgund.*Rubr.*11. des Cenſes,§.3. ſub num 4.verſ.quid autem ſi cenſuarius , de Marin.d.reſolut.11.num 16. Andreol. contr. 406.num.1. Buratt.deciſ.580. num.8.& dec. 913.num.11.& ſeq.* Caroc.*dec.103 Maſtrill. dec.215. num.1. libr 3. Milanens. deciſ. 10. num.7·lib.2.*

10 Ideòque ſub prohibitione alienationis bonorum ſtabilium venit etiam Cenſus , *Caſſan. ad conſuet. Burgund.* Rubr.*5· §.pen. in princip. Miſing. obſeru.69. num 4. cent.1. de Marinis d.cap.11.num 6 lib.1. Surd.dec.204. num.4. Buratt.deciſ.580. num.8. Rot. in rec. deciſ. 190. num.1. part. 8.* Prout ex hac eadem ratione , ſicuti habens ſtabilia releuatur ab onere ſatisdandi , ita etiam aſſeren-
11 dum de habente cenſum, *Roland. conſ. 14. num.7. lib.2.Bellon.conſ.23.num.9. Cancer. Var.part.1.cap.7. num.121. verſ.vbi concludunt, Gaill.lib.2. obſeruat.10. Caſſan.ad conſuetud. Burgund. Rubr.5. §.pen. de Marin. d. cap.11. num.9. Surd.d.deciſ.204.*

12 His præmiſſis,reſultat , vt omiſſio deſcriptionis cenſus in Inuentario , tamquàm rei ſtabilis , quæ facilè celari non poteſt , numquàm in dubio cenſeatur , neque præſumatur doloſa, *Marque. de diuiſion. bonor. lib.1. cap.1.num.42.Minad. conſ.4.num.14.Peregr. conſ.19.num.41.lib.4. Cyriac. controu. 326. num.11.& ſeqq.Duran.dec.387. num.21.* rectèque confert, *text.in leg.2. Cod. quand.& quib. quart.pars lib.10. gloſ.in l.quamuis, ff. de pignor. action.* quidquid in contrarium in
13 ſpecie omiſſionis cenſus , non rectè dixerit *Fontanell. de pact.nupt.clauſ.7.gloſ.3. par.2. num.54.*

14 Accedente potiſſimùm clauſula, *Saluo Iure addendi*,appoſita in Inuentario,per quam bona fides reſultat hæredis , & excluditur dolus, *Bald.in l.fin.§.cum.igitur, num.8.C.de Iur.deliber.* vbi, quod per huiuſmodi declarationem demonſtretur, hæredem non habuiſſe animum celandi , ibique *Iaſ.ſub nu.3. verſ.ideò cautela eſt, idem Bald.in l ſed cum Teſtator,num.18.Cod.ad leg.Falcid. Dec.cōſ. 633.ſub num. 1. Roland. de Inuentar. part.4. qu.8.num.4* Mart.*de clauſ.part.1. clauſ.134. & conſ.70. num.34. Gratian. cap.720. nu.9. & 998. num.13.Veiaſe. conſult.52. num.16.* Theſaur.*quæſt.Forenſ.10. num.6.& 26.lib.1. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.7.gloſ.3 part.2. num.54. Mierez in conſtit.Cathalon Hac noſtra, num.148. Staiban. Iun.reſol.95.num.16. lib.1. Hodiern.controu.5 nu.39.& ſeq. Surd. d.deciſ.222.num.21.ad fin.*Gamma *dec.Luſit.* 148 Rot.*Iannen.dec 35. Penia d.deciſ. 1447. num.8* Card. *Caualer deciſ.584. num.1. Ludouiſ deciſ.169.nu.4.*Rot.*in rec dec.747.la prima, num 4.verſic. ſed potiùs excluditur , part.2.*

Nullatenus aduerſante vnico obiecto , quòd Marcheſettus debuerit in Inuentario deſcribere cenſum,poſtquàm ſuperuenit notitia, illum adeſſe inter bona hæreditaria .

Prædicta enim clauſula, *Saluo Iure adden-*
15 *di*, operatur, vt hæres non priuetur beneficio Inuentarij , quamuis poſteá , ſuperueniente notitia, non addiderit , vt in ſpecie *Gratian cap.720.num.9.& cap.998.num.13. Staiban Iun. reſol.95. num.17.* egregiè , præ cæteris , *Surd d.deciſ.222. num.21. & ſeq.* & pluries dixit *Rot.* præcipuè, apud *Card. Caualer.deciſ.508. num.8.coram Penia d.deciſ. 1447.ſub num.13.& in rec.deciſ.181. nu.21. part.6.*

16 Contraria verò concluſio procedit,quando liquidò conſtat, hæredem tempore confecti Inuentarij habuiſſe incontrouertibilem ſcientiam rei non deſcriptæ; quo caſu,ſtante dolo , clauſula præſeruatiua eidem non ſuffragaretur , & in his terminis procedit doctrina *Bart.*ex aduerſo allegata , in *l.1.§. ita, ff.de Offic. Præfect.Vrbis* , quem ſequuntur *Ceuall.comm.contr.comm.quæſt.131.n.7. Crauett.conſil.384.num.26.Soccin.Iun.conſil. 108.num.43.lib.2.Menoch.conſ.89.num.146. Rimin.Iun.conſ.417.num.30.& conſ.621. nu.*

10.et

10.& ſeq.Port.Imol.conſ.50.nu.16. Houded. conſ.34. in fin. lib.1. Cephal. conſ.506. num. 12.Gratian.cap.711.num.11. Cancer. var.p. 3.cap.2.num.19. Phanuc.de Inuentar.part.3. num.49.Adden.ad Ludouiſ.dec.169.num.12. Cirocc. diſcept.7.num.71. Hodiern. ad Surd. d.dec.222.num.3.idem Surd.dec.216.Criuell. deciſ.Dolan.143.CapJc.Latr.dec.129.num.9. lib.2, quæ ſcientia nullibi ex aduerſo probatur in Marcheſetto tempore Inuentarij.

17 Præter quàm quòd, iuxta receptiorem ſententiam, omiſſio deſcriptionis nominis debitoris hæreditarij, utpotè eſt cenſus, non vitiat Inuentarium, quando in hæreditate non extant Inſtrumenta, Phanuc. de Inuentar.par.3.num.63.verſic.ſed ſi omittātur, Gratian.cap.532.num.27.Cancer.var.par.3.cap. 2.de Inuentar.num.39.benè Hodiern.controu. 5.num.44.Manſ.conſult.1.num.12.Surd.deciſ. 222.num.8.& ſeq.Penia d.deciſ.1447.num.9 Duran.dec.212.num.11.repetita in rec. deciſ. 310.num.10.par.5.

18 Vlteriùs excluditur etiam dolus ex omiſſa deſcriptione cenſus; cum enim in confectione Inuentarij Marcheſettus expreſſam emiſerit proteſtationem, ſe illud conficere, ſine præiudicio reintegrationis fideicommiſſi inſtituti à Donato Marcheſetto; Idcircò meritò potuit credere, cenſum non eſſe deſcribendum in Inuentario, quamuis eiuſdem notitia ſuperuenerit, vtpotè obnoxium prædictæ reintegrationi fideicommiſſi ob factas alienationes á Marcheſetto de Marcheſettis.

Ideòque, his ſtantibus, cum idem Marcheſettus ſupponeret, cenſum eſſe fideicommiſſo obnoxium, illudque ad ſui fauorem fuiſſe purificatum, vel ſaltem poterat ſatis probabiliter dubitare, an idem cenſus, etiam tamquàm hæreditarius, eſſet deſcribendus.

19 Meritò huiuſmodi ſola credulitas ſufficit ad excluſionem doli, ut in ſpecie ponderarunt Peregrin.conſ.19.num.42.lib.4. Montic. de Inuentar.quæſt.32.num.29.optimè videndus Duran.deciſ.387.num.19. verſ.ſecunda emanauit, & num.20.

20 Quinimò ad excludēdum dolum ex omiſſa deſcriptione alicuius rei hæreditariæ in Inuentario, ſufficit quælibet cauſa, etiam beſtialis, ex adductis per Gratian. capit. 988. numer.11.Staiban. Iun. reſolut.95. numer.14. lib.1.

21 Regulare enim eſt, vt doli præſumptio ex omiſſa deſcriptione, alioquin reſultans, poſſit alijs præſumptionibus, & coniecturis elidi, ſi modò tales ſint, quæ valeant inducere animum Iudicis ad moraliter credendum, omiſſionem non fuiſſe doloſam, iuxta monitum Bald.in d.l.fin.§.cum igitur, num.8. Cod.de Iure delib.Roman.conſ.286.num.8.Menoch.conſ.471.à num.1. vſque ad 8. Minad. conſil.4.num.14.Surd.dec.216.num.44. & latiùs deciſ.222.per tot.Duran.d.deciſ.387.n. 15.& ſeq.

22 Et in omnem caſum; eſtò etiam, quòd omiſſio fuiſſet doloſa, quod, ex ſupra firmatis, non præſumitur, & mordicùs negatur, non propterea hæres priuaretur beneficio Inuentarij, ſed ad ſummum ſolùm puniretur in duplum, iuxta veriorem, magiſque communem ſententiam, quàm ex verbis, d. l.fin. §.licentia, Cod.de Iure deliberand. ibi: *Illo videlicet obſeruando, vt ſi ex hæreditate aliquid hæres ſubripuerit, vel celauerit, vel amouendum curauerit, poſtquàm fuerint conuincti, in duplum hoc reſtituere, vel hereditatis quantitati computare compellantur*, latè firmaut ibidem Odofred.Oldrad.Cyn.Fulgoſ.Salicet.Caſtr Alex.Imol.& alij, Burſatt. de communi atteſtans, conſ.325.nu.115. lib.3. Imol. conſ.50.num.7.Decian.conſ.59.num.56.lib.2. Mart.conſ.70. num.32. & ſeqq. latè Menoch. conſ.471. num.10. & ſeqq. lib.5. Peregrin. conſ.19.num.39.& ſeq.lib.4.& de fideicomm. art.3.num.83. Anton.Fab.de error. Pragmat. decad.2.error.5.Raudenſ.conſ.61.nu.25.lib.1. Cyriac.controu.326.per tot. Merend. controu. lib.18.cap.42.lib.3.Thor.in compend.dec.p.2. verbo hæres, qui omiſerit, fol.259. Coſta de fact.ſcientia, et ignor.cent.1.diſt.37.num. 22. Andreol.controu.109.num.2.qui pro hac ſententia ſexaginta DD.congerit, fruſtra omnes in præſenti tranſcribendos, Florez Diaz de Mena in addit.ad Gamm.deciſ.122.Cardin. de Luca de cmpt.diſc.41.num.9.Rot.in recent. dec.181.num.4 part.6. Priol.deciſ.83.nu.34. Quidquid in contrarium dixerint poſt gloſ. in §.ſancimus, verbo non fictè, auth.de hæred. & falcid. ibique Bald. Marcian. Sen.conſ.13. lib.2. Giouagn.conſ.21. num.4 Fab.de Anna conſil.96.num.2. Honded.conſil.34.lib.1.Hodier. ad Surd.dec.222.Facchin.controu.Iur.lib.4.cap. 37.Theſaur.quæſt.forenſ.10.num.27.lib.1.Ayora de partit. part.1.cap.2.num.21. Cenall.quæſt. 371.num.4. Cancer.Var.cap.2. de inuent.num. 51.part.3. cum plerique loquantur in amiſſione falcidiæ, & Trebellianicæ, ſignanter Bart.in l.Paulus, ff.ad leg.falcid.& in l.fin. §.cū igitur, num.3.ibique Bald.num.8. Cod.de Iur. delib.Criuell.dec.Dolan.143.

23 His igitur firmatis reſultat fauorabilis reſolutio, etiam reſpectu ſecundæ partis dubij, quò ad fructus prædicti cenſus, quos indubitanter Marcheſettus fecit ſuos, cum illos bona fide perceperit, antequàm
24 fuerint creditores detecti; Siue ex titulo pro hærede, & vti ex re propria perceptos, l.in fideicommiſſariam, in princip.l.mulier, §.ſi hæres, l.poſtulante, §.ſed in huiuſmodi, l.deducta, §.qui poſt, ff.ad Senat.Conſult.Trebell. l.ſi quis bonorum, ff.de leg.1.l.quod his verbis in princip.

ff.de legat.3. Gloſ.in dict.l.mulier, §.cum pro-
poneretur, verbo quantitatis, vbi etiam
Bart. num.4. Ruin.conſil.131. num.14. lib.1.
Pariſ.conſ.55.num.22.lib.3.Siue quia hæredi-
25 tas, poſtquàm fuit adita, non dicitur am-
plius hæreditas, ſed proprium adeuntis pa-
trimonium, itaut fructus non ex hæredita-
te, ſed ex bonis percipi dicantur, l.1. §.ve-
teres, ff.de acquir. poſſeſ. Menoch. conſ 124.
num.5.Cephal.conſ.493. num.41. Card.Mant.
de coniect.lib.12.tit.1.num.14.Surd dec.310.
num.11.& dec.144. num.14. ideòque quid-
quid hæres percipit, ex ſuo percipit propter
26 dominium, quod habet, cuius ſequela ſunt
fructus, l.ex diuerſo,§.1.ff.de rei vindicat.ob
27 quam rationem fructus ex hæreditate per-
cepti non dicuntur hæreditarij, l.quod his
verbis iu princ. ff.de legat.2. Surd.conſ.128.
num.27. & deciſ.271. num.8. Tondut. lib.1.
quæſt.ciuil.cap.77. num.7. prout per prædi-
cta Iura, & rationes optimè, præ cæteris, fir-
mant Alciat.præſumpt.5.num.5. reg.3. Me-
noch.conſ.183.num.50.& conſ.292. num.21.
Vermigliol.conſ.455.num.3.& ſeq. Cranett.
conſ.295.num.4.Becc.conſ.95.num.15. Ruin.
conſ.131.num.14.lib.1. Pariſ. conſ.55. nu.22.
lib.3.Surd.conſ.115.num.6.& conſil.340.nu.
11.& ſeq. Cardin.Mantic.de cõiect.vltim.vo-
lunt.lib.7.tit.10. num.7. Cancer.var.part.3.
cap.2.de Inuentar.num.48. Gratian. cap.540.
num.6.Mart.de ſucceſſ.legal. par.3. quæſt.13.
art.5.num.50.latè Eſcobar.de ratiocin.cap.9.
à num.76.vſque ad 83.Couarr.var.lib.1. cap.
3. num.8. egregiè doctiſſimus Hermoſill. in
l.8.tit.4.part.5.gloſ.12.num.10. & ſeqq.fol.
278.Salgad.in labyr.credit.par.2.cap.1. num.
58.62.& duobus ſeqq. Merlin.de pignorib. li-
cet ſub dubius,lib.2.tit.1. quæſt.66. num.10.
benè Andreol.controu.117. per tot.Staib.Inu.
reſolut.168.nu.13.lib.2.Toudut. lib.1. quæſt.
ciuil.cap.77. num.8. Capyc.Latr. conſult.13.
num.4.lib.1.de Luca ad Franch.deciſ.179.nu.
4.& deciſum teſtantur Oſaſch. deciſ.160.nu.
6. Cardin.Otthobon.deciſ.47. num.6.& ſeqq.
Bich.dec.60.num.1.& ſeqq.& latiſſimè Rot.
in recent.deciſ.259.num.8.& ſeqq. par.5. &
deciſ.131.num.3.& ſeqq. par.6. quæ, vtpotè
ſingulares, in hac materia circumferuntur.
28 Neque meretur attendi contraria ſenten-
tia affirmans, quòd hæres cum beneficio le-
gis, & innentarij, poſt aditam hæreditatem
fructus ex corporibus hereditarijs perceptos
non faciat ſuos, ſed cedere debeant commo-
do creditorum, utpotè hæreditatem augen-
tes, l.item veniunt 22.§.item non ſolùm, ff.de
petit.hæredit. ibi: Fructus autem omnes hære-
ditatem augent, ſiue ante aditam hæreditatem,
ſiue poſt acceſſerint, l.ſi poſt, Cod. eod.tit.
prout ſubſtinent per prædicta Iura, aliaque
fundamenta inferiùs reprobanda, Angel.in
tractat.de Inuentar.inter tract. diuerſ. de In-
uentar. iuxta impreſſionem Taurinenſem,
quæſt.1.nu.21.& ſeq.Guid.Pap. eodem tract.
& impreſſ.q.9.n.17. Thanuc.eod.tract.& im-
preſſ. quæſt. 240. numer.35. & ſeq. aſſerens
ſic conſuluiſſe Iannæ, Montic.eod.tract.& im-
preſſ.quæſt.229.num.15.& 16.Spin.eod.tract.
& impreſſ.quæſt.273.num.32. & ſeq. Corn.in
l.fin.num.20.Cod.de Iure delib. Alex.de Neuo
conſ.38.num.16.Rimin.Iun.conſil.569. nu.18.
& ſeq.Ruin.conſil.176.nu.17. lib.1. Randenſ.
conſil.61.num.24.Caball.conſ.144. lib.2. Pe-
regrin.conſil.42.num.27.lib.1.& de fideicom-
miſſ.art.49.num.77. Laderch.conſil.8. num.1.
Craſſ. in §.Inuentarium, quæſt.11. num.3. Cy-
riac. licet dubitatiuè loquatur, controu.294.
num.17.Surd.deciſ.92.num.5.Manent.dec.34.
n.6.Franch.dec.613.n.19. Merlin.dec.796. n.
7.qui eodem nu.7.in fin.verſ.quæ opinio, in-
genuè fatetur, quòd hæc ſententia in abſtra-
cto ſumpta poſſit pati aliquam difficultatẽ.
29 Siquidem fundamenta, quibus prædicta
opinio innititur, nullam prorſus Iuris ha-
bet aſſiſtentiam; Illud enim, quòd aſſeri-
tur, quòd fructus augeant hæreditatem, eſt
intelligendum reſpectu actionis in petenda
hæreditate; adeóut petiti intelligantur con-
30 tra poſſeſſorem rei hæreditariæ, non autem
quòd augeant hæreditatem in præiudicium
veri hæredis, quin adita hæreditate fecerit
ſuos, itá optimè, & ſingulariter explicat
prædictum text.in d.l.item veniunt 22.§.non
ſolùm, gloſ.ibidem verbo omnes, verſ.vtique,
ibi: Quod ergo hic dicitur, augetur hæreditas,
verum eſt, quia poſſunt peti iure actionis, & ſic
augent hæreditatem, ideſt petitionem hæredi-
tatis, ibique hunc intellectum ſequuntur In-
terpretes, ſignanter Angel.& Caſtr.num.2.
Bart.in l.in fideicommiſſariam, num.7.ff.ad Se-
nat.Conſult.Trebellian. Abb.conſ.79.num.18.
lib.1.rectè aſſerens, poſt prædictum intelle-
31 ctum Gloſ. quòd propriè loquendo fructus
non augeant hæreditatem, ſed actionem
petitionis hæreditatis, Andreol. controuerſ.
117. num.12. benè Rot. in recent. deciſ.259.
num.23.part.5.
32 Minus etiam aduerſatur ſecundum fun-
damentum, quòd fructus ſint de ſubſtantia
Teſtatoris deuoluta ad hæredem, per text.
in l.vltima, §.& ſi præfatam, Cod.de Iur.de-
liber. ibi: Vt in tantùm hæreditarijs credito-
ribus teneantur, quatenus res ſubſtantiæ ad eos
deuolutæ valeant, cui potiſſimùm innituntur
Peregrin.Laderch.& Caball. in locis allega-
33 tis: Satis enim apertè patet, re vera fructus
hæreditatis non eſſe de ſubſtantia rerum
ad hæredem deuolutarum, cum appellatione
ſubſtantiæ non veniant fructus, qui non ex
ſubſtantia rei; ſed potiùs ex ipſa re proue-
nite dicuntur, l.ſcimus,§.repletionem ibique
ſignanter Bart. num.2. Cod.de inoffic. teſtam.
34 l.in fideicommiſſaria 18. ff.ad Senat.Conſult.

Tre-

Trebell. ibi: *Fructus autem non hæreditati; ſed*
ipſis rebus acceptò feruntur, *Bart. in l. Papi-*
nianus, §. vnde ſi quis, ff. eodem titul. Eſcobar.
de ratiocin. cap. 9. nu 80. rectè aſſerens, quòd
35 fructus paternæ ſucceſſionis non dicantur
paterna ſubſtantia, *Surd. deciſ. 15. num. 3.*
36 *Duran. dec. 76. num. 62.* animaduertens, quòd
ob hanc rationem fructus non imputentur
in legitimam filiorum, quia non ſunt ex
ſubſtantia Teſtatoris, utpotè non exiſtentes
in eius bonis tempore mortis, & in ſpecie
ita arguit ſatisfaciendo obiecto, *Rot. in rec.*
dict. dec. 259. num. 9. & ſeqq. part. 5, *Andreol.*
dict. controu. 117. num. 9. propè fin.
37 Ponderatis potiſſimùm verbis *d. leg. fin.*
§ & ſi præfatam, ibi, *Quatenus res ſubſtan-*
tia ad eos deuoluta valeant, quæ debêt intel-
ligi de tẽpore confecti Inuentarij, ex notiſſi-
mo Iuris principio, quòd qualitas adiecta
verbo, debeat intelligi ſecũdùm tẽpus verbi
38 *l. ſi extraneus, §. in delictis ff. de noxal. action.*
& in ſpecie, *Andreol. controu. 117. num. 11.*
Non urget tertium fundamentum, quòd
hæres, donec creditores non fuerint ſatisfa-
cti, dici non ualeat hæres, neque ex hære-
ditate aliquod lucrum conſequi ualeat, &
teneatur rationem reddere creditoribus de
omni, & toto eo, quod ad ipsũ peruenit, cui
adhæſerunt *Phanuc.* *Surd. & Caball.* in locis
39 laudatis, innixi auctoritati *Bald. in l. debito-*
ri, num. 2. C. de pact. & in l. fin. §. in computa-
tione, num. 3. verſ. venio ad oppoſitiones, ibi-
que *Iaſ. num. 4. Cod. de Iure delib.* Quia *Bald.*
in vtroque loco allegatus, & *Iaſ.* excitant
queſtionem de impoſſibili actionis exercitio,
poſtquàm hæreditas fuit adita, & ſequuta
actionum confuſio, arguentes ab impoſſibi-
li naturaliter, quod per legem fieri non po-
teſt poſſibile, quòd quis ſit ſibi ipſi obliga-
tus per confectionem Inuentarij, ſed dubiũ
ſoluentes aſſerunt, hæredem non eſſe ſibi o-
bligatum, ſed hæreditatem eſſe obligatam
hæredi, ſed ea, quæ proximè dicta ſunt ad
ſoluendam impoſſibilitatem actionis; non
tamen adaptari valent ad impediendos ef-
fectus ex Iuris diſpoſitione reſultantes reſ-
pectu lucri hæredis, quó ad acquiſitionem
fructuũ, quia *tex. in l. in ratione 30. ff. ad leg.*
Falcid. nõ reperitur correctus per *d. l. fin. C.*
de Iure delib. ex proximè firmãdis, & optimè
aduertit *Rot. in rec. d. deciſ. 259. n. 26. & tri-*
bus ſeqq. part. 5.
Prout nullius momenti, eſt altera contra-
ria animaduerſio deſumpta ex *d. l. fin. §. & ſi*
præfatam, Cod. de Iure *delib.* quòd, ſcilicèt,
omnes leges circa incrementa poſt mortem
Defuncti contingentia, fuerint correctæ per
rationem in eodem textu expreſſam, quòd,
ſicuti diminutio, & damnum poſt mortem
contingens non nocet hæredi, ita è conuer-
ſo vtilitas, ſiuè incrementum poſt obitum
obueniens non debeat prodeſſe hæredi, ſed
potiùs creditoribus, ex regula Iuris deſum-
pta, ex *text. in leg. ſecundùm naturam, ff. de*
reg. Iur.
40 Siquidem eſt aduertendum, quòd per eã-
dem *l. fin. §. & ſi præfatam*, hæres nou fuerit
priuatus lucro proueniente ex hæreditatis
aditione, & à Iure ſibi delato fructus hære-
ditatis percipiendi, tamquàm ex re propria
ratione dominij, & poſſeſſionis, cũ *Bart. in*
l. in ratione 30. la ſeconda, *§. diligenter, ff. ad*
leg. Falcid. ſingulariter exiſtimet, quò ad
damnum contingens hæredi poſt aditam
hæreditatem, eamdem *leg. in ratione* fuiſſe
correctã per *d. leg. fin.* ſed de lucro idem
non dicit, & comprobant *Caſtr. & Ripa in l.*
fin. §. & ſi præfatam, Cod. de Iure delibet. Ro-
land. de Inuent. *quæſt. 150. num. 4. Montic. eo-*
dem tract. q. 229. & egregiè aduertit ſatisfa-
ciendo obiecto, *Rot. in rec. d. deciſ. 259. num.*
12. & ſeq. part. 5. Andreol. d. controu. 171.
num. 15. Capyc. latr. conſult. 13. num. 5. lib. 1.
Contraria verò illatio nullatenus ſubſi-
ſtit, quòd, quemadmodùm in prædict. *l. fin.*
§. & ſi præfatam, Imperator diſpoſuit, quòd
hæres nullum patiatur damnum in rebus
proprijs, ſed quòd illud, quatenus adeſſe
contingat, pertineat ad creditores, & lega-
tarios, ita è conuerſo vtilitas ſpectare de-
beat ad eoſdem creditores, & legatarios.
41 neque hæres poſſit lucrari fructus, cum
Inuentarium ſolùm ſuffragetur, vt liberet à
damno, non autem, vt locupletetur, *Bart.*
in l. eum emptor in fin ff. ad leg. Falcid. Cyriac.
contr. 24. num. 24. Theſaur. *lib. 1. qu. 10. nu.*
29. Duran. deciſ. 245. num. 5. & in ſpecie ar-
guit Merlin. *d. deciſ. 796. nu. 6. & ſeq.*
42 Nam Iuſtinianus ibidem decreuit, quód
hæres conficiens Inuentarium nullum dam-
num de proprio ſentiret; ſed non exindè
prohibuit, quòd lucrum faceret; quinimò
apertiſsimè voluit, lucrari, prout patet tám
ex beneficio legis Falcidiæ, prout in eodẽ
§. & ſi præfatam, quám etiam ex alijs pluri-
bus commodis heredi benefiicato imparti-
tis; prout in ſpecie ſatisfaciendo obie-
cto ratiocinatur, *Facchin. lib. 6. controuerſ.*
cap. 30. egregiè, iuxta morem, animaduer-
tens, non rectè inferri. hæres lucrum ſenti-
43 re poteſt, ergo, & damnum pati. Sæpè e-
nim accidere poteſt, ut hæreditas ſit lucro-
ſa, Iuſtiniano id nequaquàm impediente; vt
puta, ſi hæreditas, poſtquám fuit adita, au-
44 geatur fætu pecorum, partu Ancillarum, al-
luuione, in quibus caſibus heres, qui legitimũ
confecit Inuentarium, ſentit commodum
iſtius augmenti, & nihilominus creditori-
bus pro eo non tenetur, prout tradit *Ri-*
pa in l. is qui quadringenta 79. col fin. ff. ad ſe-
nat. conſult. Trebell. Facchin. loco proximè
laudato, *verſ. non obſtat*, quòd nonnulli, *An-*
dreol,

dreol.controu.117.num.12.in fin. numquàm uerò ſit damnoſa; quibus præhabitis, perneceſsè concludendum, quòd regula ex aduerſo adducta, quòd, qui ſentit commodum debeat ſentire incommodum, non procedat in hærede beneficiato, qui poteſt ex hæreditate ſentire commodum perceptionis fructuum, tamquám ex re propria; non autem incommodum, quod teneatur de proprio.

46 Vlteriùs huiuſmodi argumẽtũ poſſet optimè retorqueri; quemadmodùm enim hæres poſt aditam hæreditatem, ſi res hæreditariæ fortaſsè diminuantur, patitur damnũ diminutionis, quia tanti minoris habet, ex deductis per *Gratian.cap.56.num.2.* vbi, quòd amittens lucrum, & aliquam rem hæreditariam, dicatur pati damnum, licèt originem à lucro habeat; ergo è conuerſo, ſi res hereditariæ augeátur, cedere debent cómodo ipſius hæredis; Prout etiam idem argumentum retorquet *Eſcobar.de ratiocin.dict.cap.9.num.80.* aſſerens, quód, ſi omnia damna hæreditati obuenientia hereditatem adeunti adſcribuntur, *dict.l.in ratione*, la ſeconda, ibique Interpretes, *ff.ad leg.falcid* eadem etiam ratione, omnia commoda per eamdẽ regulam percipere debet, quòd, qui ſentit incommodum, debet ſentire & commodum, quòd tamen eſſet intelligendum, quò ad damnum reſpectu rerum hæreditariarum, non autem quòd teneatur de proprio, & ita tradunt, & intelligendi *Caſtr. in dict. §. et ſi præfatam, Roland.de Inuentar.part.4.§.ſexta eſt vtilitas, Rip.in d. l.ſi is qui quadrigenta, num.9 ff.ad leg falcid.*

47 Satiſq; friuola eſt etiam illatio facta á *Caballo d.conſ.144.lib.2.* à ſimili de Tutore, qui tenetur rationẽ reddere de fructibus, cũ ſit ualdè diſpar ratio inter Tutorem, & hæredem, ſiquidem Tutor, utpotè aliena adminiſtrans, numquàm poteſt facere fructus ſuos: quod ſecus eſt aſſerendum in hærede, qui poſsidet Iure dominij, & poſſeſsionis res hæreditarias, tamquàm proprias, & ita obiectum remouet *Cancer.Var.part.3.cap.2. de Inuentar.num.47.& 48. Andreol.d.contr.171.num.14.*

48 Paruique pariter eſt facienda animaduerſio *Surd.deciſ.92.num.5.* quòd, cum Inuentarium faciat cenſeri hæreditatem iacẽtem, *Bald.in l.debitori col.2. Cod.de pact. & in l.fin.§.in computatione, num.3.* ibique *Iaſ.num.4. Cod.de Iur.delib.* & conſeruet hæredem in eo ſtatu, in quo erat antè aditionẽ, *Salicet.in d.l.fin.§ ſin verò, num.21. Caſtr.in eadem l.fin.§.in computatione,* ibique *Iaſ.n.4. Corn.num.5.Alex.conſ.19.num.20.lib.5.* Hinc reſultet, ut quemadmodùm, ſi hæreditas fuiſſet iacens, & non adita, fructus commodo credirorum, & legatariorum cederent, & ad heredem in eorumdem præiudicium non pertinerent, cum ex hoc nullum damnum ſentiat ex propria ſubſtantia, ita etiam quò ad fructus perceptos ſit aſſerendum, etiã Inuentario legitimè confecto.

49 Nam illa propoſitio; quòd Inuentarium cenſeri faciat hæreditatem, perindè, ac ſi ſit iacens, quòdque conſeruet hæredem in eo ſtatu, in quo erar antè aditionem, ſolùm poteſt allegari in fauorẽ heredis, quòad effectum, ut ultrà uires hereditarias non teneatur; ſuas non amittat actiones, nullumque de ſuo ex hereditate damnum patiatur; non autem in ipſius hæredis præiudicium, ne fructus ex hereditate adita perceptos Iure dominij, & poſſeſsionis ſuos facere uõ ualeat, prout ſatisfaciendo obiecto reſpondet *Facchin. lib.7. controu. cap.13. verſ. reſpondeo. Bellon.Iun.conſ.48.num.57.* quos refert, & ſequitur *Andreol.d.contron.117.num.17.*

50 Ceſſante igitur releuantia fundamentorum contrariæ ſententiæ, diuerſitas caſuum inter fideicommiſſarios, & creditores, quæ vtpotè recepta adducirur, per *Peregr. de fideicomm.d.art.49.num.77. & conſ.42.n.27. lib 1.* ob eam rationem, quòd creditores agant de damno vitando, legatarij verò de lucro captando, & antè eum tradita per *Caſtr.in l.fin.§.& ſi præfatam, Cod.de Iur.deliber. Roland.à Vall. de Inuent. quæſt.151.nu.4. Monticul. eod. tract. qu.229.* & cum qua pertranſeunt *Surd.conſ.128.num.27.lib.1. & dec.224.num.13.& ſeq. Capye. latr.conſult.13.num.6.& ſeq. libr.1.* nullo prorſus Iure meretur attendi, vtpotè aduerſans apertiſſimè diſpoſitioni *text.in d.l.fin §.licentia, Cod.de Iure delib.* vbi par eſt cauſa creditorum, legatariorum, & fideicommiſſariorum, ibi, *Licentia danda creditoribus, ſeu legatarijs, vel fideicommiſſarijs*, ideòque Iure merító huiuſmodi diſtinctionem eſſe improbatam poſt *Rimin.* aſſerit *Rot.in rec.d.deciſ.259.n.29.verſ.& ceſſante, & n.30. p.5. Andreol.dict.contron.117.num.18.*

51 His igitur firmatis, controuerſia ſolùmmodò verſatur, an ad cõſtituẽdũ heredẽ beneficiatũ in mala fide fructuum acquiſitionẽ impediẽte, ſufficiat ſimplex ſciẽtia, quòd adſint creditores hæreditarij, potiſſimùm reſultãs ex citatione eorumdẽ in confectione Inuentarij; uel potiùs vlteriùs requiratur, quòd ipſi creditores vrgeanr, adeòut ab eo tempore, & non anteà dici debeat in mala fide conſtitutus; In quo articulo licet, *Rot. in rec.in d. deciſ. 259. num.31. part. 5.* incidẽter, & articulo nõ examinato, dixerit, fructus acquiri hæredi; licèt, creditores urgeãt ex interuallo, non aliam rationem aſſerens, niſi, quia, quamuis hæres ſciat, adeſſe creditores citatos; non tamen etiam ignoret, ſe non teneri creditoribus urgentibus ex interuallo de re ſua, & ſic de fructibus ſatiſfacere;

facere; ſed potiùs de corporibus hæredita-
rijs, per *text. in d.l.fin.§.& ſi præfatam, Cod.*
de Iur.deliber.

52 Nihilominus eadem *Rota*, re accuratiùs
examinata in *deciſ.304. ſub num.9. & ſeqq.*
eadem part.5. rec. rectè exiſtimauit, quòd,
quoties cóſtet, creditores hæreditarios fuiſ-
ſe detectos, hæredemque habuiſſe eorum-
dem ſcientiam, ob citationem in Inuentario
emiſſam, ipſoſque creditores paulò poſt adi-
tam hæreditatem urgere cæpiſſe; tunc his
omnibus concurrentibus, ſit omninò adhæ-
rendum opinioni eorum, qui fauore cre-
ditorum affirmant, fructus per hæredé bene-
53 ficiatum perceptos á die, quo creditores ur-
gere cæperint, cedere ad commodú credito-
rum, utpotè hæreditatem augentes; in hoc
enim caſu ob malam fidem hẹredis ex ſcien-
tia creditorum urgentium reſultante, dum
ſcire debebat, ſubſtantiam Teſtatoris ad eú
deuolui non poſſe, ex qua fructus poſſit per-
cipere, ſed pro ſatisfactione creditorum
eſſe à lege reſeruatam, per claram diſpoſitio-
nem *text.in d.l.vlt.§.& ſi præfatam, Cod. de*
Iure delib. atque adeò de aliena ſubſtantia
non poſſe fructus bona fide percipere, *Bart.*
in l.Celſus n.18. ibique *Bald. num.118. ff.de*
vſucap Felin.in cap. ſi diligenti, nu.5.de præ-
ſcript. Alex. conſ.187. num.8.lib.2 Menoch.
de arbitr. caſ.225. num.8. accedente potiſ-
ſimùm lite mota per creditores, per quam
mala fides contrahitur, *l.nemo, Cod.de*
acq.poſſeſſ.Surd. deciſ.281. numer.3. poſſunt
ſubſiſtere fundamenta eiuſdem ſententiæ,
quòd fructus poſt aditam hæreditatem con-
tingentes illam augeant, quòdque dici de-
beant de ſubſtantia Teſtatoris ad hæredem
deuoluta, & de illis bonam rationem red-
dere teneatur creditoribus, tamquàm illo-
rum cuſtos, ac debeantur, ac ſi hæreditas
iaceret, *Iaſ.in l.vltima, §.in computatione,*
54 *num.4.Cod.de Iure delib.* ubi etiam *Bald. et*
in l.debitori, num.2. Cod. de pact. cum tunc
hæres dominium fructuum non potuerit ac-
quirere cum mala fide, *l.certam, Cod.de rei*
vindic.l.1.§.ex die, ff.de vi, & vi armat. &
in his terminis aduertunt *Surd. conſ.115.n.*
54.& conſ.340. num.11.& ſeq.& deciſ.281.
num.5. Oſaſch.deciſ.160.num.2.Merlin.deciſ.
796. num.7. adeòut ijdem fructus, nedum
55 præſumantur extare; prout dicitur de pe-
cunia à debitore malè conſumpta, ex addu-
ctis per *Surd.conſ.4.n.43.lib.1.Natt.cóſ.547.*
num.34. Afflict. deciſ.190. num 6. ſed ulte-
56 riùs, utpotè non facti de dominio hæ-
redis, remanent in hæreditate, illamque
augent, perindè, ac ſi iacente hæreditate,
pendenteque tempore ad deliberandum,
percepti fuiſſent, *dict.l.vltim. §.& ſi præfa-*
tam, Cod.de Iure delib. in qua reperitur ſan-
57 citum, vt pendente tempore ad deliberan-
dum fructus augeant hæreditatem, à quo
termino ad deliberandum non differt bene-
ficium à lege indultum adeundi hæreditatem
cum præſeruatione damni hæredis.

Neque videtur aduerſari, quòd, licet hæ-
res ſciuerit, adeſſe creditores deſcriptos in
Inuentario, nihilominus etiam ſciebat, non
teneri creditoribus vrgentibus ex interual-
lo de re ſua, & ſic de fructibus ſatis facere,
ſed de corporibus hæreditarijs, per *text.in*
dict.l fin.§.& ſi præfatam, Cod.de Iur.delib.
ibi: *In tantùm hæreditarijs creditoribus te-*
neatur, in quantùm res ſubſtantiæ ad eos de-
uolutæ valeant.

58 Nam, data ſcientia creditorum, & non
ex interuallo urgentium, ſed paulò poſt obi-
tum Teſtatoris, dominium aliquod in fructi-
bus hæres acquirere non potuit, eodemque
dominio circumſcripto, totum ad ſe deuo-
lutum, tamquàm de ſubſtantia Teſtatoris, re-
ſtituere tenetur, per eumdem *text.in d. §. &*
ſi præfatam; cumque ſubſtantia Teſtatoris
detectis creditoribus, & vrgentibus, non
tranſierit in dominium hæredis adeuntis,
quidquid percepit hæres, nó potuit Iure ſuo
percipere, Iureque dominij fructus ſuos fa-
cere, ſed tamquàm de extantibus, & ad cre-
ditores pertinentibus, rationem reddere
tenetur, ex ſupra firmatis.

59 Quòd ſi data ſcientia creditorum, vel ex
eo, quód fuerint deſcripti in Inuentario, vel
ex notitia aliunde per hæredem habita, ij-
dem creditores diù agere diſtulerint, & hæ-
res fructus interim ex hæreditate percepe-
rit, illoſque conſumpſerit, aut aliàs non fue-
rit factus locupletior, tunc ſatis probabili-
ter exiſtimo, hæredem vrgentibus, ex inter-
uallo, debitoribus, non eſſe cogendum ad
reddédam rationem de fructibus perceptis,
quia ſibi debent imputare creditores, cur
ſtatim poſt aditam hẹreditatem nó egerint;
cum ſimplex ſcientia creditorum in hære-
de non videatur ſufficere ad effectum illum
conſtituendi in mala fide, quoties fructus
ſunt conſumpti, neque ex illis hæres eſt effe-
ctus locupletior, & in hanc ſententiam vi-
detur proclinior, *Rot.in dict.dec.304.num.3.*
verſ.attamen, & num.13. part.5. & clariùs
deciſ.131.num.3.part.6.Bich.dict.dec.60. nu.
1.Card.Ottbobon.dict.dec.47.nu.6. & ſeqq. in
60 quibus deciſionibus firmatur, quòd ad effe-
ctum, vt hæres teneatur rationem reddere
creditoribus de fructibus perceptis, nedum
requiratur, quòd habuerit ſcientiam incon-
trouertibilem creditorum; ſed etiam, quòd
ijdem creditores ex interuallo non egerint,
idemque ſentit *Eſcobar de ratiocin.cap.9.nu.*
76. & ſeqq. ſignanter *num.83. Capyc. Latr.*
conſult.13.num.4. Andreol.d.contr.117.num.
20. affirmans, quòd ſola ſcientia in hærede,
quòd, nempè, adſint creditores ad hunc ef-
fectum

Digitized by Google

fectum præiudicium non inferat; quidquid
in contrarium ſimpliciter, relatis prædictis
Rotæ deciſionibus, illiſque non conſidera-
tis, ſe inuoluens aſſerat *Merlin. de Pignor.
lib.2. tit.1. quæſt.66. num.21.*

Deciſio verò *Rotæ* coram *Merlin. 795.
num.7. propè fin. verſ. quæ opinio*, licèt videa-
tur innuere, quòd ſufficiat ſola ſcientia hæ-
redis, quòd adſint creditores detecti tem-
pore confecti inuentarij, in eoque deſcripti,
aſſerens, quòd tunc adſit mala fides hæræ-
dis, dum percipit fructus, quos ſcit, vel ſci-
re debet, ſpectare ad creditores defuncti, ni-
hilominus articulum non diſputat, & om-
ninò ſe refert ad prædictas deciſiones in *re-
cent.304. part.5. & 131. par.6.* quæ non ſo-
lùm requirunt, quód hæres habuerit ſcien-
tiam creditorum, ſed vlteriùs, quòd vrgere
cœperint.

61 Animaduertendo potiſſimùm pro firman-
da prædicta ſententia, in qua nouiſſimè re-
ſidet *Rota*, vt, nempè, vltra ſcientiam requi-
ratur, etiam vrgentia creditorum, quód, cũ
non ſit neceſſaria bona fides poſitiua, ſed
ſatis eſt negatiua, hoc eſt malam fidem abeſ-
ſe ad effectum, vt poſſeſſor fructus lucretur,
*l. quæſitum in fin. ff. de acquir. rer. domin. l. ſed
& ſi lege, §. ſetre, in fin. ff. de petit. hæredit. Be-
ro. in cap. grauis, num.21. de reſtit. ſpoliat. Fe-
lin. in cap. de quarta, num.31. de præſcripe.
Soccin. Iun. conſil.76. num.60. lib.1. Caball. cõſ.
163. num.40. lib.1. Surd. conſil.115. num.7. lib.
1. Franc. Ant. Coſta conſ.41. num.31. Lotter.
de re benefic. quæſt.45. ſub num.36. verſ. ſuffi-
cit, Oſaſch. dec.160. num.7. et 8 Giurb. dec.89.
num.16. Buratt. dec.184. num.6.* ibique *add.
lit.B. & deciſ.227. num.5.* *Card. Caualer. dec.
408. num. vlt. & dec.467. num.4. Rot. in rec.
deciſ.320. num.3. verſ. dicentes, par.2.* & in
ſpecie hæredis poſſeſſoris, *Bich. dict. dec.60.*
62 *num.4.* Quinimò ad effectum lucrandi fru-
ctus, ſufficiat talis qualis occaſio poſſidendi,
*Bald. conſil.11. in fin. lib.1. Surd. conſil.115. nu.
4. & deciſ.211. num.7. Oſaſc. dec.160. num.6.
Merlin. dec.163. num.10. Rot. in recent. deciſ.
320. num.2. par.2.* & quælibet cauſa, etiam
63 temeraria, & beſtialis poſſeſſorem excuſet
à reſtitutione fructuum, *Bald. in l. irritum,
num.3. Cod. de vſucap. Bart.* & alij *in l. Celſus,
ff. de præſcript. Caball. conſ.94. num.5. lib.2.
Franc. Ant. Coſta conſ.41. num.11. & ſeqq.
Becc. conſil.95. nu.15. Menoch. præſumpt.130.
num.3. lib.3. Rot. in recent. dict. dec.320. nu.2.
et ſeq. & deciſ.528. nu.7. par.2. Merlin. deciſ.
687. num.9. & dec.163 num.10. & ſeq.* & ſuf-
64 ficiat opinio, etiam erronea, non ſolùm in
facto, ſed etiam in Iure, *Aretin. in l. quod
vxor, ff. de acquir. poſſeſſ. Peregrin. de fideicom-
miſſ. art.49. num.118. Roſa conſult.12. nu.55.
Merlin. dict. deciſ.163. num.12.* & eſt bonus
*text. in cap. ad noſtram, extra de reb. Eccleſ. nõ
alien.*

65 His præmiſſis, quæ in ſtricta Iuris cen-
ſura ſunt abſolutiſſima, ad excludendam
ſaltem malam fidem in hærede beneficiato
poſſeſſore, quænam iuſtior credulitas eſſe
potuit, quàm exiſtimare, ſe erga creditores
hæreditarios non teneri, dum longo tempo-
ris interuallo non fuit ab eiſdem, fortaſsè
agnoſcentibus, ſe aliqua exceptione poſſe re-
pelli, neque iudicialiter, neque extraiudi-
cialiter interpellatus ad ſoluendum, ideòque
ſatis æqua, & rationabilis videtur ſententia
affirmans, vt nullo Iure teneatur reſti-
tuere fructus conſumptos, ex quibus locu-
pletior non fuit factus.

*Iuxta allegata fuit deciſum per Rotam
in Romana Inuentarij 8. Iunij 1665. co-
ram Reuerendiſſimo Otalora, quæ non re-
peritur adhuc impreſſa.*

ARGVMENTVM.

Hypotheca tacita à Iure introducta pro
faciliori exequutione legatorùm, an
poſſit à Teſtatore remitti, vtpotè ipſius
fauorem reſpiciens.

Emens rem hæreditariam ab hærede be-
neficiato pro ære hæreditario exoluen-
do, an ſit ſecurus aduerſus quoſcum-
que creditores, & legatarios; Et an de-
beat eſſe ſollicitus de integra verſione
pretij in eamdem causã. Ad intellectum
*text. in l. fin. §. & ſi præfatam, Cod. de Iure
delib.*

Montiſtarum conditio in erectionibus, &
additionibus Montium, an debeat eſſe
æqualis ob identitatem cauſæ, nulla
habita ratione diſcriminis temporis.

SVMMARIVM

1 *Hypotheca eſt Mater Saluiani.*
2 *Hypotheca tacita competit pro conſequutione legati ob præſumptam voluntatem teſtatoris pro faciliori implemento legatorum.*
Expenditur text. in l.1. Cod. commun. de legat.
3 *Hypotheca legalis poteſt à teſtatore remitti, vtpotè ad ipſius fauorem introducta, pro faciliori implemento ſuæ voluntatis.*
4 *Præcipuè pro excludendo Saluiano petito per legatarium.*
5 *Exceptio de Iure tertij non poteſt opponi.*
6 *Limita, quando agitur de Iure tertij omninò excluſiuo Iuris actoris.*
7 *Signanter, quando Exceptio Iuris tertij obijcitur ad tuendam propriam poſſeſſionem.*

8 *Emens*

Digitized by Google

8 *Emens rem hæreditariam ab hærede beneficiato pro dimittendis creditoribus hæreditarijs, eſt ſecurus aduerſus quoſcumque creditores, & legatarios.*

Diſpoſitio leg. fin §. & ſi præfatam, Cod. de Iure deliberand. *concernit fauorem, nedum hæredis beneficiati, ſed etiam bona fide ementis.*

9 *Emens rem hæreditariam poteſt moleſtari hypothecaria à creditoribus, quoties aliquis vendit eidem rem vti propriam, non autem vti hæres cum beneficio legis, & Inuentarij, & de cautela ab emp ore adhibenda.*

10 *Quid ſi hæres ſimpliciter vendat, & cum effectu pretium ſoluat creditoribus defuncti, an cenſeatur vendere, vt hæres.*

11 *Emptor rei hæreditariæ non debet eſſe ſollicitus de integra verſione pretij pro dimittendis creditoribus hæreditarijs.*

12 *Priuilegium deſumptum ex* dict. §. & ſi præfatam *potiſſimum innititur bonæ fidei ementis ab hærede beneficiato. quem teſtator legitimum ſuæ hæreditatis adminiſtratorem deputauit.*

13 *Creditor eſt à Iure conſtitutus Procurator ſui debitoris ad exeipiendum de Iuribus eidem debitori competentibus.*

14 *Montiſtarum conditio exiſtimari debet æqualis, nulla temporis habita ratione, ſtante voluntate Pontificis.*

15 *De Pontificis poteſtate ſacrilegum eſt diſputare.*

16 *Poteſt Pontifex diminuere, moderari, vel in totum tollere hypothecam à ſe introductam in locis Montium.*

17 *Creditum, quoties prouenit ex eadem cauſa, non datur prius. neque poſterius in tempore; ſed attendi debet identitas cauſæ omninò æqualiter determinans.*

Idque, etiam procedit in erectionibus, & additionibus locorum montium.

18 *Nam aliàs fides publica læderetur, & liberũ eorumdem locorum Montium commercium impediretur.*

CAPVT XLVIII.

IMMISSIO in Saluiano ex aduerſo petita per legatarium ſuper Prædio controuerſo non competit ex pluribus.

Primò ob defectum hypothecæ, quæ,
1 iuxta vulgata, eſt mater Saluiani, *Bald. in l. fin. §. etiam ſi quis, Cod. comm. de legat. Pacific. de Salui in. inſpect. 1. cap. 4. num. 107. Gratian. cap. 691. num 20. Duran dec. 268. num 1.* qua reperitur deſtitutum iſtud prædium; licet enim pro conſequutione legati fuerit à Iuſtiniano, ſublata actione miſſionis in rem. eius loco introducta utilis Seruiana, ideſt Hypothecaria, ex beneficio *leg. 1.* vbi *Iaſ. & Caſtr. in princ.* alijque Interpretes, *Cod. commun. de legat. Surd. conſil. 191. num. 1. lib. 2. Neguſant. de pignor. in 4. membr. 2. part. nu. 157. Couarr. de teſtam. §. 10. num. 7. Pacific.* alios referens, *de Saluian. inſp. 3. cap. 4. num. 186. Merlin. de pignor. lib. 3. quæſt. 14. per tot. Surd. deciſ. 76. num. 4. & ſeqq. Vin. dec. 396. num. 1. Medic. exam. 23. num. 1. & ſeqq. Dunozett. Iun.*
2 *dec. 792. num. 10. & ſeq.* cum tamen huiuſmodi legalis hypotheca, non aliam ob cauſam fuerit ab Imperatore inducta, niſi ob præſumptam voluntatem Teſtatoris, quòd eius bona ſint obnoxia prædicto oneri pro faciliori implemento legatorum, & vt omnimodò perſonæ ab eo honoratæ illa percipiant; vt apertè ſancitum eſt in eodem textu, ibi: *Si enim Teſtator ideò legata, vel fideicommiſſa dereliquit, ut omnimodò perſonæ ab eo honoratæ ea percipiant, apparet ex eius voluntate, etiam præfatas actiones contra res Teſtatoris eſſe inſtituendas, vt omnibus modis voluntati eius ſatisfiat;* adeòut iſta hypotheca non veniat ex ſola legis potentia, ſed iudicio etiam Teſtatoris, prout tradunt communi ferè conſenſu ſcribentes in *d. l. 1. Cod. commun. de legat. & in l. 1. ff. de legat.* ibique, præ cæteris, optimè *Crotus num. 78. Merlin. de pignor. dict. lib. 3. quæſt. 14. nu. 2. Mart. Medic. exam. 23. num. 45. in fin. verſ. ratio eſt.*

Hinc reſultat, ut, cum ſatis apertè conſtet de voluntate Teſtatoris, quòd dictum
3 Prædium eximatur ab omnibus debitis, & oneribus; atque adeò, etiam ab onere legatorum; ad hoc, vt liberum, & immune remaneat fauore Primogenituræ, abſque dubio cenſetur etiam remiſſa hypotheca legalis, alioquin ſuper eodem prædio competēs pro conſequutione legatorum, quod à Iure eſt eidem Teſtatori permiſſum; cum non agatur de tollendo Iure ſuorum creditorum, ſed de legatis ab eius libera diſpoſitione prouenientibus, ut in terminis bene firmat *Gloſ. in l. 2. Cod. vt in poſſeſſ. legat.* ibique *Bart. Salicet.* & alij. *Rip. in l. nemo poteſt, num. 59.* qui de communi teſtatur, ibique *Alex. num. 13. ff. de legat. 1. Socc. in. conſ 75. num. 3. lib. 4. Neguſant. de Pignor. in 4. membr. 2. part. num. 161.* qui teſtatur de magis communi, *Craſſ. in §. legatum, quæſt. 76 nu 4. & §* Teſtamentum, *qu. 66. Clar. in §* Teſtamentum *q 70. Vaſq de ſucceſs. creation. § 9. num. 8. Mart* Medic. *exam. 23. nu. 45. Gratian. cap. 294. num 9. Surd. dec. 28. n. 9.*
4 Et in ſpecie pro excludendo Saluiano petito per legatarium, *Pacific. de Saluian. Interd. inſpect. 3. cap. 4. num. 274. verſ. ſecundò limita.*

Parumque releuat, quòd, cum prædicta Teſtatoris diſpoſitio emanauerit ad fauo-
5 rem vocati ad Primogenituram, huiuſmodi exceptio, vtpotè de Iure tertij, non valeat opponi, *l. loci corpus, §. competit, ff. ſi ſeruit. vindicet.*

Siquidem concluſio non procedit, quoties
6 agitur de Iure tertij penitus excluſiuo Iuris actoris ex defectu hypothecæ ob repugnantem voluntatem Teſtatoris, qui ademit, ex ſupra firmatis, legatario acquiſitionem Iuris hypothecæ, iuxta tradita per *Bart. & Soccin. in l. 2. ff. de except. rei iudic. Crauett.*

conſ.191.num.3.& conſ.144.num.25. Caſtr. conſ.77.num.7.in fin.lib.2.Maraut. de remed. poſſeſſor.in 5.principal.notab.fol.55.Guttierez practicar.quæſt.lib.2.queſt.22.num.17.Tiraq. in l. ſi vnquam, verbo *reuertatur num.356. Cod.de reuoc.donat. Surd.conſ.557.num.2.& conſ.415.num.16.in fin. & ſeq. & deciſ.108. num.15. Menoch.conſ.1.num.320. & de adip. remed.4.ſub num.595.de Pont. conſ.4. nu.64. lib.1.Gratian.diſcept.691.num.6. 12. 18. & 20.Ludouiſ.deciſ.415.num.3.* ibique *add.nu.6. Manſ.conſult.150.num.5.Capyc.Latr.conſult. 63.num.45.& ſeq.lib.1.Theſaur.deciſ.4.nu.1. verſ.primò eſt, Franch.dec.14.nu.10. Magon. deciſ.Lucenſ.97.num.4.& ſeq. Bich.deciſ.36. num.8.& dec.115.num.6.*

7 Multòque magis, cum exceptio Iuris tertij ab hac parte obijciatur ad tuendam propriam poſſeſſionem, iuxta receptam theoricam *Caſtr. in l.fin.num.12 Cod. de edict. Diu. Adr. Tollend.* quem, præ cæteris, ſectantur, *Crauett.conſ.191 num.3.Surd.conſ.415.nu.16. & deciſ.108.num.14.et ſeq. in fin. Guid. Pap. ſingul. 622. Theſaur. dict. deciſ.4.numer.1. Ludouiſ.deciſ.415.num.3.* ibique *Add.num.6. verſ.fallit ſecundò, Bich.deciſ.533.num.21.* Card.*Ottbobon.dec.225.num.3.et ſeq.*

Secundò excluſũ remanet Saluianũ; nã, cũ
Bozza emerit prædium cõtrouerſũ à Bẽtiuo-
8 lis, vti hæredibus beneficiatis Marchionis
Hyppoliti legantis, à quibus fuit diſtractum pro dimittendis creditoribus hæreditarijs; abſque dubio idem emptor eſt ſecurus contrà quoſcumque legatarios, & creditores, quibus tantummodò eſt conſultum aduerſus poſteriores creditores, quibus ex pretio fuit ſolutum, ex notiſſima diſpoſitione *text.in l.fin §.et ſi præfatam*, ibi; *Neque ipſum hæredem inquietare concedatur, neque eos, qui ab eo comparauerint res*, & ibi, *Sed nec aduerſùs emptores rerum hæreditariarum, quas ipſe hæres pro ſoluendis debitis, & legatis vendidit venire, alijs concedatur*, ibique Bart. *num.11. Bald. num.6. in fin.& ſeq.Iaſ.num.1.verſ.quintò vtilitas*, Cod. *de Iure delib.Celſ.Vgo conſ.110. num.2.Cancer.Var.part.3.cap.2.de Inuentar. num.149. & ſeqq.* latè *Valaſc. conſult.42. nu.50. Caroc.de excuſs.bonor.part.2. quæſt.59. nu.40. Merlin.de pignor.lib.4. qu 44. num.29. Bero. quæſt.famil.63.num.1.Olea de ceſſion.Iur.tit. 4.qu.2.num.25.Andreol.controu.362.nu.11.* Roſa *conſult.57.num.18. & num.24.* Card. *de Luca de emption.diſc.41.nu.2. Franch.dec. 531.num.17.* ubi, quòd diſpoſitio dicti *§.&*
9 *ſi præfatam* cõcernat, nedum fauorem hæredis, ſed etiam emptoris, bona fide ementis ab hærede beneficiato, benè, latèque *Gannauerr. dec.8.num.2.& 8. Archiep.* Carrill. *deciſ.180.num.14.& deciſ.267. num.3.& 7.*

10 Quidquid contrarium ſit aſſerendum, quoties quis aliquam rem uendat, ut rem propriam, non autem, ut hæres cum beneficio legis, & Inuentarij, quia tunc emptor poterit moleſtari á creditoribus, & in his terminis expreſsè loquuntur ex aduerſo allegati, *Bart.in d.l fin. num.2. Cod. de edict. Diu. Adr. tollend.* ubi ait, *tamen hoc ſecundũ debet intelligi, cum hæres vendidit, vt hęres, & pro ſatisfaciendis debitis, & legatis, vt hic in verſ. qui creditores, & in verſ. contra ipſum, ſed ſi vendidit, tamquàm proprium ſimpliciter; tunc emptores poſſunt moleſtari*, & in hoc etiam themate procedunt, ibidem deducta per *Cuman. num.7. Iaſ. nu.1.* Corn. *col.2.verſ.circà, quòd, Caſtr.in d.l.fin.§ licentia, num.7.* vbi expreſſim, hoc pro cauthela tradit, dicens: *ſit ergo cautus emptor, vt faciat apponi iſta verba in Inſtrumento emptionis, quòd talis hæres, vt hæres cum beneficio legis, et Inuẽtarij pro ſatisfaciẽdo creditoribus hæreditarijs, & legatarijs vendidit ſibi talem rem hæreditariam, & ſi iſta verba non eſſent appoſita, poſſet conueniri hypothecaria*, eamdemque diſtinctionem adhibent, *Roland. à Valle de confect. Inuent. in verſ. quod ſi hæres cum Inuentario vendidit, tom. 8. tractat. part.2.fol.184.* aliàs, *quæſt.159. num.3. in tract. diuerſ.* per eadem verba *Caſtr.* loquitur *Montic.de Inuent.tom.8.part.2.tract.fol.242 col.1. in repetit. d.l.fin.§.& ſi præfatam, nu. 99.* vbi, poſtquàm comprobauit prædictam cautelam, *Caſtr.* vt emptor faciat expreſsè apponi in Inſtrumento, quod hæręs vendat, vt hæres, ſubnectit, *quo caſu conſultum erit hæredi, quia non tenebitur de euictione Item emptori, quia alij, quàm verò Domino reſtituere non compelletur. Phanuc. de Inuentar. part.5.n.155. Tomaſ.eod.tract.tit.3.de effect. Inuent.cap.3.num.49. Valaſc. conſult.52.nu. 40. Caroc.de excuſs. bonor.part.2. quæſt. 59. num.2. Cancer.part.3.var.cap.2.de Inuentar. num.154. Poſth.reſolut.12. num.2. & 21. & 29.Craſſ.de ſucceſſ.lib.2. §.Inuentarium, q.20 ſub num.2. de Mariu. cap.105. numer.16. & ſeq.lib.2.* optimè *Roſa conſult.57.num.24. & ſeq.Franc. deciſ.272. num.7.* ibique, *de Luca, num.3.verſ.emptor*; Ideòque his firmatis, cum in themate de quo agitur, Bozza emerit prædium hæreditarium à Bentiuolis, vti hæredibus beneficiatis, pro dimittendis creditoribus hæreditarijs, adhibita ſupradicta cauthela, abſq; dubio ſecurus euaſit à quorumcumque creditorum, & legatariorum vexationibus.

Quinimò in fortioribus terminis etiam ſi hæres ſimpliciter uendat, & cum effectu pretiũ creditoribus defuncti ſoluat, adhuc diſpoſitio *tex.in d.l fin.§.& ſi præfatam. C.de Iure deliber.* locum habebit, quia hæres ſimpliciter uendens cenſetur uendere, ut hęres; prout ſingulariter firmat, *Salicet.in d.leg.fin.*

§.et

Digitized by Google

§. & ſi verò creditores, num. 18. quem ſequi-
tur Cepoll. *cautbel.* 225. *Roland. à Vall. de*
Inuentar. d. quæſt. 159. *num.* 3. *inter tract. di-*
uerſ. afferens poſt *Bart.* quòd ſatis dicatur
probatum, hæredem uendidiſſe pro ſatisfa-
ciendis creditoribus hæreditarijs, quando
creditori ſatisfactum reperitur, quod di-
ctum eſſe notabile, mentique tenendum, mo-
net *de Marinis d. cap.* 105. *num.* 17. *verſ. quo*
loci. lib. 2. & admittit concluſionem *Roſa d.*
conſult 57. *num.* 26.
11 Præcipuè, quia creditores anteriores in
præſenti non conqueruntur, ex eo, quòd ip-
ſis priùs fuerit ſoluendum, neque in Iure
reperitur cautum, ut emptor rei hæredita-
riæ debuerit eſſe ſollicitus de integra uerſio-
ne pretij pro dimittendis creditoribus hæ-
reditarijs, cum de hoc, reſpectu indemni-
tatis creditoris ementis, nullum uerbum
habeatur in *d. §. & ſi præfatam*, in quo tãtũ-
modò reperitur ſancitũ, quòd emptores rerũ
hæreditariarum ſeruari debeant immunes,
quoties diſtractio fit ab heredibus benefi-
ciatis pro dimittendis creditoribus heredi-
tarijs, prout fuit actum in preſenti.
Ideòque, his ſtantibus, ſatis eſt, quòd cre-
ditores hereditarij non urgeant, quòd que
uenditio fuerit facta pro illis dimittendis,
ad hoc, ut predium hereditarium emptum,
quemadmodùm non remanet amplius ob-
noxium creditorum hypothecis ex cauſa
onerosa contractis; multò fortiùs debeat
eſſe immune à tacita hypotheca legali com-
petente legatario ex titulo merè lucratiuo,
12 cum priuilegium deſumptum ex *dict. §. & ſi*
præfatam, potiſſimùm fundetur in bona fide
ementis ab hærede beneficiato, quem Te-
ſtator legitimum adminiſtratorem ſue hæ-
reditatis deputauit, *Franch. d. dec* 531. *n.* 17.
alijq; ſuperiùs allegati, indiſtinctè, firmantes
concluſionem ſuperiùs adductã, quòd emens
ab herede beneficiato ſit omninò ſecurus.
Tertiò non eſt locus petitę Immiſſioni,
tàm ob iura anteriora competentia Boſſæ
ratione ratę locorum Montium 120. accol-
lactorum, cum ſpeciali pacto ſubingredien-
di in eorum Ius, & locum, quàm etiam ra-
tione ceſſionis Iurium dotium maternarum
anteriorum, quæ, utpotè competentia Benti-
uolis noſtris auctoribus, & inſimul debito-
ribus, poſſunt à noſtro principali, tamquàm
illorum creditore deduci, non ſolùm agen-
do, ſed multò magis excipiendo, cum cre-
13 ditor ſit à Iure conſtitutus procurator ſui
debitoris ad excipiendum de Iuribus eidem
debitori competentibus, *l. ſi pignori, ff. fa-*
mil. ercif. vbi *Bart. & Florian l. nomen, Cod.*
quæ res pignor. oblig. poſſ. Bart. & Salicet. in l.
cum grege. § cum pignori vterque, num. 3. *ff. de*
pignor. Pinell. in l. 2. *part.* 2. *cap.* 2. *num.* 2. *Cod.*
de reſcind. vendit. Neguſ. de pignor. 3. *membr.* 2
part. num. 24. *Roman. conſ.* 441. *num.* 4. *Surd.*
conſ. 4. *num.* 23. *Rouit. decis.* 29. *num.* 4. *Epiſc.*
Thomat. deciſ. Macerat. 44. *nu.* 11. *&* 13. *Rot.*
in rec. deciſ. 7. *num.* 13. *part.* 9.
Neque dicatur, quód loca montium ſint
de nouo addita, adeòque poſteriora le-
gato.
14 Siquidem omnium Montiſtarum conditio
exiſtimari debet æqualis, nulla temporum
habita diſtinctione, Tum attenta voluntate
Pontificis, ita expreſsè declarantis in eius
Chyrographo, vt noua additio in omnibus,
& per omnia eodem iure cenſenda eſſet, ac
prima erectio, ſeu aggregatio, de cuius pote-
ſtate ad iſtar ſacrilegij eſt diſputare *l. ſacri-*
15 *legij, Cod. de diuerſ. reſcript. l.* 2. *Cod. de crimin.*
Sacrileg. Cephal. conſ. 87. *num.* 3 *lib.* 1. *Bur-*
ſatt. conſ. 452. *num.* 11. *& conſ.* 334 *num.* 1. *Cy-*
riac. controu. 176 *n.* 27. *Apont. conſ.* 70. *nu.* 35.
lib. 1. *Galeo. reſp. fiſcal.* 23. *in princip. Decian.*
conſ. 5. *num.* 50. *& ſeq. lib.* 1. *Ancharan. conſ.*
193. *num.* 2. *& ſeq. Gabr. de reg. Iur concluſ.* 3.
num. 66. *Card. de Luca de Regal. diſc.* 148. *n.* 8.
Card. Caualer. dec 612. *num.* 52. *& dec.* 618.
num. 21. ut enim inquit *Bald. conſ.* 359. *lib.* 1.
qui diſputat de poteſtate Principis facit ſe
ſuperiorem ipſi Principi, & ponit Sedem
ſuam in Aquilone, tentando eſſe ſimilem
Altiſſimo.
16 Potiſſimùm, ubi agitur de hypotheca le-
gali conceſſa ſuper locis montium, ex mero
Principis priuilegio; non autem ex conuen-
tione partium, quo caſu abſque dubio po-
teſt idem Princeps illam, utpotè à ſe con-
ceſſam, diminuere, moderari, uel in totum
tollere *l. reſcripta, C. de precibus, Imper. offer.*
l. Princeps ff de legibus, l. digna vox, C. eod.
Peregr. de Iure fiſc. lib. 1. *tit.* 3. *n.* 20. prout vi-
demus in peruerſione ordinis hypothecæ fa-
uore dotis inductæ ex diſpoſitione *text in l.*
aſſiduis, Cod qui pot. in pignor. habeant & in
priuilegio Fiſcali in bonis poſteà quęſitis,
iuxta *text.* ſingularẽ *in l. ſi is, qui* 28 *ff de Iure*
fiſci, ibi, *præuenit enim cauſam pignoris fi-*
ſcus, & Nos alibi latiori calamo egimus de
huiuſmodi facultate ſupremi Principis, ne-
dum moderandi, ſed etiam tollendi Ius
hypothecæ.
17 Tum etiam, quia, cum tám erectiones,
quám nouę addictiones montium, Pontifice,
ita indulgente, proceſſerint ex eadem cau-
ſa, non datur priùs, neque poſteriùs in tem-
pore; ſed attendi debet identitas cauſę om-
ninò equaliter determinans, *Alber. in l. Pri-*
uilegia, num. 1. *verſ. vt in pluribus*, ibique *Rip.*
eodem num. 1 *ff. de priuileg credit.* Rodrig. *de*
concurſ. credit. par. 2. *art.* 4. *num.* 11 propè *fin.*
Meyrer. de priuileg. credit. lib. 2. *tit.* 9. *n.* 56. *&*
ſeq. Giurb obſer. 93. *n.* 27 *Galeot. lib.* 1. *contr.*
21. *& duob. ſeqq. Amat. reſolut.* 3. *nu* 4. *verſ.*
ſecus ſi omnes æqualiter, Card. de Luca de Re-

gal.diſc,12.num.7.& de credit.diſc.3.num.3. & 11.de Toute deciſ.34. num.13. Card.Celſ. *deciſ. 254. num. 5.* nam alioquin læderetur
38 fides publica, & omninò impediretur liberum commercium eorumdem locorum, tám contra regulas boni Regiminis Reipublicæ, quàm contra diſpoſitionem *l.3. §.ne potentiores, ff. de offic.Præſid. Straecb. de mercat.part.4. num.12. verſ.deniquc,Manſon. de contrabanu. qu. 3.num. 8.* latè *Scac. de commerc. & camb.§.1. qu.1. num.47. & ſeq. & num.62. verſ.& demum, & num.68. Philip. Kimpſcb.de Iur.Vniu. lib.5.cap.22. num.77. in fin. Kcloeb. conſ. 37. num.360. de Philipp. differt.fiſc.30.num.15. Conrad. Brun.in tract. de Seditioſ. li.5.cap.7.num.1.* quando enim loca Montium venduntur, non animaduertitur per emptores ad huiuſmodi diſtinctiones temporum, quòad erectiones, nouaque additamenta.

ARGVMENTVM.

Debitor, cum in quærendis poſſit etiam creditoribus hypothecarijs præiudiciũ inferre; Reprobata contraria ſententia *Ancharani*; Meritò valet hæreditatem non adire; prout etiam legatum, legitimam, Trebellianicam, Falcidiamque remittere. Ad ornatum, & intellectũ nobilis *textus in l. qui autem 6. ff.quæ in fraud.creditor.*

Hæreditatis iam aditæ præmatura reſtitutio ab hærede grauato, vel Maioratus poſſeſſore fieri nõ poteſt in creditorum perniciem, quibus ius eſt quæſitum ad fructus medij temporis ab eodem hærede percipiendos. Ad explicationem difficillimi *Papinian.* reſponſi in *l.Patrem 19.ff.quæ in fraud.creditor.* cuius multiplices intellectus latiſſimè ad examen reuocantur.

Lucro dotali ſtatutario, præmoriẽte Vxore ſine communibus liberis, debito, poteſt Maritus, tàm conſtante matrimonio, quàm poſt obitum eiuſdem Vxoris renunciare in creditorum dettimẽtum; niſi tamen fuerit in pactum expreſsè deductum; Idemque aſſerendum, ſi ſtatuto ſpecificè caueatur, quòd pactum lucri dotalis in Inſtrumento dotali intelligi debeat expreſſum.

Maſculus poteſt admittere ſororem à Statuto excluſam ad æqualem ſucceſſionẽ in bonis paternis, etiam ipſius Maſculi creditoribus reluctantibus.

Vſusfructus Patri quæſitus in bonis aduentitijs filij non poteſt à Patre remitti in damnum creditorum, idemque de quolibet alio vſufructuario affirmandum; ſecus ſi de vſufructu agatur quærendo.

Penſionarius non poteſt extinguere penſionem in præiudicium ſui creditoris, vel ceſſionarij; ſignanter in rem propriam Procuratoris conſtitnti; Reprobata contraria ſententia, & in quibus caſibus huiuſmodi concluſio ſibi locũ non vindicet.

Debitor in quærendis, ad inſtar priuati creditoris, etiam Fiſco valet inferre præiudicium; Reiecta contraria ſententia *Angeli, & Peregrini*. Ad explicationem Reſponſorum *Papiniani, & Pauli in l.cum quidam 26. & in l.fraudem 45. ff.de Iur.fiſc.* quorum Iurium plures afferuntur intellectus apud Interpretes admodùm diſcrepantes, eorumdemque acerrima conciliatur Antinomia.

SVMMARIVM.

1 *Debitor nihil agere valet in creditorum præiudicium.*

2 *Intellige in Iuribus iam quæſitis; non autem quærendis, cum patrimonium non diminuat, qui non acquirit.*

Afferuntur plura Iura id ipſum apertè comprobantia; ſignanter text. in l qui autem 6.ff.quæ in fraud.creditor.

3 *Prętor ex edicto,* quæ in fraudem creditorum *reuocat ea, quę à debitoribus in fraudem creditorum alienantur, non verò ea, quæ debitor noluit acquirere.*

4 *Reuocatio vigore tituli,* quæ in fraudem creditorum, *in quo caſu detur.*

5 *De ſtatuto Ianue, vt non valeant creditores nolle acquirere Iura, & bona eis delata, quæ pro agnatis, & acquiſitis ipſo Iure habeantur.*

6 *Debitores repudiantes hereditatem, vel illam adire nolentes, in fraudem creditorum agere non videntur, neque ad adeundum compelli valeant.*

7 *Expenditur ſingulariè* text in l. ſi poſtulante 67.ff.ad Senat.Conſ.Trebell

8 *Legatæ rei dominium recta via tranſit in legatarium.*

9 *Idque etiam ſi legatarius legatum ſibi factum ignoret.*

10 *Intellige, ſi legatarius voluerit; ipſo autem nolente, tunc legatum pro nullo habendum.*

11 *Acquiſitiones ab animo acquirentis robur accipiunt.*

12 *Legatum poteſt debitor repudiare in creditorum præiudicium.*

13 Ha-

13 *Hæres legatarij non poteſt repudiare ius agnoſcendi legatum, ad ipſum tranſmiſſum in præiudicium creditorum, licèt legatarius defunctus id agere potuerit.*

Patronus, non obſtante repudiatione hæredis, poteſt vindicare partem ſibi debitam ibidem.

14 *De intellectu* text. in l. ſi mihi, & tibi, ff. de legat. 1. *remiſſiuè.*

15 *Legitimam, eiuſque ſupplementum antè agnitionem, & aditionem expreſſam, ſiue tacitam filius poteſt repudiare in præiudicium creditorũ, etiam cum hypotheca.*

Adeòut filius, adhuc patre viuente, valeat præſtare conſenſum grauamini impoſito ſuper legitima, quem creditores reuocare non poſſunt.

16 *Sub hypotheca bonorum præſentium, & futurorũ intelligitur cõprehẽſũ ius hæreditatẽ adeũdi, vel agnoſcendi legatum, multòq; fortiùs legitimam filio ipſo Iure debitam poſt obitum patris.*

Ideò debitor non poteſt repudiare hæreditatẽ, legatum, vel legitimam in præiudicium creditorum cum hypotheca in ſententia Ancharani.

17 *Contrariam ſententiam eſſe veriorem oſtenditur, &* num. ſeq. & num. 115.

18 *Ius adeundi hæreditatem non eſt in bonis debitoris repudiantis hæreditatem, vel legatum.*

19 *Ius adeundi eſt mera facultas, & potentia; non autem Ius in hæreditate.*

20 *Ius adeundi non eſt in bonis noſtris, niſi quò ad Ius tranſmiſſionis.*

21 *Traditur intellectus* text. in l. ſi Mater 3. C. de inſtit. & ſubſtitut.

22 *Hęres, antèquàm adeat, nullum Ius habet in bonis, vel ad bona, quod ſit in eſſe formatum, licèt illi cõpetat Ius adeundi, quod eſt ſolùm acquirendi; non autem Ius rei quęſitæ.*

23 *Legitima, licèt ipſo Iure filio ſit debita ſtatim poſt obitum Patris, adeòut incidat in hypothecã creditorum.*

24 *Nihilominus habet ab initio tacitam conditionem; ſcilicet ſi poſteà à filio acceptetur.*

Adeòut intelligatur Ius quæſitum quò ad reiectionem grauaminis, & repletionem, quæ fit ipſo Iure; non autem quò ad effectum in commutabilis acquiſitionis, quę declarationem, & petitionem requirit.

25 *Paria ſunt eſſe ab initio, vel eſſe, & tolli per actum, qui retrò fingat non eſſe.*

26 *Nemo cogitur acquirere, licèt non acquirere præiudicium afferat creditoribus.*

27 *Lex concedens ipſo Iure aliquid alicui, intelligi debet eo volente.*

Antequàm ſit agnitum, non poteſt dici quæſitum, ſed quærendum.

28 *Legitimam poteſt debitor repudiare in præiudicium creditorum, etiam cum hypotheca.*

Ius petendi legitimam, vel eius ſupplementũ non eſt in bonis filij.

29 *Debitor in præiudicium quorumcumque creditorum poteſt integram reſtituere hæreditatem abſque detractione falcidiæ, vel Trebellianicę.*

30 *Hæres grauatus, etiam ante caſum euenientis conditionis fideicommiſſi, vel maioratus poteſt reſtituere hæreditatem fideicommiſſario, inuitis creditoribus eiuſdem hęredis.*

Contrariam ſententiam eſſe veriorem oſtenditur, num. 45.

31 *Pater, qui, non expectata morte ſua, fideicommiſſum hæreditatis maternæ filio ſuo ſoluto poteſtate, adhuc viuens, reſtituit, omiſſa ratione falcidię, non videtur in fraudem creditorum egiſſe.*

Examinatur text. in l. Patrem 19. ff. quæ in fraud. creditor. & *de eius multiplici intellectu,* n. 46. & ſeqq.

32 *Maritus rogatus de reſtituenda hæreditate Vxori ſuę, percepta certa quantitate, ſi ſine deductione reſtituat, videtur magis pleniore officio præſtandæ fidei functum, quàm donaſſe.*

33 *Grauatus reſtituere hæreditatem poſt mortem ſuam, poteſt ſtatim in vita reſtituere, & de ratione.*

Declara in ſui præiudicium; non autem tertij, num. 68.

34 *Debitor in diem, ſi ante diem ſoluat, non poteſt repetere ſolutum.*

Intellige in ſui detrimentum; non autem alterius, num. 70.

35 *Rogatus, quoties quis eſt ſtatim reſtituere hæreditatem, aut poſt mortem; ex ipſo reſtitutionis actu aditio inducitur, & occultatur actus acceptationis, quem præcedere ſupponitur, tamquàm neceſſarium.*

36 *Hęres intelligitur acquirere hæreditatem ex ipſo reſtitutionis actu.*

37 *Fraus fit creditoribus, etiam in tempore, ſi debitor antè tempus reſtituat.*

38 *Hæreditatis præmatura reſtitutio perneceſsè includit fructuum remiſſionẽ, quos hæres grauatus percipere medio tempore potuiſſet.*

Ideòque fraudantur creditores.

39 *Hæres ſequuta aditione, verus, legitimuſque Dominus hæreditatis efficitur, in reque dominij fructus percipit.*

40 *Hæreditas poſtquàm fuit adita, non dicitur amplius hæreditas; ſed proprium adeuntis patrimonium.*

41 *Hæres ratione commoditatis fructuum percipiendorum, ſi adhùc viuens reſtituat, poteſt grauamen fideicommiſſario iniungere commenſurabile cum emolumentis, quæ percepiſſet, ſi non reſtituiſſet.*

42 *Legatarius purè grauari non poteſt, quando commodum ex legato non recipit; ſecus ſi ſub die, aut conditione grauetur; & de ratione.*

Expenditur text. in l. 3. §. Iulianus, & §. ſi rem, ff. de legat. 3.

43 *Hæreditatis præmatura reſtitutio non eſt vera & propria reſtitutio, ſed potiùs donatio.*

Ideòque is, cui fit reſtitutio, non tamquàm fideicommiſſarius dicitur habere hæreditatem; ſed potiùs uti donatarius, & ceſſionarius hæredis.

Examinatur textus in l. ſed & ſi ante, ff. ad Senat. Conſ. Trebell.

44 *Laudemium debet ſoluere is, cui præmatura fit reſtitutio, cõſiderata vita, quam viuere poſſet, qui reſtituit.*

45 *Hęreditatis iam aditæ, vel Maioratus acceptati præmatura reſtitutio fieri non valet ab hærede grauato, vel Maioratus poſſeſſore in præiudicium creditorum.*

46 *Refelluntur varij intellectus* text. in l. Patrem 19. ff. quæ in fraud. credit. & n. ſeqq.

Traditur primus Bald. *quòd Pater, adhuc viuens, reſtituens hæreditatem maternam communi filio, non detracta Trebellianica, non videatur fraudaſſe creditores; ſed potiùs pleniùs fidem expleuiſſe.*

47 Hu-

47 *Huiuſmodi intellectum reprobat Auctor, & de ratione,*num.ſeq.

Fraus pluribus modis fieri poteſt re, ſcilicet, effectu, & euentu.

48 *In cauſis lucratiuis, vt alienata reuocentur, ſufficit, fraudem re, effectu, & euentu eueniſſe, quamuis non adſit conſilium, propoſitumque fraudandi.*

49 *Mater non poteſt cum effectu relinquere hæreditatem filio ſub patria poteſtate conſtituto, quia Patri acquiratur.*

50 *Filio non poterat olim cum effectu reſtitui fideicommiſſum ob impedimentum patriæ poteſtatis.*

51 *Iuxta aliquorum intellectum in* d.l.in fraudē, *dies reſtitutionis non fuit adiecta in fauorem Patris, ſed potiùs filij, ideòque pater voluntatis maternæ conſcius ante diem reſtituens, non dicitur fraudare creditores, ſed matris voluntatem pleniùs implere.*

52 *Iſte intellectus refellitur, vtpotè diuinatorius, & aduerſans regulis Iuris.*

Tempus in Teſtamentis adiectum reſtitutioni ſemper cenſetur in gratiam hæredis, non autem fideicommiſſarij.

53 *Trebellianicam non detrahit heres grauatus, quando ſolius fideicommiſſarij gratia, & fauore fuit inſtitutus.*

54 *Pater grauatus filio hæreditatē reſtituere, nō poteſt cogi ad reſtituendum vſque ad mortē, cum vſque ad eam non cogatur filium emancipare.*

55 *Traditur tertius intellectus* Gloſ. & Bart.in dict.l.Patrem, *quem Auctor probabilem exiſtimat, quòd Pater non fuerit rogatus poſt mortem reſtituere hæreditatem filio, ſed potiùs purè.*

56 *Præcipuè, quia Pater non videtur fraudare creditores, qui filium emancipat, vt pro eius arbitrio hæreditatem poſſit adire.*

57 *Defenditur hic intellectus ab impugnatione aſſerentium, quòd verba,* non expectata morte in dict.l.Patrem *appoſita eſſent ſuperflua.*

58 *Reſpondetur obiecto, quòd in dicto textu non appareat, voluntatem matris fuiſſe, quòd hæreditas filio reſtitueretur, quando eſſet patria poteſtate ſolutus.*

59 *In fideicommiſſo filio relicto, intelligitur tacita conditio, cum ſui Iuris erit,*

60 *Affertur quartus intellectus* d.l.Patrem, *quòd ibidem* Papinianus *voluerit tantummodò dirimere quæſtionem, an præmatura hæreditatis reſtitutio fieri poſſit, nō detracta Falcidia, vel Trebellianica, in creditorum præiudicium,* & num. ſeqq.

Hunc intellectum Auctor veriorem, præ cæteris, exiſtimat, ob rationem in d.textu adiectam, & num.ſeqq.

61 *Ratio in lege expreſſa regulariter totam diſpoſitionem regere ſolet, illamque extendit, quantùm eius ratio ſe extendit, & non vltrà.*

62 *Trebellianica, & falcidia contra voluntatem Teſtatoris detrahuntur.*

63 *In fideicommiſſo vniuerſali, attentis à Teſtatore diſpoſitis, Trebellianica, & Falcidia comprehenduntur.*

Trebellianicæ, & falcidiæ detractio impedit voluntatē Teſtatoris plenū habere effectum, ibid.

64 *Abſque Trebellianicæ, & Falcidiæ detractione integram hæreditatem reſtituens, propriè dicitur plenam fidem ſequi exibitioni, Teſtatoriſque voluntatem plenè implere.*

65 *Fructus poſt aditam hæreditatem per hæredē percipiendi ex teſtatoris indicio, & voluntate percipiuntur.*

Ideòque, ſi antè tempus fiat hæreditatis reſtitutio, non fit ex voluntate Teſtatoris, ſed contrà illius iudicium.

66 *Pluribus Iuribus examinatis oſtenditur, Imperatores, & Iuriſconſultos, eadem ratione adiecta in* dict.l.Patrem, *vſos fuiſſe in alijs legibus reſpectu detractionis Trebellianicæ, & Falcidiæ, non aliàs.*

67 *Soluens ſcienter, quod per Falcidiam retinere potuiſſet, non poteſt dici plus debito ſoluiſſe, & de ratione.*

68 *Hæreditatis præmatura reſtitutio non poteſt fieri in præiudicium tertij; ſed tantùm ipſius hæredis grauati reſtituere poſt mortem, qui, ſi voluerit, poterit, adhuc viuens, reſtituere.*

69 *Debitor antè diem ſoluens, an poſſit interuſurium, commodumque medij temporis repetere.*

70 *Debitor in diem poteſt antè diem ſoluere in ſui præiudicium, non autem tertij, vel creditorum.*

71 *Lucro dotali ex Statuto, præmoriente vxore ſine communibus liberis, debito, poteſt Maritus, conſtante matrimonio, renunciare in creditorum præiudicium,* & num.76.

72 *Amplia, etiam ſi repudiatio fiat poſt mortē vxoris, atque adeò poſt lucrum à ſtatuto iam delatum.*

73 *Limita, quoties, lucrum, alioquin ex ſtatuto debitum, fuit in pactum ſpecificè, & expreſsè deductum.*

74 *Idemque aſſerendum, ſi ſtatuto expreſsè caueatur, quòd pactum lucri dotalis cenſeatur in* Inſtrumento *dotali expreſſum, prout in Statuto* Vrbis.

Debitum lucri tunc dicitur in ſui origine voluntarium ex contractu, non autem neceſſarium ex ſtatuto, ibid.

75 *Sententia impij* Molinei, *quòd pro lucro dotis, non ſolùm detur condictio ex ſtatuto; ſed etiā actio ex contractu, in quo caſu poſſit ſubſtineri.*

76 *Lucro ſimpliciter debito à ſtatuto, ſemoto contractu poteſt maritus renunciare in creditorum præiudicium, & de ratione.*

77 Reprobatur *ſententia* Rouit.deciſ.88. *affirmantis, quòd licet Iura, & actiones ſubiaceāt* Conſuetudini *Neapolitanæ in ſpecie ſucceſſionum, non tamen ſubiaceat ius conditionale.*

78 Maſculus *poteſt admittere ſororem, alioquin à ſtatuto excluſam, ad æqualiter ſuccedendum in bonis paternis, etiam reluctantibus creditoribus ipſius maſculi.*

Reprobatur contraria ſententia Bottilierij.

79 *Fæminarum excluſio ob maſculos, tacitam habet conditionem, quatenus ſoli maſculi velint ſuccedere.*

Digitized by Google

80 Vſusfructus à Patre quæſitus in bonis aduentitijs filij, non poteſt à Patre remitti in creditorum præiudicium.

Idemque aſſerendum de quolibet alio vſufructuario.

Examinatur text. in l. 3. § geſta, ff. quæ in fraud. creditor.

81 Secus aſſerendum, quoties agitur de vſufructu quærendo, quem pater in creditorum præiudicium poteſt remittere.

De intellectu text in l. cum oportet, §. cum autem, Cod. de bon. quæ liber.

Declaratur Paſchalis.

82 Penſionarius, an poſſit extinguere penſionē in præiudicium ſui creditoris, vel ceſſionarij, ſignanter conſtituti procuratoris in rem propriam, eſt quæſtio ſatis controuerſa.

Quænam ſit Praxis Datariæ in hac materia.

83 Rota in recent. deciſ. 129 part. 1. ſubſtinet ſententiam affirmatiuam; & eius fundamenta referuntur.

Reprobatur Rota, eiuſdemque fundamentis reſpondetur, num 86. & ſeqq. & num 95. & ſeqq.

84 Quilibet actus intelligi debet iuxta naturam rei, de qua agitur.

85 Vſusfructus, in quibus differat à penſione.

86 Pen. onis extinctio fieri non valet in creditorum præiudicium.

Intellige vt num. 105 & ſeqq.

87 Penſionarius non poteſt extinguere penſionem fiduciariam in præiudicium commodatarij.

88 Hypotheca ex natura ipſius rei dicitur perire; adeò ut reſoluto Iure dantis, reſoluatur ius accipientis, quoties ipſamet rei ſubſtantia ita perneceſſè ſuadeat.

Afferuntur exempla rei emphyteoticæ, et ſimilia.

89 Penſio ex natura rei perit per mortem tàm naturalem, quàm ciuilem penſionarij, per contractum matrimonij, & per ingreſſum in Religionem.

90 Hypotheca, an, & quando reſoluatur ex facto, & cauſa debitoris, & num ſeqq.

91 Affertur diſtinctio inter cauſam neceſſariam præambulam, quæ hypothecam antecedit, & cauſam voluntariam ipſiuſmet debitoris.

92 Adducuntur Iura loquentia de cauſa voluntaria, & neceſſaria.

93 Referuntur auctoritates huiuſmodi diſtinctionem comprobantes.

94 Hypothecæ reſolutio an, et quando dicatur prouenire ex cauſa omninò neceſſaria, vel ex voluntaria, remiſſiuè.

95 Reprobatur æquiparatio Rotæ inter penſionem extinctam ex natura rei per mortem Penſionarii, vel ingreſſum in Religionem, vel matrimonium, & penſionem extinctam ex mera voluntate Penſionarii.

96 Impugnatur etiam aduerſio Cardinalis de Luca, quòd quemadmodùm penſio poteſt extingui per contractum matrimonij, vel ingreſſum in Religionem, etiam in præiudicium creditorum, ita valeat etiam extingui per actum expreſſum extinctionis voluntariæ.

97 De pluribus differentijs inter vſumfructum, & penſionem, remiſſiuè.

98 Penſionarius regulariter vſufructuario æquiparatur, ſignanter ad effectum non inferendi præiudicium creditori, vel ceſſionario, cum extinctione voluntariè facienda & num. 105.

99 Penſionario prohibitum eſt vendere, cedere, vel transferre penſionem abſque auctoritate Apoſtolica, cum ratione Iuris nō ſit in eius commercio.

100 Vſufructuario interdicitur cedere, in extraneum vendere, vel hypothecare Ius ipſum vſusfructus, vtpotè eius perſonæ cohærens ſua vita durante.

Afferantur plura Iura id apertè comprobantia.

101 Penſionis commoditas, tamquàm nudi facti, poteſt cedi, vendi, hypothecari, & in ſolutum dari creditoribus, & in concurſum venire durante vita penſionarij, abſque Apoſtolico beneplacito.

102 Vſusfructus, ſeu fructuum commoditas poteſt cedi, vendi, vel hypothecari, vel in ſolutum dari creditoribus durante vita vſufructuarij.

Expendantur Iura id con probantia.

103 Ipſa res vbi non eſt hypothecabilis rectè tamen, ub hypotheca cadit ipſius rei commoditas.

104 Feudatario, an ſit permiſſum abſque aſſenſu alienare fructus feudi, ſine eiuſdē commoditatē.

105 Ad effectum non præiudicandi creditoribus, vel ceſſionarijs, datur æquiparatio inter vſufructuarium, & penſionarium, & num. 98.

106 Deciſio Rot. in recent. 129. part. 1. fuit per eādem Rotam cauſa ter propoſita in dubium reuocata, teſte Lotterio, qui cōtra deciſionem ſcripſit.

107 Penſionarius ſi ſimpliciter cōſignauit ſuo creditori fructus, commoditatemque penſionis vt ex ea ſatisfiat, poteſt extinguere penſionem, accedente Apoſtolico beneplacito in præiudicium creditoris ſimplicis conſignatarij, vtpotè non habentis hypothecam.

108 Penſionarius non poteſt extinguere penſionē in præiudicium creditoris perſona is, quoties data opera, & in fraudem extingant.

109 Præcipuè, ſi penſionis extinctio fuit facta ex cauſa merè lucratiua, in quo caſu poteſt à creditore, ſiue ceſſionario conueniri Titularis.

110 Multò magis, ſi idem Titularis ſciens penſionem alteri ceſſam, & poſtquàm ceſſionarium agnouit in creditorem, extinctionem cum penſionario cedente affectauit cū fraudis præſumptione.

111 Fiſco, an in quærenais poſſit creditor præiudicium inferre eſt quæſtio admodùm controuerſa.

112 Afferitur Antinomia Iurium in l. cū quidam 26. ff. de Iur. Fiſc. & in l. in fraudem 45 ff. eod. tit. conſultò, & dedita opera à Triboniano dormitante relicta in ſententia Budei.

113 Traditur intellectus aſſerentium, regulam, quòd in quærendis poſſit debitor præiudicare creditoribus, limitari fauore Fiſci.

114 In Textu in l. cum quidam 26. ff. de Iur. Fiſc. nonnulli affirmant, quòd non fuerit delata hæreditas Patri, qui repudiauit ſed filio, qui quidem repudians non erat condemnatus, ſed inquiſitus; ideòque nondum erat debitor Fiſci.

115 Ha-

115 *Huiuſmodi intellectum* Peregrini, *tamquàm diuinatorium, reprobat* Tell. Fernandez.
116 *Aſſertur diſtinctio aliorum inter creditores Chyrographarios, & hypothecarios.*
117 *Hæc diſtinctio originalis* Ancharani *inter creditores Chyrographarios, & Hypothecarios eſt communi ſenſu Doctorum reprobata, & ſupra* num. 17. & ſeqq.
118 *Traditur intellectus, quòd* text. in d. l. in fraudem, *affirmans, Fiſco in quærendis præiudicari non poſſe, procedat, eò quia ibidem præceſſerit contractus, aut materia, quæ, inſpecta bona fide, obliget ad acquirendum, quo caſu debitor in quærendis, non poteſt præiudicare creditori.*
119 *Reprobatur hic intellectus tamquàm diuinatorius.*
120 *Verba* text. in d. l. fraudem, *ibi,* idemque Iuris eſt, & ſi non quæratur, *eſſe referenda, non ad debitorem Fiſci, ſed potiùs ad eum, in quem fit alienatio. affirmat* Alciatus.
121 *Refellitur hic intellectus, vtpotè inferens vim litteræ dicti textus.*

Præcipuè, quia, iuxta hunc intellectum, primus caſus à Iuriſconſulto deciſus non differret à ſecundo.

122 *In ſententia Carleualii creditor ex cauſa lucratiua, qualis eſt fiſcus, poteſt præiudicare creditori in quærendo, & ad hæc ſpeciem ſunt referenda Iura in* d. l. qui autem, ff. quę in fraud. credit. & in d. l. cum quidam, ff. de Iur. fiſc.

Reprobatur hæc ſententia diſtinguens, inter cauſam lucratiuam, & onerosam. num. 115.

124 *Diſpar eſt conditio eius, qui agit de lucro captando, & illius, qui agit de damno euitando.*
125 *Creditores ex cauſa oneroſa ratione Iuris naturalis, bonęque fidei, tenentur acquirere bona, quibus ſatisfaciant creditoribus, etiam ex propria induſtria.*

Ideòque lucra obuenientia repudiare non poſſunt.

Intellige vt num. 127. & ſeq.

126 *De ſententia* Senatus Caſtellæ *relata à* Gregor. Lopez, *quæ declarauit, factam fuiſſe in fraudem repudiationem hæreditatis maternæ à condemnato ad dandum pro damno illato duo millia vulnerato in manu.*
127 *Diſtinctio tradita à* Carleualio *ſuper cauſa lucratiua poteſt procedere in foro interiori, cum in receptiori ſententia debitor peccet mortaliter non acquirendo in præiudicium creditorum, reprobata contraria ſententia.* Epiſc Caramuel.
128 *Diſtinctio inter cauſam lucratiuam, & oneroſam in foro exteriori non eſt admittenda, propter generalitatem* text. in d. l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. credit.
129 *Sententia* Senatus Caſtellæ, *de qua ſupra* num. 126. *reprobatur à nonnullis Auctoribus Hiſpanis.*
130 *Reus criminis antè, & poſt ſententiam condemnatoriam, poteſt Iura ſibi delata, & non dum quæſita repudiare in præiudicium fiſci.*
131 *Reiicitur contraria ſententia* Angeli, Peregrini, *& aliorum.*
132 *Traditur intellectus* Tell. Fernand. *poſt* Gloſ. ad text. in l. fraudem, ff. de Iur. Fiſc. *quòd, ſcilicet, non loquatur in Iure quærendo ex cauſa, quæ numquàm fuit; ſed ex propria cauſa, & proprijs bonis Fiſco incorporatis.*

Itaut aliquis fuerit in cauſa, vt non quæratur Fiſco, id quod iam erat delatum Fiſco, non antè quæſitum, nec incorporatum.

133 *Debitor habens creditorem anteriorem, non valet paciſci cum poſteriore, vt idem poſterior in quærendis præferri debeat.*

Reprobatur contraria ſententia Caponii.

134 *Sub generali hypotheca bonorum veniunt præſentia, & futura.*
135 *Debitorum pactionibus iura anteriorum creditorum mutari nequeunt.*

CAPVT II.

1 LICET certiſſimum ſit in Iure, quòd debitor nihil agere valeat in creditorum præiudicium, *l. debitorem 15. Cod. de pignor. & hypoth.* ibi: *Debitorem, neque vendentem, donantem, neque legantem, vel fideicommiſſum relinquentem, poſſe deteriorem facere creditoris conditionem, certiſſimum eſt, l. debitorem, Cod. de pact. l. filius fam. §. Diui* il ſecondo, *ff. de legat. 1. Acoſt. de priuileg. credit. in præfat. Regul. 1. n. 19. & 94. & Regul. 3. ampl. 4. num. 8. Vela tom. 2. diſſert. 38. num. 7. Olea de ceſſion. Iur. tit. 2. quæſt. 3. num. 1. Card. de Luca de credit. diſc. 138. num. 3. Larrea dec.* Granat. *92. n. 19. verſ. & quemadmodum.*

2 Nihilominus prædicta in Iuribus iam quæſitis procedunt; non autem in quærendis, in quibus abſque controuerſia poteſt debitor creditoribus præiudicium inferre, neque ex eò, quòd non acquirat, alienare dicitur, neque in creditorum fraudem agere, quibus non competit actio reuocatoria ad reuocandum, quod debitor acquirere noluit; ſed id, dumtaxat, quòd ex bonis ſuis conſumpſit, aut alienauit, ſuum diminuendo patrimonium; prout in ſpecie probant apertiſſima Iura in *l. qui autem 6. ff. quę in fraud. creditor.* ibi: *Qui autē, cū poſſit aliquid quærere, non id agit, vt acquirat, ad hoc edictum non pertinet; pertinet enim hoc edictum ad diminuentes patrimonium ſuum; non ad eos, qui id agunt, ne locupletentur;* & inferiùs, ibi: *Noluit enim acquirere, non ſuum patrimonium diminuere, l. non fraudantur 177. ff. de regul.* Iur. ibi: *Non fraudantur creditores, cum quid non acquiratur à debitore; ſed cum quid de bonis diminuitur, l. alienationis 28. §. qui occaſione, ff. de verbor. ſignific.* ibi: *Qui occaſione acquirendi non vtitur, non intelligitur alienare, veluti, qui hæreditatem omittit, aut optionem intrà certum tempus datam non amplectitur, l. ſi poſtulante 67. ff. ad Trebell. l. 1. §. vtrum, ff. ſi quid in fraud. patron. l. cum quidam 26. ff. de Iur. fiſc. l. ſi ſponſus, ff. de donat. int. Vir. & Vxor. l. 1. §. fin. verſ. confertur, ff. de collat. bonor. Bald. in Rubr. Cod. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. num. 1. Cordub. in l. ſi quis à liberis §. verum, numer. 60. & ſeqq. ff. de lib. agnoſc. Peralt. l. Titia, cum teſtamento, §. ſi ea*

con

conditione, num. 3. & § lucia, num. 6. ff. de legat. 2. Donell. commentar. lib. 23. fol. 319. ibique optimè Oſuald. Tell. Fernand. in l. 4. Taur. nu. 52. & ſeqq. Palcuz Rub. in rubr. de donat. int. Vir. & Vxor § 47. per tot. Suarez in l. 1. tit. de bon. conſtant. matrim. acquiſ. num. 52. & ſeqq. Padill. in l. poſt mortem, num. 4. & ſequ. & num. 22. & ſeq. Cod. de fideicom. Guttier. in cap. quamuis pactam de pact. in ſexto n. 14. & ſeq. & lib. 2 pract. quaeſt. 127. per tot. Humad. in l. 9 tit 1. part. 2 gloſ 2. num. 3. & ſequ. fol. 126. Velas. Aucndan. in leg. 4. Taur gloſ 7. n. 6 Mattienz. in l 9. tit. 9 lib 5. gloſ. 1 fol. 272. Ceruant. in l. 6 Taur. num. 67. vſq; ad 78. Lanar. conſ. 42. Aldobrand conſ. 26. num. 128. & ſeqq. Fab. de Ann. conſil. 113 per tot. Vuſembec. conſ. 17. num. 4. & ſeq. Menoch conſ. 1210 num. 14. et ſeqq. lib. 13. et in add. ad praeſumpt. 30. num. 57 lib. 3. Surd. conſ. 116. numer. 78 & ſeq. lib. 1. & conſ. 300. num. 17. & ſequ. lib. 3. Facchin. controu. Iur. lib. 13. cap 46. Peregr. de fideicomm art. 3. num. 127. Micrez de Maiorat. 4. part quaeſt. 23. num. 45. in antiquis, & n. 117. in nouis, latè pluribus cōgeſtis Caſtill. tom. 5. controu. cap. 112. num. 21. verſ ſic ſanè, Blaſ. Diaz. de Mem. in add. ad dec. Gamm 92. & 118. Merlin. de pignor. lib. 4. qu. 134. numer. 1. Oleu de ceſſion. Iur. tit. 2. qu. 3. num. 5. Schifor. ad Fabr lib. 1. tract. 9. de repudiat. haeredit. vel legat. in hared. credit. Noguerol. allegat. 19. num. 69. latè Salgud. in Labyrint. creditor. par. 2. cap 14. num 6. & ſeqq. Capon. de pact. cap. 6. Cyriac controu. 47. num. 1. & ſeq. Gratian. cap. 132. num. 1. & ſeqq et cap. 271. et dec. Marcb. 17. Toudut. reſol. ciuil. cap. 153. n. 3. et ſeqq. lib. 2. Antunez. de donat. Reg. par 3. cap. 23. num. 28. Carleual. de Iudic. tom 2. lib. 3. tit 3. diſp. 25. num. 2. Theodor. allegat. 15. num. 17. et ſeqq. Staiban. Iun. reſol. 196. nu. 40. lib. 2. Rocc. reſponſ 83. nu. 1 lib. 1. Card. de Luca de credit. diſc. 40. num. 13. Oſaſch. deciſ. 95. num. 42. egregiè, prae caeteris Franch. deciſ. 201. num. 1. et ſeqq. ibique Add. Cupyc. Latr. deciſ. 8 num. 8 deciſ. 117. num 2 Surd. dec. 140 ibiq, Hodiern. Magon. deciſ. Florent. 132. n. 15. Gratian. dec. Marcb. 17. n. 4. Oſaſch. deciſ. Pedem. 95. num. 42. Larrea deciſ. Granat. 55. n. 1. Bich. dec. 292. num. 27.

3 Idque ea praecipua ratione, quia Praetor ex eius Edicto voluit tantùmmodó creditoribus conſulere reuocando ea, quae à debitoribus in eorum fraudem fuerunt alienata, eorum diminuendo patrimonium, donando ſcilicèt, vel renunciando ius eis iam quaeſitum, quòdque in eorum bonis iam erat, vel hypothecas liberando; non verò ea, quae debitor noluit acquirere; Ex eo enim, quòd acquirere deſierit, alienare non dicitur; dict. l. qui autem 6. ff. quae in fraud. credit l. non fraudatur 177. ff. de reg. Iur. Io. Philip. in ſum. vtriuſq. Iur. ad tit. quae in fraud. credit. ibique Cuiac. & Vueſembec. eleganter Donell. in comment. lib. 23. cap fin. in princip. ibique Oſuald. Reuerendiſs Franc. Verde, tum ob eximiam eruditionem, tum etiam integerrimos mores Iure optimò electus Vic. Capitularis Neapoli, & immunitatis Eccleſiaſticae acerrimus propugnator, lib. 4 Inſtit. tit. de act. reſciſſor. nu. 383. Peregrin de Iur. fiſc. lib. 7. tit. 6. num. 38. Molin. de pact. nupt. lib 3. cap. 49. num. 36. Bargal. de dol. lib. 6. reg. 22. nu. 1. Salgud. in Labyr. credit. part. 2. cap. 14. num 5. latè Caſtill. lib 5. controu. cap. 112. num. 20. & ſeqq. Mart. de ſucceſſ. legal. par. 4. quaeſt. 14. art. 1. num. 4 Oleu de ceſſion. Iur. tit. 2. qu. 3. n. 6 Theodor. allegat. 15. num. 17. & ſeqq. Franch. deciſ. 101. num. 3. optimè poſt Gloſ. Pariſienſ. aduertens, quód tunc detur reuocatio vigore tituli, quae in fraud credit. quando ex
4 facto, vel nō facto debitoris deſinit ipſe aliquid habere; ita vt, ſibi incipiat aliquid de ſuo abeſſe, quod alteri acquiritur, & incipiat illi de nouo adeſſe, Larrea deciſ. Granat. 55. num. 1. Bich. deciſ. 292. nu. 27.

5 Niſi tamen adſit peculiare ſtatutum; prout extat Ianuae lib 5. cap. 19. in quo reperitur ſancitum, ut non ualeant debitores nolle agnoſcere iura, & bona eis delata, quae pro agnitis, & acquiſitis ipſo Iure habeantur, quod ſtatutum eſſe laudabile Iure meritó aſſerit Cardin. de Luca de credit. diſc. 137. num. 12.

6 His igitur generaliter praemiſſis, quae in Iure ſunt abſolutiſſima; inſurgit recepta propoſitio, quòd debitores repudiantes haereditatem, uel illam adire nolentes, in fraudem creditorum agere non uideantur, neque ad adeundum compelli ualeant; prout eſt textus ſatis expreſſus in d. l. qui autem in princip. ff. quae in fraud. credit. ibi, Proindè, & qui repudiauerit haereditatem, vel legitimam. vel honorariam, vel teſtamentarium, non eſt in cauſa, vt huic Edicto locum faciat, noluit enim acquirere; non ſuum patrimonium diminuere; & ita, prae caeteris, firmant Iaſ. in l filius fam. §. Diui, num. 76. ff de legat. 1. Padill. in l. poſt mortem, num. 4. Cod. de fideicom. Suarez. in l. 1. tit. de bon. cōſtāt. matrim. acquiſ. num. 52. & ſeqq. Donell. lib. 23. comment. cap. vlt. ibique eleganter Oſuald in not. lit. C. Schifordeger. lib. 1. Forenſ. tract. 9. quaeſt. 1. per tot. Couarr. in cap. Rainaldus, § 3. nu. 30. & ſeqq. Surd. conſ 116. nu. 78. & ſeq & conſ. 300. num. 17. & deciſ. 140. numer. 8. Fab. de Anna d. conſ. 113. lib. 2. Dec. conſ. 260. Vuſembec. conſ. 17. lib. 2. Gomeſ. Var. lib. 2. cap. 14. num. 14. Menoch. de arbitr. caſ. 171. num. 53. Robert. lib. 3. rer. Iudic. cap. 12. Gratian. cap. 132. & 271. & deciſ. Marcb. 17. Peregrin. de fideic. art. 3. num. 125. & ſeqq. & lib. 5. de Iur. fiſc. tit. 1. num. 190. & lib. 6. tit. 7. num. 38 & ſeqq. Facchin. lib. 13. controu. cap. 46. Guttie-

rez.lib.2.pract.quaſt.127.& in cap.quamuis pactum, num.14. & ſeqq. Spin. *de Teſtam. gloſ.8. num.60. & ſeqq. Sanchez. de matrim. lib.6.diſp.4.num.8.et ſeqq.& ad Pracept.Decalog.lib.2.cap.14.num.52.et ſeqq. Mierez de Maiorat.4. part.quaſt.23.num.120. & ſeqq.* Caſtill.*lib.5.controu.cap.112.nu.21. Salgad. in labyr.credit.part.2.cap.14.num.4. et ſeqq. Olea de ceſſion.* Iur.*tit.2. qu.3. num.5. et ſeqq.* Marta *de ſucceſſ.legal.part.4.quaſt.14.art.1. num.7.et ſeqq. Fontanell.de pact.nupt. clauſ. 4.gloſ.9.part.5.num.75.et ſeqq.Paſchal. de patr.poteſt.part.2.cap.4. nu.165.et ſeqq.Carleual.de* Iudic.*lib.1.tit.3.diſp.25.num.3.*eruditiſſimus *Arias de Meſa*, egregius olim Præceptor meus in Neapolitana Academia, *lib.2.cap.41.num.2.et ſeq.Prat. obſer.15.nu. 1.et ſeqq.Pereir deciſ.55.num.4. Oſaſch. dec. 95.num.42.Franch.d.deciſ.101.* ibique *adden. Capyc.Latr. deciſ.117.num.2. Gipt.* ad eumdem *Caye.Latr.deciſ.8.num.18 et ſeqq.*

7 Idemque comprobat optimus textus *in l ſi poſtulante 67.ff.ad Senat. Conſult. Trebell.* ibi: *Quia, et remoto fideicommiſſo liberum tibi fuerat nolenti adire hæreditatem creditores tuos tali commodo fraudare, et ego nihil turpiter faciam, recipiendo eam hæreditatem, quam, remota poſtulatione, mea creditores compellere te, vt adires, non potuerint.*

8 Hoc ipſum, etiam pròcedit in legato, cuius dominium, licet recta uia in legatarium tranſeat, *l.à Titio,ff.de furt.Bart. in l.1.nu. 13.ff.de legat.1. Aretin.in l.qui Roma.§.duo fratres,num.47.*ibique *Iaſ. num.39. et ſeq.ff. de verbor. obligat. Pichard. in §.ita demum inſtit.de hæredit. quæ ab inteſt.defer. Alciat. conſ.116. num.7. Crot. conſ.119. numer.3. Rub.conſ.58.num.4.Cephal.conſil.49. num.7. Fab. de Anna conſ.113. num.1. lib.2. Surd. conſ.300. num.1.et ſeqq.lib.3.* Caſtill. *tom.5. controu.cap.112.num.36.et 38. Afflict deciſ. 299 num.3.*Bich.*deciſ.590. numer.5.*Idque,
9 etiam ſi legatarius legatum ſibi factũ ignoret, *l.ſi tibi homo,§ cum ſeruus, ff. de legat.1. l cum pater, §.ſurdo, ff.de legat 2. Oſuald. ad Donell.lib.23.cap.vlt.in princip.Caſtill.lib.5. controu.cap.112.num.37. & ſeq.*

10 Eſt tamen hoc intelligendum; ſi legatarius uoluerit; ipſo autem nolente, tunc legatum pro nullo habendum; illa enim acquiſitio eſt imperfecta, commutabilis, & variabilis; atque ſub conditione quæſita; niſi legatarius repudiauerit, quã repudatione ſequuta, nihil legatarium acquiſiuiſſe retro fingitur, & conſideratur, ac ſi nihil ei fuiſſet legatum, *l.legatarius 58.§.1.ff.de legat.1. l.hoc* Iure, *§.non poteſt,ff.de donat. Surd. conſ. 300.num.8.16.& ſeq. Io.Franc.de Pont.conſ. 147.num.32.lib.2.Caſtill.d.tom.5.controuerſ. cap.112.num.40.Salgad.in Labyr.credit.par. 2.cap.14.n.24. Hodier.ad Surd.dec.140.n.6.*

11 Acquiſitiones namque, rerumque dominia ab animo acquirentis robur accipere decernunt Iura in *l.1. & ſeq.ff. pro derelict.l.non ſtatum; §.contrà autem,ff.de pecul.l.hoc* Iure, *§.non poteſt,ff.de donat.*

12 Et in ſpecie legati eſt textus in *d.l.qui autem 6.in princip. ff.quæ in fraud. credit.* ibi: *Sed, & illud probandum eſt, ſi legatum repudiauit, ceſſare hoc Edictum,* ibique *gloſ.* uerbo *legatum, & in l.1.§.vtrum,ff.ſi quid in fraud.patron.* ibi: *Quamuis enim legatum retrò noſtrum ſit niſi repudietur, attamen, cum repudiatur, retrò noſtrum non fuiſſe palàm eſt. Cagnol.in l.non fraudantur, num.2.ff.de Reg. Iur. Couarr.in cap.Rainaldus, §.3. num.12. de Teſtam.Corn.conſ.22.nu.4.8.& ſeqq.Surd. conſ.300.num.8.16.& ſeq.Fab.de Ann. dict. conſ.113.num.5.& ſeq.& per tot. lib.2.*optimè *Oſuald.ad Donell. lib.23.cap.vlt. in princip.fol.320.* quo loco ſcribit: *Quamuis autem legatum retrò noſtrum ſit, niſi repudietur, attamen aliud cum repudiatur, & quamuis ignoranti id acquiratur; non tamen inuito.Tell. Fernand in l.4.Taur. nu.59. verſ.vlteriùs,Gomes.tom.2.Var.cap.4. num.24. verſ.tertiò infero,* Guttierez *pract.quaſt.127.lib.2.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4 gloſ.9. part.5. n.90. Sanchez.de matrim.lib.6.diſp.4. num.8. Gratian.cap.131.num.4.& cap.271.num.10.12. 36. & ſeq.Caſtill.lib.5.controu. cap.112.nu. 35.& ſeqq.Cyriac.controu.47.nu.1.& duob. ſeqq.Paſchal.de patr.poteſt.part.2. cap 4.nu. 166.Olea de ceſſion.Iur.tit.2.quaſt.3. num.5. & ſeqq.& num.14. Ant.Fab.lib.8. coniectur. cap.19.Salgad.in* Labyr.*credit.part.2.cap.14. num.24.& ſeqq. Franch.dec.101.n.17.*

13 Secus fortaſsè aſſerendum, quoties non conſtat de expreſſa legati repudiatione facta per legatarium debitorem; ſed ſolummodò de non aguitione; in quo caſu hæres legatarij repudiare non poteſt ius agnoſcẽdi legatum ad ipſum tranſmiſſum in præiudicium creditorum; licet legatarius defunctus id agere potuerit; prout per *text.in l. liberto 26. ff.de bon. libert.* vbi non obſtante repudiatione hæredis Patronus poteſt vindicare partem ſibi debitam; ex eo, quòd non liceat in fraudem creditorum ius illud repudiare, firmant in ſpecie legati, *Din. Alberic. Angel.& Cuman.in d.leg.qui autem,ff.quæ in fraud.credit.* quos refert, & ſequitur *Cyriac. controu.47.n.6.& ſeqq.Olea de ceſſ.Iur. tit.2. qu.3. num. 14. in fin.* quibus addendi, *Surd. conſ.300.num.5.Gratian.cap.132.num.39. & deciſ.*Marcb.*17.num.31.Caſtill.lib.5.controu. cap.112.num.6.*licet contrarium ſentiat *Couarr.in cap.*Rainaldus *§.3.num.12.& ſeqq. & num.31.et ſeqq. per text.in l.ſi mihi, & tibi, ff.de legat.1.*ſuper cuius intellectu videri po-
14 terunt congeſta per Gipt.*in obſeruat.ad dec. Capyc. Latr.8. num.18. & ſeqq.* vbi plura ad

hunc

Digitized by Google

hunc articalum adnotat apud eundem relegenda.

15 Prædicta verò omnia, ſibi etiam locum vindicant reſpectu legitimæ, eiuſque ſupplementi, quam filius antè agnitionem, aditionemque expreſſam, ſiue tacitam, liberè repudiare poteſt in præiudicium quorumcunque creditorum, iuxtá veriorem ſententiam quam per text. in l. poſtulante, ff. ad Trebell. & in l. qui autem, ff. quæ in fraud. credit. tuentur, reiecta contraria, præ cæteris, Zauch in l. hæredes mei, § cum ita, part. 4. num. 420. ff. ad Trebell. Caſtr. in l. ſi poſtulante, ff. eod. tit. 10. Lup. in l. 2. Taur. nu. 16. Oſuald. ad Donell lib. 23 cap. vlt. fol. 320. verſ. item licet, Peregrin. conſ. 46. num. 16. lib. 3. Marcabrun. conſ 30. num 326. Papon. conſ. 129 Gozadin. conſ. 97. num 3. Laurent. de Pin. conſ. 97 per tot. Bero. conſ. 43. Guttier. in § ſui, n. 100. & ſeqq. inſtit. de hæredit. quæ ab inteſt. defer. & in cap. quamuis pactum, nu. 24 de pact. & lib. 3. pract. quaſt. 26. Robert. rer. Iudic. lib. 3. cap. 12. referens ita pluries iudicatum, Gratian. cap. 271. num. 10. & ſeqq. Trentucinq. lib. 1. Var. tit. de pecul. reſol. 3. nu. 1. et ſeq. Facchin. controu. Iur. lib. 13. cap. 46. Paleaz. de Maiorat. part. 4. qu. 23 num. 117. Theſaur. lib 3. q. For. 74. aſſerens per text. ab eo allegatũ in l. aut Prætor 10. §. ſi quis in fraudem, ff. quæ in fraud. credit. quòd expreſſa non requiratur repudiatio; ſed ſatis, ſuperque ſufficiat, quòd filius abſtineat, Facchin controu. Iur. lib. 13. cap. 46. Coſt de re integr. diſt. 72. num. 7. & de remed. ſubſid. prælud. 1. n. 19. Cancer. Var. tom. 1. cap. 3. numer. 69. & ſeqq. Sanchez. de matrim. lib. 6. diſp. 4. numer. 8. & ſeqq. Noguerol alleg. 19 num. 64. vbi, quòd filius etiam patre adhuc viuente, valeat præſtare conſenſum grauamini impoſito ſuper legitima, quem creditores non poſſunt reuocare, quia ex hoc non leduntur, neque quidquam ex bonis debitoris diminuitur, Paſchal. de patr. poteſt part. 2. cap. 4. nu. 165. Salgad. in Labyr credit. part. 2. cap. 16. nu. 79. & ſeqq. benè Hodiern. ad Surd. deciſ. 140. nu. 8. & ſeqq. latè Giurb. plures alios referens, ad conſuet. Meſſan. cap. 5 gloſ. 7. nu. 9 et ſeqq. Mangil. de imputat. quæſt. 4. numer. 18 et ſeqq. Olea de ceſſion. Iur. tit. 2. quæſt. 3. num. 20. et ſeq. Cutell. de donat. tom. 1. diſc. 2. par. 2. n. 34. et ſeqq. Maſtrill. deciſ. 181. par. 2. Magon. deciſ. Florent. 132. Monter. deciſ. Aragon. 35 ſub n. 83. verſ. eſt que ſimile, Seſſe deciſ. pariter Aragon. 127. num. 28. Bich. dec. 292. num. 27. et ſeqq. Rot. in rec. deciſ. 239. num. 9. part. 5. aliiſque relatis, Caſtill. lib. 5. controu. cap. 12. numer. 50. et ſeqq.

Sed quoniam nulla eſt in Iure noſtro tam certa ſententia, quæ (malo prorſus fato huius legalis ſcientiæ) ab audaci ſcribentiũ impugnatione tuta ſit; hinc eſt, quòd contra ſuperiores concluſiones adeò receptas, adeò ab omnibus probatas, vtpotè apertiſſimis Iurium diſpoſitionibus innixas, aliqui ſcripſerint affirmantes; quòd propoſitio ſuperiùs firmata, vt debitor valeat repudiare hæreditatem, legatum, vel legitimam, & alia huiuſmodi, procedat in præiudicium creditorum in actione perſonali; non autem hypothecaria.

16 Idque ea potiſſimùm ratione, quia ſub hypotheca bonorum præſentium, & futurorum intelligitur comprehenſum ius hæreditatem adeundi, uel agnoſcendi legatum; Multòque magis prædicta ſibi locum uindicent quò ad legitimam, quæ, cum ipſo iure acquiratur, abſque aliquo facto filij, qui, patre adhuc uiuente, eſt quodammodò dominus paternæ ſubſtantiæ; Meritò dici debeat ius quæſitum; non autem quærendum, incidens in hypothæcam creditorum, cui filius in eorumdem præiudicium renunciare non poſſit; ità originaliter docuit Ancharan. in celebri conſ. 101. quem fuerunt ſequuti reſpectu repudiationis hæreditatis, & legati, Franc. Pepius inter conſ. Bartbol. Soccin. conſ. 76. n. 6. lib 4 Camill. de Medic. qui ſcripſit in eadem cauſa, in qua prodijt d. deciſ. Franch. 101. conſ 98. Lanar. conſ. 92. num. 2. Franc. de Petr. conſ. 49. num. 14. Neguſ. de pignor. 4. par. num. 33. Andreol. controu. 208. numer. 9. apud quos cæteri allegantur.

Quò uerò ad legitimæ repudiationẽ idem dixit Bald. in l. Vnic. n. 9. Cod. de his, qui ant. apert. Tabul. Fabian. in auct. nouiſſima, num. 232. et 268 Cod. de inoffic. teſtam. Padill. in l. poſt mortem, num. 24 Cod. de fideicom. Ancharan. d. conſ. 101. Fab. de Anna conſ. 76. n. 3 et 5. lib. 1. Menoch. conſ. 77. nu. 1. et duob. ſeqq. lib. 1. Peregrin. conſ. 71. num 3 lib. 1. et de Iur. fiſc. lib. 6. tit 7 num. 39. et de fideicomm art. 3. num. 131. et ſeqq. ubi dicit, ualdè notandum, mentique tenendum, Cephal. conſ. 189. n. 11. et ſeq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4 gloſ. 9. part. 5. num. 122. Acoſt. de priuileg credit. in Præfat ad Regul. 1. num. 98 Cardin. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 13. tit. 18. num. 19 latè Gratian. cap. 271. num. 1. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 29. num. 10. & ſeqq. vbi, quòd, cum filius fauore creditorum actiones futuras obligaſſe dicatur; meritò, mortuo Patre, ex præcedenti obligatione legitimam acquiſiuiſſe cenſeatur ad fauorem creditorum; cum regulare ſit, ut quæ ex contractu quæruntur, non poſſint renunciari, & remitti in fraudem creditorum, cum ſint incommutabiliter quæſita, Mareſcott. var. lib. 1. cap. 29. num. 42. Curleual de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſput. 25. num. 18. & ſeqq. Rocc. reſponſ. 83. num. 13. & ſeq. lib. 1. Magon. dec. 10. num. 12. latè reſpondens contrarijs, Rota coram Coccin. dec. 1354. repetita in rec. dec. 341. part. 4. tom. 2.

Digitized by Google

17 Siquidem; licet re vera text. in dict. l. qui
autem 6. ff. quæ in fraud. credit. loquatur in
creditore Chyrographario. Nihilominus
ratio eiuſdem textus, quia patrimonium
non diminuitur, vindicat ſibi locum, etiam
in præiudicium creditoris hypothecarij; præ-
cipuè, quia hypotheca afficit rem, dummo-
dò aliquando fuerit in dominio debitoris,
prout optimè reprobando Anchàran. dict.
conſil. 101. eiuſque Aſſeclas, omiſſis innume-
ris, qui poſſent allegari, præ cæteris acerri-
mè firmant Ripa in l. 1. num. 7. ff. de pignor.
& in l. conuentio generalis num. & ſeqq. ff. de
pignor. Cernent. in l. 6. Taur. num. 86. verſic.
denique non obſtat, egregiè, & latè Tell. Fer-
nand. in l. 4. Taur. num. 52. & ſeqq. Guttier. in
cap. quamuis pactum, num. 17. verſ. ſecundò, &
num. 32. de pact. & lib. 3. pract. quæſt. 127. Soc-
cin. Iun. conſil. 134. num. 8. & duob. ſeqq. lib. 3.
affirmans, quòd Anchàrani opinio non ſit iu-
ridica, Pariſ. conſ. 12. num. 26. lib. 1. Bero. cõſ.
43. num. 26. lib. 1. Mart. vot. 48. num. 20. & de
ſucceſſ. legal. part. 4. art. 1. quæſt. 14. num. 9.
& admittit concluſionem Fab. de Anna dict.
conſ. 76. num. 2. lib. 1. Cancer. lib. 1. var. cap. 3.
num. 69. verſ. indiſtinctè tamen, Peregrin. ſibi
contrarius, conſ. 16. num. 23. lib. 3. & de fidei-
commiſſ. art. 3. num. 130. verſ. verùm differen-
tia, Menoch. ſibi contrarius, conſ. 1210. num.
14. & ſeq. lib. 13. & in addit. ad tractat. de
præſumpt. lib. 3. præſumpt. 30. in addit. ad num.
57. verſic. primus eſt quando, Ladercb.
conſ. 36. num. 17. & duob. ſeqq. Sanchez de
matrim. lib. 6. diſp. 4. num. 8. verſ. aliqui tempe-
rant, Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9.
part. 5. num. 76. Olea de ceſſion. iur. tit. 2. qu. 3.
num. 15. & 21. Paſchal. de patr. poteſt. part. 2.
cap. 4. n. 172. Mangil. de imput. quæſt. 4. num. 24
verſ. neque tandem, Hodiern. in l. hac edictali,
Cod. de ſecund. nupt. quæſt. 35. num. 2. & in add.
ad Surd. deciſ. 140. num 4. & ſeqq. Noguerol.
allegat. 19 nu. 69. circa medium. verſ. & vtro-
bique, Caſtill. lib. 5. controu. cap. 12. num 31.
Salgad. in labyr. credit part. 2. cap. 14. num. 11.
Gratian. cap. 132. num. 1. & ſeq. & cap. 271.
num. 10. & deciſ. Marcb. 17. num. 15. verſic.
in contrarium, & ſequenti, Caren. reſolut.
202. num. 15. Coſt. de retrotract. caſ. 3. cap 8.
num. 13. & ſeq. Prat. obſeru. 15. num. 15. Arias
de Meſ. Var. lib. 2. cap. 41. num. 7. Carleual. de
Iudic. lib. 1 tit. 3. diſput. 25. num. 11. Thor. in
comp. deciſ. fol. 298. Franch. dec. 101. num. 16.
& 21. vbi, quòd opinio contra Ancharanum
ſit fulcita auctoritatibus, & rationibus, Mu-
ta deciſ. Sicil. 49. num. 20. & ſeqq. Manent. dec.
Mant. 38. num. 12.

Nullatenus ſubſiſtente vnico fundamento
contrariæ ſententiæ, in qua reſidet Ancba-
ranus, quòd, nempè, ſub hypotheca bonorũ
præſentium, & futurorum, comprehendatur
Ius adeundi hæreditatem, vel agnoſcendi
legatum, cum aſſumptum ſit omninò falſum;
18 Ius enim adeundi nullatenus eſt in bonis
debitoris repudiantis hæreditatem, vel lega-
tum, & alia huiuſmodi generis, l. pretia re-
rum, ff. ad leg falcid. ibique Alex. & Hercu-
lan. per quem text. dixit ſingulariter Bald. in
l. 1. poſt num. 43. Cod. qui admitt. quòd appel-
latione ſuorum bonorum non contineatur
Ius adeũdi, & in cap. 1. §. iniuria, col. 2. verſ.
quæro, an actio de pact. Iuram. firman. vbi enu-
19 merat inter ea, quæ in bonis noſtris non exi-
ſtunt, ius adeundi, illudque eſſe meram fa-
cultatem, & potentiam; non autem Ius in
hæreditate, docuit idem Bald. in dict. l. 1. poſt
num. 43. Cod. qui admitt & in l. 1. num. 9. Cod.
de Iur. fiſc. vbi, quòd Ius adeundi ſub tacita
hypotheca bonorum non comprehendatur,
Bart. in l. qui duos, col. pen. verſ. contrarium
puto, ff. de reb. dub. docens, Ius adeundi non
20 eſſe in bonis noſtris, niſi quò ad Ius tranſ-
miſſionis, & Bald. & Bart. ſequuntur Dec. in
l. emancipata, col. 5. verſ. eſt ergo, Cod. qui ad-
mitt. ibique Iaſ. Rimin. & Bolognett. Zuecard.
in l. fin. num. 47. verſ. tertiò videtur, C. de pact.
Rebuff. in l. 1. num. 413. & ſeq. verſ. ſubtilis
collega, C. de ſent. quæ pro eo egregiè Oſuald.
ad Donell in cap. vltim. lib. 23. verſ. obijcitur,
fol. 230. in fin. optimè, præ cæteris, Tell. Fer-
nand. in l. 4. Taur. num. 57. & ſeqq. Ruin. conſ.
23. num. 27. verſ. vnde quamuis, lib. 5. & conſ.
39 lib. 3. Butr. conſ. 61. col. 4. verſ. tollitur ter-
tium, Dec. conſ. 442. Natt. conſ. 140. Pariſ. conſ.
127. num. 26. lib. 1. Bardellon. conſ. 1. num. 26.
Decian. conſ. 10. num. 15. & ſeq. lib. 5. Gaill. de
pac. public. lib. 11. tit. 19. num. 13. Nell. de
bannit. in 1. p. 2. tempor. in 3. quæſt. Cancer. var.
lib. 3. cap. 21. num. 160. Gratian. cap. 132. num. 2.
& 5. & cap. 271. n. 27. & ſeqq. latè pluribus
alijs relatis, Caſtill. lib. 5. controu. d. cap. 112.
à num. 22. vſque ad 35. & nu. 48. Olea de ceſſion.
Iur. tit. 2. quæſt. 3. num. 9. & ſeqq. rectè aſſe-
rens, quòd ita ſit intelligendus text. in l. ſi
mater 3. Cod. de inſtit. & ſubſtit. ibi: Ius adeun-
21 di hæreditatem cum ſua cauſa quæſitum, ideſt
adeundæ hæreditatis facultatem, Salgad. in
labyr. credit. part. 2. cap. 14. num. 11. Paſchal. de
patr. poteſt part. 2. cap. 4. nu. 172. & ſeqq. Cutell.
de donat. tom. 1. tract. 1. diſc. 2. p. 2. nu. 26. & ſeq.
Surd. deciſ. 140. n. 4. ibique Hodiern. n. 10. Pe-
regr. deciſ. Patau. 151. num. 2. & ſeq. benè
Franch. dict. deciſ. 101. num. 24. & ſeqq. ibi-
que add. optimè Rot. dec. 208. nu. 10. & ſeqq.
poſt Zacch. de oblig. Camer. aduertens poſt
Bart. Caſtr. Imol. & Alex. quòd hæres, ante-
22 quàm adeat, nullum Ius habeat in bonis,
vel ad bona, quòd ſit in eſſe formatum; licet
illi competat Ius adeundi, quòd eſt ſolùm
acquirendi; non autẽ Ius rei quæſitæ; itaut
hæres, antequàm adeat, non dicatur locu-
pletior, & in Firmana fideicommiſſi de For-
monis 9. Iunij 1634. coram Cardin. Panzirolo,
Ro-

Romana fructuum cenſus 31. Maij 1635. coram Veroſpio, quæ deciſiones, quantùm nouerim, non reperiuntur adhuc impreſſe, & in eiſdem in ſpecie reprobatur ex aduerſo allegata *dict. deciſ Cocein. 1354. repetita in recẽt. dec. 341. part. 4 tom 2.*

23 Quò verò ad legitimam attinet; licet ipſo Iure filio ſit debita, ideòque videatur Ius in eſſe productum, & quæſitum ſtatim à morte patris; atque adeó in eodem inſtanti incidat in creditorum hypothecam; prout arguit *Tell. Fernand. ad l. 4. Taur. num. 59* Nihilomi-
24 nus ab initio tacitam habet conditionem; ſcilicet, ſi poſteà á filio acceptetur, iuxta receptam theoricam *gloſ. in l. ſcimus,* verbo *ipſo iure, Cod. de inoffic. teſtam.* adeò ut intelligi debeat Ius in eſſe productum, & iam quæſitũ quò ad grauaminis reiectionem, cuius reſpectu repetio, & acquiſitio ſit ipſo Iure per legem; ſed quò ad effectum realis, incommutabiliſque acquiſitionis, omninò requiratur declaratio, & petitio; ſine qua aliquod Ius non poteſt dici quæſitum; ideò que rectè datur repudiatio in præiudicium creditorum, etiam cum hypotheca; prout in terminis rectè arguit *Cancer. var tom. 1. cap. 3. ſub num. 69 verſ. indiſtinctè, & nu 70. & ſeq.* vbi, quòd hæc ſententia proculdubiò ſit verior, *Hodiern ad Surd dict. deciſ 140. num. 9.*

25 Præcipuè, quia paria ſunt, eſſe ab initio, vel eſſe, & tolli per actum, qui retrò fingat, nõ eſſe, *l. proindè, ff. ſi cert. petat. l. retrò 16. ff. de captiu. Cancer. var. d. part. 1. cap. 3. n. 60. ante fin. verſ. pariaque ſunt,* vnde, cum in quærendis ante acquiſitionem ex hypotheca nihil cau-
26 ſari poſſit, quia ex non ente nihil ſequi valeat, & nemo cogitur acquirere, licet id afferat creditoribus præiudicium, *l ſi poſtulante 67. ff. ad Trebell.* Meritò, facta repudiatione legitimæ, fingitur; in bonis filij numquàm fuiſſe; Regulare enim eſt, vt lex concedens
27 ipſo Iure aliquid alicui intelligi debeat, eo volente, & antequàm ſit agnitum, non poteſt dici quæſitum; ſed potiùs quærendum, *Romon. conſ. 4; 8. D e conſil. 24.*

28 Et in ſpecie repudiationis legitimę in prę iudicium quorumcumq; creditorum etiam cum hypotheca, firmant, omiſſis pluribus alijs, qui poſſent laudari, *Theſaur. Iun. lib. 3. quæſt. 74. num. 2. Cancer. Var. tom. 1. capit. 3. num. 70. Gratian. cap. 271. num. 13. & ſequ.* rectè aſſerens, quòd Interpretes præſupponentes, non requiri petitionem in legitima, vel eius ſupplemento, loquantur ad effectũ tranſmiſſionis ad hæredes; idemque prędictis omnibus expenſis, & ſatisfacientes contrarijs, optimè tradunt *Peregrin. conſil. 46. num 16. lib. 7.* ſingulariter aſſerens quòd ius petendi legitimam, vel eius ſupplementum, non ſit in bonis filij, *Paſchal de patr. poteſt. part. 2. cap. 4. num. 174. verſ. verius autem eſt, Gratian. cap. 271. numer. 10. & ſeqq. & deciſ. 17 per totam, Salgad. in Labyr. credit. part. 2. cap. 16. num. 79. Theſaur. Iun. dict. quæſt. 74. lib. 3. Faccbin. controu. Iur lib. 13. cap. 46. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 5. gloſ. 7. num. 10. & duob ſeqq. Mangil de imput. q 4. num. 18. & ſeqq. Cutell. de donat. tom. 1. diſc. 2 part. 2. num 34. Olea de ceſs. Iur. tit. 2. quæſt. 3. num. 21. Hodiern. ad Surd. deciſ. 140. num. 9. Monter deciſ Aragon. 35. Bich deciſ. 292. numer. 27. & ſeqq.*

29 His igitur firmatis, pariter reſultat, vt debitor in præiudicium quorumcumque creditorum valeat integram reſtituere hæreditatem abſque detractione Falcidię, vel Trebellianicæ, prout de Falcidia adeſt nobile *Papiniani* Reſponſum in *l. Patrem. 19. ff. quæ in fraud credit.* & de Trebellianica, *Calliſtrati in l. debitorẽ 20. ff eod. tit. Coſt. de remed. ſubſidiar. prælud. 1. nu. 19. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4 gloſ. 9. part. 5. num. 122. Paſchal. de patr. poteſt part. 2 cap. 4. numer. 168. Hodiern. ad Surd. deciſ 140 num. 7. Caſtill. lib. 5 controu cap. 112. num. 42. verſic. ecce Iura aperta, & ſeqq. Peregrin. de fideicom art. 3. num. 125. & ſeqq.*

30 Quinimò, quòd, etiam antè caſum euenientis conditionis fideicommiſſi, ſeu Maioratus, poſſit hæres grauatus hæreditatem reſtituere, etiam inuitis, & reluctantibus creditoribus eiuſdem hæredis contendentibus, vt, cum pro fructibus, & interuſurio hæreditatis ſit eiſdem Ius quæſitum; prematura non ſubſtineatur reſtitutio; poſt *Bald. in Rubr. Cod. de reuoc. his; quæ in fraud. credit. num 11.* in ſpecie tradunt, *Alex. in add. ad Bart. in d l. Patrem, Iaſ. in §. item [illegible] quis in fraudem, num. 127. inſt de action. & [illegible] l. poſt mortem num. 2.* ibique *Padill. num. 3. & ſeqq. Cod. de fideicomm. Trigon ſingul. 49.* latèque, præ cæteris, tuetur *Rebuff. conſ. 176. num. 20. & ſeq.* & meliùs *conſ ſeq. num. 20 Ladereh. conſ. 36 num 21. & ſeqq. Peregrin. de fideic. art. 2. nu 51. et art. 3 num. 127. et ſeq Paſchal. de patr. poteſt. part. 2 cap. 4 num 169. Hodier. ad Surd deciſ. 140 num. 15.* latè *Aluarad. de conicct. ment defunct. lib. 2. cap. 3 § 1. qu. 12. per tot. et num. 26. vſq. ad 53. Mieresz de Maiorat. par. 4 qu 23. num. 125 et ſeq. Molin. de ritu nupt. lib. 3. quæſt 49. num 33 et ſeqq.* alijque relati per *Caſtill. lib 5. controu. cap. 112. num. 42. et ſeqq.*

31 Idque probari contẽdunt, Primò ex textu in ſui generalitate in *dict. l. Patrem 19. ff. quæ in fraud credit.* ibi: *Patrem, qui, non expectata morte ſua, fideicommiſſum hæreditatis maternæ filio ſuo ſoluto poteſtate reſtituit, omiſſa ratione Falcidiæ, et plenam fidem, et debitam pietatem ſequutus exibitionis, reſpondi, creditores non fraudaſſe,* & conſonat textus ſequens in *l. debitorem 20.* ibi: *Debitorẽ*

qui

Digitized by Google

qui ex Senatus Conſulto Trebelliano hæreditatem reſtituit, placet, non videri in fraudem creditorum alienaſſe portionem, quam retinere potuiſſet, ſed magis fideliter facere.

32 Idemque comprobat alter textus, valdè ſingularis in *l.ſi ſpõſus, §.ſi quis rogatus, ff.de donat. int. Vir. & Vxor.* ibi *ſi quis rogatus, ſit, percepta certa quantitate, vxori ſuæ hæreditatem reſtituere, & is ſine deductione reſtituerit, Celſus lib.10. Digeſtorũ ſcripſit, magis pleniore officio præſtandæ fidei functum maritum, quàm donaſſe videri, & rectam rationem huic ſententiæ Celſus adiecit, quòd plerique magis fidem exoluunt in hoc caſu, quàm donant; nec de ſuo putant proficiſci, quod de alieno pleniùs reſtituunt, voluntatem defuncti ſecuti.*

33 Quorum Iurium diſpoſitioni accedere affirmant generalem diſpoſitionem textus in *l.poſt mortem 12. Cod. de fideicomm.* vbi grauatus reſtituere hæreditatem poſt mortem ſuam, poterit ſtatim reſtituere in vita; nam de ſuo non videtur proficiſci, quod de alieno pleniùs reſtituit.

34 Prout etiam debitor in diem, ſi præueniat in ſolutione, & antè diem ſoluat, non poteſt rem ſolutam repetere, *l.in diem,* vbi *Bald.* & alij, *ff.de condit.indebit. Card. Mant. de tacit.lib.14.tit.40.num.8. Epiſc. Antonell. de temp.leg.lib.4.cap.5.num.21.* idque etiam ſi errore Iuris, vel facti ſoluat, *l.fideiuſſor, quamuis, ff.mandat. Epiſc. Antonell. vbi ſup.*

Ideòque ex prædictis Iuribus in quadam graui controuerſia ſuper hoc articulo excitata in Tribunali Reuerendiſſimi Auditoris Cameræ, contendebatur, huiuſmodi prœmaturam fideicommiſſi reſtitutionem ſubſtinendam eſſe in præiudicium creditorum cũ hypotheca, licet aſſerentium, pro fructibus, & interuſurio hæreditatis, ius eiſdem eſſe quæſitum.

Sed nihilominus contrariam ſubſtinui ſententiam, quàm Reuerendiſſimus Arioſtus tunc temporis Auditoris Cameræ Locumtenens, fuit amplexus, idque ex pluribus inconcuſſis Iuris principijs.

35 Primò, quia, quoties quis eſt rogatus ſtatim reſtituere hæreditatem, aut poſt mortem, ex ipſo reſtitutionis actu aditio inducitur, & occultatur actus acceptationis, quam præcedere ſupponitur, tamquàm neceſſariam, *l.ſi amia,* cum ibi notatis, *Cod. de Iur. delib.* vbi dicitur, quòd is, qui de hæreditatis bonis ſibi relictis, antè aditionem teſtatur, eò ipſo videatur adire, *l.Pantonius, §.vlt.* ibique *Bart. ff.de acquir.hæred. Aſin. in l.4.§.nec quis putet, num. 151. ff.de relig. & ſumpt.Funer. Marant. in l.is poteſt, num. 52. ff de acq.hæredit. Menoch.lib.4.preſumpt.101 num.16. Paul.de Caſtr.in l.pactum 2.col.vlt. verſ.ſed etiam ſi non adiuiſſet, Cod. de collat. Crot.in l.re coniuncti num.156. verſ.decimò, quæſitus, ff.de legat.3. Card.Mant. de coniect. vlt.volunt. lib.12. tit.12. ſub num.12. Salgad. in Labyr.credit.part.2.cap.14.num.32. & ſeq. & cap.15.num.9. et ſeqq. Guttierez.de Gabell. quæſt.63.num.3. Olea de ceſſion. Iur.tit.2.q.3. num.38. & 46. Mierez. de Maiorat. part.1.qu. 36.nu.29. Azeued.in l.2.tit.3.lib.5.recompilat.num.59. Aluarat.de coniect.ment.defunct. lib.2.cap.1. num.29. verſ.ſi verò, Cutell. de donat.contemplat.matrim.tom.1.tract.1.diſc. 2.part.6.num.95. Franch.deciſ.14. numer.24. Fontanell.deciſ.38. num.1. Ludouiſ.deciſ.371. num. 8.*

36 Atque adeò, cum ex ipſo reſtitutionis actu hæres acceptare intelligatur, *§.reſtituta inſtit. de fideicomm. hæredit.* meritò aſſerendum, hæredem grauatum antè tempus reſtituentem hæreditatem, non ius quærendum, ſed potiùs quæſitum, & radicatum alienaſſe; cum etiam in tempore fraus fiat credi-
37 toribus; ſi debitor antè tempus teſtituat, prout in ſpecie probant iura apertiſſima in *l. ait Prætor 10. §.ſi cum in diem, ff.quæ in fraud.credit.* ibi: *Si cum in diem mihi deberetur, fraudator præſens ſoluerit, dicendum eſt in eo, quod ſenſi commodum in repreſentatione in factum, actioni locum fore; nam Prætor fraudem intelligit, etiam in tempore fieri,* & concordat alter *text.in l omnes, §.ſi vir Vxori, ff.eod.tit.* ibi: *Nam Prętor in tempore fraudem intelligit.*

38 Secendò, & fortiùs, quia, cum huiuſmodi præmatura hæreditatis reſtitutio perneceſsè includat fructuum remiſſionem, quos hæres grauatus, adhuc viuens, percipere potuiſſet. Hinc eſt, quòd abſq; dubio fraudentur creditores, *l.3. §.geſta, ff.quæ in fraud. credit.* ibi: *Geſta fraudationis cauſa accipere debemus, non ſolùm ea, quæ contrahens geſſerit aliquis; Verùm etiam, ſi fortè, data opera, ad iudicium non adfuerit, vel litem mori patiatur, vel à debitore non petijt, vt tempore liberaretur, aut vſumfructum, vel ſeruitutem amittat.*

Præcipuè, quia per aditionem hęreditatis hæredi fuit ius quæſitum, nedum ad fructus omnes percipiendos intra tempus uſque ad diem reſtitutionis decurrens, qui eſſet dies mortis; ſed imò ad ipſius hæreditatis dominium; adeóut ſtatim, aditione ſequuta,
39 verus, legitimuſque Dominus eiuſdem hęreditatis efficiatur, iureque dominij fructus percipiat, *Surd.conſ.128. nu.27. & et ſeq. et conſ.921. num.11. & deciſ.92. num. 6. Gabr. conſ.124. num.9. lib.1. Card.Mant. de coniect. lib.7. tit.10. num.7. Gratian. cap.540. num.6. Rot.in recent.deciſ.259. num.8. p.5.*

40 Hæreditas enim poſtquàm fuit adita, non dicitur amplius hæreditas; ſed proprium adeuntis patrimonium, *l.ſed, & ſi plures, §.*

filio

Digitized by Google

filio impuberi.ff.de vulg.l.1.§.veteres, ibique *gloſ.* uerbo *per vnum, verſ. at poſt aditam,ff. de aeq.poſſeſſ.* ibique, præ cæteris, latè *Iaſ.nu. 14.& ſeqq.Menoch.conſ.124.num.5.Cephal. conſ.491.num.41.Craſſ. in §.hereditas, qu.2. num.1. Card.Mant.de coniect.lib.12.tit.1.nu. 14.Surd.deciſ.310.num.11. & deciſ.144. nu. 14.Merlin.deciſ.22.numer.6.* Ideòque his firmatis, oritur, vt hæres granatus antè diem reſtituens abſque dubio ſuum diminuat patrimonium, quòd, ex ſupra firmatis, in creditorum detrimentum agere non poteſt.

41 Hoc ipſum optimè remanet comprobatum ex ea recepta ſententia, quæ affirmat, quòd hæres, qui, non niſi poſt mortem reſtituere tenebatur; poſſit, ſi uelit, adhuc uiuens, reſtituere, rationeque commoditatis fructuum, quos eſſet percepturus, grauamen aliquòd fideicommiſſario iniungere commenſurabile cum emolumentis, quæ ipſe heres grauatus percepiſſet; ſi non fuiſſet facta reſtitutio, ex ſingulari doctrina ſubtilis *Peralt.in l.cum Pater,§.à filia, num.92.& ſequ. & l.3.§.qui fideicommiſſum, num.63.& ſeq. ff.de hered inſtit.* quem refert, & ſequitur commendans, *Molin de Primog.Hiſp lib.2.cap.4 num.33.Cancer.Var.part.3.cap.15. de renunciat num 173.Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4. gloſ.9.par.5.num.82.Salgad.in Labyr. credit. p.2.cap.15. nu.34.Aluarad.de coniect. ment. defunct.lib.2.cap.3.§ 1 ſub nu.* 26. Ideòque his firmatis, ſatis abſonum eſſet aſſerere, iuxtà ſuppoſitum contrariæ ſententiæ, quòd per huiuſmodi præmaturam reſtitutionem non fraudentur creditores, quaſi non agatur de remiſſione Iuris quæſiti; ſed potiùs querendi; cum enim ſtatim quis per aditionem, ſeu acceptationem hæreditatis, ſeu Maioratus fructus ſuos fecerit; ſi antè tempus reſtituat, non ius quærendum; ſed potiùs quæſitum, ſuoque patrimonio admixtum, amittit, quod in fraudem creditorum diminuit, quibus reſpectu interuſurij medij temporis obeſſe reſtitutio nõ ualet; quoniam illud interuſurium, abſque ulla prorſus controuerſia dicitur, eſſe in bonis præmaturè reſtituentis.

42 Adeòque huiuſmodi commodum perceptionis fructuum medij temporis Iura attendunt, vt legatarius purè grauari non poſſit, quando commodum ex legato non recipit; ſecus aſſerendum, ſi ſub die, aut conditione grauetur; tunc enim propter interuſurium medij temporis ab eodem legatario perceptum, proportionabiliter tamen ad commodum, grauamen ſubſtinetur, *l 3. §.Iulianus, ff.de legat.3* ibi: *Iulianus ſcribit, ſi ſeruus mihi legatus, cumque manumittere rogatus ſim, fideicommiſſum à me relinqui non poſſe; ſcilicet, ſi purè rogarem, nam ſi ſub conditione, vel in diem, propter fructum medij temporis poſſe me obligari, nec Iulianus dubitat, & in § ſi rem, ibi: Sed ſi habenti tibi proprietatem vſumfructum mortis cauſa ceſſero, poteſt dicere, fideicommittere me poſſe, nec quemquam moueat, quòd vſuſfructus ſolet morte extingui: Nam medij potius temporis, quo viuat, qui donauit, commodum cogitamus.* Igitur cum commoditas percipiendi fructus medij temporis conſiderabilis ſit, & in Iure æſtimabilis ea abſque fraude priuare non poteſt debitor creditores ſuos præmaturè facta reſtitutione, quando ius ad fructus percipiendos habet quæſitum; non autem quærendum.

43 Prædictis omnibus ea accedat animaduerſio, quòd huiuſmodi præmaturam reſtitutionem non vocant leges veram, propriámque reſtitutionem; ſed potiùs donationem, largitatemque hæredis; ideòque non tamquàm fideicommiſſarius dicitur ille habere hæreditatem ſic reſtitutam; ſed vti donatarius, ceſſionariuſque hæredis; adeòut ex dicta reſtitutione actiones non dicantur tranſlatæ auctoritate Senatus Conſulti Trebelliani in ſubſtitutum; prout eſt textus ſatis apertus, & ſingularis in *l.ſed & ſi ante, ff.ad Trebell.* ibi: *Sed & ſi ante diem, vel ante conditionem, reſtituta fuerit hæreditas, non transferuntur actiones, quia non ita reſtituitur hæreditas, vt Teſtator rogauit; Planè poſteaquàm ſteterit conditio, vel dies venerit, ſi ratam habeat reſtitutionem hæreditatis, benignius eſt, intelligi tunc translatas videri actiones*, idemque comprobat alter *text.in l hæres meus in princip. ff.de condit. & demonſtrat.* prout in ſpecie poſt *Bart.in leg poſt mortem.num.3. Cod.de fideicom* egregiè aduertit *Peralt.in l.3.§ qui fideicommiſſum, num.63.et ſeq.ff.de hæred.inſtit.* benè *Cancer p.3.var cap.15.de renunc.n.170.& ſeqq.*

44 ex hoc rectè inferens, quòd is, cui præmatura ſit reſtitutio, debeat ſoluere laudemiũ, conſiderata vita, quam viuere poſſet, qui reſtituit, iuxta diſpoſitionem celebris *textus in leg.hæreditatum. ff ad leg.falcid.* benè *Fontanell. de pact. nupt clauſ 4. gloſ.9 part.5. num.*88.& latiùs *dec.39. num.16. et ſeq. Salgad.in labyr.credit. dict. par.2. cap.15. num.38 & ſeqq.*

45 Ob quæ Iura, & rationes huiuſmodi ſententiam, quòd præmatura hæreditatis iam aditæ reſtitutio, vel Maioratus acceptati, fieri non valeat ab hærede grauato, vel Maioratus poſſeſſore in præiudicium creditorum, quibus Ius dici debet quæſitum ad interuſurium, ſeu fructus medij temporis ab hærede percipiendos, latiſſimè ſubſtinent reſpondentes omnibus contrarijs, *Ant. Bellon. conſil.33. per tot. Menoch. in addit. ad præſumpt.30.num.57.lib.3.Tiraq de Iur.Primogen. quæſt.24.num.1. Mierez de Maiorat part.4. qu. 25.num.124. & ſeqq. Florez Diaz de Mena in addit.ad deciſ.Gamm.92.ſub verſ.communis reſolutio eſt, Caſtill.tom.5.contro cap.112. nu.44. Mattienz. in leg.9. gloſ.1. tit.9.lib.5.recompilat.*

Gre-

Gregor. *Lopez* ita intelligendus, *in l.9. tit.1. part.2. verſ.ſed an poterit*, ibique *Abumad. gloſ.2.num.8.& ſeqq. fol.126. Aluarad.de coniect.ment.defunct.lib.2.cap.3.§.1.n.26.& 28. Salgad. in labyr. credit. part.2. cap.15. num.21.& ſeqq.& num.43.& ſeqq. & num.67. Fontanell. de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.9.part.5.nu.81.& ſeqq. & num.118.& ſeqq.& deciſ.40.num.14.& ſeq. Pacific.de Saluian.inſp.3. cap.2. num.96. verſ.ſi verò poſt aditam, Giurb.ad Conſuet.Meſſan. cap. 3.Gloſ.12.num.18.Cutell.de donat.tract.1.diſc.2. part.10.num.55.* & admittunt concluſionem reſpectu præiudicij creditorum, quò ad fructus interim acquirendos per hæredem grauatum, ſectatores contrariæ ſententiæ, *Merlin.de legit.lib.3.tit.2.quæſt.29. num.29. verſic. ſed ſaltem quò ad fructus, Hodiern.ad Surd.dec. 140.num.15.in fin.*

Maximam tamen adeſſe difficultatem exiſtimo in reſpondendo Iuribus ſuperiori loco pro contraria ſententia allegatis, potiſſimùm perdifficili *Papiniani* reſponſo, in *dict.l.Patrem 19.ff.quę in fraud.credit.* cuius verba liceat in præſentia repetere, ibi: *Patrem, qui, non expectata morte ſua, fideicommiſſum hæreditatis maternæ filio ſuo ſoluto poteſtate reſtituit, omiſſa ratione falcidiæ, & plenam fidem, & debitam pietatem ſequutus exibitionis, reſpondi creditores non fraudaſſe.*

46 Et quamuis Interpetrum ingenia rigidè torqueantur in intellectu prædicti textus, quorum primus à nonnullis maximæ auctoritatis Viris traditur, quòd Pater fuerit ab Vxore ibidem grauatus de hæreditate communi filio poſt mortem reſtituenda; ipſeque, adhuc viuens, filio reſtituerat, Trebellianica non detracta; cumque fuerit quæſitum, an hoc in fraudem creditorum dicatur factum, reſpondit *Papinianus*, quòd fieri potuerit, ob eam potiſſimùm rationem, quia magis videtur Pater fidem, pietatemque expleuiſſe, reſtituendo, adhuc viuens, hæreditatem, quàm in fraudẽ creditorũ egiſſe, ita ſentiũt *Bald.in rubr, Cod.de reuoc.his, quę in fraud. credit.in fin.& in l.poſt mortem, Cod.de fideicomm.* ibique *Iaſ.num.2.Padill.num.3.* idem *Iaſ.in l.ſtipulatio, §.inter certam, num.4. ff.de verbor. obligat.& in §.item ſi quis in fraudem, numer. 127.Inſtit.de action.Zaſ.lib.3. intellect.ſingular.* ubi agit de intellectu *dict.leg.patrem, num.4. in fin.fol.44.Oliban.in cap.18.& 19.num.14.p.2. lib.1.de action.Trigon.ſingul.49.*

Huiuſmodi verò intellectum deprehendunt ex verbis in eodem textu appoſitis, ibi: *Non expectata morte*, alioquin ſuperfluis; niſi Pater fuiſſet poſt mortem grauatus de reſtituenda hæreditate, quæ ſuperfluitas in acutiſſimi ingenij *Papiniano* non eſt credenda, neque ſuſpicanda.

Vlteriùs eam addunt rationem, quia huiuſmodi fidei, pietatiſque præſtatio erga filium, fraudis remouet ſuſpicionem; non enim fraudare intelligitur, qui fidem vberiùs præſtat, quique filio ſuo ex paterna conſulit pietate; ita in ſpecie ratiocinatur, *Zaſ.in d.l.Patrem, num.5.Padill.in d.l.poſt mortem, num.4.Cod.de fideicomm.* qui contrarijs ſatisfaciẽs Iuribus in *l.ait Prætor, §.ſi cum in diem, & in l.omnes, §.fin. verſ.ſi vir vxori, ff de his, quæ in fraud.creditor.* in quibus reperitur ſancitum, non poſſe à debitore ſolutionis, vel reſtitutionis diem præueniri in fraudem creditorum, qui etiam in tempore fraudantur propter interuſurij commodum, ſatis eleganter aſſerit, quòd in *d.l.Patrem*, ſtet in medio fidei nexus, quam hæres defuncto præſtitit, & ſplendor paterni affectus fraudis ſuſpicionem, præſumptionemque excludentia, quæ omnia in Iuribus contrarijs deſiderabantur.

47 Sed huic intellectui nunquàm potuit ingenium acquieſcere; cum enim exploratiſſimum ſit in Iure, fraudem pluribus modis creditoribus fieri poſſe, re, ſcilicet, effectu, & euentu; prout ſunt Iura in *l.omnes, §.Lucius Titius.ff.quæ in fraud.cred.l.qui autẽ, §.pen. & vlt.ff.eod tit.l.pen.Cod.eod.Oliban.in §.item ſi quis in fraudem, numer. 5. inſtit. de action.*
48 Prout etiam in cauſis lucratiuis, qualis eſt
præmatura hæreditatis reſtitutio, quam Pa-
ter filio facit, ſatis, ſuperque ſufficit, fraudẽ
re, effectu, & euentu adeſſe; quamuis non ad-
ſit conſilium, propoſitumque fraudandi, ne-
que filius fraudis particeps fuerit, vt aliena-
ta reuocentur, prout poſt *gloſ.in l.ignoti Iu-
ris 5. Cod.de reuoc. his, quæ in fraud.credit.*
alioſque allegatos tradit *Oliban. in dict. §.
item ſi quis in fraudem, num.7. Inſtit. de action.
Cuiac.lib.11.obſer.cap.5. Rot.in recent. dec.129.
nu.3.verſ.de quo quidquid ſit, part.1. et eſt text.
in l.qui autem, §.in his tamen, ff.quæ in fraudi
credit.l.pen.& l.fin.* vbi *Salic. in princ. Cod.
eod.tit.* Meritò, his ſtantibus, parum curan-
dum, quòd Pater præſumatur, vel ne in frau-
dem creditorum egiſſe, ſi res ipſa, euentuſ-
que apertè creditorũ præſeferat pręiudiciũ.
Secundus ab alijs fuit excogitatus intel-
lectus; quòd dies in prædicto textu in fauo-
rem Patris non fuerit adiecta; ſed potiùs fi-
lij; cui, cum Mater hæreditatem cum effectu
49 relinquere non poſſet, quin Patri acquirere-
tur; cum filius ſub patria eſſet poteſtate con-
ſtitutus, iuxta diſpoſitionem *l.placet, ff.de
acq.hæred.* cui non poterat olim cum effectu
50 reſtitui fideicommiſſum propter impedimẽ-
tum eiuſdem patriæ poteſtatis, *l.vbi purè 19
in princip ff.ad Trebellian.* exoptans Mater,
quòd ſua hæreditas ad filium cũ effectu per-
ueniret, Patrem inſtituit, poſtque ipſius obi-
51 tum filium; cumque huiuſmodi voluntatis
ſuæ Vxoris pater rectè eſſet conſcius, filium
emancipauit, ſtatim eidem materna hæredi-
tate reſtituta; Ideòque cum Pater, iudicio
Matris teſtatricis, id egerit, non dicitur frau-
daſſe creditores; idemque filius à Patre ad-

huc

huc viuente hæreditatem non videtur habere; ſed potiùs á Matre, iuxta cuius voluntatẽ fuit facta reſtitutio, *l. debitorem 20. in fin. ff. quæ in fraud. credit. l. 1. Cod. ad leg. falcid.* ita affirmant prædictum textum intelligentes, *Trigon. ſingul. 49. Cancer. part. 3. Var. cap. 15. de renunciat. num. 176.* ubi aſſerit, quòd hic intellectus ſit de mente *Bart. in d. l. patrẽ,* licèt non clarè ſe explicet, & *Fulgoſ.* ibidem, *Anton. Bellon. conſil 33. num. 13. & ſeqq. Caſtill. lib. 5. controu cap. 112. num. 43. verſ. Ioannes.*

52 Iſte intellectus, neque etiam, meo iudicio, videtur admittendus; Tum, quia proximè adductæ animaduerſiones, ſunt prorſus diuinatoriæ; vtpotè nulli omninò innixæ probabili coniecturæ ex diſpoſirione illius legis reſultanti; Tum etiam, quia receptis aduerſatur regulis Iuris, quibus edocemur, quòd tempus in teſtamentis adiectum reſtitutioni, ſemper cenſeatur in gratiam hæredis; non autem fideicommiſſarij, *l. eum tempus, ff. de reg. iur. l. eum qui, ff. de ann. legat. Padill. in dict. l. poſt mortem, num. 2. in fin. & nu. 13. Cod. de fideicomm. Gabr. conſil. 128 num. 2. lib. 1. Peregrin. de fideicomm. art. 3. num. 127. verſ. quia dilatio, Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 5. num. 107. verſ hie intellectus, Epiſc. Antonell. de temp. legal lib. 4. cap. 5. num. 19.*

53 Præcipuè, quia, ſi in fauorem filij fideicommiſſarij inſtitutio á Matre fuiſſet facta, textus ille quò ad omiſſionem detractionis Trebellianicæ, definiret caſum omninò indubitabilem, neque controuerſia dignum; eam enim non detrahit hæres, quando ſolius fideicommiſſarij gratia, & fauore fuit inſtitutus; quòd in ſpecie, tamquàm mirabile, notat *Bald. in Rubr. Cod. de reuoc. his, quæ in fraud. credit. in fin. verſic. & dicitur ibi unum mirabile,* Gabr. *conſ. 128. num. 1. lib. 1.* latèque comprobat *Trigon. ſingular. 47. per tot.* quos refert & ſequitur *Fontanell. de pact. nuptial. dict. clauſ 4 gloſ. 9. part. 5. num. 107. verſ. hie intellectus.*

54 Tertius intellectus á nonnullis traditur, quòd Pater non fuerit poſt mortem rogatus de hæreditate filio reſtituenda; ſed imò purè; cæterùm, quia filius erat in eius poteſtate conſtitutus, non poterat cogi ad eam reſtituendam vſque ad mortem, cum vſque ad eam non cogeretur filium emancipare, *l. fideicommiſſa, §. ſi á filio, ff. de legat. 3.* cum autem voluiſſet Pater, non expectata morte, filium emancipare, eique emancipato reſtituere abſque Trebellianicæ detractione, & fuerit quæſitum, an id in creditorum præiudicium fieri potuerit, affirmatiuè Iuriſconſultus reſpondit, eam afferens rationem, quia in hoc magis videtur pater fidem, pietatemq; expleuiſſe, quàm creditores frau-
55 dare voluiſſe, & hic videtur intellectus *gloſ.* vtpotè vltimo loco relatus, in *dict. l. patrem,* uerbo *morte*, ibique *Bart.* qui reſpondens *textui in d. l. omnes, §. fin. ff. quæ in fraud. credit.* diſponenti, quòd qui ſoluit ante diẽ, dicatur fraudaſſe creditores, ſubdit hęc uerba: *Hoc, quod hic dicitur, quòd Pater poterat differre, non erat ex voluntate defuncti, ſed ex neceſſitate, quia filio in poteſtate conſtituto non poterat reſtitui; ideò obligatio illa non videtur habere diem, ideò creditores non videntur fraudari, ſed ibi loquitur, quando obligatio de ſui natura habet diem, ideò creditores videntur fraudari.*

56 Hic autem intellectus, quem ſatis probabilem exiſtimo, potiſſimùm ob auctoritatem *Gloſ. et Bart.* poſſet comprobari á diſpoſitione *text. in d. l. qui autem §. ſimili modo ff quæ in fraud. credit.* in quo ſancitur, Patrem non cenſeri fraudaſſe creditores, qui filium ſuum emancipauit, vt pro eius arbitrio adire poſſet hæreditatem.

57 Et quamuis hunc intellectum acriter reprehendant, qui priorem excogitarunt, aſſerentes, quòd pernecesſè ſit affirmandum, verba in eodem textu appoſita ibi: *Non expectata morte*, fuiſſe ſuperflua; Nihilominus, vt rectè admonet *Fontanell. de pact. nupt. dict. clauſ 4 gloſ. 9. part. 5. num. 105. verſ. cõtra hũc intellectum,* huiuſmodi ſuperfluitas re vera non adeſt; quinimò verba prædicta, *non expectata morte*, pernecesſè erant apponenda; ſi enim exiſtenti filio in poteſtate non tenebatur Pater eidẽ reſtituere hæreditatem; licet purè fuerit relicta, niſi, quando fuiſſet ab eius poteſtate ſolutus, & emancipatus, neque Pater cogi poterat, adhuc viuens, ad emancipandum; Hinc reſultat, vt ſatis rectè dicere poſſimus, non fuiſſe Patrem adſtrictum ad reſtitutionem faciendam, niſi poſt mortem; Si ergo in vita liberaliter voluerit Pater hæreditatem reſtituere filio ab eius poteſtate prius liberato, Iure optimo aſſerendum, eam reſtitutionem Patrem feciſſe, non expectata morte ad quam vſque, pro eius arbitrio, eam differre potuiſſet; licet non fuiſſet expresſè grauatus de hæreditate poſt mortem reſtituenda.

58 Neque ſubſiſtit contraria animaduerſio, quòd iuxtá ſupradictum intellectum pręſupponatur, eam fuiſſe matris voluntatem, quòd hæreditas filio reſtitueretur, quando eſſet á patria poteſtate ſolutus, de quo nullum verbum in eodem textu legitur; Præcipuè, quia; quando id Teſtator voluit, lex ſolita eſt exprimere, prout habetur in *Nouell. conſt. 159.* ibi: *Id ipſum verò ſuburbium tunc demùm clariſſimo Licerio nepoti meo dari volo, cum primùm poſt mortem meam patris ſui poteſtate ſolutus per emancipationem ſui Iuris effectus fuerit,* qui *textus* alibi legitur *in auth. de reſtit. fideicomm. coll. 9. in verſic. dari quidem uolo.*

Nam, vt benè proſequitur *Fontanell.* loco proximè laudato, non intelligitur in eo textu Pater grauatus á Teſtatore, de hære-

ditate filio reſtituenda, cum ſui Iuris eſſet; ſed imò purè rogatus reſtitueret; erat tamen à Iure patri permiſſum reſtitutionem vſque ad mortem differre, ad quam vſque non tenebatur emancipare, quæ inter ſe valdè differre eſt exploratiſſimum.

Quinimò, quatenus (illeſa ueritate) ita eſſet intelligendum, non ex eo, quòd Imperatores, & Iuriſconſulti volentes hæreditatem filio non reſtitui; niſi cum eſſet emancipatus, illud expreſſerint; valet inferri, quód, ubi non reperitur expreſſum, non ualeat ſubintelligi, nam alioquin tollenda prorſus eſſet coniecturalis, præſumptiuaque probatio; præcipuè, quia in Iure cautum
59 habemus, quòd in fideicommiſſo filio relicto intelligatur tacitè, licet expreſsè non dicatur, cum ſui Iuris erit; prout eſt celebre *Vlpiani* reſponſum in *l. fideicommiſſ.*, 11. *§. ſi filio, ff. de legat. 3.* ibi, *Si filio à Patre hærede inſtituto fideicommiſſum relictum fuerit; & ſi verbis non ſit ita relictum, cum pater moretur; ſed intelligi hoc poſſit; putà, quia ſic relictum eſt, vt relinquat filio, vel volo, eum habere, vel volo, ad eum pertinere, defendetur in id tempus fideicommiſſum relictum, quo ſui Iuris filius efficitur.*

60 Quartus tandem eſt intellectus, quem omninò, præ ceteris, ueriorem arbitror; quód re uera *Papinianus in d. l. Patrem*, non uoluerit caſum decidere, an ſcilicet, præmatura hæreditatis reſtitutio reſpectu fructuum, quos hæres, uſque ad obitum percipere potuiſſet, in fraudem creditorum fieri potuerit, quód alibi deciſum reperiebatur, fieri non poſſe in *leg. 3. §. geſta, ff. eodem tit. quæ in fraud. credit.* ſed potiùs illud ſolùm dirimere, an præmatura, totiùs, integræque hæreditatis reſtitutio, non detracta Falcidia, uel Trebellianica, hæredi per legem debita fieri potuerit in fraudem, & præiudiciū creditorum, & hunc intellectum amplexus fuit olim Præceptor meus in Neapolitana Academia eruditiſſimus *Io: Andreas de Paula in §. item ſi quis in fraudem, inſtit. de action.* illumque comprobare uidetur *Peregrin. de fideicomm. artic. 3. num. 125.* dum ad probandum, quòd Trebellianica remitti naleat in fraudem creditorum, allegat *d. l. Pater*, & apertiùs eumdem intellectum ſequūtur *Fontanell. de pact. nupt. d. clauſ. 4. gloſ. 9. part. 5. nu. 108. & ſeqq. Salgad. in Labyr. credit. p. 2. cap. 15. n. 23. & ſeq.*

61 Prædictus uerò intellectus remanet confirmatus ex ratione per Iuriſconſultum expreſſa, quæ totam diſpoſitionem regulariter regere ſolet, illamque extendit, quantùm eius ratio ſe extendit, & non ultra, *leg. eum Pater, §. dulciſſimis, ff. de legat. 2. l. eum tale, §. falſam, ff. de condit. & demonſtrat. Euerard. in Topic. legal. loco à ration. leg. ſtrict. ſeu limit. Surd. deciſ. 132. num. 17. & deciſ. 217. nu. 2.* quia, nempè, ſic hæres dicitur *plenam fidem, & debitam pietatem ſequntus exhibitionis*, quæ uerba propriè adaptari uidentur ad omiſſionem tantummodò detractionis Trebellianicæ, & Falcidiæ; non autem ad fructum remiſſionem, quos interim poſt aditionem hæres percipere potuiſſet, ex ea potiſſimùm ratione, quia Trebellianica, & Falcidia in ſatis probabili ſententia, contra
62 uoluntatem Teſtatoris detrahuntur, *capit. Rainaldus 18. in fin. extra de teſtam.* ibique *Abb. in vlt. notab. num. 16. Bart. in l. nemo poteſt, num. 5. ff. de legat. 1. Alex. in l. Titia, n. 5. ff. ad leg. Falcid. Ruſtic. in l. cum anus lib. 6. cap. 18. num. 19. Turrett. conſ. 11. num. 12. lib. 1. Gabr. conſ. 86. num. 23. lib. 2. Cephal. conſil. 157. num. 74. & conſ. 716. num. 4. Rimin. Sen. conſ. 237. num. 14. Rimin. Iun. conſ. 181. n. 19. & 49. Anguiſſeiol. conſ. 179. antè num. 21. Carol. Ant. Put. in fin. conſ. Odd. conſ. vnic. nu. 84. Honded. conſ. 63 num. 118. lib. 1. Gionagn. conſ. 99. num. 16. Peregrin. conſ. 68. num. 7. lib. 1. & de fideicomm. art. 3. num. 86. verſ. ſed contra Anell. Amat. conſ. 80. ſub num. 10 Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 11. ſub num. 8. Cyriac. contron. 11. num. 25. Robert. rer. Iudic. lib. 4. cap. 7. Cacheran. deciſ. 147. num. 25.* Ideò
63 que cum in fideicommiſſo Vniuerſali, attentis à Teſtatore diſpoſitis, Trebellianica, & Falcidia comprehendantur, *Peregrin. de fideicomm. d. art. 3. num. 126.* Meritò aſſerendum, illarum detractionem impedire uoluntatem Teſtatoris habere plenum effectum; prout in ſpecie ponderando *text. in d. l. Patrem*, rectè obſeruat *Cyriac. dict. contron. 11 num. 17.*

64 Prout è conuerſo, qui abſque Trebellianicæ, Falcidiæque detractione, integram reſtituit hæreditatem; is propriè dicitur plenam fidem ſequi exhibitioni, quod eſt adimplere perfectè, & in totum, quod teſtator iuſſit; quod ſecus eſt aſſerendum in re-
65 miſſione fructuum, poſt aditam hæreditatē percipiendorum; ij enim ex teſtatoris Iudicio, & iuxtà eius uoluntatem percipiuntur; adeòut, ſi antè tempus conuentum per Teſtatorem hæreditatis reſtitutio fiat; per quam hæres cōmodo fructuum priuetur, huiuſmodi reſtitutio fieri dicatur, non Iudicio Teſtatoris; ſed potiùs contra illius uoluntatem, *l. ſed ſi antè*, ibique *Bart. ff. ad Trebell. Caſtr. in l. poſt mortem, Cod. de fideicom.* benè *Cancer. Var. part. 3. capit. 15. de renunciat. num. 170.* & in his ſpecialibus terminis optimè arguit *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gl. 9. p. 5. nu. 109. & ſeqq. & n. 113.*

Iſtamque rationem à Iuriſconſulto expreſſam in *dict. l. Patrem*, eſſe omninò refe-
66 rendam ad omiſſionem detractionis Falcidiæ, & Trebellianicæ, & non ad aliud ſatis aper-

Digitized by Google

apertè deprehendi poterit, ex eo, quòd cadem prorſus ratione Imperatores, & Iuriſconſulti in alijs legibus uſi fuerint reſpectu Falcidiæ, & Trebellianicæ, vel alterius detractionis permiſſæ; non aliàs. Ità reſpondit *Calliſtratus in d.l.debitorem* 20. quæ immediatè ſequitur poſt *d.l.patrem*, de eo ſolùm ibidem agens, numquid non detrahere Trebellianicam,ſit facere in fraudẽ creditorum? & poſtquàm negatiuè reſpondit, rationem reddit, ibi: *Quia id fit magis fideliter facere.*

De eadem etiam re agens *Vlpianus in l.ſi ſponſus, § qua ſententia, ff.de donat.int. Vir, & Vxor*, eam affert rationem; *quòd id ſit integram fidem præſtare, & verè fidem exſoluere,voluntatem Teſtatoris ſequutum.*

Idemque *Vlpianus* paulò antè *in §. ſi quis rogatus* ad probandum, quòd rogatus de reſtituenda Vxori hæreditate, percepta certa quantitate, non cenſeatur quidquàm Vxori donaſſe, quamuis integram reſtituerit abſque detractione, non alia utitur ratione, niſi, *quia imò id ſit magis pleniore officio præſtandæ fidei fungi, quàm donare.*

Prout etiam Iuriſconſultus in *leg.ſi hæres 68. §.ſi totam, ff ad Trebell.* reſoluens quæſtionem, an hæres, qui, non detracta Trebellianica, hæreditatem reſtituit, præſumatur ignorãter egiſſe,reſpondit negatiuè,ibi: *ſed magis explẽdi fideicõmiſſi cauſa hoc egiſſe.*

67 Vlteriùs Imperator *in l.1. Cod.ad leg.Falcid.* poſtquàm decreuit, ſolnentem ſcienter, quod per Falcidiam retinere potuiſſet, non poſſe dici plus debito ſoluiſſe, eam tradit rationem: *Quia id potiùs ſit pleniorem fidem reſtituendæ portionis exhibere*, & in *§. non autem de hæred.& Falcid.in authent.col.*1.de eadẽ de re agẽs, idem, reſoluit, dicens: *Id eſſe ad plenum ſententiam Teſtatoris ſeruare*, & inferiùs, ibi: *complere teſtatoris ſententiam*, & rurſus, ibi: *ſequentem ſententiam Teſtatoris.*

Obiecto verò ſuperfluitatis verborum, ibi: *non expectata morte reſtituit*, optimè ſatisfacit *Fontanell.* loco proximè adducto, *num.*105.

68 Diſpoſitio autem alterius textus in *dict.l. poſt mortem,Cod. de fideicomm.* neque etiam contrarium probat; cum non loquatur de præmatura fideicommiſſi reſtitutione in præiudicium tertij; ſed tantùm ipſius hæredis grauati reſtituere poſt mortem, qui, ſi voluerit, poterit, adhuc viuens, reſtituere; cum ex hac præmatura reſtitutione ſolùm ſibi, non alteri inferat præiudicium, prout in ſpecie benè aduertit ſatisfaciendo prædicto textui, *Salgad.in Labyr.creditor.par.*2. *cap.*15.*num.*25. *Fontanell. deciſ.* 40. *num.*9. & 13.*verſ.ſolùm* vbi, quòd, huiuſmodi diſtinctione retenta, concilientur hinc indè diſſidentes ſententiæ.

Id autẽ,quod aſſeritur de debitore in diẽ, & antè diem ſoluente, vt repetere non poſ-
69 ſit ex diſpoſitione *text.in l.in diem,ff.de condit. indebit.* eſt veriſſima propoſitio; quinimò poteſt debitor ipſe interuſurium, & cõmodum medij temporis repetere; prout ex eodem textu, probarũt ibidem *Bald. Angel. Salic.Iaſ* & alij,& ex *l.nam,& ſi dum moriar, ff.eod.tit. Bart.in l.*1.*num.*16.*ff.eod.& in leg. cum quis,num.*29.*Cod.de Iur. & fact. ignor.* quos referens, ſequitur *Cardos. in Prax. Ind*. verbo *debitor, num*.1. licèt de huiuſmodi concluſione dubitet *Salgad.in Labyr.credit. part.*2.*cap.*15.*num.*64.

Sed nihilominus, quidquid ſit de prædictis; quæ in præſentia, neceſſitas non expoſtulat ad examen reuocare; adhuc prædictus *text.in d.l.in diem* non aduerſatur, dum
70 in eo non agitur de præiudicio tertij prouenie̲nte, ex præmatura reſtitutione facta, per debitorem rem,aut pecuniam in diem à ſe debitam reſtituenrem; ſed dumtaxat de ipſius reſtituentis præiudicio; quòd abſque controuerſia ſibi ex ſuo conſenſu inferri potuit; Ideòque ſibi denegatur repetitio;non tamen denegatur tertio, vel cæteris creditoribus debitoris, ſuper quo nihil fuit quæſitum, neque controuerſum in caſu illius legis; prout in terminis rectè aduertit *Salgad. in labyr.credit. d.cap.*15.*num.*65.*p.*2.

71 Ex prædictis etiam ſuperiori loco firmatis,oritur, quòd, licet lucro dotali ex ſtatuto, præmoriente Vxore ſine communibus liberis, debito, valeat maritus, conſtante matrimonio,renunciare in creditorum præiudicium; prout in ſpecie firmant *Rimin.in l.*1.*num.*305.*Cod.qui admitt.Dec .in l.in eo,in fin.ff.de regul.Iur.& conſ.*260. aliàs 259. *Lopez de donat. Int. vir. & vxor.in rubr. §.*34. *Barbat.conſ.*59.*lib.*2.*Pariſ.conſ.*127.*num.*25. *lib.*1.*Soccin.Iun.conſ.*109.*num.*4.& 5. & *cõſ.*124.*lib.*3.*Bardellon.conſ.*128.*num.*14. *Port. conſ.*2.*num.*10.& *conſ.*21.*num* 97.*Surd.conſ.*116.*num.*79.& *ſeqq. Roland.de lucr.dot. qu.*40.*num.*6.& *ſeqq.Phannc.eod.tract.gloſ.*8. *in* 3.*illat.num.*18.& *ſeq*. aſſerens, lucrum,quod per ſtatutum defertur viro, poſſe renunciari, tam in beneficium Vxoris; cum non efficiatur uir pauperior, quàm in præiudicium creditorum, quia ipſi non fraudantur, *Coſt. de remed.ſubſid.prælud.*1 *num.*21. *Canalcan. de vſufruct.mulier.relict. num.*187.*Gomez.ad l.*48.*Taur. num.*9. *Azeued.in l.*9. *tit.*9. *lib.*5. *non,recõpilat.Rip.in l.ſi vnquam,n.*21.*C.de reuoc.donat.Peregrin.de Iur.fiſc.lib.*6.*tit.*7.*num.*40.latè *Molin.de rit.napt.lib.*3. *quæſt.*49. *nu.*21.& *ſeq.* ubi diſputat articulum ad partes, & contrarijs ſatisfacit *Guttier. lib.*2. *pract. quæſt.*126.*num.*5. *Caſtill.lib.*5. *controu. cap.*112. *num.*42. *verſ.vltra relatos, Molin. de contract.diſput.*435.*num.*6.*Sanchez de matrimon.*

mon.lib.6.diſp.5.Giurb.ad conſuet.Meſſan.p.1 cap.5. gloſ.8. num.11. & 13. & num.16. verſ.vt nec creditoribus,Cutell.de donat.tract.1.diſc.2.partic.9.num.9. Molfeſ.ad Conſuetud. Neapol.tit.de renunciat.quæſt.6.num.47. Caren.reſol.202.num 11. Gallerat.de renunciat. cent.1.renunciat.97.num.5. eruditus amicus *Maſſin.de confiſc.bonor.quæſt.36. num.72. Ludouic.deciſ.Lucenſ.21.num.56. Boer.dec.244. Franch.dec.101.num.5. Card.Mant.deciſ.13. Seſſe dec.Aragon.127.n.28.*

72 Idque etiam ſi repudiatio fiat poſt mortem vxoris; atque adeò poſt lucrum iam delatum, *Menoch.conſ.1220.num.19. Surd.conſ.116.num.79.& ſeq.& dec.140.num.18. verſ.& in Iure delato,* Cauegnol.ad decret. *Montis Ferrat.74 §.5.quæſt.7.num.9.verſ.ampliatur,* Gratian.cap.232.num.12. *Couarr.de ſponſal. part.2.cap.7.§.1.num.12. Peregrin.de Iur.fiſc.lib.6.tit.7.nu.40.* Giurb.ad conſuet. *Meſſan. cap.1.gloſ.8.part.1.num.16.verſ.imò lucro,de* Luca ad Franch.dec.101.num.27.Gratian.deciſ.132.num.1.

Quidquid in contrarium ſentiant *Bero. conſ.43.per tot.lib.1.Cuman.conſil.26.Cardin. Mantic.de tacit.lib.13,tit.38. num.15. & ſeq.* Thomaſ.de legit.tit.17.cap.16.nn.215. Quod tamen hæres ipſius mariti peragere non poſſet, *Soccin.Iun conſ.124.lib.3. Peregrin. de Iur.fiſc.dict.lib.6.tit 7. num.41. Cauagnol.ad decret.Montiferrat.74.§.5.d.quæſt.7.num.17 Giurb.ad Conſuetud.Meſſan.dict.gloſ.8.nu.16. verſ.quod tamen, Cutell.de donat.tract.1.diſc. 2.partic.9.num.9.*

73 Nihilominus prædicta nõ procedunt, quoties lucrum fuit in pactum ſpecificè, expreſsèque deductum; tunc enim, vtpotè Ius plenè quæſitum, debitumque ex pacto conditionali, non poſſet in præiudicium creditorum remitti, cum abſolutiſſimum ſit Iuris principium, quòd ex contractu conditionali Ius efficax acquiratur, *§.ex conditionali,* cum ibi notatis, *Inſtit. de verbor. obligat. Addent.ad Dec.conſ.260.in fin.* Tiraq.de retract.mun.§.1 *gloſ.10. num.45.* & in his præciſis terminis, Gratian.cap.132.nu.17. *Peregrin.de Iur.fiſc. dict.lib.6.tit.7.num.40.verſ.& aduerte, Gallerat. de renunciat. dict. cent.1. renunciat.97. num.5.verſ.ſed quod dicitur,* Cutell.de donat. *tract.1.diſc.2.partic.9.num.10.*Giurb.ad *Conſuet.Meſſan.cap.5.gloſ.7.num.14.Hodiern.in l.hac edictali,quæſt.35.num.35.& ſeq.* de Luca *ad Franch.dict.dec.101. num.27. verſ.nec negotium,& num.28.Epiſc.Afflict.controu.18 num.23.& 25.Franch.dec.101.nu.32.* Capyc. *Latr.dec.34.num.13.*ibique *Gipt.num.6.*

74 Idemque arbitror aſſerendum, ſi ſtatuto expreſsè caueatur, quòd pactum dotalis lucri, cenſeri debeat in Inſtrumento dotali appoſitum; prout reperitur ſancitum in *Statuto Vrb.lib.1.cap.131.* hoc enim caſu, meritò competeret ad lucrum, non ſolùm conditio ex ſtatuto; ſed etiam actio ex contractu; adeòut debitum non dicatur in ſui origine neceſſarium ex ſtatuto; ſed potiùs voluntarium ex contractu, ex deductis in puncto per B*uratt.dec.291.num.6.*Rot.*in recent.dec. 649.part.1.* & in ſpecie aduertit *Caren. d.reſolut.202. num.18. & ſeq.* ubi, quòd in hoc ſenſu intellecta ſubſtineri poſſit ſententia ſemper execrandi *Molinei in add.ad. d.conſ. Dec.259.*aliás 260.affirmantis, quòd pro lu-
75 cro dotis, non ſolùm detur conditio ex
ſtatuto; ſed etiam actio ex contractu, quia contrahentes videntur, voluiſſe ſe ſe conformes reddere cum diſpoſitione ſtatuti de lucro dotis; alioqnin eſſet omninó falſa, neque recogienda; ſi lucrum eſſet ſimpliciter debitum ex ſtatuto, ſemoto pacto conditionali, in contractu deducto; tunc enim, vtpotè
76 inductum ad fauorem viri, tacitam habet
conditionem, ſi ei placuerit, *Surd.conſ.487. num.44.Sanchez.de matrim.lib 9.diſp.2.n.11.* & in his terminis poſt*Giurb.& Maſſin.*allegatos, *de Luca ad Franch.dict.dec.101.num.27. propè fin.verſ.& ad hoc vt lucrum.*

77 Ideòque his firmatis, non exiſtimo ſubſiſtere poſſe ſententiã Rouit.*deciſ.85.* quam ibidem tueri conatur eruditiſſimus *Altimar. in obſeruat,*qui affirmat, quód, licet Iura, & actiones ſubiaceant Conſuetudini Neapolitanæ in ſpecie ſucceſſionum; nihilominus Ius conditionale non ſubiaceat conſuetudini, cum non ſit Ius perſectum in exercitium deductum; ſufficit enim, quòd ſit Ius in ſpe quęſitum ex contractu ad lucrum acquirendum; licet alioquin ex ſtatuto, vel conſuetudine debeatur; prout latè, rectèque impugnando Rouit. ſubſtinet *Epiſc.Afflict.d.controu.18.num.23.& 25.*quem refert, & ſequitur *de* Luca *ad Franch.d.dec.101.n.28.*

78 Vlteriùs ad materiam, de qua eſt ſermo, etiam conuenit, quòd poſſit maſculus admittere ſororem, alioquin á ſtatuto excluſam, ad ſimul, & æqualiter ſuccedendum in bonis paternis, etiam reluctantibus, innitiſque creditoribus ipſius maſculi, iuxtà ſingularē, & receptam theoricam Bald. *in l.maximum vitium, num.12.verſ ſed pone, quòd frater non vult excludere ſororem, Cod.de liber. præterit.* quem ſequuntur Iaſ. *in §.item ſi quis in fraudem, num.124. inſtit.de action. Honded. conſil.1. num.85. lib.2. Gabr. conſil.20.num.70. lib.2.Io: Franc.de Pout.conſ.74.num.10.lib.1. Afflict.in Conſtit.Regn.in aliquibus, num.8. poſt num.22. verſic.quid ſi frater, Marſil.ſingul.361. Marta de ſucceſſ.legal.part.1.quæſt.5.artic.4.ſub num.6. Fulgin.de Iur.Emphyt.tit.de renunciat. quæſt.9. per tot. Fontanell. de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.9. part.5.num.94. Hodiern.ad Surd.dec.140. num. 11.de Luca ad Franch. dec.101. num 24. Caroc. deciſ.42. num.2. & 3.* quidquid in contrarium non rectè ſentiat Botſilier. *de ſucceſſ. tit.*

tit. de excluſ. parag. & maſcul. Theor.4. num.10.

79 Idque ea potiſſimùm ratione, quia huiuſmodi excluſio, utpotè fauore maſculorum inducta, tacitam habet conditionem, quatenus ſoli maſculi velint ſuccedere, fœminaſq; dotare, Bald.in l.maximum vitium,num.22. Cod.delib.præterit.& in l.ſi quis filium,nu.10. verſ.aut lex excludit,Cod.de inoffic.teſtam.Roman.in l.ventre,num.10. verſ.contra hoc, & num.11. verſ.ego addo, ff.de acquir. hæredit. Soccin.conſ.116.num.9. lib.1. Manent.conſ.1. num.73.& ſeqq.& conſ.2.num.11. Surd.conſ.85.num.9 & ſeq.Becc.conſ.107.num.18.Honded.conſil.1.num.85.lib.2.Altograd.conſil.82. num.25.lib.1.Tort.ad Statut. Pap. Rubr.95. in ciuilib.num.153.fol.547.Afflict.in Conſtit. Regni in aliquibus,num.8. Merlin.de legit.lib.3.tit.1.quæſt.14.num.37.Gratian.cap.942.nu.3.Paſchal.de patr.poteſt.part.4.cap.1. nu.32. Card.de Luca de ſucceſſ.diſc.15. num.15. Rot. Bonon.diuerſ.dec.57.nu.10. & ſeqq. Gramm. deciſ.63.num.10.Cardin. Seraphin.deciſ.396. num.6.Merlin.dec.776.num.25.Bich.dec.320. num.32.Cardin.Otthobon. deciſ.173. num.24. Rot.in recent.dec.146,n.7.p.10.

80 Quò verò ad vſumfructum attinet, illum in bonis aduentitijs filij iam quæſitum, non poteſt Pater in creditorum præiudicium remittere, idemque de quolibet alio vſufructuario aſſerendum, prout eſt textus ſatis apertus in l.3.§.geſta, ff.quæ in fraud. credit. ibi: Geſta fraudationis cauſa accipere debemus, non ſolùm ea, quæ contrahens geſſerit aliquis, verùm etiam, ſi fortè data opera ad iudicium non adfuerit, vel litem mori patiatur, vel à debitore non petijt, vt tempore liberaretur, aut vſumfructum, vel ſeruitutem amittit, & ita in ſpecie vſusfructus Patri quæſiti in bonis filij; tradunt Port.in §.1.num.4. ibique Rimin.nu.92.inſtit.per quas perſon.nob. acquir. Ancharan.conſ.106. num.3. Surd.conſ.116.num.78. & ſeqq.lib.1. Fontanell.de pact.nupt. clauſ.4. gloſ.9.part.5.num.77.Salgad.in labyr. credit. part.2.cap.15.num.27.& ſeqq.& num.50. & ſeqq.& part.1.cap.43.num.20.& ſeqq.& nu.53.Caſtill.tom.5. contron. cap.112. num.21. verſ.Blaſius Florez, & in terminis cuiuſcumque vſufructuarij, Card.de Luca de dot. diſc. 148.num.14.& ſeqq. qui adhibet diſtinctionem inter ceſſionem factam ad fauorem proprietarij, vel tertij, Rot. in recent. dec.129. num.4. part.1.& dec.397.num.9.par.12.

81 Quod ſecus aſſerendum, quoties agitur de vſufructu quærendo; in quibus terminis intelligendus textus in l.cum oportet, §.cum autem, Cod.de bon.quæ liber.ponderatis verbis eiuſdem text.ibi: memorato modo acquiſitas, & ibi: Parens noluerit tenere, & iterum ibi: in filium, qui vſumfructum detinuit, &c. iuxta ſententiam Gloſ.ibid. & Bald. qui reputat ſingulare, & hanc diſtinctionem comprobant Surd.conſil.116.num.78.& ſeq.lib.1 Gomeſ.var.part.2. cap.4.num.24. & in l.48. Taur.num.9. Cornel.in l.cum oportet, §.ſin autem, Cod.de bon.quæ liber.& conſ.285.n.15. lib.1.Tiraq.in l.ſi vnquàm, verbo donatione largitus,nu.212. Cod.de reuocand.donat.Tell. Fernand.in l.17.Taur.num.61. Mierez de Maiorat.part.4. quæſt.23. num.136. poſt princip. & part.1.quæſt.53.num.13. Aluarad.de coniect.ment.defunct. lib.2. cap.3. §.1. quæſt.12. num.16.& 26. Blaſ.Florez de Mena in addit. ad deciſ.Gamm.118.Caſtill.lib.5.controu.cap. 112. num.21. verſ.Blaſius Florez de Mena, Menoch.in add.ad lib.3.præſumpt.ad num.57. benè, ac latè Salgad.in labyr.credit. p.2. cap. 15.n.51.& ſeqq.Montelegr. in Prax.ciuil.lib. 2.cap.10.§.13.num.23.et 24. prout etiam in hac ſpecie debet intelligi Paſchal.de patr.poteſt.par.2.cap.4.num.170. verſ.eademque ratione, Caball. conſ.14. num.16. et ſeqq. lib.2. nam alioquin loquerentur contra text. expreſſum, & aberrarent á communi Doctorum ſententia.

82 Satis tamen ardua eſt quæſtio præcedenti finitima, an Penſionarius ualear extinguere vel transferre penſionem in præiudicium ſui creditoris hypothecarij, vel ceſſionarij; ſignanter, ſi illum procuratorem in rem ſuam conſtituit ad penſionem exigendam, ſuper quo articulo Rota in recent. dec.129. part.1. in ſpecialibus terminis, affirmatiuè reſpondit, eiuſdemque Rotæ auctoritate perterriti, idem intrepidè affirmarunt Amayden.de Stylo datar.cap.27. num.15. qui ita teſtatur de ſtylo Datariæ, aſſerens, quòd creditores, uel ceſſionarij penſionis, ſeu potius fructuũ, & commoditatis eiuſdem, ſæpè recurrunt ad Datariam ad impediendam penſionis extinctionem, quòdque à uoluntate Datarij dependeat, an uelit, quòd extinctio approbetur per Papam, uel ne? cum enim ceſſio fuerit facta inter ipſas partes, non tenetur illis ſuccurrere, niſi ex quadam æquitate ſubdẽs, id procedere, quando conſtituẽs procuratorem irreuocabilem, uellet ceſſare penſionem, recepto pretio; nam, ſi uellet gratuito extinguere, poſset hoc agere abſque ullo facto Datariæ; quia poteſt hoc caſu extinctio ſimpliciter fieri coram Notario, & Teſtibus, Tondut.lib.1.quæſt.benefic.cap.35. num.8. & latiùs de penſion. quæſt.21. num.25. et ſeqq. et num.32. et ſeqq.

83 Plura autem in ſupradicta deciſ.129. p.1. recent. afferuntur fundamenta; Primò, quia hæc penſionis extinctio prouenit ex natura rei, de qua agitur, l.Inſulam, ff.de præſcript. verb.l.damni infecti, l.ſi vno, ff.locat. Meritò de huiuſmodi extinctione conqueri non
84 poſſunt creditores penſionarij; Sicuti enim penſio poteſt extingui per ingreſſum in Re-

li-

ligionem, per matrimonium, uel mortem
penſionarij in præiudicium creditoris; ita
pariter poterit eis præiudicium inferre pen-
ſionarius renunciando, uel extinguendo pē-
ſionem; atque adcò mandatum, & conſigna-
tio ſacta creditori hanc tacitam præſefert
conditionem, ut creditor ex annua penſione
ſibi ſatisſaciat, quandiù illa durauerit; ſacta
autem legitima, & naturali eius extinctione,
creditor exigere non ualeat.

Secundò non aduerſari affirmat *Rota*,
quòd, quemadmodùm uſusfructus non ualet
extingui in creditorum præiudicium; ita nec
penſio, quæ, ex infra firmandis, uſufructui
æquiparatur; nā huiuſmodi æquiparatio nō
facit, quòd idē Ius ſeruari debeat, ubi ratio-
nis adeſt diuerſitas, prout in præſenti the-
mate; quia uſusfructus eſt in commercio, &
85 poteſt alienari, uendi, & donari, ſicut extin-
gui, non ſic penſio, quæ ſolùm eſt in com-
mercio ratione perceptionis fructuum, &
illius facti, *Cap. peruenit*, ubi Canoniſtæ, *de
fideiuß.* non autem ratione Iuris; idcòque
licet poſſit extingui, non tamen transferri
ualet ſine Apoſtolica auctoritate.

Vlteriùs proſequitur *Rota* rationem di-
ſcriminis inter uſumfructum, & penſionem,
quia in uſufructu creditor habet obligatum
ipſum Ius, & propterea uſusfructus in eius
fraudem extingui non poteſt; in penſione
autem habet obligatos ſolos fructus, quibus
per extinctionem deficiētibus, deficit etiam
fructuum obligatio; ſicuti contingeret in
fructibus beneficij obligatis, ſi dimittere-
tur, uel amitteretur.

Præcipuè, quia huiuſmodi extinctio cedit
ad utilitatem Eccleſiæ, quæ antiquæ reſti-
tuitur libertati, & à penſionis eximitur
ſeruitute.

86 Contrariam verò ſententiam pro verita-
te conſultus veriorem eſſe ſubſtinui, vt, nē-
pè, huiuſmodi penſionis extinctio fieri non
valeat in præiudicium creditorum, quàm
neruosè tuetur, reprobando prædictam *Ro-
tæ decis. in recent. 129. part. 1. Lotter. de re be-
nefic. lib. 1. cap. 42.* ſignanter, *nu. 19. & ſeqq.*
& egregiè, latèq; *Salgad. in Labyr. creditor.
part. 1. cap. 43. per tot. Olea* remiſſinè ad eun-
dem *Salgad. de ceſſion. Iur. tit. 8. quaſt. 2. n. 24.
ad fin. verſ. ad quas doctrinas*; *Valeren. de
tranſact. tit. 1. q. 9. n. 31. Card. Millin. deciſ. 56.*
ubi in conſimilibus terminis, quòd Penſio-
87 narius non poſſit extinguere penſionem fi-
duciariam in præiudicium commodatarij,
optimè *Rot. in rec. dec. 397. p. 12.*

Nullatenus aduerſantibus contrarijs *Ro-
tæ* fundamentis in *d. deciſ. 129. part. 1. recent.*
quatenus enim ad primum pertinet, quòd
huiuſmodi penſionis extinctio ex natura rei
proueniat, non uidetur in Iure ſubſiſtens;
cum potius ſit aſſerendum, prouenire ex
cauſa omninò uoluntaria ipſius penſionarij
debitoris, cui ius liberè penſionem perci-
piendi erat quæſitum; quæ abſque ſuo con-
ſenſu redimi, aut renunciari non poterat;
88 ſolùmque hypotheca ex natura ipſius rei di-
citur perire; quoties ipſamet rei ſubſtantia
ita pernecesſè ſuadeat; adeòut vindicet ſibi
locum regula deſumpta ex *l. lex vectigali, ff.
de pignor* quòd, nēpè, reſoluto Iure dantis,
reſoluatur Ius accipientis; prout accidit in
re Emphyteotica finito tempore, vel genera-
tione, uel per cōmiſſū, in cēſu per redēptio-
nē, in Serui, & Animaliū hypotheca per eorū-
dem obitum, in Molendino radicitùs diru-
to, & in ſimilibus, de quibus omnibus latè
agit *Salgad. in Labyr. credit. part. 2. capit. 27.
num. 37. & ſeqq. & cap. 28. n. 11. & 46.*

89 Prout etiam, penſio ex natura rei perit
per mortem penſionarii, tàm naturalem,
*Gig. de Penſion. qu. 1. num. 5. Cardin. Ottbobon.
deciſ. 147. num. 1.* quàm ciuilem, *Pariſ. de re-
ſignat. lib. 1. qu. 8. nu. 5. & 6. Rebuff. de pacific.
poſſeſſ. num. 137. Viuian. de Iurepatronat. lib.
13. cap. 9. num. 45. Lotter. de re benefic. lib. 1.
qu. 42. num. 44. & ſeq.* per contractum Ma-
trimonij *Gig. de penſ. qu. 54. nu. 4. & ſeq. Ton-
dut. eod. tract. cap. 75. num. 4. & ſequ. Ciarlin.
cap. 36. lib. 1. Lotter. lib. 1. quæſt. 6. eiuſd. quæſt.
42. n. 45. & ſeq. De Marinis reſol. 60. n. 1. lib.
1. Garz. de benefic. p. 11. cap. 8. in princip. Epiſc.
Ric. lib. 1. prax. Eccleſ. reſol. 212. Put. dec. 449.
lib. 2. Buratt. deciſ. 791. num. 1.* & per ingreſ-
ſum in Religionem, ibique emiſſam profeſ-
ſionem, *Gig. de Penſion. qu. 99. num. 12. Ton-
dut. eod. tract. cap. 69. num. 7. Sanchez ad Præ-
cept. Decalog. lib. 7. cap. 4. num. 10. & ſeqq.* &
in hoc benè aſſerit *Rot. in rec. d. deciſ. 129. n. 2
part. 1.* quòd, penſio ex natura rei extingua-
tur, & Nos latiùs de hoc, Deo fauente, age-
mus in Diſputationibus beneficialibus in
Tertio volumine.

90 Sed, quoties hypotheca perit ex facto, &
cauſa debitoris; tunc pernecesſè eſt adhi-
benda diſtinctio inter cauſam neceſſariam
præambulam, quæ antecedit hypothecam;
91 putà, quando debitori fuit res quæſita, cum
pacto reſolutiuo, ſi melior conditio acceſ-
ſerit, vel de retrouendendo, & ſimilibus, in
quo caſu, accedente reſolutione Iuris debi-
tori quæſiti; hypothecam reſolui, eſt aſſe-
rendum, dum reſolutio prouenit ex cauſa
neceſſaria antecedente, & ineuitabili per
debitorem.

Si verò hypotheca pereat ex cauſa volun-
taria ipſiusmet debitoris; puta, quia Iu-
ri iam quæſito, & radicato remiſit, vel re-
nunciauit, vel rem hypothecæ obnoxiam
ex ſua diſtraxit voluntate, & tunc in credi-
torum præiudicium, non ſubſtineatur abdi-
catio, aut renunciatio, ſed in recipientem
transeat ius; & res aliena ta cum ſua cauſa,

& hy-

& hypotheca; prout in cauſa neceſſaria;
quòd hypotheca reſoluatur, ſunt iura aper-
92 tiſſima in *l.ſi res,ff.quib.mod.pign. vel hypo-
thec.ſol.l.ſi ex duob.6.§.ſed, & Marcellus,ff.
de in diem adiect.l.vectigal.13.ff.de pignor.l.
grege, §.ſtatu liber,ff. eod.tit. l.in diem ,ff.de
acqu.plun.arcend.leg.fin. §.ſed quia noſtra,
Cod.commun.delegat.* *Tiraq.de retract. con-
uent. §.3.gloſ.1. & vnica verſ. id autem op-
portunè quæri poteſt, num.9.fol.904.Cagnol.
in leg.2 quæſt.5.de pact.int.empt.& vendit.
Franch.decis.64.n.5.*

Et in merè voluntaria reſolutione, vt du-
ret ahduc pignus, ſunt iura pariter clara in
*l.ſi debitor.14.ff.quib.mod.pign. vel hypoth.
ſoluat.l.bouem.43.§.ſi quis*, & *§.pignus.ff.de
93 ædilit. edict.* hancque ueriſſimam diſtinctio-
nem inter cauſam neceſſariam, & uolunta-
riam originaliter traditam á *Bart.in d. l.in
diem,num.2.& ſeq. ff.de aqu.plun.arcen.*præ-
cæteris comprobant *Tiraqu.de retract.con-
uent.§.3.gloſ.vnic.num.*10.egregiè, iuxta mo-
rem, eruditiſſimus *Hermoſill.ad l.67.gloſ.1.
per tot.tit.5. part.5. tom.2.fol.* 358. optimè
94 proſequens plura exempla apud eumdem
relegenda, quando reſolutio dicatur pro-
uenire ex cauſa omninó neceſſaria, uel po-
tiùs merè uoluntaria ipſius debitoris,
*Garz.de hypothec.viuent.vel morient.nu.6.&
7.* latiſſimè *Salgad. in Labyr. credit.part. 2.
cap.13.num.11.& ſeqq. Surd. de alim.tit.9.
qu.42.num.16.& decis.286. num.11.& ſeqq.
Hodiern.in addit.ad eumdem Surd. decis.160.
num.4.& ſeqq.*latè *Noguerol.allegat.22.n 24
& ſeqq.& allegat.14.num.104.et ſeqq.Card.
de Luca de dot.diſc.148.num.14.verſ.agnitio-
ne,Boer.decis.181.nu.8.& ſeqq.*

95 His igitur præmiſſis, quæ in ſtricta Iuris
cenſura uidentur abſolutiſſima, nullo pror-
sùs Iure ſubſiſtit, ſatiſque diſſonans eſt ap-
plicatio facta per *Rotam* de penſione extin-
cta ex natura rei per mortem, uel ingreſ-
ſum in Religionem, aut matrimonium ad
penſionem extinctam per mortem, renun-
ciationem, remiſſionem, uel extinctionem
ipſius penſionarij; cum iſta fieri nequeat
in præiudicium creditoris, præcipuè hypo-
pothecarii, utpotè egens conſenſu, uolũtate-
que ipſius penſionarij; cum aliter geri non
poſſit; prout in ſpecialibus terminis, per
prædictas rationes, optimè arguunt, *Lotter.
de re benefic.d.qu 42.num.18.lib.1.Salgad. in
Labyr.credit.d.part.1.cap.43.num.18. Rot.in
rec.d.decis.397.num.17.part.12.*rectè aduer-
tens, quòd aliud ſit penſionem extingui per
mortem, atque adeò ex natura rei, aliud in
uim translationis, & ex uoluntate penſio-
narij, qui ex facto proprio non poteſt præ-
iudicium ſuo creditori inferre.

96. Ideòque non meretur attendi animaduer-
ſio *Card.de Luca de Penſion. diſc.68. num.29.*
edito in eadem cauſa, in qua ſuccubuit, in
*dict.decis.397.part.12.*quòd quemadmodùm
penſionarius contrahendo matrimonium,
uel profitendo in Religione, ſiuè aſſumen-
do ſtatum militarem, aut aliàs dimittendo
clericatum, facere poteſt, ut penſio extin-
guatur, non obſtante intereſſe, ſeu præiudi-
cio ceſſionarij commoditatis, cui ſola actio
remanet ad quanti intereſt, durare uitam
naturalem cedentis in ſtatu capaci retinen-
di penſionem; ita non uideatur, quæ diſ-
criminis ratio urgeat, cur idem penſiona-
rius, qui per actum tacitum, & implicitum
facere poteſt ceſſare penſionem; idem age-
re nõ valeat per actum expreſſum extinctio-
nis, vel translationis; cum ſatis ſuperque
ſit diſpar ratio inter vnum caſum, & alium,
nam extinctionem penſionis per mortem,
vtpotè ex natura rei prouenientem, debuit
ceſſionarius, ſiue creditor præuidere, idem-
que de extinctione per ingreſſum in religio-
nem, aut matrimonium; non autem ita
eſt aſſerendum in extinctione penſionis om-
ninò proueniente ex mera, & libera volun-
tate penſionarij, qui non poteſt præiudiciũ
inferre creditori, vel ceſſionario conſtituto
procuratori in rem propriam ad eamdem
penſionem exigendam.

Minus etiam uidetur ſubſiſtens alterum
fundamentum, quòd penſio in omnibus cũ
97 vſufructu non æquiparetur; licet enim per
Beneficiatiſtas plures adhiberi ſoleant diffe-
rentiæ inter uſufructum, & penſionem, quas
enumerat *Spad. conſ.151.num.2. lib.1. Ton-
dut.de penſion.quæſt.21.nu.32.& duob.ſeqq.*
98 Nihilominns, cum regulare ſit, ut penſio-
narius Vſufructuario æquiparetur, *Card. in
Clement.1.§.eadem,num.4.de ſupplen.neglig.
Prælat.*Gig.de *penſion.quæſt.38.num.2.Spad.
conſ.71.num.13.lib.1. Gabr. conſ.191. lib.3.
Lotter. de re benefic. lib.1. qu.42. num.14. &
ſeqq.*Barboſ.de Iur.*Ecclеſ.Vniu.lib.3.cap.11.
num.3.Salgad.in Labyr.credit.part.1. cap.43.
num.4. & 43. & num.46. &* 56. ad effectum
præcipuè, de quo agitur, non inferendi pre-
iudicium ceſſionario, ſiue creditori ex actu
merè uoluntario extinctionis, uel ceſſionis
penſionis, uſufructuario æquiparatur; hoc e-
nim reſpectu omnis conformitas, rationiſq;
paritas conſiderari debet inter penſiona-
rium, & Vſufructuarium, tàm, quòad obli-
gandum, cedendum, uel alienandum ius
ipſum principale, quàm quó ad conſignan-
dum, hypothecandum, uendendum, uel alie-
nandũ cõmoditatẽ utriuſque; nã, ſicuti pen-
ſionario prohibitũ eſt uendere, cedere, uel
99 tranferre penſionẽ ex libera poteſtate, ſuo
que conſenſu, non interueniente auctorita-
te Apoſtolica; cum ratione Iuris non ſit in
in eius commercio, *Gonzal.de alternat.gloſ.5.
§.5.num.37.38.& 40.Garz.de benefic.par.1.
cap.5.*

Digitized by Google

cap.5.num.23.& ſeqq. Olea de ceſſion.Iur.tit. 3.quæſt.1.num.12.

100 Ità etiam Vſufructuario prohibitum eſt cedere in extraneum, vendere, vel hypothecare ius ipſum vſusfructus, utpotè eius perſonæ cohærens, ſua uita durante; prout ſunt Iura in *§.finitur, inſtit.de Vſufruct.* ibi: *Item finitur vſufructus, ſi domino proprietatis ab vſufructuario cedatur, nam cedendo extraneo, nihil agitur, &c. l.ſi vſusfructus 67.ff.de Iure dot.* ibi: *Quoniam diximus vſumfructum à fructuario cedi non poſſe, niſi Domino proprietatis, & ſi extraneo cedatur, id eſt ei, qui proprietatem non habet, nihil ad eum tranſire; ſed ad Dominum proprietatis reuerſurum vſumfructum, l.vnic. §.ſin autem vſufructuarius, Cod.commun.de manumiſſ. l.vſufructu 9. Cod.de vſufruct.* ibi: *Vſufructu matri tuæ prędiorum, & mancipiorum relicto, tàm alienatio, quàm manumiſſio interdicta eſt. Pinell. 3.part.l.1.Cod.de bon.matern.* verſ *gloſ. in d. §.finitur, Lara in l.ſi quis à liberis, §.parens, num.60.ff.de liber.agnoſc. Eman. Mendez.in l.cum oportet, Cod.de bon. quæ liber. 2.part. num.119. Barboſ.in l.vſufructu 58. num.1. verſ præterea, ff.ſolut.matrim.* Cuiac.*in dict. §.finitur, & ad Vlpian. in fragment. tit. 19. & ad Paul.tit.6. verſ.in* Iure *ceſſio, Sarmient. ſelect.lib.3.cap.9.n.1, Gomes.tom.2.Var.c.15. de ſeruit.n.15.Caualcan.de vſufr.mulier.relic. n.65.in fin.Peregrin.de fideicom.art.40.n.17.* Spin.*in ſpecul.teſtam.gloſ.13.princip.de legat. vſufruct.num.61. Redoban.de reb.Eccleſ. non alien.qu.15. num.2.vſque ad 12. Menchac.de ſucceſſ.creat.lib.1.§.7.num.40. verſ.ſed quàm ipſi, Salgad.in Labyr.credit. d.part.1. cap.43. num.25.& ſeq. & nu.30. Caſtill.de vſufruct. cap.69.nu.5.& 7.Monter.deciſ.Aragon.46.ex num.9.& num.22.& 55.* & admittit concluſionem Tondut.*de penſion.d.q.21.n.31.*

101 Prout etiam, ſicuti commoditas penſionis, tamquàm nudi facti, poteſt cedi, vendi, hypothecari, uel inſolutum dari creditoribus, & pro ſolutione creditorum capi, & in concurſum uenire, durante uita penſionarij, abſque beneplacito Apoſtolico, *Nauarr.conſ.6.de* Simon.Burſatt.*conſ.126.nu. 9.ad fin.lib.2.Rebuff.in cap.extirpandæ, §.qui verò de præbend.not.6.*Garz.*de benefic.part. 1 c.24.& ſeq.et 29.*Gig.*de penſ.qu.87.& 99. Lotter.de re benefic. lib.1. cap.42. num.5.& 29.*Tondut.*de penſion. quæſt.17. num.13. Redoban.de Simon.2.part.cap.14.numer.15.Salgad.in Labyr.credit.part.1.cap.43.num.8. & cap.42.num 1.et ſeqq.et num.47. Epiſc.* Bar*boſ.de* Iur.*Eccleſ.vniuerſ.lib.3.cap.11.nu.25. Larrea allegat.25.nu.4.et 5. Card. de Luca de penſion.diſc.68.num.6.et 26.et diſc.9.n.3. Olea de ceſſ.Iur.tit.3.qu.1.n.12.*

102 Ita pariter commoditas uſufructus, ſeu fructuum poteſt hypothecari, uendi, cedi, uel in ſolutum dari creditoribus, uita durante uſufructuarij, *l.ſi is qui 11. §.vſusfructus, ff.de pignor.l.arboribus 13.§.vſufructuarius, ff.de vſufructu, l.non vtitur 45.ff.eod.tit.* prout per iſta iura, ita intelligenda, & cōciliāda cū Iuribus contrariis ſuperiùs allegatis, latè firmant *Barboſ.in d.l.vſufructu, n.1. vſq.ad* 10. *Pinell.in d. p.3.l.1.nu.38. verſ.alij diſtingunt, Cod.de bon.matern. Lara in d. l.ſi quis à liberis, §.parens num.60. & ſeq.ff.de liber.agnoſc.Oroſc.in l.ſi tibi dec̃, §.pactū, n.2. ff.de pact. Mattienz.in l.13.tit.11.lib.5.gloſ. 3.num.15.Queſad.diuerſ.quæſt.Iur.cap.vltim. num* 16. latè, & egregiè Garz.*de expenſ.& Meliorat.cap.10.ex num.28.vſque ad 45.*elegant er, & ſubtiliter Sarmient.*ſelect.lib.3.cap. 9.num.2.*Canalcan.*de vſufruct.mul.relict. nu. 66.in princip. fol.231.* Spin.*in ſpecul. Teſtam. gloſ.13.princip.de legat.vſufruct. nu.61.* Surd. *de alim.tit.9. quæſt.22. num.9. Peregrin.de fideicomm.art.40. num.117. Surd.de alim.tit. 9.quæſt.22.num.9.Salgad.in labyr.credit. p.1. cap.43.num.30. & ſeq. Monter.dict.dec.Aragon.46.per tot.*ſignanter *num.22.& 55.* aliiſque congeſtis, *Caſtill.de vſufruct.d. cap.69. num.7.& ſeqq.*

103 Regulare enim eſt, quòd, ubi etiam ipſa res non fuiſſet hypothecabilis, tectè tamen ſub hypotheca cadat ipſius rei commoditas, iuxta theoricam *Bart. in l.ſi is qui, §.vſusfructus, num.2.ff.de pignor.& in l.codicillis, §.inſtituto, num.4.ff.de legat.2.Speculat.2.part.tit. de prim.decret.incip.Reſtat, num.8. circa med. verſ.item in Vaſſallo,* cum quibus tranſeunt *Neguſ.de pignor.2.memb.5.part.num.9.ante med.verſ.tamen hoc non obſtante, Aym.conſ. 213.num.2.Menoch.conſ.1022.num.6. verſic. tertia eſt dubitatio, & num.7.& 8. Grat.conſ. 54.num.14.& ſeqq. lib.1.* Giurb.*ad conſuetud. Meßan.cap.1 gloſ.2.part.1. nu.110.* Gratian. *cap.43.num.11.*Curd.*de Luca de Emphyt.diſc. 44.num.3.Put.dec.111.lib.3.in correctis, Rot. deciſ.238.num.5.poſt Zucch. de obligat. Cam. repetita poſt Merlin.de pigno.dec.57.*

104 Idemque in materia feudi procedit, cum feudatario ſit permiſſum abſque aſſenſu alienate fructus feudi, ſiue eiuſdem commoditatem, prout tradunt Io.*Fab.in §.item Seruiana, num 26.verſ.ſed fructus, inſtit.de action. Iſern.in cap.Imperialem, nu.3.* ibique *Afflict. num.12.Aluarot.num.13.*Balzaran*. num.32.* cæterique feudiſtæ, *de prohibit feud.alien.per Federic.Bald. in cap.1. §.ſi libellario, num.3. quib.mod feud.amittat. Alex.conſ.18. num.4. ante med.verſ.ſed hunc obligat.lib.5. Fab.de Anna conſ.46.num.25.Ruin.conſ.176.nu.13. lib.1.* Roland.*conſ.8. num.35. lib.1. Clur.te*ſtans de communi, *§ feudum.quæſt.31. nu.9. Curt.de feud.part.4. quæſt.15. num.106.* Ti*raq.de retract.lignag.§.3.gloſ.7. num.47. Capyc.in inueſtit.*verbo *feudi alienationes, limit.*

10.&

10.& in verbo *feudorum fructus,fol.205.Anna in repetit.Conſtit-Diua Memoria, num.245. Menoch.de recuper.poſſeſſ remed.9 Freec.de ſubfeud. fol.113. Caſſan.in conſuet. Burgund. Rubr.3.§.8.num.40. Roſental.de feud. cap.9. concluſ.10. num.4. verſ.hoc omnibus placet, Schrader.eod.tract.par.8. cap.1. num.25. ad fin. verſ. licet feudum*, latè Coler. *de proceſſ. exequut.part.2.cap.3. num.289.& ſeqq.*præcipuè *num.295.* Koppen.*dec. German.39. nu. 12. & ſeqq.* qui enim habet facultatem, & commoditatem percipiendi fructus, alienare non dicitur illos obligando, *Molin.de primog. Hiſpan.lib.1.cap.20.num.10.& ſeq.*Marcian. *Inn.diſp 80.num.10.lib.2.Roſa conſult.18.nu.* 27.& Nos alibi latiùs explicabimus.

105 Ideòque his firmatis, ſatis, ſuperque detegitur ad effectum, de quo agitur, non præiudicandi creditoribus, vel ceſſionarijs, dari æquiparationem inter vſufructuarium, & penſionarium, licet inter ſe diſcrepent, quò ad alios effectus; prout in ſpecie rectè proſequitur *Lotter.de re beneſic.dict. lib.1. cap.42. num.14. & ſeqq.* latè *Salgad.in labyr. credit. dict.part.1.cap.43. num 22. & ſeqq.* Rot.*in recent.dict deciſ.397 n.9.part.12.*

106 Neque eſt habenda aliqua ratio auctoritatis *Rota in recent. dict. deciſ.129. part.1.* cum enim ipſius fundamenta fuerint detecta inſubſiſtentia, fuit in dubium reuocata, cauſaq; per tres vices repropoſita, nūquàm confirmata; prout teſtatur *Lotterius*, qui contra prædictam deciſionem ſcripſit, *de re benefic.dict.lib.1.quæſt.42.ſub num.19.Salgad.in labyr.credit dict.part.1.cap 43. nu.45.* Rot.*in recent.d.dec.397.num.11.p.12.*

107 Non eſt tamen omittendum in hac materia, quód ſi Penſionarius ſimpliciter conſignauerit ſuo creditori fructus, commoditatemque penſionis, vt ex ea ſatisfiat; hoc caſu poſſet penſionarius liberè remittere, renunciare, ſeu extinguere penſionem, accedente Apoſtolico beneplacito in præiudicium creditoris ſimplicis conſignatarii non habentis hypothecam ſuper commoditate penſionis; ſimplex enim conſignatio, vt ex fructibus, vel redditibus valeat creditor ſatisfieri, non inducit hypothecam, cum ſit ſolùm quædam deſtinatio, vnde ſit facienda ſolutio, ex adductis per *Salgad.in labyr. credit.part.1.cap.10.num.38.& ſeq.*atque adeò,
108 cum creditor remaneat merè perſonalis, poteſt penſionarius penſionem remittere, ſeu extinguere in ipſius creditoris præiudicium; niſi tamen data opera, & cauſa fraudandi creditores alienet; & fraus ipſa ſit per creditorē probata ad *tot. tit. ff.quæ in fraud. creditor.* & Cod.*de reuoc. his, quæ in fraud. credit.l.1.& per tot. ff.quæ in fraud.creditor. §.item ſi quis in fraudem, inſtit.de action. l.3. §.geſta, ff.quæ in fraud.creditor.* ibi: *Etiam ſi forte data opera, &c. vſumfructum, vel ſeruitutem amittat*; prout in his ſpecialibus terminis arguit *Salgad.in labyr.creditor.dict.par.1. cap. 43. num.38. & duob.ſeqq. & num.42. & ſeq.*

109 Præcipuè, ſi huiuſmodi extinctio fuerit facta ex cauſa merè lucratiua, nulloque pretio recepto, in quo caſu ratione præſumptæ fraudis, & colluſionis, poſſet à creditore, ſiue ceſſionario conueniri Titularis, & poſſeſſor beneficij penſionis onere grauati, vt in ſpecie *Tondut.de penſion.d.q.21.n 30.*

110 Multóque magis, ſi ipſe Titularis rectè ſciens, penſionem eſſe alteri ceſſam, & poſtquàm ceſſionarium agnouerat in creditorem, extinctionem cum penſionario cedente affectauerat, non abſque ſuſpicionis, fraudiſque vehementi præſumptione, *l.ignoti Iuris 5.* cum ibi notatis, *Cod.de reuoc.his, quæ in fraud.creditor. l.3.* Cod*.de nouat*, & in his terminis *Cardin. de Luca de penſion. diſc.68. num.18.*

111 Acerrima etiam eſt quæſtio apud Interpretes, an concluſio initio huius diſputationis firmata, vt creditor in quærendis poſſit præiudicium inferre creditoribus locum ſibi uindicet in præiudicium fiſci, cumque
112 celebris adſit Antinomia duorum Iurium, nam *Vlpianus in l.cum quidam 26.ff.de Iur fiſc.* reſcripſit ibi: *Cum quidam capitis reus emancipaſſet filium, vt hæreditatem adiret, reſcriptum eſt, non videri in fraudem fiſci factum, quod acquiſitum non eſt.*

Contrarium uerò directè reſpondit *Paulus in l.in fraudem 45.in princip ff.de Iur.fiſc.* ibi: *In fraudem fiſci non ſolùm per donationem; ſed quocumque modo res alienatæ reuocantur; idemque Iuris eſt, & ſi non quæratur; æquè enim in omnibus fraus punitur.* Ideòque ualdè Doctorum exagitantur ingenia in prædictis Iuribus conciliandis, quæ ſibi inuicē ſatis apertè aduerſantur; adeòut *Paul. de Mont.Pic.* egregij nominis Iuriſconſultus in repetitione *l.poſt contractum, num.106. ff. de donat.* non dubitauerit aſſerere numquàm aliquem inueniſſe, qui benè prædictis Iuribus ſciret reſpondere; Quinimò eruditiſſimus *Budeus in annot.ad Pandect.ad l.vlt ff.de ædilit.edict.* inter alias implacabiles Antinomias, quas cenſet à Triboniano dormitante conſultò, deditaque opera relictas, exiſtimat eſſe eam, quæ uerſatur inter dictam *l.cum quidam, & l.in fraudem, ff.de Iur.fiſc.* licetque uariæ ſint conciliationes traditæ ab eruditioribus, præcipuè ab *Alciat.lib.3.Parerg.cap.19.Cuiac.lib.8. obſeruat. cap.9. Iul. Pac.leg.conciliat.cent.7. quæſt.75. Nicol.de Genua in conciliat. leg. contrariar. ad l. cum quidam, & l.in fraudem, fol.339.* qui ſeptem intellectus pro reconciliatione earumdem legum enumerat, *Scifordeger. in Ant. Fabr.*

lib.1.tract.9.in princip.& in quæſt.ſeqq. Forner.in l.alienationis, §.qui occaſione, ff.de verbor.ſignific. Nicol.Vall.de reb.dub. tract.12. fol.278.Narbon.de ætat.ann.7.quæſt.42.num. 34.Oſuald.in Not.ad Donell. lib.23. comment. cap.vlt.lit.C.Gratian.cap.132.num.12. vſque ad 19.alijque relati à *Caſtill. lib.5. controu. cap.112.num.43.*

113 Nonnullis exiſtimantibus, regulariter debitorem non committere fraudem in præiudicium creditorum non acquirendo; quomodo loquuntur Iura in *dict.l.qui autem 6 ff. quæ in fraud. credit. & in l. non fraudantur* 177 *ff.de reg.Iur.*cum concordantibus initio allegatis; ſed hanc regulam limitandam eſſe in Fiſco, de quo loquitur *text. in d.l.in fraudem 45.in princip ff.de Iur.fiſc.* prout ita ſentiunt *Bart.& Alberic.in eadem l.in fraudem, Rip.in l.1.num.7.ff.de pignor.*Rebuff.*in l.alienationis verbum 28.col.6.verſ.item fiſco, ff.de verbor.ſignific.Gozadin.conſ.97.num.12.Soccin.Iun conſ.124.num.6.lib.3.Cuiac.obſeruat. lib.8.cap.9.* Boſſ.*diuerſ.tract. tit.de bonor. public.num.29.Peregrin.de Iur.fiſc.lib.5.tit.1.ex num.190.& lib.6.tit.7. num 38. Manſon.de cauſ.exequ.lib.1. quæſt.6. ampliat.8. num.38. Ann.Robert.rer.Iudic.lib.3.cap.12.propè med. Mangel.de imputat.q.4.ex num.5.& num.10.* quos refert *Carlenal. de Iudic. tom.2. diſput. 25.num.8.Rocc.reſponſ.83.n.2.lib.1.*

114 Neque aduerſari aſſerunt *text.in dict. l. cum quidam 26. ff.de Iur.fiſc.* aduertētes cum *Bart.*ubi ſupra, quòd in illo caſu repudiatio non uideatur facta in fraudem fiſci,ut repudians pœnam dupli patiatur, quòdque ibi non erat delata hæreditas Patri, qui repudiauit,ſed filio, & quòd repudians non erat condemnatus, ſed ſolùm inquiſitus; Ideòque nondum erat debitor fiſci, quod poſtremum amplectitur, *Peregrin. de Iur. fiſc. lib.5. tit. de publication. bonor. num.190. & duob. ſeqq.* & poſt eumdem *Gratian.cap.132.num.12.& ſeqq.Rocc. d.reſponſ.83.num.3.lib* 1.

115 Sed huiuſmodi intellectus, præcipuè, quòd repudians non erat condemnatus; ſed ſolùm inquiſitus, eſt apertiſſima diuinatio, illamque egregiè,præ cæteris,reprobat *Tell. Fernand.in l.4. Taur. num.63. verſ.nam ratio poſita*. Reliqui verò intellectus non videntur ſubſiſtere; in eo enim textu Iuriſconſultus generali nititur fundamento,quòd fraus non cenſeatur facta non quærendo, ibi: *Non videri in fraudem fiſci factum,quod acquiſitum non eſt*, quòd abſque dubio commune eſt, etiam reſpectu creditorum priuatorum; ideòque ex huiuſmodi generica ratione omninò excluſæ remanent omnes prædictæ interpetrationes.

116 Alijs diſtinguentibus inter creditores Chyrographarios, & Hypothecarios,quòdque Chyrographarijs non quærendo non fiat fraus, & de his loquatur *text.in l.qui autem,ff.quæ in fraud. credit. cum concordantib.* Hypothecarijs verò non quærēdo fiat fraus, & in illis procedat *text.in dict. l.in fraudem,* agens de debitore fiſci, qui ſemper eſt creditor cum hypotheca, *l.aufertur 46 §.fiſcus, ff. de Iur.fiſc.* Hanc ſententiam docuit *Ancharan.dict.conſ.101.num.8. Neguſ.de pignor. 4 part.num.33.Camill.de Medic.conſ.98. Bern.conſ.45.lib.1.Card.Mant.de tacit.lib.13.tit. 38.num.16.*& de ea meminit *Franch.dict.deciſ.101.num.11.*

117 Sed *Ancharani* opinionem improbant *Rip.in l.conuentio generalis, num.7. ff.de pignor.Fab.de Ann.conſ.76.n.2. Tell.Fernād.ad l.4.Taur.n.57.Franch.d.dec.*101.*n.16.*alijque plures ſuperiùs laudati *num.17.& ſeqq.*quos in præſentia neceſſitas repetere non expoſtulat, ſemperque contra eamdem ſententiam vrget *text. in d.l.cum quidam, ff.de Iur.fiſc.* vbi agens *Vlpianus* de fiſco, qui eſt creditor hypothecarius,reſpondit, illi in non quærēdo fraudem non fieri; prout rectè admonet prædictum intellectum, reprobando *Carlenal.de Iudic.tom.2.lib.1.tit.3.diſp.25. nu.10. & ſeq.*ideòq; ex ſuperiùs allata diſtinctione, nullatenus tollitur Antinomia prædictorum Iurium.

118 Pluribus putantibus,conſtituendam eſſe regulam,iuxta *text.in dict.l.qui autem,ff.quæ in fraud.credit. & d.l.cum quidam, ff.de Iur. fiſc.* vt nullus dicatur fraudem facere creditori priuato, aut fiſco non acquirendo;nihilominus pati limitationem; quoties præcedit contractus, aut materia, quæ,inſpecta bona fide,obliget ad acquirēdum; tunc enim dolum, fraudemque committit, qui non acquirit. & de ſimili caſu loqui Iuriſconſultum in *dict.l.in fraudem,in princip. ff.de Iure fiſc.*quòdque eadem limitatio comprobata remaneat ex altero eiuſdem Iuriſconſulti reſponſo in *l.in fraudem 45 ff.quæ in fraud.credit.*ibi: *In fraudem facere videri eum,etiam, qui non facit,quod debet facere, intelligendum eſt*, cum quo textu concordat alter *text.in l. dolus 44.ff.mandat.l.1.§ non tantùm, ff.de hæredit.vel act.vendit.Io.Fab.in §.manet, inſtit.de ſociet.Cardin* Mantic. *de tacit. & ambig.conuent.lib.13.tit.38.num.3. Franch.dec.* 101.*num.32.* alijque proximè allegandi;atque adeò is, qui,cum debeat acquirere ex bona fide,non acquirit,fraudem facit; ita in ſpecie prædicta Iura conciliando, aduertunt *Guttier.in §.ſui,num.95* Inſtit.*de hæred. qualit.& differr.Aluarad.de coniect.ment.defunct.lib.2.cap.3.§.1.num.29. Paleaz.de* Maiorat.*4.part.quæſt.23.num.137.& ſeqq. Gregor.Lop.in l.12.tit.10.part.5.*verbo *enganoſamente, Azeued.in l.3.tit.10. lib.4. num.140. fol.347.& in l.3.tit.4.num.8. lib.5.* quos refert

fert in ſpecie pro conciliandis prædictis Iuribus, *Carleual.de Iudic.tom.2.lib.1.tit.3.diſput.25.num.12.*

119 Sed huiuſmodi conciliatio videtur etiam inepta; doctrina enim *Io.Fabr. in dict. §.manet, Inſtit.de ſociet.* cum quo proximè allegati pertranſeunt, docentis, quòd, quando præcedit contractus, vel materia, quæ obligat ad acquirendum abſque fraude, vel dolo, non poſſit debitor non acquirere, rectè procedit, & intelligi debet, quando neceſſariò tenetur quis acquirere ex obligatione, aut contractu præcedenti, vel ex legis diſpoſitione; Cæterùm in ſpecie, de qua agimus, ius ad acquirendum non obligat fauore fiſci, neque ex contractu, quem nullatenus præceſſiſſe ſupponimus, neq; ex natura rei, de qua agimus; quinimò expreſsè ius ipſum diſponit contrarium in *dict.l.qui autem, ff.quæ in fraud.credit.& in d.l.cum quidã, ff.de Iur.fiſc.* prout rectè admonet *Caſtill.d.lib.5.controu.cap.112.n.49.& ſeq.*& ita in ſpecie prædictã Iurium conciliationem, exprobrat *Carleual.de Iudic d.lib.1.tit.3.diſp.25.num.14.* optimè aduertens; quòd prædicta ſententia abſtractiuè ſumpta ſit æquitate plena, ſuoque Iudicio vera; ſed quò ad interpetrationem *d.l.in fraudem, verſ.idemque Iuris, ff.de Iur.fiſc.* quòd non videat, quomodò poſſit à diuinatione liberari, dum præſupponit in dicto textu agi de caſu, in quo præcedat cõtractus, aut materia, obligans ad quærendum, de quo ibidem nullum prorſus verbum legitur.

120 Nonnullis affirmantibus, verba illa á Iuriſconſulto adiecta in *d.l.in fraudem*, ibi: *Idemque Iuris eſt, & ſi non quæratur*, non eſſe referenda ad debitorem, ſed potiùs ad eum, in quem fit alienatio; adeònt ſenſus ſit, debitorem fiſco frandem facere, cum alienat bona ſua transferendo in aliam poſſeſſionẽ, & dominium; idemque iuris eſſe, ſi debitor alienet de facto, etiam ſi non quæratur dominium ei, in quem eſt facta alienatio; ita *Alciat.in l.poſt contractum 15.num.38.ff.de donat.* & latiùs, *lib.3.Parergon.cap.19.Vaſq.in 1.2.tom.2.diſp.172.cap.3.num.22.* eruditiſſimus *Verde lib.4. Inſtit. tit. de public. Iudic.num.1960. verſ.nec obſtat l.in fraudem.*

121 Iſta autem interpretatio vim infert litteræ *text.in d.l.in fraudem*, ibi enim nulla mentio de dominio præcedit illud verbum, *Et ſi non quæratur*; Præcipuè, quia, iuxta hunc intellectum, non differret ſecundus caſus deciſus à Iuriſconſulto in illis verbis: *Idemque Iuris eſt, & ſi non quæratur*, à primo initio legis commemorato, per illa verba, *In fraudem fiſci quocumque modo res alienata reuocantur*; ſub uerbo enim alienationis non ſolùm comprehenditur contractus dominij translatiuus; ſed etiam plures alij, ex quibus dominium non transfertur, ueluti conſtitutio ſeruitutis, pignoris, uel hypothecæ, *l.vlt.Cod.de reb. alien.non alien.* atque adeò, ſi in fraudẽ fiſci fuerit conſtituta hypotheca, uel ſeruitus in bonis debitoris fiſci reuocatur hæc alienatio, tamquàm in fraudem fiſci facta, etiam ſi dominium non quæratur ei, in cuius fauorem fuerunt conſtituta; iſteque caſus pertinet ad initium legis; non autem ad illa uerba: *Idemque Iuris eſt, & ſi non quæratur*, ſatiſque uidetur exploratum, duos diuerſos caſus fuiſſe à Paulo Iuriſconſulto propoſitos in *d. l.in fraudem in princip.* ideoque *Alciat.* intellectum meritò reprehendit *Cuiac. obſer.lib.8.cap.9. Carleual.de Iudic.tom.2.lib.1.tit.3.diſp.25.n.7.*

122 Alij etiam diſtinctionem adhibent inter creditores ex cauſa lucratiua, & ex cauſa oneroſa, ut nempè, ſi creditores ſint ex cauſa lucratina, debitor non quærendo fraudem non faciat, ſiue creditor ſit priuatus, ſiue fiſcus, quòdque ad hanc ſpeciem pertineant Iura in *d.l.qui autem, ff.quæ in fraud. credit. & in dict. leg. cum quidam, ff. de Iur.fiſc. & in leg. 1. §. vtrum, ff.ſi quid in fraud. patron.* nam Fiſcus in pœnis cauſam agit lucratiuam, prout notat *Zaſ.in l.1.num.41.ff.ſolut.matrim.* ibique *Iaſ.num.37.Cuman.n.11 Neguſ.de pignor.2 part.memb.4.num.117.& ſeq.Peregrin.de Iur.fiſc.lib.7. tit.3.nu.45. Caball.reſolut. crimin.cent.1, caſ.56. num.121. in fin.cent.3.caſ.201. num.48. & ſeq. & caſ. 203. numer. 12. Angel. in Summ.* uerbo, *Pœna, num.13. in fin.* alijſque relatis, *Carleual.de Iudic.tom.2.lib.1.tit.2.diſp.1.num.26. circa med.verſ.cum verò fiſcus agit pro pæna;* Prout etiam Patronus in ſucceſſione liberti agit de lucro captando.

123 Non enim eſt nouum in Iure, ut diſpar ſit conditio eius, qui agit de lucro captando, & illius, qui agit de damno euitando; prout ſunt Iura in *l.vlt.in fin.Cod de codicill.* ibi: *Non enim par, eademque ratio videtur, amittere debita, & lucra non capere, l.vltim. §.licentia, Cod.de Iur.delib.l fin.in fin.Cod.de acquir.& retin.poſſeſſ.* ibi: *Cum Dominus de damno periclitetur, non, cum ſibi lucrum per ſeruum acquiri deſiderat, l Proculus, ff.de damn.infect.l.inter eos 19.§. is quoque, leg.ex hæreditatum.49.§.1. in fin. ff.de re iudic.* ubi debitum ex donatione comparatum cum debito ex cauſa oneroſa, quod dicitur eſſe uerum debitum, ſignificatur, non eſſe uerũ, rectèque confert elegans *text.in l.ſi quis pro Vxore 21.in princip. ff.de donat. int. Vir, & Vxor. & in l.rem legatam 18.ff. de adim. legat.*, ubi ait Iuriſconſultus, in neceſſitatibus neminem liberalem exiſtere, quo loquendi modo, non ſolùm ſignificatur, non cenſeri liberalem, qui ex neceſsitate compellitur, & non donare, qui neceſſarijs ſuccurrit one-

ribus; ſed quòd conſequens etiam eſt, neminem ad donandum neceſsitate compelli ad acquirendum, quæ donet.

124 Si uerò agatur de creditoribus ex cauſa omninò oneroſa, non quærendo fiat illis fraus; debitores enim ex cauſa oneroſa, ſi ius naturale, bonamque fidem inſpicere uelimus, tenentur acquirere bona, quibus ſatisfaciant ſuis creditoribus, etiam ex propria induſtria, nedum obuenientia lucra amplecti, & non repudiare, ex traditis per *Molin. de Iuſtit. & Iur. tract. 2. diſp. 435. n. 10. in fin. Sanchez. de matrim. lib. 6. diſp. 4. nu. 9. Paſchal. de patr. pot. p. 2. cap. 4. n. 174. verſ. ſed cum hæc repudiatio, Vaſqu. in primam ſecundæ tom. 2. diſp. 172. cap 3. n. 15. Franc. de Petr conſ. 59. n. 15.* Gratian. *cap. 271. n. 25.*

125 Ob quas rationes aſſerunt, ſubſtineri poſſe ſententiam Senatus Caſtellæ relatam per Gregor. *Lop. in l. 12. tit. 10. part. 5.* editam contra illum, qui, cum iniurioſè percuſſerit, quemdam in manu, ex quo vulnere illi manus ſuit abſciſſa; fuit condemnatus per Iudicem, ut pro damno illato daret duo millia percuſſo, cumque poſt latam ſententiam ſuperueniſſet percuſſori hęreditas matris ſatis opulenta, illamque repudiaſſet, fuit pronunciatum, quòd exequutio fieret in bonis maternis, nullatenus attenta repudiatione, quaſi in fraudem facta; licet non ageretur de pęna fiſcali titulum præſeferente lucratiuum; ſed de reſtauratione damni illati uulnerato, quòd debetur ex cauſa oneroſa, *Farinac. de falſit. qu. 164. num. 87. Alfar. de offic. fiſcal. gloſ. 34. num. 133. Acoſt. de priuileg. credit. in præfat. ad reg. 1. num. 96.* Larrea *deciſ. Granat. 55 num. 12. & ſeqq.*

Ideóque, quamuis *text. in d. l. qui autem 6. in princip. ff. quæ in fraud. credit. & in dict. leg. in fraudem 45. ff. de Iur. fiſc.* conſtituant duas regulas generales contrarias, temperandæ ſunt ex prædicta diſtinctione, vt, ſcilicet, regula *d. l. qui autem* intelligatur de debitoribus obligatis ex cauſa lucratiua, Regula verò *d. l. in fraudem*, de debitoribus ex cauſa oneroſa, cum non ſit nouum, alias leges ex alijs limitari, & declarari, *l. quamuis 11. ff. de in ius vocan. leg. vnam 23. ff. de petit. hæredit. l. 1.* vbi Soccin. *num. 1. & ſeq. ff. de reb. dub.* Bart. *in l. 1. num. 6. ff. de offic.* Procur. *Cæſar.* Rip. *ad digeſt. vet. tit. de Iur. gent. ciuil. ſiuè ſtatutar. reſp. 5. num. 24. & ſeq.* Et in ſpecie prædictis Iuribus in *d. l. qui autem, & d. l. in fraudem*, ſibi inuicem aduerſantibus hunc intellectum tradit Carleual. *de Iudic. d. tom. 2. lib. 1. tit. 3. diſp. 25. num. 15. & duobus ſeqq.* Rocc. *d. reſp. 83. n. 5. & ſeq. lib. 1.*

126 Sed huiuſmodi diſtinctio à Carleual. tradita inter creditores ex cauſa lucratiua, & oneroſa eſt valdè commendanda in foro interiori, & tamquàm tutior admittenda, ex benè deductis per *Molin. Sanchez. Paſchal. Gratian.* & alios per eumdem *Carleual.* allegatos firmantes, debitorem repudiantem in præiudicium creditoris mortali labe eſſe pollutum, cum non ſolùm teneatur ſoluere creditoribus; ſed etiam aſſumere media, conſueta, & facilia, quibus poſſit ſoluere, quibus addendi, *Nauarr. de reſtit. lib. 3. cap. 7. num. 113. Gratian. cap. 271. num. 25. Hodier. in l. hac edictali. qu. 35. nu. 31. Olea de ceſſion. Iur. tit. 2. quæſt. 3. num. 35.* Card. *de Lugo de Iuſtit. & Iur. diſp. 20. num. 137. Corr. de purit. ſanguin. part. 1. cap. 17. num. 25.* Bonacin. referens deciſum in Collegio Pœnitentiariæ *tit. de reſtit. diſp. 1. quæſt. 8. punct. 2. num. 30.* Tancred. *de matrim. lib. 6. qu. 4. Dicaſtill. de Iuſt. & Iur. lib. 2. tract. 2. diſp. 11. dub. 8. num. 91. Epiſc. Aſſlic. contron. 18. num. 5.* Rocc. *d. reſp. 83. lib. 1.* Capic. Latr. *deciſ. 8. num. 13. & ſeq.* ibique Gipt. *n. 42. & ſeqq.* alijſque relatis *de Luca ad Franch. deciſ. 101. numer. 8. & ſeqq.* quidquid in contrarium non rectè ſentiant *Tell. Fernand. in l. 4. Taur. nu. 9. Prat. diſcept. Forenſ. 34. nu. 40. & obſeru. 56 per tot. P. Stephanus à S. Gregor. de Iuſtit. tom. 2. de donat. cap. 13. nu. 11.* eruditiſſimus *Epiſc. Caramuel. in Theolog. fundamental. ſuper regul. leg. non fraudantur, num. 1252. & ſeqq.*

127 In foro tamen exteriori; de quo in pręſentia eſt ſermo, non videtur vllo Iure amplectenda, vtpotè nimis reſiſtens generali ſententiæ textus in *d. leg. qui autem 6. ff. quæ in fraud. credit.* ubi *Vlpianus* generaliter, & indiſtinctè permittit debitoribus repudiare legatum, neque ullam in re propoſita agnoſcit differentiam inter creditores ex cauſa lucratiua, & oneroſa; prout in ſpecie reprehendendo prædictam Carleual. diſtinctionē, optimè aduertit olim egregius Pręceptor meus in Neapolitana Academia, *Arias de Meſa Var. lib. 2. cap. 41. num. 26. & ſeq.* ubi quòd Senatus Neapolitanus illam noluerit approbare, *Olea de ceſſ. Iur. tit. 2. qu. 3. num. 34.* Gipt. *ad Capyc. Latr. deciſ. 8. n. 14. & ſeq. de Franch. dec.* 101. *n. 7.*

128 Prædictaque ſententia Senatus Caſtellæ relata per *Gregor.* Lopez, loco proximè laudato, meritò reprobatur, etiam ab Hiſpanis, præcipuè ab *Azeued. ad leg. non. recompilat. lib. 4. tit. 10. l. 3. num. 141. tom. 2. Caſtill. lib. 5. contron. c. 112. n. 50.* & ex Italis *à Caren. reſol. 202. n. 24. verſ. neq; obſtat deciſio Conſilij Caſtellæ.*

129 Neglectis igitur prædictis intellectibus traditis ſupradictis Iuribus in *l. qui autem 6. ff. quæ in fraud. credit. & in l. in fraudem 45. ff. de Iur. fiſc.* ad conciliandam eorumdem Antinomiam, quæ re vera eſt maxima in eaſum ſententia, quòd fiſcus reſpectu quærendorum, quæ reus repudiauit, ad inſtar priuati nullum ius habeat, adeòut reus crimi-

nis

nis antè, & poſt ſententiam condemnatoriam poſſit iura ſibi delata, & non dùm quæſita repudiare; ideòque reſpectu fiſci, quò ad exactionem mulctæ vel pœnæ, nullum verſetur ſpeciale, ex eo, quòd debitor noluerit acquirere; prout optimè, reiectis contrarijs, comprobat Tell. Fernand. in l.4. Taur. ſub num.63. verſ. nam ratio poſita, vbi admodùm eruditè, & ſingulariter aduertit in hæc verba: *Nam in d.l. qui autem iam fatemur verum creditorem, & repudiantem verum debitorem, ſiue ex ſententia, ſiue ex contractu; ſed ex ſententia nihil aliud inducitur, niſi quòd fiſcus ſit creditor, & delinquens debitor; ſed ex d.l. qui autem definitur, quia edictum fraudationis cauſa geſtum, ſolùm renocat diminutionem patrimonij, non autem repudiationem eius, quod noluit acquirere; ſed hæc ratio ita militat in fiſco, ſicut in priuato, igitur cur confugimus ad ſpecialitatis ſubſidium?* idemque ex eiſdem fundamentis, & rationibus amplectitur optimè Sanchez tom.1. de matrim. lib.6 diſp.4. ſub num.8. & ad Præceptar. Decalog. lib.2. cap.14 num.13. tom.1. Oſuald. ad Donell. lib.23. cap. vlt. col.1. in fin. fol.320. Caſtill lib.5. contron. cap.112. nu 43. verſ. alij denique, Auendan. in l 4. Taur. gl.7. num.6. Mierez. de Maiorat. part.4 qu.23. num. 140. Azeued. ad leg. non. recompilat. lib.4. tit. 10. leg.3. num.141. tom.2. Verde lib.4. inſtit. tit. de public. Iudic. num.1959. Guazzin. de confiſc. bonor. concluſ.13. limit.25. num.12. & ſeq. Tondut. lib.2. quæſt. ciuil. cap.153. nu.12. Olea de ceſſ. Iur tit.2. qu.3. num.16. vbi, quòd id ſit veriſſimum, Arias de Meſa Var. lib.2. cap.41. num.12. alijſque pluribus congeſtis, Giurb. ad conſuet. Meſſan. part.1. cap.5. gloſ.8. num.11. & 13. Prat. obſer.15. à num.13. vſq; ad 43. Caren. reſolut.202. num.10. & 12 verſ. quia Iura. Cutell. de donat. tract.1. diſc 2. partic.2. num.27. & ſeqq Franch. deciſ.101. n.6. qui omnes latè reſpondent text. in dict. leg. in fraudem. ff. de Iur fiſc.

130 Quidquid in contrarium aberrantes à communi dixerint Angel. in l. poſt hac, nu 4. Cod. de bon. præſcript. Peregrin de Iur fiſc. lib. 5. tit.1. num.181. Farinac de falſit. quæſt.164. num.87. Larrea deciſ. Granat.55. n.12.

131 Quæ ſententia contra fiſcum retenta, non aduerſatur text. in d.l. in fraudem 4. ff. de iur. fiſc. veriſſimâ enim exiſtimo interpretationem, quam poſt Gloſ. egregiè tradidit Tell. Fernand in d l 4. Taur. num.64. cuius notabilia uerba liceat hic tranſcribere: *Difficultas ſtat nunc in reſponſione text. in d.l. in fraudem, & ſi Gloſ. credimus in d. leg. in fraudem, nòn loquitur in Iure quærendo ex cauſa, quæ numquàm fuit, ſed ex propria cauſa, & proprijs bonis fiſco incorporatis, & ſecundùm hoc dicitur in fraudem facere, ſi non quæratur; hoc eſt, quando aliquis fuit cauſa, vt non quæratur fiſco id, quod iã erat delatũ fiſco, non tamen quæſitũ, nec incorporatũ, & hęc eſt ſolutio Gloſ. in d.l. in fraudem. Et, vt clariùs hoc conſtet in fraudem fiſci renocantur non ſolùm, quę facta ſunt per donationem, ſed quocumque modo res alienata; Hæc eſt prima pars legis, quæ correſpondet bonis fiſco incorporatis, & pœna huius fraudantis eſt quadruplum ſecundùm text. in leg.2. Cod. de Iur fiſc. lib.10. Secunda pars legis eſt; Idemque Iuris eſt, & ſi non quæratur, quæ corre pondet rebus delatis; non tamen incorporatis, & de hoc eſt text in l. aufertur, §. qui aliquid. ff. de Iur fiſc. & hoc caſu in fraudem legis feciſſe videtur, qui fecit, vt non quæreretur; non tamen loquitur de repudiante, ſed de impediente acquiſitionem, & ſic gloſ intelligit d.l. in fraudem in bonis delatis.* Et paulò inferiùs idem Tell. Fernand. ſubdit: *Et ſecundùm hoc nihil contrariantur Iuriſconſulti, nec aliquid ſpecialitatis in fiſco datur; ſed omnium æqua eſt conditio.* Eodemque modo textum prædictum interpretrantur Oſuald. ad Donell. libr.23. cap. vlt. fol.320. in fin. ubi reprobat intellectum Cuiac. lib.8. obſer. c.9. Caſtill. lib.5 contron. dict. cap.112. num.43. antè fin. verſ. in ipſa quoque ſententia, & in hunc eumdem intellectũ uidetur proximè conuenire, licet ſuboſcurè, Arias de Meſ. Var. d. lib.2. cap.41. num.13.

132 Denique ad hanc materiam ſatis abſonam exiſtimo ſententiam Capon. de pact. cap. 6. num.54. affirmantis, quòd ualeat debitor
habens creditorem anteriorem paciſci cum
133 poſteriore, ut idem poſterior in acquirendis præferatur, iura enim per eumdem Capon. allegata in l. patrem 19. & l. debitorem 20. ff. quæ in fraud. credit. nullatenus adaptantur, cum ex ſupra firmatis, loquantur de remiſſione Trebellianicæ, & Falcidiæ, in quibus, utpotè acquirendis, nullum prorſus ius creditoribus poteſt dici quæſitum, quinimò prædicta ſententia directè aduerſatur apertiſsimis regulis Iuris potiſsimùm diſpoſitioni text. in l. fin. C. qui potior. in pignor.
in qua reperitur ſancitum, ut in quęſitis poſt
134 ſecundam obligationem ſit præferendus creditor anterior, futura enim bona explorati iuris eſt, quód ueniant in generali hypotheca l. fin. Cod. quæ res pignor. oblig poſſ.
135 quòdque debitorum pactionibus iura anteriorum creditorum mutari nequeant, cũque per priorem hypothecam iam fuerit ius quęſitum creditori ſuper bonis acquirendis, illud ſine eiuſdẽ creditoris cõſenſu tolli nõ ualeat, ita in ſpecie, poſt Card. Mant. de tacit. lib.11. tit.4. n.8. Molfeſ. ad Conſuet. Neap. tom.3. p.15. qu.6. num.10. aduertit de Luca ad Franch. d. deciſ.101. n.25.

AR-

ARGVMENTVM.

Hæredis bona, an, & quando comprehendantur ſub hypotheca per defunctum contracta, latiſſimè agitur, pluribus adhibitis diſtinctionibus complectentibus totam ferè huiuſmodi materiam; Et quatenus ſub eadem veniant hypotheca, præcipuè in obligatione Camerali, an id procedat, ne dum quò ad immediatos; ſed etiam quò ad mediatos, vlterioreſque hæredes, Et an, & quando appellatione hæredum, tàm in diſpoſitionibus Teſtamentarijs, quàm in contractibus, veniant tantummodò hæredes immediati; non autem mediati.

SVMMARIVM.

1 Sub hypotheca per defunctum contracta, bona hæredis regulariter non intelliguntur comprehenſa; niſi ita expreſsè fuerit actum, & num. 57. & 77.

2 Idque procedit, ne dum in hypotheca expreſſa, ſed etiam in tacita, & legali.

3 In generali bonorum obligatione intelligi debet, vt quis obligare voluerit ſua bona præſentia, & futura; non verò, quæ ſua non ſunt, neque vmquam ſunt futura.

4 Sola pignoris conuentio, pignoratitiam actionem, ſiue directam, ſiue vtilem, inducere valet.

5 Teſtator de bonis hæredis diſponere poteſt, ſicuti de proprijs, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos.

6 In bonis hæredis, ad hoc vt vindicet ſibi locum hypotheca ad fauorem creditorum defuncti, quænam ſint neceſſaria.

7 Referuntur auctoritates affirmantes, Teſtatorem, neque etiam expreſsè bona hæredis poſſe obligare.

Pugnantes hinc inde ſententiæ ad concordiam reuocantur.

8 Conciliatur Antinomia Iurium in l. aliena, ff. de pignor. action. & in l. ſi fundus, §. 1. ff. de pignor.

9 Ratificatio expreſſa pignus confirmat, licet obligatio confirmàtis, ſeu ratum habentis nomine facta non fuerit.

10 Tacita ratificatio, quæ fit, cum quis obliganti bona ſua ſucceſſit, nullatenus confirmatur ratificatione.

11 Defunctus, ſi bona propria hæredis expreſsè obligauerit, & pro eo de rato promiſerit; tunc per ſucceſſorem pignus confirmatur.

Conciliatur Antinomia Iurium in l. rem alienam, ff. de pignorat. act. & in l. ſolutum, §. ſolutum ff. de pignor.

12 Hæres ſimpliciter adeundo, cum hæreditarijs creditoribus quaſi contrahere videtur.

13 Indeque tenetur perſonali actione, cui hypothecaria accedit.

14 Intellige, vel in legatis, ſeu fideicommiſſis.

15 Vel, quatenus extendi etiam debeat ad contractus, requiritur expreſſa obligatio hæredum facta per defunctum.

16 Quaſi contractus, ex quo perſonalis oritur actio, non prouenit ex hæredis aditione, ſed potiùs antiqua obligatio, qua defunctus tenebatur, in ipſum transfertur hæredem ipſius perſonam repræſentantem, & num. 19.

17 Intellectus Iurium in l. cum alio, ff. de re iudicata, & in l. ex maleficiis, §. hæres, ff. de action. & obligat. & in §. hæres, Inſtit. de action. quę ex quaſ. contract.

18 Defuncti obligatio, quoties ad bona propria eſt reſtricta, per aditionem ad bona hæredis extendi non valet, ne plus operetur quaſi contractus, quàm ipſe contractus.

19 Hæres, quamuis perſonali teneatur actione; non tamen ex hoc inferri valet ad hypothecariã, & de ratione, & ſupra num. 16.

20 Hæredis bona nullatenus dici valent bona defuncti.

21 Non data expreſſa obligatione bonorum hæredis facta per Teſtatorem, hæres abſque inuentario non tenetur in bonis proprijs actione hypothecaria; ſed ſolùm perſonali pro implenda Teſtatoris voluntate.

22 Reprobatur Io: Andr. de Georg. allegat. 41. num. 14.

23 Adminiſtrator doloſus actione tenetur hypothecaria ſpeciali fauore pupilli, aliorumque per ſeipſos adminiſtrare non valentium.

24 Idque in aliquorum ſententia extenditur ad quemcumque doloſum adminiſtratorem.

25 Contrarium alij affirmant.

26 Hypotheca nunquàm à Iure cenſetur inducta, niſi in caſibus à Iure expreſſis.

27 Hypotheca tacita, iuxta aliquorum opinionẽ, fideicommiſſario competit in bonis hæredis beneficiati grauati pro fideicommiſſi reintegratione, ratione bonorum, quæ fuerint diſtracta, ſeu aliàs malè adminiſtrata.

28 Referuntur Auctores contrarium ſentientes.

29 De diſtinctione Rotæ inter hæredem grauatum doloſum, & non doloſum, vt ſcilicet in primo caſu procedat prima ſententia, in altero verò ſecunda.

30 De huiuſmodi diſtinctione eſt valde dubitandum.

31 Hypotheca tacita non competit ſuper bonis furis pro rebus furatis.

32 Hæres beneficiatus grauatus, non expectata purificatione conditionis reſtituendi hæreditatem, cenſetur tam reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis, quàm etiam creditorum, & legatariorum ab initio, & indefinitè verus adminiſtrator hæreditatis, tamquàm iacentis, ac ſi nunquàm fuerit adita.

33 Ideòque eſt omninò exemptus ab obligatione ad debita hæreditaria in bonis proprijs, ac vltra vires hæreditarias.

34 Hæres Beneficiatus, dum ex beneficio Inuentarij releuatur immunis, dum hæres ſimplex non releuatur, debet in altero grauari, quò ad hypothecam tacitam in eius bonis competentis ratione adminiſtrationis.

35 Hypotheca tacita à Iure eſt inducta fauore illorum, qui per ſeipſos bona adminiſtrare non poſſunt.

36 Idemque aſſerendum in Curatore furioſi, prodigi

digi.aliiſque omnibus curatoribus.

37 Prout in Patre legitimo adminiſtratore bonorum filij.

38 Nec non in Prælato fauore Eccleſiæ, in adminiſtratore Ciuitatis, & Hoſpitalium, aliorumque locorum piorum.

39 Hypotheca tacita in prædictis caſibus à Iure diſpoſita, cenſeri etiam debet inducta in legali adminiſtratore, qualis dici debet hæres grauatus beneficiatus.

40 Creditores hæredis, qui ante aditionem cum ipſo hærede contraxerunt, quoties teſtator bona hæredis expreſsè obligauit, an præferendi ſint creditoribus Teſtatoris, licet prius cum eodem Teſtatore contraxerint, & Teſtator bona hæredis anteà obligauerit.

41 Hypotheca legalis in bonis legitimi adminiſtratoris non deſumitur ex tempore, quo alienationes, vel alij actus adminiſtratorij fiant; ſed ex tempore, quo adminiſtratio fuit ſuſcepta.

42 Inuentarij beneficium non ſuffragatur, quoties Vires ſuppetunt hæreditariæ, ipſeque hæres de bonis hæreditarijs habet in manibus, tàm verè, quàm æquipollenter, quia diſtraxit. & num. 45.

Infra limites virium hereditariarum paria ſunt inuentarium adeſſe, vel non adeſſe.

43 Ideòque poteſt agi contra hæredem beneficiatum, etiam quò ad perſonam, & bona propria, non redditis rationibus de his, quę in Inuentario fuerunt deſcripta.

44 Quando decernitur, exequatur contra perſonam, & bona propria hæredis beneficiati, non dicitur, quòd ex tunc fiat hæres obligatus ad bona defuncti; ſed eſt declarare id, quod àb initio ex tempore aditionis ineſſe dicebatur.

45 Reprobantur addent. ad Burat. & Rot qui videntur aſſerere, ſuperiùs firmata non procedere in hærede beneficiato.

46 Inuentarium, quatenus ſuppetunt vires hereditariæ, nullam præſtat Immunitatem, nam hæres adeundo cum Inuentario, aut ſine, confirmat diſpoſitionem rei proprię a Teſtatore factam.

47 Quando quis ſimpliciter obligat ſe, ſuoſque heredes, in hoc caſu bona heredis non veniunt; ſola enim perſonalis obligatio dici debet inducta.

48 Bona hæredis non dicuntur obligata per clauſulam, cum poteſtate capiendi propria auctoritate bona ſua, ſuorumque hæredum.

49 Obligant ſi aliqui ſeipſos, & hæredes, & bona eorum omnia, non veniunt bona eorumdem hæredum, cum prædicta verba poſſint intelligi de bonis promittentium.

50 Dictio relatiua eorum, vtpotè vniuerſalis, licet ſit habilis ad comprehendendas perſonas omnes paulò ante numeratas; nihilominus eſt reſtringenda ad agentes, exceptis tamen hæredibus.

Expenditur ad id textus ſingularis in l. properandum, § fin. Cod. de Iudic.

51 Reprobatur de Luca ad Franch. decis. 321. num. 6.

52 Si quis obliget ſeipſum, hæredes, & bona eorum omnia, bona hæredum abſque difficultate veniunt; dictio enim eorum, quoties vnus eſt agẽs, ad ipſum non eſt referibilis.

53 Reprehenditur Barbat. contrarium aſſerens, qui malè intellexit, & exemplificauit deciſionem de Franchis 321.

54 Obligat quando quis ſeipſum, hæredes, & bona omnia, & quæcumque; tunc veniunt etiam bona hæredum.

55 Prædicta verba, quoties continent clauſulam cæteratam, licet poſſint recipere interpretationem circa qualitatem, & quantitatem bonorum præſentium, ſcilicet, & futurorum, mobilium, & immobilium in aliquorum ſententia.

56 Poſſunt tamen pugnantes opiniones conciliari, vt prima ſententia procedat, quoties non adeſt clauſula cæterata, ſecunda verò ſtante clauſula cæterata.

57 Obligatio bonorum hæredum cum ſit res odioſa, valdèque exorbitans, omnis poſſibilis interpetratio eſt capienda pro illius excluſione.

In dubio bona heredis non præſumuntur obligata.

58 Bona hæredis, ad hoc, vt dici valeant comprehenſa ſub hypotheca defuncti, debet de illis incontrouertibilis fieri expreſſio, & num. 1.

59 Quoties quis obligans ſeipſum, hæredem, & bona, addiderit clauſulam cæteratam, cæteratio non eſt extendenda ad bona hæredis, cum dicta clauſula contineat qualitatem bonorum, videlicet mobilium, & immobilium: Vel quantitatem, ſcilicet, non ſolùm præſentium, ſed futurorum.

60 Obligationis Cameralis formula quænam ſit.

61 Obligatio Cameralis regulariter comprehendit etiam bona hæredum.

62 Intellige, vt id procedat, niſi ex natura contractus, ſubiectaque materia, nec non ex facti circumſtantijs, conſtet, quòd obligans ad bona propria ſe reſtringere voluerit, & num. 67.

63 Veritati cedere debet præſumptio.

64 Deciſiones Rotę 136. & 137. poſt Pacific. de Saluian. interdict. firmantes, ſub obligatione Camerali non venire bona hæredum, in quibus terminis ſint intelligendæ.

65 Obligatio Cameralis per donantem adiecta pro obſeruantia donationis, an, & quando dici debeat reſtricta ad ea bona, quæ ſaltem in contractu veniebant, & non ad bona hæredum.

66 Quoties debitor ſub obligatione Camerali ſeipſum, eiuſque hæredes, & omnia, & ſingula bona, &c. obligauit, an intelligi debeat de bonis mobilibus, & ſemouentibus, & num. ſeqq.

67 Extendi id dicitur quod eſt.

68 Obligatio Cameralis, licet regulariter operetur comprehenſionẽ bonorum hæredum; id tamen intelligi debet, quando apparet de voluntate promittentis; nam clauſula Cameralis eſt variabilis ad ſenſum contrahentium, & num. 61.

69 Clauſula Cameralis, ſi eſt tota in imbreuiatura, puta, ſi fuerit dictum, quòd debitor obliget in forma Cameræ ſeipſum, ac hæredes, & ſucceſſores, ac omnia, &c. tunc veniunt bona hæredum.

Idemq; aſſerendum, ſi fuerit dictum, pro quibus, &c. ſe in forma Camerę obligauit, &c.

70 Conciliantur dec. Rotæ poſt Zacchiam de obligat. Camer. 339. & Dunozetti Iunioris 576. quæ videntur ad inuicem pugnare.

71 Hypotheca bonorum hæredis comprehenſa ſub obligatione Camerali, an capiat bona, non ſolùm immediati ſed etiam mediati hæredis, & de Auctoribus de hac quæſtione agentibus.

72 Hæres hæredis Teſtatoris eſt etiam heres. Intellige vt num. 97.

Ideòque in diſpoſitione faciente mentionem de hærede, non vindicat ſibi locum regula de-

ſum-

ſumpta ex l.Boues, §.hoc ſermone, ff.de verbor. ſignificat.

Idque procedit vſque ad milleſimum hæredẽ.

73 Teſtator, ſi ordinauit fideicommiſſum ad fauorem ſui hæredis, & voluerit, quòd res alteri legata poſt obitum legatarij redeat ad ſuum hæredẽ, non intelligitur ſolùm de primo hærede, ſed etiam de hærede hæredis, & alio vlteriori.

Ideòque per prædeceſſum primi hęredis ſcripti ante legatarium fideicommiſſum non caducatur, ibid.

74 Res, quæ ex diſpoſitione teſtatoris pertinent ad aliquem ad tempus, poſt illud tempus redire debent ad hæreditatem.

75 Hæredum Teſtatoris mentio in grauaminibus non ſolùm primos, ſed vlteriores etiam hęredes complectitur.

76 Idemque procedit in diſpoſitione habente ſtrictam ſignificationem.

77 Prout in conditionibus, quæ, cum ſint etiam ſtricti Iuris, in forma ſpecifica impleri debent.

Reprobatur Decius contrarium aſſerens.

78 Idem dicendum in contractibus, in quibus vlteriores hæredes in infinitum continentur.

79 Bona hæredis non veniunt ſub hypotheca per defunctum contracta, niſi id expreſsè fuerit actũ, & num. 1. & 57.

80 Hypotheca ab obligatione Camerali reſultans non oritur ab explicita defuncti voluntate, ſed potiùs per fictionem, vel preſumptionem.

81 Hæres, licet cenſeatur eſſe eadem perſona cum defuncto, non tamen hæres hęredis, propter mediam perſonam, quæ extremorum habilitatem tollit, nam alioquin eſſet coniungere plures fictiones.

82 Plurium fictionum, ſeu ſpecialitatum concurſus non eſt permittendus.

83 Fictio eſt contra veritatem, ideòque Ius quoddam ſingulare nuncupatur.

84 Fictio, quantùm fieri poteſt eſt reſtringenda, neque vllo Iure extinctionem patitur.

85 Legis Corneliæ fictio confirmans Teſtamentum principale ad Tabulas pupillares non extẽditur.

86 Fictiones ſunt reſtringendæ, vt non habeant locum, niſi in eo effectu, ad quem ſunt inuẽtæ, neque ad conſequentiam ſunt producendæ.

87 Pro abſurdo euitando, nè detur proceſſus in infinitum, nihilque ſit immune ab hypothecis, verbum hęres de primo tantùm intelligi debet.

88 Hęredum appellatione veniunt tantùmmodò immediati, non autẽ mediati, & vlteriores, quoties agitur de materia exorbitanti.

89 Hęredi, ſi reperiatur impoſita pœna, non afficit hęredem hęredis.

90 Prohibitio facta hęredi ſcripto, nè alienet, non intelligitur facta hęredi hęredis.

91 Parens binubus non tenetur reſeruare filijs prioris matrimonij, id, quod eſt conſequutus ex mediata ſucceſſione; ſed ſolùm ex immediata.

92 Renuncians bonis, vel ſucceſſioni paternę excluditur à ſucceſſione immediata; non autem mediata, ideòque ſuccedit fratri, etiam in bonis, quę in ipſum à Patre obuenerunt.

93 Vſusfructus, ſi relinquatur etiam hęredi, cum id aduerſetur naturę vſusfructus, nè exorbitantię multiplicentur, intelligi debet de primo; non autem de vlteriori hęrede.

94 Idemque procedit in ceſſione Vſusfructus per contractum.

95 Prouiſio, ſi ſit facta per Teſtatorem hæredi ſuo, eſt referenda ad hęredem ſcriptum in Teſtamẽto; non autem ad hęredem hęredis, vel ad Patrem, vel ad dominum, qui ex perſona filij, vel ſerui factus ſit hæres.

96 Idque ob eam cauſam, vel quia ex Teſtatoris Iudicio non veniunt, ſed ex lege, ſiue ordinatione hæredis ſcripti, atque adeò ex caſu fortuito.

Vel quia incertus eſt hęres hæredis.

97 Filius, ſeu illius hęres, licet non poſſit conqueri de alienationibus bonorum, quãdo remanet, quãtum ſit portio legitimę.

In aliquorum tamen ſententia id procedit tantùm in primo hærede; non autem in hærede hęredis.

98 In pace, ſiue in promiſſione de non offendendo, licèt veniant hæredes actiuè, & paſſiuè, vt quia de eis fuerit facta expreſſa mentio; non tamen veniunt hæredes in infinitum; ſed tantùm primi hæredes.

99 In ſtatutis, præcipuè exorbitantibus, appellatione hęredum veniunt primi hæredes; non autem vlteriores.

100 Gabella ſoluenda pro legatis, non comprehendit, niſi primos ſucceſſores tantùm; non autem ſubſtitutos.

101 Nomen hæredis cõtinet hæredem hęredis, vel in vltimis voluntatibus, vel quatenus procedat, etiam in contractibus, intelligi debet, quando, nempè, multiplicitas fictionum non aduerſatur.

102 Inuentarij Beneficio non ſuffragante, ad debita, aliaque onera primi defuncti, non ſolùm primi; ſed etiam vlteriores hæredes tenentur.

103 Intellige, ut id proueniat, quia debitum defuncti eſt effectum debitum proprium primi hæredis ex quaſi contractu ab aditione reſultante.

104 Ficta, ſeu pręſumpta voluntas primi defuncti ex obligatione Camerali ſolùmmodò deducta trahi non debet ad bona ſecundi, vel vlterioris hęredis.

CAPVT L.

DE duabus potiſſimùm inſpectionibus in præſenti diſputatione agendum; Altera an, & quando bona hæredis cadant ſub hypotheca per defunctũ contracta: Altera uerò, quatenus ſub eadem hypotheca comprehendãtur, an id procedat, nedum quò ad immediatos; ſed etiam quò ad mediatos, vlterioreſque hæredes.

1 Quò ad primum, præmittenda eſt receptiſſima Iuris propoſitio, quòd regulariter ſub hypotheca per defunctum contracta bona hæredis non poſſint intelligi comprehenſa; niſi ita expreſsè fuerit actum, ex celebri Pauli Reſpõſo in *l. Paulus 29. ff. de pignor. &*

hy-

Digitized by Google

hypoth.ibi: Sed ea, quæ ex bonis defuncti non fuerunt, ſed poſteà ab hærede eius ex alia cauſa acquiſita ſunt, vindicari non poſſe, ibique Bald.num.1.gloſ.in l.aſſiduis, verbo licet, verſ.item bona propè fin. ibique Bart. num.8. & 9.Bald.num.13. Cod. qui potior. in pignor. habeant.Chriſtofor. Caſtellion. conſ.4.num.6. Loffred.conſ 32.num.15.Neguſ.de pignor. par. 2.memb.2.num.53.verſ.ſecundò limita,Card. Mant.de tacit.lib.11.tit.4.numer.16.Gratian. cap.225.nu.75. Fontanell. de pact.nupt.clauſ. 4.gloſ.5.num.54. Merlin.de pignor.lib.2.tit.1 quæſt.15.num.1.Giurb.ad conſuet.Meſſan.par. 1.cap.9.gloſ.5.num.49.Cyriac.controuer.282. num.13.Conciol.de hæred.art.3.num.4.& 17. eruditiſſimus Torre de pact.futur.ſucceſſ.lib. 1.cap.21.num.27.Manz.conſult.56. num.10. Carol.Ant.de Luca de pluralit.homin.cap.34. num.5.Pacific.de Saluian.inſpect.3 cap.4.nu. 556. Surd.deciſ 315.num.6.in fin.& ſeqq.ibique Hodiern.Afflict.deciſ.200. Franch.deciſ. 53.num.7.& deciſ.321. num.1.Capyc. Latr. deciſ.24.num.6.& ſeq. Rot.in rec. deciſ.343. num.2.par.12.

2 Idque procedere, nedum in hypotheca expreſſa; ſed etiam in tacita, ſeu legali, affirmant poſt Bald.in d.l. Paulus, num.1. ff.de pign.& hypoth.& in l.aſſiduis, num.13 ibiq; Bart.num.8.Cod.qui potior.in pignor.hab.Cyriac.d.controu.282. num. 14. Merlin. de pign. d.lib.2.tit 1.qu.15.num.1.& 34 Surd. d.dec. 315.ſub n.7.verſ.& quod dictum eſt.

3 Huiuſmodi verò concluſionis potiſſima eſt ratio, ſiue, quia in generali bonorum obligatione intelligi debet iuxta regulas Iuris, vt quis voluerit obligare ſua bona præſentia, & futura, non uerò, quæ ſua non ſunt, neque vnquàm futura ſunt, l.fin. Cod. quæ res pignor.oblig.poſſ.leg.1.ff.de pignor.& hypoth.

Siue quia, cum hæres nihil ipſe de pignore conueniat, prout præcisè requiritur, non
4 poteſt dici obligatus, cum ſola pignoris conuentio illa ſit, quæ pignoratitiam actionem ſiue directam, ſiue utilem inducere poſſit, l.rem alienam 41.ff.de pignor. act. Cuiac.obſer.26.ad med.lib.19.Anto.Faber.coniect.Iur.cap.17. verſ.verùm longè aliter, libr. 20.Connan.commentar.Iur.cap.13.num.8.& ſeq.lib.4.

5 Licet enim Teſtator de bonis hæredis diſponere ualeat, ſicuti de propriis, tàm in ultima uoluntate, l.vnum ex familia 69.§.ſi rem.l.cum filius 76.§.Dominus, ff.de legat.2. l.fin.in fin.Cod.comm.de legat. Cyriac.contr. 161. num. 82. de Luca de plural.homin. cap.34 num.3.Capyc.dec.175. num.15.quàm inter uiuos, leg.1.in princip. ff.de except. rei vendit.Gratian.cap.225. num.77.Cyriac.controu.160.num.82.Gomeſ.Var.cap.12.num.14. lib.1. Giurb. obſer,104. num.22. & ad conſuet.Meſſan.cap.9.gloſ.5.num 48.Manſ.d.conſult.56.num.11.Conciol.de hæred.d.art.3.n.5. & allegat.50.nu.22. Card.de Luca de teſtam. diſc.42.num.9.Capic.Latr.dec.24.num.3.ibique adden.num.4.Rot.in rec. dec.19.nu.1.& deciſ.89.num.2.part.5.

6 Nihilominus ad effectum, ut in bonis hæredis uindicet ſibi locum hypotheca ad fauorem creditorum ipſius defuncti, duo pernecesſè inſimul concurrere debent; Alterū, nempè, quòd defunctus expresſè obliget, etiam bona hæredis, uel ſaltem per clauſulas id pernecesſè præſeferentes; Alterum ueró, quòd idem hæres adeat hæreditatem ſine beneficio legis, & Inuentarij; ita enim conſtare dicitur de uoluntate defuncti utendi proteſtate ſibi á lege tributa bona hæredis obligandi, necnon de uolūtate eiuſdem hæredis ratum habendi factum defuncti in uim ſimplicis aditionis; prout copulatiuè utrumque requiri, conciliando pugnantes Doctorum ſententias aſſerentium, Teſtato-
7 rem, neque etiam expresſè poſse obligare bona hæredis, inter quos præcipuè Aretin. in l.ſi hæredis ſeruus circa med. ibique Alex. ff.de legat.1. Bald.in l.1.num.25. in fin.Cod. comm. de legat. & in l.Paulus in fin. ff.de pignor.& hypoth. Salicet. in l. aſſiduis num. 9. verſ.ſed huic vltimo, Cod.qui pot.in pign. hab. Alberic.in l.2.Cod.comm.de ſucceſs.Mozz.de contract.tit.de perſon. que pignor. num.7. Negaſ.de pign.part.2.memb.2. num.55.& ſequ. Phanuc.de Inuentar.par.17. num.142.& ſeq. Merend.controu.18.in princip. lib.20. Onatt. de contract. diſp.56. de pignor. num.38. verſ. quia Teſtator, Afflict. deciſ. 200. num.2.verſ. imò dico, Reuerter. deciſ.565.num.2. verſ. pro opinione verò negatiua, aliique relegendi penès Merlin.de pignor.lib.2.tit.1.quæſt.16. num.8.Rot.in recent.deciſ.222.num.8.par.15 optimè firmant diſtinguendo Alex.conſ.173 num.4.lib.2.Pariſ.conſ.2.num.35 lib.3. Honded.conſ.3.num.64.& ſeq. lib.1. Card. Mant. de tacit.lib.11 tit.17 n.9.Camerar.in cap.Imperialē, fol.19. 3.col.lit.P.Pacific.de ſalu.Interd.inſpect.3. cap.2. num.289.& ſeq. Card. de Luca de credit.diſc.36.num.2.Conciol. de hæred.d.art.3.nu.5.& ſeqq. Afflict. dec.111. num.15.& ſeqq. & melius deciſ.200.per tot. Franch.deciſ.53.num.7.& ſeqq.Rot.dec.239. num.7.& ſeq.poſt Zacch.de oblig.Camer. vbi, quòd copulatiuè requiratur, tàm expreſſa obligatio bonorum hæredis, quàm illius aditio, non confecto Inuentario, & dec.187. num.25.& ſeq. poſt eumdem Zacch. repetita coram Dunozett.Iun.deciſ.576.nu.25.et ſeqq. in rec.dec.7.nu.2.& ſeq. & dec.343. num.4. & ſeqq.part.12.

8 Atque ex his rectè euitari poteſt Antinomia Iurium, quibus aduerſantes hinc inde ſententiæ innituntur, in l.aliena, ff.de pign.

act. & in l.ſi fundus, §.1. ff.de pignor. vbi li-
cet res aliena inuito Domino,ſiue eo inſcio,
in pignus dari non poſſit; tamen, ſi poſteà
Dominus ratum habeat, pignus, etiam à
principio ſubſtineatur; atque adeò ad rem,
de qua agimus, licet à principio res hære-
dis obligari non poſſint tamen per aditio-
nem, quam facit hæres, ratam habeat obli-
gationem illam à defuncto contractam.

9 Nullatenus aduerſante textu in *l.rem alie-
nam, ff.de pignor. action.* vbi expreſsè deci-
ditur, quòd, ſi ego ſuccedo ei, qui rem meã
ſine mea voluntate obligauit, pignus non
conualidetur; Nam ratificatio expreſſa pi-
gnus confirmat, quamuis obligatio confir-
mantis, ſeu ratum habentis nomine facta
non fuerit,& ita intelligenda Iura in *dict.l.
aliena,* ibique, præ cæteris,*Bald.ff.de pignor.
act.& in d.l.ſi fundus,§ 1.ff.de pignor.*

10 Tacita verò, quæ fit, cum quis obliganti
bona ſua ſucceſſerit,nullatenus confirmetur
in quibus terminis *text.in d.l rem alienam,
ff.de pignor.act.* quòd, ſi defunctus bona hæ-
11 redis propria expreſsè obligauerit, vel pro
eo de rato promiſerit; tunc per ſucceſſio-
nem pignus confirmetur; ita loquitur *text.
in l.ſolutum, §. ſolutum, ff.de pignor.* vt ibi-
dem declarat *Alber. in fin. & poſt Alex. &
Neguſ.* ita conciliat prædicta Iura alioquin
difficillima, poſt *Neguſan. de pignor. in 2.
part.2.membr.num.57. Reuerter. d.deciſ.565.
num.2.*

12 Quamuis autem hæres ſimpliciter adeun-
do, cum creditoribus hæreditarijs quaſi
contrahere videatur, *§.hæres,Inſtit. de obli-
gat. quæ ex quaſi contract. naſc.& l.apud Iulia-
nũ 3.§ fin.ff.ex quibus cauſ.in poſſeſſ.eat.Caſtr.
conſil. 259. in princip.lib.1. Salgad.in Labyr.
credit.part.2.cap.1.num.8.Card.Caualer.dec.
272. num. 2.* indeque teneatur actione per-
13 ſonali, cui hypothecaria accedit, *§.ſed ne-
que,authent.de fideicom.l.1.in fin.Cod. comm.
delegat.Alciat.in l.1.n.29.ff.de legat. 1.* ibiq;
Soccin.Iun.num.448. Bart. & Alex. vterque
*num.23.Bolognett.num.308.& 313.Ruin. nu.
86.& ſeq.Crot.num.76.et ſeq.Iacob. de Nigr.
num.330.Aretin.in d.§.hæres quoque,nu.3.&
ſeqq.Inſtit.de obligat. quæ ex quaſ. contract.
Io: Fab.in §.idem Iuris,num.1.eod.tit.Franch.
deeiſ.80.num.17.& deciſ.119. num.24.* opti-
mè *Rot.in recent. deciſ.438. num.4. & ſeqq.
part.5.*

14 Id tamen eſt intelligendum, vel in lega-
tis,ſeu fideicommiſſis,iuxta *text in l.fin.Cod.
communi de legat.*in quibus terminis loquun-
tur Iura, auctoritateſque proximè allegatę.

15 Vel quatenus extendi etiam debeat ad
contractus,iuxta *text.in l.1.in fin.ff.de pignor.
act.* procedit, concurrente expreſſa obliga-
tione bonorum hæredis facta per defunctum,
prout declarando dictum textum, optimè
aduertunt poſt *Afflict. deciſ.111. num.17.
Franch. deciſ.53. num.7.& ſeqq.* alioſque
allegatos, *Rot.in recent.dec.343. num.14. &
ſeq.part.12.*

16 Optima autem ratione id remanet com-
probatũ,ea animaduerſione adhibita, quòd
quaſi contractus, ex quo perſonalis oritur
actio, nullatenus prouenit ex hæredis adi-
tione, quaſi ex illa creditoribus hæredita-
rijs incipiat obligari; ſed potiùs obligatio
antiqua, qua defunctus tenebatur, in ipſum
hæredem transferatur, tamquàm illius per-
ſonam repræſentantem, *l.2.§ ex his, ff.de
verbor.obligat.Iaſ.in l.cum res, num.1.ff.de
legat.1.Bart.in l.de eo in princip. verſ. ſed cer-
tè,ff.de Iudic.Cuman. conſ.176. num.3. Surd.
conſ.112.num.68.& ſeq.& conſ.425.num.28.
& ſeq.Gratian.cap 981.num.17.Salgad.in la-*
17 *byr.credit.part.2.cap.1. num.8.* & ita intelli-
genda Iura in *l.cum alio, ff.de re Iudic. l.ex
maleficijs,§.hæres,ff.de act.& obligat. §.hæres
Inſtit.de action. quæ ex quaſi contract.* rectè
comprobat, *Spin.de teſtam.gloſ.35. princip.
ſub num.55.verſic. & pro hac opinione, Sal-
gad.*vbi proximè *num.8.in fine.*

18 Si ergo obligatio defuncti eſt reſtricta ad
bona propria, vtique per aditionem ad bona
hæredis nullo prorſus Iure extendi valet, ne
plus contineat,& operetur quaſi contractus,
quàm ipſe contractus,*Franch. d.deciſ.53.n.8.
verſ.nihilominus,* & benè aduertit *Rot.in
recent.dict.deciſ.343. num.18. & duob.ſeqq.
part.12.*

19 Adeòut, quamuis hæres actione perſona-
li teneatur; non tamen ex hoc inferri valeat
ad hypothecariam; ideò enim hæres actione
perſonali conuenitur; non quòd ex illa adi-
tione creditoribus incipiat obligari, prout
nonnulli non rectè ſentiunt; ſed quia obli-
gatio antiqua, qua defunctus tenebatur in
ipſum translatè dici debet, tamquàm illius
perſonam, tám in Iure actiuo, quám paſſiuo
repreſentantem *d.l.2.§.ex his, ff.de verbor.
obligat.Iaſ.in l.cum res, num.1. ff.de legat.1.
Cuman.conſ.176.num.3.Spin.de Teſtam.gloſ.
35.num.55.verſ.& pro hac opinione, Salgad.
in labyr.credit.dict.part.2.cap.1.num 8.* cum
alijs proximè allegatis; Sed bona hæredis
20 nullatenus dici poſſunt bona defuncti, pro-
ut aduertit *Aretin.in l. ſi hæredis ſeruus in
princip.verſ.ſed ad hoc,ff.de legat.1.* rectèque
arguit *Surd.d.deciſ.315.num.6.& ſeqq. Rot.
in recent.d.deciſ.343.num.21.& ſeq.p.12.*

21 Prædicta verò omnia ſuperiùs firmata
procedunt, quamuis hæres ſine beneficio le-
gis, & Inuentarij adierit; nam, non data
expreſſa obligatione bonorum hæredis facta
per Teſtatorem, hæres abſque Inuentario
non tenetur in bonis proprijs actione hypo-
thecaria; ſed ſolùm perſonali pro adim-
plenda Teſtatoris voluntate, quæ non eſt le-

uis

nis pœna pro dolo preſumpto, prout rectè
aduertunt Phannc. de inuentar. quæſt. 244. nu.
72. 143. & 146. Card. Tuſcus, verbo hæres,
concluſ. 51. num. 23. & concluſ. 58. num. 39.
Merlin. de pignor. dict. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15. nu.
13. & ſeqq. Cyriac. controu. 282. num. 13. Surd.
deciſ. 315. num. 7. Franch. d. deciſ. 53. num. 8.
& ſeqq. vbi, quòd hæres adeundo ſimpliciciter obligatur quidem, ſed tantùm ad id,
ad quod defunctus ſe obligauit, Rot. in rec.
dict deciſ. 343. num. 24. & ſeq. p. 12 Quidquid
22 in contrarium non rectè ſenſerit aberrans
à communi ſententia, Io. Andr. de Georg allegat. 41. num. 14. verſ. quartò quia, & ſeq.

23 Neque aduerſatur exemplum Adminiſtratoris doloſi, qui tenetur actione hypothecaria, ex adductis per Neguſ. de pignor. 4.
membr. 2. part. num. 13. & tribus ſeqq. Theſ.
Iun. lib. 2. quæſt forenſ. 90. num. 8. & ſeq. alioſque proximè laudandos. Id enim ſpecialiter reperitur à Iure cautum fauore pupilli,
aliorumque per ſeipſos adminiſtrare non valentium, l. pro ſocio 20. Cod. de adminiſtrat.
Tutor. Rot. in recent. dict. deciſ 443. num. 6.
part. 12. & extendunt ad quemcumque adminiſtratorem doloſum poſt Bald. in l. cum
oportet, § fin. num. 2. Cod. de bon. quæ liber. Pe-
24 regrin. conſ. 38. nu. 8. & ſeqq. lib. 6. Rimin. Iun.
conſ. 587. num. 14. & ſeq. lib. 5. Neguſ. de pignor. 4 membr. 2. part. num. 124. Rebuff. ad
conſtit. Gall. tit. de conſtit. art. 1. gloſ 14. num.
28. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 14. nu. 5.
Nouar. de priuileg. miſerab. perſonar. per tot.
priuileg. 107. Gratian. cap. 935. num. 24. & 31.
Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 2. quæſt. 62. num. 5.
& lib. 2. tit. 3. quæſt. 9 Cyriac. controuerſ. 282.
num. 27. & duobus ſeqq Roſa conſult. 24. num.
17. Card. de Luca de dot. diſc. 82. num 5. & de
credito diſc. 157. num 4. in ſupplemento par. 2.
25 licet contrarium, pluribus congeſtis, firmet
Noguerol. allegat. 1. per totam.

26 De cætero autem hypotheca numquàm
à Iure cenſetur inducta, niſi in caſibus à Iure
expreſſis, cum Gloſ. & Doctores nullam habeant auctoritatem illam inducendi, ut tradit gloſ. in l. 2. §. ſi ſponſa, verbo ad priuilegium, verſ. item illa, ff. de priuileg. credit. Rip.
in l. dabimus 4. §. 1. num. 2. ff eodem, Bart. in
l. Lucius, num. 4. ff. de alim. & cibar. legat. Crauett. conſ. 692. num. 2. Pacific. de Saluian. interdict. inſpect. 3. cap. 4. num. 555. Gait. de credit.
cap. 4. quæſit. 5. num. 54. & ſeqq. Card. Mantic.
de tacit. conuent. lib. 11. tit. 12. latiſſimè Noguerol. dict. allegat 1. Card. de Luca de credit.
diſc. 36. num. 21. Surd. deciſ. 271. num. 10. Viu.
dec. 451. num. 6. verſ. ſecundò facit, part. 3. Criuell. deciſ. Dolan. 27. num 12. & 13. Buratt. deciſ. 861. num 6 Coccin. dec. 12. num. 1. prout
in ſpecie ita ſatisfacit obiecto Rot. in recent.
d. dec. 343. num. 27. & duob. ſeqq. p. 12.

27 Prout, neque etiam aduerſari poterit,
quòd, quemadmodùm in aliquorum ſententia hypotheca tacita competit fideicommiſſario in bonis hæredis beneficiati grauati
pro reintegratione fideicommiſſi ratione
bonorum, quæ fuerint alienata, ſeu aliàs malè adminiſtrata, iuxta opinionem, cuius fuit
Anteſignanus Theſaur. Iun. lib. 2. quæſt forenſ.
84. per totam, illumq; ſequuti fuerunt, præ cæteris, Cyriac. controu. 282. n. 18. & ſeqq lib. 2.
cui ſe ſubſcripſerunt Paulus Bellonus, & Flauius Tortus, latè Mart. Medic. exam. 23. n. 44.
Add. ad Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 27. n. 1.
Mierez de Maiorat. p. 4. cap. 39. nu 6. Cenſal.
in add. ad Peregrin. art. 45. verſ ſed tu in contrarium, fol. 304. iuxta Venetã impreſſionẽ,
Roſa conſult. 24. num. 9. & ſeqq. Card. de Luca
de credit. diſc 36. num. 12. & ſeqq. alijque plures, præſertim Hiſpani fideliter allegati per
Caſtill. lib. 8. controu. cap. 45. num. 12. ad fin.
licet directè contrarium ſenſerint Cancer.
tom. 1. var. cap. 2. à num 103. vſque ad 111.
vbi reprobat Theſaurum, Andreol. controu.
92. Merlin. de pignor. lib. 3. tit. 1. quæſt. 3. per
28 totam, latiſſimè, præ cæteris, Noguerol. dict.
allegat. 1. per totam, Palma Iun. conſult. 70. &
29 diſtinctionem adhibuerit Rota coram Dunozett. Iun. dec. 630. num. 18. inter hæredem
grauatum, doloſum, & non doloſum, vt in
primo caſu recipienda ſit opinio Theſauri,
in altero autem ſententia Cancerij, de qua
diſtinctione valdè dubitarem, cum vrgeat in
contrarium ineuitabile Dilemma, quòd, aut
hæres grauatus eſt cenſendus, tamquàm
30 publicus, ac legalis adminiſtrator; aut non.
Primo caſu indefinitè hypothecæ eſt locus,
ſiue in dolo verſatus fuerit, ſiue non; nullibi
enim huiuſmodi diſtinctio in Iure habetur in
Tutoribus, & Curatoribus, alijſque publicis
adminiſtratoribus, quorum bona ſunt á Iure hypothecata fauore pupilli, vel minoris
ad quod intereſt, quamuis ex negligentia
vel ſimplicitate, ſemoto quouis dolo, deficiant. In altero verò caſu voluntarij, &
non legalis adminiſtratoris, hæc diſtinctio
ſibi locum non vindicat, quoniam dari non
31 poteſt maior dolus, quã ille furis, & nihilominus contra eumdẽ hæc hypotheca legalis
non competit pro rebus ablatis, iuxta veriorem ſententiam, quam, reiectis contrarijs,
in ſpecie tuentur, Vinius deciſ. 451. num. 6.
& per tot. lib. 3. Noguerol. allegat. 1. num. 43.
& 46. Card. Mant. de tacit. conuet. lib. 11. tit.
14. num. 9. & duob. ſeqq. Merend. de camb. nundinal. cap. 18. per tot. nu. 11. & ſeqq. Andreol.
controu. 353. nu. 5. vbi alios allegat, Leotard.
de vſur. quæſt. 97. num. 7. & ſeq. vbi reprobat
Neguſant. & Gratian. contrarium ſentientes,
Coſt. de ratiocin. rat. quæſt. 56. nu. 3. & 6. Barbat. de aſſiſtent. gloſ. 112. num. 113. Baron. de
citat. in addit. ad quæſt. 23. num. 82. ideòque
huiuſmodi diſtinctione reiecta, vel ſit indefi-

nitè eſt admittenda prima opinio affirmati-
ua, vel indefinitè altera ſimpliciter negati-
ua, prout rectè aduertit *Cardin. de Luca de*
credit.d.diſc.36.num.19.& ſeq.

Ita etiam redeundo ad rem, de qua eſt
habitus ſermo ſuperiori loco *num.27.* multò
fortiùs eadem tacita hypotheca competere
debeat contra ſimplicem hæredem nullo In-
uentarij præſidio munitum, ac malè ſe ge-
rentem, etiam ſi nulla præceſſerit expreſſa
obligatio Teſtatoris ſuper bonis eiuſdem
ſimplicis hæredis, ne ſequatur abſurdum, vt
melioris conditionis ſit hæres non beneficia-
tus, quàm beneficiatus; cum tamen lex vnũ,
& non alterum priuilegijs afficere voluerit.
32 Siquidem, cum hæres beneficiatus graua-
tus, non expectata purificatione conditio-
nis reſtituendi hæreditatem, cenſeatur, tám
reſpectu fideicommiſſarij vniuerſalis, quám
etiam creditorum, & legatariorum ab ini-
tio, & indefinitè verus adminiſtrator hære-
ditatis, tamquàm iacentis, ac ſi numquàm
adita fuerit; *Bald. in l.fin.§.in computatione,*
ſub num.3. ibique *Iaſ. num.4. Cod. de iur.deli-*
ber.Minad.conſ.17.num.3.de Pont.conſ.27. n.
3.lib.1. Ann.allegat.32.num.13. de Georg.al-
legat.42.num.6.Gratian.cap.799 num.42. &
ſeq.Capyc.Latr.conſult.13.num.2. & ſeq. Ho-
diern.in add.ad Surd.dec.315.num.6. & con-
trou.31. nu.18. Card.de Luca de credit.d.diſc.
36.num.23.Manent.deciſ.34. Molfeſ conſ.42.
num.29.Giurb.dec.43.num.25.ad med. Card.
33 *Mantic. deciſ.326. num.3. et ſeq.* Adeòut ſit
omninò exemptus ab obligatione ad debita
hæreditaria in bonis proprijs, ac vltra vires
hæreditarias; Proindè mirum videri non
34 debet, vt dum in hoc ex priuilegio immunis
releuatur, in quo alioquin hæres ſimplex nõ
releuatur, grauetur in altero, quò ad hypo-
thecam tacitam in eius bonis competentis
ratione adminiſtrationis; prout rectè ad
propoſitum ratiocinatur *Card.de Luca de*
credit.d.diſc.36.n.11.
35 Præcipuè, quia illa hypotheca, quã prouida
lex induxit fauore illorũ, qui per ſeipſos bo-
na adminiſtrare non poſſunt, prout in Tu-
tore, *l.pro officio; Cod de adminiſtrat. Tutor.*
36 in Curatore furioſi, prodigi, alijſque om-
nibus curatoribus, *l.Tutor adminiſtrationem*
23.in fin.ff.de furt. in Patre legitimo admini-
37 ſtratore, *l.cum oportet, §.fin. Cod.de bon quæ*
38 *liber.* in Prælato fauore Eccleſiæ, in Admini-
ſtratore Ciuitatis, & Hoſpitalium, vel alio-
rum locorum piorum, vt latè congerit *Eſco-*
bar.de ratiocin.cap.39. Pacific.de Saluian. in-
terd. inſpect.3.cap.4. cenſeri etiam debet in-
49 ducta in adminiſtratore legali, qualis dici
debet hæres grauatus beneficiatus, prout
optimè obſeruant *Roſa d. conſult.24.n.15.&*
ſeqq. Cardin.de Luca de credit.d.diſc.36 n.15.

His igitur firmatis, quoties conſtat, de-
functum expreſsè bona hæredis obligare vo-
luiſſe, tunc hypotheca fauore creditorum
defuncti contracta ſuper bonis eiuſdem hæ-
redis incipit à die aditionis hæreditatis, quo
tempore hæres adeundo quaſi contrahit, &
40 non ante; adeòut creditores hæredis, qui
ante aditionem cum hærede ipſo contraxe-
rint, præferendi ſint creditoribus Teſtato-
ris, licet in tempore anterioribus, quibus
Teſtator bona hæredis anteà obligauerat,
Spad.conſil 390. num.2. lib.3. Franch.deciſ.
321.num.1.& ſeq. ibique *de Luca num.3.de*
Marinis ad Reuerter.dec.565.in fin.Card.de
Luca de credit.diſc.37.num.5.& ſeqq.
41 Prout in ſimili idem habemus in quocum-
que legitimo adminiſtratore, vt hypotheca
legalis non deſumatur ex tempore, quo alie-
nationes, vel alij actus adminiſtratorij fiant;
ſed ex tempore, quo adminiſtratio fuit ſu-
ſcepta, prout eſt textus apertiſſimus in *l.cum*
oportet 6.§ fin.poſt authent. ibi inſertam, *Cod.*
de bon. quæ liber. ibi: *Et dubitabatur ex quo*
tempore hypothecas competere oportet, vtrum
ne ab initio, an ex eo tempore, ex quo aliquid
geſtum eſt, compendioſa narratione interpetra-
mur, initium gerendæ, vel deferendæ admini-
ſtrationis, vel obſeruationis eſſe ſpectandum,
& non tempus, ex quo malè aliquid geſtum
fuerit, & in l.hac edictali, §.omnibus, Cod.de
ſecund nupt. ibi: *Ex eo die, quo eædem res ad*
eum peruenerunt liberis obligatis, rectèque
confert *text. in l.pro officio 20. Cod.de admi-*
niſtrat.tutor. vbi, quòd teneatur de neglectis,
& non geſtis, ergo non à tempore rei geſtæ
tantùm, ſed ab initio decretæ adminiſtra-
tionis, rectèque ibidem aduertit *Angel. n.1.*
verſ.intellige, ibiq; præ cæteris, *Salicet.n.1.C.*
de adminiſtr. Tutor *Socc.Sen.cõſ.62.nu.1.verſ.*
ſed primum, lib.1. Surd.conſ.7.num.18.Neguſ.
de pignor.part.2.memb.4. num.12. Caualcan.
de Tutor. & curat. num. 187. Guttierez *de*
Tutel.q.2.0.2.cap.16.nu.27.in fin.& 31.Car-
din.Mant.de Tacit.*lib.11.tit.16. num.18.Pa-*
cific.de Saluian interd.inſpect.3.cap.4. n.491.
Gratian. *cap.53. num. 4. & ſeq. & cap. 935.*
num.4.5. & 22.Molin.de Iuſt.& Iur.diſput.
536 num.6.Merlin.de pignor.lib.3.tit.1.qu.4.
per totam.

Idemque procedit, nedùm in hærède, qui
non confecit Inuentarium; ſed etiam in be-
neficiato; recepta enim eſt Iuris propoſitio,
42 vt Inuentarij beneficium non ſuffragetur,
quatenus vires hæreditariæ ſuppetant, &
ipſe hæres de bonis hæreditarijs habeat in
manibus, tám, verè, quàm æquipollenter,
quia diſtraxerit; cum infra limites uirium,
ac pro rata bonorum, quæ hæres obtinet,
paria ſint, inuentarium adeſſe, uel non adeſ-
ſe, *Roman.conſ.18.num.4.Soccin.Iun.conſ.107.*
num.59.lib.3.Gabr.conſ.125. nu.11. per Mer-
lin.de pignor.lib.2.tit.1.queſt.16.num.23. &
ſeq.

ſeq. Peregrin. de ſideicomm. artic.6. num.48.
Modiern.ad Sud.deciſ.315. in fin. Conciol. de
hæred.d.art.3.num.11.& allegat.50.num.26.
Card de Luca de credit.diſc.37.num.8.& ſeq.
& de Teſtam.qu.42.num.10. Franch.dec.83.
num.4. ubi poſt Pinell. repræhendit aſſeren-
tes, quòd Inuentarium ad plura, proſit;quã
herba bethonica, Buratt.dec.395.nu.4.Card.
Ottbobon. deciſ.105.num.15. & ſeqq. adeòut
poſſit agi contra hæredem beneficatum,
43 etiam, quòad perſonam, & bona propria,
nonredditis rationibus de his, quæ in In-
uentario fuerunt deſcripta, iuxta praxim
originaliter à Bald. traditam in leg.fin §.in
computatione, n.3.Cod.de Iure deliber. quàm
ſectantur Alex. in l.poſtulante, num. 7. ff.ad
ſenat.conſult.Trebell.Saluſt.Tiber.in prax.lib.
1.cap.45.num.17.Bero.qu.57.num.4.Phanuc.
de Inuent.in 5.part.num.130. Vaſq.de ſucceſſ.
creat lib.1.§ 6.num.45. atque adeó,quando,
ſeruata eadem praxi, decernitur exequatur
44 contra perſonam, & bona propria hæredis
beneficiati, non dicitur, quòd ex tunc fiat
hæres de proprio obligatus ad debità de-
functi, ſub quorum hypothecis eius bona
cadant; ſed eſt detegere, ſeu declarare id,
quod iam ab initio dicebatur ineſſe, & ex
tempore ſequutæ aditionis, quòd, ſcilicet,
pro hac rata beneficium Inuentarij non eſ-
ſet operatiuum, rationibus non redditis.

45 Ideóque cauendum arbitror ab Addent.
ad Buratt.deciſ.257.num.22.verſ.verùm,hæc
limitatio, Rot.dec.4 part.5. rec. qui uidentur
firmare, quòd dicta concluſio non proce-
dat in hærede beneficiato, quia ex omiſſio-
ne Inuentarij reſultat quaſi contractus,
quod non eſt in caſu confecti Inuentarij, ut
enim rectè obſeruat reſpondendo dictis au-
ctoritatibus contrarijs Merlin. de pignor. d.
lib.2.tit.1. quæſt.16. num.22. & duob.ſeqq.
46 Inuentarium,quatenus vires ſuppetunt hę-
reditariæ, hanc immunitatem non præſtat,
nam hypotheca contrahitur, ex quo Iura
indulgent, quòd Teſtator poſſit diſponere
de re hæredis, & data diſpoſitione oritur
hypotheca, & hæres adeundo cum Inuenta-
rio, aut ſine, confirmat diſpoſitionem rei
propriæ à Teſtatore factam.

Verùm,quia frequenter diſputari contin-
git de voluntate Teſtatoris obligandi bona
hæredis, propterea cum huiuſmodi materia
apud Doctores ob diſſidentes hinc inde ſen-
tentias, & contrarias Rotæ deciſiones repe-
riatur aliquantulùm inuoluta, plures caſus,
qui vt plurimùm in praxi contingere ſolent,
diſtinguere oportet.

47 Primus igitur eſt, quando quis ſimplici-
ter, & abſolutè ſe, ſuoſque hæredes obligauit,
& in hoc caſu bona hæredis non veniunt;ſo-
la enim perſonalis obligatio dici debet in-
ducta, Neguſ.de pignor.part.2. membr.2.num.
54. Giurb.ad conſuetud.Meſſan. par.1.cap.9.
gloſ.5.num.59.& ſeq.Scapuc.de Salnian.lib.2
quæſt.12. num.1.verſ.quinimò, Conciol.de hę-
red.art.3.num 16. Maſull.ad Capyc.deciſ.174
num.17. Merlin.de pignor.lib 2. tit.1.qu.15.
num.23.verſ.quæ firmata opinio, Gratian.cap.
225. num. 75. Rot. in Romana donationis 28.
Maij 1604. coram Iuſto, rectèque conſerunt
firmata per Afflict.deciſ.201. ubi, quòd bo-
48 na hæredis non dicantur obligata per clau-
ſulam, cum poteſtate capiendi propria aucto-
ritate bona ſua, ſuorumque hæredum, ibique
Epiſc.Ricc.in addit.Pellic.ad conſuetud.Auerſ.
cap.8.num.52.Surd.deciſ.315.nu.10.Franch.
dec.321.Minad.dec.20. Caroc.dec 47.nu.17.
Capyc. Latr. dec.24.ſub num. 8.ibique Gipt.
num.3.& ſeq.

49 Secundus eſt, ſi aliqui obligauerunt, ſe
ipſos, & hæredes, & bona eorũ omnia;cũq;di-
cta uerba poſſint intelligi de bonis promit-
tẽtiũ,& ex ſupra firmatis, bona,hæredũ ne-
ceſsè eſt,ut expreſsè obligẽtur;propterea nõ
uenire bona eorumdem hæredum,ex recen-
tioribus firmant, Marcian. Iun. diſp.53.nu.6.
lib.2. egregiè iuxta morem Franch. d.deciſ.
321. ubi de Patre, & filijs obligantibus ſe
ipſos, hæredes, & bona eorum omnia,aſſe-
rẽs in fine eiuſdem deciſionis,Notarios mul-
tùm deficere in huiuſmodi bonorum hære-
dis obligatione,uel quia rarò,uel numquàm
uidit bona hæredum expreſsè obligata, ſed
concipiunt obligationem,ſcilicet, obligaue-
runt ſe,hæredeſque ſuos, & bona eorum om-
nia, ex qua formula non concluditur neceſ-
ſariò, bona hæredum fuiſſe obligata, Capyc.
Latr.d.deciſ.24.num.4. ibique Gipt.in obſeru.
num.3. et ſeq. quidquid dubitare uideatur,
Minad. deciſ. 20. in fin. ibique Monach. in
addit.

50 Idque, ea potiſſimùm ratione, quia, li-
cet dictio relatiua, Eorum, ſit uniuerſalis,ha-
biliſque ad comprehendendas perſonas om-
nes paulò ante nominatas;tamen eſt reſtrin-
genda ad agentes; exceptis tamen hæredi-
bus, prout in propoſito eſt textus ſingularis
in l.properandum.§.fin.Cod.de Iudic. ibi:Om-
nem autem iacturam,quæ ex hac cauſa oritur,
ad Tutores,curatores, aut eorum fideiuſſores,
& res eorum, & ad omnes, quorum in hac
cauſa legitimè intereſt, redundare, in quo tex-
tu verba illa, res eorum, reſtringũtur ad Tu-
tores, & curatores, & fideiuſſores; quam-
uis bona Tutorum ſint tacitè hypothecata;
prout, ita in his præciſis terminis per dictũ
text. arguit Merlin.de pignor.lib.3.tit.1.q.2.
51 num. 56. & ſeq.Quidquid in contrarium
ſentiat de Luca ad Franch.d.deciſ.321.nu.6.
verſ.verùm, cum nulla auctoritate; neque
ratione legali id firmet.

52 Si veró quis obliget ſeipſum, hæredes, &
bona eorum omnia, & in hoc caſu exiſtimo,
bo-

bona hæredum abſque difficultate venire;
dictio enim *eorum*, quoties agentes, ſeu prin-
cipales contrahentes fuerunt plures, prout
in caſu *d. decisionis Franch.* 321. vbi de Pa-
tre, & filijs obligantibus ſeipſos, & hære-
des, & bona eorum omnia, eſt referibilis
ad eoſdem, vtpotè in numero plurali exiſtē-
tes, excluſis hæredibus, ex proximè firmatis.
Secus verò, quoties vnus eſt agens, &
principalis contrahens in numero ſingulari,
ad quem dictio, *eorum*, referri nullo modo
poteſt; ideòque omninò cauendum à Bar-
bat. de Aſſiſten. gloſ. 5. num. 44. qui exemplifi-
53 cando caſum dictæ *deciſionis Franch.* 321. in
debitore obligante ſeipſum, hæredes, &
bona eorum omnia, affirmat, in hoc caſu
non uenire bona hæredum.
54 Tertia eſt ſpecies, cum quis obligauit ſe
ipſum, hæredes, & bona omnia, aut quæ-
cumque; tunc enim ueniunt, etiam bona
hæredum, ut in ſpecie poſt Grat. *dict.* 206. *n.*
1. *Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15. n. 24.
antè fin. verſ. ſecus tamen ſi dictum eſſet*, Rot.
poſt eumdem deciſ. 33. num. 29. repetita coram
*Dunozett. Iun. deciſ. 576. num. 26. poſt Zacch.
de oblig. Camer. deciſ. 187. num.* 26.
55 Et licet prædicta uerba, quoties conti-
nent clauſulam cæteratam, uidelicet, *obli-
gauit ſeipſum hæredes, ac omnia, & ſingula
bona, & cæt.* poſſe hanc recipere interpre-
tationem, ut qualitatem, quantitatemque
bonorum, ſcilicet, præſentium, & futurorum
præſeferant, firmauerit *Rot. dec. 136. num. 5.
poſt Pacific. de Saluian. Interd. Merlin. de pi-
gnor. d. qu. 15. num.* 25. & ita intelligendi *add.
ad Capic. Latr. d. deciſ. 24. num. 3. Conciol. de
hæred. d. art. 3. num.* 18. nam alioquin non
rectè meo iudicio, loquerentur.
56 Nihilominus poſſent forraſsè prędictę de-
ciſiones ad inuicem pugnantes conciliari,
ut prima ſententia procedat, quoties non
adeſt clauſula cæterata; ſecunda uerò ſibi
locum uindicet, ſtante clauſula cæterata,
quæ eſt apta ad recipiendum intellectum re-
feribilem ad qualitatem, & quantitatem
57 bonorum; cumque agatur de re ſatis odio-
ſa, & á Iure omninò exorbitanti, vtpotè, ex
allegatis, eſt obligatio bonorum hæredis,
omnis poſſibilis interpretatio eſt capienda
pro illius excluſione, cum in dubio bona
hæredis non præſumantur hypothecata,
*Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent lib. 11.
tit. 16. num. 9. Merlin. de pignor. lib. 2. qu. 16.
num. 25. & ſeq. Conciol. de hæred. act. 3. nu.* 22.
58 Præcipuè, quia ad effectum, vt bona hæ-
redis dici valeant comprehenſa, ſub hypo-
theca defuncti, debet de illis ſpecifica, &
incontrouertibilis expreſſio fieri, *l. Paulus
29. ff. de pignor. & hypothec. Neguſ. de pignor.
part. 2. memb. 2. num. 53. verſ. ſecundò limita,
Card. Mant. de tacit. lib. 11. tit. 4. num. 16. Gra-
tian. cap. 225. num. 77.* Hodiern. *ad Surd. deciſ.
315. num. 1. & ſeqq. Merlin. de pignor. d. lib. 2.
quæſt. 15. num. 1. & ſeq. Afflict. deciſ. 111. nu.
16. & ſeq. Franch. deciſ. 53. num. 6. & ſeq. &
deciſ. 321. num. 1.* Capyc. Latr. *deciſ. 24. num.
6. & ſeq. Rot. in rec. d. deciſ. 343. num. 2. par.* 12
cum alijs initio allegatis.
59 Quarta eſt ſpecies, ſi obligando quis ſe
ipſum, hæredes, & bona, addiderit clauſu-
lam cæteratam; hæc enim cæteratio non
eſt extendenda ad bona hæredis, nam dicta
clauſula cęterata dicitur continere qualita-
tem bonorum, uidelicet, omnia bona mo-
bilia, & ſtabilia, ut in ſpecie *Merlin. de pi-
gnor. d. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15. num. 24. Torre
de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 21. numer. 27.
Gipt. ad* Capyc. *Latr. dec. 24. num. 2.* Conciol.
de hæred. d. art. 3. num. 17. Rot. *deciſ. 136. ſub
num. 5. in fin. poſt* Pacific. *de* Saluian. *Interd.*
Vel quantitatem ipſorum bonorum, non
ſolùm præſentium; ſed etiam futurorum,
Merlin. ubi ſupra *n. 24. verſ. vel quantitatem.*
Quinta demum eſt ſpecies, quoties quis
ſe obligauit ſub obligatione Camerali, cu-
ius formula à *Saluſt.* Tiber. tradita in ſua
Praxi lib. 1. cap. 44. num. 14. cum reperiatur
60 hoc modo concepta: *Contrahentes obligant
ſeipſos, ſuos hæredes, ac ſua, & hæredum,
& ſucceſſorum ſuorum bona*, abſque du-
bio eadem obligatio Cameralis regulariter
61 comprehendit, etiam bona hęredũ, *Maſſ. in
forma obligat.* Camer. *in princip. Add. ad Bu-
ratt. deciſ. 564. num. 5. Pacific. de Saluian. in-
terd. inſpect. 3. cap. 2. n. 303. Merlin. de pign. d.
lib. 2. tit. 1. quæſt. 15. num.* 27. Carol. *Ant. de
Luca de plural. homin. cap. 34. num. 7.* Torre
*de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 21. num. 28.
Conciol de hæred. art. 3. num. 13. Card. de Lu-
ca de credit. diſc. 36. n. 3. Zacch. de obligat. Ca-
mer. quæſt. 4. num. 9.* Rot. *poſt eumdem dec. 16.
num. 10. & dec. 187. num. 26. et deciſ. 239. nu.
4. & ſeqq. in recent. deciſ. 343. num. 13. p.* 12.
Verùm in huiuſmodi materia eſt diligen-
ter animaduertendum, quòd id procedat;
niſi ex natura contractus, ſubiectaque ma-
teria, nec non ex facti circumſtantijs, pru-
62 dentis Iudicis arbitrio diligenter penſan-
dis, conſtaret, quòd debitor ſe reſtringere
uoluerit ad bona propria; cum enim iſta ſit
63 quæſtio uoluntatis, ſemper ueritati cede-
re debet præſumptio, *Merlin. de pign. lib. 2.
d. qu. 15. num. 31. Card. de Luca de credit. diſc.
38. n. 4.* Conciol. *de hæred. dict. art. 3 num. 20.
&* 21. & in his ſpecialibus terminis latè ar-
ticulo ad partes diſcuſſo firmatur per Rotam
*dec. 136. & deciſ. 137. poſt Pacific. de Saluian.
interd. repetita poſt Zacc. de oblig. Camer. dec.
16. & deciſ.* 83.
Id autem contingit; quoties contractus,
inſpecta potiſſimùm congrua ratione, hu-
64 iuſmodi reſtrictionem, ſeu reſtringendi
no-

uoluntatem ad pro pria bona ſuadeat, pro-
ut eſt caſus dictarum deciſionum; non enim
ibi agebatur de contractu correſpectiuo, in
quo pura obligatio Cameralis. prout ma-
gis creditori expedit, ac in eiuſdem gratiã,
& cauthelam, indefinitè adijci ſolet, quo ca-
ſu intelligi etiam debeat comprehenſa bona
hæredis, iuxta prædictam formulam; ſed
potiùs agebatur de Donatione merè gratui-
ta in qua potiſſimùm eſt attendenda donan-
tis uoluntas, qui de bonis donare expreſsè
fuerit profeſsus; ideòque ſatis congruè, ac
65 rationabiliter obligatio adiecta pro Dona-
tionis obſeruantia reſtricta fuit ad ea bona,
quæ, ſaltem in contractu ueniebant, prout
in ſpecie declarando prędictas *deciſiones* ad-
uertit Rot. *deciſ. 239. n. 6. poſt Zacch. de oblig.
Camer. Card. de Luca de credit. d. diſc. 36. n. 4.
verſ. his tamen non obſtantibus, & num. ſeqq.
Carol. Ant. de Luca de pluralit. homin. cap. 34.
nu. 7. verſ. difficultas militat.*

66 Prædicta veró omnia intelligenda, quo-
ties debitor *ſeipſum, eiuſque hæredes, & om-
nia, & ſingula bona &c. obligauit in forma
Cameræ*; illa enim verba antecedẽtia clauſulã
in forma Cameræ omnia, & ſingula bona, cum
dictione, *& cet.* quæ, quia non admittit ex-
tenſionem, niſi iuxta præexiſtentem mate-
67 riam, id enim dicitur extendi, quod eſt, iu-
xta monitum *gloſ. fin. in cap. fin. verſ. hoc ex-
tendi, ne clerici, vel monac. Barbat. conſ. 9. nu.
18. lib. 4.* dicitur habere in ſe ſolùm, quę de-
ficiunt in ſermone, & in ea parte, ubi appo-
nitur, habentur ea omnia, quæ ſolent ſe-
qui iuxta conſuetudinem, ut compleatur o-
ratio, ut latè proſequitur *Rot. d. deciſ. 137.
num. 1. & ſeq. poſt Pacifie. de Salu Interdict.*
Meritò recipere poſſunt modificationem ab
eadem *Rota* traditam, ne, ſcilicet, intelligi
debeant mobilia, ſtabilia. & ſemouentia;
nullatenus aduerſante, quòd obligatio Ca-
meralis, iuxta ſuum conſuetum formulariũ
68 regulariter operetur comprehenſionem
bonorum hæredum; id enim, ex ſupra fir-
matis, intelligi debet, quando, nempe,
apparet de uoluntate promittentis, nam
clauſula eſt uariabilis ad ſenſum contrahen-
tium; ideò quę non ampliat obligationem,
niſi ad mentem partium, prout hæc omnia
latiùs deducuntur per *Rot. d. deciſ. 136. à n. 4.
vſq; ad 10. & deciſ. 137. n. 1 poſt Pacifie. de
Saluian. interd. Merlin. de pignor. d. lib. 2. tit. 1.
quæſt. 15. num. 27. & ſeqq. Card. de Luca de
credit. d. diſc. 36. num 4. & ſeqq.* aduertens
num. 8 quòd iſta non ſit quæſtio Iuris; ſed
nudi facti, ac volutatis, quòdque non ſit
immorandum in ſolo cortice, ſeu formula
uerborum; ſed potiùs attendi debeat ueri-
ſimilis ſubſtantia uoluntatis, & an congrua
urgeat ratio, quæ huiuſmodi reſtrictionem,
ſeu reſtringendi uoluntatem ſuadeat.

69 Si uerò ipſa clauſula Cameralis eſt tota in
imbreuiatura, ideſt tali modo concepta, ut
habeat relationẽ ad eamdẽ clauſulã, uti ad
terminum relatũ, putà ſi fuerit dictum, quòd
debitor obliget *in forma Cameræ ſeipſum,
ac hæredes, et ſucceſſores, ac omnia, et cęt.* hoc
enim caſu, cum cæteratura ſit habilis ad re-
cipiendam extenſionem ad bona hæredis,
ſcilicet omnia, & ſingula ipſius bona, & hęre-
dis, uel ſimpliciter fuerit dictum *pro qui-
bus, et cęt. ſe in forma Camerę obligauit,
&c.* tunc enim omnia bona, tàm propria,
quàm hæredis intelliguntur comprehenſa,
cum id pręſeferat uirtus clauſulę Cameralis
ad quam ipſe debitor omnimodam relatio-
nem habere uoluit, prout rectè explicat *Mer-
lin. de pignor. d. lib. 2. tit. 1 qu. 15. num. 27. &
ſequ. Conciol. de hæred. d. artic. 3. nu. 21.* & hac
70 diſtinctione adhibita, optimè conciliantur
deciſiones Rotæ, quæ uidentur aduerſari, ſi-
gnanter poſt *Zacch. de oblig. Cam. deciſ. 339.
num. 4. & ſeqq. & coram Dunozett. Iun. dec.
576. num. 26.*

71 Probato igitur ex prædictis, quòd hypo-
theca bonorum hæredis contineatur ſub o-
bligatione Camerali, iuxta declarationes
proximè adductas, oritur quæſtio, An eadẽ
hypotheca capiat bona, non ſolùm imme-
diati hæredis; ſed etiam mediati, illius, ſci-
licet, qui primi hæredis ſit hæres.

Huiuſmodi articulus eſt ualdè ſingularis,
& quantùm legerim, à Doctoribus non in-
uenio diſputatum in his præciſis terminis,
ſolùmque de eo legi agere *Card. de Luca de
credit. diſc. 38. per tot. Rot. in rec. dec. 222. par.
15.* ſed ſatis obſcurè; iuxta conſuetum ſty-
lum *clar. mem. Card. Taia* extenſoris eiuſdem
deciſionis; alioquin egregij Iuriſconſulti,
& à me dum in Romana Curia Aduocati mu-
nus agerem, ſummoperè ob eius inſignem
doctrinam, morumque ſuauitatem uenera-
ti, qui refert per *Rotam* deciſum, non intel-
ligi comprehenſa ſub prædicta hypotheca,
niſi bona hæredis immediati; non autem
mediati, & perfunctoriè, *Conciol. de hæred.
d. art. 3. num. 14.* quem miror, huiuſmodi ar-
ticulum adeò ſingularem non diſputaſſe in
dicto eius tractatu, & hanc ſententiam ex
pluribus ſatis probabilem exiſtimo.

Licet enim regulariter hæredis nomen
contineat hæredem hęredis, & non de pri-
mo tantùm intelligi debeat, ideóque ſatis
72 vulgare ſit Iuris Axioma, quòd hæres hæ-
redis, teſtatoris ſit etiam hæres, *l. 3. ff. de
petit. hæred. l. fin. Cod. de hæred. inſtit. l. hæredis
appellatio 65. ff. de verbor. ſignific. l. hæredis
appellatione 170.* ibique *Alciat. l. ſciendum
70. ff. eod. l. in annalibus 22. Cod. de legat. l. qui
per ſucceſſionem 154.* ibique *Dec.* & latiùs *Ca-
gnol. ff. de regul. Iur.* & melior, præ cæteris,
text. in l. ſi quis filium, § fin. ff. de acq. hæredit.

vbi expreſsè Paulus ait: *In omni ſucceſſione, qui ei hæres extitit, qui Titio hæres fuit, Titio quoque hæres videtur, nec poteſt Titij omittere hæreditatem*, Cuiac. ad tit. Cod. de legat. col. 4. verſ. de annuis legatis, Iſern. in cap. Imperialem, num. 63 de prohibit feud. alienat. per Federic. Bald. in l. vltim. num. 21. Cod de hæred. Inſtit. Iaſ. in l ſi quis filium, §. vltim. col. 1. verſ. ſecundo ad iſtam, ff. de aeq. hæred. & in l. filius fam. §. diui in priori lect. col. pen. verſ. vndecimò quærit, & in poſteriori lect. col. ante pen. verſ. eiuſdem initij. ff. de legat. 1. Peralt. in l. hæredem, num. 38. ff. de legat. 2. Caſtr. conſ. 1. nu. 160. Menoch. conſ. 867. num. 3. & 16. Roland. conſ. 32. num. 7. lib. 4. Pariſ. conſ. 137. lib. 4. Valenz. conſ. 29. num. 21. Tiraq. de retract. cõuent. §. 1 gloſ. 6. num. 20. & ſeq. Cyriac. controu. 96. num. 44. & ſeq. & controu. 711. nu 77. & ſeq. dicens, in diſpoſitione faciente mentionem de hæredibus, non habere locum regulam l. boues, §. hoc ſermone, ff. de verbor. ſignific. & controu. 43. num. 18. & 204. num. 48. Coſt. de Indie, in rubr. num. 171. vbi dicit, hoc procedere vſque ad milleſimum hæredem, latè Caſtill. lib. 5. controu. cap. 96. num. 34. part. 1. Gratian. cap. 104. & 166. num 6. & ſeqq. Raudenſ. de Analog. lib. 1. cap. 10. num. 19. & ſeqq. Peregrin. de fideicomm. art. 33. num. 31. & art. 32. num. 60. & ſeqq. Roſa conſult. 20. num. 24. Conciol. de hæred. art. 1. num. 52. & ſeqq. Barz. dec. Bonon. 26. num. 22. & ſeq. Rot. diuerſ. deciſ. 47. n. 5. & ſeq. p. 2. in recent. deciſ. 227. num. 2. part. 14.

73 Ideòque ſi teſtator ordinet fideicommiſſum ad fauorem ſui hæredis, & voluerit, quòd res alteri legata redeat poſt mortem legatarij ad ſuum hæredem, non intelligitur ſolùm de primo hærede; ſed etiam de hærede hæredis, & alio vlteriori, neque per prædeceſſum primi hæredis ſcripti ante legatarium, fideicõmiſsũ caducatur, Bart. in l. Titia 35. §. fin. n. 2 ff. de leg. 2. Caſtill. d. lib. 5. controu. c. 96. n. 46. Gratian. c. 612. n. 8. & ſeqq. Cãcer. alios referens, cap. 20. num. 31. & ſeqq. Res enim,
74 quæ ex diſpoſitione Teſtatoris pertinet ad aliquem ad tempus, poſt illud tempus redire debent ad hæreditatem, argum. text. in l. ita liber, ff. de ſtat. liber. Alex. in l. fin. circa fin. Cod. de legat. & in l. pater familias, num. 4. ff. de vulgar. latè Zanch. in l. hæredes mei, §. cum ita in 4 part. num. 55. et ſeq. ff. ad Trebell. Pariſ. conſil. 97. num. 8. et conſil. 22. num. 38. 44. et 45. lib. 2. Odd. conſ. 3. num. 1. et ſeq. Marcabrun. cõſil. 71. Marc. Anton. Maccrat. reſol. 52. Cancer. dict. cap. 20. de legat. num. 33. Barz. dec. Bonon. 80. num. 19.

75 Prout etiam hæredum Teſtatoris mentio in grauaminibus, quando, ſcilicet, proceſſit eos grauando, non ſolùm primos; ſed vlteriores etiam heredes heredum complectitur, & onus, ſeu legatum ab omnibus debetur, l. annuum, ff. de ann. legat. Corn. conſ. 69. per tot. lib. 4. Peregrin. de fideicommiſſ. artic. 32. num. 67.

76 Idemque aſſerendum, etiam in ea diſpoſitione, quæ habeat ſtrictam ſignificationem, ut probatur ex text. loquente in ſtipulatione in l. ſtipulatio iſta habere licere, §. 1. ff. de verbor. obligat. quem ad id expendit Bart. in l. ſi ſtipulatus fuerim, num. 5. ff. de verbor. obligat. Aretin. in l. pater fam. ad fin. ff. de vulg. et pupill. Iaſ. in l. ſi quis filium, §. vltim. num. 9. ff. de aeq. hæredit. Cagnol in l. qui per ſucceſſionem, num. 5. ff. de regul. Iur. Menoch. multis ſimilibus latè comprobans, conſil 89 à n. 128. vſque ad 135. lib. 1. et de adipiſc. poſſeſſ remed. 4. num. 30. Tiraquell. de retract. conuent. d. §. 1. gloſ. 6. num. 20 Gratian. cap. 743. num. 18. et cap. 104. num. 3. et cap. 266. num. 6. et ſeq. vbi dicit, hoc habere locum ex propria ſignificatione vocabuli, & cap 612. num. 14. Cõciol. de hæred. artic. 1. num. 53. idemque in condi-
77 tionibus, quæ & ipſæ ſunt ſtricti Iuris, & in forma ſpecifica impleri debent, l. Mænius, ff. de condit. et demonſtrat. ibi: *Si cui libertas legata eſt, ſi hæredi Titij decem dederit, non tantùm hæredi, ſed et hæredis hæredi dando peruenit ad libertatem*, leg. ſub diuerſis, §. 1. ibique Bart. l. cum ita datur, §. ex his verbis, ff. eod. titul. l. ſi peculium, §. hæredi, l ſi ſtatu libera, §. non ſolùm, et §. ſi filius, l. ſeruus ſi hæredi in princ. ff. de ſtat. liber. & notat Bart. in l. Pater fam. in princip. ff. de vulg. et pupill. Salicet. in l. ſi plures in vltima quæſt. Cod. de condit. inſert. quidquid in contrarium dixerit Dec. in l. quæ legata in fin. ff. de reg. Iur.

78 Nec non in contractibus, in quibus omnes hæredes primi, & vlteriores, & in infinitũ continentur, l ſi tibi, § ſi pactus, ff. de pact. l. ſi pactum, ff. de probat. l. veteres, Cod. de contrah. ſtipulat. Cagnol. in l. 2. quæſt. 17. Cod. de pact. int. empt. et vendit. Peregrin. de fideicomm. art. 32. num. 63. et 72.

Nihilominus in caſu, de quo agitur, prædicta non videntur vrgere ex pluribus ſaltem in ſimul ponderandis, quod, ut apertiùs innoteſcat, eſt neceſſariò præmittendum
79 abſolutiſſimum Iuris principium, quòd, cũ bona hæredis non veniant ſub hypotheca contracta per defunctum, niſi expreſsè id fuerit actum, d. l. Paulus 29. ff. de pignor. et hypoth. cum alijs initio allegatis, fruſtrà in præſentia repetendis; ideòque iſta hypothe-
80 ca, quæ ab obligatione Camerali reſultat, cum re vera dici non valeat, quòd oriatur ab explicita defuncti uoluntate; ſed potiùs per fictionem, vel præſumptionẽ, quaſi quòd ſe ita obligando in forma Cameræ, facere uoluerit totum id, quod in eius formula continetur.

81 Hinc reſultet, ut multiplicarentur, tàm fictiones, ſeu præſumptiones, quàm etiam ſpe-

ſpecialitates exorbitantes, ſimul, & ſemel
fingendo obligationem, ſeu hypothecam
à Iuris diſpoſitione exorbitantem, ac etiam
inducendo, quòd ſub nomine hæredis ueniat,
etiam ipſius hæredis hæres, qui ſictè, impro-
prièque, nō autē naturaliter, ac uerè eſt hæ-
res primi hæredis, ut optimè aduertit uidē-
dus *Caſtrenſ. conſil. 197. in 2. dub. lib. 2.* ubi in
ſpecie, quòd, licet heres cenſeatur eadem
eſſe perſona cum defuncto, *§. 1. auth. de Iur.
Iur. à morien. præſtit.* non tamen hæres here-
dis propter mediam perſonam, quę tollit ex-
tremorum habilitatem; nam alioquin eſſet
copulare, & coniungere plures fictiones,
quod fieri non poteſt, quem ſequitur *Dec.
in l. heredem, num. 8. in fin. ff. de regul. Iur.* Ri-
*min. Iun. conſil. 23. num. 260. Cephal. conſ. 717.
num. 15. lib. 5. Maſuel. ad Capyc. dec. 191. nu. 1.*
Tiraq. *in tract. Semort. Saiſit. part. 2. declarat. 5.
num. 5.*

82 Regulare enim eſt, ut concurſus tot fi-
ctionum, ſeu ſpecialitatum nullatenus ſit
permittendus, *l. cum poſt, §. gener. ff. de Iur. dot.
l. 1. in fin. C. de dot. promiſſ. Roman. conſil. 350.
num. 36. Alex. conſ. 13. num. 4. lib. 1. Ruin. conſ.
29. n. 4. lib. 4. Surd. conſil. 137. n. 78. Epiſc. Spe-
rell. deciſ. 171. num. 58.* Cumque fictio ſit cō-
83 tra ueritatem, ideòque ius quoddam ſingu-
lare nuncupetur, *l. 2. §. codicillorum,* ibique
notat *Bald. ff. de Iur. codicill. l. ſingularia, ff. ſi
cert. petat. l. cum hæredes,* ibique *gloſ. et Iaſ. ff.
de acquir. poſſeſſ. Giouag. conſ. 73. num. 64. 70.
et ſeq. lib. 1. Card. Mant. de tacit. lib. 23. tit. 30.
num. 41. Bich. dec. 102. num. 17.*

84 Meritò quantùm fieri poteſt eſt reſtrin-
genda, neque ullo Iure extenſionem patitur,
l. pater, §. vltim. ibique notatur, *ff. de capt. et
poſthum. reuerſ. l. lex Cornelia, cum gloſ. ff. de
85 vulg. et pupill.* ubi fictio legis Corneliæ, quæ
confirmat teſtamentum principale, ad Tabu-
las pupillares non extenditur, *Bald. in l. fur-
ti, § pactus, ff. de his, qui notan infam. Alciat.
in l. is qui pro emptore in fin. ff. de vſucap.* Card.
*Mant. de tacit. lib. 4. tit. 32. num. 55. et lib. 23.
tit. 30. num. 38. et ſeqq.* ubi, quòd fictiones ſint
86 reſtringendæ, ut non habeant locum, niſi in
eo effectu, ad quem ſunt inuentæ, & utpotè
ius ſingulare continentes, ad conſequentiam
non ſint producendæ.

87 Præcipuè, quia, ubi huiuſmodi fictionum
pluralitatem admittere uelimus, eadem erit
ratio in ſecundo, tertio, uel ulteriori hære-
de; ideòque eſſet dare proceſſum in infini-
tum contra iuris principia; nihilque immu-
ne eſſet ab hypothecis, totuſque mundus li-
tibus obuolueretur, pro quo abſurdo euitā-
do regulare eſt, ut uerbum, *hæres,* de primo
tantùm intelligi debeat, *Rebuff. in l. ſciendum,
verſ. ſextus ad rem. ff. de verbor. ſignific. Rau-
denſ. de Analog. cap. 10. num. 25.* & in his ſpe-
cialibus terminis rectè aduertit *Card. de Lu-
ca de credit. dict. diſc. 38. num. 9. verſ. ponde-
rando, Rot. in recent. dict. deciſ. 222. num. 50
part. 15.*

His omnibus accedat, quòd non ſit in
Iure nouum, neque abſonum, vt appellatio-
88 ne hæredum veniant tantummodò imme-
diati; non autem mediati, & vlteriores, præ-
cipuè, quoties, prout in præſentia, agitur
de materia exorbitanti, in qua ob ſtrictam,
rigoroſamque ſignificationem de Iure ca-
piendam, regulariter verius videtur, vt ſub
nomine hæredis non veniat, niſi primus, &
immediatus; id enim, omiſſis alijs relegen-
dis penes *Tiraq. de retract. conuent. d. §. 1. gloſ.
6. num. 18. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. qu. 344.
in fin. Conciol. de hæred. art. 1. num. 23. verſic.
licet in pænalibus, & art. 3. num. 34. Peregrin.
de fideic. art. 32. num. 69. Caſtill. lib. 2. controu.
cap. 22. num. 65. & lib. 5. cap. 96. num. 3. Card.
de Luca de hæred. diſc. 4. num. 2. & de credit.
diſ. 38. num. 2. & 3. Manſ. conſult. 18. num. 16.
& ſeqq.* habemus in pluribus caſibus rei, de
qua agimus ſatis proximis.

89 Primò, quoties agitur de re præiudiciali,
ſiue de pœna; ſi enim hæredi reperiatur im-
poſita, non afficit hæredem hæredis, *l. multæ
in princip. ff de condit. & demonſtrat.* vbi,
Bart. cæterique notant, & longè clariùs,
*Bald. in l. fin. quaſt. 22. Cod. de hæred. inſtit.
Dec. in l. qui per ſucceſſionem in tertia fallentia,
ff. de Reg. Iur. Roman. in l. ſi quis filium, §. fin.
ff. de acqu. hæredit. Alex. & Iaſ. in l. fin. col. 2.
ad fin. Cod. de hæredib. inſtit. idem Alex. conſil.*
140. *lib. 6. Bald. conſ. 272. in fin. lib.* 5. vbi,
90 quòd prohibitio facta hæredi ſcripto, ne
alienaret, non intelligatur facta hæredi
hæredis, & hoc quoq; ante illū voluit, *Bart. in
l. Lucius, §. Semproniæ, ff. de legat. 3. Alberic. in
l. vltim. ante med. C. de reb. alien. non alien.* &
poſt eos *Curt. ſen. conſ. 46. Rim. Iun. conſ. 48.
num. 3. Tiraq. in tract. Semort. Saiſit. par. 2. de-
clarat. 5. num. 7. & ſeq. Conciol. de hæred. d.
art. 1. num. 53. verſ. licet in pænalibus, Card.
de Luca de hæred. diſc. 4. num. 2.* & rectè con-
ferunt deducta per *Manſ. conſult. 18. num. 16.
& ſeqq.*

91 Secundò, idem habemus in terminis diſ-
poſitionis *l. feminæ, Cod. de ſecund. nupt.* licet
enim coniux binubus grauetur reſeruare fi-
lijs prioris matrimonij id, quod fuit conſe-
quutus de ſubſtantia primi coniugis ex ſuc-
ceſſione filiorum, intelligi tamen debet de
immediata; non autem mediata ſucceſſio-
ne, iuxta magis receptam ſententiam, de
qua *Angel. in §. præferuntur num. 9. poſt med.
verſ. ex prædictis, inſtit. ad ſenat. conſult. Ter-
tull.* latè *Barboſ. in l. poſt dotem 41. num. 71.
ff. ſolut. matrim. Io. de Garron. in authent. ex te-
ſtamento, num. 40. & ſeqq. verſ. nota ſeptimò,
Cod. de ſecund. nupt. Corn. conſ. 286. num. 3. in
fin. verſ. ex gloſ. lib. 1. Gabr. de ſecund.*

nupt.concluſ.3.num.17.Craſſ.de ſucceſſ. ab inteſt.quæſt.25.nu.4.Caſtill. de uſufruct.libr.1.cap.2.num.60.& ſeqq Sanchez.de Matrimon-lib.7.diſp.89.num.12. verſ.hoc tamen intelligendum, & ſub num.22.Guttierez de matrim.cap.169.num.7.Mangil.de imput. quæſt.7.nu.15.Boer.decis.192.num.3. Franch. deciſ.666.num.6.et ſeq. Martin.Andrea deciſ.74.Dunozett.Iun.deciſ.641.n.5.Cardin.Celſ.dec.72.num.14.et ſeq. Rot.in rec. deciſ.527.num.14.part.4.tom.3.& in dec.371.n.14.p.6. & Nos latiùs firmauimus in ſecundo volumine.

92 Tertiò, idem dicitur in materia renunciationis, quæ à Iure reputatur exorbitans, atque adeò ſtrictè intelligenda; licet enim, quis renunciauerit bonis, uel ſucceſſioni paternæ, excluditur à ſucceſſione immediata; non autem mediata, ſuccedendo fratri, etiã in bonis, quæ in ipſum à Patre obuenerunt, *Bald.in l.pactum,* Cod.de collat.*et l ſi tibi, ff. de pact.* Caſtrenſ. *in l.Paulus* 89. *§ fin.ff.de acq.hæred.Alex.in l.1.§.veteres, nu.8.et ſeq.* ibique *Soccin.ſen num.3.ff.eod.Dec.in l.hæreditas,et in l.quoties, nu.6.et ſeq.ff.de reg.Iur. et conſ.230.num.6.et conſ.266.num.3.et conſ. 379.num.1.Luc.de Penn.in l.1.* Cod.*quand et quib.quarta pars deb. Angel.conſ.52.Roman. conſ.168.num.1. Pariſ.conſ.49. num.4.lib.3. Eugen.conſ.58.nu.20.et ſeqq. lib.1. Aldonin. conſ.83.num.13.Romit.conſ.100.nu.4.et ſeqq. lib.1.Molin.de rit.nupt.lib.3.cap.79.num.31. Sanchez ad Præcept.decal.lib.7. cap.7.nu.6. Afflict.deciſ.178.num.4.* ibique *Vrſill. nu.3. Surd.deciſ.144.num.15.et ſeq.Merlin.dec.22. num.5.ad med.et ſeq.*

93 Quartò, ſi uſusfructus relinquatur, etiam hæredi, cum id aduerſetur naturæ uſusfructus importantis ſeruitutem perſonalem; atque adeò, inſpecta Iuris diſpoſitione, terminare debeat in perſona primi uſufructuarij; meritò, ne exorbitantiæ multiplicentur, intelligi debet de primo, non autem de ulteriori hęrede, iuxta celebrem *text. in l.antiquitas* 14. ibique ſignanter *Bart. et* Caſtr.*Cod.de vſufruct.* idemque procedit in
94 ceſſione uſusfructus per contractum, *Angel.conſ.2.*

Quintò quemadmodùm, ſi prouiſio facta ſit per Teſtatorem hæredi ſuo, ea quidem
95 eſt referenda ad heredem ſcriptum in teſtamento; non autem ad hæredem hæredis, uel ad Patrem, uel Dominum, qui ex perſona filij, uel ſerui factus ſit hæres, *l.qui l.beris* 8. *§.hæc verba, ff.de vulgar. l.ſciendum, ff.de verbor. ſignific.l.annua,ff.de ann.legat l.Sempronius,ff.de vſufruct.legat.* Idque ob eam cauſam, vel, quia ex Iudicio teſtatoris non
96 veniunt, ſed ex lege, ſiue ex ordinatione heredis ſcripti, atque adeò ex caſu merè fortuito, *Bellon.Iun.conſ.55.num.69.& ſeq.* prout habetur in *d.l.qui liberis, verſ.hæc verba:* Vel quia in certus eſt hęres hæredis prout *in d.l.ſciendum*, vtique prædictæ rationes ſatis, ſuperque conuenire vidẽtur in præſentia, ad excludendam voluntatem defuncti, quòd voluerit, ſub obligatione Camerali includere hypothecam afficientem, etiam hæredes mediatos.

97 Sextò, licet filius, & illius hæres non poſſit conqueri de alienationibus, & conſumptionibus bonorum, ſed illis debeat ſtare, quando remanet tantum, quantum ſit portio ſuæ legitimæ; nihilominus in grauiſſimorum virorum ſententia, id procedit in primo hærede; non autem in hærede hæredis, *Decius in l.hæredẽ 59.n.7.ff.de regul.Iur. Saluſt.de Peruſ.inter conſ.*Caſtr.*cõſ.197.lib.2.*

98 Septimò in pace, vel promiſſione de non offendendo, licet veniant hæredes actiuè, & paſſiuè, vt quia de eis fuerit facta expreſſa mentio; nõ veniunt tamen hæredes in infinitum; ſed tantùm primi hæredes, ut latè comprobat *Herculan. de cantion. de non offend.cap.4. num.1.& ſeq.&* cap.*42. num 14. & ſeq.* ubi contrarijs reſpondet, cum quo pertranſeunt *Moron.de tregu. & pac. q.144. n.5.verſ & vbi pro hærede, Farin.de Var.ac diuerſ.crimin.qu.107.n.366.& ſeq.* Guazzin. *de pac. part.1. qu.69. num.9. Conciol. de hæred.art.3.num.35.*

99 Octauò, tandem in Statutis appellatione hęredum intelligi debent primi hęredes; non autem cęteri, qui, primis deficientibus, ſubſtituti ſunt, *Bart.in l.1.col.2.verſ.ſi verò quęritur, ff.de conſtitut.Princip.Alberic.in leg 2. col.4.verſ.ſi autem,ff.eod. Bald in l.Iubemus, §.vlt.Cod.ad Senat.conſ.Trebell. Lup.in repetit.Rubr.de donat. §.69.num 6.* Tiraquell.*in l.bones, §.hoc ſermone in regul.num.74.Manſ. conſult.18.num.15.et ſeqq.* ubi, quòd Gabel-
100 la ſoluenda pro legatis, non comprehendat niſi primos ſucceſſores tantùm; non autem ſubſtitutos.

101 Prædictis igitur firmatis, nullatenus uidetur aduerſari, quód nomen heredis regulariter contineat heredem heredis, quòdque hęres hęredis ſit etiam hęres Teſtatoris, quia prędicta ſunt intelligenda in ultimis uoluntatibus, in quibus fauorabilior eſt facienda interpretatio pro uolũtate Teſtatoris implẽda; quòd ſecus eſt in pręſenti themate, in quo agitur de re exorbitanti, & omninò odioſa, eſſentque ex ſupra latè firmatis contra apertiſſimas regulas Iuris multiplicandę multę fictiones; ſatiſque exorbitantes ſpecialitates.

Vel quatenus etiam procedat in contractibus, intelligi debet, quando multiplicitas fictionum non aduerſatur.

Prout neque etiam reſiſtit, quòd non ſuffragante Inuentarij beneficio, ſecundus,
102 uel ulterior hęres ad debita, aliaque one-

ra

Digitized by Google

ta primi defuncti teneatur, *Iaſ. in l. ſi quis filium, §. vlt. nu. 9. ff. de acquir. hæred. Cagnol. in l. qui per ſucceſſorem, num. 5. ff. de regul. Iur. Menoch. conſ. 89. num. 128.* & pluribus *ſeqq. Gratian. cap. 743. num. 18.*

Vt enim aduertit *Card. de Luca de credit.*
d. diſc. 38. n. 10 id proueniit, quia debitũ defũ-
103 cti eſt effecti debitũ propriũ primi hære-
dis, cuius hæres ex eadem ratione tenetur
ad omnia debita proprij auctoris, ex quaſi
contractu ab aditione reſultante, tamquàm
eius perſonam repreſentans in Vniuerſo Iu-
re actiuo, & paſſiuo; non autem exinde ſe-
104 quitur, vt ficta, ſeu præſumpta voluntas
primi defuncti ſolummodò deducta ex for-
mula obligationis Cameralis, trahi debeat
ad bona ſecundi, vel vlterioris hæredis; cum
hic, vt ſupra eſt firmatum, potiùs efficiatur
debitor, tamquàm repreſentans perſonam
ſui Auctoris immediati, licet in conſequen-
tiam reſultet, quòd repreſentet, etiam illam
auctoris mediati; ſed potiùs fictè, ac impro-
priè, quam propriè, & verè, ex ſuperiori
loco allegatis.

ARGVMENTVM.

Plures hæredes, an, & quando teneantur pro portionibus hæreditarijs, tàm in actione perſonali, quàm hypothecaria, latè ad examen reuocatur, pluribus adhibitis diſtinctionibus: Quidue aſſerendum, quoties defunctus Teſtamento, vel contractu cauerit, ſiue ijdem hæredes inter ſe conuenerint, quòd onus æris alieni alter ex illis ſubeat. Ad ornatum *l. 1. & 2. Cod. de hæred. action.*

Hypotheca pro legato competens, an differit ab alijs hypothecis, & an ſuaptè natura ſit diuidua.

Fauore dotis, an poſſit in ſolidùm agi contra unum ex pluribus hæredibus, & an in hoc dos dici debeat priuilegiata. Ad intellectum *leg. cum ab vno 55. ff. de legat. 1.*

Hæres beneficiatus per imaginariam ſolutionem, an, & quando præſumatur ſibi de bonis hæreditarijs ſatisfeciſſe, fructuſque à die aditæ hæreditatis ſuos faciat ratione dominij. Et an pro ſatisfactione ſui crediti tot bona hæreditaria valeat ſibi adiudicare, & inſolutum recipere, nullo Iudicis adhibito decreto.

Facultas à Iure tributa hæredi beneficiato dandi inſolutum bona hæreditaria creditoribus hæreditariis, an procedat in creditore cenſus; Quiduè aſſerendum reſpectu fideiuſſoris.

Hæres an, & quando poſſit impugnare factum defuncti, eidemque contrauenire, præcipuè ſi à Iure, vel ab homine improbetur; Ad declarationem difficilis *text. in l. filius familias, §. cum Pater, ff. de leg. 2.* Quidue ſit affirmandum in legatario.

Repreſentare duplicem perſonam; an & quando quis valeat.

SVMMARIVM.

1 *Facti ſpecies enarratur.*

2 *Diuiditur controuerſia in quinque inſpectiones.*

3 *Plures hæredes regulariter non tenentur, niſi pro portionibus hæreditarijs.*

Intellige in actione perſonali; non autem hypothecaria, vt infra num. 24. & ſeqq.

4 *Idque, etiam ſi defunctus inſolidùm reperiatur obligatus; nam adhuc inter hæredes etiam creditore reluctante, obligatio diuiditur.*

5 *Amplia, etiam ſi debitum ſit fiſcale, & priuilegiatum.*

6 *Vel ſi hæres conueniatur à filio pro legitima.*

7 *Vel ſi ſint hæredes, tàm in feudalibus, quàm in burgenſaticis, qui tenentur pro rata bonorum, quæ ad vnumquemque ex eis peruenit.*

8 *Vel, ſi alicui ex hæredibus teſtator fecerit prælegatum.*

9 *Limita, quò ad onus incumbens ſuper bonis prælegatis, vtpotè ſunt tributa, collectæ, & ſimilia.*

10 *Idemque aſſerendum, ſi hæreditas eſſet non ſoluendo.*

Nam creditores hæreditarij præualent omnibus in teſtamento honoratis.

11 *Intellige concluſiones ſuperiùs firmatas,* num. 3. & 4. *quando obligatio eſt diuidua; ſi enim eſt indiuidua, hæredes inſolidùm ſunt obſtricti.*

Ea, quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hæredibus debentur.

12 *Obligationes indiuiduæ aliæ ſunt indiuiduæ petitione, & ſolutione; aliæ indiuiduæ petitione, ſolutione verò diuiduæ.*

13 *Lex duodecim Tabularum actiones hæreditarias inter cohæredes ipſo Iure pro portionibus hæreditarijs diuiſit.*

14 *Obligationes tàm actiuè, quàm paſſiuè ipſo Iure diuiſæ ad hæredes tranſeunt.*

15 *Ex hæredibus vnuſquiſque defunctum repreſentat ſolùm pro ea portione, pro qua eſt hæres; adeòut pro alijs portionibus pro extraneo ſit reputandus.*

16 *Actio perſonalis contra tertium non datur, ſed perſonam ſequitur obligatam.*

17 *Reprobatur* Cutell. dec. Siciliæ 26. n. 7.

18 *Hæredes pro portionibus hæreditarijs tenentur, tàm ſi defunctus teſtamento, vel contractu cauerit, quàm ſi ijdem hæredes inter ſe conuenerint, quòd onus æris alieni alter ex hæredibus ſubeat.*

Idque, etiam ſi cautum fuerit, vt liceat creditori à quolibet hæredum ſolidum exigere.

19 Quid de æquitate ſeruetur in ſupremis Tribunalibus, potiſſimum ad inanes circuitus euitandos.

20 Teſtator poteſt rem hæredis obligare, in ô vnũquemque ex hæredibus inſolidum.

21 Intellige in obligatione contrahenda, & in vltima voluntate, legando videlicet, & fideicommittendo: non verò in obligatione iam contracta, vtpotè eſt æris alieni obligatio.

22 Creditor ob inopiam vnius ex hæredibus portionem ab eo debitam, licet conſequi non valeat; non inde poteſt alterum cohæredem pro integro debito vrgere: ſed ſolùm pro portionibus hæreditariis.

Idque etiam procedit de Iure Canonico, & in foro interiori, ibidem.

23 Obligatio hæredum, cum fuerit ſemel à lege diuiſa, periculum vnius non onerat alios.

24 Actione reali ſiue hypothecaria, quoties hæredes reperiuntur obligati, tunc quilibet poteſt inſolidum conueniri pro tota re poſſeſſa; ſecus autem in actione perſonali, & num. ſeqq.

25 Ius hypothecæ, vtpotè indiuiduum, tranſit cum rebus ipſis hypothecæ obnoxijs ſine aliqua diminutione.

26 Obligationis conditio ex hæredum perſona non mutatur, ſed talis remanet apud hæredes qualis erat apud defunctum.

27 Si plures hæredes pro diuiſo, vel pro indiuiſo rem hypothecatam poſſident, an vnus conuentus inſolidum poſſit opponere exceptionem diuiſionis debiti.

28 Sententia eſt receptior, vt neque etiam tali exceptione diuiſionis vti poſſint.

29 Contrarium in aliquorum ſententia aſſerendum, ſi cohæres pro præteritis penſionibus inſolidùm conueniretur.

30 Hypotheca legalis pro legati conſequtione competens datur ſolùm proportionabiliter pro ea portione, pro qua quis eſt hæres, & non vltra.

31 Hypotheca pro legato competens valdè differt ab alijs hypothecis, cum hæc ex ſui natura ſit diuidua.

Reprobatur Bart. aſſerens, eſſe ſpeciale in legatis, ut hypotheca ſit diuidua, num. ſeq.

32 Limita, quando res hæreditaria pro legato hypothecata reperiretur poſſeſſa per extraneum; eo caſu poteſt legatarius contra poſſeſſorem inſolidùm agere in aliquorum ſententia.

33 Quamuis pro legato competat hypotheca pro ea ſolùm parte, pro qua quis eſt hæres.

34 Hoc tamen eſt verum, quando hæres rem obligatam pro legato poſſidet ſolùm pro ſua portione; tunc enim pro portione, quam poſſidet, ſolùmmodò liberat totam ſuam portionem.

Secus eſt in alia hypotheca, in qua vnus ex hæredibus, qui ſolueret ſuam portionem debitam, non liberaret ſuam portionem hæreditariam.

35 Hæres, ſi pro parte integrè poſſidet vnam rem hæreditariam ſibi in diuiſione obuentam, tunc poteſt inſolidùm pro tota re conueniri, & ſoluendo partem, liberat pro parte tantùm.

Diſtingue vt ibidem.

36 Fauore dotis poteſt inſolidùm agi contra vnũ ex pluribus hæredibus.

37 Idque eſt ſpeciale fauore dotis.

38 Iuxta veriorem ſententiam in hoc dos non poteſt dici ſimpliciter priuilegiata, ſed quatenus concurrat teſtatoris voluntas.

39 Secus eſt aſſerendum in ceteris debitis, in quibus teſtatoris voluntas nihil operatur.

40 Voluntate teſtatoris ſemota, neque etiam pro dote datur actio inſolidum contra vnum ex cohæredibus.

41 Diſpoſitio leg. cum ab vno 55. ff. de legat. 1. in ſententia Baldi, nullum ſpeciale fauore dotis inducit.

42 Contraria opinio poteſt procedere, quando vnus ex hæredibus poſſideret bona ſpecificè pro dote obligata.

Vel ob prædeceſſum cohæredis omnia bona hæreditaria, vel maior pars ad alterum cohæredem perueniſſet.

43 Fauore alimentorum poteſt agi contra vnum ex hæredibus inſolidum.

44 Obligatio præſtandi alimenta apud defunctum eſt indiuidua; ideòque per mutationem perſonæ, principalis obligatio mutari non debet.

45 Reprobatur contraria ſententia.

46 Quoties agitur de debito, quo teſtator actione adſtringebatur perſonali, vnus ex hæredibus, Iudicis officio, poteſt alterum cogere ad debita hæreditaria diuidenda.

47 In debito contracto in actione hypothecaria, creditores hypothecarij poſſunt contra quemlibet ex hæredibus agere, cum declarationibus, de quibus ſupra.

48 Vnus ex hæredibus ſolidùm ſoluens, poteſt actione negotiorum geſtorum ab alio cohærede quantitatem pro eo ſolutam conſequi, ſi hæreditas eſt diuiſa.

Vel Iudicio familiæ erciſcundæ, ſi ſit indiuiſa.

49 Imò ante ſolutionem faciendam poteſt petere à creditore ceſſionem Iurium aduerſus cohæredes

50 Hæres creditor defuncti adeundo ſine Inuentario actiones confundit.

51 Intellige, quando agitur de actionibus perſonalibus, & non de hypothecarijs.

Necnon pro ea parte, pro qua quis eſt hæres.

Reprobatur contraria ſententia affirmans, dari confuſionem etiam in actione hypothecaria.

52 Præcipuè, quando quis ſuccedit alteri per fideicommiſſum reuocabiliter; tunc enim non confundit actiones, & hypothecas, ad effectum retinendi aduerſus fideicommiſſarios reſtitutionis caſu eueniente.

53 Secus, quando ſit hæres directus; & irreuocabiliter, quia tunc extinguitur ſua hypotheca fauore creditorum, & legatariorum.

54 Deciſio Franch. 80. num. 21. & ſequ. quo caſu procedere poſſit remiſſiuè.

55 Doctores affirmantes, hæredem non beneficiatum ſuum non amittere creditum per aditionem, loquuntur ad effectum retinendi aduerſus fideicommiſſarios, non verò creditores, & legatarios.

56 Concluſio, quòd hæres creditor defuncti adeũdo ſine inuentario actiones confundat, eſt intelligenda, quò ad credita exiſtentia tempore aditionis, non autem quò ad credita, quæ ipſe hæres acquiſiuit poſt hæreditatem aditam, putà ſoluendo æs alienum Teſtatoris, vel aliter, in quibus non datur imaginaria ſolutio, neque actionum confuſio.

Reprobatur contraria ſententia Menoch. conſil. 183.

57 Intellige, dummodò ab eodem hærede credita

ſolu-

ſoluta concludenter probentur, cum non ſufficiant ſolutiones, hæredisque aſſertio.

58 *Hæres creditor defuncti; ſolemni confecto Inuentario, poteſt petere ſeparationē bonorum hæreditariorum a bonis proprijs, & declarationem, ſe eſſe potiorem.*

59 *Hæredi beneficiato præſeruātur bona propria, ne confundantur cum bonis defuncti.*

60 *Hęres beneficiatus, adeundo hæreditatem, per imaginariam ſolutionem ſibi ſatisfeciſſe pręſumitur de bonis hęreditarijs, fructuſque à die aditæ hæreditatis ſuos facit ratione dominij.*

61 *Intellige, vt hęres beneficiatus fructus hæreditatis ſuos faciat ex vi imaginariæ ſolutionis, quando non adſunt alij creditores anteriores.*

Declara vt infra num. 68. *&* 69.

62 *Hęres beneficiatus, in aliquorum ſententia, etiam in præiudicium creditorum anteriorum, fructus ex hæreditate perceptos ſuos facit ratione imaginarię ſolutionis.*

63 *Huiuſmodi tamen ſententiarum Antinomia conciliatur, ut prima opinio, de qua ſupra* nu. 61. *procedat, quando creditores fuerunt detecti, & tempore aditionis, vel paulò poſt vrgebant.*

64 *Pręcipuè ab illa die, qua hæres ad inſtantiam creditorum vrgentium dici debuit in mala fide conſtitutus.*

65 *Secunda verò ſententia vindicet ſibi locum, quando creditores non erant detecti, vel non vrgebant.*

66 *Hæreditas, quoties eſt adita, non eſt amplius hęreditas, ſed proprium hęredis adeuntis patrimonium.*

67 *Hæres beneficiatus defuncti creditor in ſatiſfactionem ſui crediti tot bona hęreditaria poteſt ſibi adiudicare, & in ſolutum recipere, etiam nullo Iudicis adhibito decreto, quoties bona fide id fuit geſtum, licet tutius ſit Iudicem adire.*

Præcipuè vbi alij creditores concurrant.

68 *Hæres beneficiatus per imaginariam ſolutionem ſibi ipſi ſatisfeciſſe non intelligitur, neq; à die aditæ hæreditatis fructus facit ſuos, quando poſtmodùm coram Iudice petijt, ſe declarari creditorem cum ſeparatione bonorum.*

69 *Intellige, quando comparuit agendo, ſecus verò excipiendo contra creditores, & legatarios vrgentes.*

Declaratur Surd dec. 92. n. 6. & ſeqq. *ibidem.*

70 *Idque, etiam ſi poſteà in ſatisfactionem ſui crediti pecunias exegerit.*

71 *Creditores, & legatarij, quibus concurrentibus teneantur accipere bona hæreditaria in ſolutum, neque hæredes cogi valeant ad ſoluendum ex proprio ære, vel executionem pati.*

De alternatiua adiecta in leg. fin. §. & ſi præfatam, Cod. de Iure deliberand. *quòd hæres ſoluat de rebus hęreditarijs, vel de eorum pretio, ibid.*

72 *Quid ſi hereditas ſit opulenta,* & num. 74.

Vel Teſtator mandauerit, vt ſoluatur in pecunia.

73 *Reprobatur* Rouitus conſ. 18. lib. 1. & Carena re ſolut. 31. & ſeq. *& in quo caſu eorum ſententia amplectenda.*

74 *In hęreditate notoriè opulenta; hæres beneficiatus in aliquorum ſententia tenetur in pecunia ſoluere.*

Contraria opinio eſt verior.

75 *Teſtator, quamuis cum Iuramēto renunciauerit beneficio* auth. hoc niſi, Cod. de ſolut. *adhuc hęres poteſt cogere creditores, & legatarios ad accipiendum tot bona inſolutum.*

Beneficium dictę auth. hoc niſi *non competit heredi ex perſona defuncti, ſed potiùs ex legis diſpoſitione fauore ipſius hęredis ratione inuentarij, reſpectu cuius teſtator non poteſt illi præiudicium inferre, ibidem.*

76 *Renunciatio iurata defuncti beneficio dictę* auth. hoc niſi *iuſto emptore non reperto, nihil operatur, tamquàm caſu inſolito, & inopinato ſuperueniente.*

Refelluntur Rouit. Franch. *& alij contrarium ſentientes.*

77 *Hęres beneficiatus, an poſſit dare inſolutum creditoribus, & legatarijs tot bona hęreditaria, tàm pro ſorte, quàm pro fructibus cenſus, & quęſtio admodùm torquens Doctorum ingenia.*

78 *Affirmant nonnulli.*

79 *Negant alij, & huic ſententiæ Author adhęret, illamque confirmat.*

80 Textus in l. fin. §. & ſi præfatam, Cod. de Iur. deliberandi, *tribuens hæredi beneficiato facultatem dandi creditoribus bona hæreditaria inſolutum, loquitur de creditore.*

81 *Ideòque non procedit in creditore cenſus, qui non poteſt dici creditor ſortis, ſed ſolùm fructuum nec debitor cenſus debitor ſortis.*

82 *Debitor cenſus non poteſt dare bona in ſolutum creditori eiuſdem cenſus non exiſtente pecunia.*

83 *In cenſu non agitur de ſoluendis debitis, ſed potiùs, de retractu, ſiue retrouenditione, ſoluta pecunia.*

84 *Subſtantia contractus mutaretur, ſi bona poſſent dari in ſolutum; eſſet enim non retrouenditio, ſed potiùs permutatio.*

85 *Prima opinio affirmans, poſſe dari in ſolutum bona hæreditaria creditoribus cenſus, poteſt procedere. vel quando creditor cenſus in Iudicio ſeparationis, & diſcuſſionis bonorum ageret petendo, ſibi aſſignari locum inter alios creditores, tàm pro fructibus cenſus, quàm pro ſorte.*

86 *Vel, quando ſolùmmodò ageret pro fructibus cenſus.*

87 *Suppoſita prima ſententia affirmante, quòd creditor cenſus poſſit compelli ab hærede beneficiato ad accipiendum tot bona inſolutum, eſt quæſtio, an id ſuffragetur fideiuſſoribus.*

88 *Author adhæret huic ſententiæ, quòd fideiuſſor hoc beneficio dationis inſolutum iuuari poſſit.*

89 *Liberato hærede principali debitore, cenſetur etiam liberatus fideiuſſor, ſiue Correus.*

90 *Fideiuſſor non allegat exceptionem beneficij Inuentarij; ſed extinctionem cenſus factam ab hęrede, cum donatione inſolutum.*

91 *Reprobatur Cencius contrarium aſſerens.*

92 *Datio inſolutum, ſicut liberat hęredem debitorem; ita etiam ſuffragatur fideiuſſori.*

93 *Hæres regulariter, non poteſt impugnare contractum, ſiue factum defuncti, & de ratione.*

94 *Hæres tenetur ſtare aſſertioni defuncti, neque poteſt aſſerere, illum fuiſſe mentitum.*

95 *Idque, etiamſi hæres veniat ex Iure proprio.*

96 *Præcipuè, ſi defunctus promiſit non contra-*

ue-

uenire, neque per ſe, neque per ſuos hæredes.

97 Concluſio habet locum, etiam in hæredibus, & ſucceſſoribus primi heredis.

Hæres hæredis, dicitur etiam hæres Teſtatoris.

Reprobatur contraria ſententia Saluſt. de Peruſ. & aliorum.

98 Legatarius, cum non repreſentet perſonam defuncti, ſicut hæres, poteſt illius factum impugnare.

99 Idque, etiam ſi legatarius ex perſona defuncti lucrum ſentiat, cum illud percipiat Iure ſingulari, non autem hæreditario.

100 Legatarius, ſi non poſſet impugnare factum defuncti, ſequeretur indirectè, quòd legatum ſemper animo compenſandi eſſet factum, quod non eſt verum.

101 Reprobatur contraria ſententia Curt. Iun. & aliorum, quæ ſolùm eſt admittenda, quando Teſtator expreſsè, & nominatim reliquit legatum animo compenſandi.

102 Legatarius, legato agnito, tenetur adimplere, & ſeruare defuncti voluntatem, licet maius onus contineat, quàm ſit commodum legati.

103 Intellige, quando concurrit aperta voluntas defuncti ſuper compenſatione facienda; ſecus, quando legatum legitur ſimpliciter factum.

104 Hæres cum beneficio legis, & Inuentarij non tenetur ſtare facto defuncti; ideòque poteſt ab ipſo alienata reuocare, proprioque nomine vindicare, non obſtante aditione.

105 Intellige, quatenus ex bonis hæreditarijs ſibi ſatisfieri non poſſit, quod ab eodem hærede eſt concludenter probandum.

106 Si Vires ſuppetant hæreditariæ, ad ipſarum limites factum defuncti hæres approbare tenetur, cum ſolùm Inuentarium ſuffragetur, ne damnum ſentiat; non autem, vt commodum ex hæreditate conſequi valeat.

107 Idem aſſerendum in filio, qui confecto Inuentario tenetur factum Patris approbare in eo, quod remanet ſupra legitimam; ſecus verò intra limites legitimæ.

108 Hæres pro ea parte, pro qua eſt hæres, tenetur factum defuncti approbare.

109 Hæredes vltra portiones hæreditarias cõueniri non poſſunt.

110 Idque etiam procedit in terminis euictionis.

111 Hæres, etiam ſine Inuentario, an poſſit impugnare factum defuncti nullum, & inualidum propter expreſſam alienandi prohibitionem indictam à lege, vel ſtatuto.

112 Referuntur Auctores pugnantes pro affirmatiua ſententia.

113 Adducuntur alij pro negatiua, non obſtante expreſſa alienationis prohibitione.

114 Author adhæret opinioni affirmatiuæ, quãdo factum defuncti eſt nullum, vel ex defectu conſenſus.

115 Vel propter diſpoſitionem legis, cui hæres non poſſet expreſsè renunciare, quia tunc, neq; etiam valeret tacitè.

116 Hæres tenetur factum defuncti nullum approbare fauore libertatis; ideòque cogitur manumiſſionem, etiam non Iure factam, ratam habere.

117 De multiplici Intellectu tradito Textui in l. filius fam. §. cum Pater, ff. de legat. 2. nonnullis exiſtimantibus, ibi non agi de expreſſa alienationis prohibitione; ſed de ſimplici fideicommiſſo.

Alijs verò opinantibus, quòd eius diſpoſitio procedat, quando alienatio eſt facta per viam legati.

118 Teſtatori ſicuti eſt permiſſum rem hæredis legare, vt infra, n. 120. ita etiam poteſt legare rem fideicommiſſo ſubiectam, ipſique hæredi reſtituendam.

119 Alienatio rei prohibitæ alienari facta per viam legati, cum non ſit ſimpliciter nulla, ſed quò ad æſtimationem ipſius rei valeat, hæres hoc caſu non poteſt factum defuncti impugnare in ſententia Ruini.

120 Teſtator, ſi rem legauit ad eius hæredem ex fideicommiſſo ſpectantem; cum expreſſa etiam alienationis prohibitione, non eſt hæredi permiſſa prædictæ rei vendicatio, niſi priùs hæreditatem reſtituat.

121 Teſtator rẽ hæredis legare poteſt, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit, hæredis eſſe, & non ſolùm rem hæredis; ſed etiam, ſi non ſit hæredis propria, ſed illi debita.

122 Præcipuè, quando res hæredis, aut illi debita, eſt relicta perſonæ coniunctæ.

123 Hæres non tenetur præcisè ſeruare voluntatem defuncti; ſed præſtando æſtimationem, eidem ſatisfaceret quoties particulari affectione rem legatam proſequitur.

124 Vel quando res legata maioris eſſet valoris, quàm res hereditaria, vel plures fructus afferret, quàm hæreditas.

125 Hæres non tenetur approbare factum defuncti, quando agit nomine alterius; tunc enim eidem eſt licitum, quod alioquin ex propria perſona non liceret.

126 In eadem perſona vices, ac Iura duorum conſiſtere valent abſque confuſione.

127 Pater poteſt recuperare rem filij nulliter diſtractam.

128 Prælatus poteſt nomine Eccleſiæ vindicare rem à ſeipſo alienatam.

129 Maritus, in aliquorum ſententia, vendens fundum dotalem, poteſt venire contra factum proprium ex perſona vxoris.

130 Licet indiſtinctè alieno nomine facto proprio contrauenire.

131 Perſonarum formalium diſtinctio in vna, eademque perſona materiali eſt in Iure reprobata in ijs, quæ cõſiſtunt in obiectis intellectus.

132 Ideòque non poteſt quis vnum eligere, tamquàm

Digitized by Google

quàm meliorem nomine proprio, & alium nomine Domini ſui.

133 *Non poteſt quis tamquàm Iudex delegatus ferre vnam ſententiam, & tamquàm ſubdelegatus aliam.*

134 *Non valet quis tamquàm teſtis vnum aſſerere, & tamquàm principalis aliud.*

135 *Repreſentans plures perſonas vnam tantùm habet conſcientiam.*

136 *Repreſentare duplicem perſonam non poteſt quis in actibus voluntatis in vtraque perſona commodum intendentibus, in quibus ſi ex vna aliquis ſe vno modo determinauerit, non poteſt ex alia difformiter velle.*

CAPVT LI.

1 OBIIT Iacobus, ſuperſtitibus Franciſco Maria, & Anibale filijs; cumque idem Franciſcus Maria ſtatim poſt obitum Patris hæreditatem cum Beneficio legis, & Inuentarij, tàm ſuo proprio nomine, quàm Anibalis fratris abſentis adiuerit, deinde per dictos fratres ad diuiſionem hæreditatis paternæ pro æquis portionibus, quò ad ſtabilia fuit deuentum, & poſtmodùm fuit facta diuiſio, quòad mobilia deſcripta in Inuentario confecto per Franciſcum Mariam, poſtquam diuiſionem vnuſquiſque ex prædictis fratribus potitur portione ſibi obuenta in hæreditate paterna.

Huiuſmodi facti ſpecie præmiſſa pro paranda concordia, quæ inter fratres rara eſſe ſolet, quęritur de pluribus pro veritate diſcutiendis, longiori fortaſſe methodo, quàm par eſſet, vt petenti ſatisfacerem.

2 Primò, nempè, vtrum alter ab altero ex prædictis fratribus officio Iudicis cogi poſſit ad debita hæreditaria diuidenda, de quibus in diuiſione bonorum nulla fuit habita mentio, vel ſaltem ad agnoſcendam pro rata portionem æris alieni hæreditarij.

Secundò, ſuppoſito, quòd ijdem filij ſint Patris creditores ob dotes forſan maternas, vel aliam ſimilem cauſam, an eadem credita cenſeantur per aditionem hereditatis paternæ extincta, ſi non per viam confuſionis, ſtante Inuentario legitimè confecto, ſaltem per fictam, & imaginariam ſolutionem.

Tertiò, an creditores hæreditarij per dictos hæredes vrgeri poſſint ad accipiendum tot bona hæreditaria inſolutum pro concurrenti quantitate eorum crediti, præuia æſtimatione peritorum, abſque eo, quòd eadem bona hæreditaria ponantur ſubhaſta, & quòd hæredes prædicti ſubijciantur oneri emptores inueniendi.

Quartò, quatenus huiuſmodi datio bonorum inſolutum poſſit hæredibus à Iure eſſe permiſſa; an id intelligi debeat, tám ad effectum ſoluendi ſortem debitam creditoribus, quàm etiam fructus eiuſdem ſortis ſignanter cenſus.

Quintò, an eadem datio inſolutum ſuffragari poſſit, nedum pro liberandis eiſdem hęredibus; ſed etiam fideiuſſoribus.

Sextò tandem, an hæres circumſcripto Inuentario poſſit impugnare factum defuncti, vtpotè nullum, & illicitum, vel ob reſiſtentiam legis, uel ſtatuti: vel expreſsè voluntatis Teſtatoris, qui prohibuit rem alienari, quidue aſſerendum in legatario.

3 Aggrediendo igitur primam inſpectionē pro faciliori reſolutione, initio præmittendam exiſtimo ſatis notam Iuris propoſitionem, quòd regulariter plures hæredes non teneantur, neque conueniri valeant á creditoribus, niſi pro portionibus hæreditarijs, prout ſunt Iura apertiſſima in *l.1.& 2.Cod. de hæredit.actiou.l.1.Cod.ſi cert.petat.l.filia, §.fin.ff.famil ereiſcun.l.æque, Cod.cod. l.ſi te bonis paternis,* Cod.*de Iur.deliber.l.actio quidem,Cod.ſi vnus ex pluribus hæred.Gothofred. in l.ſi teſtamēto,§.1.ff.de fideiuſſor.lit.*H.eruditiſſimus *Ant. Fab.de error. Pragm. Decad.8. Error.6.Valent.* Illuſtr. *Iur. ad tit.de acquir. hæredit.cap.4.num.4.& ſeq.Parlador.quotidian.lib.2.cap.fin.part.4.§.1.num.11.Rodriq. de exequut. cap.4.nu.13.Surd.conſ.104.n.13. & conſ.415.num.14.& decis.90. num.72.& ſeq.* ibiq; *Hodiern.n.3.Andreol. controu.209. num.1. Spin. in ſpecul.teſtam.gloſ.11.num.81 Olea de ceſſion.Iur.tit.4. quæſt.6.nu.1. Salgad. in* Labir.*credit.part.2.cap.11.à num.41. vſq; ad 47. Boſſ.de dot.cap.6.§.9.num.92. Ciarlin. controu.34.num.41.& ſeq. Conciol.de hæred. art.1.num.557.Gratian. cap.36.num.17. & cap.150.num.12. & cap.323.numer.3. Manſ. conſul.53.n.1. & 6.Prat.diſcept.19.n.35.lib. 1.Cyriac.controu.193.n.3.* Leotard. *de Vſur. quæſt.94.num.30.*Theſaur.*lib.2. quæſt.Forenſ. quæſt.67.num.10. Maſtrill.dec.224. num.12. lib.3.Afflic.dec.213.in fin.* ibique Vrſill. *nu. 10.Monach. deciſ.Florenſ.33.in princip.Gizzarel.deciſ.50.* vbi *Add.Mart. Medic.dec.38. n.1.Franch.dec.581.*ibiq; *Add.& deciſ. 203. num.1.Coccin.deciſ.285.num.3. Duran. deciſ. 454.num.2. & deciſ.58.num.1.Bich.dec.468. num.13.& deciſ.574. num.16. Ludouiſ.deciſ. 442. num.3.* ibique *add. num.5.* Card. *Celſus deciſ.171.num.1. & deciſ.227. num.9.*Card. *Ottbobon.dec.47.num.2.*

4 Idque, etiam ſi defunctus inſolidùm reperiretur obligatus, & ſub obligatione Camerali, vel cum pactis exequtiuis, nam adhuc inter hæredes, creditore etiam reluctāte, obligatio diuiditur, & non niſi pro rata, portioneque ſua vnuſquiſque hæres tenetur, & conuenitur *l.2.Cod.de hæredit. act.*

l.2.

*l.2.§.incertam, ff.de Pretor.ſtipulat.l.ea, quæ nominibus, Cod.famil.ereiſcun.*cum alijs congeſtis à *Gothofred.in l.1.C.ſi cert.petat.Guttier.lib.2.canon.cap.18. num.63. Gomeſ.Var. reſol.tom.2.cap.10. num.4. verſ.ex quo infertur*, vbi etiam reſpondet textui in *l.Tutor §. Lucius, ff.de vſur.* in quo habetur, creditorem non cogi particularem recipere ſolutionem, *Donell.lib.7.commentar.cap 11.*elegantiſſimè *Schifordeger.lib.3.tract.2. qu.14. & 15. Velaſch. de Priuileg. pauper.2. part. quæſt.58.num.3.Ceuall.commun contra commun.quæſt.76.num.10.& 11.Gratian.cap.36. num.41.& cap.16.num.8.Theſ.Iun. lib.2.qu. 67.num.10.*Rodriq.*de execut.cap.4. num.13.* latè, & ſatis eruditè *Leotard.de Vſur.qu.94 num.30. & ſeqq.* vbi, an idem procedat in pluribus hæredibus vſurarij, *Olea de ceſſ Iur. tit.4. qu.6. num.1. & 5. Auendan. de Cenſib. cap.95.num.2. Coſt.de ration.ratic. qu.23.& 189.Giurb.ad conſuetud.Meſſan.cap 9.gloſ.5. num.40. Zacch.de oblig.Camer.quæſt.4.n.10. Conciol.de hæredit.art.1.num.558.Manſ conſult.53.num.2.Ciarlin.Controu.34.num.51.& ſequ.*

5 Idque procedit licet debitum ſit fiſcale, & priuilegiatum, *l.2. Cod.de hæred.act. Peregrin.de Iur.fiſc.lib.6.tit.7. num.10. Conciol. de hæredit.art.1.num.559.*

6 Vel etiam ſi heres conueniatur à filio pro legitima, *Ruin.conſil.17.col.3. in fin.lib.5. Corn. conſ.148. num.4.* Gabr. *comm.concluſ. de legit.concluſ.6.num.4.Mareſcott. Var.lib. 1.cap.23.num.13.Merlin.de legit. lib.5. tit.4. quæſt.6.num.4.& 9. & qu.7.num.5.Conciol. de hæred.art.1. num.560.*

7 Vel etiam ſi ſint hæredes, tàm in feudalibus, quàm in burgenſaticis, qui teneutur pro rata bonorum; quæ ad unumquemque ex eis peruenit, *Camerar.in repetit.cap.an Agnatus, qu.22.Arnold. Ferron. ad conſuet.* Burdegalens.*tit.de teſtam.lib.2.§.2.fol.266. verſic. hoc loco Coſt.de rat.rat. qu.23.num.10.* Con*ciol.de hæred.artic.1.num.562. Franch. dec. 159.num.1.*

8 Vel ſi alicui ex hæredibus Teſtator aliquid prælegaſſet, nam ex inæquali prælegatorũ quantitate, inæqualiter non tenebuntur, ſed ad portiones tantùm hæreditarias reſpectus habetur, prout expreſſius eſt *text. in l.1.C.ſit cert.petat. Bald.in l.ex facto 35.in princip.ff.de hæredib.inſtituend. Donell. lib.7. commentar.cap.11.Schifordeger.lib.1.tract.2 quæſt.14. Curia Philipp.part.2.Iudic.exequt. §.10.num.4. & ſeq. Tiraq. de primog. qu.35. num.27.*Coſt.*de ration.rat.qu.23.num.3. Olea deciſ.Iur.tit.4.quæſt.6. num.7.* eleganter, ſuo more, *Robert.rer.Iudic.lib.4.cap.13.per tot. Conciol.de hæred.d.art.1. num.564.Bocr.dec. 57.num.2.*

9 Id tamen non haberet locum quò ad onus incumbens ſuper bonis prælegatis, vtpotè ſunt tributa, collectæ, & alia huiuſmodi generis; illa enim tenetur ſubire hæres prælegatarius ſaltem pro tempore futuro, *Rayner. in l.Imperatores, ff.de publican.Bald.in l.ſi negotium, Cod.mandat. Salicet. in l.fin. Cod.ſine cenſ.Soccin.conſ.227.col.2.Dec.conſ.285.col. 1.Borgognin.de vſufruct. num.162. Petr de interp.vltim.volunt.lib.5. dubit.2. numer.16. Peregrin.de fideicomm.art.4 num.65. & ſeq.* vbi plura alia Iura congerit apud eumdem relegenda, *Coſt.de ration.rat. qu.2. poſt n.10. Conciol.de hæred.art.1.num.571.*

10 Vel ſi hæreditas eſſet non ſoluendo; tunc enim hæres prælegatarius tenetur pro ſua rata ad ſolutionem, æris alieni à defuncto contracti, *Coſt.de ration.rat.quæſt.2. num 7. & ſeq.& remed.ſubſid.55.num 1.& ſeq. Peregrin.de fideicomm.art.4.num.5. & ſeq* Gre*gor.Toloſan.Sintag.Iur.lib.21 tit.18.num.18. Conciol.de hærede art.1. num 569.* cum creditores hæreditarij preualeant omnibus per teſtamentum honoratis, hæredibus, legatarijs, & fideicommarijs, *leg.Papinianus, §. quarta, et §.quoniam autem quarta, ff.de inoffic.teſtam.l.in quantitate, §.fin. ff.ad leg. Falcid.l.ex aſſe, ff.eod.Salicet.in l.2.* Cod.*ad Trebell.Caſtr.in l.1.Cod.eod. Peregrin. de fideic. d.art 4.num.6.*

11 Prædicta verò omnia intelligenda quando obligatio eſt diuidua; ſi enim diuiſionem non reciperet, utique hæredes inſolidùm eſſent obſtricti *l.ſi ſtipulationes 72.ff.de verbor.obligat.l.2 §.ex his, ff.eod.l.fideicommiſſa, § quędam, ff.ad leg.Falcidiam*, in quibus Iuribus probatur, legatum, uel ſtipulationem operis faciendi, uel Inſulæ fabricandæ diuiſionem non admittere, *Donell.lib.7. Cõment.cap.11.Surd.conſ.156.nu.15 in fin Melchior.de Valenz.Illuſtr* Iur.*lib.2.tract 4.cap. 6.num 8 et ſeqq.& cap.7.num.30.& ſeq.* optimè, & ſubtiliter iuxtà morem Gomeſ. *var. tom.2.cap.10.num.16. verſic.non obſtat, ſi replices,* eruditiſſimus *Torre de pact futur.ſucceſſ.lib.2 cap.11. num.39.* Carpan. *ad ſtatut. Mediolan cap.247.num.53.tom.2.Olea de ceſſion.Iur.tit.4. quæſt.6. num.16.* Mart. *Medic. exam.23.num.37. Conciol.de hæred.art 1.nu. 610.& ſeqq Vrceol.conſult.95.num.24.lib.2. & de tranſactionib.q.80.n.24 & ſeq.Franch. deciſ.581. num.7. verſ.idem, quod in indiuiduis, Bich.deciſ.468 num.19. & ſeq. Rot.dec. 127. num.13. poſt Merlin. de pignor. repetita coram Arguell.dec.20.* ea enim, quæ in partes diuidi non poſſunt, ſolida à ſingulis hęredibus debentur, *l.ea, quæ 152.ff.de reg Iur. l.ſi rem 62. §.1.ff.de euict.* Gomeſ.*Var. lib.2. cap.10.num.16. verſ.ex quo infert Paulus.*

12 Eſt tamen animaduertendum, differentiam adeſſe conſtituendam inter obligationes indiuiduas; Aliæ enim ſunt indiuiduæ peti-

petitione, & ſolutione, de quibus loquuntur Iura in l.2.§.ex his, ff.de verbor. obligat. & in l.fin.ff. de ſeruit.legat.l.in exequutione 105. §.ſecūda ad opus, ff.de verbor.obligat.ubi ponitur hæc diſtinctio: Aliæueró ſunt indiuiduæ petitione, ſolutione uerò diuiduæ,& in his non tenentur hæredes ad ſolutionem inſolidum, licet ad factum, ex quo ſolutio reſultat,teneantur inſolidùm, prout rectè utrũque caſum diſtinguit Arguell.deciſ.20.nu. 31. & ſequ. repetita poſt Merlin. de pignor. deciſ.127.

13 Huiuſmodi autem diuiſionem à lege duodecim tabularum originem traxiſſe ſatis ſuperque compertum eſt, quæ actiones hæreditarias inter cohęredes ipſo Iure pro portionibus hæreditarijs diuiſit, l. eaqua, Cod. famil. Ercise.Balduin. ſuper leg. duodecim tabularum 38. quám latè explicat Forſter.de Hiſtor.Iur.Ciuil. Roman.lib.1.fol.49. in uerbo familię erciſcundę, Parlador.lib.2.rer.quotid.§.1.num 12.Olea de ceſſ.Iur.tit.4. quaſt.6. num.1. Altograd.Iun,coutrou.49.nu.2. Epiſc. Thomat.dec.Marcb.294.num.9 Franch.deciſ. 581.num.7.

14 Principalis verò concluſionis rationem eam potiſſimùm eſſe plerique exiſtimant, cum enim obligationes tàm actiuè, quám paſſiuè ipſo Iure, & legis duodecim Tabularum poteſtate diuiſæ ad hæredes tranſeant, l.ea quæ in nominibus, Cod.famil.ercisc. l.pactum, Cod.de pactis, l.licet, Cod.ad leg.falcid. l.ſi ab eo,Cod.de negot.geſt. l.1. Cod.ſi cert.petat.l.1.Cod.ſi vnus ex pluribus hæredibus, Gothofred. in l.ſi teſtamento, §.1.ff.de fideiuſſor. lit.H. Anton.Fab.de error.Pragmat.decad.80. error.6.Gomeſ.Var.reſolut.lib.2.cap.10.nu.4. Cyriac.controu.193.num.3.Valent.Illuſtr.Iun. ad tit.de acquir.hæred.cap.4.nu.4.& 5. Parlador.rer. quotid. cap.fin.1. par. §.1.num.11. Olea de ceſſion.Iur.tit.4.quæſt.6.num.1.Altograd.dict. controu.49. num.4. Rodriq.de execut.cap.4.num.13.

Meritò unuſquiſq;ex hæredibus defūctū repręſentat ſolùm pro ea portione, pro qua eſt hæres;adeòut pro alijs portionibus pro extraneo ſit reputādus, gloſ.in l.2. §.fin. ff.de prætor.ſtipulat.Bart.in l.continuus,§.fin.n.1. & 9.ff.de verbor.obligat.Palma conſult.3.nu.22.& conſult.4.num.13.Gratian.cap.16. num.8. Counciol.de hæred. art.1. num.557. latè Tiraq.de retract.lignag.§.32.gloſ.1.num.50.Giurb.obſeru.3. à num.5. vſque ad 17. Manſ. conſult.53. num.3. Surd.dec.90.num.2.

15 Ideòque,ſi hæres pro portionibus ad alios cohæredes ſpectantibus reputari debet omninò extraneus, ſequitur perneceſsè, eum à creditoribus defuncti pro rata dictarum portionum conueniri non poſſe; actio enim perſonalis contra tertium non datur, ſed

16 perſonam ſequitur obligatam, l.eum, Cod. de action. & obligat. & in ſpecie optimè aduertit Gomeſ.Var.part.2.dict. cap.10. num.3 Manſ.dict.conſult.53.num.4.Surd.dict.dec.90. num.3.

17 Neque audiendus Cutell.dec.Sicil.26. n.7. ubi interpetrando text.in d.l.2.C.de hæredit. action. affirmat, illum loqui de obligatione deſcendente á proximo defuncto, pro qno hæredes immediati inſolidùm tenentur;ſecus de pluribus hæredibus mediatis habentibus cauſam à perſona primi hæredis, propter abſurdum, quod, ſcilicet, ex morte plurium hæredum creditum ſucceſſiuè diuideretur in atomos, quippe quòd valdè creditor læderetnr,dum ex vnico contractu ſibi cum pluribus perſonis agere conueniret, vt ſunt verba Iurium in l.iam tamen 5.§.ſi tamen, verſic. nam, & plures, ff.iudic.ſol.ibi: Pręſumitur enim lædi ille, cui ex vno contractu conuenit agere cum pluribus perſonis, ibique Odofred. lit.P.l.non tamen 38.ff.de procurat. l.2.ff.de execut. action. eſt enim iniquum in plures aduerſarios diſtringi eum, qui cum vno contraxit, vt ſunt verba Iuriſconſulti in l.& ancillarum 27.§.ſi quis,ff.de peculio, quos textus in propoſito extollit Rot.poſt Merlin. de pignor. deciſ.127.num.57. repetita coram Arguell. deciſ.20.num.126.& ſeqq.ubi,quòd videatur contra æquitatem, quód ſine ſua culpa deterioris conditionis efficiatur creditor propter mortem debitoris, qui cum vnnm haberet obligatum inſolidùm, nunc cogeretur contra plures agere.

Siquidem prædicta omnia in theorica, & in ſcholis magis,quàm in praxi attendenda videntur, vt rectè aduertit Vrceol. dict. conſult.95. num.20.lib.2. cum receptior opinio ex ſupra firmatis ſit in contrarium, tàm ex apertis Iuribus, quàm ex communi Doctorum placito, rerumque iudicatarum auctoritate.

18 Principalis verò concluſio extenditur, ut procedat,etiam ſi defunctus teſtamento, vel contractn cauerit,ſiue hæredes inter ſe conuenerint,quód onus ęris alieni alter ex hęredibus ſubeat, quia adhnc creditor aduerſus omnes hæredes pro portionibus hæreditarijs cogitur experiri, l. ſeruo legato, § ſi teſtator, ff.de legat.1.l.ſi filia,§.ſi pater, & §.Papinianus, ff.famil.ercisc.l.ſi cogitatione, Cod. eod.tit.l.eum qui, §.1.ff.de verbor.oblig. l.pacto ſucceſſorum, Cod.de pactis, Bart.in dict. leg. continuus,§.fin.num.9.& ſeq.ff.de verbor.obligat. Hermoſill.in l.5.tit.5.part.5.gloſ.2. nu.2. Parlador.rer.quotid.lib.2.cap.fin.part.4.§.1. num.12. & ſeqq. Schifordeger. lib.3. tract.2. quæſt.14.& 15.Merlin.de pignor.lib.2.qu.15. num.48.& ſeqq.Coſta de rat.quæſt.23.num.4. & 5.Virgil.de legitim.perſonar. cap.20. num. 38.verſ.quartò amplia, Nig.de execut.cap.10. §.1.num.7.& 25.Boſſ.de dot.§.9.num.92.Salgad.in labyr.credit.cap.12.num.62. Craſſ.de

ſucceſſ. § hæreditatis, quæſt. 12. num. 12. Faecbin. controuerſ. Iur. lib. 12. cap. 51. in fin. Gomeſ. var. reſolut. tom. 2. cap. 11. num. 15. verſic. ſi verò, Olea de ceſſion. Iur. cit. 4. q. 6. num. 4. Andreol. contron. 209. num. 2. Vrceol. conſult. 95. num. 20. lib. 2. Conciol. de hæred. art. 1. nu. 600. Surd. dec. 90. num. 21. ibique Hodiern. num. 6. Gratian. deciſ. March. 146. num. 2. Rot. poſt Merlin. de pignor. deciſ. 127. num. 7. & ſeq. idq; etiam vbi cautum fuiſſet, vt in arbitrio creditoris eſſet ab vno ex hæredibus inſolidùm exigere, Rodriq. de exequut. cap. 4. num. 13. Olea de ceſſion. Iur. cit. 4. quæſt. 6. nu. 15. Quid-
19 quid ſecus de æquitate, & creditore volente, ad euitados inanes circuitus, in ſupremis Tribunalibus ſeruetur, ſaltem Iudicis officio, teſte Gizzarell. deciſ. 50. num. 17. & ſeq. ſuper quo conſulendus Hodiern. ad Surd. dict. deciſ. 90. num. 10.

20 Nullatenus aduerſante, quòd poſſit Teſtator rem hæredis obligare; imò vnumquemque ex hæredibus inſolidùm, l. legatum 33. §. 1. ff. de legat. 2. §. non ſolùm, Inſtit. de legat. Surd. dict. deciſ. 90. num. 9. & Nos alibi de hoc latè egimus.

21 Siquidem optimè reſpondet Bart. in dict. l. continuus 137. § fin. num. 10. ff. de verbor. obligat. poſſe quidem Teſtatorem obligare bona hæredis, etiam inſolidùm in obligatione contrahenda, & in ultima uoluntate, legando uidelicet, uel fideicommittendo; non uerò in obligatione iam contracta, utpotè eſt æris alieni obligatio, per text. in l. eum qui 56. §. te, & Titium, ff de verbor. obligat. cui non obſtant Iura á gloſ. adducta uerbo inutile, quibus reſpondet, eiuſque ſolutionem ſectantur Bald. Alex. Iaſ. & Duaren. in dict. leg. eum qui 56. §. te, & Titium, num. 3. ff. de verbor. obligat.

22 Vlteriùs, ſi alter cohæres efficiatur non ſoluendo, adhuc concluſio ſuperiùs firmata procedit; licet enim creditor ob inopiam unius ex cohæredibus portionem ab eo debitam conſequi non ualeat; non inde tamen poteſt alterum cohæredem pro integro debito urgere, ſed ſolùmmodò pro eius hæreditaria portione eſt conuenieudus, l. ſolet 3. in fin. ff. de aliment. & cibar. legat. ibi: Iam nunc ſciatis, partes eorum, qui ſoluendo eſſe deſierunt, non pertinere ad onus reliquorum hæredum. l. finali, Cod. depoſit. ubi ſi unus ex pluribus hæredibus deponentis pecuniam, uel aliud cōſiſtens in pondere, numero, aut menſura partem ſuam, & ſibi tangentem ſuſceperit, non tenetur alijs partem aliquam reſarcire; aut communicare, quamuis poſteà eorum partes perierint, ibique aduotant Cin. Alberic. Bald. & Salicet. & alij, l. legatorum, ff. de legat. 2. l. in naui, ff. locat. egregiè ex more Gomeſ. var. reſolut. tom. 2. cap. 10. num. 4. verſic. ſed attende quòd iſta ſententia, Ceuall. in Spe- cul. commun. opinion. quæſt. 76. num. 14. Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. quæſt. 4. §. 1. num. 13. Coſt. de ratiocin. rat. quæſt. 23. nu. 3. Card. Mantic. de tacit. lib. 9 tit. 7 num. 3. & ſeq. Theſaur. Iun. quæſt. forenſ. lib. 2. quæſt. 63. num. 11. Salgad. in labyr. credit. part. 2. cap. 11. num. 42. & cap. 12. num. 64. Leotard. de vſur. quæſt. 94. num. 31. Andreol. controu. 209. num. 3. Olea de ceſſion. Iur tit. 4. quæſt. 6. num. 6. Gaſp. Gaballin. in tract. de diuid. & indiuid. part. 2. nu. 63. Boſſ. de dote, cap. 6. §. 9. num. 92. verſ. quin etiam, Add. ad Ludouiſ. dec. 442. num. 5. verſic. quod procedit, Conciol. de hæred. art. 1. n. 563. Mart. Medic. exam. 23. num. 35. Anton. Fab. in Cod. lib. 6. tit. 23. commun. de legat. definit. 8. verſic. an verò ſi cohæredes, eleganter aduertens, quód ſi cohæredes fiant non ſoluendo, hypothecaria non poſſit inſolidùm competere aduersùs aliū cohæredē, quia cū ab initio non niſi pro parte nata ſit, ex poſt facto, aut euentu poſteá augeri non poſſit; habet enim hypothecaria iam inde ab initio certas ſuas leges, quæ poſteà inmutari non non poſſunt, Boer. deciſ. 57. Gratian. deciſion. 146. num. 5. Quòd etiam de Iure Canonico, & in foro interiori procedere affirmant, Gomeſ. var. dict. cap. 10. num. 4. verſ. ſed attende, Gaſpar. Gaballin. de diuid. & indiuid. part. 2. cap. 63. num. 82. & ſeqq ubi latè diſputat articulum ad partes, Boſſ. de dot. dict. cap. 6. §. 92. verſ. quin etiam, ante med.

23 Idque ea potiſſimùm ratione; cum enim ſemel à lege hæredum obligatio fuerit diuiſa, meritò periculum unius alios non onerat, l. legatorum petitio ff de legat. 2. Fuſar. conſ. 142. num. 5. & ſeq. Gomeſ. var. tom. 2. cap 10. num. 4. verſic. quia cum ſemel, Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap. fin. §. 1. num. 13. Ceuall. tom. 1. commun. cōtra commun. quæſt. 76. nu. 14. egregiè Hermoſill. leg. 5. tit. 5. part. 5. gloſ. 2. num. 4. Altograd. Iun. controu. 49. num. 3. & ſeq. Mele in addit. ad Gizzarell. deciſ. 50. num. 5. Theſaur. Iun. quæſt. foriſ. lib. 2. dict. quæſt. 67. num. 10. Vrceol. in appendic. ad conſult. 49. num. 2. Olea de ceſſ. Iur. tit. 4. dict. quæſt. 6. num. 6. Beltram. ad Ludouiſ. dict. dec. 442. num. 5. in fin. Salgad. in labyr. credit. p. 2. cap. 11. num. 42. rectèq; confert, quód, quoties obligatio ab initio diuiſa eſt pro rata inter omnes, unuſquiſq; tantùm obligatur pro pacto ipsū tāgēte, & nō pro parte alterius, l. reos, §. cum tabulis, ff. de duobus reis, Carleual. de Iudic. diſp. 5. num. 6. lib. 1.

24 Prędicta tamen principalis propoſitio, ut, nempè, hæredes nonniſi pro portionibus hæreditarijs conueniendi ſint, in aliquibus caſibus non ſine controuerſia eſt, pluresq; patitur limitationes, inter quas, omiſſis alijs, illæ ſunt præcipuè ad rem, de qua eſt ſermo, pertinentes, quando, nempè, non agitur cōtra hæredes actione perſonali, in quibus terminis procedunt firmata n. 3. & ſeqq. reſpectu diuiſionis æris alieni pro portionibus he-

te-

reditarijs; ſed potiùs actione reali, ſiue hypothecaria; tunc enim quilibet hæres poteſt inſolidùm conueniri pro tota re poſſeſſa, neque excipiendo poterit de debiti diuiſione inter alios cohæredes pro portione
25 hæreditario apponere; Cum Ius hypothecæ, utpotè ſuapte natura indiuiduum, cum rebus ipſis hypothecæ obnoxijs ſine aliqua tráſea. diminutione. l. 1. & 2. ibiq; gl. uerbo conueniuntur, Cod. ſi vnus ex pluribus hæredib. l. vnus, Cod. de diſtract. pignor. l. hæredes, §. quod pro emptore, in fin. verſic. idem. ff. famil. erciſc. l. ſi neceſſarias, §. ſi vnus, ff. de pignoratit. action. Caſtr. in l. 1. num. 1. verſic & hoc vult. Cod. commun. delegat. Gratian. cap. 16. num. 11. & ſeq. Parlador. dict. quæſt. 4 §. 1. nu. 15. & ſeq. Duard. de cenſ. part. 1. §. 3. quæſt. 20. num. 29. & 30. Hodiern. ad Surd. deciſ. 90. num. 5. Phanuc. de Inuentar. part. 5. num. 86. Pacific. de Saluian. interd. cap. 4. inſpect. 3. nu. 285. in nouiſſima impreſſione, Anton. Faber de error. pragmat. decad. 80. error. 7. & 8. Neguſ. de pignor. in 1. memb 8 par. n. 48. egregiè, præ cæteris, Hermoſill. in l. 32 gloſ. 3. tit. 5. part. 5. à num. 38. cum ſeqq. Rodriq. de exequut. cap. 4. num. 14 Cyriac. cotrou 320. num. 12. & controu 193. num. 3. & ſeq. Virgil. de legitimat. perſonar. cap. 20. num. 38. verſ. iſta regula, Merlin de pignor lib. 2. quæſt. 15. n. 53. Theſaur. lib. 2. queſt. forenſ. 85. num. 4. Conciol. de hæred. art. 1 num. 578. de Marin. quotid. lib. 1. cap. 163. num. 1. Olen de ceſſion. Iur. tit. 4. quæſt. 6. num. 17. vbi an id in generali, vel tacita hypotheca procedat, Noguerol. allegat. 4. num 45. Card. de Luca de dote diſc. 76. num. 2. Manſ. conſult. 53. num. 1. & duobus ſeqq. Cardin. Caualer. dec. 392. num. 4. Peutinger. deciſ. 502. num. 8. & duobus ſeqq. Buratt. deciſ. 785. num. 10. Rot. in recent. deciſ. 341. num. 16. par. 5. tom. 2. & dec. 413. nu. 29. part. 9 tom. 2.

Hypotheca enim eſt indiuidua, & tota in toto, & tota in qualibet parte ad inſtar animæ, l. pignoris ff. de pignorib. Pacific. de Saluian. inſpect. 3. cap. 4. num. 287. Cyriac. cõtrou. 193. num. 3. ideòque tranſit cum rebus ipſis hypothecæ ſubiectis ſine aliqua diminutione, illaque datur contra quemlibet rei hypothecatæ poſſeſſorem inſolidùm pro toto debito, l Moſchis 47. in princip. ibique Bart. num. 1. ff. de Iur. fiſc. Parlador. rer. quotid. cap. final. 1. part. §. 1. num. 15. Olea de ceſſion Iur. tit. 4. quæſt. 6 num. 17. Rodriq. de exequut. cap. 4. num. 14. Virgil. de legit. perſonar. cap. 20. num. 38. verſ. iſta regula fallit, Merlin. de pignor. quæſt. 15. num. 52. & 54 lib. 2. Rot. poſt eumdem dec. 127. n. 18. & ſeq.

26 Non enim obligationis conditio ex hæredum perſona mutatur; ſed talis remanet apud hæredes, qualis erat apud defunctum, l. in exequutione 85. §. pro parte, ff. de verbor. obligat. l. 2. §. ex his, ibique Donell. num. 2 ff. eod. l. 2. §. in certum, ff. de prætor ſtipulationib. l. cui fundus, ff. de condit. & demonſtrat. Facchin. controu. Iur. lib. 10. cap. 63. Merlin. de pignor. lib. 2. tit. 1. quæſt. 15 num. 53. in fin.

27 Anceps tamen eſt quæſtio, quid ſi rem illam hypothecatam plures, vel omnes hæredes pro diuiſo poſſiderent, vel indiuiſo, an vnus conuentus inſolidùm hanc poſſit opponere exceptionem, vt fiat debiti diuiſio pro hæreditarijs portionibus.

28 In qua illa opinio magis obtinuit, vt. neque etiam tali exceptione vti valeat, Couar. var. reſolut. lib. 3. cap. 7. num 7. in princip. licet ipſe diſſẽtiat Coſt. de rat. rat. q. 72. n. 9. Rupellan. inſtit forens. lib. 1. c. 10. quos ſequitur, & iuxta eorum ſententiam deciſum refert Theſaur. lib. 2. quæſt. Forens. 85. qui num. 4. notat. poſt Parlador. rer. quotid. lib. 2. cap fin. p. 4. §. 1. n. 17. contrariũ eſſe dicendũ aſſerens
29 ſi cohæres pro præteritis penſionibus inſolidùm conueniretur, nam eo caſu non aliter inſolidùm, ſed quatenus portionis poſſeſſæ valor, & quantitas pateretur, eſſet moleſtandus, neque pro reſiduo pro aliorum portionibus conueniri poſſet, quos ſequitur de Marin. d. cap. 163. num. 2 & ſeq. lib. 1.

30 Eſt tamen animaduertendum diligenter, quòd ea, quæ dicta ſunt de actione hypothecaria, non procedant in hypotheca legali competente pro legatorum conſequutione contra hæredes, quæ datur ſolùm pro porportionabiliter pro ea portione, pro qua quis eſt hæres, & non vltra, l 1. ibi: In omnibus autem huiuſmodi caſibus in tantùm, & hypothecaria vnumquemque conueniri volumus, in quantùm perſonalis actio aduerſus eũ competit, vbi Bart num. 3. ibique Bald. nu. 17. Caſtr. nu. 9. Cod commun. de legat. Alciat. in l. 1. num. 29. ff. de legat. 1. ibique Soccin. Iun. num. 469 Surd conſ. 209. num. 3. & conſ 191. num 3. Aſin de exequut § 4. cap. 45. num. 3. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 213 num 5. Neguſ. de pignor. 4. memb. 2. part. num. 160. Coſt. de rat. rat poſt quæſt. 105. per totum, Ant. Fab. de error. Pragmat. decad. 48. error. 9. num. 6. & lib. 6. tit. 23. definit. 1. et 6. Coſt. de rat. et rat. q. 105 num. 1. & ſeq. vbi, quòd ſit hypotheca irregularis, & anomala, de Marinis quotid. reſolut. d. lib. 1. cap. 163. num. 4. Roſa conſult. 61. num. 37. Merlin. de pignor. lib. 3 tit. 1. quæſt. 14 num. 84. verſ. limitatur, & duob. ſeqq. Mart. Medic. int. deciſ. Senen. exam. 23. num. 30. Pacific de Saluian. cap. 4. num. 280. Leotard. de vſur. qu. 97. num. 19. Card. Mant. de tacit & amb. conuent. lib. 11. tit. 17. num. 17. Franch. dec. 203 nu. 1. ibique de Luca num. 1.

31 Valdè enim differt hypotheca, quæ pro legato competit, ab alijs hypothecis, quia hæc de ſui natura eſt diuidua ipſo Iure inter plures teſtatoris hæredes, ad exemplum actionis perſonalis, ideòque pro portione hæreditaria tantùm competit aduerſus quẽlibet hæredem, & poſſeſſorem, prout tradunt Neguſan. de pignor. 4. membr. ſecundæ part. num. 160. & cæteris omiſſis, Roſa con-

ſult.61.num.37. Coſt. de ration. portion. qu.
105. *per tot.* qui tamen *numer.* 10. limitat,
quãdo res illa hæreditaria pro legato hypo-
32 thecata reperiretur poſſeſſa per aliquem
extraneum tertium poſſeſſorem; eo enim
caſu poſſet legatarius contra poſſeſſorem
inſolidùm agere actione hypothecaria; Idé-
que comprobat *de Marin. quotid. lib.1.dict.*
cap.163.num.4.Leotard.de vſur.quæſt.97.nu.
19.& ſeqq.

33 Intelligenda tamen eſt prędicta concluſio
hypothecariæ competentis pro legato hoc
modo videlicet; vt etiam ſi pro legato dé-
tur hypothecaria pro ea ſolùm parte, pro
qua quis eſt hæres, tamen hoc eſt verum,
quando hæres, rem obligatam pro legato
poſſidet ſolùm pro ſua portione, quia tunc
non conuenitur, niſi pro ea parte; pro qua
eſt hæres, & pro eadem parte ſoluendo li-
berat totam ſuam portionem; quòd ſecus
eſt in alia hypotheca, in qua vnus ex hære-
34 dibus, qui ſolueret portionem ſuam debi-
ti, non liberaret portionem ſuam hæredita-
tis; Si verò hæres pro parte integrè poſsidet
vnam rem hæreditariam, quæ fortè ſibi ob-
35 uenerit in diuiſione, & tunc poteſt is inſo-
lidùm pro tota re conueniri, & ſoluendo
partem liberat pro parte tantùm; ita in ſpe-
cie hypothecæ legalis pro legato compe-
tentis ſingulariter docet *Caſtr. l.1. num.*
1. verſic. & hoc vult iſte textus, Cod.
commun. de legat. cuius verba, vtporè
ſingularia, libeat hìc tranſcribere: *Si ali-*
qua res ex diuiſione peruenerit ad vnum, poſ-
ſet agere ex hypothecaria pro tota re contra
eum, antequàm mihi aliquid ſoluatur; licet, ſi
quilibet eorum poſſideret ſuam partem, non
poſſet conuenire ipſum, niſi pro hæreditaria
portione, allegat *text. in l.ſi conſenſit 7.§.vlt.*
ff.quib.mod.pign.vel hypotheca ſoluat: ibi: *Il-*
lud tenẽdũ eſt. ſi quis communis rei partem pro
indiuiſo dederit hypothecæ diuiſione facta cũ
ſocio, non vtiq; eã partẽ creditori obligatã eſſe,
quę ei obtingit, qui pignori dedit. Sed vtriuſque
pars pro indiuiſo pro parte dimidia ma-
nebit obligata, *& Caſtr.* ſequitur valdè com-
mendans *Surd.conſ.209.num 8. verſ.nec re-*
fragatur, & num. 9. & approbauit *Rota in*
Romana dotis 18. *Maij* 1637. *coram Piro-*
uano.

36 Alia etiam limitatio ad regulam gene-
ralem affertur, quando, nempè, agitur fauo-
re dotis; tunc enim poteſt inſolidùm con-
tra vnum ex hæredibus agi, iuxta celebrem,
ac ſingularẽ *text. in l.cum ab vno 55.ff.de le-*
gat.2. in cuius intellectu, & explicatione,
ualdè inſudarunt Interpretes, prout teſtã-
tur *Caſtr. ibid. num.2. Piccard. in append. ad*
titul. inſtit. de offic. Iudic. cap.7. num.70. Schi-
fordeger. lib.3. ad Fabr. tract.2. quæſt.15. Id-
37 que eſſe ſpeciale priuilegium dotis affirmãt
Bart. ibi, *& in l.continuus 137.§. fin.n.9. &*
10 ff.de verbor.obligat. quem ſequuntur *Co-*
ſta de ration.rat.quæſt.23. num.13. Torre de
pact.futur.ſucceſſ.lib 2. cap.11.num.37.Mer-
lin.de pignor. lib.2. qu.15. num.59. Gratian.
cap.16. num.15. & ſeq. Intrigliol. *ſingul.90.*
num.147.lib 3.Boſſ.de dot.cap.6.§.9. num.95.
Andreol. controu. 209. numer. 9. Hodiern.ad
Surd decis.90. Cornazz *dec.140.Afflict.dec.*
332.num.2. ibique *Vrſill.in fin.Rot.in recent.*
d.dec.368.num.21.parte 9. Card.Caualer.dec.
453 ſub n.2.verſ.pręſertim.

38 Sed attenta veriori ſententia in hoc dos
non eſt priuilegiata; eatenus enim hæredes
inſolidum conueniri poſſunt, quatenus con-
currat uoluntas teſtatoris, quòd, nempè,
totum debitum inſolidùm unus hæres ſol-
uat, & hoc modo eſt dos ſpecialiter priuile-
giata; ubi enim in cæteris debitis non poſ-
ſunt alioquin hæredes conueniri, niſi pro
39 portionibus hæreditarijs, quamuis teſtator
expreſsè alicui hæredi iniunxerit onus ſol-
uendi totum debitum, *leg.ſeruo legato 72. §.ſi*
teſtator, ff.de legat.1.l.ſi filia §.ſi pater, ff fa-
mil. erciſc. l.pacto ſucceſſorum, Cod. de pact.
cum alijs ſupra allegatis.

Fauore tamen dotis aliter reperitur ſan-
citum, ut, ſcilicet ſit attendenda uoluntas
teſtatoris, quòd ab uno hærede eadem dos
ſoluatur, qua uoluntate ſemota, neque
etiam pro dote daretur actio inſolidùm cõ-
40 tra unum ex cohæredibus, iuxta ueriorem
ſententiam, de qua, omiſſis antiquioribus,
relegendi, præ cæteris, *Spin.in ſpecul.teſta-*
ment.gloſ.11.num.81. Theſ.Iun. quæſt.Forenſ.
67.num.7.lib.2. Mart.in compilat.dec.tom.5.
tit.hæres cap.35. Gomeſ.Var. tom.2. cap.11.
num.15 prope fin. verſic.quod tamen limita,
Facchin.controu.Iur.lib.12.cap.51.per totam,
Pacific.de Saluian.inſpect.3. cap.4.num.110.
Merlin. ſibi contrarius *de pignor.lib 3. qu.84*
in fin Card.de Luca de Dote diſc.162. num.26.
Conciol.de hæred.art.1.num.602 et ſeqq. An-
dreol.controu.209.in fin. optimè *Olea de ceſ-*
ſion.Iur.tit.4.quæſt.6. num.8.& ſeqq. ubi alij
concordantes, *Altograd.Iun.controu.49. per*
tot.Vrceol.in appendic.ad conſult.49.num.4.
lib.1.& conſult 95.nu.26.lib.2. Franch.dec.
581. ibique *Viſcone de Luca in obſeruat. n.3.*
& ſeqq. Surd.decis 90.per tot. Hodiern. ibid.
in addit.num.3.& ſeq.Gizzarell. dec.50. per
tot. Afflict dec.332.ſub num.2. ibique *Vrſill.*
num.6. Coccin.deciſ.1446. num.2.Card.Caua-
ler.deciſ.453.ſub num.2.verſ.præſertim.

41 Atque hinc ueriſſimam exiſtimo ſenten-
tiam affirmantem, ut ex prædicto *text. in l.*
cum ab vno 55.ff.de legat.1. nullum ſpecia-
le fauore dotis reſultet, prout ibi benè ad-
uertunt *Bald. & Angel.* & meliùs idem
Bald.in l.pro hæreditarijs, num.5. verſ.decimò
quartò, Cod.de heredit.action. ubi, relata

opi-

opinione tenentium, id eſſe ſpeciale in dote, ait, eos neſcire, quid dicant, & præter proximè allegatos, tradunt Ripoll. *var. cap. 10. d num. 127. vſque ad 135. Schifordeger. lib. 3. tract. 2. qu. 14. & 15.* latè *Olea de ceſſion. Iur. d. qu. 6. tit. 4. num. 9. & ſeqq. Conciol. de hæred. d. art. 1. nu. 605. & ſeqq. Martin. de Larreteingni lib 4. ſelect* Iur. *cap. 16. num. 3. & 4.*

42. Solùmque Auctores pro contraria ſententia adducti poſſunt intelligi, quando unus ex hæredibus poſſideret bona hæreditaria pro dote ſpecialiter obligata, uel ob prædeceſſum cohæredis omnia bona hæreditaria, uel maior pars eorum perueniſſet; hoc enim caſu teneretur inſolidùm actione perſonali, uel ſaltem in rem ſcriptam pro quãtitate rei poſſeſſæ, *Gratian. cap. 323. num. 12. & ſeq. Mangil. de euict qu. 98. num. 35. Altograd. Iun. controu. 49. num. 18. Vrceol. in append ad conſult. 49. num. 4. verſ. vel demum, & conſult. 95. num 21.* Boſſ. *de dot. d. cap. 6. §. 9. num. 92. & ſeq. Conciol. de hæred. d. art. 1. num. 607. in fin.* ubi declarat, niſi tamen pro dote competeret hypotheca & ageretur hypothecaria.

43 Prout etiam alia affertur limitatio, quando agitur pro alimentis conſequendis ab hęredibus debitoris ad eadem alimenta præſtanda adſtricti, *Surd. de aliment quæſt. 14. tit. 9. num. 1. Gratian cap. 16. num. 3. Add. ad Pattell. expedit. 73. num. 52. Giurb. obſeruat. 20. in princip. Hodiern. ad Surd. dec. 323. num. 11. Vrceol. dict. conſult 95. num. 27. Epiſc. Marant. tom. 4. reſponſ. 16 num. 17.* Barbat. *de aſſiſtent. gloſ. 12. num. 108. Ludouic. dec. Peruſ. 92. Franch. dec. 203. num. 1. & 3.*

44 Cum enim obligatio præſtandi alimenta apud defunctum eſſet indiuidua, prout videtur ſentire *Bart. in l. ſtipulationes non diuiduntur 72. num. 27.* ibique Iaſ. *num. 30. ff. de verbor. obligat.* quem ſequitur *Surd. de aliment. tit. 1. quæſt. 14 num. 6. & ſeq.* Meritò per mutationem perſonæ, qualitas obligationis mutari non debeat, ad textum in *dict. l. 2. §. ex his*, cum ibi notatis *ff. de verbor. obligat.* & notant *Surd. & Gratian.* alijque proximè allegati.

45 Nullatenus verò meretur attendi contraria ſententia, cum qua pertranſeunt, Coſt. *de ration. rat. quæſt. 31. num. 4.* Theſaur. *Iun quæſt. forenſ. 67. n. 5. & ſeq. lib. 2. Gomeſ. Var. tom. 2. cap. 10. n. 20. verſ. & finaliter*, vbi ſignanter, quando alimenta ſunt promiſſa per viam quotæ, numeri, vel quantitatis, *Olea de ceſſ.* Iur. *tit. 4. quæſt. 6. num. 15. Conciol. de hęred. art. 1. num. 615. & ſeqq.* cum aberret à communi, illamque non eſſe amplectendam, præcipuè, quando alimenta debentur ex contractu defuncti, optimè firmant *Surd. de aliment. dict quæſt. 14. num. 13. & ſeq. Gratian. dict cap 16. num. 29. Theſaur. dict. quæſt. 67. num. 12. lib. 2.* & admittit Conciol. *de hæred. dict. art. 1. num. 622.*

His igitur præmiſſis, quæ ſunt in Iure abſolutiſſima, quæque ſigillarim debuerunt pernecesſè attingi, ac præmitti pro clariori totius materię dilucidatione, facilis oritur reſolutio primi quæſiti, nam reſpectu diuiſionis faciendæ inter hæredes ſuper ære alieno hæreditario, exiſtimo eſſe procedendum, hac recepta diſtinctione adhibita.

46 Aut enim agitur de debito, quo Teſtator in actione adſtringebatur perſonali, & in hoc caſu abſque dubio vnus ex hæredibus poteſt alterum cogere ad debita hæreditaria diuidenda, Iudicíſque officium ſuper hac diuiſione implorare, quæ, cum ipſo Iure pro hæreditarijs portionibus fuerit à Iure inducta, partes Iudicis non erunt, niſi in ſimplici declaratione huius diuiſionis miniſterio Iuris alioquin reſultantis; adeòut, quamuis defunctus in Teſtamento iuſſerit, vel hæredes inter ſe conuenerint, ut æris alieni onus in actione perſonali alter ex hæredibus ſubire teneatur, nihilominus creditor aduerſùs omnes hæredes pro rata agere valeat, prout benè firmant *Olea de ceſſion. Iur. dict. quæſt. 6. tit. 4. num. 4.* cum alijs ſupra adductis fruſtrà repetendis.

47 Aut verò agitur de debito contracto in actione hypothecaria; cumque creditores hypothecarij inſolidùm contra quemlibet ex hæredibus pro tota re poſſeſſa hypothecę obnoxia agere valeant; ideò in creditorum præiudicium eſt omninò fruſtratoria quęlibet æris alieni diuiſio facta ab hæredibus; Ius enim hypothecæ, vtpotè indiuiduum, tranſit cum re ipſa hypothecata abſque vlla diminutione, ex ſupra firmatis.

48 Eſt tamen animaduertendum, quòd, ubi vnus ex hęredibus ſolidum ſoluit, ab alio cohærede quantitatem, quam pro eo ſoluit, actione negotiorum geſtorum, ſi hæreditas eſſet diuiſa, vel iudicio familiæ erciſcundæ, ſi diuiſio facta non fuerit, conſequi poterit, *l. 3. C. de negot. geſt. l. hæredes 25 §. contra, ff. famil. erciſc. Olea de ceſſ* Iur. *tit 4. quæſt 6 nu. 18. Melchior. de Valent. Illuſtr. Iur. lib. 2. tract. 4. cap 6. num. 10. in fin.*

49 Quinimò ante ſolutionem faciendam poterit à creditore ceſſionem Iurium aduerſùs cohæredes petere, *Roderic. de annuis redditib. lib. 2 quæſt. 9. num. 18 Cenc. de cenſib. qu. 104. num. 11. Olea dict. quæſt 6. n. 19.*

Aut verſamur in debito hęreditario ratione legati, & pro illo, quamuis competat tacita hypotheca legalis; illa tamen eſt diuidua, & vnuſquiſque hæres pro portionibus tenetur hæreditarijs, vt ſupra eſt deductum.

Aut demum agitur de debito ex cauſa dotis, & tunc poteſt inſolidùm contra vnum

ex

ex heredibus agi, quando teſtatoris concurrit volũtas; cum huiuſmodi diuiſio alioquin in alijs debitis Teſtatori à Iure prohibita, fauore dotis reperiatur permiſſa, iuxta diſpoſitionem dict. leg. cum ab vno 55 ff. de legat. 2.

Semota autem voluntate Teſtatoris, cum dos non ſit in hoc priuilegiata, iuxta ueriorem ſententiam, in ea proceditur, ſicuti in alijs debitis, adhibita diſtinctione inter actionem perſonalem, & hypothecariam.

50 Quò uerò ad ſecundam inſpectionem reſpondendum exiſtimo, quòd hæres creditor defuncti adeundo ſine Inuentario confundat actiones, ut ſunt Iura ſatis nota in l. debitori tuo 7. C. de pact. ubi Imperator Antoninus inquit: *Debitori tuo ſi hæres extitiſti, actio, quam contra eum habuiſti, adita hæreditate confuſa eſt*, l. ſi vxor, Cod. de bon. auct. Iudic. poſſeſſ. vbi gloſ. alios concordantes adducit, l. Stichum, §. aditio, ff. de ſolut. ibi *aditio hæreditatis nonnumquàm Iure confundit obligationem*, leg. ſi debitori creditor 51. ff. de fideiuſſor., leg. ſi, ab eo, Cod. de negot. geſt. leg. ſi adulta, Cod. de hæredit. action. Gratian. cap. 203. num. 1. & ſeqq. Poſth. reſolut. 71. num. 66. Menoch. conſ. 125. num. 8. Gabr. conſ. 43. num. 10. lib. 2. Thomaſ. de Inuẽt. tit. 13. de effect. inuent. cap. 1. num. 23. Fuſar. de ſubſlit. quæſt. 557. num. 20. Theſ. quæſt. forenſ. lib. 3. quæſt. 44. num. 1. Pacific. de Saluian. inſpect. 3. cap. 4. num. 280. & ſeqq. Craſſ. de ſucceſſ. §. hæreditas, quæſt. 12. num. 12. & ſeqq. Bich. deciſ. 252. n. 2.

51 Quod tamen eſt intelligendum, quando agitur de actionibus perſonalibus, non autã hypothecarijs, Neguſ. de pignor. p. 5. mẽb. 1. n. 50 & 53. Napodan ad conſuet. ſi quis, vel ſi qua, uerb. Mater n. 235. & ſeq. Surd. conſ. 7. num. 19. & trib. ſeqq. Venturin. conſ. 47. nu. 22. verſ. reſpondeo. & ſeqq. Menoch. conſ. 89. num. 153. Mandel. conſ. 503. num. 31. Cephal. conſil. 393. nu. 157. & ſeqq. Peregrin. de fideicomm. art. 35. num. 3. in fin. Amat. reſolut. 56. num. 10. Theſaur. dict. quæſt. 44. num. 3. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 19. num. 4. & 36. Aſin. de exequn. §. 7. cap. 74. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 237. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 31. nu. 32. latè Io: Franc. Marcian. diſp. 99. num. 1. & ſeqq. & ferè per tot. lib. 2. Vrceol. in append. ad conſult. 49. num. 8. Seſſe deciſ. Aragon. 46. num. 12 & ſeq. & num. 26. lib. 1. Milanenſ. dec. 13. num. 9. lib. 1. Franch. deciſ. 80. num. 12. & 21. & dec. 518. num. 2. Peutinger. dec. 454. num. 12. nec non pro ea parte, pro qua quis eſt hæres, ut declarat Caren. reſol. 95. n. 14.

Quidquid in contrarium etiam reſpectu actionis hypothecariæ, quòd per aditionem ſine Inuentario inducta dicatur confuſio, dixerit per illum text. Barboſ. in l. quæ dotis 34. ff. ſolut. matrim. Padill. in l. cum ſecundum, nu. 31. in 6. limitat. Cod. de fideicomm. Io: Franc. de Pont. conſ. 8. num. 2. & 9 lib. 1. Theſaur. qu. forenſ. 44. num. 33. lib. 3. de Luca ad Franch. deciſ. 80. num. 2. Afflict. deciſ. 237. num. 3. alijque relegendi penes Merlin. de pignor. lib. 5. tit. 1. quæſt. 14. num. 6. & 7. cum eorum ſententia, vtpotè aberrans à communi, non ſubſiſtat; Vnica enim, ac potiſſima ratio incompatibilitatis, quæ conſideratur in actione perſonali, ceſſat in hypothecaria, quæ rei ineſt, remque ipſam ſequitur, ideóque non tollitur, niſi per veram ſatisfactionem; non autem per fictam, ad text. in l. grege, §. etiam, ff. de pignor. Idque optimè comprobat Neguſ. vbi proximè ex l. Vranius 72. ff de fideiuſſor. & meliùs ex l. in ſextante 30. § Latinus, ff. de except. rei Iudic. & ex auctoritate Bald. in l ſi vxor. 7. num. 2. Cod. de bon. auct. Iudic. poſſide. rectèque confert text. in l. debitori 59. ff. ad Trebell & in ſpecie aduertunt, optimè Neapod. in conſuetud. ſi quis, vel ſi qua, verbo à matre n. 235. & ſeq. Marcian. Iun. d. diſp. 95. num. 2. verſ. at in contrarium, lib. 2. alijque proximè laudati.

52 Præcipuè, quando quis ſuccedit alteri per fideicommiſſum, nempè, reuocabiliter, quia tunc non confundit actiones, & hypothecas ad effectum retinendi aduerſus fideicommiſſarios, adueniente caſu reſtitutionis, cum non ſit pręſumendum ſibi ſoluiſſe, dum hæreditas ab eo euincitur, l. Stichum, §. ſi creditor, ff. de ſolut. Neapod. in dict. conſuet. ſi quis, vel ſi qua, verbo mater, num. 235. verſ. & hoc *niſi euinceretur hæreditas*, allegans pulchrã gloſ. in l. ſi ei, §. ſi is, qui fundum, ff. de euict. Caſtr. poſt Bart. in l debitor in fin. ff. ad Trebell. ibique Fulgoſ num. 16. Alex. num. 12. verſ. item circa hoc, Bart. in l. ſi vxor, num. 2. C. de bon. auctor. Iudic. poſſid. Morott. conſ. 81. num. 10. Menoch. conſ. 89. num. 31. Grat. conſ. 91. num. 32. lib. 2. Cardin. Mantic. de coniectur. lib. 7. tit. 8. num. 15. & ſeq. Craſſ. in § fideicommiſſum, quæſt. 47. num. 3. Coſt. de port. rat. q. 45. Theſaur. lib. 3 dict. quæſt. 44. num. 4. Merlin. de pignor. lib. 5. quæſt. 14. num. 19. & ſeqq. de Georg. allegat. 41. Marcian. Iun. dict. diſput. 99. num. 4. & ſeqq. Vrceol. in appendic. ad dict. conſult. 49. num. 9. Medic. inter dec. Sen. exam. 47. num. 13. & ſeq. Seſſe deciſ. Aragon. 46. num. 9. & 20. lib. 1. Afflict. deciſ. 237. num. 7. Capyc. deciſ. 195. Surd. deciſ. 266. num. 2. Franch. dec. 39. num. 5. & 6. & deciſ 80. num. 12. Coccin. deciſ. 2103 num. 24. et ſeqq. Rot. in receut. deciſ. 58. num. 4. par. 10.

53 Secus aſſerendum, quando eſt hæres directus, & irreuocabiliter; quia tunc extingui ſuam hypothecam fauore creditorum, & legatariorum, latè ſubſtinet poſt Bald. in l. debitor 59. num 3. in fin. verſ ſoluo quando dominium, ff. ad Trebell. Menoch. conſ. 89. nu. 153. et ſeqq. Neguſ. ubi proximè dict. membr. 1. num. 53.

Digitized by Google

num.53.Gratian.cap.204.num.25.et ſeq.Merlin.de pignor.lib.5.d.quæſt.14.num.18.

An autem ſubſiſtant in contrarium firma-
54 ta in dicta *deciſ. Franch.80. num.21. et ſeqq.* quem ſequitur *Hodiern. ad Surd. deciſion.170.numer.12.* videndus, *Conciol. allegat 17. num.26. et ſeqq.* et in quo caſu eadem deciſio procedat, conſulendus *Vrceol. in append. ad conſult.49.num.12. et 14.* aduertens, quòd *deciſ.Franch.* defendi non poſſit in hærede nõ beneficiato; idemque fatetur *de Luca ad Franch.dec.80.* ſolùmque ij, qui aſſerunt, hæ-
55 redem non beneficiatum nõ amittere ſuum creditum per aditionem, loquuntur ad effectum retinendi aduersùs fideicommiſſarios, in quibus terminis procedunt *Caſtr. in l.ita tamen, §.ex Trebelliano, ſub num.2.ff.ad Trebell. Natta conſ.323. num.2. Dec. conſil.85. num.2.verſ.idem detrahere poteſt,lib.2. Gabr. conſ.124. num. 2. et 3. Surd. conſ.7. num. 25.Montic.de Inuent.cap.9.num.252. Petra de fideicommiſſ.quæſt.11.num.5. ad fin. Card. Mantic. de coniect. vltim.volunt. lib.7. tit.8. num.15.* quos refert, & ſequitur *Add.ad Ludoniſ. deciſ.421. num.15. Menoch. conſ.667. num.12.et conſ.272. num.68. et ſeqq.et lib.4. præſumpt.197.num.15.et ſeq. Poſth.reſol.24. num.21.et ſeqq. Peregrin.de fideicomm. art.3. num.78.* vbi dicit, ſe ita frequentiſſimè ſeruari vidiſſe, *Cenſal.ad eũdẽ Peregrin.de fideicom.art.35.fol.225. verſ.quartò obſeruo,* iuxta Venetam Impreſſionem.

Quòd tamen non procederet, ſi conſtaret de voluntate Teſtatoris, quòd nominatim voluerit diſponere de Iuribus, rebuſque ſui hæredis, quod in dubio non eſt præſumẽdum; tunc enim hæres ſine Inuentario non poſſet deducere ſua Iura ex antiquo fideicommiſſo particulari, ſiue vniuerſali competentia, *Add.ad Ludoniſ.dict. deciſ.421. num. 15.verſ.prædicta tamen omnia,* Menoch. *lib.4. præſumpt.197.nu.15.et ſeq.* vbi latè agit, ex quibus huiuſmodi uoluntas deprehendi ualeat, *Peregrin. art.35. num.4.* iuncto *num.2. Cenſal. ad eumdem Peregrin.* ubi proximè, *Franc.Marc. deciſ.331. num.18.* & Nos de hoc latè egimus diſputatione antecedenti.

Non uerò ſi ageretur contra creditores, & legatarios, quorum fauore extinctio crediti hæredis illicò per aditionem reſultat, ut rectè explicant utrumque caſum diſtinguentes, Caſtr. *& Alex. in l.ita tamen, §.ex Trebelliano,ff.ad* Trebell. *Cranett.conſ.300. nu.7. Cancer.var.reſol.part.1.cap.2.num.8.& par. 3.cap.2.num.75.& ſeq.* Merlin. *de pignor.lib. 5.quæſt.14,num.26.Gratian.cap.203. num.7. 43 48. & ſeq. Vrceol. in appendic. ad conſult. 45.num.15.& ſeq. Coccin. deciſ.2105.n.26. Bich.dec.330.à num.6.vſq; ad 11. Peutinger. deciſ.454.num.14.& ſeqq. Rot.in recent.dec. 373.num.31.par.1.& deciſ.58.num.2.& duobus ſeqq.part.10. Gregor.Lopez.in l.8.tit.6. gloſ.fin.part.6.Craſſ.recept.ſentent.lib.2. §.inuentarium,qu.22.*

56 Vlteriùs ſupradicta concluſio, quòd hæres creditor defuncti adeundo ſine Inuentario confundat actiones, eſt intelligenda dũtaxat quò ad credita exiſtentia penes hæredem tempore aditionis; non autem quò ad illa, quæ ipſe hæres acquiſiuit poſt aditam hæreditatem, putá ſoluendo æs alienum ipſius Teſtatoris, vel aliter, tunc enim non eſt locus imaginariæ ſolutioni, & confuſioni actionum, *Giouagnon.conſ.73.num.60. & ſeq. lib.1.* benè *Caren.reſolut.95. num.5. verſ.ſecundus caſus,cum ſeqq. Vrceol.in appendic.ad dict.conſult.49. num.7.in fin.* Cardin.Caualer. *deciſ.367.num.1.& ſeqq.* Cardin.*Cerrus deciſ. 303.num.27.& duob.ſeqq. et dec.320. num.4. et dec.358.num.13.et ſeq.*Rot.*in recent. deciſ. 432.num.10.part.4.et dec.198.num.6. et ſeq. part.7.* Quidquid in contrarium firmauerit *Menoch.conſil.183.num.35. et ſeqq.* quem reprobant Auctores proximè laudati, ſignanter *Giouagnon.dict.conſ.7.num.60.et ſeq.*

57 Dummodò tamen ab eodem hærede credita ſoluta apertè probentur per legitima documenta; non enim ſufficiunt ipſe ſolutiones, & quietantiæ, *Archiepiſc. Royas dec. 440.num.6.*Rot.*in recent.deciſ.88. num.20.et ſeq.part.7.* neque ſuffragatur hæredis ſimplex aſſertio, Menoch.*conſ.207.num.1.et ſeq.Card. Otthobon.deciſ.28.num.30. Rot. in recent.dec. 77.n.10.et duob.ſeqq.par.5.*

58 Nihilominus, quando, prout in præſentia, fuit confectum ſollemne Inuentarium, poteſt hæres creditor defuncti petere ſeparationem bonorum hæreditariorum à bonis proprijs, & declarationem, ſe eſſe potiorem creditorem ratione ſui crediti; id enim hæredi beneficiato competere, tradit *Bald.in l.debitori, num.1. cum ſeqq.*Cod. *de pact.* quem refert, & ſequitur Card.*Mant. deciſ.326.num.6.Dunozett.Iun.deciſ.884. n.3 Card.Cerr. dec.627. num.6.* Hęredi namque beneficiato præſeruantur bona propria, ne confundantur cum bonis defuncti, ſed pręſeruata remaneant, per inde, ac ſi hereditas eſſet iacens, *l.fin. §. in computatione, verſ. ſi verò ipſe, C.de Iur.deliber.* Bald. *in l.ſi vxor. 7.num.2.Cod.de bon.auct. Iud. poſſid,Corn.in l.debitori,num.7. Cod.de pact.Caſtr.conſ.186. in princip. verſ. ſinè dicamus, quòd facto Inuentario lib.2. Ruin.conſ.1. num.16. & conſ. 38.num.21.lib.1.*Gozadin. *conſ.94.num.19.* Rub.*conſ.74.num.7. Menoch.conſ.203. n.27. Surd.conſ.7.num.31.& conſ.143.num.40.Roland.de Inuent.part.5.in princip. numer.5.fol. 97.Merlin. de pignor.lib.5.quæſt.14.num.16. & ſeq.*Card,*Seraphin.dec.842.num.4. et dec. 967.num.1. Merlin.deciſ.644.num.3.Cardin. Cerr,d.dec,627.num.6.& ſeq.*Rota *in recent.*

deciſ.

deciſ.331.num.1.part.5.dec.2. num.3.part.6. deciſ.329.num.21.& ſeq. part.10. dec.407. num.2.part.12.& deciſ.202.n.1.p.19.

60 Licet autem, ex prædictis, ob Beneficium Inuentarij euitetur actionum confuſio, poſſitque ab hærede Beneficiato peti bonorum ſeparatio; præſumitur tamen idem heres adeundo hæreditatem, per imaginariam ſolutionem ſibi ipſi ſatisfeciſſe de bonis hæreditarijs, fructuſque à die aditæ hæreditatis ſuos facit ratione dominij, cum in eodem ſubiecto conſiſtere non valeant debitum, & creditum, actio, & paſſio, l.Vranius, cum ibi notatis, ff.de fideiuſſor. & in his terminis Bart.in l.ſi ei cui 41.§.1.num.1. ff.de euiction. vbi, quòd ficta hæc ſolutio per legem inducta habeat vim Iudicialis ſolutionis cũ auctoritate Iudicis, idem Bart.in l. peculium autem, ff.de pecul.ibique Caſtr.num.2.Soccin. Iun.conſ.170.ſub nu.9.lib.2.Alciat.conſ.572. ad fin.Menoch.conſ.183.num.35.lib.2. Giouagnon.conſ.73. num.66. & ſeq. lib.2. Morot. conſ.81.num.10.Peregrin.de fideicom.art.35. num.15.& ſeqq.Mareſcott.reſolut.37.num.1. & 9.lib.1.Surd.conſ.7.num.31. & deciſ.92. num.2. & dec.170.num.1.& deciſ.224.nu.8 & 20.Magon.deciſ.Florent.59 num 6.Rot.diuerſ.part.1.dec.680.num.1 in recent.dec.2. num.11.& ſeq.par.6.Ludouiſ. dec.67.nu.10. Dunozett.Iun.dec.637. num.12.Card.Otthobon.dec.47.num.11.

61 Non eſt tamen ſub ſilentio inuoluendum, quód, id, quod dictum eſt reſpectu fructuũ hæreditatis, ut ſcilicet, ex vi imaginariæ ſolutionis hæres beneficiatus ſuos faciat ratione dominij, vindicet ſibi locum, quando non adſunt alij creditores anteriores, Laderch.conſ.8. Franc.Ant.Coſt.conſ.65.nu. 49 & ſeq. vbi diſtingnit inter creditores, & legatarios, Giurb.deciſ.92 Surd.dec.92.nu.5. Rot.diuerſ.dec.517. num.8.& ſeq.part.4. in rec.dec.2.num.15.verſ.aut creditores, par.6.

62 Et quamuis in aliquorum ſententia hæres creditor defuncti, etiam in præiudiciũ creditorum anteriorum fructus ex hæreditate perceptos ſuos faciat in vim imaginariæ ſolutionis, Surd.conſ.291. num.11. & deciſ.92.num.6.Salgad.in Labyr.credit.par.2 cap.1.num.57 & ſeq.& num.62. latè Rot.in rec.deciſ.259.à num.7.& per tot.par.5.Card. Otthobon.deciſ.47.num.6.& ſeq. cum alijs latè allegatis diſput.47.num.24.& ſeqq.fruſtrá in præſenti repetendis.

63 Huiuſmodi tamen ſententiarum antinomia, iuxtà communem Doctorum ſenſum, eam conciliationem recipit, vt, nempè, prima opinio procedat, quando creditores fuerunt detecti, & tempore aditionis, vel paulò poſt urgebant; tunc enim hæres non poteſt fructus ratione Dominij ſuos facere ex vi imaginariæ ſolutionis in præiudicium
creditorum anteriorum; ſed de illis rationem reddere tenetur, vtpotè hæreditatem
augentibus. l.item veniunt 22. §.item non ſolùm, ff.de petit.hæredit Laderch.conſ.8.nu 1.
& ſeq.Franch.deciſ.613.num.18.Merlin.dec.
796. num. 5. ſignanter ab illa die, qua hæ-
64 res per inſtantiam creditorum vrgentium
dici debuit in mala fide conſtitutus, Rot. in
rec.deciſ 259.num.8.& ſeqq. & dec.304.nu.
3.part.5. & deciſ.131. num.3.& ſeqq.par.6.
Card Otthobon.d.dec.47. num.6.& ſeqq. cum
pluribus alijs congeſtis d.diſp.47.

65 Quando verò creditores non erant dete-
cti, uel non urgebant; & tunc procedit ſe-
cunda ſententia, ut, ſcilicet, hæres ob effe-
ctum imaginariæ ſolutionis fructus Iure
Dominij ſuos faciat, etiam in præiudicium
66 creditorum anteriorum. Idque ea potiſſi-
mùm ratione, quoniam hæreditas, poſt
quàm eſt adita, non ampliùs eſt hæreditas;
ſed proprium hæredis Patrimonium, l. ſed,
& ſi plures, §.filio, ff.de vulgari, l.1.§.veteres,
ff.de acquir.poſſeſſione, Vermigliol.conſ 455.
num.3.& ſeq. Card. Mantic.de tacit. lib.12.
tit.1 num.14.Andreol.controu.117. num.19.
& ſeq.Surd.deciſ.310.num.11. & deciſ.144.
num.4.verſ.dicebat etiam, & ita declarat Rot.
in rec.deciſ.304.part.5. & deciſ.131.part.6.
& Nos latiùs egimus d.diſput.47.

67 Quinimmò hæres beneficiatus creditor defuncti poteſt in ſatisfactionem ſui crediti ſibi tot bona ſtabilia adiudicare, & in ſolutum recipere, etiam nullo Iudicis adhibito decreto, quando id bona fide fuit geſtum, l.ſi ei, §.primò, ff de euiction.Bart.& Caſtr.in l.peculium la ſeconda, ff.de pecul. Bald.in l. fin §.in computatione ſub num.4. verſ. ex hoc ſequitur, Cod.de Iur.delib.Soccin. Iun. conſil. 170.num.5.lib.2.Card. Seraphin. deciſ.1284. num.1.Ludouiſ.dec.67.nu.10. Card.Caualer. deciſ.367. num.3. Rota in rec.deciſ.127.n.10. & ſeq.p.7.& deciſ.303. n.15. p.19.Licèt tutiùs ſit, ut Iudicem adeat, eiuſdemq; adhibita auctoritate, id faciat, iuxtà monitum Bald.in l.debitori ſub num.4. verſ.ſed pone, Cod.de pact.Burſat.conſ.167.num.38.verſ.ſecundò, Honded.conſ.58 ſub num.6. verſ.prætereà lib.1. Mareſcott reſolut.37. num. 3. & ſeqq.lib.1.Card.Seraph.dec.967.num.1.verſ. niſi vbi hæres, Rot.apud Poſth de ſubhaſt.dec. 196. num.11.tom.2.in addit. diuerſ. deciſ.71. n.4. part.1.et dec.680.n.6.verſic.non obſtant, p.1.et in rec.dec.202.n.10.p.19.& abſq; difficultate, quoties concurrunt alij creditores hæreditarij, de quorum agitur intereſſe, adnotata in l.1.ff.de ſeparat.bonor. Bald.in l.2. ſub num.4. verſ.reſponde, Cod.de bon. auctorit.Iudic.poſſid. Roland. de Inuentar. qu.170. ſub num.9.& ſeqq.verſ.pone, quòd hæres, Rot. diuerſ.deci.71.ſub num.4. verſ. neque obſtat, part.1.& d.dec.196.num.13.poſt tract.Poſth. de ſubhaſt.

68 Cau-

Digitized by Google

68 Cautè tamen in hoc eſſet procedendum; non enim intelligeretur hæres per imaginariam ſolutionem ſibi ſatisfeciſſe, neque à die aditionis ſuos faceret fructus, quando poſteà coram Iudice petijt, ſe declarari creditorem, cum ſeparatione bonorum, ex latè adductis per *Surd.* ſæpiùs citata *dec.92. num.6. verſ.tertiò omnes mouebat, cum ſeqq.*

69 Quod tamen eſt intelligendum, quando comparuit agendo, quo caſu excluſa remanet antecedens ſolutio ex eius præſumpta voluntate deducta; in quibus terminis procedunt firmata per *Surdum*, loco proximè laudato; ſecus autem, quando venit excipiendo contra creditores, & legatarios vrgentes, vt optimè *poſt Peregrin. & Marescott.* declarauit *Card. Ottbobon. dict. deciſ 47. num. 18. & ſeqq.* ubi ſingulariter ampliat,
70 etiam ſi poſteà in ſatisfactionem ſui crediti pecunias exegerit, *Rot. in recent. d. dec. 202. num. 8 part. 19.*

71 Quò ad tertiam uerò inſpectionem, receptior uidetur opinio affirmans, quòd, etiam in hæreditate opulenta, concurrentibus tamen infraſcriptis requiſitis, quòd, nempe, pecuniæ in ea non adſint, neque inueniatur emptor, qui uelit iuſto emere pretio, uel abſque promiſſione euictionis hæredis beneficiati, teneantur creditores, & legatarij accipere tot de bonis hæreditarijs inſolutũ, neque poſſit hęres cogi ad ſoluendum, ex propria pecunia, neque exequutionem pati in bonis proprijs, iuxta claram diſpoſitionem *text. in l. fin. §. & ſi præfatam*, ibi: *vel ex ipſis rebus, vel ex earum forſitan venditione*, ibique, prę cęteris, *Bart. num 3 Bald. num. 1. Salicet. num. 2. Alex. num. 10. Caſtrenſ. num 5. Cod. de Iur. deliber. Cuman. in l ſi pecunia in 5. & 2. Lectura ff. de legat. 2. Angel. in leg. 1. §. hac ſtipulatio, ff. ſi cui plùs quàm per leg Falcid. Plot. in l. ſi quando, num. 490 Cod. vnde ui, Io. Andr. in add ad Specul. tit. de Inſtrum. edit. §. fin. num. 15. in fin. & in* uerbo *fecerit, verſ. ſed adhuc quæritur, Marcambrun. conſ. 3. per tot. Facchin. conſ. 23. num 14. verſ. quia* Inuen*tarium lib. 2. & controuerſ.* Iur. *lib. 4. cap. 39.* Gargiar. *conſ. 49. num. 1. & ſeq. Peregrin. conſ. 37. in fin. verſ. quamuis lib. 4. Altograd. conſ. 62. num. 17. lib. 1.* ubi, quòd, cum prędictus textus alternatiuè dicat, quòd hęredes ſoluant de rebus hęreditarijs, uel de earum pretio, in alternatiuis electio ſit tribuenda debitori, *Craſſ. in* §. *Inuentarium, quæſt. 20. in princip. Ancbaran. Iun quæſt. 64. à num. 1. vſque ad 10. lib. 2 Porcellin. de* Inuen*tar. qu. 7. cap. 4. num. 3.* Gratian. *cap. 116. num. 18. &*
72 *ſeq.* ubi, etiam ſi hęreditas ſit opulenta, *Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 4 part. §. 1. nu. 10. Paſchal. de patria poteſt. par. 2. cap. 9. n. 78 & ſeq Caucer. var. par. 3. cap 2. num. 140. & ſeqq. Hodiern. ad Surd. deciſ. 30. nu. 3. Cirocch. diſcept. 7. num. 65. & ſeq.* latiſſimè *Andreol.* vigintiquatuor Doctores cumulãs, *controu. 93. num. 7. & ſeqq.* latè *Pratus diſcept. Foren. 14. per tot. tom: 1. Surd. dec. 318. à num. 9. vſque in fin. Amat. dec. Marcb. 91. Valaſc. dec. 52. n. 39. Manent. dec. 52. num. 39. deciſ. 86. nu. 10.* benè *Gizzarell. deciſ. 7. n. 3. & 7. Franch. dec. 83.* ibique *add.* & hanc opinionem ſequitur *Rota* ſignãter *coram Duran. deciſ. 1. num 25. & coram Priolo deciſ 25. num. 7.* illamque benè comprobat *Seſſe deciſion. Aragon. 88. num. 13. & ſeqq* ubi aſſerit, adeò ueram eſſe huiuſmodi concluſionem, ut adhuc procedat, etiam ſi Teſtator mandauerit, quòd ſoluatur in pecunia; hoc enim priuilegium tributum eſt Inuentario, nedùm ad commodum hęredis; ſed etiam fauore publico, ne perterriti hęredes oneribus hęreditarijs deſerant teſtamenta, contra diſpoſitionem *text. in l. vel negare ff. quemadm teſtam. aper.* prout rectè obſeruant *Prat. d. diſcept. 14. nu. 4. & ſeq. lib. 1. Seſſ. d. dec. 88. num. 14.* quidquid in contrarium dixerit *Surd. deciſ. 30.* quem meritò refellit *Gizzarell. d. deciſ. 7 nu. 55. Sanfelic. dec. 111. & 268. Prat. d. diſcept. 14. num. 17.*

Rationes prædictæ concluſionis latè expenduntur per Doctores proximè allegatos ſignanter ex *recentioribus per* Hodiern. *Andreolum, & Pratum*, qui reſpondent omnibus contrarijs in præſenti nõ repetẽdis, quæ penes prædictos auctores relegi poterunt.

73 Neque audiendus eſt *Ronitus* contrarium ſentiens *conſ. 18. per tot. lib. 1.* cum communi Doctorum voto ſit reprobatus, teſte *Hodiern ad Surd d. deciſ. 30. num. 3.* illumque meritò reprehendit *Rot coram Duran. d. dec. 1. numer. 29.* Prout neque etiam meretur attendi *Carena*, qui eumdem *Ronitum* ſequitur, *reſolut 31. num. 5. & reſolut. 32. num. 8.* ſolùmque hæc contraria opinio poſſet procedere, quando prædicta tria requiſita non concurrunt, cæterum illis exiſtentibus, res videtur carere difficultate.

74 Minuſue attendenda altera ſententia firmans, quòd in hæreditate notoriè opulenta, & commodè ſoluendo, hæres beneficiatus teneatur ſoluere in pecunia; prout aſſerunt *Cin. in l. fin. §. & ſi præfatam, ſub num. 3. propè fin.* ibique *Alberic. vterque propè fin. Cod. de Iur. deliber. Cyriac. controu. 24. num. 5 & quatuor ſeqq. Rimin. Iun. conſ. 621. Peregrin. conſ. 37. lib. 4.* Burſat. *conſ. 9. nu. 29. & ſeqq. Caſtill. lib. 1. contrau. Iur. cap. 24. num. 27. Surd. deciſ. 30. num. 13.* nam loquuntur contra communem, prout aduertit *Montic de inuent. in paru. impreſſ fol. 67. num. 27 Honded. conſ 52. nu. 9. lib. 2 Sim. de Petr. conſ. 45. lib 2.* Gizzarell. *d. deciſ. 37. per tot. Surd. dec. 318. in fin.* Gratian. *cap. 116. num. 18. & ſeq.* alijſque adductis, *Rota in recent. deciſ. 478. num. 5. & ſeqq. p. 14.*

Digitized by Google

alijque proximè allegati, fruſtrà in preſentia
repetendi.

75 Huiuſmodi verò ſentẽtia ſic firmata procedit, quamuis defunctus cum Iuramento renunciauerit beneficio *Authent. hoc niſi, Cod. de ſolut.* hoc enim beneficium non competit hæredi ex perſona defuncti; ſed potiùs ex legis diſpoſitione fauore ipſius hæredis ratione Inuentarij, reſpectu cuius Teſtator non poteſt illi præiudicium inſerre, *Cephal. conſ. 195. in princip. lib. 2. Honded. conſ. 18. lib. 1.* benè *Gizzarell. deciſ. 7. ſub num. 27. & 55* & meliùs *Hodiern. ad Surd. dict. dec. 30. num. 25. & ſeqq.* qui optimè id comprobat, eam adhibens animaduerſionem; quòd alioquin ſequeretur, quòd poterit inhiberi hæres à Teſtatore, ne vtatur beneficio Inuentarij, quod Iure non reperitur cautum, ex adductis per *Ant. Fabr. lib. 6. tit. 11. de Iur. deliber. defin. 43* idemq; *Hodiern.* ubi ſuprà *n. 32* aduer-
76 tit, quòd renũciatio iurata in hoc caſu, iuſto emptore non reperto, nihil operetur, tamquàm caſu inſolito, atque inopinato ſuperueniente; illa enim promiſſio in pecunia ſoluendi intelligenda eſt, ſi ex venditione bonorum pecunia cõparari poſſit; atque adeò, adhibita diligentia, nulloque iuſto emptore reperto, iuramentum, & renunciatio ad hùc caſum non porrigitur, idemque firmat *Paſcal. de patria poteſt. part. 2. cap. 9. num 78. & ſeqq. Bacchin. cõtrou. Iur. lib. 10. cap. 63. Prat. d. diſcept. 14. num. 10. & ſeqq. lib. 1. Beniten. dec. 28. Ioſeph Ludouic. dec Peruſina 64.*

Quidquid contra cõmunem ſententiã ſenſerint *Romius d. conſ. 18. num 55 & ſeq lib. 1. Marcian Ian. diſput. 81. num. 7. Franch. deciſ. 81. & 83.* cuius ſententiam non eſſe admittendam, firmat *Gizzarell. dict. dec. 7. per tot. Prat. dict. diſcept. 14. num. 10. & ſeqq. lib. 1. Donad. de renunciat. tom. 1. cap. 36. num. 17.* vbi quòd opinio contraria ſit contra charitatem, & humanitatem.

77 Quò ad quartum quæſitum, an prædicta, quæ ſuperiori loco ſunt firmata circa dationem bonorum inſolutum permiſſam á Iure hæredi beneficiato, procedant, tàm pro ſorte, quám pro fructibus cenſuum, fateor quidem, quæſtionem hanc vnam ex his eſſe, quã Doctores acritèr diſputant, ſciſſis hinc inde ſententijs, malo fato huius legalis ſcientiæ.

78 Pro affirmatiua, quòd hæres beneficiatus valeat aſſignare inſolutùm creditori cenſus tot bona hæreditaria, ad effectum illum extinguendi, pugnant *Andreol. contron. 13. per tot. Alex. de Ser. Iulian. in ſuo cõſ. cenſ. extinct. per totum, præſertim num. 36. & duob. ſeqq. & num 43. Thomaſ. decad. 1. tract. 7. tit. 8. de requiſit. in confect. inuentar. num. 141. Duard. de cenſ. tom. 2. §. 5. quæſt. 8. per totam*, ſignanter *num. 10. verſ. eſt tamen verum, & quæſt 9. nu. 5. & §. 6. quæſt. 14. num. 22. Nicol. in Lucubrat. ad Inſtit. Ciuil lib. 3. tit. 24. numer 44.*

79 Pro negatiua veró acriter contendunt, *Cyriac. contron. 44. per totam*, ſignanter *num. 27. & ſeqq. Merend. lib. 11. contron. cap. 23. Roderiq. de ann. reddit. lib. 2. quæſt 9 ſub num. 68. verſic. ex quibus inferre licet, Felician. de cenſib. tom. 2 lib. 3. ſub num. 15. verſ. ſed an illius*, ubi refert ita paſſim deciſum in Pinciano Prætorio, *Salgad. in labyr. cap. 22. num. 6. & ſeqq. & num. 21. & ſeqq. Guttier. pract. quæſt. lib 1. cap. 148. num. 24 & ſeq. Bonden. collect. 43. num. 44. verſic. ſecus, & ſeqq Epiſc. Sperell. deciſ. 177. num. 31. et ſeq. lib. 2. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4 gloſ. 18 part. 5. nu. 8. et ſeqq.* & hanc opinionem videtur ſequi *Cenc. de cenſib. quæſt. 108. num. 13. et ſeq. verſ. et quoniam*, in moderna impreſſione, & omnium latiſſimè *Andreol* ſibi contrarius, *contron. 108. num. 17. vſque ad num 39.* qui pro hac opinione, cauſa maturè diſcuſſa, refert deciſum, octoque validiſſimis argumentis apud eumdem relegendis comprobat, reſpõdendo contrarijs & *contron. 86. per tot.*

In hoc Doctorum conflictu, ſi meam licet proferre ſententiam, ego potiùs adhærerem, tàm in conſulendo, quàm in iudicando, huic poſtremæ opinioni; fundamenta enim,
80 quibus innititur, videntur valde vrgentia, inter quæ, omiſſis alijs, meo iudicio, duo potiſſimum ſunt magnifacienda; primum nempè, quòd *text. in l. final. § et ſi præfatam. Cod. de Iur. deliber.* ex quo deſumitur facultas à Iure tributa hæredi beneficiato dandi bona hæreditaria inſolutum loco pecuniæ creditoribus reſpectiuè, loquatur in creditore, *Roderic. de ann. reddit. lib. 2. quæſt. 18. ſub nu. 12. Fontanell. de pact. nupt. clauſ 4. gloſ. 18. part. 5. num. 10. & ſeq. Salgad. in labyr. credit. part. 1. cap 22. num 11. et ſeqq.* unde, cum creditor cenſus non dicatur ſortis creditor, neque debitor cenſus debitor ſortis; ſed creditor ſolùm nuncupetur creditor reſpectu fructuum, cum non poſſit cogere venditorem ad illum redimendum; ſed tantùm ſit in eius facultate; ſi hoc agere velit vigore Bullæ Pianæ, *Nauarr. in comment. de vſur. num. 85. Manent. de Iur. contrac. liuell. quæſt. 5. num 15. & ſeq. Mart. voto 51. num. 6. Gabr. conſil 151. num. 8. lib. 1. Leotard. de vſur. quæſt. 67 num 5. Epiſcop. Thomae dec. 285. num 6. Cardin. Seraphin. deciſ. 890. Buratt. deciſ. 645. Rot. in rec. dec. 374. num. 8. et ſeqq. part. 5.* Ideó non poſ-
81 ſunt dici impoſitor cenſus debitor ſortis, neque dominus cenſus ſortis creditor, niſi impropriè, & conditionaliter, *Roderic. de ann. reddit lib 2. quæſt. 18. nu. 12.* atque adeò non vindicat ſibi locum diſpoſitio dictæ legis prout latè proſequitur *Andreol d. contr. 108. num. 18. & ſeqq. Cyriac. dict. contron. 24. num. 27. & ſeq.* & in proximis terminis, quòd
82 debitor cenſus non poſſit vigore *dict. auth.*

huc

hoc niſi, Cod. de ſolut. dare bona in ſolutum creditori eiuſdem cenſus, non exiſtente pecunia, latè firmant *Guttierez lib. 1. practicar. quæſt. 146. Fontanell. de pact. nupt. tom. 1. clauſul. 4. gloſ. 18 num. 8. & ſeqq part. 5. Salgad. in labyr. credit. part. 1. cap. 22. num. 10. & ſeqq.* benè *Azeued. in l. fin. tit. 21. lib. 4. recompilat. numer. 133.*

83 Secundò, quia in hac materia, neque etiam impropriè agitur de ſoluendis debitis; ſed de retractu, ſeu de contractu retrouenditionis; ſicuti enim cenſus nihil aliud eſt, quàm emptio Iuris percipiendi ſuper re alterius, *Rebell. de obligat. Iuſtit. lib. 10. quæſt. 1. nu. 16. Molin. de Iuſtit. & Iur. tract. 2. diſput. 383. Guttierez lib. 2. pract. quæſt. 168. Cenc. de cenſ. quæſt. 8. num. 3.* ita pariter illius extinctio, & reſolutio nihil aliud eſt, quàm contractus retrouenditionis, *Cenc. de cenſib. quæſt. 103. num. 14. Rot.* poſt eumdem *deciſ. 77. num 1 dec. 61. num. 1. & deciſ. 247. num. 4.* meritó exigitur reſtitutio pretij, ut cenſus extinguatur, & contractus retrouenditionis conſtituatur, *Cenc. de cenſib. dict. quæſt. 103. num 13. Rot.* poſt eumdem *deciſ. 273. num. 3. & deciſ. 204. num. 3.* cum pretium, ſiue pecunia ſit de ſubſtantia, tàm contractus emptionis, quàm retrouenditionis. *l. 1. & 2. l. pacta conuenta in princip. ff de contrab. empt. §. pretium, inſtit. eod.* quod debet conſiſtere in pecunia numerata, *d l. 1. ff de contrab. empt. §. item pretium, Inſtit. de empt. & vendit.*

84 Hinc perneceſsè reſultat, vt non valeat cenſus extingui cum datione inſolutum in tot bonis hæreditarijs, inuito Domino cenſus; quia mutaretur ſubſtantia contractus retrouenditionis, neque in hoc caſu loquuntur beneficia Inuentarij; non enim reperitur Iure cautum, quòd ſi quis alienauerit aliquam rem cum pacto retrouendendi, eo defuncto, illius hæres beneficiatus poſſit cogere emptorem ad recipiendum in retrouenditione loco pretij alia bona; nam re vera mutaretur ſubſtantia retrouenditionis & non eſſet contractus retrouenditionis, ſed potiùs permutationis, ſi pro Iure exigendi annuam reſponſionem, quod inter immobilia computatur, daretur ſpecies, & non quantitas, *l. naturalis, ff. de præſcript. verb. l. 1. ff. de rer. permut. l. 1. ff de contrab. empt.* prout rectè in his terminis arguit *Andreol. d. controu. 108. num. 22. & ſeqq.*

85 Solùmque exiſtimo, primam opinionem in duobus caſibus ſubſtineri poſſe: Vel, quando creditor cenſus ageret in Iudicio ſeparationis, & diſcuſſionis bonorum, petendo, decerni ſibi locum inter alios creditores, non ſolùm pro fructibus cenſus præteritis, & non ſolutis; ſed etiam pro ſorte principali eiuſdem cenſus, ex deductis per *Cenc. de cenſ. d. quæſt. 108. num. 13. verſ. & quoniam ad aures, cum ſeqq.* alijſque congeſtis, *Bonden. d. collect. 43. num. 44.*

86 Vel, quoties ageretur de ſolis fructibus cenſus, pro quibus, cum creditor cenſus dicatur verè creditor, neque militent reſpectu fructuum æedem rationes, quæ procedunt reſpectu ſortis principalis, fortè poſſet hæres beneficiatus conuentus à creditore cenſus pro ſolutione fructuum decurſorum eidem tot bona hæreditaria dare inſolutum, cum vindicent ſibi locum omnia ſuperiùs firmata reſpectu extinctionis aliorum debitorum, in quibus non concurrunt rationes ſpeciales, quæ per Doctores ponderantur, ad effectum excludendi retrouenditionem ſortis principalis cenſus, cum datione bonorum hæreditariorum inſolutùm prout firmat *Andreol. d. controu 86 num. 10.*

87 Quò ad quintum articulum, ſuppoſita hac hypotheſi, quòd hæres beneficiatus gaudere deberet beneficio extinguendi cenſum cum tot bonis hæreditarijs, etiam creditore inuito, & reluctante, an poſſit id habere locum, etiam, quando adſûnt fideiuſſores cenſus, & an eiſdem prædicta datio inſolutum ſuffragari valeat.

Hunc articulum in ſpecie hinc inde examinant ex recentioribus, *Andreol. dict. controu. 108. num. 40. vſque in fin.* & poſt multa apud hunc Auctorem relegenda, relinquit indeciſum, *Cenc.* tamen *de cenſ. dict. qu. 108. num. 13. verſ. nec ex beneficio, propè fin. & verſ. & quòd creditori*, videtur ſentire contra fideiuſſorem.

88 Ego verò exiſtimo, quòd admiſſa ſententia aſſerentium, vt beneficium Inuentarij poſſit ſuffragari hæredi ad dandum tot bona hæreditaria pro extinctione cenſus, quod, ex ſupra allegatis apud me patitur magnam difficultatem, hac eadem exceptione, ſeu beneficio poſſit iuuari fideiuſſor.

89 Idque ea potiſſimùm ratione, quia liberato hærede principali debitore, ſequitur, etiam liberatum fuiſſe fideiuſſorem, ſeu correum; nam vno ex obligatis extinguere, ſoluente debitum, neceſſariò alij quoque liberantur, etiam creditore inuito, *l. 3. § fin. ff. de duob. reis*; creditum enim eſt vnicum, ideòque ſufficit vnica ſolutio, *l ſi plures*, vbi *Bald. & Caſtr. ff de pact. gloſ. in l. 3. §. fin. ff. de duobus reis.*

90 Ideòque fideiuſſor non allegat exceptionem beneficij Inuentarij, nempe, quòd ipſe velit extinguere debitum cum tot bonis; ſed extinctionem, & ſolutionem debiti cenſus factam ab hærede, cum datione inſolutum, vt benè aduertit *Andreol. d. controu. 108. nu. 43. verſ. liberato enim principali debitore.*

91 Atque hinc patet, non obſtare motiuum Cencij loco ſupra allegato, quòd, ſcilicèt, beneficium Inuentarij, vtpotè perſonale,

Ccc 2 non

non ſuffragetur fideiuſſori; nam fideiuſſor ſe
tuetur, non allegando beneficium Inuenta-
rij, ſed, potiùs extinctionem cenſus, cum
da ione inſolutum tot bonorum hæredita-
riorum, quæ ſicuti ſuffragatur ad effectum
92 liberandi hæredem debitorem; ita etiam
neceſſariò prodeſſe debet fideiuſſori, l.tam
mandatori, Cod.de non num. pecun. l.Vraaius
ff.de fideiuſſor. Salgad. in Labyr. credit. p.3.
cap.1.num.130. & ſeq. Rot.poſt Cenc.de cen-
ſib. deciſ. 207. num.1. & deciſ. 392. num.7.
& alibi frequentiſſimè.

93 Tandem quòad ſextum articulum, an, &
quando heres poſſit impugnare contractum,
ſiue tranſactionem cum defuncto initam,
concluſiuè, ac breuiter procedendo, regula
eſt negatiua; ea potiſſimùm ratione, quia,
cum defunctus, & hæres ab eo inſtitutus ex
Iuris miniſterio vna, eademque prorsùs per-
ſona reputari debeant, ſi eidem hæredi eſ-
ſet permiſſum contra factum defuncti veni-
re; vtique facto proprio aduerſaretur, quod
eſſet abſurdum, dum actio, & paſſio in eo-
dem ſubiecto ſtare non poſſunt; Iura ſunt
notiſſima in leg. cum à Matre 14. Cod.de rei
vindicat. leg. ex qua perſona 192. ff.de regul.
Iur. l.ſi ab en 7.Cod.de liber. cauſ. Gabr.de re-
gul.Iur.concluſ.11.num.1. & ſeq. Decian.conſ.
117.num.3.lib.3.Surd.conſ.73.nu.34. & ſeq.
Gratian.cap.511.num 16. & cap.544. nu. 33.
Argel.de legit.contradict qu.6.art.1.numer 4.
Barz.deciſ.64.per tot. ſignanter nu.33.Card.
Seraphin.dec.374.num.1. & 711. num.4. Lu-
douiſ.deciſ.418. num.5. Card. Cauaaler. deciſ.
536.num.4. Buratt. deciſ.817.num.1. Cardin.
Otthobon.dec.105.num.14.

94 Idcòque tenetur ſtare aſſertioni eiuſdem
defuncti, neque pôteſt aſſerere, illum fuiſ-
ſe mentitum, Capra conſ.10.num.24. vbi ni-
ſi probetur erronea, Natt. conſ 235. num 13.
Surd.conſ.315 num.6 Rot.in rec dec.256.nu.
4.& 5, part.2.

95 Idque, etiam, ſi hæres veniat ex Iure pro-
prio, l filius familias § cum pater, ff de legat.
2.l.ſi fu dum, Cod.de reb.alien. non alienan.
Pinell Cod.de bon. matern l.1.p.3. num.82.
Alex.conſ.26. num 8. verſic. & poſito, lib 5.
Surd.conſ.284.num.20. & conſ.392. num.26.
& 27. & conſ.559.num 1. & conſ.571. n.55.
& conſ.577.num.16. Gabr. conſ.125. num.4.
& 5. lib. 1. Menoch. conſ.89. per tot. Decian.
conſ.55.num.87. & ſeqq.lib.3.Peregrin.conſ.
101. num.1. lib.1. et conſ.51. num 6. & ſeq.
lib.2. Torniol.conſ.18.num.1. & conſ.48.nu.6.
Honded conſ.3.num.47. & ſeqq.lib.1. Bellon.
Iun.conſ.55.num.50. & ſeq. Altograd.conſ.25
num.24. lib.1. Gratian. cap.511. num.28. &
cap.657.nu.47. & in fin. Cyriac. controu 160.
num.78. & ſeqq. Valaſc. conſult.52. num.44.
lib.1. Cald.de Iur.emphyt.part.3.cap.16.num.
20. & ſeq. Facchin. controuerſ. Iur. cap.13. &
18.lib.7. Cancer. var.part.3.cap 2 num.171.
& ſeqq. ſignanter num 175. Poſth. reſolut.
44 Sabell.Var.reſolut.cap. 3.num.6. & ſeqq.
Fuſar.de ſubſtit.q.557. nu.1. & ſeqq. Peregr.
de fideic.art.33 n.15. Vrceol.conſult.95.n.2.
lib.2 Rauden.deciſ. Piſan.19. num.32. Barz.
deciſ.64. num.33. & 38. Addent. ad Buratt.
deciſ.154. Quidquid in contrarium non
rectè dixerint Peralta in prælect Rubr. ff.de
hæred.inſtit.num.82. Brun.conſ.78 num.6.lib.
1. Purpurat conſ.548.num.14. Celſ Vgn conſ.
120.num 96 Aym. conſ.200 Natt. conſ.470.
n.17. Grammat.deciſ.93. Cornazzan. dec.69.
num.10. Oſaſch.dec.180. & 181.

96 Præſertim, ſi defunctus promiſit non con-
trauenire, neque per ſe, neque per ſuos he-
redes, Alex.conſ.13.ſub num.7. lib.5. Decian.
reſponſ.121.num.34.lib.3 Pariſ. conſ.16.nu.
42.lib 2. Gratian. cap.234. numer.28. & ſeq.
Ludouiſ.deciſ.418 num.8.

97 Eademque concluſio habet locum, etiam
in hæredibus, & ſucceſſoribus primi hære-
dis; hæres enim hæredis dicitur etiam hæ-
res teſtatoris, prout reprobata ſententia
Saluſt.de Perus. inter conſil. Caſtr.197. lib.2.
quem ſequuntur nonnulli relati apud Viu.
deciſ.20. in fin. tradunt præ cæteris, Pinell.
in leg.1.part.3.num 81.verſ.ampliatur, Cod.de
bon.mater. Pariſ.conſ.16.num.38.lib 2. Rum.
conſ.1 8 num.12.lib 5. Surd.conſ 353.num 4.
Menoch.conſ.87.nu 127. & ſeq. Cephal.conſ.
86 num 39. & 40. & conſ.393. num.67. lib.3.
Bellon. Iun. conſ.55. num 50. & ſeq Laffred.
conſ.1.num.160. Gratian.cap.612.num.13 et
17. Peregrin.de fideic. art 33.num 15. verſic.
ſed contrarium, Fuſar.de ſubſtit. qu 557. nu 5.
addent.ad Buratt.d.deciſ.154.num.7. Staiban.
Iun.reſolut.29 num.65.lib.1. Vrceol. conſult.
95.num 3. vbi, ſi teſtator vſus fuiſſet verbo,
infraſcripti heredes, an veniat hæres hære-
dis, Card.Caualer. deciſ.189. num.3. Card.Ot-
thobon dec 64.num.6.

98 Non tamen vindicat ſibi locum in lega-
tario; cum non repræſentet perſonam defun-
cti, ſicut hæres, neque teſtatoris obligatio
in illum tranſeat, prout in ſpecie poſt Caſtr.
in l.cum à Matre, num.3. verſ item ſi ſtatuet
lucrum, ibique Salicet.num.4 & pluribus re-
latis, Barboſ.num 14.Cod.de rei vendic. Corn,
in l.fin.§ in computatione, num.21. Cod.de Iur.
delib Io.Nicol. in l generaliter, num.125 Cod.
de ſecund.nupt. egregiè firmat Surd.conſ.107.
num.16. & ſeq. rectè aduertens, quòd, etiam
ſi legatarius ex perſona defuncti lucrum
99 ſentiat; non tamen in eo habeat locum re-
gula l.ex qua perſona, ff de regul. Iur. ſolùm
enim procedit, quando quis lucrum capit
Iure hæreditario; non autem titulo ſingula-
ri; idemque comprobat conſ.237. numer.22.
verſic. ſecundò reſpondeo, et tribus ſeqq. opti-
mam aſſerens rationem, quia, ſi legatarius

non

Digitized by Google

non poſſet factum impugnare defuncti, ſe-
queretur indirectè, quòd legatum animo
100 compenſandi ſemper cenſeretur factum,
quòd tamen in Iure eſt abſonum, & hanc
ſententiam, vti veriorem, magiſque recep-
tam, ob hanc eamdem rationem egregiè
amplexa eſt *Rot. coram S.M.Clem, VIII. deciſ.*
75. nu 6. et ſeq. poſt Merlin. de legit. vbi, quòd
in legatario non procedat regula, vt ex qua
perſona quis lucrum conſequitur, eius factũ
præſtare debeat; quia alioquin legatum
ſemper cenſeretur factum animo compen-
ſandi contra diſpoſitionem *text. in l. credi-*
torem cui res, ff. de legat. 2. Zarat. deciſ 42.
num. 24.
101 Neque audiendi contrarium firmantes
Curt. Iun. conſ. 55. num. 11. Natt. conſ. 230. n 2.
Menoch. conſ. 89. num. 51. cum illos in ſpecie
reprobet optimis rationibus *Surd. dict. conſ.*
237 num. 23 prout neque etiam meretur at-
tendi *Cephal. conſ. 386. num. 29.*

Solùmq; eorum ſententiam admittendam
exiſtimo, quando Teſtator expreſsè, & no-
minatim reliquit legatum animo compen-
ſandi, vt rectè diſtinguit *Caſtr. in d. l. cum à*
Matre, num. 3. Cod. de rei vindicat. Gabr. de
regul. Iur. concluſ. 11. num. 18. & in his termi-
nis loquitur *Surd. conſ. 466. num. 17. Rot. in*
recent. deciſ. 329. num. 25. part. 10. vbi de le-
gato vſusfructus relicto cum expreſſo Teſta-
toris præcepto, quòd illud eſſet communi-
candum.
102 Prout etiam id, quod dicitur, vt lega-
tarius, legato agnito, teneatur adimplere,
& ſeruare defuncti voluntatem, licet maius
contineat onus, quàm ſit commodùm lega-
ti, iuxta diſpoſitionem Iurium in *l. Impera-*
tor, §. ſi centum, ff. de legat. 2. l. ſed ſi non ſeruus
26. in princip. ff. ad leg. Falcid. l. generaliter,
§. ſi quis alienam, ff. de fideicom. libertatib gloſ.
in l. debitori, ff. eod. Iaſ. in l. ſi Titia, num. 7.
ff. de legat. 1. Caſtr. et Alex. in l. ſi cum dotem,
§. cum pater, ff ſolut. matrim. Crauett. conſil.
274. num. 9. Natt. conſ. 170. num. 1. d. conſ. 425
num. 8. Menoch. conſ. 206. num. 97. Ruin. *conſ.*
79. num. 1. et ſeq. et in fin. lib. 2. Dec. conſ. 290.
num. 13. Gratian. cap. 130. num. 2. et 758. num.
31. et cap. 816. num. 9. Surd. conſ. 7. numer.
36. in fin. verſ. ſtante igitur, et conſ. 145. num.
212. et 237. & latè *conſ. 150 num. 20. et de*
aliment. tit. 9 part. 6. num. 101. Phanucc. de
lucr. dot. gloſ. 8. num. 72. Andreol. controu. 363
num. 16. Mart. de ſucceſſ legal. part. 4. qu. 19.
art. 2. num. 8. Hodiern. controu. 15. numer. 39.
Staiban. Iun. reſolut. 40. num. 54. & ſeqq. lib. 1.
Rocc. *reſponſ. 76. num. 15. lib. 2.* Rot. *poſt Mer-*
lin. de pignor. deciſ. 34. num. 4. procedit in his
103 etiam terminis apertæ voluntatis defuncti
ſuper compenſatione facienda, *Cuman. in l.*
Imperator, §. ſi centum, ff. de legat. 2. Caſtr. in l.
ſi compenſandi, Cod. de hæred. inſtit. Craſſ. in
§. legatum, quæſt. 16. Ceuall. commun. contra
commun. quæſt. 595. rectèque aduertit *Capic.*
Latr. conſult. 111. num. 16. & ſeq. Afflict. dec.
44. num. 31. Secus verò, quando legatum
legitur ſimpliciter factum, *Alex. in d. l. ſi cõ-*
penſandi, Cod. de hæred. inſtit. Spin. in ſpecul.
teſtament. gloſ. 8. num. 71. Craſſ. in §. legatum,
qu. 16. Capic. Latr. d. conſult. 111. num. 13. et 19
Afflict. d. dec. 44. num. 31.
104 Cæterùm principalis concluſio non pro-
cedit in hærede cum beneficio legis, & In-
uentarij, qui non tenetur ſtare facto defun-
cti; ideòque poteſt ab ipſo alienata, alio-
quin non alienabilia, reuocare, proprioque
nomine vindicare, quod ſibi debetur, non
obſtante aditione, iuxta theoricam *Bald. in*
l. ſi Vxor 7. num. 1. Cod. de bon. authorit. Iudic.
poſſid. Decius conſ. 468. num. 30. Pariſ. conſ. 95.
lib. 3. Surd. conſ. 7. num. 31. Laderch. conſ. 138.
num. 4. Menoch. conſ. 203. num. 35. & ſeqq.
Altograd. conſ. 59. num. 28. & ſeq. lib. 1. Gabr.
de regul. Iur. concluſ. 11. num. 9. Peregrin. de
fideicomm. art. 52. num. 97. Cutell. de Donat.
ſpecial. 23. num. 37 Vrceol. de tranſact qu 80.
num. 7. Ant. Fab. in Cod. lib. 3. tit. 2. definit. 12.
num. 5. in allegat. Grammat. deciſ. 153. nu. 10.
Amat. deciſ. Ferrar. 3. num. 13. Card. Otthobon.
deciſ. 180. & deciſ. 270. vtrobique *n. 13.*
105 Id tamen eſt intelligendum, quatenus
ex bonis hæreditarijs ſibi ſatisfieri non poſ-
ſit, quod ab eodem hærede eſt concludenter
probandum, *Theſ. lib. 4. quæſt. Forenſ. qu. 60.*
num. 14. & duob. ſeqq. Gratian. cap. 766. n. 21.
34. & 50. Cabball. var. reſolut. cap. 3. num. 8.
& 9 Poſth. reſolut. 44. nu. 24. Vrceol. de tran-
ſact. d. qu. 80. num. 7. verſ. conſtito tamen. Ludo-
uiſ. deciſ. 67. num. 11. & ſeqq. & deciſ. 418. nu.
6. et ſeq. ibique *Beltramin. in addit. num. 15.*
Duran. dec. 1. num. 33.
106 Si enim Vires ſuppetant hæreditariæ, ad
ipſarum limites factum ſui auctoris cogitur
approbare; ſolùm enim Inuentarium ſuf-
fragari poterit, ne hæres damnum ſentiat;
non autem, vt commodùm ex hæreditate
conſequi valeat, iuxta receptam ſententiam
de qua in *l. vltima, §. in computatione,* ibique
gloſ. magna. Cod. de Iur. deliber. Bart. in l. cum
uir. ſub num. 14. verſ. ſed ſi fecit Inuentarium,
ff. de Vſucap. Dec. in l. ex qua perſona ſub nu. 2.
verſ. et quod dictum eſt, ff. de regul. Iur. Afflict.
dicens eſſe ſententiam communem, & indu-
bitatam in *cap. 1. agnat. vel filij nu. 3. et cap. 1*
§. hoc quoque, num. 22. et 74. de ſucceſſ. feud.
Rinell. in l. 3. n. 79. et 81. in 7. amplia. C. de bon.
Matern. Aym. conſ. 225. num. 12. Alex. conſil.
29. in fin. lib. 3. Natt. conſ. 214. num. 3. Mandel.
conſ. 782. num 441. Soccin. Iun. conſ. 107. nu.
59. libr. 3. Surd. conſ. 37. num. 34. et deciſ. 30.
num. 13. verſ. Secundò motus, Gabr. conſ. 125.
num. 11. et ſeq. lib. 1. Bellon. Iun. *conſ. 50. n. 46.*
et de Iur. accreſc. cap. 10. qu. 30. num. 89. Me-
noch.

Digitized by Google

noch.conſ.89.num.14 verſ.reſpondeo ſecundò, Hended.conſ.3 num.53 lib.1. Altograd.conſ. 59 num 34 lib.1. Peregrin.de fideic.artic.33. num.13. Molin.de primog.Hyſpan.lib.4.cap.1 num.24. Fontanell.de pact nup clauſ.4.gloſ.5. ſub num 43. verſ ſi verò Inuentarium, et dec. 46.num 15 et 19. Theſaur.quæſt. For. lib.3. quæſt.82. Velaſo.conſult.69.num.12 & ſeq. Fuſar de ſubſtit.quæſt.557.num.13.Cancer.3. part.var.cap.2.de Inuentar.num.171.et ſeqq. Gargiar tract.var.part.2 cap.4. num.11. addent.ad Buratt.deciſ.154.num 8 Flor.Dulph. commun 107.num.6.Staiban. Iun. reſolut.29. num.52.et ſeqq. lib.1. latè Poſth. reſolut.71. num.49.vſque ad 65. Vrceol.conſult 95.n 8. lib.2.et de tranſact quæſt.80 num 8.Barz.dec. Bonon 42.n 2.Franch.dec.153.num.16.et ſeq. Duran deciſ.10.num 8.Ludouiſ.deciſ.418.n.6. et ſeq. ibique addent.num.15.Pena dec.315. num.6.

107 Idemque aſſerendum in filio, qui confecto Inuentario tenetur factum Patris approbare in eo, quod remanet ſupra legitimam; ſecùs verò intrá legitimæ limites, Gabr.de regul. Iur. concluſ.11. num.9. Pariſ. conſ.33.num.95.et 99.lib.3. addent.ad Buratt. d dec.154. num.10.

108 Explorati etiam Iuris eſt, hæredes pro hæreditarijs tantummodò portionibus hanc defuncti repreſentationem ſubſtinere, & pro ea tantùm parte, pro qua vnuſquiſque eſt heres teneri factum defuncti approbare l.licet 14. Cod.ad l.falcidiam, l.debitori 50 ff de fideiuſſor. gloſ. & Bart. in leg 2. in fine, ff. de prætor. ſtipulat. gloſ. in leg. cum à matre circa fin. & verbo proportione.Cod.de rei vindic.ibique Bart.Bald.Angel.& Salicet. & optimè, præ cæteris, declarat Sichard.in l 1 Cod.de hæredit.action. Iaſ.in l.2. §. ex his, num 4.ff de verbor.obligat. Cagnol. in l hæredem, num.16 ff de regul.Iuris, Pinell. in l.1. p.3.num 79.verſic.eadem concluſio, Cod.de bonis maternis, Suarez in l.quoniam in prioribus,ampliat.6.num.16. Cod.de inoffic. teſtam. Surd.conſ 415.num.14. Raudenſ.conſ.38. nu. 57.& ſeqq lib.2. Peregrin. conſ.19. num.15. lib.4.Menoch.conſil.1204.num.14. Tiraq.de retract conſang.§.32.gloſ.1. num.90. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4 gloſ.5. ſub num.42. verſic.ſi verò. Fuſar.de ſubſtit. quæſt.557.nu. 20.& ſeq. Gomeſ.tom.2. var. cap.10. num 3. Noguerol. allegat.19. num.106. Hodiern ad Surd.deciſ.315.num.6.Poſth.reſolut.71. num. 66.Salgad in labyr.credit.par 2. cap 25. num. 63.& 65. Roblez de repreſent. lib.2. cap.16. num.54.in fin.Surd deciſ.224.num.21.& ſeq. Ludouiſ.dec.442.num.3.ibique adden. num.5. Cocein.dec.285.num.3. Duran.deciſ.58.nu.1. & ſeq.Merlin.deciſ.570.num.23.

109 Atque hinc etiam oritur, quòd hæredes vltra portiones hæreditarias conueniri non poſſint, l.pro hæreditarijs, l.ſi adulta, Cod.de hæredit.action. l.fin. Cod.ſi vnus ex plur. Donell.lib.7.commentar.cap.11. Schifordeger.ad Fabr.lib.3.tract.2 quæſt.14.Idque etiam pro-
110 cedit in terminis euictionis, l.2.C.de euiction. Donell. & Schifordeger. ubi proximè, Gratian cap.36.num.41.& cap.155. num.12. Mingil.de euiction.quæſt.32.num.34.& quæſt. 112.num.28.

111 Tandem controuerſa eſt quæſtio an hæres etiam ſine Inuentario poſſit impugnare factum defuncti nullum, & inualidum propter expreſſam alienandi prohibitionem indictam à lege, ſiue ſtatuto, & affirmatiuam
112 ſententiam ſubſtinent, per text. in l.quemadmodùm,ubi Bart.& Bald. Cod.de agric. & cenſit.lib.11 Caſtrenſ.in l.filius fam.117.§.dinı, num.3 in fin. ff.de legat.1. Speculat.de emption.& vendit.§.3 ſub num.9. Bald. conſil. 161.num.1.poſt med.verſ propterea licet lib.5. Cuman.conſ.33 Cranett.conſ.200. num.5. & ſeqq.Surd.conſil.237. num.19. poſt med. verſ. primò reſpondetur, & num.20.& ſeq. & conſ. 196.num.53 lib.2.latè Raudenſ.conſ.38. num. 39 et ſeq lib.1. Honded. conſil.14 num.33 et ſeq.lib.1.Mart.vot.63.num.11.et ſeq Mantic. conſil.15. num.7. Ladercb.conſ 138. num.1. Decian.conſil.117.num 37 et ſeqq. lib.3. Pariſ.conſil.33.num 96 lib.3. Ventarin conſ.14. num.74.et ſeqq Becc conſ.72.num 17. et conſ. 141 num.13 Gabr.conſ.173 num.6 lib 1. Peregrin.conſ.7.num.31.lib.3.et deciſ.Patauin. 110.num.6 Panzirol.conſ.179. num.19. Menoch.conſ 559.num.4.Bellon.Iun conſ 48.nu. 48. latè Phanuc.de Inuent. part.7. vndecimo caſu,num.110 et ſeqq Cancer.var part 3.cap. 2. num.176.et ſeqq. Tiraquell. de retract.lignag § 1.gloſ.9.num.18.Fuſar.conſ.149.nu.6. et de ſubſtitut quæſt 557. num.8. Marzar in epit. de fideicommiſſ. quæſt.46 verſ.poſtremò, Gratian.cap.853.num.24.et ſeq. Cyriac.controu.683 n.15.addent ad Buratt. dec.154 nu. 11.Prat.diſcept.17.num.30. et diſcept.30 nu. 64 lib.1. et diſcept.2. Andr.de Georg allegat. 20.num 41. Apicell Iun. allegat.10. num 55. Roſa conſult.23. num.90. Croce. diſcept.60. num.55 Fragoſ.de Regim. Reip. Chriſt.part.3. diſput.8 § 13 num 405. Noguerol.allegat.19. num.108. & deciſum teſtantur Ant. Fab.in Cod.lib 4.tit.11. definit.4. Afflict.deciſ.240. num 8 Barz deciſ 42.num.6.et 8.et dec 64.per tot.Oſaſc.dec.180 Magon.deciſ.Florent.54. nu. 38 et deciſ.91.num.13.Oſaſch. deciſ.67. Chriſtin.dec Belg.246.num.5.lib 1. optimè Rot.diuerſor.dec.110.num 11.par.2 Buratt.dec.398 num.6.Seraphin.deciſ.477.num.1 Card.Otthobon.deciſ.180.num.14. Card Cerr. deciſ.361. nu.9 Bich.deciſ.554.num.19.et ſeq.Zarat.dec. 42.num.25.

113 Contrarium uerò ſentiunt per text. in l.filiusfamilias, §.cum Pater,verſic.ſed ſi eum

duos,

duos, ff. de legat. 1. ibique *gloſ.* uerbo *exhæredatos*, *Pinell. in l.* 1. *part.* 3. *num.* 81. *verſic. ampliatur ſextò, et num.* 82. *verſic. inſertur tertiò, Cod. de bon. matern. Surd. conſil.* 457. *num.* 28. *et* 556. *num.* 5. *et* 559. *num.* 1. *et ſeq. et* 576. *nu.* 32. *et duob. ſeqq. Cephal. conſ.* 392. *et* 393. *Menoch. conſ.* 85. *per tot. et conſ.* 1094. *num.* 24. *et ſeqq. et conſil.* 1154. *num.* 18. *Io: Ant. Bellon. conſ.* 17. *num.* 59 *et ſeqq.* aſſerens *num.* 79. falſam eſſe contrariā ſententiā *Caſtreaſ. Cyriac. contron.* 160. *n.* 78. *et ſeqq Staiban. Iun. reſolut.* 29. *n.* 63. *lib.* 1. *Franch. deciſ* 665. *num.* 4. *Tapp. dec.* 2. *num* 402. *Rot. poſt Merlin. de legit. deciſ.* 93. *num.* 4.

Idque etiam non obſtante expreſſa alienationis prohibitione, *Soccin Iun. conſil.* 107. *col. vlt lib* 3. *Menoch. conſ.* 89. *num* 60 *et ſeqq. lib.* 1. *Gratian. cap.* 511. *num.* 24. *Peregrin. de fideicomm. art.* 33 *num* 1. *et ſeqq.* ſignanter *num* 16. *Staiban. Iun. dict. reſolut.* 29. *num* 64. *lib.* 1.

114 A priori tamen ſententia non uidetur recedendum, utpotè magis recepta, quando factum ab homine, uel lege expreſsè eſt improbatum; tunc enim eſt permiſſa hæredi illius reuocatio, refundendo tamen ex bonis defuncti tantùndem poſſeſſori, quantum ualor, & intereſſe rei importat, cuius intenditur reuocatio ut rectè aduertunt *Fuſar de ſubſtitut. dict quæſt* 557 *num.* 15. *Gabriel. conſ.* 125. *num.* 12. *lib.* 1. *Caneer. var. reſol. par.* 2. *tit.* 2 *de Inuentar. num* 175. *in fin. et ſeq.* ubi refert iudicatum, *Bellon. de Iur. accreſcen. cap.* 10. *quæſt.* 30 *num* 92. *Noguerol. allegat.* 19. *num.* 110. *Carol. Ant. de Luca de pluralit. homin. cap.* 34 *num.* 9 *Grammat. dec* 93.

115 Multòque magis, quando factum defuncti eſt nullum, uel ex defectu conſenſus, *Barboſ. in l Lucius Titius, num.* 17. *verſ. his ita explicatis in ſecunda parte, ff. ſolut. matrimon.* quem ſequuntur etiam ſectatores contrariæ ſententiæ, *Iſern in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien.* vbi *Afflict.* & alij, *Gurb. dec.* 100. *num.* 44. *Franch. deciſ.* 665. *num* 4. *verſ. nec eſt ſimpliciter verum, & ſeq. Staiban. Iun. reſolut.* 29. *numer.* 66. *lib.* 1. & eſſe concluſionem ab omnibus receptam teſtatur *Vreeol. conſult.* 95. *num.* 31 *in fin. lib* 2. *Carol. Ant. de Luca de pluralit. homin. cap.* 69. *an.* 3.

116 Vel propter diſpoſitionem legis, cui hæres non poſſet expreſsè renunciare; quia tunc, neque etiam valeret tacitè, *Barboſ.* vbi proximè. *Franch. d. deciſ.* 665. *nu.* 5.

117 Teneretur tamen hæres factum defuncti, etiam nullum approbare fauore libertatis; ideòque adſtringitur manumiſſionem, etiam non Iure factam, ratam habere, prout eſt textus ſingularis in *l. ab eo* 7. *Cod. de liber. cauſ.* & congruit alter *text. in l. filiam, ff. eod. Cuiacius lib.* 24. *quæſt. Papin. ad d. leg. filium, ff. de liber. cauſa, Arguell. deciſ.* 20, *n.* 75. *& ſeqq.* qui rectè aduertit, quòd prædicta Iura non loquantur de danda actione contra hæredes; ſed in *d. l. ſi ab eo, Cod. de liber. cauſ.* agatur de libertate data ab ipſo Domino; ſed non Iure; vnde nil mirum, ſi hæres non poſſit reuocare, cui de ſuo nihil erat ablatum.

118 Neque aduerſatur textus alioquin difficilis in *dict. leg. filius familias. §. cum Pater, ff. de legat.* 2. cui potiſſimùm contraria innititur ſententia, in quo probari videtur, quòd in rebus familiæ relictis, alienarique prohibitis, filius hæres alienantis non admittatur contra alienationem; ſed filij exhæredati.

Multiplex enim ab Interpretibus traditur intellectus prędicto textui, nonnullis exiſtimãtibus ibi nō agi de expreſſa prohibitione alienationis; ſed de ſimplici fideicōmiſſo, qui intellectus ex eo potiſſimū ſuaderi videtur, quòd ibi ſimpliciter dicitur, *fideicōmiſiſſet, ne fūdū alienaret, et vt in familia relinqueret*, quorum verborum ſenſus videtur eſſe, quòd teſtator à filio ſuo hærede petijſſet, ut curaret, ne fundus ex familia exiret, iuxtà *text. in l. is qui cum plures, ff. de legat.* 3. neque in *d. §. cum Pater* legitur uerbū aliquod, prohibitionē preſeferēs, prout in *§. diui* immediatè præcedēti, ibi: *qui Teſtamento vetant, aliquid alienari*, quòdque dictus *§ cum Pater* loquatur in re ſubiecta reſtitutioni, non autem prohibita alienari, optimè aduertit *Couarr. in cap. filius, num.* 3. *verſ. idem erit ſi teſtator*, iuncto ſequenti *verſiculo ſed ſi illa eſſet prohibita, extra de teſtamen.*

Alter verò intellectus ab alijs traditur, quòd, quando, etiam dictus *§. cum Pater* loqueretur de expreſſa alienationis prohibitione; nihilominus eius diſpoſitio procedit, quando alienatio eſt facta per viā legati, & ita intelligit *Rain. conſ.* 112. *ſub n.* 13. *et ſeq. lib* 4 rectè deducēs, quòd, quādo legatur res prohibita alienari, ſubſiſtit legatū, non quò ad rē ipsā, ſed quò ad eius æſtimationē, cōprobans exemplo legati rei minoris, vel rei dotalis, vel Eccleſiaſticæ. quæ rerum genera ſunt prohibita alienari, & nihilominus earum legatum valet, non quó ad ipſas res, ſed quò ad earum æſtimationem, Doctores in *l. apud Iulianum, § conſtat, ff de legat.* 1. & latè poſt alios comprobat *Couarr. in dict. cap. filius, num.* 5. *circa med. & num ſeq.*

119 Sicuti enim eſt permiſsū Teſtatori rē hæredis legare ex infrà firmandis *nu.* 121. ita etiam poteſt legare rem fideicommiſſo ſubiectam, ipſique hæredi reſtituendam, *leg. cum Pater, §. cum Pater*, ibique *Bart. Bald. & Imol. ff. de legat.* 2. *Iaſ. in auth. res, quæ, ante num. tertium, limit.* 8. *Cod. commun. de leg. Couarr. in d. cap. filius, nu.* 3. *verſ. idem erit, Alex. conſ.* 9. *nu.* 16. *ad finem, lib.* 2. *Bellon. conſ.* 9. 10.

latè

Digitized by Google

latè Socein. Iun. conſ.67. num. 5. & pluribus ſeqq. lib.4.

120 Cum igitur alienatio rei prohibitæ alienari facta per uiam legati non ſit ſimpliciter nulla, ſed quòad æſtimationem ipſius rei ualeat; nil mirum, ſi hæres hoc caſu non poſſit factum defuncti impugnare, ut benè declarat Ruin. d. conſ. 112. num. 14. verſ. quia ergo, And. ab exe. de pact. num. 229. poſt princip. verſ. & hæc ſublimitatio, & egregiè prædictos intellectus comprobat Rot. diuerſor. deciſ. 110. num 22. & pluribus ſequentibus, part. 2. quæ etiam, num. 32. & duob ſeqq. ſatisfacit ſingulis auctoritatibus contrarijs, rectè aduertens, pleraſque loqui in ſimplici fideicommiſſo conditionali, ſiue in re ſubiecta reſtitutioni poſt mortem grauati; non autem in expreſſa prohibitione alienationis.

121 Cæterùm, ſi teſtator rem legauerit ad eius hæredem ex fideicommiſſo ſpectantem, cum expreſſa etiam alienationis prohibitione; utique non eſſet hæredi permiſſa prædictæ rei vindicatio; niſi prius hæreditatem reſtituat, Ruin. conſ. 112. num. 13. & ſeq. lib. 4. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 557. num. 10. Valaſch. conſult. 69. num. 19. & ſeqq. Rot. diuerſor. dict. dec. 110. num. 22. & ſeqq. part. 2. optimè Duran. dec. 10. Idque ea potiſſimùm ratione, quia teſtator poteſt rem hæredis legare, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit hæredis eſſe, l. vnum ex familia, § ſi rem, ff. de legat. 2. & non ſolùm rem hæredis, ſed etiam, ſi non ſit hæredis propria, ſed illi debita, aut eidem reſtitutioni ſubiecta, dict. l. vnum ex familia, § ſed ſi uno, ibique Bart. num. 1. & d. § ſi rem, quem textum ad hoc expendit Roderic. Suarez in dict. l. quoniam in prioribus ampliat. 7. num. 2. Gregor. Lop. in l. 10 tit. 9 partita 6. in gloſ. de Aquel, Io: Lup. in l. 16. Taur. num. 72. Couar. in dict. cap. filius, num. 3. extra de teſtamentis, Menoch. conſil 89. num. 62 lib. 1. Cardin. Mantic. de coniect lib. 9. tit. 1. num. 21. & tit. 9. nu. 1. & ſeqq. Rot. in recent deciſ. 484. num. 1. & ſeq. par. 5. tom. 2. repetita coram Dunozett. Iun. dec. 47. Duran. d. deciſ. 10. num. 1. & ſeq.

122 Præcipuè, quando res hæredis, aut illi debita eſt relicta perſonæ coniunctæ, leg. cum alienam, Cod. de legat. l prædia, Cod de fideic. Rot. in recent. d. dec. 484. num. 2 part. 5. tom. 2.

123 Solumq; hæres non teneretur precisè ſeruare voluntatem Teſtatoris; ſed præſtando æſtimationem de bonis hæreditarijs, quatenus ſuppetunt, eidem ſatisfaceret; Vel quoties particulari affectione proſequeretur rem legatam, vel ratione ſitus, vel ratione nominis, & familiæ, vtpotè ſi eſſet feudalis, vel haberet annexam Iuriſdictionem, vel eſſet antiqua ſuorum Maiorum, itaut magis intereſſet hæredi, illam habere, quàm bona hæreditaria, iuxta receptam theoricam Alberic. in l. fin. § In computatione, num. 20. verſ. ſi autem, Cod. de Iur. deliber. quam præ cæteris ſequuntur Gabr. conſ. 125. num. 12. circa med. verſic. id circò, lib. 1. Valaſc. conſult. 69. num. 19. Roſent. de feud. cap. 9. concluſ 72. num. 14. Peregrin. de fideicomm. art. 33. num. 13. verſic. eſt verior opinia, Fuſar. de ſubſtitut. qu. 557. num. 15. Molpheſ. ad Conſuetud. Neapolit. part. 2. tit. de bonis, quæſt. 23. num. 3. & p. 4. de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 61. num. 1. in addit. tom. 2. Vrceol. conſult. 95. num. 32. de Luca de pluralit. homin. cap. 69. num. 5. Duran. d. deciſ. 10. num. 10. Rot. in recent. dict. deciſ 484 nu. 3. & ſeq. par. 5. tom. 2. repetita coram Dunozett. Iun. dec. 47.

124 Vel quando res legata maioris eſſet valoris, quàm res hæreditaria, vel plures fructus afferret, quàm hæreditas, vt benè declarant Gabr. dict. conſ. 125. ſub num. 12. lib. 1. Noguerol. allegat. 19. num. 110 Bellon Iun. de Iur. accreſcen. cap. 10. quæſt. 30. nu 91. & ſeq. Vrceol. dict. conſult. 95. num. 32. verſic. aut illa eſſet maioris valoris, lib. 2.

125 Alter eſt caſus, in quo hæres non tenetur approbare factum defuncti, quando nempè, agit nomine alterius; tunc enim eidem hæredi eſt licitum id, quod alioquin ex propria perſona non liceret, l. ſi Pater familias § qui duos, ff. de adoption. l. cum quædam, C. de adminiſtrat. tutorum, Bart. in l. poſt mortem, circa med. verſic. tertio caſu licitum, ibique Bald. poſt med. verſic. ſecundo caſu, Alberic. num. 3. verſic. nam alieno, & num. 5. verſic. ſecundo caſu, ff. de adoption. Carol. Anton. de Luca de plural. homin. cap. 34. num. 8 & 9. vbi etiam diſtinguit inter hæredem actorem, vel reum.
126 In eadem enim perſona vices, & Iura duorum abſque confuſione conſiſtere valent, ad tex. in l. tutor. 22. ff. de his quib ut indign. Surd. conſ. 300. num. 13. Cyriac. controu. 198. nu. 27. & ſeq. Mangil. de euict. quæſt 62. num. 3. de Luca de pluralit. homin. cap. 69. num. 2. Prout
127 etiam poteſt Pater recuperare rem filij nulliter diſtractam, Surd. conſ. 365. num. 2. Bich. dec. 186. num. 9. Rot in recent. deciſ 52.
128 num. 3. part. 14. idemque dicitur de Prælato rem Eccleſiæ etiam à ſeipſo alienatam nomine ipſius Eccleſiæ uindicare ualente, cap. litteræ, ibique Abbas num. 3. de dilat. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien. quæſt. 77. cap. 1. num. 10. Seraphin. deciſ. 1417. num. 3. Merlin. deciſ 702. num. 8. Rot. in recent deciſ. 155. nu. 1. part. 8. & dec. 70. num. 22. part. 16. de Luca de pluralit. homin. cap. 69. num. 2. Prout etiam iuxta aliquorum ſententiam Maritus vendens fundum dotalem poteſt venire contra
129 factum proprium ex perſona Vxoris gloſ. Diuuſ. Angel et Caſtren. in l. cum Vir. ff. de vſucapion. gloſ. in l. vnic. §. & cum lex verbo alienare, ibique Cin. Bald. Salicet; & alij Cod. de rei Vxoriæ actione, Riminald. in princip. inſtit.

qui-

Digitized by Google

quibus alien. licet , vel non , num. 334. *Bald.*
Nouell. de Dote part. 7. *priuileg.* 1. *num.* 15.
Rot. diuerſor. deciſ. 110. *num.* 9. *par.* 2. vbi poſt
Alex. conſ. 109. *num.* 2. *& ſeq. lib.* 4. quòd li-
130 ceat indiſtinctè alieno nomine facto pro-
prio contrauenire , & *num.* 14. *de Luca de*
pluralit. homin. d. cap. 69. *num.* 2.

131 Nullatenus aduerſante, quòd huiuſmo-
di diſtinctio perſonarum formalium in vna,
eademque perſona materiali ſit in Iure re-
probata, *l. ſi plures, ff. de pact.* ibi : *difficilè eſt*
vt unus homo duorum vicem ſubſtineat , vbi
gloſ. verbo *difficilè* exponit, idelt *impoſſibile*,
l. fin. in princip. Cod. de poſtul. cum alijs con-
geſtis per de *Luca de pluralit. homin. in prin-*
cip. num. 6.

Quoniam limitatur ſolùm in ijs, quę con-
ſiſtunt, vel in obiectis intellectus , in quibus
non poteſt , quis diuerſimodè intelligere in
vna perſona, ab eo, quod intellexit in alia ,
gloſ. in cap. ſi quis iuſto , §. *porrò*, verbo *nihil*
agit, de electione in ſexto, vbi , quòd non poſ-
132 ſit quis vnum eligere tamquàm meliorem
nomine proprio , & alium nomine Domini
ſui, *Felin. in cap. cum olim, num.* 3. *de ſent. &*
re iudic. docens , quòd quis non poſſit, tam-
quàm Iudex delegatus , ferre vnam ſenten-
133 tiam , & tamquàm ſubdelegatus aliam ,
prout non poteſt quis, tamquàm Teſtis, vnũ
134 aſſerere , & tamquàm principalis, aliud ,
Bart. poſt Innocent. in cap. ſuper inquiſitionem,
num. 17. *de elect.* & confert id , quod aſſerit
Spada conſ. 270. *num.* 9. *lib.* 2. quòd repreſen-
135 tans plures perſonas , vnam tantùm ha-
beat conſcientiam .

136 Vel in actibus voluntatis proprium in
utraque perſona commodum intendenti-
bus, in quibus, ſi ex una aliquis ſe uno modo
determinauerit , non poteſt ex alia diffor-
miter uelle, *l. ſi non ſortem*, §. *filius familias*,
ubi notat Bart. *in ſummario* , *ff. de condit. in-*
deb. l. ſi proponas , §. 1. *ff. de in offic. teſtam.* pro-
ut egregiè diſtinguit *Rot. in recent. deciſ.* 78.
num. 4. *& ſeq. part.* 1. & in his terminis eadẽ
Rot. in recent. dict. deciſ. 70. *n.* 23. *& duob. ſeqq.*
part. 16.

ARGVMENTVM.

Fructus per filium perceptos ex Patris iudicio , pendente conditione fideicommiſſi , non ex ipſa legitima; ſed ex reſiduo hæreditatis ſatis opulentæ, eſſe in legitimam imputandos, latiſſimè cõprobatur ; Ad ornatum nobilis doctrinæ *Cumani in l. cohęredi* , §. *cum filia, ff. de vulg. & pupill.* Reprobatur contraria ſententia *Alexandri* ,

Præceptum Patris filio iniunctum de imputandis fructibus in legitimam, ſubſtineri ſaltem debet indirectè per viam reſtitutionis eorundem fructuum perceptorum ex reſiduo hæreditatis vltrà legitimam contra expreſſam Patris voluntatem in vim fideicommiſſi ; cum poſſit Pater diſponere , vt filius fructus perceptos vltrà legitimam , vnà cum reliquo hęreditatis dodrante, reſtituat.

Clauſula, *omni meliori modo*, per æquipollens ſupplet celebrem cautelam *Soccin. Iun. conſ.* 122. *lib.* 1. operando reductionem diſpoſitionis ad legitimum modum pro illa ſubſtinenda ; Quinimò ſufficit , quòd verba æquipollentia , quibus Teſtaror eſt vſus, redacta ad Iuris intellectum, limiteſque , poteſtatis , ità præſeferant .

Simplex , nudumque præceptum Patris , quòd filius imputet fructus in legitimam , non adiecta pœna priuationis , neque dato ſubſtituto in caſu controuentionis, an reſoluatur in ſimplex conſilium neceſſariò non obligans .

SVMMARIVM.

1 *Legitima debetur filio in proprietate , & vſufructu , neque valet in ſolis fructibus conſtitui .*

2 *Fructus non ſunt filio in legitimam imputandi, etiam ſi Pater id expreſsè diſpoſuerit .*

3 *Limita quando Pater ſpecificè mandauit, fructus in legitimam eſſe imputandos , & filius longè maiorem compenſationem eſt conſequutus , ſtante inſtitutione in ſatis opulenta hæreditate ab eodem ſimpliciter adita, & poſſeſſa .*

4 *Fructus percepti ex iudicio Teſtatoris, pendente conditione fideicommiſſi , non ex ipſa legitima ; ſed ex reſiduo hæreditatis , ſunt in legitimam imputandi , iuxta celebrem ſententiam* Cumani .

Pręcipuè quando Pater, opulentiſſima hæreditate relicta, expreſsè declarauit, fructus eſſe in legitimam per filium imputandos .

Referuntur plures authoritates hanc Cumani *theoricam comprobantes , & tres potiſſimùm rationes afferuntur, n. ſeqq:*

5 *Filius poteſt grauari in re propria , quando ei ſuprà legitimam relinquitur .*

Legitima debita filio , in bonis patris non eſt ita propria filij , vti res propria , ſed tantùm quaſi debita .

6 *De Iure* digeſtorum *fructus imputantur in legitimam .*

Subſtineri debet Patris diſpoſitio, quòd filius fructus vltrà legitimam perceptos teneatur in illam imputare , cum res faciliùs ad ſuam priſtinam reuertatur naturam .

7 *Vtiliùs eſt filio totam hæreditatem conſequi cum onere, quam ſolum trientem ſine onere, iuxtà conſilium traditum à* Gloſ.

8 *Illud, quod dicitur, filium in legitima grauari non poſſe, eſt intelligendum, quando Pater nihil vltrà legitimam relinqueret.*

Secus aſſerendum, quando filius haberet recõpenſationem in illo pluri, & num. 47.

9 *Referũtur & latè reprobãtur duo potiſſimùm contrarij fundamenta* Alex. *eiuſdemque aſſeclarum.*

Alterum, quòd debeatur legitima in proprietate cum vſufructu; Alterum verò, quòd legitima omne prorſus reijciat grauamen.

10 *Concluſiones proximè adductæ procedunt in fructibus, quos perciperet filius ex ipſamet legitima, in quibus terminis procedit* Tex. in l. cùm, §. repletionem, C. de inoffic. teſtam.

Non autem in perceptis ex portionibus, in quibus reperitur filius inſtitutus vltra legitimam.

11 *Regulariter quidquid filius capit ex Patris diſpoſitione eſt in legitimam imputandum.*

12 *Siue capiatur titulo hæreditario, ſiue legati, vel in vim mod, aut quouis alio; dummodò Patris capiat Iudicio.*

13 *Legitima non poteſt dici aliquo modo grauata, ſi fructus, quos filius ex iudicio Patris vltrà legitimam percepit, in ipſam debeant imputari ex eiuſdem Patris manifeſta voluntate.*

14 *Præceptum Patris de imputandis fructibus in legitimam, ſuſtineri ſaltem debet indirectè per viam reſtitutionis eorumdem fructuum perceptorum ex reſiduo hæreditatis vltrà legitimam contrà expreſſam Patris voluntatem in vim fideicommiſſi*, & num. ſeqq.

15 *Poteſt Pater diſponere, vt filius fructus perceptos vltrà legitimam, vnà cum reliquo hæreditatis dodrante reſtituat.*

16 *Non attenditur modus, & formula verborum, ſed potiùs voluntas Teſtatoris, quæ ſemper omni modo poſſibili ſaluari, & adimpleri debet.*

17 *Voluntas Teſtatoris ſi impleri non poteſt, prout voluit, impleri debet prout poteſt.*

18 *Teſtatorum verba ſunt intelligenda poſſibiliter, non impoſſibiliter.*

19 *Teſtatoris voluntas ſeruanda eſt omni meliori modo, quamuis non ſecundùm modum ab eo diſpoſitum.*

Idque etiam procedit in reſtitutione fructuum facienda per heredem grauatum, qui regulariter facit fructus ſuos, eoſque non tenetur reſtituere.

20 *Nemo poteſt facere, quin leges habeant locum in ſuo teſtamento.*

Intellige, quando actus alio modo valere non poteſt, ſecus autem ſi aliter valere poſſit, licèt non eo modo, quo fuit celebratus.

21 *Imputatio fructuum in legitimam, differt ab eorumdem reſtitutione.*

22 *Clauſula*, omni meliori modo, *operatur, vt Patris diſpoſitio valeat eo modo, quo legitimè fieri potuit.*

Clauſula prædicta operatur, perindè ac ſi per Patrem fuiſſet expreſſis verbis diſpoſitum, vt filius teneretur fructus perceptos reſtituere, & in caſu contrauentionis cenſeatur ſolùm in legitima inſtitutus.

Ex prædicta clauſula deprehenditur enixa Teſtatoris voluntas, vt omni poſſibili modo valeat grauamen in legitima, quòdquè cum non poſſit valere, niſi ratione commodi fructuum, intelligatur propter ipſos fructus grauaſſe.

23 *Præcipuè, quando clauſula*, omni modo meliori *non eſt adiecta in fine teſtamenti; ſed in ipſamet diſpoſitione mandante imputationem fructuum, vel adijciente onus in legitima.*

24 *Sub nomine hæreditatis non cenſetur comprehenſa legitima, dum ab eo ex legis diſpoſitione ipſo Iure euellitur, adeò vt non dicatur ampliùs eſſe in hæreditate, ſed ab ea ſegregetur.*

25 *Clauſulæ in fine orationis poſitæ, ad totam præcedentem diſpoſitionem referuntur.*

26 *Præcipuè, quando aliàs ſequeretur nullitas actus.*

27 *Clauſulæ appoſitæ duobus in eadem oratione, & ſtructura verborum debent æqualiter determinare.*

28 *Idque, etiam procedit in clauſula*, omni meliori modo.

29 *Si Teſtator voluit, teſtamentum valere* omni meliori modo, *tunc conſequenter & quamlibet eius partem.*

30 *Clauſula*, omni meliori modo, *appoſita in teſtamento Patris non ſolùm in inſtitutione in fructibus, ſed etiam in ſubſtitutione, omnia æqualiter determinat.*

31 *Non refert in qua parte teſtamenti ſit appoſita clauſula*, omni meliori modo; *ſed in quacumque parte adiecta, refertur ad omnia, & ad ſingulas partes teſtamenti.*

32 *Clauſula*, omni meliori modo, *ſubintelligitur in ſubſtitutione fauore piæ cauſæ, quemadmodùm in teſtamento inter liberos.*

33 *Pia cauſa eiſdemmet gaudet priuilegijs; imò fauorabilior eſt, quàm cauſa liberorum, excepta legitima.*

34 *Clauſula* omni meliori modo, *ſupplet per æquipollens celebrem cautelam* Soccini, *operando reductionem diſpoſitionis ad legitimum modum pro illa ſuſtinenda.*

Filius renuens acquieſcere paternæ diſpoſitioni iniungenti onus in legitima, vel prohibenti illius detractionem, inſtitutus dumtaxat cenſetur in ſola legitima, ac reliqua hæreditate priuatus, & num. ſeqq.

35 *Non eſt neceſsè, quòd ad vnguem ſeruetur forma tradita in cautela* Soccini, *ſed ſufficit, quòd verba æquipollentia, quibus Teſtator eſt vſus, redacta ad Iuris intellectum, limitemque poteſtatis, ità præſeferant.*

Reprobatur contraria ſententia.

36 *Præcipuè, quãdo clauſula*, omni meliori modo, *non legitur adiecta in fine teſtamenti, ſed in ipſamet demandata imputatione fructuum in legitimam.*

37 *De neceſſarijs requiſitis, ad hoc, vt ſit locus cautelæ* Soccini, & num. ſeqq.

38 *Filius inſtitutus hæres Vniuerſalis in omnibus bonis, dicitur etiam inſtitutus in legitima, quæ eſt quota hæreditatis, quoties filius fuit inſtitutus in maiori portione, quàm ſit legitima.*

Legitima eſt quota bonorum, quoties agitur, vt creditores filio præferantur.

39 *De theorica* Cumani, *de qua n. 4. non poteſt dubitari, quando concurrit cautela* Soccini.

40 *Idem aſſerendum, dum eadem cautela ſuppletur per æquipollens, tàm ex clauſula* omni meliori modo, *quàm ex enixa Teſtatoris voluntate, vt eius diſpoſitio omninò ſuſtineatur, eo modo, quo legitimè poteſt.*

41 Stan-

41 *Stante clauſula* omni meliori modo, *& inſtitutione facta ad maiorem cautelam in fructibus, quatenus opus ſit, facienda eſt interpretatio pro ſubſtinenda imputatione omnium fructuum in legitimam, vt filius fuerit inſtitutus in vſufructu.*

42 *Vſufructus formalis bonorum imputatur in legitimam, facta eſtimatione, iuxta regulam traditam in* l. hæreditatum, ff ad leg. falcid.

43 *Præcipuè, quando filius adeundo ſimpliciter hæreditatem, diſpoſitioni Paternæ acquieuit, neque poſtulauit, illam ſibi in corporibus aſſignari.*

44 *Ad effectum imputationis vſusfructus in legitimam, non requiritur expreſſa acceptatio, ſed ſufficit tacita reſultans ex adepta poſſeſſione bonorum Paternorum.*

45 *Ex repetitione clauſulæ* omni meliori modo, *in pluribus partibus teſtamenti, arguitur enixa Teſtatoris voluntas, vt eius diſpoſitio ſubſtineri debeat omni modo de Iure poſſibili.*

46 *Pater, quoties in imputatione fructuum in legitimam conſiderauit, eius hæreditatem eſſe pinguem, ideòque adeſſe æquiualentem recompenſationem ob fructus in maxima quantitate per filium percipiendos, eò magis imputatio ſubſtineri debet.*

Expenditur ſingulare conſ. Curt. Iun. 120. *hoc ipſum rectè animaduertens.*

47 *Filius ſolùm dici poteſt in legitima grauatus, quando Pater nihil vltrà legitimam reliquerit; ſecus, quando idem filius fuerit in illo pluri recompenſatus*, & num. 8.

48 *Filius, aut tenetur relictum acceptare cum onere, aut tantùm legitimam conſequi, reliquis bonis dimiſſis.*

46 *Patri, quemadmodùm eſt à Iure permiſſum; relicta filio integra legitima, reſiduum ſuorum bonorum in Mare proijcere.*

50 *Ita poteſt mandare, vt illorum fructus imputentur, vel ſaltem reſtituantur: & de ratione.*

51 *Filius debet ſibi imputare, qui adeundo ſimpliciter hæreditatem non curauit accepta legitima reſiduum reſpuere, ſed voluit totum capere.*

In hoc caſu grauamen potiùs oritur ex electione eiuſdem filij.

52 *Filius, quando paternæ hæreditati ſe immiſcuit, non confecto Inuentario in aliquorum ſententia grauamen de legitima non poteſt reijci.*

53 *Magis expedit filio vberiores redditus percipere ex ſatis opulenta Patris hæreditate cum onere, quàm ex detractione ſolius legitimæ ſine onere.*

54 *Præſentia magis afficiunt.*

55 *Omne futurum deſpicitur, ſuadentque ſui præſentia fructuum, ex Claudiano.*

56 *Simplex, & nudum præceptum Patris filio iniunctum de imputandis fructibus in legitimam, non adiecta pœna priuationis hæreditatis, neque dato ſubſtituto in caſu contrauentionis, an reſoluatur in ſimplex conſilium neceſſariò non obligans, &* num. ſeqq. *&* num. 66. *vbi declaratur.*

57 *Teſtator, ſi mandet hæredi, vt debita ex fructibus ſolueret, non indè ſequitur, quod eueniente caſu reſtitutionis, voluerit dicta debita non eſſe detrahenda.*

58 *Regulariter in dubio, quando adſunt ſubſtituti in caſu mortis, ſemper prohibitiones, & præcepta cenſeri debent facta, fauore eorumdem ſubſtitutorum.*

59 *Semper eſt facienda interpretatio, vt præceptum Teſtatoris intelligatur appoſitum, non fauore hæredis, ſed alterius, atque adeò ſit obligatorium, non ſimplex conſilium.*

60 *Ex ſubſtitutione duorum in reſiduo hereditatis, itaut quilibet medietatem conſequatur, deprehenditur integralis reſtitutio omnium bonorum, ſine vlla prorſus diminutione.*

Expenditur text. in l. vnica, Cod. de theſaur. lib. 10.

61 *Aliquid ſi de toto diminuitur, vtique non præſtatur dimidia vni, & dimidia alteri; Ideòque quò ad Teſtatorem comprehendit ipſam legitimam.*

62 *Verba*, ordina, e comanda, *præſeferunt enixam Teſtatoris voluntatem.*

63 *Prohibitio alienationis, quoties non eſt facta fauore prohibiti, ſed alterius, valet, & obligat.*

64 *Idem eſt, prohibitionem eſſe factam fauore alterius, quàm prohibiti, & eſſe appoſitam pœnam priuationis.*

65 *Hæres grauatus, licèt faciat fructus ſuos, eoſque in ſua credita imputare non teneatur, aut ex illis æs alienum perſoluere, non obſtante præcepto Teſtatoris.*

Id tamen nõ procedit ſtãte cõtraria voluntate eiuſdem Teſtatoris, vel expreſſa, vel ſaltem tacita, mandantis compenſationem, & imputationem non fauore ipſius hæredis, ſed aliorum.

66 *Refelluntur* Cathl. & Merlin. *de quibus ſupra* num 56. *requirentes in imputatione fructuum in legitimam pœnam priuationis expreſſam, & ſubſtitutionem alterius in caſu contrauentionis.*

67 *Pœna priuationis tacitè dicitur ineſſe à Iure, licèt non legatur expreſſa in teſtamento, dum filius non obtemperat paterno præcepto.*

CAPVT LII.

CÆSAR de Santinis Nobilis Lucenſis, inſtituto hærede uniuerſali Nicolao unico filio tunc minore in opulentiſſima hæreditate ſcutorum quatuor cẽtum mille, ipſum rogauit, ut ſi filios ſuſcepiſſet, bona ualoris ſcutorum centum quinquaginta millium eius Primogenito reſtitueret, quæ poſtmodùm de Primogenito in Primogenitum perpetuò peruenire deberent, eiſdemque non exiſtentibus, uel quandocumque deficientibus, ſubſtituit in dicta Primogenitura certorum bonorum proximiorem Agnatum, eiuſque filios in infinitum, ſubijciens hæc ipſiſſima uerba: *Intendendo, che queſti beni reſtino ſempre in detti chiamati ſenza alcuna diminutione, e perciò prohibiſco ogni alienatione, detrattione di legitima, Trebellianica, ò qualſiuoglia altra portione, ò quarta, che di ragione ſi poteſſe detrarre.*

Deinde ſubiecit hanc aliam diſpoſitionem: *E perche l'heredità ſarà molto pingue, & opulenta, e però oltre il detto fideicommiſſo potrà reſtare molto al detto Signor Nicolò herede, come ſopra inſtituito, del che potrà diſporre liberamente, ſe hauerà figlioli, però det-*

ſo Signor Teſtatore volendo provedere in caſo, che detto Signor Nicolò moriſſe in qualſivoglia tempo ſenza figlinoli maſchi, di quello voglia ſi facci del reſto di detta ſua heredità, ſalue ſempre le coſe di ſopra per eſſo ordinate, detto Signor Teſtatore intende, e vuole, che ſuccedano nella metà le fancinlle da maritarſi, come appreſſo ſi dirà, e nell'altra li giouani Nobili da mantenerſi à ſtudio, come appreſſo, quali opere pie eſſo Signor Teſtatore vuole, che ſiano ſoſtituite al detto ſuo figliuolo, come ſopra in caſo di morte ſenza figli, e così li ſoſtituiſce in ogni miglior modo.

Et demum ſubdit: *E perche il Signor Nicolò ſuo figlinolo, & herede, come ſopra, potria pretendere la legitima ne i beni di eſſo Teſtatore, perciò ordina, e comanda, che eſſo Signor Nicolò ſuo figliuolo, & herede imputi in quella tutti li frutti, che cauerà dalla ſua heredità, che eſſendo molto opulenta, e pingue, non puole hauere di che lamentarſi, quali frutti, caſo, che ſia di biſogno li li laſcia, e laſcia per titolo d'inſtitutione, ed in ogn'altro miglior modo.*

Defuncto Cæſare Teſtatore, Nicolaus adhuc Minor, hæreditati Paternæ ſe immiſcuit, purè ſimpliciter, nulloque confecto Inuentario, fructuſque percepit, poſtmodùm maior factus legitimam per Procuratorem detraxit in tot cenſibus, & pecunijs integrũ trientem totius hæreditatis conficientibus.

His in facto præmiſſis, dubitari contingit, utrum Nicolaus ſic, ut ſupra, grauatus, potuerit legitimam detrahere; non aduerſante expreſſo Teſtatoris præcepto de imputandis in eam fructibus: Aut ſaltem idem Nicolaus teneatur fructus dodrantis ultra legitimam perceptos, & percipiendos conſeruare, & ſubſtitutis, eueniente conditione ſi ſine filijs, reſtituere.

Et ſane, diligenter conſideratis particulis teſtamenti, non potuit Nicolaus detrahere legitimam in tot corporibus hæreditarijs, & detractio iam facta nullo prorſus Iure ſubſtinetur.

Siquidem, cum fructus ex opulentiſſima hæreditate per longum temporis interuallum perceperit, & in futurum percipere poſſit, tenetur illos in legitimam imputa-
1 re; quamuis enim legitima debeatur filio in proprietate, & vſufructu, neque ualeat in ſolis fructibus coſtitui, *l. ſcimus 36. §. repletionem*, ibique *gloſ. C. de inoffic. teſtam. Auth. nouiſſima, Cod. de inoffic. teſtam.* ibique *gloſ. 2. in* uerbo *grauamen, l quoniam in priorib. C. eodem, §. prohibemus auth. de trient. & ſemiſ. Bart. in l. ſuus quoque, ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in d. authent. nouiſſima, num. 45. Cod. de inoffic. teſtam. Craſſ. de ſucceſs. §. legitima, quæſt. 15. num. 2. & 6. Vaſq. de ſucceſſ. creat. lib. 3 §. 20. part. 4. num. 288. verſ. quia è contra, Giurb. ad Conſuet. Meſſan. part. 1. cap. 4. num. 14. Cyriac. controu. 288. num. 1. & ſequ. Merlin. de legit. lib. 3 tit. 2. quæſt. 7. num. 21. & quæſt. 8. nu. 1. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 15. nu. 178. Peregr. de fideic. art. 36. num. 71. in fin. Card. Seraph. deciſ. 1365. num 6. & 18.* prout neque etiam
2 ijdem fructus in legitimam ſint filio imputandi, etiam ſi Pater id expreſsè diſpoſuerit, *l. iubemus.* vbi *Bald.* & alij, *C. ad Trebell. § prohibemus, Auth. de trient. & ſemiſs. Alb. conſ. 468. num. 2. & conſ. 506. numer. 8. Ruin. conſ. 55. num. 3. & conſ. 194. num. 5. lib. 2. Fuſar. conſ. 23. num. 8. Spad. conſ. 358 num. 4. lib. 2. & conſ. 301. n. 4 lib. 3. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 1. Theſaur. dec. 137. num. 3. Card. Seraphin. dec. 1365. num 18. & ſeqq.*

3 Huiuſmodi tamen concluſiones non procedunt, quando Teſtator ſpecificè mandauit, fructus in legitimam eſſe imputandos, & filius longè maiorem compenſationem eſt conſequutus, ſtante vniuerſali inſtitutione in ſatis opulenta hæreditate ab eodem ſimpliciter adita, & poſſeſſa.

4 Tunc enim fructus percepti ex iudicio Teſtatoris, pendente conditione fideicommiſſi, non ex ipſa legitima, in quibus terminis procedunt contrariæ authoritates inferiùs allegandæ; ſed ex reſiduo hæreditatis, ſunt in legitimam imputandi, iuxtà egregiam doctrinam *Cuman. in l. cohæredi, §. cum filiæ ſub num 2. ff. de vulg. & pupillar. & in l. in fideicommiſſariam, num. 15. ff. ad* Trebell. quam omiſſis pluribus alijs, qui poſſent allegari, ſequuntur vti veriſſimam, magiſque receptam.

In lecturis *Pic. in l in quartam, num. 228. ff. ad leg. Falcid. Fulgoſ. in l. Papinianus, § vnde ſi quis, verſ. ſeptima fuit opinio, ff de inoffic. teſtam. Ambroſ. de Oprzon. in l filius famil. §. Diui, num. 44. verſ. in contrarium dicitur, & num. 45. & ſeq. ff de legat. 1.*

In conſilijs, & controuerſijs idem *Cuman. conſ. 25. num. 4. verſ. circà autem legitimam, & conſ. 52. num. 3. & 4. Franc. à Capit liſt. inter conſ. vltim. volunt. tom. 1. conſ. 78. nu 10. & ſeqq. Curt. Iun. conſ. 120 ſub num. 16 verſ. puto poſſe defendi, Burſat.* dicens veriſſimam opinionem, *conſ 385. num. 7. & ſeqq.* ibique *Gipt. in ſubſcriptione verſ. quò verò lib. 4. & conſ. 355. num. 6.* Ladereb. *conſ. 26. num. 2 & ſeqq.* Cephal. *conſ. 153 numer. 92. lib. 2. Natt. conſ. 321. num. 4. & ſeq lib 2. Menoch conſil. 196. num. 15. & 21. lib. 2 qui num. 21.* ſubdit ex longa perceptione fructum facta per filium præſumi ratificationem voluntatis paternæ, *& conſ. 303. num 54. lib. 3. conſ. 533. num 15. verſ. ſextò, & vlt. lib 6. conſ. 681. nu. 34. & ſeq. lib. 7. conſ. 903. ſub num. 2. lib. 10. & conſ. 1141. num 1. & ſeqq. & conſ. 1234. num. 9. & 10. Anguiſciol. conſ. 130 ſub num. 33. verſ. imò in caſu iſtorũ, & ſeq. Randenſ. conſil. 38.*

Digitized by Google

ſil.38.num.3.verſ.2. circumſcripta cum ſequ.
lib.2. & latiùs var.capit.70. num.1.& ſeqq.
ubi prædictam theoricam Cuman. illius pre-
ciſis uerbis relatis,uindicat á contrarijs,Fu-
ſar.conſ.158.num.4. & conſ.185. num.89.&
112.verſ.ſecundò verò,Bellon.Iun.conſ 65.ſub
num.39.verſ.tertiò moneor,cum trib.ſeqq. &
ſub num.50.verſ.neque obſtant,Pedrocch.conſ.
7.num.105.& ſeq.Peregrin.conſ.66.num.32.
& ſeqq.lib 4. Maluaſ.conſ.118.nu.2.& ſeqq.
Rouit. conſ.95. num.13. lib.1. Marcian. Sen.
conſ.25.num.9.lib.1.& meliùs conſ.39. nu.2.
lib.2.Facchin. controu.Iur.lib.12.cap.70. per
tot. Cancer.var.par.1. cap.3. nu.92 aſſerens
hanc ſententiã eſſe receptam,& indubitatã,
Petr.Aloys.Burg.apud Andreol.contron.250
ſub num.72.& 81. Capyc. latr conſult.121.
num.30.& ſeq. lib.2. nbi, quòd hæc opinio,
ſit uerior, magiſque communis.

In tractatibus Menoch.lib.4.præſumpt.196
n.23. verſ. & accedit in prima impreſſione,
& n.28.in vltima impreſſione additionibus
aucta,Surd.de alim.tit.2.q.15.n.181.& ſeqq.
Cutell. de donat. contemplat. matrim. diſc. 2.
partic.12. num. 27. verſ.et tantummodò limi-
tantur,Carleual.de Iudic.lib.1.tit.3.quæſt.25.
num.20. Trentaciq.var.tit.de legit.reſolut.4.
num.6.

Et in ſupremis Tribunalibus fuiſſe rece-
ptam,teſtantur Surd.dec.21.num.20.et ſeqq.
ubi teſtatur, hanc eſſe ueriorem, magisque
communem,Criuell.dec.Dolan.61.num.11.et
ſeqq Muta deciſ 46.nu.12 Maſtrill. dec.181.
num.28.et ſeqq. & egregiè, præ cæteris,reſ-
pondendo omnibus contrarijs, teſtatur de
communi Ioſeph Ludouic.dec.Lucenſ 28.à nu.
num.105. vſque ad 111.Card. Seraphin dec.
1365. num.6.

Quæ opinio,ſi communi ſenſu admittitur
ab Interpretibus, etiam ſi Teſtator nullam
de legitima mentionem faceret; ſed ſimpli-
citer filium inſtitueret in tota hæreditate,
cum onere fideicommiſſi,Peregrin de fideic.
art.36.num.83. Fuſar.de ſubſtit.quæſt.296.nu.
35.verſ.et quando, Gall.de except. ſucceſſ.tit.
2.except.4.nu.53 part.3. Menoch.conſ.1141.
Ludouic.deciſ.Luc.28. num. 49. et ſeqq. Mul-
tò fortiùs amplectenda in præſenti thema-
te, in quo pater, opulentiſſima hæredita-
te relicta, expreſsè declarauit fructus eſſe in
legitimam imputandos, hoc enim caſu te-
netur filius, uel totam hæreditatem, etiam
cum onere adiecto legitimæ,acceptare, uel
totam hæreditatem reijcere, latè Menoch.
conſ.1234.num.10 Maluas.conſ.118. Neguſ.
quæſt.70.num.28.Andreol.contron.250.n.65.
Ludouic.d.deciſ.Lucenſ.28. num.51. Maſtrill.
dec.181.num.34.

Huiuſmodi uerò ſententia optimè rema-
net comprobata tribus potiſſimùm funda-
mentis, omiſſis alijs adductis per Fuſar.de
ſubſtit.qu.296.à num.66.vſque ad 70.

5 Primò, quia, quemadmodùm filius poteſt
grauari in re propria, quando ei ſupra legi-
timam relinquitur; ità ut, uel hæreditatem
paternam reſpuere teneatur, uel oneri in
re propria impoſitã acquieſcere,l.filius fam.
§.apud Marcellum, ff.de legat.1.l.Imperator,
§.ſi centum ff.de legat.2. gloſ.in l.cohæredi §.
cum filia, verb.tenebuntur.ff de vulgar.ubi,
quòd hæres inſtitutus grauari poſſet in pro-
prijs ſuis bonis, quando ex fructus hæredi-
tatis percipit tantùm, quod æquiualeat o-
neri fideicommiſſi, Fabian.in Auth. nouiſſi-
ma,num.169. Cod.de inofficioſ.teſtam. Cuman.
conſ.52. nu.3.Bellon Sen.conſ.9.Marcian.Sen.
conſ.25. num 9.Menoch.conſ.129. num.26. et
ſeqq.et conſ.196 num. 15. Fuſar. de ſubſtit.
dict.quæſt.296. num.65 in fin.verſic fulcitur
autem, et num.70.Molin de Primogen lib.2.
cap.10.n.76.Theſaur.q.Forenſ.55.lib.1. et q.
66.lib.2. Surd.de alim.tit.2. qu.15. num.180.
& ſeqq. Merlin.contr.48.n.22.lib.2. Criuell.
dec.61.n.11.& 14.Maſtrill.dec.181.Franch.
dec. 293. in fin. in quo caſu inutilem caute-
lam exiſtimat, Ludouic.d.deciſ.Lucenſ.28.ex
num.51. vt filius relictum acceptet, & onus
reijciat, ex eo, quòd incompatibile ſit, vt
filius ſimul, & ſemel legitimarius ſit, & vni-
uerſalis hæres,ut benè obſeruat Criuell.dec.
Dolan 61.num.12 & ſeqq. Merlin.d.contron.
48.num.22 verſ.quo caſu, & uidetur ſentire
Surd.de alim.tit.2.qu.15.n.181.

Ita pariter idem aſſerendum de onere
à Patre adiecto in legitima, quæ proprium
filij patrimonium nuncupatur, Curt. Iun. in
auth.res quæ,num.16. verſ.notandum tamen,
Cod.comm. de legat. ibique Salicet.qu 4. Ro-
man. conſ.232. ubi Apoſtill.Rub.Alex.conſil.
124.num.3. Caſtill lib.5.contron.cap.107.nu.
40.in fin. Merlin. de legit. lib.3. tit.2. qu.19.
num.4.Bellon de Iur.accreſc.cap.9. quæſt.24.
num.9. tom.3.Caren.reſolut.165. nu.14.Rot.
in rec.deciſ 387. num.26 part.9. Card. Sera-
phin.dec.451.num.7.verſ.cum legitima.

Fortiùs,quia legitima debita filio in bonis
Patris nõ eſt ità propria filij,uti res propria
ſed tantùm quaſi debita,l.fin. §.ſin autem,C.
de curat.furios.Bellon. ubi ſupra num 59.&
ſeq.Andreol.contron.250. num.64. & ita in
his terminis arguunt Menoch. conſ.196.n 7.
& 11.& conſ.1239. num.11 Mangil. de im-
put.qu.128.num.5. Surd.de alim.tit.2.qu.15.
num.179.& ſeq.Cancer var.reſolut. d.cap.3.
num 37.part.1 .Andreol.d.contron.250.n.64.
in fin. verſ.imò non eſt propriè debitum.

6 Secundò, quia, cum de Iure digeſtorum
fructus imputentur in legitimam,l Papinia-
nus, §.vndè ſi quis,ff.de inofficioſ.teſtam. Me-
ritò ſubſtineri debet Patris diſpoſitio,quòd
filius fructus,ultrá legitimam perceptos, te-
neatur in illam imputare, cum res faciliùs

ad

Digitized by Google

ad ſuam priſtinam reuertatur naturam, *l. ſi vnus, § pactus*, ibique *Gloſ. ff. de pact.* quo argumenti genere in ſpecie utitur *Peregrin. d. conſ. 66. num 3. verſ. ſecundò conſi lero lib. 4 Fuſar. de ſubſtit. d. qu. 296. num. 66. verſ. tertiò res facilè reuertitur*.

7 Tertiò denium, quia re uera filius nullatenus dici poteſt grauatus in legitima; cum utilius ſit totam hæreditatem conſequi cum onere, quàm ſolùm trientem ſine onere, iuxtà ſolemne, & Oeconomicum conſilium *gloſ. in § prohibemus*, uerbo *relinquet*, *verſ. vel*, ibi *Auth. de trient. & ſemiß. Bellon. Iun. d. conſ. 65. num. 51. Surd. d. deciſ. 21. num. 20. propè fin. verſ. & dicit gloſa*.

8 Illud enim, quod dicitur, filium in legima grauari non poſſe ex diſpoſitione Iurium in *l. omnimodo 30. & l. quoniam in prioribus 32. Cod. de inoffic. teſtam.* eſt intelligendum, quando, nempè, Pater nihil ultra legitimā relinqueret; ſecus, quando filius haberet recompenſationem equiualentem, imò maiorem in illo pluri, prout per *text. in l filius familias, § apud Marcellum, ff. de legat. 1 l. licet Imperator, § ſi certum. ff. de legat. 1.* firmat *Roderic Suarez. in l quoniam in prioribus ampliat. 10. nu. 23. 24. et 48.* & ad eum locum *Valdes* Io: *Lup. in l. 27. Taur. num 16 Peralt. in l. cum Patranus 28. ex num 8. ff. de legat. 2. Angel. in dicto §. prohibemus, nu. 3. et 4 Auth. de trient. et ſemiſs. Menoch. cōſ. 1141 nu. 5. 11. et ſeq lib 2.* ubi inuehit contrà *Roderic. Suarez Cephal. conſ. 16. num. 56.* Rimin Iun *conſ. 736. num 240. et duob. ſeqq. Pedroch. conſ. 6. Gramm. conſ. eiuil. 145. num. 3. et 4 Gall. conſ. 95. num. 7 Cancer. Var part. 1. cap. 3. num. 37. Surd. de alim. tit. 2. quæſt. 15. num. 162. et dec. 21. Marttau. Seu. conſ. 39 nu. 2. verſ tunc enim filius, lib. 2. Peregrin. de fideicomm. art 49. nu. 42. in fin Molin. de Primog lib. 2. cap 3 num. 7. et cap. 11. num. 8. et cap 15. num. 12. Baez. de non meliorand rat. dot filiab. cap. 8. num. 10. et cap. 9. num. 11. Mierez de Maiorat. 1. part. quæſt. 55. num. 25. in nouiſ. Caſtill. lib. 5. controu. cap 107. nu. 46. Gratian. cap. 751. n. 26. Merlin. lib. 2. controu. 48. num. 20. verſ. & quidem, Mangil. de imputat. quæſt. 118. num. 4. & ſeq. Paul. Emil. Gall. de except. tit. 2. except. 4. part. 3. num. 54.* Carleual. *de Iudic. lib. 1. tit. 3. diſp. 25 num. 20 Menchac. de ſucceſſ. creat lib. 1. qu. 10. ex num. 244.* Molin. *de Iuſt. & Iur. tract. 2. diſp. 177 num. 10. lib. 1. & diſp. 578. num. 8. lib. 3. Monet. de commut. vltim. volunt. cap. 9. qu. 3. num. 207. Marcell. Marcian. Iun. Forenſ. exercit. cap. 13. nu. 34. in fin.* ubi, quód onus in legitima poſſit apponi, quando illud filijs eſt fauorabile, *Maſtrill. deciſ. 181. num. 6. Franch. dec. 293. in fin.*

9 Neque uidentur poſſe ſubſiſtere duo præcipua fundamenta *Alex in l. in fideicommiſſariam num. 8.* ibique, *Rip. num. 41. Claud. Aquenſ. num. 7. ff. ad Senat. conſult. Trebell.* qui fuerunt antesignani contrariæ ſententiæ contrà *Cuman.* quàm etiam ſuſtinent *Suarez in l. quoniam in prioribus 32. ampliat. 3. num. 2. Cod. de inoffic. teſtam.* & ex recentioribus *Rouit. conſ. 61. lib. 2. Spad. conſ. 358 nu. 4. lib. 2 Fuſar. conſ. 77. num. 10 & de ſubſtit. qu. 296. Redenaſch conſ. 501 num. 24. Rimin. Iun. conſ. 50. num. 89. lib. 1. & conſ. 510. nu. 47. & ſeqq. lib 5. Barry de ſucceſs. lib. 16. tit. 7. nu. 2. verſ. ſed quidquid dicat, Gratian. cap. 249. num. 8. & ſeqq. Giurb. ad conſuetud. Meſſan. cap 4. gl. 4. num. 22. in fin. part. 5. Andreol. controu 250 num 6. Cyriac. controu. 148. num. 7. & ſeqq. & conſ. 438. num. 69. Craſſ §. legitima. qu. 38. num. 23. Peregrin. de fideic. artic. 49 num. 42. verſ. verum Cuman. Card. de Luca de legit. diſc. 18. num. 12. & ſeqq.* qui in huiuſmodi cauſa pariter pro ueritate mecum conſultus pro contraria ſententia reſpondit, *Manſ conſult. 152 num 14. & ſeqq. Torre de pact futur. ſucceſſ. lib. 2. cap 33 num. 158. & ſeqq.* qui pariter in eadem cauſa conſulti in contrarium ſcripſerunt, *Franch. deciſ. 522.* ibique *de Luca num 3. verſ. contrarium, Epiſc. Thomat. dec. Macer 4.* Rot. *in rec. dec 653. ſub num. 13. p. 1. & deciſ 342. num. 10. & ſeq. part. 5.* alijſque ex aduerſo allêgati in doctiſſimis motiuis Rotę Lucenſis ad me tranſmiſſis.

Alterum, nempè, quòd filio debeatur legitima in proprietate cum vſufructu, *dict. §. prohibemus, auth. de trient. & ſemiſſ.* cum alijs initio allegatis, neque poſſit repleri ex ſolis fructibus, *l. ſcimus, §. repletionem, Cod. de inoffic. teſtam.* vbi ait Imperator, repletionem fieri ex ipſa ſubſtantia Patris, ſubſtantiam autem paternam intelligunt communi ſenſu Interpetres pro corporibus hæreditarijs, unà cum proprietate vſumfructum caſualem habentibus admixtum, *Burſat. conſ. 245. num. 13. Beron. conſ. 24. lib. 2. Surd. conſil. 388. n. 11. & 30. & deciſ. 21. n. 10.* latè *Redenaſch conſil. 50. num. 24* Rouit. *conſ. 61. num. 3. Coſt Sicul. conſ. 64. num 18. & 21. Peregrin. de fideicomm. art. 36 num. 68. Mareſcott. Var. reſolut. lib. 1. cap. 29. num 36 Gratian. cap. 238. num. 8. Michalor. de fratrib. part. 1. cap. 36. ſub num. 19 Giurb. ad Conſuet. Meſſan. cap. 4 gloſ. 3. num. 14. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 7. num. 30.*

Alterum verò, quòd legitima omne prorſus grauamen reijciat, *l. quoniam in prioribus 32. C. de inoffic. teſtam. l omnimodo 30. C. eod. Craß. in §. legitima, quæſt. 3. num. 1 Surd conſ. 215. per tot. Menoch. lib. 4 præſumpt. 141. num. 10. Card. Mant. de coniect. vltim. volunt lib. 7. tit 8. num 9. Manſ. conſult 20. nu 46. & duob. ſeqq. Franch. dec. 16. num. 12. Migon. dec. Florent. 149. num. 34* Merlin. *deciſ. 248. num. 8.* alijſque adductis, *Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. quæſt. 1. num. 2.*

Siqui-

10 Siquidem, vt rectè aduertunt Authores proximè laudandi, obiectæ Iuriſconcluſiones procedunt in fructibus, quos perciperet filius ex ipſamet legitima, in quibus terminis loquitur text. in d. l. ſcimus, § repletionem, Cod. de inoffic. teſtam. non autem in perceptis ex portionibus, in quibus vltra legitimam reperitur inſtitutus; Cum enim huiuſmodi fructus nullo Iure ſint debiti pro legitima; ſed illos filius potiùs conſequatur ex iudicio, voluntateque Patris; meritò in
11 eam poſſunt imputari: Regulare enim eſt, vt quidquid filius ex Patris capit diſpoſitione, ſit in legitimam imputandum, l. quoniam nouella in fin verſ. ſi ex ſubſtantia eius, l. omnimodò, l. ſcimus, C. de inoffic. teſtam. Bart. in l. in quartam, num. 10. verſ. venio ad quartam, ibique Pic. nu. 179. ff. ad leg. falcid. Curt. Iun. conſil. 180. num. 5. lib. 2 Gabr. cõſ. 180. n. 7. & ſeq. lib. 2. Surd. conſ 388. num. 19. & ſeq. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 1. num 5. & ſeq. Altograd Iun controu. 20. num. 9. & ſeq. vbi, quòd huiuſmodi onus imputationis ſit ex legis diſpoſitione iniunctum, Bonden. collect. 41, num. 55. Ludouiſ d. c. 180. num. 1.

12 Idque, etiam procedit, ſiue filius capiat Iure, & titulo hæreditario, ſiue legati particularis, vel iu vim modi, vel alio titulo; dummodò capiat ex Iudicio, voluntateque Patris, Bart. in d. l. in quartam, num. 10. verſ. venio ad quartam, ibique Rip. num. 140. ff ad leg. falcid. Mantua conſil. 128. num 4. & 5. Soccin. Iun conſil. 90. num. 1. lib. 4. Coru. conſ. 270. num. 4. lib. 4. Berons conſ. 51. num. 24. lib. 2. Eugen. conſil. 64. num. 24 & ſeq. Rimin. Iun. conſ. 23. num. 334. Menoch. conſil. 1005. num. 35. lib. 11. Gabr. conſil. 108. num. 7. lib. 2. Sim. de Petr. de interp. vltim. volunt. lib 3. dub. 6. ſolut. 6. num. 17 fol. 365. Craſſ. § legitima, quæſt. 20. num. 1. Pat. dec 212. nu. 12. lib. 3. quos refert, & ſequitur Merlin. de legit. dict. lib. 2. tit. 2. quæſt. 1. num. 6.

13 Neque enim legitima poteſt dici aliquo modo grauata, ſi fructus, quos filius ex Iudicio Patris vltra legitimam percepit, in ipſam ex eiuſdem Patris manifeſta voluntate imputari debeant, prout utrumque caſum ſatisfaciendo obiectis, rectè diſtinguit Cuman. in dict. l. cohæredi, §. cum filiæ num. 2. ff. de vulgar. & poſt illum impugnando Alex. & Rip. eorundemque aſſeclas, optimè, præ cæteris, ſubſtinent, Natt. conſil. 321. num. 3. Cephal conſil. 153. num 93. Menoch. conſ. 533. num 17. lib. 6. & conſ. 303. num. 53. & conſil. 1234. num. 9. & 10. Peregrin. conſ. 66. num. 3. lib. 4. Natt. conſil. 321. num. 5. lib. 2. Cephal. conſ 153. num 93 lib. 2. Burſatt. conſil. 385. nu. 9. Anguiſc. conſ. 130. num. 34. benè Maluaſ. conſ. 117. num 2. verſic. & ex ijs ceſſant omnia, Marcian. Sen. conſ. 39 nu 2. lib. 2. Facchin. controu. Iur. lib. 12. cap. 70. ante fin. verſ. ad ſe- eundum reſpondeo, benè Petr. Aloyſ. Burg. apud Andreol. controu. 250 num. 80. & ſeqq. Caſtill. lib. 5. controu. cap. 107. nu. 44. & ſeqq. Ioſeph Ludouic. ſæpiùs citata deciſ. Lucenſ. 28. num. 105. & ſeqq. Maſtrill. dec. 181. num. 28. & duob. ſeqq.

14 Et in omnem caſum, quatenus dictum præceptum Teſtatoris de imputandis fructibus in legitimam, directè ſubſtineri non poſſit per viam imputationis, ſubſiſtere tamen debet indirectè per viam reſtitutionis eorundem fructuum, operando æquiualentem effectum, reſtitutionis, ſcilicet, fructuum; itaut filius, tàm fructus perceptos, quàm percipiendos, pendente conditione fideicommiſſi, non ex iudicio Teſtatoris; ſed potiùs contra expreſſam ipſius voluntatem, ex reſiduo hæreditatis, vltra legitimam, reſtituere teneatur, unà cum fideicommiſſo, quatenus Patris uoluntati acquieſcere nolit, ut poſt Cuman. in d. l. cohæredi, §. cum filiæ, nu. 2 ff de vulgar. & dict. conſ. 25. & 52. in præciſis terminis firmat Franc. de Capit. liſt. inter conſil. vltim volunt d. conſ. 78. num. 13. & ſeqq. tom. 1. Maluaſ. dict. conſil. 117. ſub num. 2. verſ. tali enim caſu, Burſatt. conſ. 385. ſub num 7. verſ. vel in omnem caſum, et verſ. et ſaltem, et conſil 355. num 61. lib. 3. Pedroch. conſil. 6. in fin. referens, ita iudicatum, Caſtill controuer. Iur. lib 5 cap. 107 num. 44. Couar. in cap. Raynutius, § 11. ſub n. 4. in fin. Facchin. controu. Iur. lib. 12. cap. 71. per tot. Rauden. de Analog cap. 19. num 28. et ſeq. et conſil. 38. num. 4. lib. 2. ubi, quòd, ſi filius non reſtituat pretium fructuum ultra legitimam perceptorum, eadem legitima ſubiaceat fideicommiſſo, tamquàm ſubrogata in locum pretij fructuum, quos filius, pendente conditione fideicommiſſi, percepit, non ex Patris iudicio; ſed potiùs contra ipſius uoluntatem, Cenſal. in obſeruat. ad Peregrin. de fideicommiſſ. art 36. verſic. ſed tu ad maiorē, fol. 233. iuxta Venet. impreſſ. Surd. dec. 21. ſub n. 10. verſ. hoc etiam, ibique Hodiern. in addit. num 1. egregiè, præ cæteris, Ludouic. dict. deciſ. Lucenſ. 28. à nu. 105. vſque ad 111.

15 Idque ea potiſſimùm ratione, quia poteſt Pater diſponere, vt filius fructus perceptos vltra legitimam, vnà cum reliquo hæreditatis dodrante, reſtituat, cum id nulla lege reperiatur prohibitum, l. Baliſta, ibique notat Angel ff. ad Trebell. Rip. in l. in fideicommiſſariam, num. 33. ff. eod. & poſt Cuman. Franc. de Capit. liſt. dict. conſ. 78. per tot. Curt. Iun. dict. conſil. 120. ſub num. 16 Natt. conſ. 321. num. 5. Cephal. conſil. 777. Maluaſ. conſ. 117 ſub num. 2. verſ. tali enim caſu, Fuſar. conſ. 185. nu. 93. & ſeq. Bardellon. conſ. 67. à num. 26. vſque ad 50. Facchin. cõtrou. Iur. lib. 12. cap. 71. per tot. Io: Coppa in tract. de fructibus lib. 3 tit. 3. cap. 1. num. 6. Caſtill. controu. Iur. lib. 5. cap. 107. n. 44.

num.44.Gaill.pract.obſeruat.lib.2.cap.33.nu. 2.limit.1.Merlin.de legit.lib.2.tit.2 quæſt.32. num.56.& lib.3.tit.2. quæſt.8. ſub num.12. verſ.aliorum,Mangil.de imputat.q 118. n.10. Marzar.*in epit.de fideicomm.quaſt.49. Peregrin.cod tract.art.49.num.60.Surd de alimen. tit.2.quaſt.15.num.179.& dec.21.num.9. & ſeqq.* ibique *Hodiern.num.1.Maſtrill.dec.181. num.34.* optimè *Ludouic. dict.dec.* Lucen.28. *num 105.& ſeqq.* benè aduertens, quòd, niſi filius voluerit fructus perceptos imputari in legitimam; cum tamen eos perceperit, non ex Teſtatoris iudicio, ſed potiùs contra ipſius voluntatem, neque ex portione rei eidem filio in legitimam obuentæ, ſed ex alijs rebus ipſius Teſtatoris; meritò non poterit ſe excuſare; quin ſaltem reſtituat fructus extantes, quatenus extent; ſin autem eorum æſtimationem, dummodò conſtet de expreſſa Patris voluntate, ad quam ſaluandam ſaltem indirectè fieri debet interpetratio, vt filius fructus, quos in ſuã legitimã imputare nõ intẽdit, ſubſtitutis reſtituere debeat; licèt hoc expreſsè Teſtator nõ dixerit, vt poſt *Cuman.* aduertunt *Burſat dict.conſ.385.num.7. & ſeqq. Facchin. controu. Iur lib.12.cap.70. verſic.iſtis nihil morantibus*, alijque ſuperiùs laudati.

16 Non enim attenditur modus, formulaque verborum, ſed potiùs voluntas Teſtatoris, quæ ſemper omni modo poſſibili ſaluari, & adimpleri debet, *l.in teſtamento 27. in fin ff. de condit.& demonſtrat.Bald.in l.precibus 8. ſub num.49.verſ.ſed de naturali iuſtitia, Cod. de impub. & alijs ſubſtit.* qui ad hoc citat *text.in l.peculium 6 §.1.verſ.planè ſi proprias ff.de pecul.legat Caſtr.conſ.218.circa fin.verſic.verius puto, lib.2.Cranett.conſ.1.num.5.* & poſt *Cuman.dict.conſ.25.*tradit *Sim.de Petr. de interpret. vltim. volunt. lib.2. interpret.2. dub.2.ſolut 1.ſub num.10.in fine, verſ.volun-*
17 *tas cum ſeqq. & num.26.* dicit, quòd ſi voluntas Teſtatoris impleri non poteſt, prout voluit, impleri debet prout poteſt, *Roman. conſ.409. num 11.* & latiſſimè proſequitur
18 *Cyriac.controu.550.num.37.& ſeq.* Teſtamentorum enim verba intelligẽda ſunt poſſibiliter, non impoſſibiliter, *Bald.* per illum *text.in l.antiquitas 13.num.1.verſ.ex hoc nota, quod verba, Cod.de vſufruct.* Cardin.*Mãt. de coniect.vltim volunt.lib.3.tit.2.ſub nu.14. Cyriac. d. controu.550.n.41.*quinimò permiſſum eſt recedere aliqualiter à forma à Teſtatore præſcripta, dummodò eius voluntati non aduerſetur, *Bald.* per illũ *text.in l.unum ex familia 67.aliàs 69.§.ſi duos num.1.*ibique *Imol.ſub num.16.verſic.& ſic patet ſecundum, Bald.ff.de legat.2.Card.Mantic.de coniect vlt. volunt.lib.3.tit.3.ſub num.8.Boer.quaſt.204. ſub num.3. verſ.ex quo inferunt, Cyriac. dict. controuerſ.550.num.43.& nu.104.* vbi, quòd
19 voluntas Teſtatoris ſeruanda ſit omni meliori modo, quamuis non ſecundùm modum ab eo diſpoſitum, ſpecificè loquens in reſtitutione fructuum facienda per hæredem grauatum, qui regulariter facit fructus ſuos, eoſque reſtituere non tenetur.

20 Nullatenus aduersãte obiecto, quòd nemo poſſit facere, quin leges habeãt locum in ſuo teſtamento; id enim procedit, quando actus alio modo valere non poteſt; ſecùs autem, ſi aliter valere poteſt, licèt non eo modo, quo fuit celebratus, prout probatur in *l.codicillis 91.§.fin.ff de legat.1.*aliàs eſt *l.Lucius Titius 88 §.fin.*qui incipit *Lucius, ff de leg.2.* quem ad hoc allegat pro limitatione huius obiecti, *gloſ.in dict.l.nemo poteſt 55. aliàs 58.* verbo *ne leges in fin ff de legat.1.* ibique *Iaſ. in 1. lect.ſub num 22. verſ.in eadem gloſ. Cyriac.dict.controu 550 num.119.& ſeq.*

21 Neque obijciatur, attentis verbis teſtamenti, non fuiſſe à Patre iniunctam filio reſtitutionem fructuum perceptorum vltrà legitimam; ſed potiùs imputationem eorumdem, quod eſt ſatis diuersũ, prout vtrumque caſum diſtinguunt *Facchin.cõtrou.Iur. lib.12. cap.70.& 71 Surd.d.dec.21.n.10. verſ.ad tertiũ,* ibiq; latè *Hodiern.in addit.n.1.* Merlin.*de legit.lib.2.tit.2.quaſt.32.num.56.& ſeq.* alijque forſan ex aduerſo allegandi.

22 Siquidem obiectum facilè tollitur ex clauſula, *omni meliori modo*, adiecta, non in fine teſtamenti; ſed in ipſamet demandata imputatione fructuum in legitimam, in quibus etiam filius fuit hæres inſtitutus, quatenùs opus ſit, ibi: *E perche il Signor Nicolò ſuo figliolo herede, come ſopra, potria pretendere la legitima ne i beni di eſſo Signor Teſtatore; perciò ordina, e comanda, che ad eſſo Signor Nicolò ſuo figlio, & heredi s'imputino in quella tutti i frutti, che cauerà dalla ſua heredità, che eſſendo molto opulenta, e pingue, non puole hauere di che lamentarſi, quali frutti, caſo, che ſia di biſogno, ne li laſcia, e laſcia per titolo d'inſtitutione, & in ogn'altro miglior modo.*

Prædicta enim clauſula, *omni meliori modo*, abſque dubio operatur, vt Patris diſpoſitio ualeat eo modo, quó legitimè fieri potuit; perindè, ac ſi per Patrem fuiſſet expreſſis uerbis diſpoſitum, ut filius teneretur fructus perceptos reſtituere, & in caſu contrauentionis cenſeretur ſolùm in legitima inſtitutus, ut in terminis demandatæ imputationis fructuum in legitimam, ponderando uirtutem dictæ clauſulæ, *omni meliori modo*, firmant *Cuman.d.conſ.52 num 3 verſ.& hac omnia*, ubi, quód ex dicta clauſula enixa appareat Teſtatoris uoluntas, ut omni poſſibili modo, ualeat grauamen in legitima, & *conſ 25.nu.4.verſ ſic credendum*, ubi, quód ſit credendum, Teſtatorem grauaſſe omni ratione, qua potuit, & ità ſit intelligendum

gra-

grauamen, ut ualeat, quòdque, cum nõ poſ-
ſit ualere, niſi ratione commodi fructuum,
intelligatur propter ipſos fructus grauaſſe,
& propter eos ualeat, & in d.l. cohæredi, §.
cum filiæ, nu.2. in fi.ff. de vulg. & pupill. Curt.
Iun. d. conſ. 120. ſub num. 16. verſ. quòd maxi-
mè procedit, Cephal conſ. 153. num. 92. verſ.
& ait Cumanus, Anguiſc. conſ. 130. ſub n. 33.
verſ. vbi dicit, & ſub num. 34. verſ. ſtante ma-
ximè, Maluaſ. conſ. 117. num. 3. in fin. Randen.
conſ. 38. num. 5. lib. 2. & de Analog. cap. 19. nu.
27. & var. cap. 70. num. 5. verſ. confirmabam,
& num. 21. Menoch. conſ. 1142. Peregrin. de
fideic. art. 36. verſ. ſed ad maiorem, Card. Man-
tic. de coniect. lib. 7. tit. 10 num. 103. Andreol.
controu. 250. num. 87. Fuſar. de ſubſtit. q. 245.
num 64. & ſeq. Caren. reſolut. 33. num. 32. ubi,
quòd clauſula, omni meliori modo, addita
præcepto reſtituendi fructus percæptos ul-
tra legitimam, uel illos in legitimam com-
penſandi, reducat compenſationem ad ter-
minos reſtitutionis, benè Facchin. controu.
Iur. lib. 12. cap. 70. verſ. iſtis nihil morantibus,
in fin. aſſerés, quòd licè: Teſtator non expreſ-
ſerit reſtitutionem fructuum percipiendorũ
eſſe faciendá ex alijs bonis ultrá legitimam;
tamẽ facienda ſit interpretatio, ut ipſius rei
diſpoſitio ſubſtineatur, eo meliori modo,
quo fieri poſſit, iuxtá regulã: Si nõ valet, quod
ago, vt ago, valeat, vt valere poteſt, Cenſal.
in obſer. ad Peregrin. de fideicom. art. 36. verſ.
ſed tu ad maiorem, fol. 233. iuxtá Venetam
impreſſionem, Surd. deciſ. 21. num 20. verſic.
idem voluit, Maſtrill dec. 181. num. 35. & ſeq.
ubi, quod, ſtante hac clauſula, per indirectum
23 prohibeatur legitimæ detractio, & admittit
Rot. quando, prout in præſentia, dicta clau-
ſula eſt adiecta in ipſamet diſpoſitione man-
dante imputationem fructuum, vel adijcien-
te onus in legitima, dec. 342. num. 13. & 15.
verſ nec ad effectum, par. 5. rec. quidquid ſecus
ſit aſſerendum ſi reperiatur appoſita in fine
Teſtamenti, in quibus terminis loquuntur ex
aduerſo allegati, Rimin. Sen. conſ. 438. nu. 23.
& ſeq. lib. 3. Beron. conſ. 118. num. 29. verſ ſed
in caſu noſtro, lib. 2 Curt. Iun. conſ. 169. ſub nu.
7. verſ. reſpondet, lib. 1. Rot. in Reatina hæredi-
tatis 3. Martij 1600. coram Iuſto.
24 Huiuſmodi verò intellectus, eo libentiùs
admittendus, dum Teſtator mandauit, im-
putandos eſſe in legitimam fructus, quos
filius percipiet ex eius hæreditate, ſub cuius
vocabulo, cum non cenſeatur comprehenſa
legitima, dum ab ea ex legis diſpoſitione
ipſo Iure euellitur, adeòut non dicatur am-
pliùs eſſe in hæreditate, ſed ab ea ſegrege-
tur, l. quoniam in prioribus, C. de inofficioſ. te-
ſtam. Bald. in l. ſcimus num. 5. ibique Salicet.
Cod. eod. tit. idem Bald. in l. filius, quem ha-
bentem, num. 10. Cod. famil. erciſc. Ruin. conſ.
57. num. 9. lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 78. num. 8. in
ter conſ. vlt. volunt. lib. 1. Peregr. de fideicom.
art. 36. num. 120. Petr. de fideicom. qu. 15. nu.
109. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. qu 8. num. 7.
& ſeq. Meritò einſdem Teſtatoris diſpoſitio
trahenda eſt ad intellectum Iuris, quód, nem-
pè, imputari debeant fructus vltrá legiti-
mam percipiendi, uel ſaltem in omnem ca-
ſum illi reſtituendi, eueniente caſu fidei-
commiſſi.

Non poteſt autem hæſitari; quin eadem
clauſula, omni meliori modo, ſit referenda,
tàm ad imputationẽ fructuum in legitimã,
quàm ad inſtitutionẽ in eiſdẽ fructibus, qua-
tenus opus ſit; Tũ, quia regulariter clauſulæ
25 in fine orationis poſitæ ad totam præceden-
tẽ diſpoſitionẽ referuntur, l. talis ſcriptura 30
§. fin. ff. de legat. 1. Felyn. in c. cauſam n. 4. verſ.
clauſula de reſcript. Alex. conſ. 101. num. 10.
lib. 3. Pariſ. conſ. 97. nu. 87. & 121. Ruin. conſ.
103. num. 11. lib. 4. Spad. conſ. 225. num. 3. lib.
3. Gratian. cap. 245. num. 27. Rot diuerſ. deciſ.
246. num. 2. part. 1. Card. Caualer. deciſ. 148.
num. 7. Merlin. deciſ. 883. num. 10. Rot. in rec.
dec. 105. num 9 part. 1. & deciſ. 456. num. 17.
& ſeq. par. 4 tom. 2. & in ſpecie clauſulæ, om-
ni meliori modo, Fulgoſ. conſ. 43. col. 2. verſ.
rurſus conſiderandum, & meliùs conſ. 89. aliàs
eſt 90. col. 2. verſ. tertiò, comprobatur, ubi,
quód dicta clauſula licet, poſita in fine,
habeat uim, ac ſi per ſingulas partes teſta-
menti foret expreſſa, Pariſ. conſ. 21. num. 53.
lib. 3. Cephal. conſ. 23. ſub nu. 34. & conſ. 547.
num. 33. Zuccard. conſ. 44. num. 2. & conſ. 45.
num. 16. Raudenſ. conſ. 48. num. 17. lib. 1. Tur-
rett. de clauſ. codicill. quæſt. 133 ſub nu. 3. Ca-
nagnol. tom. 1. conſult. deciſiu. in Parafraſ. ad
primum conſult. num. 68. fol. 418 Cyriac. con-
26 trou. 205. num. 110. & ſeqq. præcipuè, quan-
do aliás ſequeretur nullitas actus, Dec. con-
ſil. 14. num. 5.
27 Tum, quia, utpotè appoſita duobus in
in eadem Oratione, ſtructuraque uerborũ,
debet æqualiter determinare, l. iam hoc Iure
4. ff. de vulg. & pupill. Corn. conſ. 152. num 6.
lib. 2. Rot. diuerſ. deciſ. 496. num. 2. part. 1. in
rec. dec. 407. num. 8. par. 3. & dec. 279. num. 6.
part. 13. Buratt. deciſ. 621. num. 5. Bich. deciſ.
28 660. num. 16. & in terminis dictæ clauſulæ,
omni meliori modo, Cuman. d. conſ. 25. verſic.
cum enim voluit, ubi in fortiori caſu, quòd,
29 ſi Teſtator noluit, teſtamentum ualere,
omni meliori modo, tunc conſequenter, &
quamlibet eius partem, Pariſ. conſ. 21. nu. 53.
lib. 3. Rot. in rec. deciſ. 202. & dec. 254. p. 14.
30 Præcipuè, quia eadem clauſula, non ſo-
lùm legitur appoſita in inſtitutione in fru-
ctibus; ſed etiam in ipſa operum piorum
ſubſtitutione, ut in ſpecie animaduertit
Curt. Iun. d. conſ. 120. ſub num. 16. verſ. ſubdit
etiam, & verſ. quòd maximè, Anguiſciol. conſ.
31 130. ſub num. 33. & generaliter non referre,

in qua parte teſtamenti ſit appoſita dicta
clauſula, ſed in quacumque parte adiectam
referri ad omnes, & ſingulas partes teſta-
menti, poſt plures allegatos, tradit *Sim.de
Petr.de interpret.vltim.volunt.lib.2.interpr.
2 dub.1.ſolut.4. ſub num.15. verſ.non refert
cum ſeq.*

32 Et quando dicta clauſula deſideraretur,
adhuc, cum uerſemur in ſubſtitutione piæ
cauſæ, præceptoque de imputandis fructi-
bus in legitimam facto fauore eiuſdem piæ
cauſæ, ſubintelligeretur de Iure, quemad-
modùm ſubintelligitur in teſtamento inter
liberos, & in diſpoſitione fauore liberorum
ob ardorem amoris inter patrem, & filios,
qui hanc clauſulam tacitè inducit, iuxta ce-
lebrem *gloſ.in d.l.cohæredi § cum filiæ*, uer-
bo *non valuit.verſic.item,ff de vulg.et pupill.
& in l.filij*, Cod *famil.erciſc. Alex.in leg.hac
conſultiſſimma,§.ex imperfecto, in fin.* Cod.de
teſtam.Iaſ.in Auth. nouiſſima, num.21. C.de
inoffic.teſtam. Bald. *in l. ſi Iure*, Cod. *de ma-
numiſs teſtam. Alex. conſ.105. num 5. lib.7.
Cephal. conſ.420.num.17. Menoch lib.4.præ-
ſumpt.32.num.16. Sim.de Petr. de interpret.
vltim.volunt.d.lib.2.interpret.2. dub.1.ſolut.
4.num.10.Clar in §.teſtament.quæſt.8.num.7.
Craſſ.de ſucceſſ.§.teſtamentum, qu.11.nu 10.
verſ.hoc tamen,Vaſq.de ſucceſſ. progreſ.lib.3.
§ 30.de codicill.num.43.Gaill Practic.tit.de
teſtam.int.liber.condit.obſeruat.112. num.2.
Fragoſ. de regimin Reipub.Chriſt.lib.4.par.3.
diſput.7.§.2.num.31.Card.Mantic.de coniect.
vlt.volunt.lib.6.tit.2.nu.33. Fuſar. de ſubſtit.
qu.245.num.48.& 50. Tondut.lib 2.qu.ciuil.
cap.131. num.2.* Card de Luca *de teſtam. diſc.
27.num.9.Ludouic.dec.Peruſ.2.num.31.Bocr.
dec.240.num.6.poſt med.verſ.& ſi valet,Pe-
regrin.deciſ Patau.54 num.2.*Rot.in *rec.dec.
32.num.25.part.*3. Pia enim cauſa eiſdem
33 gaudet priuilegijs, imò fauorabilior eſt,
quàm cauſa liberorum, excepta legitima,
ut probat *text. in auth. ſi qua mulier, iuncto
princip.& fin.* ubi *Bald. & Iaſ.Cod.de ſacroſ.
Ecleſ.* Rot.*rec.deciſ.166.nu.10.p.*8.

34 Vlteriùs ex eadem clauſula, *omni meliori
modo*, ſuppletur per æquipollens celebris
cautela *Soccin.Iun.conſ.122.lib.1.* operando
reductionem diſpoſitionis ad legitimum
modum pro illa ſubſtinenda; ita ut filius re-
nuens acquieſcere Paternæ diſpoſitioni in-
iungenti aliquod onus in legitima, uel pro-
hibenti illius detractionem, inſtitutus dun-
taxat cenſeatur in ſola legitima, ac reliqua
hæreditate priuatus; non enim eſt neceſſè,
quòd ad unguem ſeruetur forma tradita in
eadem cautela *Soccin.* ſed ſufficit, quòd uer-
ba æquipollentia, quibus Teſtator eſt uſus,
35 redacta ad Iuris intellectum, acceptaque
ad limitem poteſtatis, quòd ſemper fieri de-
bet, ità præſcferant, ex adductis per *Bellon.
Iun.conſ.65.num.46. Card.Mant.de coniectur.
lib.7.tit.8.nu.5.Menoch.lib.4. præſumpt.196.
num. 20. & ſeqq.* & in ſpecialibus terminis
prędictę clauſulę, *omni meliori modo*, firmant,
poſt *Cuman.d.conſ.25.nu.3. verſ. & hæc om-
nia, Cephal. conſ.153.num 92.Palm.conſ.35.
num.41.Curt.Iun.conſ.120.ſub num.16. verſ.
quòd maximè, Facchin. controu. Iur. libr.12.
cap.70.verſ.iſtis nihil morantibus, Rot.in rec.
deciſ.342. num.13. part. 5.* alijque ſuperiùs
allegati, & egregiè articulo ad partes diſ-
cuſſo, *Rot.in rec. deciſ.202. & 254. part. 14.*
ideòque aberrare videntur à communi ſen-
tentia, affirmantes, vt nullo pacto dicatur
validè prohibita legitimę detractio, niſi ex-
preſsè teſtator vſus ſit cautela *Soccini*, vt
per *Redenaſch.conſ.50 num.27. Auguſc.conſ.
51.num.36.Menoch.lib.4. præſumpt.196.nu.
27.* in vltima impreſſione, *& conſ. 1141.
num.8.Cyriac.controu.438. num 65. Merlin.
de legit.lib 3.tit.2. qu.8.num.10. Add.ad Lu-
douiſ. deciſ.489. in fin.* alijque proximè alle-
gandi.

36 Præcipuè, quia dicta clauſula, *omni melio-
ri modo*, non legitur adiecta in fine teſta-
menti, quo caſu poſſet dubitari, an per il-
lam dicatur ſuppleta per æquipollens dicta
cautela *Soccini*, in quibus terminis loquũ-
tur ex aduerſo allegati, quibus etiam adden-
di *Riminald.Sen.conſ.438 num.23.& ſeq.lib.
3.Bero.conſ.118. num.29. verſ ſed in caſu no-
ſtro lib.2.Curt Iun.conſ.169.ſub num.7. verſ.
reſpondet lib. 1.* ſed potiùs in ipſamet de-
mandata imputatione fructuum in legiti-
mam.

37 Multòque magis eadem cautela *Soccini*,
dici debet adimpleta per æquipollens; cum
non deficiant duo neceſſaria requiſita pro
illa ſubſtinẽda: Alterũ, nẽpè, quòd filius fue-
rit inſtitutus in legitima, quod concurrit in
prę̃ſẽtia; cum enim filius fuerit inſtitutus hę-
res vniuerſalis in omnibus bonis, dicitur e-
38 tiam inſtitutus in legitima; cum ſatis ſu-
perque in Iure exploratum ſit, eamdem le-
gitimam eſſe quotam hæreditatis, quando,
prout in hoc themate, filius fuit inſtitutus
in maiori portione, quàm ſit legitima, *A-
retin.in l 1.num.1.* ibique *Soccin. numer.32.
verſ.in contrarium ff.de vulgar.Coraſ.in l.hę-
res inſtitutus num.34.* Cod.*de impub. & alijs
ſubſtit. Altograd.conſ.42.num.44.lib.2.Cucc.
de legit ſub rubr.quota legitimæ, quò refera-
tur num.4.Merlin.de legit lib.1.tit.1.quæſt.2.
num.13. Vaſq.de ſucceſſ.creat.§ 20. requiſit.
4.n.240. Spin.in ſpec.teſtam. gloſ 9.num.25.
verſ. ſed tenendo primam, Facchin. controu.
Iur.lib.12.cap.4. verſ.ſed iſtis*, Vel quoties
non agitur, ut creditores filio præferantur,
*Dec.in l.hæres inſtitut.in col.1.verſ.ex his in-
fertur,C.de impub.*&alijs *ſubſt.Burſatt conſ.8
n.10.& conſ.9.n.13 lib.1.Franc.dec.127.n.1*

Alte-

Alterum uerò, quòd non poſſit filius dici priuatus tota hæreditate in caſu contrauentionis, tum quia id expreſsè in teſtamento non legitur.

Tum etiam, quia potiùs conſtat de contrario, ſtante inſtitutione filij in omnibus bonis, atque adeò, etiam in legitima.

39 His igitur firmatis, quemadmodùm de dicta *Cuman.* theorica non poteſt dubitari, quando concurrit cautela *Socein* prout, nemine diſcrepante, admittunt Sectatores contrariæ ſententiæ, præcipuè *Bellon.Inn. conſil. 65.num.40.41.& 50.verſ.neque obſtat, Peregrin. conſ 66. num.3. lib 4. & de fideicomm. art.36.num 62. Add.ad Buratt.dec.922.n 12. Epiſcop Thomat.dec.4.num.2.& ſeqq. & dec. 23 & ſeq.Surd.dec.21.num 20.*Rot.*in recent. dec.342.num 10.par.5.*

40 Ita etiam idem erit aſſerendum, dum eadem cautela ſuppletur, tàm ex dicta clauſula, *omni meliori modo*, quàm ex enixa voluntate Teſtatoris, qui voluit, eius diſpoſitionem omninò ſubſtineri eo modo, quo legitimè poteſt, ex ſuprà firmatis.

41 Quinimò, ſtante eadem clauſula, innctaque etiam inſtitutione facta ad maiorē cautelam in fructibus, quatenus opus ſit, facienda eſt interpretatio pro ſubſtinenda diſpoſitione paterna, quò ad imputationem omnium fructuum in legitimam, ut, nempè,
42 filius fuerit inſtitutus in vſufructu formali bonorum, qui abſque dubio imputatur in legitimam, facta æſtimatione, iuxta celebrē regulam traditam in *l.hæreditatum ff.ad leg. falcid.Iaſ in Auth.noniſſima, num.45.* Cod.*de inofficioſ.teſtam. Surd.conſil.388.num.17. lib. 3.Capra conſ.68.num.5.& ſeq* Cephal.*conſil. 412.num 6.*Mareſcott.*var. reſolut. lib.2. cap. 86.num.19.ad fin.et ſeq.vſq.in fin. Ruin.conſ. 194.num 8.lib.2 Bero.conſil.132.in fin. lib.2.* Cranett. *conſ.966. num.25. et ſeq. Gratian. cap 983.num.8. et duob ſeqq. Merlin.de legit. lib.5.tit.3.quæſt.8.num.4.Merend.tom.4. contron.Iur.lib.23.cap.39 num.1.et ſeqq.*Cardin. *Seraphin.dec.1365.num.6.verſic.tamen, cum ſeqq.Ludouiſ. dec.186.num.5.* ibique *Adden. num 6.*Card.Ce*lſ.dec.131.num.8.* Rot.*in rec. deciſ 47.num.1.et ſeqq.par.6.et dec.31.nu.4. poſt Merlin.de legitima.*

43 Signanter, quando filius adeundo ſimpliciter hæreditatem, diſpoſitioni paternæ acquieuit, neque poſtulauit, illam ſibi in corporibus aſſignari, *Gratian. dict.cap 983. num.8. et duob.ſeqq. Merend.contron.Iur lib. 23.cap.39 num.9.tom.4. Merlin.de legitima dict lib.5 tit 3 quæſt.8.num.4. et ſeqq.* & reſpondendo omnibus cōtrarijs magiſtraliter, *Cardin.Seraphin.dict dec.1365.num.6.et plurib.ſeqq* L*udouiſ dict.dec.186.num 5.*ibique *Adden.num.6. Cardin.Celſ.dict deciſ.131.n.8.* Rot.*in rec.dec.62.num.8. & ſeq.et deciſ.376. num.3.et ſeqq.part.5.et deciſ.47.nu.1.et ſeqq. part.6* & egregiè eadem *Rota dec.31. per tot. poſt Merlin.de legit.* quæ *num.18.* in ſpecie
44 aduertit, quòd ad hunc effectum, imputationis, ſcilicet, vſusfructus in legitimam, expreſſa non requiratur acceptatio; ſed potiùs tacita ſufficiat reſultans ex bonorum paternorum adepta poſſeſſione.

45 Prædictis verò omnibus accedat, ne dum repetitio prædictæ clauſulæ in pluribus partibus teſtamenti, ex qua deprehenditur ſatis enixa Teſtatoris voluntas, ut eius diſpoſitio ſubſtineri debeat omni modo de Iure poſſibili, vt in ſpecie ponderauit *Rot in recent. dict.dec.354.par.14.*ubi, quòd opinio *Cuman.* & ſequacium faciliùs procedat, ſtante repetitione dictæ clauſulæ.

46 Sed etiam concurrit ſatis deliberata mens ipſius Teſtatoris, qui omnibus hinc inde rectè, diligenterque examini ſuppoſitis, priùs benè agnoſcens, legitimæ detractionem poſſe filio in minori ætate exiſtenti competere, & deinde ſatis prudenter conſiderans, eius hæreditatem eſſe nimis pinguem, prout bis expreſſit in teſtamento, accuratè, ac conſultò diſpoſuit, fructus imputandos eſſe in legitimam, abſque eo, quòd filius conqueri poſſit, ſtante æquiualenti recompenſatione, ob fructus in maxima quantitate percipiendos ex ingenti hæreditate, vt in ſpecie expendit *Curt.Iun.dict. conſil 120 ſub num.16. verſ.non ignorans*, ubi ad propoſitum ponderat conſimilia verba à Teſtatore prolata, nempè, *non ignorans vires patrimonij, et ſcio vires hæreditatis meæ, Raudenſ. var. cap.70. num.8 verſ.quare cum Teſtator*, vbi de verbis *ſciens, ac intelligens valorem ſuorum bonorum, Bero.q ſum.87. ſub num.12. propè fin. verſ.et hoc veriſimiliter conſiderauit.*

Et profectò, ſi diligenter conſideretur prudentiſſima Patris diſpoſitio, non poteſt filius aliquo modo conqueri, neque contendere, ſe grauatum in detractione legitimæ eidem de Iure debitæ.

47 Tum, quia Pater poteſt grauare filium in legitima, dum illum inſtituit in pluri, quàm ſit legitima dans competētem recompenſationem, ſtante vniuerſali inſtitutione in omnibus bonis, ſolùmque filius dici poſſet in legitima grauatus, quando Pater nihil vltra legitimam relinqueret, ſecùs, quando idem filius fuerit recompenſatus in illo pluri, *l filius familias § apud Marcellum, ff de leg at.1.* & omiſſis alijs, optimè ſubſtinent poſt *Angel.in § prohibemus num.3.et ſeq.Auth.de trient. et ſemiſſ. Menoch. conſ.1141. num.3. et ſeqq.lib.12 Cephal.conſil.16.num 56.* Rimin. *Inn.conſ.736.num.140.et duob.ſeqq.lib 7. Alciat.conſil.48. num. 3.et ſeq.lib.9.*Iacob *Gall. conſil.95. nu.7. Pedroch.coaſ.6. Marcian Sen. conſ.39.num.2.lib.2.Cancer.var.part.1.cap.3.*

num.37.Surd.de alim.tit.2.quæſt.15.nu.181. et ſeqq.et deciſ.21.num.20.Petra de fideicommiſſ.quæſt.25.num.105.Gratian. in proximis terminis magnæ donationis factæ à Patre eius filio, diſcept.751.num.29. verſ.maximè, Merlin.lib.2.contron 48. num.20. verſ. et quidem, et duob.ſeqq. vbi, quòd hæc ſententia ſine dubio procedat data, prout in hoc themate, approbatione teſtaméti paterni, Rocc. reſpõſ 41.n.13.et ſeq lib.2.Mangil.de imputat. quæſt.118.num.4.et ſeq Merlin.de legit. lib.3. tit.2.quæſt.7.num.4 et ſeqq Tondut.reſol.ciuil. 50.num.38.lib.1.Cutell.de donat.contemplat. matrim.diſc.2.partie.6.num.110.Petr.Aloyſ. Burg. apud Andreol. contron.250. num 63. et ſeqq.Conctol.allegat.42.num.33.et ſeqq Barz. deciſ.Bonon.105.num 30.Ioſeph Ludouic.dec. Lucen 28.num 50.et ſeqq. Maſtrill.deciſ.Sicil. 181.Franch.deciſ 293. in fin. Comitol dec.55. num.20. Criuell. deciſ. Dolan.61. num.12. et ſeqq.alijque plures relegendi apud Carleual. de iudic.lib.1.tit.3.diſput.25.num.20. & proximè laudati num 3. quos in præſentia non non eſt opus tranſcribere.

48 Quæ concluſio fortiùs procedit, quando, prout in hac facti ſpecie, conſtar, Patrẽ voluiſſe includere legitimã ſub onere, quia cũ ea ſit legis intentio, ne filius fraudetur legitima portione; huiuſmodi ratio ceſſat, quando relinquitur pluſquàm ſit legitima; hoc enim caſu filius, aut tenetur relictum acceptare cum onere, aut tantùm legitimam conſequi, reliquis bonis dimiſſis, Surd. de alim.dict.tit.2 quæſt.15.num.179.& 187. in fin. benè Mareian Sen.d.conſil.39. num.3. & ſeq.lib 2.alijque ſuperiùs allegati.

49 Tum quia, ſicuti Patri eſt à Iure permiſſum relicta filio integra legitima, reſiduum ſuorum bonorum in mare proiicere, quia filij, dempta eorum portione legitima, in reliquis conſiderantur tamquàm extranei, l.Parentibus. ubi Bart. & alij, ff.de inofficioſ. teſtam. l.Papinianus. §.quoniam autem.ff.eod. §.1.authent.de trient.& ſemiſſ.Coru.conſ.253. num.4.verſ.eſt etiam in poteſtate, lib.4. Card. Mant.de coniect.vlt.volunt lib.11.tit.7.n.19. Surd.deciſ.21. num.14. Rot.diuerſ deciſ.408. num 4.part.4.& in rec.deciſ.66.num.1 par.1. Merlin.dec.208.num.1. & ſeq. Bich.dec.357. num.19.& ſeq.

50 Ita poteſt mandare, vt illorum fructus imputentur, vel ſaltem reſtituantur. neque habeat filius unde conqueratur; illos enim percepit vltrà legitimam ex Patris iudicio, qui excepta legitima, nulla adſtringebatur lege ad inſtituendum filiũ hæredem vniuerſalem in alijs bonis, prout latè proſequitur Maluaſ.dict. conſ.117. num.2. verſ.nam ſicut Pater, Burſatt.d.conſil.385.num 8.Ioſeph.Ludouic.dec.Lucen.28. num.105. & ſeqq. cum alijs ſuprà congeſtis, ſibique imputet filius,

51 qui ſequendo Oeconomicum conſilium gloſ.in §.prohibemus, verbo relinquet, verſic. vel ibi, Auth.de trient. & ſemiſſ. aſſerentis, quòd vtilius ſit habere totam hæreditatem cum onere, quàm ſolùm trientem ſine onere, non curauit accepta legitima, reſiduum reſpuere, ſed voluit totum capere, ut inquit Surd.dict.deciſ.21. num.19.in fin. ideòque, dum ſpontè ſe ſubiecit iniuncto oneri re vera ſibi magis proficuo, imputationis, ſcilicet, fructuum in legitimam, adeundo ſimpliciter hæreditatem paternam, fructuſque in maxima quantitate percipiendo; non poteſt ampliùs, ſpreto Patris præcepto, legitimam detrahere, & nihilominus fructus ex reliqua hæreditate liberè percipere contra expreſſam Patris voluntatem; cum in hoc caſu grauamen potiùs oriatur ex electione eiuſdem filij, qui, cum poſſet ab initio ſuam legitimam in corporibus percipere, & reliquum repudiare, vtilius ſibi duxit totam hæreditatem acceptare, legitimamque oneri imputationis fructuum ſpontè ſupponere, vt benè arguunt Burſat.dict.conſil.385. num. 9.Menoch. conſ.196. num.21. & conſ. 1141. num.3. & ſeqq. Pedroch. conſ.6. num.37. & ſeq.Mareian Sen.dict. conſil.39. num.2. lib.2. Gail.de except.quæſt.4.num.91.& ſeq. Ludouic.deciſ.Lucenſ.28.num.49.& ſeq.Barz.dec. Bonon.115 num.28.

52 Potiſſimùm, dum Paternæ hæreditati ſe immiſcuit, non confecto Inuentario, quo caſu in grauiſſimorum Virorum ſententia grauamen de legitima, eò magis non poteſt reijci, Gabr.comm.concluſ.lib.6. tit. de legit. concluſ.1.num.8. Pedruch.d.conſ.6. num.39. Pariſ.conſ. 33. num.89. lib.3. Mangil.de imput. quæſt.48.num.34.Capyc.Latr.conſult.121.nu. 37 lib.2.

Prædictis omnibus accedat, quòd filius acceptando diſpoſitionem paternam, ſeque ſimpliciter immiſcendo hæreditati, abſque eo, quòd detraheret legitimam ſine onere, fecit quòd quilibet prudentiſſimus Pater familias egiſſet; Cum enim fructus ex opulentiſſima hæreditate percipiendi penè æquarent legitimam, etiam facta computatione, iuxta regulam l.hæreditatum.ff ad leg falcid. magis ſibi conſultum eſſe exiſtimauit illis frui, ſupponendo legitimam fideicommiſſo, quàm illam detrahere, ſpreto onere imputationis fructuum in eamdem legitimam, & repudiata reliqua opulentiſſima hæreditate.

Ponderando præſertim, quòd, licèt Pater diſpoſuerit, vt integra eius hæreditas eſſet ſubiecta fideicommiſſo; tamen dempta rata ſcutorum centum quinquaginta mille obnoxia particulari fideicommiſſo, cum erectione Primogenituræ, maior pars hæreditatis eatenus erat ſuppoſita fideicommiſſo vniuerſali ad fauorem Nobilium Adoleſcentium

& Puel-

& Puellarum Sereniſſimæ Reipublicæ Lucenſis, quatenus filius hæres grauatus deceſſerit ſine liberis, quam conditionem idem filius deficere curauit, dum in iuuenili ætate exiſtens Vxorem, etiam iuuenem duxit cum ſpe ſatis veriſimili liberos ex ea ſuſcipiendi, qua neque etiam in præſentia remanet omninò deſtitutus; Ideòque, his ſtantibus, prudens ſubijſſe conſilium exiſtimauit, retinendo opulentiſſimam Patris hæreditatem longè ampliorem ipſa legitima, nedum ad eius vitam; ſed etiam cum ſpe illam relinquendi abſque onere fideicommiſſi liberis, quos habere ſperabat, vel extraneis ad ſui libitum, dempta eorumdem filiorum legitima, & excluſis omninò ſubſtitutis.

53 Vel in omnem caſum, quatenus liberos
non haberet, ſaltem dum viueret, longiores,
vberioreſq; redditus percipere poſſet ex to-
ta hereditate cum onere, quàm ex detractio-
54 ne ſolius legitimæ ſine onere, cum præſentia
magis afficiant, iuxta monitum *gloſ. in l. cũ
hi*, uerbo *modico præſente*, *ff. de tranſact.* ad-
55 ducens illud *Claudiani*: *Omne futurum deſpicitur, ſuadentque ſui præſentia fructum*, prout his omnibus rectè perpenſis, egregiè in his terminis ratiocinatur *Soccin Iun. conſ.* 122. *num.* 17. *verſ. & prætereà cõſiderandum, & ſeqq. lib.* 1.

56 Tandem non aduerſatur id, quod poſt huiuſmodi ſcripta exarata, fuit adductum in doctiſſimis motiuis eiuſdem Rot. Lucenſis ad me tranſmiſſis, quòd, cum in dicta diſpoſitione Teſtatoris nihil aliud contineatur, quàm ſimplex, nudumque præceptum de imputandis fructibus in legitimam, non adiecta pœna priuationis hæreditatis; neque ullo dato ſubſtituto in caſu contrauentionis, ſicuti facere poterat, uel debebat ex adductis per *Surd. conſil.* 215. *num.* 12. *& ſeqq. lib.* 2. *Facchin. conſ.* 27. *num* 24. *lib.* 1. *Hippol. Rimin. conſ.* 50. *num.* 64. *lib.* 1. *& conſ.* 510. *nu.* 7. 63. *& ſeqq. lib* 5. *Peregrin. de fideicom. art.* 36. *num.* 62. 65. 66. *&* 67. *Cucch de legitim. §. legitima nullum grauamen admittit*, *num.* 27. *& trib. ſeqq. Caſtill. de interpret. vlt. volunt. cap.* 64. *num.* 57 *& ſeq. verſ. ſecundò deindè, tom* 5. reſoluatur in ſimplex conſilium neceſſariò non obligans, *l. generaliter*, *§. ſi petitum*, *ff. de fideicomm. liber.* ibi: *Quia conſilium dabat hæredi retinendi tale ſeruum*, *l. cum pater* 79. *§. mando filiæ*, *ff. de legat.* 2. *Crot. in l. filius familias*, *§. diui, num.* 7. *in princip. ff. de legat.* 1. *& conſ.* 61. *num.* 22. *Purpurat. conſil.* 110. *num.* 2. *lib.* 1. *Alban. conſil.* 57. *num.* 10. *& conſ.* 97 *num.* 1. *Cephal. conſ.* 330. *num.* 5. *lib.* 3. *Petr. de fideicomm. quæſt.* 1. *num.* 118. *& duob. ſeqq. Becc. conſ.* 100. *Vegg. conſil. vltim. n.* 342. *Decian. conſil.* 60. *n.* 21. *&* 22. *lib.* 1. *Mattheac. de legat. & fideicomm. lib.* 2. *cap.* 22. *num.* 3. *& ſeq.* quos refert, & ſequitur *Molin. de Hiſpan. primog. lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 30. *Caſtill. d. tractat. cap.* 79. *colum* 3. *circa med. & per tot. column. ſeq. fol.* 189. iuxta impreſſionem Lugdunenſem eodem *tom.* 5.

57 Quodque cõferat ad propoſitum id, quod aſſeritur, quód ſi Teſtator mandet hæredi, ut debita ex fructibus ſolueret, non inde ſequatur, quòd uoluerit, eueniente caſu reſtitutionis, dicta debita non eſſe detrahenda, cum ad hunc effectum ſit neceſſaria, uel expreſſa prohibitio, nempè, quòd Teſtator ſpecificè mandet, etiam fructus reſtitui, *l. in fideicommiſſariam*, ibique *Rip. num.* 6. *l. baliſta in fin. ff. ad Trebell*, uel ſaltem tacita, quæ ex uerbis ipſius colligatur, ex latè traditis per *Menoch de arbitrar. caſu* 216. *nu.* 3. *& ſeqq. Cardin. Mantic. de coniect. lib.* 7. *tit.* 10. *num* 9. *Gabr. conſil.* 124. *in fin lib.* 1. ideóque ubi talis expreſſa, uel tacita prohibitio nõ reperitur, cenſendum ſit, Teſtatorem uoluiſſe ſe conformem reddere diſpoſitioni Iuris, quo inſpecto, hæres grauatus, fideicommiſſi conditione pendente, fructus poſt aditam hæreditatem perceptos facit ſuos, neque illi ueniunt in reſtitutione, *d. l. in fideicommiſſariam*, ibique *Gloſ & Rip. num.* 1. *&* 4 *l. mulier. § ſi hæres*, *l. poſtulaſſe*, *§. ſedet in huiuſmodi. verſ ſanè pro fructu*, *l. deducta*, *§. qui poſt*, *ff. ad Trebell.* &ità per prædicta in ſpecie reſoluit *Rot. in Æſina fideicommiſſi* 8. *Iunij* 1618. *coram Vbaldo*. quam in eiſdem terminis ſequuntur *Adden ad Buratt. deciſ.* 509. *num.* 6. *verſic. & hoc ampliatur procedere, Cardin. de Luca de legit. diſ.* 25. *num.* 23. *Dunozett. Iun. deciſ.* 910. *num.* 14. *et ſeq. Rot. in rec. deciſ.* 136 *num.* 15. *et ſeq. part.* 12.

Siquidem, cum ex ſupra latè firmatis luculentiſſimè conſtet de uoluntate Teſtatoris, qui inſtituta certorum bonorum Primogenitura, poſt mortem Nicolai filij hæredis ſine liberis in reſiduo aſſis hæreditarij, pro medietate ſubſtituit Puellas nuptui tradendas, & pro alia medietate Iuuenes Nobiles in ſtudijs alendos, & deindè præceptum de imputandis fructibus in legitimã ſubiunxit per uerba ſuperiùs recẽſita in pręſẽtia repetenda pro remotione obiecti, ibi: *E perche il Sig. Nicolò ſuo figliolo, & herede potria pretendere la legitima ne i beni di eſſo Teſtatore; perciò ordina, e comanda, che eſſo Signor Nicolò ſuo figliolo, et herede imputi in quella tutti li frutti, che cauerà della ſua hereditá, che eſſendo molto opulenta, e pingue, non puole hauere con che lamentarſi; quali frutti, caſo che ſia di biſogno, le li laſcia per titolo d'inſtitutione, & in ogn'altro meglior modo.*

His præmiſſis, nullo Iure dici poterit, quòd ſupradictum præceptum ſit factum fauore filij, prout patet euidenter ex toto ipſius contextu, & ſignanter, ex illis uerbis, *non puole hauere di che lamentarſi*, quæ abſq;

ulla

ulla controuerſia ſignificant, Patrem Teſta-
torem uoluiſſe præcisè filium obligare ad ac-
ceptandam ſuam diſpoſitionem, non autem
ſimpliciter perſuadere, & conſulere pro ſui
utilitate; Si enim eſſet conſilium, prout
gratis in motiuis aſſeritur, utique poſſet non
acceptari; atque adeò ceſſaret conquæſtio,
ſed potiùs dici debet, fuiſſe factum fauore
Primogenituræ, & operum Piorum ſubſti-
tutorũ, ut ad ipſa eius bona indiminuta per-
uenirent, & ità pinguiùs impleretur Teſta-
toris uoluntas in decore, & conſeruatione
familiæ, & in maritandis puellis, alendisque
Iuuenibus Nobilibus in ſtudijs.
58 Regulare enim eſt, vt in dubio, quando
adſunt ſubſtituti in caſu mortis, ſemper
prohibitiones, & præcepta cenſeri debeant
facta fauore eorumdem. *Caſtr. in l filius fam. §. Diui num. 3. & 5. Ang. in princip Opr. nu. 8. & 9. Soccin. Iun. num. 4. ff. de legat. 1. Alex. de Neuo conſ. 29. nu. 1. & 6 Cephal. conſ. 153. num. 54. & conſ. 730. num. 61. lib. 5 Surd. conſ. 67. ſub num. 40 verſ quia ſtante, cum ſeq. Caccheran conſ. 4. num. 5. Facchin. conſ. 57. nu. 2. libr. 2. Anguiſc. conſ. 9. ſub num. 7 in fin. cum ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 685. num 26.* per-
69 petuòque ea facienda eſt interpretatio, vt
præceptum Teſtatoris intelligatur appoſi-
tum, non fauore hæredis; ſed alterius, atque
adeò, vt ſit obligatorium, non ſimplex con-
ſilium, *Cyriac. controu. 550. nu. 97. & ſeq.*
60 Quæ omnia potiſſimùm confirmantur,
quia duo Opera Pia fuerunt ſubſtituta in
reſiduo bonorum, & quodlibet pro medie-
tate, ibi: *E vuole, che ſuccedano nella metà le fanciulle, e nell'altra li giouani*, quæ uer-
ba implicitè denotant integralem omnium
bonorum reſtitutionem ſine ulla prorſus di-
minutione, ut in ſpecie *Cyriac. controu. 11. num. 20. & ſeq.* & benè probat optimus *Tex. in l. vnica, C. de Theſaur. lib. 10.* ubi, quòd
prius dixerat per verbum, *totum Domino reddere compellatur*, ſtatim exprimit in alio ca-
ſu per uerba, *dimidia retenta, altera dimidia data*, naturaliſque ratio, hoc ſuadere ui-
detur; Si enim aliquid de toto diminuere-
61 tur, utique non præſtaretur dimidia uni,
dimidiaque alteri, & conſequenter quò ad
ipſum Teſtatorem comprehendunt etiam
ipſam legitimam, *Maluaſ. conſ. 117. num. 3. in fin. Merlin. de legit. lib. 3. tit. 2. qu. 9. num. 10.* & præcipuè in *fin. verſ. in hac difficultate.*
62 Prædictis omnibus accedunt uerba illa
geminata, ibi: *Ordina, e comanda*, præſefe-
rentia enixam Teſtatoris uoluntatem, *Gozzad. conſ. 102. num. 6. Corn. conſ. 59. nu. 4. Mandel. conſ. 54. num. 3.* Ramon. *conſ. 13. num. 18. & conſ. 31. num. 7.* & in ſpecie *Curt. Iun. conſ. 120. ſub num. 16. verſ. poſteà.*

Vndè cum præceptum non ſit factum fa-
uore filij pro ipſius utilitate, & commodo;
ſed potiùs fauore ſubſtitutorum, & conſtet
de enixa Teſtatoris uoluntate, non reſolui-
tur in ſimplex conſilium, ſed eſt præcisè
obligatorium; quamuis in caſu contrauen-
63 tionis, & inobedientiæ non legatur datus
particularis ſubſtitutus; prout dicitur de
prohibitionè alienationis, quæ quotieſcum-
que non eſt facta fauore prohibiti, ſed alte-
rius, ualet, & obligat. *Caſtrenſ. in l. filius familias, § Diui num 3. & 5* ibique *Angel. in princ. Op. num 8. & ſeq. Soccin. Iun. num. 4. ff de legat. 1. Aretin. conſ. 19. num 10. Petra de fideicommiſ. quæſt. 1. num. 52. 61. & 64. Peregrin. de fideicomm. art. 14. num. 3.* ubi, rectè
64 æquiparat, prohibitionem eſſe factam fa-
uore alterius, quàm prohibiti, & eſſe appo-
ſitam pœnam priuationis.
65 Ità etiam, licèt hæres grauatus regulari-
ter faciat fructus ſuos, eoſque in ſua credi-
ta imputare non teneatur, aut ex illis æs a-
lienum perſoluere, non obſtante Teſtatoris
præcepto; tamen, quando conſtat de contra-
ria eiuſdem uoluntate, uel expreſſe, uel ſal-
tem tacitè ex coniecturis, mandantis com-
penſationem, & imputationem, non fauore
ipſius hæredis, ſed aliorum, tenetur hæres
uoluntati Teſtatoris obtemperare, neque
poteſt in reſtitutione fideicommiſſi detra-
ctiones contendere, *Gabr. conſ. 124. num. 8. & ſeqq. lib. 1. Bellon. Iun. conſ. 31. nu. 48. & ſeq. Rim. conſ. 303. num. 108. lib. 3. Cyriac. controu. 550. num. 99 & ſeq. Peregrin. de fideicommiſ. art. 35. nu 11. Fuſar. de ſubſt. qu 665. num. 12. Dunozet. Iun. dec 902. num. 10 & deciſ 910 num. 18. Rota in Neapolitana pecuniaria 4. Maij 1644 coram Reuerendiſs. Veroſpio.*

Et ità in propoſito ſentiunt *Cuman.* &
quotquot illum ſequuntur ſuperiùs adducti;
omnes enim aſſerunt, præceptum Paternum
de imputandis, & compenſandis fructibus
perceptis, ex duabus partibus hæreditatis
cum ipſa legitima, eſſe ualidum, & obliga-
torium, quamuis non legatur appoſita pœ-
na priuationis, nec datus ſubſtitutus in caſu
contrauentionis, & inobedientiæ, prout
uideri poterit apud eoſdem Authores.
66 Ac proindè non meretur attendi aucto-
ritas *Caſtill.* & *Merlin.* in locis ex aduerſo
allegatis, requirentium pœnam priuationis
expreſſam & ſubſtitutionem alterius in ca-
ſu contrauentionis, quia ſunt Aſſeclæ alte-
rius ſententiæ contrà *Cuman.* minùs ueræ,
ac receptæ, & ulteriùs non loquuntur, quan-
do conſtat de enixa uoluntate Teſtatoris
pro imputatione fructuum in legitimam,
non fauore filij, ſed potius ſubſtitutorum,
in quibus terminis huiuſmodi uoluntas eſt
omninò ſequẽda, ſiue ſit expreſſa, ſiue ex cõ-
iecturis elicita, ut la:è pluribus exornat, *Cyriac. d. controu. 550. num. 32. & ſeqq.* cum alijs
ſupra allegatis.

67 Vlteriùs pœna priuationis, quamuis in teſtamento non legatur expreſsè adiecta; nihilominus ineſt ab ipſo Iure impoſita, dum filius non obtemperat Paterno præcepto, quod optimè comprobat *tex. in cap. licet 6. de vot. & vot. redempt.* ibi; *ne ſi onus tibi à Patre iniunctum detractaueris, paterna te reddas ſucceſſione indignum, & hæreditatis emolumento priueris, cuius recuſaueris onera ſupportare, & Can. Sylueſter, 1 t. quęſt. 1.* ibi *contrà Patris, & auctoris ſui factum venientibus, vt indignis hæreditas auferatur, & in l. fin. Cod. de fideicom. & l. 1. C. de his, quę pan. nomin.*

Parum refragante reſponſione data in Motiuis, quòd id procedat in præcepto Teſtatoris ualido, non autem à Iure reprobato.

Huiuſmodi enim reſponſio manifeſtam continet petitionem principij, inuoluitque, id, quod potiſſimùm eſt in quæſtione, nam Nos, cum *Cumano*, eiuſdemque ſectatoribus conſtanter aſſerimus, Teſtatorem legitimo Iure potuiſſe demandare imputationem fructuum in legitimam, ideòque filium inobedientem, & qui fructus percepit, nullatenus poſſe illos contrà uoluntatem Teſtatoris retinere; ſed uel reſtituere debere, uel in legitimam imputare.

Huiuſmodi controuerſia agitabatur in Lucenſi Senatu; & tranſactio eidem finem indixit.

ARGVMENTVM.

Hęredibus fideicommiſſariis competit hypothecaria actio pro fideicommiſſi reintegratione, etiam contra bona propria hæredis grauati alienantis, non ſolùm pro reſtitutione pretij; ſed etiam pro reddendis rationibus rerum diſtractarum, præcipuè, ſtante mala fide eiuſdem hæredis.

In legitimam illæ tantùmmodò alienationes ſunt imputandæ; quæ fiunt cum totali dominij translatione; nullatenus attentis hypothecis, ideòque cenſus impoſitus ab hærede grauato non eſt imputandus in legitimæ detractionem fauore creditoris cenſus, diſſentientibus fideicommiſſarijs.

Nouercæ relictum lex non applicat filijs prioris matrimonij; ſed ſolummodò reuocat, tāquàm non ſcriptum, illud plus, quod eidem Nouercæ eſt relictum; ideòque Nouerca, tamquàm hæres, dempto illo pluri, poteſt petere immiſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Legitimę detractio ex alienationibus cenſetur conſumpta.*

Idque etiam ſi alienata ſint mobilia.

2 *Hypothecaria actio competit hæredibus fideicommiſſarijs pro reintegratione fideicommiſſi, nō ſolùm contra bona propria à Teſtatore relicta.*

3 *Sed etiam contra bona propria hęredis grauati alienantis.*

4 *Id procedit non ſolùm pro reſtitutione pretij.*

Sed etiam pro reddendis rationibus rerum diſtractarum.

5 *Hypothecaria actio pro reintegratione fideicommiſſi abſque dubio competit contra bona propria hæredis grauati, ſtante mala fide eiuſdem hæredis.*

6 *Hypotheca incipit pro reintegratione fideicommiſſi fauore hæredis fideicommiſſarij à die aditæ hæreditatis.*

Reprobatur contraria ſententia Gloſæ.

7 *Hypotheca contra doloſum adminiſtratorem incipit currere à die ſuſceptæ adminiſtrationis.*

8 *Retentio competit creditori anteriori ad excludendum poſteriorem.*

9 *Alienationes illæ tantùm imputantur in legitimam, quæ fiunt cum totali dominij translatione, neque habentur in conſideratione hypothecæ.*

10 *Cenſus conſignatiui per impoſitionem non transfertur dominium in creditorem, ſed tantùm acquiritur hypotheca.*

11 *Cenſus per impoſitionem non venditur, aut alienatur ipſa res; ſed potiùs ius quoddam percipiendi annuam reſponſionem emitur.*

12 *Cenſus impoſitus ab hærede grauato non eſt imputandus in detractionem legitimæ fauore creditoris cenſus, contradicentibus fideicommiſſarijs.*

Affertur ratio huius concluſionis.

13 *Declaratur deciſio* Rot. 68. poſt Cenc. de Cenſibus, *& ſingulæ Auctoritates ibidem allegatæ ad examen reuocantur.*

14 *Affertur ratio, ob quam intereſt fideicommiſſarij, vt ſeruetur ad litteram diſpoſitio* text. in l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Trebell.

15 *In quibus terminis procedant deciſiones* Rot. 68. poſt Cenc. de Cenſ. & deciſ. 15. & 16. poſt Merlin. de legit. *firmantes, cenſum à filio hærede grauato impoſito, cenſeri electum in legitimam.*

16 *Emptoris, & poſſeſſoris rei fideicommiſſo obnoxiæ valdè intereſt, vt hypothecaria actione conueniatur à creditore, non autem rei vindicatione à fideicommiſſario, & de ratione.*

17 *Nouercæ relictum lex non applicat filijs prioris matrimonij; ſed tantùmmodò reuocat, tamquàm non ſcriptum illud plus, quod Nouercæ eſt relictum.*

18 *Nouerca, tamquàm hæres, dempto illo pluri, filijs prioris matrimonij applicando, poteſt petere immiſſionem.*

19 *Vxor, ſi viro plus in Teſtamento reliquerit, quàm vni ex liberis primi matrimonij, teſtamentum*

tum non annullatur; ſed illud plus pro non ſcripto habetur, & reducitur ad æqualitatem.

CAPVT LIII.

REVOCANDA videtur exequutio, etiam pro rata ad Iulium ſpectante ratione ſuæ legitimæ; cum ex alienationibus factis, ſatis, ſuperque de-
1 prehendatur, illam ab eodem Iulio fuiſſe conſumptam, *l. Marcellus, §. res quæ, ff. ad Senat. conſ. Trebell. Bald. conſ.* 219. *num.* 2. *lib.* 2. *Cuman. conſ.* 133. *Ruin. conſ.* 135. *num.* 11. *lib.* 3. *Honded. conſ.* 59 *nu.* 12. *lib.* 1. *Aldouin conſ.* 76. *num.* 70. *Rub. Alex. conſ.* 178. *num.* 4. *lib.* 5. *Aretin. conſ.* 18. *ſub num.* 5. *Soccin. Iun. conſil.* 136. *num.* 14 *lib.* 1. *Gabr. de legit. concluſ.* 4. *n.* 8. *Peregrin de fideic. art.* 39. *num.* 2. *Card. Seraphin. deciſ.* 321. *num.* 16. *Ludouiſ. deciſ.* 580. *num.* 1. & 2 ibique *add. num.* 7. *Surd. dec.* 170 *num.* 10. *Merlin. deciſ.* 39. *num.* 3. *Duran deciſ.* 360. *num.* 2. *Archiepiſc. Roias deciſ.* 311. *n.* 13 Idque, etiam ſi primo loco alienata ſint mobilia, *Soccin. Iun. conſ.* 16. *num.* 13. *lib.* 3. *Honded. conſ.* 59. *num.* 12 *add. ad* Ludouiſ. *dec.* 580. *num.* 7.

Nullatenus veró aduerſatur obiectum, quòd cenſus ſcutorum 350. fuerit retrouenditus poſt impoſitionem alterius cenſus, de quo ex aduerſo in præſentia agitur.

2 Si quidem, cum hæredibus fideicommiſſarijs competat actio hypothecaria pro reüntegratione fideicommiſſi, non ſolum contrà bona à Teſtatore relicta, vt expreſsè ſtatuit Iuſtinianus in *l. vnic. §. rectiùs igitur*, C.
3 *commun. de legat.* Sed etiam contrà bona propria hæredis grauati alienantis, iuxtà veriorem, magiſque receptam ſententiam, quám, præ cæteris, acerrimè ſuſtinet *Theſaur. Iun. quæſt.* 84. *lib.* 2. quem ex recentioribus præcipuè ſectantur, *Cyriac. contron.* 282. & *Bellon. & Tort. in ſubſcriptionibus, Add. ad Molin de Primog. lib.* 1. *cap.* 27. *num.* 1. *Caſtill.* plures referens, *tom.* 8. *contron. cap.* 45 *ex nu.* 12. *ad fin. Cenſal. ad Peregrin. de fideic. art.* 45. *verſ. ſed tu in contrarium. fol.* 304. *in fin.* in Veneta impreſſione, *Mart. Medic. inter deciſ. Senenſ. exam.* 23 *num.* 44. *Mierez de Maiorat. part.* 4. *cap.* 39. *num.* 27. *Roſa conſult.* 24. *n.* 9. & *ſeq. Card. de Luca de credit. diſc.* 36. *n.* 12. & *ſeqq.* Quidquid in contrarium ſenſerint *Cancer. tom.* 1. *Var. cap.* 2. *a nu.* 103. *vſque ad* 111. *Merend. contron. Iur. lib.* 19. *cap.* 23. *Andreol. contron.* 92. *num.* 6. & *ſeqq. Merlin. de pignor. lib.* 3. *tit.* 1. *qu.* 3. *per tot. Mart. Medic. exam.* 23. *num.* 44. *Noguerol. allegat.* 1. *Palma Iun. allegat.* 70. & Noslatiùs egimus *diſput.* 50. *num.* 27.

4 Idque, non ſolùm pro reſtitutione pretij, *l. quidam, §. fin ff. ad Senat. conſ. Trebell. l. fin. §. fin ff. de legat.* 2. *Rip. in l.* 1. *num.* 4. *verſ. ſed ad quid, ff. quor. bonor. Cagnol. in l. qui duo* 174. *nu.* 1. *verſ accedant ff. de regul. Iur. Pariſ. conſ.* 5. *num.* 26. *lib* 2. *Gabr. conſ.* 118. *num.* 2. *lib.* 1. & *conſ.* 44. *num* 9. *lib.* 2. Roland. *à Vall. conſ.* 85. *num.* 18. *lib.* 1. *Cephal. conſ.* 761. *num.* 10. *et ſeqq. Torniol. conſ.* 13. *n.* 23. *verſ. quia reſpondetur, Craſſ in §. fideicōmiſſū, qu.* 56. *n.* 4. *Intrigliol. de ſubſtit cent.* 3. *quæſt.* 73. *num.* 7. *Petra de fideic. quæſt.* 3. *num.* 37. *Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.* 1. *num* 65 *Sim. de Petr. de interpret. vltim. volunt. lib.* 5. *interpretat.* 2. *dub.* 3. *num.* 77 *Odd. de fideicomm. qu.* 47. *n.* 8. & 9. *Peregrin. eod. tract. art.* 45. *num.* 15. & *art.* 46 *num.* 26. & *deciſ.* 120. *num* 4. *Fuſar. de ſubſtit. qu.* 556. *num.* 22. & *quæſt.* 558. *num.* 1. qui rectè obſeruant, eſſe in facultate fideicommiſſarij, vel agere ad pretium contrà alienantem, vel contrà tertium poſſeſſorem ad ipſa bona fideicommiſſaria, *Merlin. deciſ.* 831. *num.* 1. Sed etiam pro rationibus reddendis rerum diſtractarum, *Theſaur. Iun. d. qu. Forenſ.* 84. *lib* 2. *Cyriac. contron.* 282 *num.* 18. & *ſeqq Cenſal in addit. ad. Peregrin. de fideic d. art.* 45. *verſ. ſed tu in contrarium*, alijque ſuperiùs laudati.

5 Quæ concluſio nullam prorsùs patitur difficultatem, data, prout in præſentia, mala fide in hęrede grauato alienante ob ſcientiam fideicommiſſi reſultantem ex diuiſionibus factis, in quibus fuit habita mentio de fideicommiſſo Nicolai, Quidquid ſecus in aliquorum ſententia poſſet dubitari, non data mala fide, iuxtà diſtinctionem, de qua *Bald. in l. cum. oportet, §. ſed cum num.* 2 *Cod. de bon. quæ liber. Neguſ. de pignor.* 4 *membr.* 2. *part. num.* 124. *Ruin. Iun. conſ.* 587 *num.* 12 & 15. *lib.* 5. *Peregrin conſ.* 38. *num* 8. *libr.* 6. Cyriac. *contron* 282. *num.* 27. Rebuff *ad conſtit. Gall. tit de conſtit. art.* 1 *gloſ.* 14. *num* 28. Gratian. *cap.* 935. *num.* 24. & 31 *Card. Manc. de tacit. lib.* 11. *tit.* 14. *num.* 5. *Nouar de Priuileg. miſerab. perſonar. priuil.* 107. *Merlin. de pignor. lib.* 2 *tit.* 3. *quæſt.* 90. optimè *Roſa conſult.* 24. *num.* 17. & *ſeqq. Dunozets. Iun. deciſ.* 998. *num.* 7. & *ſeq.* Merlin. *deciſ.* 844. *num.* 6. *Rot. in rec. deciſ.* 7. *n.* 11. *part.* 12.

6 Hinc eſt, vt ſtante hypotheca prædicta; quæ iuxtà veriorem ſententiam incipit fauore hæredis fideicommiſſarij à die aditæ hęreditatis, ne ſit in facultate hęredis excludere fideicommiſſarium alienando, pendente conditione, prout per *text. in l. qui balneum, §.* & *ſi hæres, ff qui potior. in pignor. hab.* firmant Ruin *in l* 1. *num.* 87. *ff. de legat.* 1. *Crot. in l. ſi is, qui pro emptore, num.* 128 & *ſeqq ff. de Vſucap.* ibiq; *Monteſperell. num.* 42. *Iaſ. in l. filius fam. num.* 4. *ff. de verbor. obligat.* & latè reſpondens contrarijs, *Fuſar. de ſubſtit. quæſt.* 612. *num.* 2 & *ſeq. Cenſal. in addit. ad Peregrin. dict. art.* 45. *verſ ſed an competat fol.* 304. iuxtá Venetam impreſſionem, Rot.

in

in recent.dec.269.num.2.et ſeq.part.6. Quid-
quid in contrarium ſenſerint poſt gloſ.in leg.
filius fam. verbo contrahimus,ff.de verborum
obligat.Bart.in d.l.ſi quis pro emptore,nu.47.
ff.de vſucap. Bald.in l.1.nu.11. Cod.commun.
delegat.Neguſ.de pignor.part.5.memb.5.n.20.
& memb.2. num.10. & 24. Peregrin. de fi-
deicomm.art.40.num.14.Ancharan.Iun.lib.1.
quæſt.3. Migon. deciſ. Lucenſ.21. numer.1.
Caualcan.dec.5.num.110. part.3.

7 Præcipuè ſtante doloſa adminiſtratione,
quæ faciliùs operatur, vt hypotheca inci-
piat currere à die ſuſceptę adminiſtrationis,
Peregrin.conſ.38.num.19. lib.6. & de Iure
fiſc.lib.6.tit.de pignor.et hypoth.num.1.Caren.
reſolut 18 num.2.Card. Mant.de tacit. lib.11.
tit.16.num.18.de Marinis quotid.reſolut.cap.
148 num.3. lib.1.& in obſeruat.ad Reuerter.
deciſ 380.num.5.Ant.Faber.in Cod.lib.8.tit.
7.de finit. 1. & in his terminis Theſaur. Inn.
d.quæſt.84.num.9.lib.2. Stante,in quàm,hy-
potheca prædicta, quemadmodùm hæredes
fideicommiſſarij, vtporè hypothecam ha-
bentes anteriorem, ſunt Aduerſario præfe-
8 rendi ex notiſſimis Iuris principijs. Ità mul-
tò fortiùs eſt eis concedenda retentio ad ex-
cludendum creditorem poſteriorem, vt in
his terminis benè Peregrin.conſ.35.num.11.
verſ.itaque, lib.3.Giouagn. conſ.23. num.14.
& ſeq.lib.2.Cyriac contron.263.num.54 Ar-
chiep.Royas dec.367.num.13. Rot.in rec. dec.
328.n.11.p.10.

Minùs etiam aduerſatur, quòd cenſus
ſcutorum 350. vtpotè retrouenditus à Iulio
hærede grauato poſt impoſitionem cenſus,
de quo agitur, non ſit imputandus in legi-
mam eidem Iulio debitam in preiudicium
Aduerſarij; ſed potiùs cenſus ad fauorem
Aduerſarij primo loco conſtitutus imputari
debeat, ex vulgatis.

9 Si quidem eſt animaduertendum, quòd
illæ tantùm alienationes imputentur in le-
gitimam, quæ fiunt cum totali dominij
translatione, neque vllo Iure ſunt habendæ
ad hunc effectum in conſideratione hypo-
thecæ, cum filius cenſeatur pro ſua legitima
ea bona elegiſſe, quæ primo loco cum effe-
ctu alienauit, abdicando á ſe dominium;
non autem, illa, quæ ſimpliciter hypotheca-
uit, prout in ſpecie probant, Cephal.conſ.189
num 19 & ſeqq.Peregrin.de fideicomm.artic.
39.num.8.& 9. vbi in fin. ſubdit, quòd hæc
ſententia ſemper viſa fuerit de mente Iuris,
Barry de ſucceſſ.tom.2. lib.15 tit. de Trebell.
in cap quæ res imputentur ſub num.7. verſic.
quæ hæres grauatus, Mangil.de imputat.quæſt.
136 num.55.& ſeq. Montan. contron 41. n.6.
Merlin.de legit.lib.2. tit.2. quæſt.3. num.37.
& ſeq. egregiè Merlin.deciſ.39. num.10. re-
petita poſt Merlin.de legitim. deciſ.1. nu.10.
Bich.deciſ.161. num.27. Rot.in rec. deciſ.31.
num.24.part.11.

10 Per impoſitionem autem cenſus conſi-
gnatiui non transfertur dominium in credi-
torem; ſed tantùm acquiritur hypotheca,
Peregrin.conſ.20.num.16. lib.3. Surd. conſil.
162.num 4. & 8. Nauarr. de Vſur. num.37.
Gregor.de Valent.in ſuis commentar. Theolo-
gal tom.3.diſp.5.qu.22. de cenſ.puncto 1. in
vltimis verbis, Auendan.de Cenſ.Hyſpan.cap.
17. numer. 9. & ſequent. Manent. de Iur.
contract. Linell. quæſt. 1.part.4. num.32.
verſ.tandem dico, et num.33. et ſeq. Roderic.
de ann.reddit.lib.1.quæſt.3. num 6. Molin.de
contract.diſput.383.num.1. Guttierez practic.
quæſt.lib.2 cap.168.nu.6.Gratian.dec.Marcb.
20.num.9. Giurb. deciſ.79. num.8. alijſque
relatis, Cenc.de cenſ.quæſt.1.num.3. et q.20.
num.13. Rot.poſt eumdem dec.47. num.4. et
deciſ 501.num.5. Neque uenditur, aut aliena-
11 tur ipſa res; ſed ius quoddam percipiendi
annuam reſponſionem emitur, Gargiar.conſ.
17.num 17.et ſeqq. Decian.conſ.2. num.179.
lib.1. Aym.conſ.217 num.4. Guttier. practic.
lib.2.quæſt.168.num.6. et ſeq. Leſſ. de Iuſt.et
Iur.lib.2.cap.22.dubit.3. num.14. Auendan.
de cenſ.cap.17.num.9. et ſeqq. et num.19. et
ſeq. Salon.eod. tract.art.3. contron.1. num.3.
Author damnatæ memoriæ in gloſ. Pariſienſ.
§.11.verſ.vlteriùs quæro, num 12.Couarr.lib.
3.var. cap.7. num.6. verſ.quod item diximus,
Molin.de contract. diſp.370. num 4. et ſeq. et
diſp.383. num.2. Add.ad Ludouiſ.deciſ.281.
num.6. Montan. contron.41. num.3. Cenc. de
cenſib.quæſt.45. num.8. Rot.poſt eumdem dec.
1. num.2. Peutinger. deciſ.399. num. 3.et ſeq.
Rot. in recent. deciſ 211. num.5. et 6. part.5.
Larrea deciſ.Granat.20.num.8.et 38.

12 His igitur firmatis, cenſus impoſitus ab
hærede grauato non eſt imputandus in de-
tractionem legitimæ fauore creditoris cen-
ſus, contradicentibus fideicommiſſarijs; eò
quia Iuriſconſultus in l.Marcellus § res quæ,
ff.ad Trebell. tribuat hoc priuilegium impu-
tationis in quartas contractui translatiuo
dominij illius rei, quæ eſt fideicommiſſo ſu-
biecta, ibi: res, quæ alienatæ ſunt ab hærede,
quod ex prædictis contractui cenſus conue-
nire non poteſt; atque adeò, ſi uoluiſſet tri-
buere hoc priuilegium imputationis, etiam
hypothecæ dixiſſet, res quæ alienatæ, vel
obligatæ ſunt ab hærede, prout optimè firmat
uidendus Montanus, qui teſtatur deciſum per
Sacrum Conſilium Neapolitanum, d.cõtron.
41. per totam.

13 Nullatenus aduerſantibus deciſionibus
Rotæ 68. num.6. et duob. ſeqq poſt Cenc. de
cenſib.et deciſ.16.num.5.et ſeq et dec.15.nu.4.
poſt Merlin. de legit. in quibus firmatur con-
cluſio, quod hæres grauatus de reſtituendo
eo ipſo, quód uendit annum cenſum ſuper
re fideicommiſſo ſubiecta, dicatur rem illam
elegiſſe, & imputaſſe in legitimam ſibi de-
bitam,

Nam auctoritates allegatæ in dicta deciſione 68. poſt *Cenc.* nõ loquũtur de uéditione reddituum ſuper re fideicommiſſo ſubiecta, ſed tantùm de alienatione ipſius rei fideicommiſſariæ, Singulas enim percurrendo, *Bald in l. iubemus, num. 3. Cod. ad* Trebellian. loquitur de alienatione rei fideicommiſſo obnoxiæ; non autem de alienatione cenſus ſuper re, uerba Baldi ſunt: *Item in vna re detrahitur Trebellianica, quando eſt facta illius rei alienatio. ff. eod. l.* Marcellus, *§. res quæ*.

Pariſ. conſ. 44 num. 46. lib. 2. in præcedenti *num. 45.* ponit caſum in grauato, qui legauit rem, & in ſequenti *num. 46.* infert, quòd alienata imputentur in quartam, titulus autem legati eſt trãſlatiuus totalis dominij, & poſſeſſionis, ideòque comprehenditur ſub diſpoſitione *dict. leg.* Marcellus, *§. res quæ, ff. ad Trebellian.*

Gabriel. denique in *tit. de legit. concluſ. 4. num. 9* loquitur, quando filius alienat rem hæreditariam, vt imputetur in legitimam, atque adeò Doctores allegati per Rotam vbi ſupra non loquuntur de venditione reddituum ſuper re ſubiecta fideicommiſſo; ſed potiùs de diſtractione ipſius rei fideicommiſſariæ.

14 Prædicta veró omnia fortiùs procedunt; nam intereſt fideicommiſſarij ſeruari ad litteram diſpoſitionem *text. in dict. leg.* Marcellus, *§. res quæ, ff. ad Trebell.* ut, ſcilicet, illa res omninò alienata imputetur in quartas; ſi enim imputaretur res obnoxia cenſui alienato; ſi deindè ageret fideicommiſſarius vindicatione rei contra emptorem, & poſſeſſorem rei alienatæ, vtique ille poſſet excipere de imputatione in quartas ipſo Iure á lege factas; ſtatim poſt quàm hæres grauatus alienauit; cum in Iure ſit abſolutum, ut Ius excipiendi tranſeat in ſingularem ſucceſſorem, *Bart. in l. ſi tertius, § ſi priùs, ff. de aqu. plu. arcend.* atque adeò excluſus remaneret fideicommiſſarius, quod vtique euenire non poſſet, ſi ipſi creditores cenſus experirentur hypotheca generali cõſtituta à grauato ante hanc alienationem contra emptores, & poſſeſſores rei; ſi enim filio hæredi grauato erat debita legitima ſuper ſingulis rebus hæreditarijs fideicommiſſo obnoxijs pro rata, utique rem illam hypothecando pro cenſu, ſubſiſtit obligatio pro illa rata libe-
15 ra, cui onus á Patre iniici non valuit, *leg. quoniam in prioribus, Cod. de inofficioſo teſtament.* & hoc themate retento, optimè procedunt firmata per *Rot dict. deciſ. 68. num. 6. & 7. poſt Cenc. de cenſib. & deciſion. 15. & 16. poſt Merlin. de legit.* vt, ſcilicet, cenſus dicatur electus in legitimam, eo ipſo, quòd filius hæres grauatus ad illius alienationem deuenit, iuxta theoricam *Bald. in l. Iubemus, num. 3. verſic. item fallit, Cod. ad Trebell.* Caſtr. in *l. Marcellus, §. res quæ in fin. ff. eod. tit. Aretin. conſil. 18. num. 5. Pariſ. conſ. 44. num. 46. lib. 2. Alex. conſ. 3. num 6. in fin. lib. 3. Cephal. conſil. 189. num. 19: Gabr de legit. concluſ. 4. num. 8. & 9. Guid Pap. deciſ. 606. in princip.* Intelligendo tamen hoc modo, ut, ſcilicet, hypotheca data pro cenſu, cenſeri debeat contracta ſuper illa rata libera debita grauato pro legitima, vel Trebellianica, non autem vt illa res imputetur in quartas; hoc enim imputationis priuilegium legitur tantummodò conceſſum totali alienationi rei præſeferenti translationem dominij, ex ſupra firmatis, valdèque intereſt emptoris, & poſ-
16 ſeſſoris, vt hypothecaria actione conueniatur à creditore, non autem rei vindicatione à fideicommiſſario, quia creditori poterit offerre creditum forſan paruum, & ita excludi; fideicommiſſarius autem retractans alienationem, & vindicans excludi non poſſet, ex adductis per *Peregrin de fideicomm. dict. art. 39 num 9. verſ. quarto*, vbi agit de quæſtione in fortioribus terminis; an, ſcilicèt, ſi grauatus æs alienum contraxiſſet primò cum Caio, eidemque dediſſet hypothecam, deindè cum Titio, ſed poſtmodum alienaſſet unam rem fideicommiſſo ſubiectam Titio pro pecunia illi debita, quæ res ex his alienatis imputetur in quartas? & intrepidè poſt *Cephal. conſ* 189 alioſque ſupra allegatos reſoluit pro Titio primo emptore, licet eſſet creditor poſterior, ex ea potiſſimùm ratione, quòd, nempè, imputationis priuilegium á Iure fuerit tributum contractui trãſlatiuo dominij, et poſſeſſionis rei fideicommiſſo ſubiectæ; non autem hypothecę.

Quò ad prætenſam tandem libertatem bonorum, cum excluſione fideicommiſſi, ex eo, quod cum vir inſtituerit æquis portionibus filios, & Vxorem, ſed filios onere fideicommiſſi grauauerit; non autem vxorem, reſultet propterea inæqualitas ratione oneris fideicommiſſi iniuncti filijs; atque adeò ad ęqualitatem inducendam euaneſcere debeat fideicommiſſum filijs iniunctum, motiuum in Iure non ſubſiſtit.

Attenta enim diſpoſitione *l. hac edictali, §. ſin verò plus, Cod. de ſecund. nupt.* non mutatur titulus inſtitutionis Nouercę; Sed tantummodò cauetur, quòd illud plus, quod Nouercæ eſt relictum, habeatur pro non ſcripto, & pro non relicto; & deferatur filijs prioris matrimonij; ideòque *lex hac edictali* in caſu, in quo quis reliquit Nouercæ titulo inſtitutionis, plus quàm reliquerit filijs prioris matrimonij, nullatenus immutat titulum inſtitutionis, vel fideicommiſſi; ſed ſolùm illud plus aufert Nouercę, & applicat filijs.

17 Idque ſatis euidenti ratione confirmatur;

reli-

relictum enim Nouercæ lex non applicat filijs prioris matrimonij; ſed tantummodò reuocat, tamquám non ſcriptum, illud plus, quod eſt relictum Nouercæ, quod eſt vltrà illud minus, quod filijs primi matrimonij eſt relictum; prout optime firmat *Rota* omninò videnda in magiſtrali *deciſione 712. per tot. part. 1. diuerſor.* quam ex recentioribus cõmendantes ſequuntur *Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 4. num. 17.* benè *Argel. de acquir. poſſeſſ. quæſt. 3. art. 19. num. 983. & ſeq.* vbi, quòd Nouerca, tamquàm hæ-
18 res, dempto illo pluri filijs prioris matrimonij applicando; poſſit petere immiſſionẽ, *Cancer lib. 3. Variar. cap. 2. de Inuentar. num. 181. Sanchez de matrim. lib. 7. diſp. 88. n. 3.*

19 Et in fortioribus terminis, in caſu, ſcilicèt, in quo Vxor grauauerat onere fideicõmiſſi filium primi matrimonij ad Vitrici beneficium, cum è conuerſo ſuper portione ipſi marito ſecundi matrimonij relicta nullum onus fideicommiſsi iniunxerit ad beneficium filij prioris matrimonij, vt ſupra grauati; quòd non propterea irritetur fideicommiſſum; ſed illud plus habeatur pro non ſcripto, & reducatur ad æqualitatem, egregiè *Rot. in rec. deciſ. 381. per totam*, ſignanter *num. 4. par. 4.*

Neque in contrarium merentur allegari *Surd. conſ. 422. num. 8. et 9. Boer. dec. 201. n. 4.* ſolùm enim aſſerunt, Vxorem non prohiberi æqualiter inſtituere filium, & Virum ſecundi matrimonij; quòdque huiuſmodi æqualis inſtitutio ſubſtineatur, quòd nihil prorſus commune habet cum re, de qua in præſenti eſt controuerſia.

ARGVMENTVM.

Officium Scriptoratus Apoſtolici emptum à Patre pro filio, cum reſeruatione Decreti præſeferente reſeruationem Dominij ad fauorem ipſius Patris ementis, ea conditione appoſita in ipſo emptionis limine, quòd ſi filius, eodem Patre conſentiente, Vxorem duceret, idem Officium remaneat liberum à ſupradicta dominij reſeruatione, fructuũque diſpoſitione, non poteſt imputari à Patre in legitimam filij.

Impenſam factam à Patre pro filio ratione ſtudij, vel in libris emendis, pariter in legitimam imputari non poſſe oſtenditur.

SVMMARIVM.

1 *Regulariter pretium officij emptum per Patrem pro filio in eiuſdem legitimam imputandum.*

2 *Officium Scriptoriæ emptum per Patrem pro filio in eiuſdem legitimam debet imputari in ſententia* Caſtrenſis.

3 *Idemque aſſerendum in officijs maioribus Romanæ Curiæ.*

4 *Vel in Clericatu Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.*

5 *Reprobatur contraria ſententia* Nicolai de Vbaldis.

6 *Impoſſibile reputatur, quod pendet à voluntate Principis.*

7 *Limita generalem concluſionem, de qua* num. 1 *quando Pater emens officium pro filio, vel ſibi non reſeruauit ſimpliciter, & abſolutè Dominiũ, vel ſaltem, donec vixerit.*

8 *Idque procedit, etiam ſi Pater ſibi reſeruauerit diſpoſitionem fructuum officij empti pro filio.*

9 *Reſeruans ſibi facultatem diſponendi, & non diſponens, cenſetur vocaſſe venientes ab inteſtato*

10 *Euentus conditionis nuptiarum retrotrahitur ad diem contractus emptionis, & operatur, ac ſi ab initio fuiſſet ſimpliciter facta.*

11 *Imputatio officij in legitimam ceſſat, ſtante Patris declaratione ſuper abolitione reſeruationis dominij eiuſdem officij ad gratificandum eius filium.*

12 *Prout ex emptione eiuſdem officij pro filio cũ onere, vt idem filius nubere debeat cum conſenſu eiuſdem Patris, quod onus in legitima reijcitur.*

13 *Donatio ſimplex non imputatur filio in legitimam, etiam facta contemplatione incerti matrimonij, quoties matrimonium non eſt cauſa finalis, ſed impulſiua.*

Donatio contemplatione certi matrimonij an ſit imputanda in legitimam. ibid.

14 *Donationi iam perfectæ, & validæ non poteſt Teſtator ex interuallo imputationis onus apponere.*

15 *Expenſæ ſtudiorum in legitimam filij non imputantur, vtpotè effectæ de Iuribus quaſi Caſtrenſibus ipſius filij.*

16 *Huiuſmodi expenſæ cenſentur paterna pietate factæ, nedum honore ipſius filij, ſed etiam Patris, ideòque in legitimam non imputandæ.*

17 *Pater, quando dat filio pecunias, vt ſtudijs incumbat, non dicitur donatio, ſed potiùs debitum.*

18 *Statutum, licet diſponat, quòd fratres debeant æqualiter Patri ſuccedere; Nihilominus expenſæ pro ſtudijs in legitimam filij non imputantur.*

19 *Licet Ius commune mandet, vt in ſucceſſionibus ſeruetur inter filios æqualitas.*

20 *Nihilominus hoc fauore ſtudij limitatur.*

20 *Libri empti per patrem non imputantur in legitimam filij Doctoris.*

22 *Idemque aſſerendum in pecunia filio tradita pro libris comparandis.*

C A P V T LIV.

PRÆSENS Controuerſia circa dupli-
cem verſatur inſpectionem, de qua in
Argumento.
Quòad primam, licèt, regulariter
1 pretium, ſiue æſtimatio officij empti per Pa-
trem pro filio, in eiuſdem legitimam veniat
imputandum, prout ex *Text. in l. omnimodò, §. imputari, Cod. de inoffic. teſtam.* firmant ibi-
dem *Bald. num. 3. Ioſ. in fin. & Caſtrenſ. nu. 5.*
qui in ſpecie loquitur de officio Scriptoriæ
2 empto à Patre pro filio in Romana Curia,
Crot. in l frater à fratre, num 93. ff. de condict. indeb. Bart. in l. 1. §. nec Caſtrenſe, num. 4. verſ. quędam eſt militia ff. de collat. bonor. Rip. in l. in quartam, num. 163. ff. ad leg. Falcid. Iaſ. in l. illud num. 6. ibique *Fumaggiol. Cod. de collat.* qui loquitur de officio Scriptorij, *Oldrad. conſ. 5.* Roland. *conſ. 11. num. 12. vſque ad 16. lib. 2. Gionag. on. conſ. 94. num. 27 lib. 1. Bece. conſ. 20. num. 29. lib. 1 Giurb. ad Conſuetud. Meſſan. part. 1. cap. 1. gloſ. 2. num. 115. in fin. Merend tom. 4. controu. lib. 14. cap. 16.* vbi
3 etiam de officijs Maioribus Romanę Curiæ,
Martin. Laudenſ. de offic. domin. notab. 17 Gomez. in l. Taur. 29. num. 21. ibique *Tell. Fernand. num. 11.* Guttierez *pract. quæſt. cap 64. num. 5. lib. 2. Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 19. num. 6. Vaſq. de ſucceſſ. creat. § 30. num. 218. Mangil. de imput. quęſt. 33. num. 12. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 24. per tot. Michalur. de fratrib. part. 1. cap. 22. num. 18.* Valaſc. *de partition. cap. 13. num. 62. & ſeqq. Gamm. dec. 29. num. 3. Fontanell. dec. 556. num. 13. par. 2. Episc. Sperell. dec. 176 num 14 lib. 2.* Card. *Seraphin. dec. 100. & dec 541. num. 10. & deciſ. 1294. num. 6. Merlin. deciſ. 273. n. 5. & ſeqq.*
4 vbi de Clericatu Reuerendæ Cameræ Apo-
ſtolicæ. *Coccin. deciſ. 1907.* Quidquid in
contrarium aberrans á communi, dixerit
Nicol. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 1 nu.
5 *31.* ea motus ratione, quòd pro validitate
alienationis huiuſmodi officiorum requi-
ratur licentia Papæ, quia in illius manibus
6 debent reſignari, & quod pendet á volun-
tate Principis, impoſſibile reputatur, *l. apud Iulianum, §. conſtat, ff. de legat. 1.* cum illius
ſententiam communi Doctorum ſenſu re-
probari dixerint *Iaſ. in d. leg. illud, num. 6. C. de collat.* Rip. *in d. l. in quartam, num 164. ff. ad leg. Falcid. Vaſq. de ſucceſſ creat. dict §. 30. num. 218. Guttierez. pract quæſt. d. cap 64. nu. 5. verſ. & hæc eſt. Merlin. d. deciſ. 273. num. 8. 9. & 10.* rectè aduertens poſt *Iaſ.* alioſque
proximè laudatos, quòd, licet requiratur
licentia Principis; cum tamen de facili con-
cedatur, alienatio nō reputetur impoſſibilis.
Nihilominus huiuſmodi generalis con-
7 clusio eā recipit limitationem, quando Pa-
ter emens officium pro filio, vel ſibi non
reſeruauit abſolutè & ſimpliciter Dominiū,
vel ſaltem reſeruauit, donec vixerit; hoc
enim caſu, cum donaſſe cenſeatur officium
hoc modo emptum, non imputatur in legi-
timam filij, vt in ſpecie firmant poſt *Bart. in l. 1. § nec Caſtrenſe ſub num. 3 ff. de collat. bonor. Dec. in l. ſi donatio, num. 37. verſ. ſecundus caſus, Cod. eod.* Grot. *in. diſcept. 50. num. 21. et ſeq. Menoch. lib. 3. præſumpt. 30. num. 8. & 10. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 24. nu. 6. & ſeq. Mangil. de imput. quæſt. 33 num. 15. verſ. item dictam concluſionem intellige. Michalor. de fratribus par. 1. cap. 22. num. 21.* Card. *Seraph. dec. 1303. num. 3. verſ. præterea cum Pater*, in qua allegantur deciſiones concor-
dantes.
8 Eademque limitatio procedit, etiam ſi
Pater reſeruauerit, ſibi diſpoſitionem fru-
ctuum officij empti pro filio, *Merlin. de legit. d. lib. 2. tit. 2. quæſt. 24. num. 8.* Rot. in Romana *officij plumbi 4. Iulij 1601. coram Pamphilio*,
quia non diſponendo cenſetur in ipſum no-
minatum diſponere, tamquàm in ſucceſſorē,
& ab inteſtato venientem, ſi non expreſsè,
ſaltem tacitè, *l. conſtituuntur ff de Iur. codicill. Bald. in l. cunctos populos, n. 17. verſ. venio ad ſecundum, Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & conſ. 114. lib. 1. Bart. in l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, col. 4. verſ. præterea ille, ff. de lib. & poſthum. l. ſi mulier, Cod. de Iure dot. leg. ſi quis cum nullam, ff. de Iure codicill. l ſecundum reſponſum, Cod. de contrah. & commit. ſtipulat. Crauett. conſ. 176. in fin. Menoch. lib 4. præſumpt. 27. num. 10. Curt. Iun. conſ. 4. ſub num. 14. Anno ſingular. 391. Surd. deciſ. 272. n. 22. Theſaur. dec. 97. Franch. deciſ. 45. num. 2.* &
in his terminis *Merlin. de legit. d. lib 2. tit. 2. quæſt. 24. num. 9. Mangil. de imputat. d. qu 33. num. 15. in fin. Gratian. cap. 50. num. 21. & 22. Rot. in d. Romana Officij plumbi 4. Iulij 1601. coram Pamphilio.*
9 Ideòque, cum in præſentia non conſtet
de abſoluta reſeruatione dominij, ſed po-
tiùs de conditionata, euueniente caſu matri-
monij à filio contrahendi, accedente Patris
conſenſu, imò de abolitione decreti, & diſ-
poſitione fructuum, ob matrimonium ſe-
quutum, eodem Patre conſentiente, rectè ſuſ-
tineri poteſt, quòd verſemur in caſu limi-
tationis regulæ, quódque emptio dici de-
beat facta ab initio liberè, & abſolutè pro
filio, ſtante euentu conditionis nuptiarum,
10 quę retrotrahitur ad diē cōtractus emptio-
nis, & operatur ac ſi ab initio emptio fuiſſet
ſimpliciter facta pro filio, *l. item illo. §. quod adijcitur*, ibi: *quia retrorsū ſe actio refert. ff. de conſtit. pecun.* cum alijs adductis per *Larreā deciſ. Granaten 11. num. 63. part. 1.* adeòut
nulla habenda ſit ratio de reſeruatione do-
mi-

Digitized by Google

minij conditionali, cum ex ſupra firmatis,
debeat eſſe ſimplex, & libera.

11 Eóque magis in præſentia excludi debet
prætenſa imputatio; Tum ex quo Pater de-
clarauit, delere reſeruationem dominij di-
cti officij ad gratificandum eius filium; Tum
12 etiam, quia non poteſt dici, Patrem habuiſ-
ſe animum tempore emptionis officij illud
imputandi in legitimam filij, ſtante onere
nubendi, cum illius conſeoſu, quod omninò
reijcitur in legitima, ex notiſſimis regulis
Iuris.

Prædictis omnibus ea accedat animad-
uerſio, quód, cum officium emptum à Patre
pro filio, cum reſeruatione dominij, & cum
conditione, quòd eueniente caſu nuptiarum
eiuſdem filij, conſentiente Patre, remaneat
liberum ad fauorem filij, eiuſdemque patri-
monium efficiatur, cum renunciatione reſer-
uationis dominij, & diſpoſitionis fructuum,
13 dicatur eidem filio tacitè donatum à Patre
contemplatione incerti matrimonij contra-
hendi; Hinc eſt, vt cum donatio dici debeat
ſimplex, neque matrimonium ſit cauſa fina-
lis, ſed impulſiua, recepta eſt Iuris ſenten-
tia, quòd non imputetur filio in legitimam,
quam, præ cæteris, latè tuentur *Suarez in
l. quoniam in prioribus in declarat. leg. Regn. 2.
dub. quæst. 5. num. 10. in fin. Cod. de inoffic. te-
ſtam. Coraſ. in l. filius, quem habentem, num.
237. Cod. famil. erciſc Surd. conſil. 143. & dec.
322. num. 28.* ibique *Hodiern.* plures referens,
*num. 35. Cacheran. conſ 62. Cranett. conſ. 85.
& conſ. 114. num. 17. Fab. de Anna conſ. 73.
num. 28. Amat. conſ. 17. num. 17. Gabr. conſ. 57.
num. 13. & ſeq. lib. 2. Decian conſ. 13. num. 13.
& conſ. 31. num. 7. libr. 1. Ludouic. Bell. conſ.
21. num. 3. Altograd. conſ. 7. num. 21. lib. 1.
Gratian. cap. 297. num 1. & ſeqq. & cap. 159.
num. 31. 33. & ſeq. Claud. Chifler. de port. legit.
cap. 14. col. 4 verſ. ergo donatio fol. 823. Spin.
in Specul. Teſtam. gloſ. 18. principali à num. 65.
& 69. Tell. Fernand. in l. 26. Taur num. 5. ver-
ſic. ſed vt vidiſtis, Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2.
quæſt. 23. num. 4. & ſeqq.* latè de *Marin. quotid.
reſol. lib. 1. cap. 85. num. 6. Criuell. dec. Dolan.
139. num 17. & ſeq Peguer. deciſ. 213. Franc.
Marc. deciſ. 326. num. 4. & deciſ. 546. num.
31. lib. 1. Anton. Fab. defin. 30. tit. de inofficioſ.
teſtam. Rot. in recent. deciſ. 242. num. 17. p. 8.*

Quidquid ſecus ſit aſſerendū, quando ma-
trimonium eſt certum, in quibus terminis
loquuntur ex aduerſo allegati, *Rip in l. in
quartam num. 149. ff. ad leg. falcid.* ibique
*Pic. num. 192. & 196. Hier. à Laurent. in repe-
tit. l. ſi emancipati num. 196. Cod. de collat. Ro-
land. conſ. 44. num. 25. & ſeqq. lib. 4. Becc. conſ.
20. per tot. Ludouic. Bell. conſ. 19. num. 13. &
54. & conſ. 55. num. 1. & conſ. 41. num. 14. Al-
tograd. conſ. 7. n. 22. lib. 1. Mangil. de imputat.
qu. 33. num. 19.*

Neque ulla habenda eſt ratio, quòd Pater
in teſtamento declarauerit, faciendam eſſe
imputationem in legitimam; Nam ſuppo-
ſita tacita donatione perfecta ad fauorem
filij de huiuſmodi officio in caſum matri-
monij contracti, ipſo Patre conſentiente,
non potuit ex poſt facto idem Pater prædi-
14 ctæ donationi iam perfectæ imputationis
onus apponere, *l. perfecta, Cod. de donat. l. il-
lud, Cod. de collat.* & in terminis, quòd Pater,
qui donauit aliquid filio donatione valida,
non poſſit in teſtamento diſponere, quòd ea-
dem donatio imputetur in legitimam, quia
hoc eſſet tacitè donationem reuocare, fir-
mat *Berengar. in l. in quartam in 3. par. nu. 88.
ff ad leg. falcid.* latè *Surd. conſ. 192. num. 23.
& duob. ſeqq. Grat. conſil. 7. num. 42. lib. 2.*
Vbi enim donatio ab initio, vel ex ſui natu-
ra, vel ex pacto non eſt imputanda, Pater di-
ſponere non poteſt, quòd imputetur, ut dicit
*Pichus in dict. l. in quartam, num. 251. in prin-
cip. ff. ad leg falcid.* rectè, quę conferunt dedu-
cta per *Mangil. de imputat. q. 49. n. 64.*

15 Quò verò ad ſecundam inſpectionem, ex-
penſæ ſtudiorum in legitimam filij non im-
putantur, quia dicuntur effectæ de Iuribus
quaſi Caſtrenſibus ipſius filij, *Salicet in l. om-
nimodò, §. imputari, num. 3. verſ. idem ſi ex-
pendit in doctoratu, Cod. de inoffic. teſtam. Rip.
in l. in quartam, num. 166. verſ. & ex his,
ff. ad leg. falcidiam*, vbi extendit prædicta
procedere, etiam in expenſis à Patre fa-
ctis pro filio, ut conſequatur Militiam
Hyeroſolimitanam, vel aliam Equeſtrem
Dignitatem, *Bald conſ. 21. lib. 1. in princip.
conſ. 34. lib. 2. Card. Tuſch. concl. 639.* ubi ex
16 ſententia *Fulgoſ.* tradit, quòd huiuſmodi
expenſæ cenſeantur paterna pietate factæ,
honore nedum filij, ſed etiam ipſius Patris,
ideòque in legitimam non imputandæ, *Me-
noch. lib. 3. præſumpt. 30. num. 22. & de arbitr.
caſ. 501. num. 9. & ſeq.* & latè, pluribus alijs
allegatis, *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 2. quæſt. 22.
per tot.* qui *num.* 8. rectè aduertit, quòd,
quando Pater dat filio pecunias, vt ſtudijs
incumbat, hæc non dicitur donatio, ſed de-
17 bitum, vel ratione alimentorum, quæ filijs
præſtare tenetur, vel quia Pater compelli
poteſt ad ſubminiſtrandas filio expenſas
ſtudij, prout eſt *text. in l. de bonis, §. non ſo-
lùm, ff. de Carbon. edict. Rebuff. de priuil. Scho-
lar. priuileg. 53.* vbi, quòd anathematizan-
di ſunt parentes hoc denegantes, *Vital. de
Nema. in tract. de collat. quæſt. 5. in fin Mangil.
de imput. qu. 32. num. 11. Card. Mantic. deciſ.
335. Archiepiſc. Royas deciſ. 378. num. 2. &
tribus ſeqq.*

18 Idque, etiam procedit, non obſtante ſta-
tuto, quòd fratres debeant æqualiter Patri
ſuccedere, vt in ſpecie *Alciat. reg. 1. præſum-
ption. 7. Nicol. Arlect. ad eundem Alciat. re-*

gul. 1.

gul.1.præſupt.17.fol.61. Rebuff.*de priuileg.* *Scholar.priuileg.50.& 56.num.4. lib.1. Menoch.lib.3.præſumpt.30.ſub num.17.verſ.extenditur ſecundò,Mangil.de imputat.quæſt.30. num 46. Merlin.de legit.lib.2. tit.2.quæſt.22. num.19.*

Cuius rei ea potiſſimùm eſt ratio, quia
19 etiam Ius commune mandat, in ſucceſſionibus ſeruari inter filios æqualitatem, *l vt liberi, C.de collation.* & tamen, hoc fauore
20 ſtudij limitatur, iuxtà diſpoſitionem *text.in leg.quæ Pater, ff.famil. ercisc.* prout proſequitur *Menoch.d.præſumpt 30.num.17.lib 3.* aliijque congeſti per *Mangil. de imputat. qu. 30.num.46.Merlin de legit.lib.2.tit.2.qu.22. num.19.* & ob eamdem etiam rationem libri
21 empti per Patrem non imputantur in legitimam filij Doctoris, *l.quæ pater,ff.famil.erciſc.* ibi, *quæ pater filio emancipato ſtudiorum cauſa peregrè agenti ſubminiſtrauit; ſi non eredendi animo miſiſſe fuerit comprobatus; ſed pietate debita ductus in rationem portionis, quæ ex defuncti bonis ad eumdem filium pertinuit, computari æquitas non patitur*, per quem *text.* itá in ſpecie firmant *Iaſ.in l.filiæ,num.3. Cod. fam.erciſc. Alex. in l.ſi donatione num.* 20. ibique *Dec. num 42.Cod.de collat.* Rip.*in l.in quartam, num.168.ff.ad leg.Faleid.* ibique *Fiumag. nu. 451.idem Alex.conſ.142. num.25. verſ.quò autem ad libros lib.* 2. vbi teſtatur de magis communi,*& conſ.102.num.7.lib.3.Bertrand. conſ.201.lib.1.Crauett.conſ.125.nu.14. verſ. ſed præmiſſis,*Barbat.*conſ.37.num.17. & ſeq. lib.2.*Roland.*conſ.11 nu.16.& ſeq.lib 2. Alciat.regul.1.præſumpt.7.num.1 Craſſ.in §.legitim.quæſt.28.num.3. Vital. de Nema de collat. qu. 5.incip. quæro de libris emptis,*Kirchou. inter commun.opin. diuerſ. relatus, *tom. 1. tit.de affinit.vniuerſ.Iur.loco 3.cap.6. verſ. pater ſi emerit,Vaſq. de ſucceſſ. creat. §. 30.num.206.Mangil.de imput. qu.30. nu.15. & ſeq.Menoch.lib.3 præſumpt.30. Merlin. de legit.d.quæſt.22.num.51.& ſeq.*Card.*Mant.de tacit.lib.13.tit.14.num.8.* Gratian. *capit.50. Michalor.de fratr.part.1.cap.29.num.17.per tot.Rot.in rec.deciſ 54.num.14. part.5.*

22 Idque, etiam procedit in pecunia filio per patrem tradita pro libris comparandis, *Dec. in l.ſi donatione num.41.*Cod.*de collat.*Rolan. *conſ.15.num.18.lib.2.Butrigar.conſ.33.nu.5. Cuman.conſ.40.num.5. Corn. conſ.235. lib.1. Menoch.de arbitr.Iudic.lib.2.caſ.131.num.1. & lib.3. præſumpt.30.num.17.* quos refert, & ſequitur *Merlin.de legit,lib.2.tit.2.qu.22. num.20.*

ARGVMENTVM.

Sub generali renunciatione facta à filia ob dotem à Patre receptam prò omni, & toto eo, quod quouis modo poſſet prætendere, tàm in bonis Maternis, quàm Paternis, & fraternis, an intelligatur compræhenſa excluſio, etiam à Iure ſuperueniente ſuccedendi fratri ab inteſtato.

Generalis renunciatio modo, quò ſupra concepta, an complectatur lucrum iam delatum filiæ renuncianti ex beneficio *leg.fæmina, C.de ſecund. nupt.* & an conſtituendum ſit diſcrimen inter lucrum delatum, ac deferendum.

Filiæ conſenſus tacitus ſecundis nuptijs, Patris, an operari poſſit remiſſionem pœnarum, quæ eidem Patri binubo à Iure fuerunt inflictæ, & an pęnæ ſecundò nubentium vtrique parenti ſint communes.

Diſpoſitio dictæ *leg.fæmina,Cod.de ſecund. nupt.* reſpectu neceſſariæ ſucceſſionis reſeruandæ per Patrem binubum filijs prioris Coniugij, in bonis obuentis à ſucceſſione filij prædefuncti, an locum habeat, non ſolùm in ſucceſſione immediata; ſed etiam mediata, prouenien-te, ſcilicet, ex portione alterius fratris prædefuncti; Et an excludat Patrem binubum, etiam à legitima; itaut proprieras filijs prioris Matrimonij reſeruanda eamdem capiat legitimam; Quidquè aſſerendum, condito à filio Teſtamento, inſtitutoque penitus extraneo. Ad intellectum *text. in §. hinc Nos, Authent.de nupt.*

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio facta à filia contemplatione dotis congruæ à Patre recepta præſumitur realis.*
Intellige vt num.38.& ſeqq.

2 *Renunciatio ob dotem habitam, cum dicatur qualificata ob portionem receptam, filia dotata Ius futurum pro portione habita vendidiſſe cenſetur.*

3 *Dicitur ſuper eodem Iure tranſigiſſe renunciãdo totam ſucceſſionem ad eam pertinentem.*

4 *Filia renuncians ob dotem receptam prohibetur ſuccedere cuicumque hæreditati, ex quauis cauſa illi ſucceſſio deferatur.*

5 *Renunciatio realis adeò tollit renunciantem de medio, vt pro mortua habeatur.*

6 *Filia dotata à Patre renuncians bonis fraternis,*

nis, excluditur à ſucceſſione fratris ab inteſtato decedentis.

7 *Adeò excluditur à prædicta ſucceſſione, perinde, ac ſi non eſſet in rerum natura.*

8 *Ideòque dicitur renunciaſſe ſucceſſioni unde agnati, & vnde cognati.*

Præcipuè, accedente pacto de non petendo, vel acceptilatione, & Aquiliana ſtipulatione, ex quibus tollitur Ius de futuro. ibidem:

Contrarium num.20. & ſeqq:

9 *Renunciatio generalis facta à filia dotata pro omni eo, quod quouis modo poſſit prætendere ſuper bonis fraternis, eſt apta comprehendere quamcumque ſucceſſionem ab inteſtato.*

10 *Præcipuè, quando renunciatio facta à Sorore Iuri ſuccedendi in bonis fraternis in alio verificari non poteſt, quàm in Iure ſuccedendi fratri ab inteſtato.*

Declara vt num.43.

11 *Renunciatio filiæ dotatæ ſuper bonis fraternis ſolet per Patrem procurari, vel vt de bonis fraternis renunciatis diſponere valeat, proprium augendo patrimonium.*

12 *Vel, vt proſpiciat agnationi pro conſeruatione bonorum in familia.*

13 *Huiuſmodi renunciationes reſpiciunt Patris vtilitatem, & Pater in eis agit de ſua ſucceſſione amplianda.*

14 *Procurantur à Parentibus, ne filiæ renunciantes ſuccedere valeant.*

15 *Dictio,* etiam, *eſt ampliatina, & explicat caſum magis dubitabilem, implicans minus dubitabilem.*

Sed aliquando importat, videlicet, num.48.

16 *Faciliùs datur renunciatio Iuris quærendi, quàm quæſiti.*

17 *Quælibet renunciatio pro omni eo, quod prætendi poſſit quouis modo, intelligi debet ex cauſa de preterito, vel præſenti; non autem de futuro.*

18 *Renunciatio Iuris futuri eſt intelligenda de Iure de futuro ex cauſa tamen de præſenti; non autem extenditur ad Ius futurum ex cauſa de futuro non habens ſpem de præſenti.*

Secus aſſerendum in aliquorum ſententia, ſi renunciatio ſit concepta verbis nimis effrenatis ſuper omnibus Iuribus, quomodocũque, & qualitercumque, ex quauis cauſa competituris.

19 *Ius ſuccedendi ab inteſtato fratri viuenti, eſt Ius de futuro ex cauſa omninò de futuro, ſine vlla ſpe probabili de præſenti, nullo Iuris fomite munitum.*

20 *Sub generali renunciatione, ſiue quietantia Ius ſuccedendi fratri ab inteſtato non poteſt dici comprehenſum.*

21 *Expenditur ſingularis textus id comprobans in* l.Paulo Callimacho 27.§.Pompeius Hermippus, ff.de legat.3.

22 *Liberatio, quamuis generaliſſima, intelligenda eſt de Iuribus tempore renunciationis competentibus; non autem de futuris.*

23 *Non eſt præſumendum, filiam renunciantem cogitaſſe caſum mortis fratris ante Patrem, naturæ ordine turbato.*

24 *Soror intelligitur renunciaſſe bonis fraternis intuitu, & contemplatione fratris vtrinque coniuncti; non autem conſanguinei, & de ratione.*

Idque procedit, tàm ſi renunciauerit poſt tranſitum patris ad ſecunda vota, quàm etiam ante.

25 *Renunciatio, cum ſit regulanda ſecundùm affectionem, preſumitur renunciantem magis dilexiſſe fratres vtrinque coniunctos, quàm conſanguineos.*

26 *Idque procedit, etiam ſi renunciatio ſit facta Patri acceptanti pro ſe, & heredibus.*

27 *Deficientibus fratribus vtrinque coniunctis, renunciatio ſorori non obſtat.*

28 *Concluſio, de qua ſupra* num.24. *an procedat, quoties renunciatio non eſt facta ad fauorem fratris tantùm; ſed etiam Patris,* & num.ſeqq.

29 *Aſſeruntur auctoritates affirmantes, illam procedere, etiam ſi renunciatio ſit facta ad fauorem Patris ob dotem receptam; nam adhuc intelligitur facta fauore fratrum vtrinque coniunctorum.*

Adeòut, illis Patri præmorientibus, renunciatio filiæ non obſtet, quò minus fratribus ſuccedere valeat.

30 *Renunciatio fraternæ hæreditatis facta Patri pro ſe, & filijs, ſiue pro ſe, & hæredibus; adhuc intelligitur pro fratribus vtrinque coniunctis.*

Idque, etiam ſi filia renunciauerit poſt tranſitum Patris ad ſecunda vota.

31 *Quid aſſerendum, ſi renunciatio fuerit facta per filiam in manibus Patris.*

32 *Renunciatio facta à Sorore ad fauorem fratrum poſt ſecũdas nuptias Patris, intelligi debet, etiam de conſanguineis ex ſecundo Matrimonio; quoties tempore renũciationis vnus tantùm frater vtrinque coniunctus extabat.*

33 *Quietantia, & renunciatio apud Interpretes confunduntur, cum quietantia implicitè contineat tacitum renunciationem.*

34 *Renunciatio tacita non debet plus operari, quàm expreſſa.*

35 *Renunciatio in dubio præſumenda perſonalis; non autem realis.*

36 *Idque, etiam ſi renunciatio fuerit facta recipienti pro ſe, & hæredibus.*

37 *Renunciatio videtur perſonalis, quoties legitur facta fauore certarum perſonarum.*

38 *Filia dotata excluditur à qualibet ſucceſſione, quoties expreſsè renunciauit in actu dotationis ad beneficium Patris ſtipulantis pro ſe, & hæredibus quibuſcumque cuicumque ſucceſſioni tàm delatæ, quàm deferendæ, etiam ab inteſtato.*

39 *Vel quoties agitur de ſucceſſione dotantis, præcipuè, vbi viget ſtatutum excluſiuum fœminarum propter maſculos.*

40 *Renunciatio facta à filia ob dotem receptam à Patre ex bonis Paternis, nõ comprehendit fraterna, ex quibus non fuit dotata.*

41 *Præſumptio legalis, quòd Pater intelligatur dotaſſe filiam de bonis proprijs, non procedit, quoties dotatio legitur facta pro omni eo, quod quouis modo poteſt prætendere, tàm in bonis proprijs, quàm maternis, & fraternis.*

42 *Contraria ſententia videtur amplectenda deſumpta ex text.in* l.fin.Cod.de dotis promiſſ. *quæ procedit, etiam ſi filia à Patre dotata renunciauerit bonis Paternis, & Maternis.*

Præcipuè, quando non fuit facta ſpecificatio, quid de bonis paternis, & quid de maternis fuerit in dotem traditum.

43 *Aſſertur reſponſio ponderationi factæ per*

Ro-

Digitized by Google

Rouit. conſ. 44. num. 10. lib. 1. quòd renunciatio facta bonis fraternis non poſſit in alio verificari, quàm in Iure ſuccedendi fratri ab inteſtato.

44 Renunciatio, cum ſit ſtricti Iuris, vtpotè odioſa ſufficit, quòd in aliquo verificari valeat, vt minus præiudicet renuncianti, quàm fieri poteſt. & num. 47.

45 Præcipuè, quando eſt facta à Sorore nubente in ſeculo.

46 Et quid minimum ſufficit ad impediendam extenſionem renunciationis.

47 Renunciatio, quãdo eſt aliquid operata, reſtringi debet, vt minus lædat renunciantem, quàm ſit poſſibile, & num. 44.

48 Dictio, etiam, aliquando importat, videlicet.

49 Diſpoſitio leg. fœminæ, §. illud, Cod. de ſecund. nupt. procedit, tàm in muliere, quàm in Viro, cum pœnæ ſecundò nubentium ex identitate rationis communes ſint vtrique Parenti.

50 Reprobatur contraria ſententia Facchinei, & aliorum.

51 Idque, ſiue Nuptiæ præcedant ſiue ſubſequantur mortem, & ſucceſſionem filiorum primi matrimonij.

52 Pœnæ ſecundò nubentium aliæ odium ſecundarum nuptiarum infra annum luctus principaliter reſpiciunt.

Aliæ fauorem filiorum primi matrimonij potiſſimùm concernunt.

53 Primæ, tamquàm libertatem Matrimonij impedientes omninò fuerunt abrogatæ tàm à Iure Canonico, quàm à Sacro Concilio Tridentino ob dictum Apoſtoli: Mulier mortuo Viro cui vult, nubat in Domino.

54 Aliæ verò reſpicientes principaliter fauorem filiorum primi matrimonij non fuerunt abrogatæ; ſed exiſtunt in viridi obſeruantia, & de ratione.

55 Proprietas bonorum ob tranſitum Patris ad ſecundas nuptias ipſo Iure quæſita dicitur filijs prioris Matrimonij.

56 Adeò ut, etiam Patre viuente, competat filijs immiſſio, & reliqua interdicta poſſeſſoria, in ſententia Antonij Fabri.

57 Super generali renunciatione facta per filiam dotatam non comprehenditur lucrum eidem filiæ debitum ex beneficio dictæ leg. fœminæ, Cod. de ſecund. nupt. in pœnam Patris ad ſecunda vota tranſeuntis.

58 Referuntur tres potiſſimùm rationes à Doctoribus adductæ pro hac ſententia.

59 Affertur ſententia affirmans, id procedere, quoties tempore renunciationis lucrum nondum erat filiæ renuncianti delatum, ſecus ſi erat delatum.

60 Reprobatur huiuſmodi diſtinctio inter Ius delatum, & deferendum, & num. ſeqq.

61 Nonnulli ampliant, etiam ſi huic lucro fuerit expreſsè per Mulierem renunciatum; cum niſi ſpecificè certioretur de beneficio d. d. leg. fœminæ, renunciatio huiuſmodi lucrum non comprehendat, quamuis fuiſſet delatum.

62 Filia, ſi poſt tranſitum Matris ad ſecundas nuptias renunciauerit bonis omnibus Paternis, Maternisque, non ideò videri debet renunciaſſe Dominio ſibi quæſito in bonis, quorum proprietatem iam amiſerat Mater, & de ratione.

63 Diſtinctio inter lucrum delatum, & deferendum poſſet fortaſsè admitti, quoties filia tempore renunciationis non ignoraret Ius ſibi à lege delatum ſuper lucro.

64 Nemo præſumitur renunciaſſe Iuri, quod ſibi competere ignorat.

65 Adeò ut, neque etiam renunciatio iurata ad ignorata ſit trahenda.

66 Conſenſus filiorum ſecundis nuptijs Parentum remittit pœnas, etiam concernentes filiorum fauorem.

Intellige vt num. ſeqq.

67 Expreſſus conſenſus filiorum ſecundis nuptijs Parentum non ſufficit, niſi ſpecificè fuerit renunciatum beneficio ex diſpoſitione dictæ leg. fœminæ delato, prout opus eſt, ad remiſſionem pœnæ.

68 Tacitus conſenſus filiorum ſecundis nuptijs parentum non ſufficit, dum agitur de præiudicio notabili, & de renunciatione Iuris certi in Iure ſcripti.

69 Non deducitur ex cohabitatione cum Patre, & Nouerca.

70 Neque ex præſentia, & taciturnitate.

Reprobatur contraria ſententia.

71 Idque, etiam ſi filij fuerint auctores ſecundi matrimonij.

72 Conſenſus filiorum non deducitur, ex quo læto animo, et gaudentes interuenerint ſecundis nuptijs.

73 Filij præſumuntur tacitè ſecundis nuptijs parentum conſenſiſſe, potiùs ob metum reuerentialem, quàm, quod verè ſecundis nuptijs conſenſum præſtare voluerint.

74 Filij obſequium, & reuerentiam cum patri præſtare teneantur, non videtur, poſſe elici conſenſum ex huiuſmodi taciturnitate.

Erubeſcit lex caſtigatores filios Genitoribus ſtatuere.

75 Stant ſimul, quòd filius officiosè conſentiat ſecundis nuptijs Parentis ratione reuerentiæ, & nihilominus legis beneficium retineat ob tranſitum Patris ad ſecunda vota.

76 Filij, quoties tempore ſecundarum nuptiarum ſunt infantes, vel minores, dicuntur inhabiles ad conſentiendum ſiue tacitè per cohabitationem, ſiue expreſsè.

77 Diſpoſitio d. leg. fœminæ an procedat, tàm in ſucceſſione mediata, quàm immediata eſt quæſtio admodùm controuerſa, nonnullis affirmantibus procedere, etiam in ſucceſſione mediata.

78 Receptior tamen eſt opinio contraria, vt non procedat in ſucceſſione mediata, illamque ſequitur Rota.

79 Dictio, Ex, denotat cauſam proximam, & immediatam.

80 Leges priuantes parentes binubos ſucceſſione bonorum prouenientium à priori coniugio, ſunt penales, & odioſæ ideòque reſtringendæ.

81 Huiuſmodi poſteriorem ſententiam ſolum procedere, vbi agitur de medio collaterali, ſecus de medio directo nonnulli affirmant.

82 Hanc diſtinctionem inter medium tranſuerſum, & directum non ſuſtineri oſtenditur.

83 In terminis dictæ legis fœmina, an ſit habenda ratio de filijs primi matrimonij, qui eſſent Religioſi profeſſi, remiſſiuè.

84 Proprietas per Parentem binubum filijs prioris matrimonij reſeruanda, capit etiam legiti-

mam

Digitized by Google

mam, quoties ſupereſt filia ex priori matrimonio.

85 *Idque locum habet, ſiue ſecundæ nuptiæ præcedât, ſiue ſubſequantur mortem, & ſucceſſionem filiorum primi matrimonij.*

86 *Licet cōtrarium ſit aſſerendum in bonis aliundè, quàm ex ſubſtantia primi Viri, ſiue Mulieris quæſitis, in quibus parenti binubo debetur ſucceſſio, atque adeò legitima pleno Iure.*

Expenditur text. in §. cum igitur, auth. de non eligen. ſecund. nuben. *per quem corrigitur diſpoſitio dictæ* leg. fęminæ, Cod. de ſecund. nupt.

87 *Idque, ſiue filius deceſſerit inteſtatus, ſiue cum teſtamento; itaut ſi in eo minus legitima matri, vel patri reliquerit, agere parentibus liceat ad legitimæ ſupplementum.*

88 *Quod procedit, etiamſi in teſtamento filius prohibuiſſet parenti ne plus peteret, & de ratione.*

Affertur intellectus text. in §. cum igitur, & in §. hinc nos, Authent. de non eligend. ſecund. nuben.

89 *Parenti binubo, an debeatur legitima, ſiue eius ſupplementum, quoties minus legitima fuerit relictum, inſtituto penitus extraneo, eſt quæſtio admodum controuerſa.*

90 *Affertur ſententia affirmans, legitimam ſiue eius ſupplementum parentibus binubis nullatenus deberi, cum reputari omnino debeant, tamquàm extranei.*

91 *Altera verò ſententia ſubſtinet, legitimam, ſiue eius ſupplementum deberi Parentibus binubis, & hanc eſſe veriorem, magiſque receptam oſtenditur.*

92 *Reſpondetur præcipuo fundamento contrariæ ſententię, innixo diſpoſitioni* textus in §. hinc nos, authent. de nupt. *eiuſque intellectus traditur.*

93 *Filij diſpoſitio. inſtituto extraneo, & excluſis parentibus binubis, poteſt procedere in bonis profectitijs, in quibus lex punit iniuriam filio illatam.*

Idèoque Parentes binubi excluſi à plena ſucceſſione inteſtati, licèt agniti in teſtamento filij, non poſſunt capere, niſi, quod eis filius reliquit, quia cenſentur agniti, vt quilibet extraneus.

C A P V T LV.

AGGREDIENDO diſputationem pri-
1 mi articuli, an, ſcilicet, ob renun-
ciationem factam à filia, ob dotem
à Patre receptā pro omni, & toto eo,
quod quouis modo poſſet prætendere, tàm
in bonis paternis, quàm maternis, & fraternis,
intelligatur compræhenſa excluſio,
etiam à Iure ſuperueniente ſuccedendi fratri
ab inteſtato: Pro excluſione à ſucceſſione
ab inteſtato fratris prædefuncti, plura videntur
vrgere contra filiam, & ſororem reſpectiuè
renunciantem, inter quæ illud potiſſimùm
videtur animaduerſione dignum;
1 quòd, cum renunciatio fuerit facta per filiā
contemplatione dotis congruæ à Patre receptæ,
diiudicanda ſit omninò realis, *Bald. in
l. pactum, col. 2. verſ. ſecundò quæro, Cod. de
collation. Soccin. conſ. 34. vol. 4. Pariſ. conſil.
69. num. 65. in fin. lib. 3. Alex. conſ. 149. nu. 7.
lib. 7. Giouagn. conſ. 91. num. 20. lib. 1. Minad.
conſ. 22. num. 4. & ſeq. Rouit. conſ. 43. num. 9.
lib. 1. Fab. de Anna conſ. 45. num. 55. lib. 1. Peregrin.
de fideicomm. art. 52. num. 74. propè fin.
verſ. item realis renunciatio, Bottiller. de
ſucceſſ. ab inteſt. tit. de renunciat. ſucceſſ. Theorem.
49. num. 5. Merlin. controu. 5. num. 2. &
ſeq. lib. 1. Conciol. allegat. 31. num. 10.* Hæc enim
renunciatio ex dote habita, cum non
2 dicatur ſimpliciter facta; ſed qualificata
propter portionem receptam: Meritò filia
dotata Ius futurum pro portione habita
vendidiſſe cenſetur, *Dec. in l. pactum, nu. 18.*
3 *C. de collation. & conſ. 181.* & ſuper eodem
Iure tranſegiſſe renunciando totam ſucceſſionem
ad eam pertinentem, *Roman. in leg.
qui ſuperſtitis, ff. de acquir. hæredit.* Caſtan.
conſ. 47. Bellon. *conſ. 15. num. 5. & ſeq.* Bero:
*conſ. 49. num. 38. vol. 1. Peregrin. conſ. 83. nu.
2. lib. 5.*

4 Hinc eſt, vt prohibeatur omninó ſuccedere
cuicumque hæreditati ex quauis cauſa
illi ſucceſſio deferatur, *Iſern. in cap. 1. verſ.
& hoc niſi tit. de eo qui finem fecit agnationi,*
vbi *Liparul. in* verbo *omninò, Menoch. conſ.
323. num. 62.* cum renunciatio realis adeò
5 tollat filiam renunciantem de medio, vt
pro mortua habeatur, *Afflict. in cap. 1. n. 11.
de eo, qui fin. fecit agnat. Alex. conſ. 13. nu. 5.
de Ponte conſ. 40. num. 11. lib. 1. Molpheſ. ad
conſuet. Neapolit. tit. de renunciat. quæſt. 2. nu.
13. & quæſt. 3. num. 17. Merlin. controu. 5. num.
14. lib. 1.* Capyc. *Latr. conſultat. 76. num. 45.
& ſeqq. lib. 2.* & in ſimili Franch. *deciſ.
552. num. 7.*

6 Prout in ſpecialibus terminis, quòd per
renunciationem filiæ factam in bonis fraternis
excludatur à ſucceſſione fratris ab inteſtato
decedentis; atque adeò cenſeatur cauſæ
inteſtati renunciaſſe, *gloſ.* ſingularis *in l.
1. §. ſed videndum, verſ. ſuccedat, ff de ſucceſſ.
7 edic.* quam in ſpecie expendit Rouit. *conſ. 44.
num. 8. & ſeq. lib. 1.* qui ſubdit per huiuſmodi
renunciationem, adeò cenſeri excluſam
ſororem renunciantem à ſucceſſione fratris
ab inteſtato defuncti, perindè, ac ſi non eſſet
in rerum natura, Merlin. *controu. 5. num.
10. & ſeqq. verſ. & quidem ratio eſt, lib. 1.
Ioan. Andr. de Georg. allegat. 23. nu. 2. Afflic.
dec. 161. n. 3.* ibiq; *Vrſill. eodem n. & ſeq. Dunozett.
Iun. deciſ. 641. n. 16.* idemque ſit, ac ſi
8 renúciaſſet ſucceſſioni, vndè Agnati, & vnde
Cognati, *Afflict. in cap. 1. num. 10. de eo, qui
finem fecit agnat. Menoch. conſ. 401. nu. 104.*
Rouit. *conſ. 42. ſub num. 12. verſ. quarta clauſula,
& conſ. 43. nu. 3. lib. 1.* Capyc. Latr. *conſult.
77. num. 32. lib. 2.*

Signāter, quia renúciatio legitur facta per
pactum de non petendo; quo caſu tollitur

Ius de futuro, Merlin. d. contron. 5. nu. 12. Imò, & ſi ſimpliciter fuerit facta inter partes pręſentes, & acceptãtes, virtualiter includit vim pacti obligatarij de non petendo in futurũ, l. 1. C. de pact. ibique Gloſ. Bart. in d. l. 1. verſ. vlteriùs ad iſtud oppono; ibique Salicet. Cyn. Alex. Caſtr. Zuccard. & Cagnol. quos appoſitiſſimè recenſet, & ſequitur Surd. conſ. 399. num. 3. & ſeq. lib. 3. Rouit. conſ. 42. num. 13. lib. 1. Tiraq. de retract. ligniag. §. 1. gloſ 9. nu. 126. Napodan. in Conſuet. ſi quis, vel ſi quæ, num. 196. verſ. item quæritur, Merlin. d. contr. 5. num. 12 lib. 1. Multòque magis, ſtante acceptilatione, & Aquiliana ſtipulatione, ex quibus omnibus remanet excluſa, & in totum dicitur ſublata ſpes ſuccedendi; adeò vt non poſſit ampliùs reuiuiſcere, Ant. de Alex in addit. ad Napodan. ad ſupradictam conſuetudinem, fol. 81. litt. E. Mart. de ſucceſſ. legal. tom. 2. qu. 21. art. 14 num. 101. part. 4. Caucer. lib. 3. var. cap. 15. num. 1. Merlin. d. contron. 5. num. 13. lib. 1.

9 Prædictis omnibus accedat generalitas renũciationis pro omni eo, quòd quouis modo prætendere poſſet ſuper bonis fraternis, quę, vtpotè verba futuri temporis, ſunt apta compræhendere quamcumque futuram ſucceſſionem ab inteſtato. Dec. in l. 1. nu. 32. verſ. ſed dubium, Cod. de pact. ibique Bologn. num. 86. ad fin. verſ. ſed ſi eſt, Pariſ. conſ. 26. num. 44. & duob. ſeqq. & conſ. 69. num 68. lib. 3. Menoch. conſ. 335. num. 22. & 25. Rot. in rec. deciſ. 714. num. 6. par. 2. & dec. 543. n. 4 part. 5. tom. 2.

10 Quæ omnia fortiùs videntur vrgere; cum renunciatio facta à ſorore omni Iuri, quòd prætendere poſſet in bonis fraternis, non poſſit in alio verificari, quàm in Iure ſuccedendi eidem fratri ab inteſtato, ergo pernecesſè ſucceſſioni ab inteſtato, in caſu obitus fratris ſine liberis, dicendum fuiſſe renunciatum; cum enim frater potuerit ad libitum, tàm inter viuos, quàm ex teſtamento de bonis proprijs diſponere in præiudicium ſororis, eſt præſumendum, non ad alium finem, ab eadem ſorore renunciationẽ recepiſſe; niſi, vt ipſam excluderet à Iure ſuccedendi ab inteſtato eidem fratri ſine liberis decedenti; prout in ſpecie ratiocinatur Rouit. d. conſ. 44. num. 10. verſ. nec renunciatio cum duob. ſeqq lib. 1. Cutell. de donat. contemplat. matrim. tom. 1. in fine operis, num. 127. verſ. quibus, & hanc rationem, quòd renũciatio non poſſit in alio verificari, tetigit poſt Bart. in l. qui Romæ, §. duo fratres nu. 19. verſ. nunc ad propoſitum ff. de verbor. obligat. Rot. in rec. d. deciſ. 714. num. 1. in fine part. 2.

Vlteriùs, hæc omnia eò magis ſibi locum vindicant, attenta voluntate patris, ad cuius etiam fauorem fuit à filia facta renunciatio, cuius mentem eam fuiſſe Iura præſumunt; Vel, ut liberè de bonis frater-
11 nis renunciatis poſſit diſponere, proprium augendo patrimonium ex filiæ excluſione, atque adeò uberior ſit portio maſculorum, quos magis pręſumitur diligere, Crot. in l. ſtipulatio hoc modo concepta, col. 12. ff. de verbor. obligat. Couarr. in cap quamuis pactum 2. 3. part. relect. §. 3. num. 4. verſ. nonò idem de pact. in 6. Paſchal. de patr. poteſt. part. 3. cap. 7 num. 50. Alex. conſil. 149. lib. 7. Caſtrenſ. conſ. 252. lib. 2. Aym. conſ. 41. n. 1. Bald. conſ. 439. nu 1. circa med. verſ. non eſſe, lib. 1. Gabr. conſ. 135. num. 25. & ſeqq. lib. 2. Carol. Anton. Put. conſ. vnic. poſt conſ. Odd num. 6. & 7. Aretin. conſ. 17 num. 10. Aldobrand. conſ. 26. num. 149. lib. 1. Pariſ. conſ 69 num. 49. lib. 3 Anna ſingul. 440. Molpheſ. ad conſuet. Neapolit. tom. 1 tit. de renunciat. qu. 13. num. 3. & quæſt. 17. num. 2. Cancer. var. part. 3. cap. 15. de renunciat. num. 24. verſ. patris autem, Montan. controuerſ. 10. num. 20. Maſtrill. deciſion 65. num. 15. & ſeq. Marcian. Iun. diſput. 8. num. 20 lib. 1. Capyc. Latr. deciſ. 3. num. 6. & ſequ. Ant. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 3. de pact. defin. 22. verſ. quid ſi Pater Ludouiſ. deciſ. 85. nu 1. & ſeq. ubi, præcipuè, quando ſtipulatur renunciationem pro ſe, & hæredibus, Card. Otthobon. deciſ. 10. num. 4.

Vel, ut conſultum eſſet nouæ proli, quàm fortè ſuſceperat, uel ſuſcipere ſperabat ex ſecundis nuptijs, Napodan. in conſuet. ſi moriatur, uerbo ipſi ſucceſſ. ibique Capyc. Cancer. part. 3. var. cap. 15. num. 24. verſ. patris autem Aretin. conſ. 17. num. 10. Couar. in d. 3. par. relect. §. 3. ſub num. 3 Put. d. conſ. vnic. num. 6. & ſeq. Marcian. Iun. d. diſput. 8 nu. 20. lib. 1. quod ex eo potiſſimùm conuincitur, cum fuerit facta renunciatio fauore fratrum, & tamen tempore renunciationis extabat ſolus Ioannes Baptiſta frater utrinque coniunctus renunciantis.

12 Vel, ut proſpiceret agnationi pro conſeruatione bonorum in familia, prout aduertit Carol. Ant. Put. d. conſ. vnico poſt conſ. Oddi num. 6. Pariſ. conſ. 26. num. 27. cum ſeq. & conſ. 69. num. 49. & ſeqq. lib. 3. Gabr. conſ. 135. num. 25. & ſeqq lib. 2. Menoch. conſ. 6. n. 9. & ſeqq. Cancer. lib. 3. cap. 15. de renunciat. num. 24. verſ. Patris autem, & num. ſeq. Montan. d. contron. 10. num. 20. Marcian. Iunior. diſput. 8. num. 20. tom. 1. & admittit Card. Otthobon. d. deciſ. 10. num. 4. Cum huiuſmodi
13 renunciationes, & quietationes reſpiciant Patris utilitatem, Corn. conſ. 95. poſt num. 4. lib. 4. Conar. in cap. quamuis in 3 part. in init. in verſ. tertius eſt caſus de pactis in 6. & Pater in eis agat de ſua ſucceſſione amplianda Bald. conſ. 439. num. 1. verſ. nam iſte tractat, lib. 1. Ludouiſ. dec. 85. num. 1. & ſeqq. cum alijs proximè allegatis, & procurentur à parentibus, ne filiæ renunciantes ſuccede-

re

Digitized by Google

24 re ualeant, Molpheſ. ad Conſuet. Neapolit.
tit. de renunciat. q. 1. nu. 23. alijſque allegatis,
Capye. latr. conſult. 76. num. 47. lib. 2.
Poſtremò magnam uim ad prædictorum
confirmationem facere videtur dictio, etiam
ibi i fraternis etiam defunctis, quæ cum de
25 ſui natura ſit ampliatiua, exprimatque ca-
ſum magis dubitabilem implicans minus
dubitabilem, l. etiam, ff. ſolut. matrim. l. etiam,
ff. de verbor. ſignific. Bald. conſ. 209. num. 2. &
9. lib. 3. Geminian. conſ. 125. num. 10. Decius
conſ. 466. num. 16. et 543. num. 17. in fin. Alex.
conſ. 116. num. 146. Bero. conſ. 57. num. 4. &
ſeqq. lib. 3. Rot. poſt Zacchiam de obligat. Ca-
mer. deciſ. 138. num. 8. apertè demonſtrat,
fuiſſe renunciatum á filia, etiam ſucceſſio-
26 ni fratrum ab inteſtato, cum faciliùs de-
tur renunciatio Iuris quærendi, quàm quę-
ſiti, pro vt admonet poſt Bald. in l. illud, nu.
11. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Rot. in rec. dec. 206.
num. 34. part. 6.
Huiuſmodi verò rationes, licet primo,
intuitu vrgentiſſimæ videantur ad excludē-
dā ſororē á ſucceſſione fratris, ab inteſtato
defuncti ad fauorem patris; Nihilominus
pro ueritate conſultus exiſtimo, Ius omninò
pro filia, & ſorore reſpectiuè aſsiſtere; cum
nullo modo dici poſsit, ſub generali quieta-
tione, ſiuè renunciatione comprehenſa ex-
cluſio à Iure ſuccedendi fratri ab inteſtato,
uná cum Patre in terminis authentica de-
functo, Cod. ad Tertullian. Tum, inſpectis
uerbis ipſius quietationis, quám etiam men-
te ipſiuſmet renunciantis, quód, ut liqui-
dò appareat, perneceſsè exiſtimo nonnulla
in facto præmittenda.
Primò, nos uerſari in ſimplici quietatio-
ne, cum nullum uerbum prorſùs legatur de
renunciatione, diligenter inſpecto toto
tenore Inſtrumenti.
Secundò, tempore dictæ quietationis fi-
liam iam habuiſſe formatum, & in eſſe de-
ductum Ius, tàm ſuper bonis Paternis pro
conſequutione dotis, iuxtà uulgata Iuris
principia, quàm ſuper maternis, & frater-
nis pro portionibus ad eamdem ſpectanti-
bus, ex matre, & fratre prædefunctis.
His igitur præmiſsis, tamquàm euidentia-
libus, quietatio facta á filia pro omni eo,
quod quouis modo poſſet prætendere ſuper
bonis Paternis, maternis, & fraternis nul-
lo prorsùs Iure eſt apta cōprehendere exclu-
ſionē à ſucceſsione ab inteſtato fratris præ-
defuncti ex pluribus ſolidiſsimis Iuris cōclu-
27 ſionibus, inter quas illa in primis nobis
ſe offert, quòd quælibet quietatio, ſi-
uè renunciatio pro omni eo, quòd prę-
tendi poſſet quouis modo, intelligi debeat ex
cauſa de præterito, vel præſenti; non autē de
futuro, iuxta celebrem doctrinam Bart. com-
muni Doctorum ſenſu receptam, in l. qui Ro-
ma, §. duo fratres, num. 19. ibique Bald. n. 24.
Rip. ſub num. 46. verſ. quartò ampliatur, & nu.
ſeq. Bologn. num. 110. in quinta ampliatione,
ff. de verbor. obligat. et in l. poſt emancipatio-
pationem, ff. de liberat. legat. quam ſequuntur
Dec. conſil. 379. num. 11. verſic. præterea illa
renunciatio, & conſ. 27. num. 2. et ſeq. Pariſ.
conſil. 95. num. 33. lib. 3. Surd cōſ. 113. num 33.
et ſeqq. conſ. 308. num. 29. et ſeq. et conſ 418.
num. 23. et ſeq. Menoch. conſ. 749 per tot. Gabr.
conſ. 89. num. 8. & ſeqq. lib. 1. Burſatt. conſ. 67.
per tot. Cancer. var. lib. 3. cap. 15. num. 133.
Add. ad Ludouiſ. dec. 265. num. 6. Oſaſch. deciſ.
91. num. 1015. Boer. deciſ. 147. num. 12. &
ſeq. Card. Caualer. dec. 340. num. 5. & ſeq. Rot.
in rec. dec. 624. num. 2. part. 2. & deciſ. 549. nu.
3. part. 1. Buratt. dec. 281. n. 5.
18 Quæ concluſio procedit, etiam ſi in quie-
tatione, ſeu renunciatione eſſet renunciatū
Iuri, quod quis habere poſſet in futurum,
quia renunciatio, etiam Iuris futuri, eſt in-
telligenda de Iure futuro ex cauſa tamen de
præſenti; non autem extenditur ad Ius futu-
rum ex cauſa de futuro non habente ſpem
de præſenti, vt per text. in cap. cum inter de
renunciation. tradunt Bart. in dict. l. qui Roma,
§. duo fratres, ſub num. 19. verſ. item importat,
& intelliguntur, ff. de verbor. obligat. ibique
Iaſ. num. 69. & in l. quod ſeruius, num. 4. ff. de
condit. cauſ. dat. & in l. qui cum Tutoribus 9. in
princ. num. 1. ubi etiam Iaſ. num. 2. & 3. ff. de
tranſact. idem Bart. in l. 1. num. 3. verſic. quan-
doque eſt aliquid, Iaſ. num. 17. verſ. in tertio
membro, Dec. num. 32. Rip. num. 26. C. de pact.
Soccin. in l. 1. § veteres, num. 3. in fin. ff. de acq.
hæred. Alex. conſ. 21. num. 4. lib. 5. Dec. conſil.
369. num. 11. Burſatt. conſ. 347. num. 19 & ſeq.
Rimin. Iun. conſ. 72. num. 112. Corn. conſ. 180.
n. 2. & 3. lib. 2. Curt. Iun. conſ. 101. n. 7. Aldo-
brand. conſ. 66. num. 2. Surd. conſ. 15. num. 28.
& conſ. 267. num. 5. & 36. & conſ. 133. nu. 29.
& conſ. 418. num. 24. Menoch. conſ. 27. nu. 47.
& conſ. 749. num. 11. & ſeq. Molfeſ. ad Con-
ſuetud. Neapol. de renunciat. quæſt. 1. num. 34.
Muta ad Conſuet. Pauormit. cap. 44. num. 20.
Cancer. var. lib. 2. cap. 15. num. 133. Anna ſin-
gulari 439. Corbul. de Iur. emphyt. tit. de cauſ.
priuat. ob renunciationem à num. 18. vſque ad
26. Peregrin. de fideic. art. 52. num. 35. Cyriac.
contron. 292. num. 8. Marcian. Iun. diſput 14.
num. 30. lib. 1. Add. ad Ludouiſ. dec. 265. nu. 6.
Roſa conſultat. 7. num. 69. & eſſe communem
concluſionem teſtantur Franch. dec. 181. nu.
4. Boer. deciſ. 147. num. 13. Oſaſch. dec. 91. num.
10. Rot. in recent. dec. 549. num. 3. part. 1. quæ
in ſpecie loquitur de generali quietatione,
& dec. 543. num. 27. part. 5. tom. 2. Quidquid
in contrarium ſit aſſerendum, quoties verbis
nimis effrenatis renunciatio eſt generaliter

facta omnium Iurium quomodocunque,
qualitercumque,& ex quacumque cauſa,quę
competere poſſint, in quibus terminis lo-
quuntur Pancirol.conſ.62. num.8. Port.Imol.
conſ.142.num 45. & ſeq. Menoch.conſ.401.
num.119.Mandell.conſ.11. num.17. Add.ad
Buratt.deciſ.310.num.9. Rot.in Peruſina hæ-
reditatis 7.Feb. 1628. coram Cardin.Virili
impreſſ.poſt Gilian ad Statut.Peruſin. dec.95.
19 Cumque Ius ſuccedendi ab inteſtato fra-
tri viuenti ſit Ius futurum ex cauſa omninó
de futuro, ſine vlla ſpe probabili de præſen-
ti nullo Iuris fomite munitum, Bart. in dict.
§.duo fratres, in 6.quæſt. num.19 Soccin.in
dict.l.1.§.veteres,ſub num.3 ff.de acquir. poſ-
ſeſſ.Corn.conſ.180. ſub nu.2. lib.2. Caſtr.conſ.
394.in fin.lib.1.Cephal.conſ.526. num 68. &
75. lib.4. Peregrin. de fideicomm.art.23. ſub
num.52.Cyriac.dict.controu.292. num.9. Vil-
lagut.dec.13.num.11.& ſeq. Rot.in rec.deciſ.
543.num.22.p.5.tom.2.
Hinc reſultat, vt ſub generali quietatio-
ne, ſiue renunciatione nullo modo Ius ſuc-
20 cedendi ab inteſtato poſſit dici comprehē-
ſum, vt in ſpecie Bart. in dict. l.qui Romæ, §.
duo fratres,num.19.verſ.& iſta, ff.de verbor.
obligat. qui loquitur de generali remiſſione,
quæ idem eſt, acquietantia, Dec. conſ.379.
nu.11.verſ.præterea illa renunciatio, Cyriac.
qui in terminis agit de generali quietatio-
ne, dict. contron.292. num.8. & ſeq. Capyc.
dec.249.num.17.verſ.& ideò, Villagut.dict.
deciſ.13. num.11. & ſeq. egregiè Rot in rec.
dict.deciſ.543. num.22. & 28. part.5. tom.2.
quæ in terminis terminantibus loquitur de
ſucceſſione ſororis ab inteſtato in bonis fra-
tris, non obſtante generaliſſima renuncia-
tione.
21 Pro qua receptiſſima concluſione robo-
randa,conferr ſingularis text.in l.Paulo Cal-
limaco 27.§.Pompeius Hermippus, ff.de legat.
3.ibi: Placuit humaniùs interpretari ea ſola,
quę, viuente fratre,acceptura erat, adempta
videri; non etiam, quæ poſt mortem eius relin-
queret,ſi ſine liberis decederet, quem text.op-
timè extendit ad renunciationem Roman.
conſ.472. incipien.in eo, & benè Loffred.in
Paraſr.ad Iſern.in cap.1.de natur.ſucceſſ.feud.
col.3.verſ.præterea fol.48. Marcian.Inn.dict.
diſput.14.num.31.lib.1.
22 Quæ omnia, ſi abſque controuerſia pro-
cedunt in renunciatione, etiam generaliſſi-
mis verbis concepta, quantò fortiùs in re
noſtra; cum non agatur de renunciatione,
ſed potiùs de ſimplici, abſolutaque quietan-
tia, ſeu liberatione, quæ quamuis generaliſ-
ſima, intelligenda eſt de Iuribus tempore
quietationis competentibus; non autem de
futuris, Alex.in dict.l.qui Romæ, § duo fra-
tres,ff.de verbor.oblig.Beron.conſ.130.Ruin.
conſ.13.num 9.lib.3.& faciunt egregiè nota-
ta per Riminald. Iuniorem conſ.491.num.10.
& ſeqq lib.5.
23 Neque poteſt dici, inſpecta mente ipſius
renunciantis, fuiſſe renunciatum ſucceſſioni
fratris ab inteſtato decedentis, cum cogita-
re non potuerit, fratrem ſuum ante patrem
moriturum, turbato ordine naturæ, prout
rectè animaduertit Menoch.conſ.6.num.5. in
fine.
24 Vlteriùs poſſer ſubſtineri, ſororem re-
nunciaſſe bonis fraternis intuitu, & contem-
platione fratris vtrinque coniuncti; non au-
tem conſanguineorum, vt in ſpecie firmant
Dec.conſ.396.lib.3.Franc.Aretin.conſ.90.Ro-
lan.conſ.26.num.34.lib.3. Cardin.Tuſc. lit.R.
concluſ.181.num.16.& 49. Cancer.lib.3. var.
tit.de renunciat.cap.15.ſub num.43 verſ.quod
procedit, latè Molin. reſpondens contrarijs,
de rit.nupt.lib.3.quęſt.85. perbellè Aluarad.
de coniect.ment.defunct.lib.2.cap.3.§.2.num.
6.Anton.Gomez.ad leg.22.Taur.num.11.Gut-
tierez in cap.quamuis pactum.num 62.de pact.
in 6. Io.Anton. de Nigris ad Capit. Regn. mu-
lier dotarium, n.56. verſ. contrariam opinio-
nem, dicens hanc eſſe magis æquam ſenten-
tiam, Io:Vincent.de Anna ſingul.440.optimè,
& latè Merlin. controu.32. per tot. lib.1. ſi-
gnanter num.29. & ſeq. verſ.ſit proinde con-
cluſio,vbi poſt Molin.loco proximè laudato,
num.30.& duob. ſeqq. quòd concluſio pro-
cedat, tàm ſi filia renunciauerit poſt trāſitū
patris ad ſecunda vota, quám etiam ſi ante,
Hodiern.controu.7.num.38.in fin.& latiùs in
l.hac edictali, quæſt.11. num.13. 14. & 20.
Molpheſ.ad Conſuet.Neapolit.tit.de renunciat.
quæſt.2 num.8. Pappon.lib 16. tit.4. arreſt.15.
tit.de filiab. quæ nub. optimè Boer.deciſ.184.
num.2.& 4. qui rectè eam afferr rationem,
ne pater ditet filios ſecundi matrimonij ex
bonis filiorum primi; cumque iuxta ordi-
nem affectionis regulanda ſit renunciatio.
Pariſ.conſ.51.num.21.l.2 Soccin.Inn.conſ.71.
num.21. lib.1. alijque congeſti per Menoch.
lib.4.præſumpt.16 in tertia coniectura, Mart.
de ſucceſſ.legal.part.4.quæſt.10.art.1.num.2.
& ſeq.Alciat.de præſumpt.regul.1.præſumpt.
20.Hodiern.controu.7.num.13.& in l.hac edi-
ctali, quæſt.11.nu.19.& duob.ſeqq. vbi alios
25 refert, præſumendum,renunciantem magis
dilexiſſe fratres utrinque coniunctos, quàm
conſanguineos, Merlin.dict.controu.32. num.
14.et ſeq. et num.25. lib.1. Hodiern.in l.hac
edictali, dict.quæſt.11.num.38.
Quod procedit, etiam ſi renunciatio ſit
facta Patri acceptanti pro ſe, & hæredibus;
26 licet enim hoc modo ſit concepta ſtipula-
tio; nihilominus ſi extant fratres vtrinque
coniuncti, qui cenſentur magis dilecti, ex
coniecturata mente ſororis renunciantis
præſumitur illorum contemplatione facta
renunciatio,& non aliorum hæredum,benè,
plu-

pluribus allegatis, *Hodiern, in l.hac edictali,*
quæſt. 11.*num.*38.*Merlin.d.controu.*32.*per tot.*
*lib.*1. ſolùmque contraria ſententia *Bald.in*
*l.pactum.quæſt.*8.*n.*6.*C.de collat.Caſtr. in l.*1.
*§.inde Neratius, ff.ad Trebell.Surd.conſ.*244.
*num.*12. aſſerentium,renunciationem in du-
bio per ſororem præſumi factam contem-
platione omnium fratrum,non tãtùm vtrin-
que coniunctorum,poteſt admitti, quoties
non ſimpliciter de filijs, & hæredibus eſt fa-
cta mentio in renunciatione; ſed vlteriùs eſt
addita dictio vniuerſalis,vtpotè *omnibus, &*
quibuſcumque, pront poſt *Merlin. d.quæſt.*
85.*num.*59.*et ſeq.*aduertit *Merlin.d.contr.*32.
*num.*33.*et ſeq lib.*1.

27 Hinc eſt,vt,deficientibus fratribus utrin-
que coniunctis, renunciatio ſorori non ob-
ſtet, *Bald. conſ.*437. *num.*2. *lib.*1. *Bertrand.*
*conſ.*32.*lib.*3.*et conſ.*74.*lib.*5.*Piſanell.ad Con-*
ſuetud.Neapol.ſi quis,vel ſi qua,fol 130.*Can-*
*cer. lib.*3. *var. cap.*15. *de renunciat. num.*28.
Tell.*Fernand.in l.*6.Tauri.*gloſ.*1.*nu.*45.*Mart.*
*de ſucceſſ.legal.part.*1. *quæſt.*14.*num.*15. *in*
*fin.Hodiern.in dict. l.hac edictali, quæſt.*11.
*num.*18. *et ſeqq. Vrſill.ad Afflict. deciſ.*161
*num.*5.*Capyc.dec.*119.

Sed de hoc motiuo poſſet fortaſsè dubi-
tari duplici ratione; altera Iuris, altera
ueró facti.

28 Ex ratione Iuris, cum poſsit ex aduerſo
obijci, concluſionem proximè firmatam
procedere, quoties renunciatio fuiſſet facta
ad fauorem fratris tantùm; ſed cum in ſpe-
cie, de qua agitur, fuerit facta renunciatio
nedùm ad beneficium fratrum; ſed etiam
Patris;hinc eſt, ut doctrinæ prædictæ potiùs
poſſent retorqueri, cum adhuc exiſtat Pa-
ter renunciatarius; atque adeò perſona in
renunciatione contemplata, quæ ualeat ex-
cludere renunciantem.

29 Sed poſſet reſponderi, Doctores maxi-
mæ auctoritatis firmare concluſionem,
et iam ſi renunciatio ſit facta fauore Patris,
ob dotem receptam, cum adhuc tali caſu
præſumatur facta contemplatione fratrum
utrinque coniunctorum; atquè adeò, illis
patri præmorientibus,renunciatio filiæ non
obſtet,quominus fratribus ab inteſtato ſuc-
cedere ualeat,ita in terminis Tell.*Fernand.*
ſummæ auctoritatis Auctor, uidendus ad
*l.*Tauri *in l.*6.*gloſ.*1.*num.*45. qui loquitur de
renunciatione facta fauore Patris ob dotem
ab eo receptam,*Merlin.d.controu.*32.*num.*28
*verſ.ſit proindè concluſio lib.*1. qui generali-
30 ter firmat concluſionem, ſiue renunciatio
fraternæ hæreditatis ſit facta Patri pro ſe,
& filijs tantummodò, ſiue etiam pro ſe, &
heredibus,ut adhuc,fratribus utrinque con-
iunctis deficientibus,ſoror renuncians ad il-
lorum ſucceſsionem ab inteſtato admitti de-
beat; idque procedat, etiam ſi filia renun-
ciauit poſt tranſitum Patris ad ſecunda uo-
ta; idemque aſſerit *Boer.deciſ.*184. in ſpecie
renunciationis factæ à filia fauore Patris,
*Cancer.lib.*3.*var.cap.*15.*de renunciat.nu.*43.
31 qui loquitur de renunciatione facta in ma-
nibus Patris, ſubdens, re uera non fauore
patris; ſed cæterorum fratrum factam in-
telligi,

Et quamuis idem *Cancer.* loquatur de
renunciatione in manibus Patris, quæ uide-
tur differre ab illa facta ad fauorem, & be-
neficium Patris; cum in primo caſu pater
non concurrat, niſi Inſtrumentaliter reci-
piendo pro filijs; Nihilominus, tùm ratio
per *Cancer.* expreſſa, tùm etiam Doctores,
ſuperiùs allegati loquuntur in ſpecie renun-
ciationis factæ ad beneficium, & fauorem
Patris, & in eiſdem terminis renunciationis
factæ Patri pro ſe, & hæredibus, loquitur
*Hodierna in d.l.hac edictali, quæſt.*11. *num.*
38. Ideòque, hoc motiuum fortè poſſet ſub-
ſtineri, ſaltem ad eliciendum, ſororis re-
nunciantis voluntatem fuiſſe omninò alie-
nam ab excluſione ſucceſſionis fratris utrin-
que coniuncti.

Sed remanet aliud motiuum facti, cui uſ-
32 que adhuc non uideo congruam poſſe dari
reſponſionem; cum renunciatio legatur fa-
cta ad fauorẽ fratrum in numero plurali,&
tamẽ eiuſdem renunciationis tẽpore nõ ex-
tabat, niſi ſolus Ioannes Baptiſta frater
utrinque coniunctus, undè pernecesſè dici
debet facta renunciatio, etiam ad commo-
dùm fratrum conſanguineorum ex ſecundo
matrimonio; atque adeò non uidentur
poſse procedere concluſiones ſuperiùs
firmatæ, innixæ in præſumptioni Iuris, &
coniecturatæ menti ipſius renunciantis,
quæ ceſſant in claris,iuxta notiſſimas Iuris
regulas.

Motiuum igitur,ſuper quo inſiſtendum,
præcipuum exiſtimo, quòd quietatio pro
omni eo, quod filia prætendere poſſit in
bonis paternis,Mateternis,& fraternis,nul-
lo modo extendatur ad Ius ſucceſſionis ab
inteſtato poſt renũciationem ſuperueniens,
utpotè Ius omninò de futuro, ex ſupra fir-
matis.

Præcipuè, cum uerſemur in ſimplici quie-
tantia,quæ ex ſui natura non refertur ad fu-
tura, ſed tantùm reſpicit Iura præſentia, ſi-
ue præterita,ex ſupra deductis.

33 Et licèt obijci poſſit, idem eſſe quietantiã,
ac reuunciationem,cum re uera iſti duo ter-
mini ab Interpretibus aliquando cõfundan-
tur, ex quo quietantia implicitè continet
tacitam renunciationem.

Nihilominus,quidquid ſit de hoc,admiſſo
etiam ſub dicta quietantia contineri tacitã
renunciationem, adhuc uidetur ſubſiſtere
motiuum, quòd renunciatio tacita non ex-

ten-

34 tendatur ad Ius de futuro, cum non debeat plus operari, quàm expreſſa, iuxtà notata in l.cũ quid, ff. ſi cert. petat. et in ſpecie renunciationis aduertit Franch. dec. 20. nu. 8.

His igitur firmatis, nullatenus aduerſatur, quòd renunciatio facta ob dotem receptam ſit iudicanda realis, atque adeó, quòd perpetuò excludat filiam dotatam renunciantem à quibuſcumq; ſucceſsionibus, etiam ab inteſtato poſtmodùm ſuperuenientibus, ſiquidem multiplex dari poſſet reſponſio.

35 Primò, quòd in dubio renunciatio præſumatur perſonalis, non autem realis, l. Iubemus, Cod. ad Velleian. Bald. in cap. 1. num. 1. de eo, qui fin. fec. agnat. Alex. in l. qui Romæ, §. duo fratres n. 60. ff. de verbor. obligat. Ruin. conſ. 11. num. 10. lib. 1. ubi teſtatur de communi, Berou. conſ. 170. num. 9. lib. 2. Surd. conſ. 544. num. 5. verſ. & in dubio, latè Scrader. de feud. part. 8 cap. 5. num. 27 Gratian. cap. 557. num. 35. Molpheſ ad Conſuet. Neapolit. tit. de renunciat. quæſt. 3. num. 3. & ſeqq. Marcian. Iun. diſp. 8. num. 1. lib. 1. Rot. deciſ. 48. num. 11. poſt Merlin. de legit. Dunozett. Iun. dec. 641.
36 num. 31. Idque etiam ſi fuerit facta recipienti pro ſe, & hæredibus, Surd. d. conſ. 544. n. 4. & ſeq. Molpheſ. d. tit. de renunciat. quæſt. 3. num. 8. Rot. d. deciſ. 48. num. 12. poſt Merlin. de legit. & coram Dunozett Iun. d. deciſ. 641. n. 31. verſ. etiam quando facta fuit.

37 Secundò, in præſenti themate renunciatio uidetur perſonalis; utpotè facta fauore certarum perſonarum, ut egregiè diſtinguendo, contrariaſque ſententias conciliando firmauit Rot. d. deciſ. 48. num. 17. & tribus ſeqq. poſt Merlin. de legit.

38 Tertiò, concluſio, quòd filia dotata ſit omninò excluſa à qualibet ſucceſſione in duplici ſpecie procedit: Vel cum expreſsè renunciauit in actu dotationis ad beneficiũ Patris ſtipulantis pro ſe, & hæredibus quibuſcumque, cuicumque ſucceſſioni, tàm delatæ, quàm deferendæ, etiam ab inteſtato, in quibus terminis procedunt deducta per Molin. de rit. nupt. lib. 3. quæſt. 85. num. 60. & ſeqq. Mareſc. var. cap. 20. num. 7. lib. 2. Cutell. de donat. part. 1. diſc. 3. partic. 6. ſub num. 127. verſ ſin autem renunciatio, & p. 2. diſc. 1. ſpecial. 40. ſub n. 6. verſ. at ſi pater, & n. 7. et ſeqq. Paſchal. de patr. poteſt. part. 3. cap 7. num. 48. & ſeq. Couar. in cap. quamuis pactum, in 3. part. § ſub. num. 4. verſ. ſeptimò ſi pater, Ant. Fab. in eodem lib. 2. tit. 3. deſin. 22. verſ. ſed ſi vt plerumque ſit, Dunozett. Iun. dec. 676. n. 12. Rot. in rec. deciſ. 611. num. 2. & ſeqq. part. 11.

39 Vel, quoties agitur de ſucceſſione dotantis, præcipuè, vbi viget ſtatutum excluſiuũ fœminarum propter maſculos, cumque in re, de qua agimus, nullo modo fuerit renunciatum ſucceſſionibus deferendis; neque adſit ſtipulatio Patris pro ſe, & hæredibus, neq; agatur de ſucceſſione Patris dotantis, meritò Doctores in contrarium adducti, nu. 1. & ſeqq. non aduerſaut r.

40 Accedat ſuperiùs firmatis, vt, cum verſemur in dotatione facta à Patre, quamuis filia renunciauerit bonis paternis, maternis, & fraternis; non ideò excluditur à ſucceſſione fratris ab inteſtato decedentis, prout á ſucceſſione Patris dotantis; Idque ea potiſſimùm ratione, nam hæc renunciatio, non ſubſiſtit, niſi in bonis Paternis, tamquàm facta cum cauſa, dum fuerat ab ipſo Patre, vel de eis bonis dotata, ſecùs in fraternis, tamquàm ſine cauſa, vt fuit ſingularis doctrina Decij conſ. 379. num 10. Marin. in addit. ad conſtit. Regni, vt de ſucceſſionibus Cumia in cap. volentes de ſucceſ. feud. Vrſill. ad Afflict. dec. 161. Cardin. Mant. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 6. num. 18. aſſerens, hanc renunciationem reſtringi debere ad bona Patris, de quibus filia fuit dotata, quia dos fuit cauſa, cur fieret renunciatio, ſubdens ſic in facto reſpondiſſe Aretin. conſ. 161. col. 3. verſ. hoc præmiſſo, Hodiern. ad Surd. deciſ. 176. num. 8. verſ. nam hæc renunciatio.

41 Neque obijciatur, quòd, cum dotatio fuerit facta à Patre pro omni eo, quod quouis modo poſſet prætendere, tàm in bonis proprijs, quàm Maternis, & fraternis, non vindicet ſibi locum præſumptio deſumpta, ex l. fin. Cod. de dotis promiſſ. ex adductis per Fontanell. de pact. nupt. tom. 2. clauſ 5. gloſ. 1. p. 3. num 28. Menoch lib. 3. præſumpt. 15. num. 24. & ſeq. Facchin. controuerſ Iur. lib. 10. cap. 39. Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 19. num. 22. & ſeqq Ioſeph. Ludouic. deciſ. Peruſ. 21. num. 27. & ſeqq. Maſtrill. dec. Sicil. 186. num 7.

42 Nã præter quàm quòd hæc ſentẽtia nõ eſt vllo Iure recipienda, cum grauiſſimi Interpretes illam impugnent, quoties non eſt facta ſpecificatio, quid de proprio & quid de bonis Maternis ſit in dotem traditum, vtpotè repugnantem ſatis apertæ diſpoſitioni dictæ legis fin. Cod. de dotis promiſſione, ibi: vbi autem ex rebus, tàm ſuis, quàm maternis, prout rectè aduertunt Alex. in l. 1. num. 17. ibique Bolognett. ſub n. 108. & 109. ff. ſolut. matrim. Menoch. conſ. 196. n. 55. & lib. 3. præſumpt 15. n. 22 Burſatt. conſ 48. n. 17. et 215. n. 4. Bertazzol. conſ. ciuil. 25 num. 71. Surd. conſ. 192. num. 29. verſ. ex quibus lib. 2. & de aliment tit. 6. quæſt. 8. num. 50. Neuizan. conſ. 16. num. 8. Mareſc. var lib. 2. cap. 131. Sola ad conſtit. Sabaud. tit. de alienat. bonor. minor. gloſ. 2. ſub num. 13. & ſeq. fol. 660. in vltima impreſſione, Merlin. de legit. lib 3. tit. 1. qu. 21. nu. 22, et q. 22. n. 3 Hodier. in l. hac edictali, q. 9. nu. 17 & ſeqq Borgogn. dec. 8. nu. 3. part. 3. Giurb. deciſ. 45. num. 27. in fin. Afflict. deciſ.

Digitized by Google

deciſ. 178.*num.* 13. ubi in ſpecie, quòd diſpo-
ſitio dictæ *leg. fin.* procedat, etiam ſi filia à
Patre dotata renunciauerit bonis Paternis,
& Maternis, *Cyriac. contron.* 90. *num.* 6. *&*
31. ubi, quòd ſi pater non exprimat, quan-
tum de proprio, & quantum de bonis ma-
ternis dare uelit, teneatur tantùm de ſuo, nã
alioquin, ut utar elegãtibus uerbis *Imperato-
ris in d. l. fin. in fin. C. de dot. promiß. ſi effuſo
ſermone ſe iactet in promptum incidat ſui pe-
riculum*; quòd euitari non poterit, niſi ipſe
donans ſpecificet, quid de ſuo, & quid de
bonis maternis dare uelit, *Bologuett. in d. l.* 1.
num. 112. *ff. ſolut. matrim. Burſatt. d. conſ.* 215.
num. 4. *Menoch. d. lib.* 3. *præſumpt.* 15. *num.* 24.
Cyriac. d. controu. 90. *num.* 7. *Borgogniu. dec.*
8. *num.* 30. *part.* 3. adeòut, neque etiam ſit re-
cipienda ſententia affirmans, ut diſpoſitio
d. l. fin. nõ procedat, quãdo fuit expreſſum, ut
fieri deberet dotatio cõputãdo pro omni, &
toto eo; quod poſſet prætendere in bonis pa-
ternis, & maternis, quam tuetur *Barboſ. in*
4. *part. l.* 1. *num.* 157. *& ſeq. verſ. exemplum*,
Alciat. regul. 2. *præſumpt.* 26. *in fin.* Maſcard.
de probat. concluſ. 1150. *num.* 18. *& ſeq. Fac-
chin. controu. Iur. lib.* 10. *cap.* 39. quos meritò
repræhenduut Auctores ſupra laudati *nu-
mer.* 42.

Nos non verſamur precisè in hac queſtio-
ne; ſed ſolùm queritur, an dotatio modo,
quò ſupra facta à Patre, excludat dotatam
à ſucceſſione fratris ab inteſtato prædefun-
cti, & ſubſtinemus non excludere, cum de-
beat reſtringi renunciatio ad bona Patris
dotantis, quoties ex aduerſo in vim datio-
nis contendatur excluſio filiæ à ſucceſsione
fratris ab inteſtato.

Neque meretur attẽdi generalitas verbo-
rum in renunciatione, ibi: *quouis modo*, nã,
ex allegatis, quietatio, ſeù renunciatio,
quamuis generaliſsimis concepta verbis,
non trahitur ad ius de futuro; vtpotè eſt ſuc-
ceſsio ab inteſtato à lege delata poſt ſequu-
tam renunciationem.

43 Ponderatio veró *Rouit. d. conſ.* 44. *num.* 10.
lib. 1. quód, ſcilicet, renunciatio facta á ſo-
rore bonis fraternis non poſsit in alio veri-
ficari, quám in Iure ſuccedendi eidem fratri
ab inteſtato, eſſet magnifacienda, ſi fortaſ-
sè tempore renunciationis ſoror nullum
habuiſſet Ius in bonis fraternis, quòd dici
non poteſt in præſentia, cum illud haberet
ex portione eidem ſorori delata, ob mortẽ
alterius fratris Ioannis Franciſci, & ſuper
hoc Iure cadit quietatio facta in bonis fra-
ternis, quemadmodùm, etiam in Maternis;
ideòque ponderatio *Rouit.* nedum non ob-
ſtat, verùm etiam mirificè retorqueri poteſt,
ex illis receptiſsimis concluſionibus, quòd
44 cum renunciatio ſit ſtricti Iuris, vtpotè o-
dioſa, ſufficit, in aliquo verificari *leg. ſi do-
mus, ff. de ſeruit. vrb. prædior. l. quidquid ad-
ſtringendæ, ff. de verbor. obligat. Surd. conſ.* 46.
num. 22. *Grat. conſ.* 17. *num.* 46. *& conſ.* 66. *nu.*
18. *lib.* 1. *Decian. reſp.* 169. *lib.* 2. latiſsimè *Va-
leuzuol. conſ.* 129. *à num.* 43. *vſque ad* 49. *Ca-
brer. de metu cap.* 13. *num.* 33. *& ſeqq.* Caual-
can. deciſ. 22. *num.* 12. *part.* 2. *Duran. dec.* 268.
num. 10. *& ſeq. & dec.* 385. *n.* 3.

45 Signanter, quando eſt facta à Sorore nu-
bente in ſeculo, *Molin. Theologus de Iuſt. &
Iur. diſp.* 579. *num.* 19. *Card. Otthobon. dec.* 10.
46 *num.* 27. & quid minimum ſufficit ad impe-
diendam renunciationis extenſionem, *l. cum
de indebito in princip. ff. de probat. Surd. conſ.*
431. *num.* 33. *& ſeqq. lib.* 3. Gabr. *conſ.* 60. *nu.*
6 *lib.* 1. *Rot. in recent. dec.* 549. *in fin part.* 1. *&
deciſ.* 232. *num.* 11. *& ſeqq. p.* 6. & quando re-
47 nunciatio eſt aliquid operata, tunc reſtrin-
gi debet, vt minus lædat renunciantem,
quám ſit poſſibile, iuxtà monitum *gloſ. in
l. ſi domus*, ibique Bart. & alij, *ff. de ſeruit. vr-
ban. prædior. Curt. Iun. conſ.* 23. *num.* 1. *Burſatt.
conſ.* 347. *nu.* 9. *Menoch. conſ.* 282. *num.* 9. He-
diern. in l. hac edictali, q. 11. *num.* 110.

Nulla verò vis ex aduerſo fieri poteſt in
dictione, *etiam defunctis*, adiecta in Inſtru-
mento quietationis factæ á Viro tempore
dotis receptæ; Cum enim in Inſtrumento
48 promiſſionis dotis prædicta dictio, *etiam*,
non legatur; ſed tantùmmodò in Inſtru-
mento receptionis dotis, illam recipit inter-
petrationem, vt importet dictionem, *ſcili-
cet*, hoc eſt fraternis, ſcilicet, defunctis, ut
explicat *Gozadin. conſ.* 73. *num* 15. *Cened. ſin-
gular.* 51. *num.* 6. *in fin. Epiſc. Barboſ. dict.* 112.
num. 21. & ſufficit, quòd dictio prædicta ſit
ſaltem dubia, & poſſit etiam hunc intelle-
ctum recipere; cum, ex allegatis, in dubio ea
ſit capienda interpetratio, vt renunciatio
quantò minus fieri poſſit, renuncianti præ-
iudicet.

49 Quò verò ad ſecundam inſpectionem,
præmittenda eſt recepta ſententia; quòd
nempè diſpoſitio *leg fœmina, §. illud, Cod. de
ſecundis nupt.* procedat, tàm in muliere, quám
in Viro; cum pœnæ ſecũdò nubentium com-
munes ſint ex identitate rationis vtrique
parenti. *§. ſi verò expectet, auth. de nupt.* ibi:
*Et hac communis mulieris, & viri mulcta ſit
poſita, l. generaliter, Cod. de ſecund. nupt. §. hoc
autem in fin. verſ. quia verò*, ibi; *Quia verò
contra binubos pœnæ communes, & viri ſunt,
& mulieris*, ibique, præ cæteris, *Angel. auth.
de non elig. ſecund. nuben.* & admonet *gloſ. in
d. leg. fœmina, §. illud*, verbo *poſſeſſione delata*,
ibique *Bart. num.* 2. *verſ. quæro quid ſi maſculo
Bald. num.* 3. *Salicet. num.* 4. dicens ita obti-
nuiſſe, *Sicbard. num.* 2. Rip. *num.* 1. *Angel. Are-
tin. in § proferuntur, ſub num.* 5 *Inſtit. ad Ter-
tul. Azo. in ſumm. Cod. de ſecund. nupt. num.* 2.
in fin. Io. de Garron. in repet. auth. ex teſtamen-

to,

to, num.44 Cod.*de ſecund.nupt. Dec.conſ.87. num.3. Alba conſ.456. num.26.* ibique *Add. lib.3.* Rimin.Iun.*conſ.284.num.1.lib.3. Surd. conſ.196.num.52.& ſeqq.* latè *Roland.conſil. 95. num 8. & ſeq. lib.1. Decian.conſ.44. per tot.lib.5.* Malnaſ.*conſ.51.num.9. & 13. lib.1. Burſat.conſ.12. num.1. in fin. Oldrad.conſ.33. num.3. Gratian.cap.702.num.22.et ſeq. Anna Robert.lib.1. rer.iudicatar. cap.8.* Gabr.*in tit. de ſecund.nupt.concluſ.3.in 1.ampliat.Sanchez de matrimon.tit.7.diſput 89.num.10. Tiraq. in l.bones, § hoc ſermone, num.156. Hodiern. in l.hac edictali,quæſt.21.num.2.Mart.de ſucceſſ.legal.part.2.quæſt.2.art.1.in princip.Barry de ſucceſſ. lib.18. tit.2. quorum parentes ſuccedant liberis, num.8.Forſter.de ſucceſſ.ab inteſta: fol.292.Gaill.*qui communem ſententiam profitetur,*lib.2.obſeru.98. num.3.* Tell. *Fernand.in l.15.Taur.nu.1.* ibique *Gomez A-rias num.25.Theſaur.Inn.lib 1. quæſt. forenſ. 29.num.12.Cancer.var.part.1.cap.5.num.26. verſ.quæ leges,* Caſtill.*de vſufruct. cap.2. nu. 34.* vbi, quòd idem reperiatur cautum in *l. 15.Taur.*quæ hodie eſt *l.4 tit 1.lib.5. non.collection.Rot. Bononiæ diuerſ. dec.84. num.11. Franch.deciſ.573.num.2. Boer.deciſ.187.* qui *num.2.*id ampliat etiam in auo,& auia,*Guid. Pap.dec 228.num.1.Epiſc.Sperell.dec.33. nu. 24.Buratt dec.82.num.2.et ſeq.*ibique *addent.* Cardinal.*Cauel.dec.50. num.4. et ſeq. Dunozeti.Iun.deciſ 929.num.4 Card.*Celſ. *deciſ.87. num.1.*& nouiſſimè eruditus *Sadarin.reſponſ. 30.num.31.& ſeqq.*Quidquid in contrarium
50 malè ſenſerint M*atheſil. de ſucceſſ. ab inteſt. 2.membr. num.5. Facchin. controu.Iur. lib.3. cap 64. Merend.controu.9. num.6. & ſeq.lib. 23.*Cyriac.*contron.137.num 9.Peregrin.deciſ. 13.num.9.* cum militet eadem ratio,tàm in muliere, quám in Viro, vt benè proſequitur *Sadaria.dict. reſponſ.30. num.32.* & Iura id comprobantia ſint apertiſſima.

Idque, ſiue nuptiæ præcedant, ſiue ſubſe-
51 quantur mortem,& ſucceſſionem filiorum primi matrimonij, *§.ſed quanta, authent. de nupt.authent.ex teſtamento.*ibi: *Siue ante mortem filij,ſiue poſteà ſecundas ineat nuptias,*Cod. *de ſecund. nupt.* vbi ferè omnes Interpretes, *auth. defuncto in fin.* iuncta ſecunda oppoſitione.*gloſ.final.Cod.ad Tertullian.Rip.in dict. l.fœminæ, § illud,num.2. Ruin.conſ.20. nu 4. lib.3.*vbi dicit communem,nec fieri differentiam inter vnum caſum, & alium, Roland. *conſ.95. num.10. lib.1. Mandel. Alba conſil. 346.num 2.lib.1 Bellon.conſ.31.num.7.*Thob. *Non.conſ.74. n.2.* Gaill.*lib.2.obſeru.98.nu.7. in fin.Palat.Rub.in l.14.Taur.& in l.15.*vtrobique *num.9.* vbi *Didac.de* Caſtill.*in princip. Ciſuent. nu.2. Azeued. in l.4.tit.1 lib.5. nou. recompilat. num.27. et ſeq.* latè Caſtill.*de vſufruct.cap.2.num.15.Gratian. cap.702. nu. 25.Sanchez de matrim.lib.7.diſp.89.ſub num. 18. verſic.nec refert, Pacifio. de Saluian. inſpect.3.cap.2.num.704.*Theſaur.*Inn.quæſt.29 num.10.lib.1.Merlin.de legit.lib.4.tit.2.qu.1. num.3.Hodiern.in l.hac edictali, quæſt.21.nu. 9.Boer. dec.190. num 4.* licet in *dec.185.* ſub dubius loquatur,*Manent.deciſ.Mantuan.num. 5.et 49. Afflict.deciſ.75. num.4. Buratt.deciſ. 82.num.4.*ibique *add.lit.C.Martin.Andr.dec. 51.num.3.*

Pœnæ enim ſecundò nubentium ſunt in duplici differentia, aliæ, quæ odium ſecundarum nuptiarum ſimpliciter reſpiciunt, quę nimis properè, & infra annum luctus cele-
52 brantur; aliæ autem fauorem filiorum primi matrimonij principaliter concernunt; Primę,tamquàm libertatem Matrimonij impedientes, omninò abrogatæ fuerunt ex di-
53 cto Apoſtoli: *Mulier, mortuo viro,cui vult, nubat in Domino,* relato in *cap.penultimo, et fin.de ſecund.nupt.*Concil.*Trident. ſeſſ.24.de reform. matrim. Gabr.comm concluſ in de ſecund.nupt.concluſ.5.Roland.conſ.95. num 6. lib.1.*Trentaciaq *lib.3.var.reſolut.reſol.5. n 8* Mattienz.*in l.3.tit.1.gloſ.1.et ſeqq.lib.5.nouæ recõpil.* ibiq; *Azeued.n.1.Caſtill.de vſufruct. cap.2. num.17. Hodierna in l hac edictali dict. quæſt.21.num.17. Afflict deciſ 75. in princip.* alijſque allegatis, *Sanchez de matrim.lib.7. diſput.88.num.38.*

54 Aliæ verò concernentes fauorem filiorum non fuerunt abrogatæ, ſed exiſtunt in viridi obſeruantia, prout rectè aduertunt *Innoc. in d.cap.fin de nupt.*ibique *Ant.de Butr.nu.2. Couarr.in 4.2 part.cap 3 § 9.nu.14 et ſeqq.Roland.d.conſ 95.num.14 lib 1.de Poni conſ.19. num.62 et ſeq Gabr.de ſecund nupt.d.concl.5. Gaill.dict.obſeru.98.num.8* Gutierez *practicar.lib.2.quæſt.45.num.5 et in repetit. leg nemo poteſt.num.20.ff.de legat.1.Mattienz.in d. l.3.tit.1 gloſ 2.num.2. lib.5 nou. recompilat. Ceruanc.in l.15.Taur.in princip.* Ceuall.*commun contra commun.quæſt 742.vol 2.fol.429 Caſtill.de vſufruct.cap.2.num.16. verſic.pœnæ tamen,Tiraq.de leg.connub.l.9.num.3.in princ. Giurb.ad* Conſuet.*Meſſan.cap 8 gloſ 4.num.10. Gratian.cap.290. num 23. Epiſc.Sperell.deciſ. 33.ſub num.14.verſ.quia pœnæ, Valaſc.deciſ. 16.num.2.*

Idque ea potiſſimùm ratione adducta per Doctores proximè laudatos.& interiùs allegandos, quia timor pœnæ, quæ per indirectum libertatem matrimonij reſtringit, locum tantùmmodó habet in pęna damni, quę verè pœna eſt; non autem in priuatione lucri, vt docuit Bart. *in l.Titio centum 71. §.1. ff.de condit.et demonſtrat.* vbi ſic format Sũmarium, *Matrimonia debeat eſſe libera à pœna damni, non à pœna amiſſionis lucri,* prout in ſpecialibus terminis prædictam rationem afferentes aduertunt *Tiraquell.de leg.connub.leg.9.num.3.in princip. Giurb.ad*

Cou-

Conſuet.Meſſan.cap.8.gloſ.4.num.1n. Mart.de
ſucceſſ.legal.quæſt.4.cap.70.Gratian.cap.140
num.23.egregiè, præ cæteris, videndus Sanchez
de matrim.lib.7.diſput.88.n.39.& ſeqq.
rectè aduertens, quòd pœnæ poſt annum
luctus ſtatutæ non ſint merè pœnæ, ſed filiorum
prouiſio, ad quas ſtatuendas Ius ciuile
iuſtiſſima ratione eſt ductum; quòdque aliud
ſit pœnam pati, & aliud ad lucrum inuitari
ex mariti bonis prnueniens, ſub ea conditione
delatum, vt ſi ad ſecundas tranſeat nuptias,
amittat proprietatem, & reſeruetur
filijs primi matrimonij, alijſque relatis, Sadarin.
dict.reſponſ.30.num.38.& ſeqq.

55 Adeòut proprietas bonorum ob tranſitum
patris ad ſecundas nuptias ipſo Iure
quæſita dicatur filijs prioris matrimonij,
l.generaliter, verſ.dominium, Cod.de ſecundis
nuptijs, in §.ſi verò expectet, verſic. & generaliter,
ibi: Et proprietatis erunt domini ſecundùm
tempus, mox quo mater coniuncta eſt
alij viro, Auth.de nuptijs, Hodiern.in l.hac edictali,
qu.21.n.1. Sanchez de matrim. lib.7. diſput.89.
num.2. Ant.Gomez ad l.15. Taur.n.3.
Rot.in recent.deciſ.45.num.11.part.7. Archiepiſc.
Carrill.dec.142.num 3. itaut, adhuc pa-
56 tre viuente, competat filijs immiſſio, & reliqua
interdicta poſſeſſoria, Ant. Fab. in
Cod.lib.5.tit.5. de ſecundis nuptijs defin.17.in
annotat.num.5.

His igitur præmiſſis, quę in ſtricta Iuris
cenſura ſunt abſolutiſſima, exiſtimo, ſub ge-
57 nerali quietatione, ſeu renunciatione nullo
modo fuiſſe comprehenſum lucrum debitum
filiæ ex beneficio, d.l.femina in pœnam patris
ad ſecunda vota tranſeuntis, vt eſt receptiſſima
Doctorum ſententia, de qua ex
repetentibus, Purpurat in l.vltima, num.176.
Cod. de pactis, Salicet.in l.fœmina, Cod.de
ſecundis nuptijs, latiſſimè, præ cæteris, Hodiern.
in l.hac edictali, q.11. num.84.& ſeqq.
Couarr.in cap.quamuis pactum, p.3 § 3.n.1.

Ex conſulentibus originaliter Oldrad.conſ.
294.quem ſequuntur Dec.conſ.230.num.2.&
conſ.396.n.3.Surd.conſ.237.n.14.lib.2. Rol.à
Vall.conſil.95.nu.36.40.& ſeq. lib.1.Cephal.
conſ.288.num.25. lib.2.Burſatt.conſ.12.n.13.
lib.1.conſ.15.num.13.Aym.conſ.242.verſ.tertiò
reſponde pen.col.lib.2.

Ex tractatibus, & reſolutionibus, Cancer.
tom.3.var.cap.15. de renunciat. num.5. latè
Fontanell.de pact.nupt.clauſ.5. gloſ.8. part.4.
à num.40. vſque ad 49. Gaill.lib.2. obſeruat.
98.num.10.Royas in epit.ſucceſſ.cap.7.nu.26.
Marta tom.3.ſſ.noniſſ.tit.de renunciat. cap.15.
& de ſucceſſ. part.1. quæſt.14. art 4.num.19
Guttier.practicar.lib.3.quæſt.80.num.4 Tiraquell.
de Iur.primogenit.quæſt.25.num.2. Marant.
in ſuis ſingular. lit.F. incipiens filia renuncians,
referens ita deciſum per Sacrum
Conſilium Neapolitanum, Arnold.Ferron.ad
Conſuet.Burdegal.lib.2.tit.de Teſtamen. §.16.
Caſtill.de vſufruct.lib.1.cap.2 num.56. Montan.
controu.10.num.25. verſ.Doctores enim,
Donadeus de renunciat.cap.5.num.21. Bottilier.
de ſucceſſ.ab inteſt.theorem.48.nu.7. Merlin.
de legit. lib.3. tit.1. quæſt.21. num.15. &
ſeqq.

Ex deciſionibus Guid.Pap. dec.228. Boer.
deciſ.185.num.24.Caualcan.deciſ.3n.num.65.
part.3.Mainard.deciſ.22. lib.4. Franch.deciſ.
690. num.4. ibique de Luca in addit. num.9.
Ant.Fab.in Cod.lib.5.tit.de ſecund.nupt.defin.
15.Fontanell. deciſ.417. num.8. & ſeqq. Peguer.
dec.146. num.16. Rot.in recent. dec.45.
num.25.& ſeq.p.7.

Rationes à Doctoribus ſupra allegatis inter
cæteras, tres, omiſſis reliquis, ſunt præci-
58 puę. Prima, quòd renunciatio tollat Iura
debita, vel ratione ſanguinis, vel Iure ſucceſſorio;
atque adeò non extendenda ad lucrum
l.fœminæ inductum ex peculiari legis
beneficio fauore filiorum primi matrimonij
in pœnam Patris ad ſecunda vota
tranſeuntis.

Secunda, quia renunciatio non trahitur
ad Ius ignoratum, & incognitum ipſi renũcianti,
vtpotè eſt lucrum delatum ex diſpoſitione
dictæ legis fœminæ; atque adeò, vt includatur,
ſit præcisè neceſſaria ſpecifica renunciatio
illius Iuris, cum indiuiduali certioratione
beneficij eiuſdem legis.

Tertia, quòd, cum hoc beneficium ſit introductum
fauore ſpeciali filiorum, cum
maxima cauſæ cognitione, opus ſit, quòd
ſpecialiter tollatur, neque generalis ſufficiat
renunciatio.

59 Nullatenus verò poterit obijci, quòd prędicta
cõcluſio ſibi locum vindicet, quoties renũciationis
tempore, lucrum nondum erat filiæ
renuncianti delatum; exquo Pater poſt
habitam renunciationem à filia, ad ſecundas
tranſiuerit nuptias; ſecùs uerò, quando,
prout in præſentia, renunciatio poſt ſecundas
nuptias contractas ſubſequatur; hoc
enim caſu, cum lucrum legis fœminæ iam
reperiatur delatum filiæ renuncianti, vtique
ſub generali renunciatione intelligitur
compræhenſum, prout diſtinguentes inter
lucrum delatum, & deferendum, ſubſtinent,
Dec.in rubric. Cod.de ſecundis nuptijs, num.7.
& conſ.206.in fine, Rip. in l.fœmina, Cod.de
ſecundis nuptijs, quæſt.9. num.16. & duobus
ſeqq.præcipuè num.19.verſic.ſed tamen, Gabr.
de ſecundis nuptijs concluſ.1.num 7.Miſinger.
centur.5.obſer.24.num.3. Gabr. conſ.156.nu.
numer. 15. libr.1. Molin. tom. 2. diſputat.
579.num.21.Molphes.tom 1.ad Conſuet.Neapolit.
tit.de renunciat.quæſt.1. num.35. Gallerat.
de renunciat. centur.1.renunciat.98.nu.6.
& centur.2.renunciat.128. num.11. Criuell.
dec.Dolan.114.num.53.

60 Siquidem huiuſmodi ſententia diſtingués
inter Ius delatum, & deferendum nullo Iu-
re ſubſiſtit, rationes enim ſuperiùs expreſ-
ſæ per Doctores ad excludendum lucrum
leg. fœminæ à generali renunciatione, æquè
militant in lucro delato, ac deferendo, illa
præcipuè, quòd, adhoc, ut beneficio dict. leg.
fœminæ, dici poſsit renunciatum, requiratur
indiuidualis, & expreſſa renunciatio, Pap-
pon. lib. 15. tit. 1. arreſt. 11. de nupt. Gall. lib. 2.
obſer. 98. num. 10. Cancer. part. 3. var. cap. 15.
num. 129. Hodiern. in l. hac edictali, quæſt. 11.
num. 128. & quæſt. 21. num. 46. Fontanell de
pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 4. num. 49. &
50. Boer. deciſ. 185. num. 24 Verall. deciſ. 26.
part. 2. Guid. Pap. deciſ 228. ibique Ferrer. in
addit. Mauent. deciſ. 46. num. 30. aliique pro-
ximè laudandi.

Hinc eſt, ut in indiuiduo prædictam di-
ſtinctionem, præ cæteris, impugnent egregiè
Ferron. ad conſuet. Burdegal. d. lib. 2. tit. 5. de
teſtament. §. 16. Menoch. in addit. ad Dec. in d.
rubrica de ſecundis nuptijs, Fontanell. de pa-
ctis nupt. clauſ. 5. gloſ. 8. part. 4. num. 49. rectè
61 id amplians, quamuis expreſsè huic lucro
fuerit per Mulierem renunciatum; cum niſi
ſpecificè certioretur, huiuſmodi renuncia-
tio tale lucrum non comprehendat, quam-
uis fuiſſet delatum, Ferrer. in addit. ad Guid.
Pap. d. deciſ. 228. aſſerens, prædictam diſtin-
ctionem eſſe falſiſsimam eruditiſsimus Ant.
Fab. in Cod. lib. 5. tit. 5. definit. 15. verſ. in eam-
que rem, qui elegauter, & ingenioſè ex mo-
62 re aduertit, vt ſi filia poſt tranſitum Ma-
tris ad ſecundas nuptias renunciauerit bo-
nis omnibus Paternis, materniſque; non
ideò tamen videri debeat renunciaſſe Do-
minio ſibi quæſito in bonis, quorum pro-
prietatem iam amiſerit mater; quoniam
ea bona re uera, neque Paterna ſunt, neque
materna, ſed ipſius filiæ propria, Merlin. de
legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 21. num. 21. & ſeq. &
latiſsimè, præ cæteris, Hodierna, omninò,
uidendus, in d. leg. hac edictali, quæſt. 11. nu.
128. qui optimè reprobat hanc diſtinctio-
nem lucri delati, & deferendi, & uidetur ad-
mittere, etiam in lucro delato, Rota in rec.
d. deciſ. 45. par. 7. cum ex ſpecie facti ſibi pro-
poſita appareat, renunciationem fuiſſe fa-
ctam, poſt tranſitum Patris ad ſecũda uota.
63 Poſſet tamen prædicta ſententia diſtiu-
guens inter lucrum delatum, & deferendum
fortaſsè admitti, quoties filia tempore re-
nunciationis nõ ignoraret Ius ſibi à lege de-
latum, & cum hoc temperamento illam
intelligit Galerat. de renunciat. centur. 2. re-
nunciat. 128. num. 11. in fine, ſed in re, de qua
64 eſt ſermo, cũ illud filia renuncians omninò
ignorauerit, vindicat ſibi locũ alia Iuris pro-
poſitio, quòd nemo præſumatur renunciare
Iuri, quod ſibi competere ignorat, leg. Mater
19. verſ. neque enim ex teſtamento, ibique
Bart. num. 4 ff. de inofficioſo teſtamento, leg. in
repudianda 23. ff de acquir. hæredit. Bart in l.
qui cum Tutoribus in princip. ff. de tranſact.
& in l. qui Romæ, § duo fratres, num. 11. ibi-
que Alex. num. 27. Iaſ. num. 21. Capra conſil.
103. num. 5. Thob. Non. conſ. 42. num. 21. Ce-
phal. conſ. 455. num. 81. Aym. conſ. 3. num. 11.
& conſ. 105. num. 3. Peregrin. conſ. 92. nu. 16.
lib. 2. & de fideicom art. 52. num. 20. Vincent.
de Anna allegat. 21. num. 19. Mareſcott. var.
cap. 41. num. 87. Cyriac. controu. 128. nu. 21.
& ſeq. Cauagnol. conſult. deciſ. 49. num. 54. Va-
laſc. conſult. 169. num. 13. Card. Seraphin. dec.
1277. num. 4. Bich. deciſ. 119. num. 4. &
deciſ. 7. num. 20. Oſaſch. deciſion. 65. numer. 5.
Magon. deciſ. Florent. 102. num. 11. adeòut
65 neq; etiam renunciatio iurata ad ignorata
ſit trahenda, leg. fin. Cod. de non numer. pecun.
cap. Quintanallis de Iur. Iurand. Rip. in dict.
l. qui Romæ, §. duo fratres, nu. 73. in fin. Natt.
conſ 363 num. 4. Pedroch. conſ. 26 num. 11. &
ſeq. conſ. 92. ſub nu. 16. lib. 2. Soccin. Iun. conſ.
24. num. 23. lib. 4. Siluan. conſ. 49. num. 38. Ri-
min Iun. conſ. 54. num. 15. & 18. Menoch conſ.
335. num. 11. Fuſar. conſ. 39. num. 60. late Cy-
riac. controu. 128. num. 21. & ſeqq. Peguer.
deciſ. 146. num. 14 & ſeqq. Capyc. Latr. dec. 2.
num 44. Bich. dec. 119. num. 5.

66 Parumque releuat prætenſus filiorum
conſenſus ſecundis Nuptijs patris, à quibus
poteſt huiuſmodi pœna remitti, argumento
à contrario ſenſu per text. in §. proſpexi-
mus, auth. de non elig. ſecundo nubent. ibi nul-
lam eſſe licentiam Matri alios quidem filiorum
eligere, alios autem exhonorare, quoniam
omnibus ſimul ſecundis Nuptijs fecit iniuriam,
prout poſt gloſ. ſingularem, in authent. de
nupt. poſt princip. verſ. ſiuè vir, firmant Bald.
in l. 1. num. 6. verſ. ſed pone, Cod. de ſecundis
Nupt. Padill. in l cum donationis, num. 5 Cod.
de tranſact. Gutierez. in l. nemo poteſt nu. 17.
& ſeq. ff. de legat. 1. Gugliel. de Benedict. in
cap. Raynutius, de teſtam. uerbo qui cum alia
matrimonium contrahens, num 202 Iaſ. conſ.
53. in princip. lib. 1. Roland. conſ 95. num 20.
& ſeq. lib. 1. Panzirol. conſ. 99. numer. 3. & 5.
lib. 1. Menoch. conſ 155. num. 13. lib. 2. Ro-
man. conſ. 219. Cremenſ. ſingul. 75. Ciſuent. in
l. 14. Taur. limit. 2. Ant. Gomez in l. 15. Taur.
num. 6. in fin. Matienz. in l. 3. tit. 1. gloſ. 2. nu.
43. lib. 5. non. recompilat. ibique Azeued. n. 36.
& 37. Sim. de Petr. de interpret. vlt. volunt.
lib. 1. interp. 1. dub. 10. num 118. Petr. Gregor.
Syntag. Iur. lib. 9. cap. 26. num. 54. part. 2. San-
chez de matrim. lib. 7. diſp. 89. nu. 49 Io. de
Garron. in Rubr. de ſecund. nupt. nu. 112. Ant.
Fab. in C. lib. 5. tit. 5. defin. 5. de ſecund. nupt.
latè Hodierna in d. leg. hac edictali quæſt. 21.
nu. 14.

num 14.& ſeqq. alijſque congeſtis Caſtill.de
Vſufruct.cap.2.num 93.& ſeq.Boer.dec.185.
num.21.Franc.Stephan.dec.33.

Teſtes enim adducti ad illum probãdum,
prȩter exceptiones,quas in perſona, dicto-
67 que patiuntur, non probant expreſſum
conſenſum filiorum, cum ſpecifica renun-
ciatione beneficij ex dicta lege delati, pro-
ut opus eſſet ad remiſſionem pœnȩ, vt in
ſpecie firmant Angel. conſ.396. num.2. Dec.
conſil. 205. numer. 7. ibique addit. litt.B.
Iaſ.conſ.53.num.10.verſ.& maximè, & nu.
ſeq.lib.1.Menoch.conſ.237.num.28. & conſ.
806.num.23.Peregrin.conſ.78 num.10.in fin.
lib.1 Old.conſ.37.num.19 Theſaur.Iun.quæſt.
Forenſ.cap.30. num.5. verſ.mihi numquàm
& 6.lib.1.Cyriac contron.139.num.39.Fac-
chin.controu.Iur.lib.3.cap.65. verſ.iam,
quid mihi, latè Cancer. var. part.1. cap.5.
nu.29. verſ.hic tamen conſenſus,Facchin. con-
trou.Iur.lib.3.capit 65.verſ.quinta concluſio,
Galerat.de renunciat.tom.2.centur.1.cap.98.
num.10.& duob. ſeqq. aſſerens, quòd, hæc
opinio ſit omninò retinenda,Hodiern.in dd.
hac edictali, quæſt 21, num.44 egregiè præ
cæteris, ac latè Sarmient.lib.1.Select. cap.4.
num.4.verſ.et ex dict.lege,Manent dec.37.per
totum, vbi contrariam opinionem pluribus
refellit,Boer.deciſ.185.num 23. Epiſc. Spe-
rell. deciſ.33.num.18 Buratt.deciſ 82.nu.11.
Merlin.deciſ.534.num.14.& ſeqq. Card.Celſ.
deciſ.72 num.6.11.& ſeq.

68 Tacitus verò conſenſus non ſufficit, dum
de notabili agitur prȩiudicio, & de renun-
ciatione Iuris certi in Iure ſcripti,Bart. in l.
quæ dotis 34 num.24. verſ.nunc ſi quidem ff.
ſolut. matrim. & in ſpecie Peregrin. conſ.78.
num.11.& 17.lib.1.Facchin.controuerſ.Iuris
d.cap.65. verſ.quinta concluſio,Sanchez de
matrim.lib.7.diſput.89.num 44 Guttierez de
matrim. cap.109 num.51. ubi Menoch. con-
trarium dicentem reprobat, Caſtill. de vſu-
fruct.cap.2.num.100.& ſeqq. Fontanell. de
pact.nupt.clauſ.5 gloſ.8.part.11.num.36. aſ-
ſerens, ità fuiſſe iudicatum, Cancer. var.
part.1.cap.5 num.29.Parlador.rerumquotid.
differ.121 quæſt 7.verſ.tacitus autem, Io. de
Garron in Rubr.C.de ſecund.nupt.num.7. Mi-
chalor.de duob.fratrib.part.3.cap.13 num.6.
& ſeqq.Rot. Bonon.deciſ.84.n.15.Card. Celſ.
deciſ.72.num 6.& 9. latè,pluribus adductis,
Epiſc.Sperell.deciſ.33.num.16. verſ.negatiua,
& num.17.verſ.in terminis tamen, Merlin.d.
deciſ.534.num.19.& ſeqq.

69 Siuè illum deducere velimus ex cohabita-
tione cum Patre, & Nouerca,Pinell. in l.1.
part.1. num 53.Cod.de bon.matern. Hodiern.
ad Surd deciſ.99.num.3.& deciſ.100. & in
d.leg.hac edictali quæſt.21.num.46.in fine,
Sarmient. ſelectar. interpetrat. cap 4.per tot.
lib.1 Saleern.reſponſ.30.num.51.& ſeq. Ma-
nent.deciſ.47.Surd.d. deciſ.100.nu.7. Buratt.
d.deciſ.82.num.10 Martin. Andr. deciſ.51.
num.10.& ſeqq.Dunoz.Iun. dec.292. num.4.
repetita in rec.dec.197.num.3. & ſeq part 6.
Card.Celſus d.dec.72. num.7. in fin.verſ.ſinè
ex cohabitatione.

Siue ex præſentia, & taciturnitate, latè
Menoch.conſ.237.num.25.& ſeqq.lib.3. Hip-
polit.Rimin.conſ.569.num.177.& duob.ſeqq.
lib.1.Sanchez.de matrim.lib.7.diſp 89. num.
44.Noal.de tranſmiſs.caſ.13.ſub num.11. Io.
de Garron. in Rubr. Cod.de ſecund. nupt.num.
118.Theſaur.lib.1. quæſt. Forenſ.30. num.5.
70 alijſque relatis, latè Caſtill.de vſufruct.cap.
2.num 101. & pluribus ſequentibus,& num.
114.Hodiern.in l.hac edictali, quæſt.21.n.48.
Michalor.de fratrib.part.3. cap.13.num.69.
& ſeqq.Sadarin. d.reſp.30.num.51. Merlin.
dec.534.num.19.verſ.attamen,& ſeqq.Card.
Celſ.d.dec.72. num.7. Quidquid in contra-
71 rium non rectè ſenſerint, Roman. conſ.219.
& ſingul.250.Dec.conſ.191.206.& 620.Bur-
ſatt.conſ.211.num 10.lib 2.Papon.lib.15.tit.
1.arreſt.8.Peregrin.dec.Patan.13.n.10.quos
meritò reprehendit Theſaur.lib.1. quæſt.Fo-
renſ.30.num.5.

Idque,etiam ſi filij fuerint auctores ſecun-
darum nuptiarum, vt latè tuetur Manent.
d.deciſ.47.n.13.& per tot. Theſaur. Iun.dict.
quæſt.30.num 5. lib.1. vbi, etiam ſi ſubſcri-
pſerint capitula matrimonialia, Hodiern.in
d.l hac edictali,quæſt.21. num.47. Card.Celſ.
d.dec.72. num.8.

Siue demùm, ex quo læto animo, gau-
denteſque ſecundis interuenerint nuptijs,
72 cũ gaudere potuerint,ex quo bonorũ pro-
prietatem fuerint lucrati, ut in propoſito,
ſatis appoſitè reſpondit Rot.in rec.dec.177
num.6.par.4.tom.2.

73 Quæ omnia fortiùs procedunt in filijs,
quos prȩſumendũ,prȩdicta omnia feciſſe po-
tiùs ob metum reuerentialem, quàm, quòd
verè ſecundis nuptijs conſenſum præſtare
voluerint, Barboſ.in l.2. §.fin.num.8. & in l.
quȩ dotis num.169.verſ.limita tamen.ff.ſolut.
matrim.Hyppol.Riminald.d.conſ 569.n.177.
& ſeqq.lib.2.Caſtill.de Vſufruct.cap.2.num.
104. Fontanell.de pact.nuptial.clauſ.5 gloſ.8
part.11.num.36.Cancer. var.lib.1. cap.5.nu.
29. Cardin. Celſ. dicta deciſ.72. numer. 10.
74 cumque filij obſequium, reuerentiamq; pa-
tri præſtare teneantur, non videtur, poſ-
ſe elici conſenſum ex huiuſmodi tacitur-
nitate, niſi velimus,pœnas ſecundò nuben-
tibus indictas reſtringi ad eum caſum, quo
filij contra bonos mores contradicant Patri
nubenti,quod eſt abſurdum;cum tamen eru-
beſcat lex caſtigatores filios Genitoribus
ſtatuere.

75 Præcipuè, quia ſtant ſimul, rectèque ſe
compatiuntur, quòd filius officioſè conſen-

tiat ſecundis nuptijs ne Pater uratur, celibatuſque incōmodis diſcrucietur, & quia, ſalua reuerentia debita parētibus, filius non audet contradicere, & nihilominus, filius retineat illud legis beneficiū, quod ſibi lege tribuitur ob tranſitum matris ad ſecundas nuptias, prout rectè arguit *Merlin. d. dec. 539. n. 15.*

76 Vlteriùs his omnibus accedat, quòd gratis deducatur conſenſus; dum tempore nuptiarum, tàm Ioannes Baptiſta, quàm Veronica eſſent infantes, atque adeó inhabiles ad conſentiendum; Siue tacitè per cohabitationem cum Patre, cum alibi decentiùs habitare non poſſent, *Buratt. deciſ. 82. num. 10.* Vel etiam ob metum reuerentialem, *Menoch. cōſ. 237. num. 32. verſic. quia, Theſaur. dict. quæſt. forenſ. 30. num. 1. Merlin. dict. deciſ. 534. n. 16.* Siue expreſsè, cum ætas illa conſenſum non habeat, prout ad hunc effectum ponderant *Menoch. dict. conſil. 237. num 29. & 33. Peregrin. conſ. 78. num. 11. lib. 1. Surd. conſ. 164. nu. 50. & deciſ. 100. num. 6. Theſaur. quæſt forenſ. cap. 30. num. 6. lib. 1. Treutacinq Var. reſolut. lib. 3. tit. de matrim. reſol 5. n. 14. verſ. ſed dubito, in fin.* vbi, quòd in impuberibus hęc ſit cōcluſio indubitata, *Gallerat. de renunciat. tom. 1. cent. 1. cap. 89. nu 7.* benè *Sanch. de matrim. lib. 7. diſput 89. num. 47. Guttierez de matrim. cap. 109. num 52.* ubi etiam dicit verius, quòd non ſufficiat conſenſus impuberis cum licentia Tutoris, ex quo graue præiudicium infertur ipſis pupillis, *Mebalor. de fratrib p. 3. cap. 13. num. 70. & ſeq.* Capyc. *Latr. deciſ. 22. num. 44. & ſeqq.* Martiu. *Andr. dec. 51. num 8. Rot. deciſ. 96. num 9. & 12. poſt Pacific. Merlin. d. dec. 534. num. 21. & ſeqq.*

77 Quò ad quartam inſpectionem, an diſpoſitio dicta *leg. fęminæ* in ſucceſſione filij primi matrimonij in bonis ad eum obuenientis ex primo Viro, vel Vxore, procedat ſolùm in his, quæ in defunctum, de cuius ſucceſſione agitur, immediatè obuenerint à primo Viro, vel Vxore. vel potiùs capiat, etiam ea, quę ex ſucceſſione mediata obuenerunt, putá alterius fratris prædefuncti, in quem portio dotium maternarum peruenit.

In qua quæſtione, licet *Bald. in authent. ex Teſtamento ſub num. 1. & 4. Cod de ſecund. nupt.* aſſerat, procedere, etiam in ſucceſſione mediata cum attendi debeat in hac materia origo bonorum quò ad obligationem incumbentem parentibus illa reſeruandi, vel ne, quem ſequitur R*um. conſ. 58. num. 7. verſic. dum ergo, lib. 5.* aſſerens, quòd dum Iura loquuntur de bonis, quæ obuenerunt filio ex ſubſtantia paterna, debeat ſubaudiri dictio *olim*, & ſic dici *ſubſtantia olim paterna*, *Caſtr. conſ. 150. n. 2. lib 2. Dec. conſ. 87. nu. 3. verſ. nec obſtat.* Capr. *conſ. 27. n. 2. et 5.* G*abr. de ſecund. nupt. concl. 3. Surd. conſ. 196. nu. 63. Old. conſ. 37. num. 28. & ſeqq Azened. in l. 4. tit. 1. num. 55. lib. 5. nou. recompilat. Molpheſ. ad Conſuet. Neapol. part. 3. de ſucceſſ. ex teſtam. quæſt. 22. num. 8. & 9. Feron ad Conſuet. Burdegalenſ. lib. 2. tit 5. de teſtam. § 1. col. 2. & ſeq.* nouiſſimè *Sada in reſponſ. 30 num. 53. & ſeq.* ponderans poſt plures allegatos, quòd *text in d. l. feminæ*, utatur dictione, *ex*, quæ fontem deſignat, ex quo bona deriuant; adeó ut attendi non debeat perſona filij, de cuius agitur hęreditate; ſed potiùs inſpici principium, á quo bona deſcendunt, ad hoc ut tranſeant affecta hac qualitate, quæ ab ipſa prouenit radice, ut, nempè, in odium Patris binubi conſeruari debeant in filijs ex primo matrimonio; cum non videatur, poſſe aſſignari formalem diuerſitatis rationem, cur origo bonorum, quæ operatur mediatè contra Patrem in hæreditate filij, & in fauorem aliorum filiorum, non debeat etiam eumdem parere effectum in ea portione, quam filius habuerat per mortem fratris prædefuncti; cum in vtroque caſu id fiat mediatè, licet in hac ſecunda ſpecie vnus ſit gradus remotior.

Ea potiſſimùm ratione expenſa, quia *d. auth. ex teſtamento*, dum repellit matrem binubam á ſucceſſione filiorum in bonis á patre prouenientibus, non loquitur de bonis obuentis ex hæreditate, ſeu ſucceſſione patris; ſed ex ſubſtantia paterna, quod verbum, *ſubſtantia*, latiùs patet, quam verbum, *hæreditas*, ſeu *ſucceſſio*, & verificatur non ſolùm in immediata, ſed etiam mediata ſucceſſione, *Bolognett. in addit. ad Matheſ. art. 2. num. 21. verſ. & nota*, dicens, quòd uerbum, *ſucceſſio*, habeat cauſam immediatam, & *ſubſtantia* utrumque habere poſſit, & in his terminis *Franch. dec. 18 n. 5. de ſucceſſ.*

78 Receptior tamen, magiſque æqua videtur ſentētia affirmās, ut nō procedat in ſucceſſione mediata, quam, præ cæteris, latè tuētur, & à contrarijs vindicant. *Barboſ. in l. poſt dotem 41. num. 71. ff. ſolut. matrim.* Salicet *in auth. ex teſtamento. Cod. de ſecund. nupt.* ibiq; *Barboſ. num. 4. & 5.* Io: de Garron. *in ead. Auth. nu. 25. & 26. in nou. edition. C. de ſecund. nupt.* vbi, quòd plures Doctores Aueniononſes huic opinioni adhæſerunt, ibiq; *Matth. Boyſ. in addi.* optimè Corn. *conſ. 286. n. 2. lib. 1.* aſſerēs, ita conſuluiſſe Imol. & Florian. *Craſſ de ſucceſſ. ab inteſt. quæſt. 25. nu. 4.* latè pluribus cōgeſtis, *Caſtill de vſufruct. dict. lib. 1 cap. 2. nu. 60. & ſeqq.* Gomez *in l. 14.* Taur. *ſub num. 7. Matienſ. recompilat. lib 5 tit. 1. leg 3. gloſ. 2. ſub num. 15* Azeued. *recompilat. lib. 5 tit. 1. lib. 4. num. 43. Facchin. conſ 81. num. 2. lib. 1.* Bellon. *Iun. conſ. 59. num. 54. & ſeqq* Neguſ. *quæſt. 367. num. 15.* Sanchez *de matrim. lib. 7. diſput. 89. num. 12. verſ. hoc tamen intelligendum, & ſub num. 22.* Guttier. *de matrimon. cap. 169. nu.*

7. Man-

7 Mingil. de imputat. quæſt. 7. num. 15. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. quæſt. 1. n. 6. Card. de Luca de ſucceſſ. diſc. 30. num. 7. Boer. deciſ. 192. nu. 3. vbi nu 15. extendit etiam in relictis ab auo nepotibus, ſeu pronepotibus, cum ad hunc effectum non dicantur proficiſci ex ſubſtantia paterna, ſed eſſe aduentitia, egregiè iuxta morem Franch. dec. 666. num. 6. & ſeq. ibique de Luca num. 1. in fine, Fontanell, deciſ. 52. n 19. eamque conſtanter amplexa eſt Rot. ſignanter in celebri deciſ. coram Mart. Andr. 54. num. 20. & ſeq quæ in hoc articulo, tamquàm magiſtralis, circumfertur, reſponden omnibus contrarijs, repetita in rec. dec. 771. part. 3. & in eiſdem recent. deciſ. 527. nu. 14. part. 4. tom. 3. & deciſ. 271. num. 14. part. 6. Dunozett. Iun. deciſ. 641. num. 5. Bich. deciſ. 414. num. 8. & ſeqq. Card. Celſ. deciſ. 72. num. 15. & ſeq.

79 Præcipuè, quia id ſuadet, nedum natura dictionis, Ex, de qua in Auth. ex teſtamento, Cod. eod. ibi; Quæ ex paterna ſubſtantia ad filium peruenerunt, quæ cauſam proximam, immediatamque denotat, non autem remotam, l. 1. vbi aduertit Bald. Cod. ſi ſeru. exter. l. eo tempore, ff. de pecul. l. 1. §. ex incendio, ibique Bart. num 1. ff. de incend. ruin. & naufrag. Bald. in l. ex hoc iure, col. 6. ibique Iaſ. in princip. ff. de Iuſt. et Iur. idem Iaſ. per illum text. in l non dubium, num. 23. Cod. de legib. Peralt. in l. ſi cui certam, num. 3. in fin. et in l. hæredem, num. 10. ff. de legat. 2. Corn. conſ. 286. col. 1. verſ. et inſuper, et col. 2. in princip. lib. 1. Monte perell. conſ. 152. num. 2. Maluaſ. conſil. 200. num 29 et 36. Cephal. conſ. 379. num. 33. lib. 3. Menoch. conſ. 152. n. 42 lib 2. & in ſpecie Caſtill. de vſufruct. cap. 2. num. 61. Mangil. de imputat. dict. quæſt. 7. numer. 16. in fin. Franch. deciſ. 18. num. 7. et ſeq. Martin. Andr. dict. deciſ. 74. num. 2. et ſeq alijque proximè laudati.

80 Sed fortiùs, quia, cum leges, quæ propter tranſitum ad ſecundas nuptias parentes priuant proprietate eorum bonorum, quę habuerunt à priori coniugio, penales ſint, & odioſæ; meritò ſtrictam admittunt interpretationem, prout in ſpecie aduertunt Rip. in d. l. fęminæ, num. 34. Io de Garronib. in dict. auth. ex teſtamento, nu. 29. Cod. de ſecund. nupt. Roman. cōſ. 405. num. 2. Corn. conſ. 286. col. 2 in princip. lib. 1. optimè Franch. dec. 18. num. 6. & duob. ſeqq. & per conſequens, cum loquãtur ſolùm de acquiſitis, ſiue habitis ex paterna ſubſtantia, intelligi debeant de immediata, nō autem mediata acquiſitione, ex proximè firmatis.

81 Huiuſmodi tamen ſententiam ſolùm procedere, vbi ageretur de medio collaterali, ſiue tranſuerſo, quia, nempè, defuncto priùs vno ex filijs primi matrimonij, alius ei ſucceſſerit, tamquàm frater, qui eſt propriè caſus dict. dec. 74. coram Martin. Andrea; ſecus verò, vbi agitur de medio directo, quia, nempè, filio primi gradus, qui primi Viri hęręs exiſtit, ſucceſſerit eius filius, ita eiuſdem primi Viri nepos, tradunt, Ancharan. conſil. 347. Ruin. conſ. 58. lib. 1.

82 Sed prædicta diſtinctio inter medium tranſuerſum, & directum nullo Iure videtur ſubſiſtere; cum aſſignari nequeat congrua, probabiliſque diſcriminis ratio inter unum caſum, & alterum; atque auctoritates contrariæ, Ancharan. & Ruin. in locis proximè allegatis nominatim reprobantur in d. deciſ. 74. coram Martin. Andr. prout firmat Cardin. de Luca de ſucceſſione ab inteſtato diſcur. 30. num 8. & ſeqq. vbi latè improbat huiuſmodi ſub diſtinctionem, & num. 13. & ſeqq. agit, an in terminis dict. leg. fęminæ ſit habenda
83 ratio filiorum primi matrimonij, quia eſſent Religioſi profeſſi, de quo etiam articulo in facti contingentia conſulendi, Dec. in cap. in præſentia, num. 124. de probat. Federic. de Senis conſ. 35. num. 3. verſ. ad Iura, & conſ. 174. Bellon. conſ. 60. num. 50. et ſeqq. Sanchez de matrim. diſp. 89. num. 20. Boer. deciſ. 221. num. 9. Rota in recent. deciſ. 223. num. 6. et ſeqq. et deciſ. 267. num. 21. part. 5 et dec. 503. num. 8. et ſeqq. eadem part. 5. tom. 2. Dunozett. Iun. deciſ. 641. num. 4. et ſeq. et dec. 676.

84 Tandem, quò ad articulum, an proprietas per Parentem binubum filijs Prioris matrimonij reſeruanda capiat etiam legitimam, receptiſſima eſt ſententia affirmatiua, quoties, prout in præſentia, ſupereſt filia ex priori matrimonio ſuſcepta, ex clara diſpoſitione text. in d. l. fæminæ, §. illud. Cod. de ſecund. nupt. reſtringente matris binubæ ſucceſſionem in bonis filij prædefuncti, ex paterna ſubſtantia quæſitis ad ſolùm Vſumfructum, donec vixerit, reſeruata proprietate alijs filijs prioris coniugij, quæ matre mortua, Iuris miniſterio, etiam Vſumfructum ad ſe traxit, leg. ſi quis Prioris, §. illud, Cod. de ſecundis nuptijs, Gabr. eod. tit. concluſ. 3. num. 1. & ſeqq. Altograd conſ. 49. num 6. lib. 2. Sanchez de matrim. lib 7. diſput. 89. nu. 19. Card. de Luca de legitim. diſc. 11. nu. 5. Archiepiſc. Caril. dec. 142. num. 2. & ſeqq. Bich. dec. 414. num. 5.

Eamdemque diſpoſitionem procedere, etiam in legitima, alioquin parentibus debita, in ſpecie tradunt Bald. in auth. ex teſtament. ante num. 1. verſ. pone ergo, Cod. de ſecund. nupt. ibique, præ cæteris, Io. de Garron. num. 14. Idem Bald conſ. 5. circa fin. lib. 4. Soccin. Iun. conſ. 97. nu. 4. lib. 4. Peregrin conſ. 78. num. 5. lib. 1. & conſ. 17. num. 4. lib. 3. Menoch. conſ. 237. num. 7. et ſeqq. Gabr. de ſecund. nupt. concluſ. 3. num. 8. Ludou. concluſ. 33. ampliat. 2. Guttier. de matrim. cap. 109. num. 6.

vbi

Digitized by Google

vbi reprobat *Hippol.Rimin.& Facebin.* licet reuera idē *Facebin.* non ſenſerit contrariū; is enim admittit, quidem matri binubæ deberi legitimam in bonis filij primi Mariti, iam defuncti; ſed tamen concedit, teneri Matrem hæc bona, quæ pro legitima filiorum habuit, conſeruare filijs eiuſdem Matrimonij, neque Matrem huiuſmodi bona poſſe alienare, inter quæ latum adeſt diſcrimen, *Sanchez de matrim.lib.7.d.diſput 89.nu.19.Matthien.lib.5.recompilat tit.1 leg.3 gloſ.2.num.41 Molpheſ.ad conſuet.Neapolit.par.4 quæſt.22.nu.3 verſ quò ad legitimam, Merlin.de legit lib.4.tit.2.num.5.11.& ſeqq.* Cyriac. *contron.139.num.24.& contron.367. nu.43.* nouiſſimè eruditus *Caſtaldus conſult.80 nu.4 Boer.decif.185. num 6. verſ.& hoc niſi Pater,* Merlin.*deciſ.534.num.6. & ſeqq. Dunozett.Iun.deciſ.676.num.3.Bich. dec.414.n.5.* Ideóque non audiendus *Rip.in leg fœminæ, § illud,Cod.de ſecund.nupt.* qui in partem contrariam videtur inclinare, vel ſaltem ſub dubius remanet.

85 Idque, ſiue ſecundæ nuptiæ præcedant, ſiue ſubſequantur mortem, & ſucceſſionem filiorum primi Matrimonij, *§.ſed quanta quidē auth.de nuptijs,* ibi: *Sed quanta quidē ex paterna ſubſtantia ad filium peruenerunt, eorum ſolum habeat vſum, ad ſecundas, ſiue priùs, ſiue poſted veniat nuptias, auth. ex teſtament.Cod.eod.auth.defuncto in fin.* iuncta ſecunda oppoſit.*gloſ.Cod ad Tertullian. Rip. in l fœmina, §.illud num. 2.* Cod *de ſecund. nupt.Ruin.conſ.20.num.4.lib.3.* hanc ſententiam communem appellans, *Thobias Non. conſ.74 num.5 Roland.conſ.95.num.10.lib.1. Bellon.conſ.31.num.7. Gabr.de ſecund.nupt. concluſ.3.ampliat.4.Caſtill de vſufruct.cap.2. num.15.Gratian.cap 702.numer.23.& ſeqq. Sanchez de matrim.lib.7: diſput.89.ſub n.18. verſ.nec refert,* & meliùs, & accuratiùs præ cæteris Theſaur.*Iun. qu.Forens 29 num.10. lib.1.* vbi, ſatis eruditè varias Imperatorum circa hoc conſtitutiones recenſet, diſtinctioneque temporum ad cōcordiam reducit antinomiam, quæ in hac materia aliquibus ſubeſſe videri poſſet, idemque etiam ſatis eruditè, & Chronologicè proſequitur, *Odd.conſ.37. num.* 48. animaduertens, ex conſueta, ſatiſque callida inconſtantia Triboniani, á Iuſtiniano Imperatore diſcrepantes in hac materia Conſtitutiones fuiſſe editas, latè M*angil.de imputat.quæſt.7 Pacific.de Salnian.interd.inſpect.3. cap.2. n.704. Merlin.de legit.lib.4.tit.2.quaſt.1. nn.3.* Ho*diern.in l.hac edictali, q.21.num 9. & ſeqq.* ubi poſt *Verall. deciſ. 267. part. 2.* ſiuè ualidæ, ſiuè inualidæ ſint nuptiæ *Afflict.dec. 75.num.4.Boer.dec.190.num.4.* licet *dec.185* ſubdubius loquatur, *Rot.Bonon. dec 84.n.14. Manent.deciſ.47.num.5.& 49.Martin.Andr. deciſ.51.num.3.Buratt. deciſ.82. num.4.* ibique *add.lit.C. Merlin.deciſ.534. num.10. & ſeqq.*

86 Licèt contrarium ſit aſſerendum in bonis aliunde, quàm ex ſubſtantia primi Viri, ſiue Mulieris quæſitis, in quibus parenti binubo abſque dubio debetur ſucceſſio; atque adeò legitima pleno Iure, ac ſi ſecundò non nupſerit, ut probat *text in l.Mater*, ibi: *extrinſecus quidem quæſita filio, filiæuè ſimul firmitate poſſideat,* Cod ad Tertull. ibique *Caſtr. num.1. & ſeqq. §.cum igitur auth. de non elig. ſecund.nubent.* per quem *text.* fuiſſe correctam diſpoſitionem dictæ *leg. fœminæ* in ſpecie aduertunt *Siehard.in auth.ex teſtamento,num.3.Cod.de ſecund.nupt.* ibique *Barboſ.num.4 & 5.Odofred.verſ.ſecundò dicitur, Bald. poſt princip. verſ. ſed in bonis aliunde prouenitis, Rip.in d.l fœminæ, n.52.* ibiq; *Io: de* Garron.*num 45.Io de Anan.conſ.73. num 2. verſ. ſi verò,* ibique Bologn. *in addit. Bald. conſ.340.lib.4.Abb.conſ.349 ſub num 1.Roman.conſ.405.ſub num.1.verſ.his tamen non refragrantibus,& num ſeqq. Alba conſ.349. ſub num.1.Crauett. conſ.37. num.2.* Facebin. *conſ.81.num.2.lib.1. Bellon.*Iun. *conſ.59.nu. 54.& ſeqq.Burſatt.conſ.12.num.2.lib.1. Neguſant. quæſt 367.num. 15. Craſs. § ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.25.num.4. Gomez.in l.14. Taur.ſub num.2. Mattienz. recompilat. lib 5. tit.1.l.3.gloſ.2. ſub num.15. Azeued. recompilat.lib.4.tit.1. num.43. Caſtill.de vſufruct. lib.1.cap.2 nu.37. Card.de* Luca *de legit. diſc. 11.num.6.Boer.deciſ 185.num 6. Afflict dec. 75.num.4.Franch.deciſ.18. in princip.* Card. *Celſ.deciſ 72.num.18.Bich.deciſ.414. num 8. Peutinger.dec.495.num.12.*

87 Quòd procedit, ſiue filius deceſſerit inteſtatus, ſiue cum teſtamento, ita ut ſi in eo minus legitima matri, vel Patri reliquerit, agere Parentibus liceat ad legitimę ſupplementum, *Bald.in d.authent.ex Teſtamento ante num.prim. verſ.pone ergo, & ſeq.Cod.de ſecundis nuptijs, & conſ.314.num.3.lib 4.Caſtrenſ. conſil 416. in princip. & num.2. lib.1. Soccin.Iun.conſ.penult. num 4. lib 4 Menoch. conſ.237.num. 12.* vbi, diſtinguendo inter bona Paterna & alia ait, in illis, ſi filij prioris Matrimonij ſuperſunt, & defunctus cum teſtamento deceſſerit, Matri non deberi legitimam; in his verò deberi, prout deberetur ſucceſſio, ſi deceſſiſſet inteſtatus: Ius enim petendi legitimam à ſucceſſione ab inteſtato metiri debere, affirmant *Riminald.Iunior, conſ.305.num.17. & ſeqq. Soccin.* Iun.*conſil. 25 num.12.lib.1.& conſ.124. num.11. lib.2. Rub.conſ.156.num.4. Peregrin.conſ 80.num. 22.lib.1. & conſ.417. lib.3. Facebin. controuerſiar.Iur. lib.3. cap.63. verſ.quibus non obſtantibus. Marta de ſucceſſ.legali part.2.qu.4. art.1.num.18.Mangil.de imputat.quæſt.7.n.6. & ſeqq.*

& ſeqq. Michalor. de fratrib. part. 3. cap. 13. num. 51. & ſeqq. Bich. dict. deciſ. 414. num. 9. & duob. ſeqq.

88 Idque, etiam ſi in teſtamento filius prohibuiſſet Parenti, ne plus peteret; cum enim in bonis aliundè quæſitis locum non habeant pœnæ ſecundò nubentium, quemadmodùm non eſt permiſſum filio prohibere, ne parens, qui ſecundò non nupſit, ſupplementum legitimæ petere poſſit, Suarez in l. quoniam in prioribus ampliat. 16 nu. 3. Cod. de inoffic. teſtam. Gomeſ. var. reſolut. tom. 1. cap. 11. ſub num. 24. Azeued. recompilat. lib. 5. tit. 8. leg. 1. ſub num. 49. Ita neque poteſt Parentibus binubis, vt probat text. in §. cum igitur, ibi: Sed etiam contra Teſtamentum ei datis allegationibus, ſi fortè filius eum prætermiſerit, aut irrationabiliter exhæredatum fecerit, Authentica de nō eligend. ſecundò nubent: confirmatus in § hinc nos infra med. ibi: in reſiduis verò omnibus rebus, quæ aliundè, erunt filio præter Paternam ſucceſſionem veniant ſecundùm vocationem noſtram, & in fine, ibi: alijs omnibus, quæ de ſucceſſionibus dicta ſunt Parentum in filijs intactis remanentibus, authent de nuptijs, & tradit Ioannes de Garronibus in d. auth. ex teſtamento, num. 29. in fine, Cod. de ſecundis nuptijs, & reprobata contraria ſententia Soccin. & Bero. quos ſequutus eſt Laderchius conſ. 33. nu. 5. & ſeqq. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. num. 6. & ſeqq. firmat, Riminald. Iun. d. conſ 305. nu. 17. & ſeqq. per tot. reſpondens omnibus contrarijs, Peregrin. d. conſ. 80. nu. 26. lib. 1. optimè aduertens, quòd in propoſito legitimæ nullatenus ſit conſiderabile diſcrimen, an contra voluntatem, vel potiùs iuxtà voluntatem filij Mater veniat; ſed id tantummodò ſpectari debeat, an Matri ſit debita legitima, & ſi debita ſit, inuitis filijs debetur, Caſtr. conſil. 416. in princip. verſ. nec excluditur, lib. 1. Ancharan. conſ 421. nu. 2. verſ. ſecundò caſu, Mangil. d. quæſt. 7. num. 28. & ſeqq. Michalor. de fratrib. d. part. 3. cap. 13. n. 49. & ſeqq. Epiſc. Sperell. deciſ. 33. ſub num. 1. verſ. contrarium, & ſeqq. per tot. ubi ſatisfacit omnibus contrarijs.

89 Solùmque inter Doctores acriter diſceptatur, an Patri, ſiue Matri binubæ debeatur legitima, ſiue eius ſupplementum, quoties minus legitima fuerit relictum, inſtituto penitus extraneo, in quo articulo duæ adſunt ſibi aduerſantes ſententiæ.

90 Altera affirmans, legitimam, ſiue eius ſupplementum Parentibus Binubis nullatenus deberi, cum reputari omninò debeant, tamquàm extranei, ob tranſitum ad ſecundas nuptias, & ob iniuriam illatam marito, ſiue mulieri, filioque præmortuo, quàm poſt Io. de Garronib. ſubſtinent Bero. d. conſ. 38 lib. 2. & in eadem cauſa Soccin. Iun. d. conſ. 97. lib. 4. latè Laderch. d. conſ. 33. per tot. Merlin. de legit. lib. 4. tit. 2. quæſt. 2. nu. 6. & ſeq.

91 Altera verò ſubſtinet, legitimam, ſiue eius ſupplementum deberi Parentibus binubis, potiſſimùm in bonis aliundè quæſitis, quàm optimè firmat in eodem indiuiduali caſu reſpondens omnibus contrarijs Riminald Iun. conſ. 305. num. 17. per tot. Peregrin. conſ. 80. num. 26. lib. 1. Facchin. controuerſiar. Iur. lib. 3. cap. 63. verſ. quibus non obſtantibus; Mangil. de imputationib. d. quæſt. 7. num. 20. & ſeq. Michalor. de fratrib. d. qu. 3. cap. 13. nu. 53. et ſeq. Card. de Luca de legitim. diſc. 11. per tot. Epiſc. Sperell. d. deciſ. 33. lib. 1. Bich. dicta dec. 414. n. 9. & pluribus ſequentibus, & hæc poſterior ſētētia eſt verior, magiſq; recepta.

Nullo enim Iure ſubſiſtit præcipuum
92 fundamentum, cui contraria opinio innititur, nempè, diſpoſitioni, §. hinc nos, auth. de nupt. in quo reperitur diſpoſitum, vt vltima voluntas filij fauore matris, quamuis binubæ, ſubſtineatur, ſeruarique debeat; ea potiſſimùm ratione, quia, ſicuti extraneo filius relinquere poterat, ita, etiam, & Matri, ibi: Sicut enim licebat relinquere alicui extraneo, ita, & matri relinquens, ſiue inſtitutionem, ſiue legatum rectè relinquet, Dominium, & vſum, ſiue ex rebus, quæ extrinſecus aduenerunt fuerit facultas, ſiue ex paternis nihil ex hoc fratribus contradicere volentibus. Ex quibus verbis inferunt, matrem pro extranea eſſe reputandam.

Siquidem illud eſt ſophiſma, æquiuocumque manifeſtum; cum Imperator in prædicto textu nullatenus intellexerit, Iura matri competentia reſtringere; ſed potiùs ampliare, mandando, quòd eius fauore ſeruetur filij voluntas, plenumque Ius, ideſt proprietatem, & vſumfructum mater acquirat totius, vel partis ſubſtantiæ, quam quouis titulo eius filius reliquerit, tàm de aliundè quæſitis, quàm de Paternis; quamuis in his ab inteſtato, non niſi quò ad vſumfructum ſucceſſiſſet, vt benè aduertit Facchin. d. cap. 63. verſic. ad primum & exemplo extranei vtitur Imperator; non vt illi penitus matrem æquiparet; ſed ne illo mater ſit deterioris conditionis, redarguendo in hoc Conſtitutiones anteriores, nempè, ne prohibitum ſit filio morienti relinquere matri in teſtamento bona ſua Paterna, aut aduentitia pleno Iure, cum ea relinquere non prohibeatur extraneo, ut egregiè animaduertit Riminald. Iun. dict. conſ. 305. num. 97. & ſeqq. Peregrin. dict. conſ. 80. num. 22. verſ. nec textus, lib. 1.

Neque fundamentum fieri poteſt in ſententia Bero. dict. conſ 38. lib. 2. Soccin. Iun. d. conſil. 97. lib. 4. in eadem cauſa conſulentiū, quos ſequitur Merlin. dict. lib. 4. tit. 3. quæſt. 2. num. 6. et ſeq. cum non loquatur deciſiuè, ſed potiùs diſcurſiuè per verba videtur, & attē-

iari

tari poſſet ; ideòque potiùs motiuando, quám determinando, ac preter caſus neceſſitatem, dum in eo aliud concurrebat ſolidiſſimum fundamentum reſultans à ſtaturo excluſiuo Matris proprer patruum, qui fuerat hæres inſtirurus, ideóque remanet ſolus, *Endercb. d. conſ. 33.* qui ex profeſso contra communē ſententiā, hoc ſubſtinet aſſumptū.

93 Solùmque filij diſpoſitio, inſtituto extraneo, & excluſis Parenribus, poſſet procedere in bonis profectitijs, in quibus lex punit iniuriam filio illatam, & proprercà Mater, ſiue Pater binubi, excluſi à plena ſucceſſione inteſtati, licet agniti in teſtamento filij, non poſſunt capere, niſi quòd eis filius reliquit, quia cenſentur agniti, ſeu inſtituti, vt quilibet extraneus, *Bald. conſ. 49. num. 1. in fin. lib. 5. Barbat. conſ. 50. colum. 6. verſ. copio nunc lib 3. Alex. conſ. 3 num. 10. et ſeqq. lib. 7. Azened. recompilat. lib. 5 tit. 1 leg. 4 num. 39.* Rot. *Bononien diuerſor. dec. 11. num. 5. Bieb. d. deciſ. 414. num. 32.*

SVMMARIVM.

1 *Mater ſuccedit filio ab inteſtato, excluſa ſorore ex vno tantùm latere coniuncta.*

2 *Matri ab inteſtato defunctæ ſuccedit frater, & nepos ex altero fratre prædefuncto.*

3 *Renunciatio ampliſſima, & iurata facta à Moniali in ingreſſu Religionis, operatur, perindè, ac ſi eadem Monialis in rerum natura non exiſteret.*

4 *Frater renunciatarius, quoties inteſtatus, & ſine liberis prædecedit Sorori Moniali renuncianti, ſuperſtite Matre, quæ pariter inteſtata prædeceſſit, an poſſit Monaſterium ex perſona Monialis ſuccedere, excluſis hæredibus extraneis ab inteſtato eiuſdem renunciatarij.*

5 *Renuncians, quoties à ſe abdicat quæcumque Iura, etiam in futurum competentia, cum expreſſione cauſæ, non temporaliter, ſed perpetuo duraturæ, præmoriente renunciatario ab inteſtato ſine liberis, remanet renuncians perpetuò excluſa.*

Neque eidem Renuncianti datur regreſſus ad bona renunciata, etiam in concurſu cum hæredibus extraneis ipſius renunciatarij.

6 *Idque, etiam procedit in renunciatione factæ à Moniali.*

7 *Renunciatio, licet contineat clauſulas realitatem inducentes, ſi tamen non ſint perpetuò, ſed temporaliter duraturæ, deficientibus Perſonis contemplatis, datur regreſſus Renuncianti ad bona renunciata, excluſis hæredibus extraneis Renunciatarij præmorientis.*

8 *Renunciatio an ſit realis, perſonalis, vel mixta, ex quibus potiſſimùm dignoſcatur.*

9 *Frater Vterinus non eſt agnatus Sorori Vterinæ; ità vt poſſit illius conſeruare agnationem.*

10 *Renunciatio facta à Sorore ob dotem receptā à fratre vterino, dici debet realis, cum perpetua excluſione renunciantis, etiam in concurſu cum hæredibus extraneis renunciatarij.*

Sicuti reſpectu dotantis obligatio eſt ſucceſſiua, ita etiam dici debeat renunciatio quò ad dotatam ratione ſeruandæ correſpectiuitatis.

11 *Neque hoc caſu eſt opus recurrere ad coniecturas.*

12 *Frater vterinus, nullis extantibus bonis paternis, multòque magis Matre exiſtente, non tenetur dotare ſororem vterinam, etiam aliter nubere non valentem.*

13 *Reprobatur cōtraria ſententia* Tiraquel. Surd. *& aliorum.*

14 *Soror vterina dotata à fratre vterino de Iure non obligato, dicitur vendidiſſe totum Ius futurum ſuccedendi in hæreditate Matris, dotis pretio recepto.*

15 *Nepotes excluduntur à ſucceſſione Aui, licet ex propria perſona ueniant, quoties eorum Mater præmortua, recepta dote, hæreditati paternæ renunciauit.*

16 *Renunciatio non efficitur perneceſsè realis per dotationem; quoties agitur de dote recepta à Patre, vel fratribus conſanguineis de Iure obligatis ad dotandum.*

Vel quando dotis receptio non fuit cauſa vnica, & finalis renunciationis, ſed aliæ concurrunt cauſæ.

ARGVMENTVM.

Renunciatio ampliſſima facta à Moniali ob ingreſſum in Religionem operatur, ac ſi eadem Monialis in rerum natura ampliùs non exiſteret; adeòut perpetuò excluſa remaneat, ne dum ab hæreditatibus Patris, & Matris, quibus fuit ſpecificè renunciatum; ſed etiam fratris vterini ex proprio ære dotantis ab inteſtato ſine liberis defuncti, quoties renunciationis verba ſunt vniuerſalia, & effrenata hæreditatem, etiam fraternā, apta comprehendere; Multòque magis, quando eadem renunciatio legitur à fratre acceptata *pro ſe, & hæredibus quibuſcumque*, ſub qua ſtipulatione non poteſt dici ex tacita vocatione hæredum ab inteſtato comprehenſum Monaſterium ex perſona Monialis.

Licentia Ordinarij in renunciatione à Moniali facienda requiſita à *Sacro Concilio Tridentino*, an in ſcriptis ſit præſtanda, vel potiùs ex teſtium, Notarijque depoſitionibus probari poſſit, fuiſſe impartitam.

Conciliaris diſpoſitio, an vindicet ſibi locum in contractibus geſtis à Nouitijs vltrò, citròque obligatorijs pro implemēto propriæ obligationis.

Solemnitates indictæ à Statuto laicali, an ſint ſeruandæ in renunciationibus factis à Nouitijs in actu profitendi.

17 Renunciatio dici debet realis, abdicatiua, & extinctiua; quoties non eſt facta à muliere nubẽte in ſæculo, ſed à Moniali, ita vt, etiam præmoriente renunciatario ab inteſtato ſine liberis, ad ſucceſſionem admitti debeant ipſius hæredes extranei excluſa Moniali renunciante.

18 Verbum quicumque, vtpotè effrænatum, comprehendit ob ſui latitudinem etiam hæredes extraneos.

19 Renunciatio præſumi debet realis, quoties eſt facta ad fauorem renunciatarij acceptantis pro ſe, & hæredibus quibuſcumque.

Adeò ut cenſeantur eſſe tot ſtipulationes, quot perſonæ, voluiſſeque renunciantem fauere hæredibus renunciatarij, nedum ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato.

20 Itaque caſu in ſententia Fabri nulli dubitationi locus relinquitur, quin etiam pro extraneis heredibus renunciatarius fuerit ſtipulatus,

21 Contraria procedunt, quoties renunciatio legitur facta fauore familiæ dumtaxat, & ſimpliciter, cum clauſula pro ſe, & hæredibus, & ſucceſſoribus.

22 Realitas renunciationis alioquin reſultans ex clauſula, pro ſe hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, an remaneat excluſa, quoties prædicta verba non fuerunt prolata à renunciante, ſed ſolùm leguntur in acceptatione renunciatarij, & num. ſeqq.

23 Monaſterium, cum habeatur loco filij, non videtur veriſimile, Monialem renunciantem illud voluiſſe poſtponere quibuſcumque hæredibus, potiſſimùm extraneis.

24 Donatio regulatur ex voluntate eius, qui donat, non qui accepit.

25 Stipulatio non obligat, niſi in eo, quod promiſſor reſpondit, etiam ſi latior ſit, & ad plures perſonas extendat ſtipulatoris interrogatoria.

26 Mentio de hæredibus, et ſucceſſoribus quibuſcũque, quoties legitur facta, nedum in acceptatione renunciatarij, ſed etiam in verbis diſpoſitiuis renunciationis factæ, nedum renuncianti; ſed etiã hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, tunc aſſerendum, renunciantem voluiſſe donare etiam hæredibus extraneis.

27 Præcipuè, accedente ſtipulatione Notarij pro abſentibus, eorumque hæredibus quibuſcumque.

28 Renunciatio, quoties legitur facta à Moniali erga dictos eius fratrem, & heredes, dictio dictos repetit adiectiuum quibuſcumque in præcedenti ſtipulatione Notarij appoſitum.

29 Ideòque dici debet, Notarium ſtipulaſſe renunciationem pro hæredibus quibuſcumque, iuxta voluntatem ipſiuſmet renunciantis.

30 Stipulationis indefinita acceptatio includit perneceſſè conſenſum in omnes qualitates à ſtipulãte expreſſas.

31 Et ſufficit, formam interrogationis placuiſſe promittenti, vel in actu reſponſionis, vel paulò poſt.

32 Sub ſtipulatione pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, non poteſt intelligi comprehenſum Monaſterium ex perſona Monialis.

33 Stante obitu renunciatarij ab inteſtato abſque liberis; tacitè non poteſt dici vocata Monialis renuncians ad inteſtatam ſucceſſionem.

34 Tacita vocatio renunciantis ad ſucceſſionem renunciatarij ab inteſtato poteſt procedere, vel quando concurrunt coniecturæ contrariæ, vtpotè ſi defecerint cauſę, vel perſonæ cõtemplatæ in renunciatione.

35 Vel quando renunciatio eſt facta à nubente in ſæculo.

Secus verò à Moniali contemplatione ingreſſus in Religionem, ibidemque profeſſionem emittendi.

Renunciatio Monialis præſumitur facta, potiſſimùm amore Dei, vitæque Cęleſtis, ad quam, vt expeditior euaderet, temporalia à ſe abdicare voluerit, ſeque mortuam mundo facere.

Affertur diſcrimen ratione ſucceſſionis non viciſſitudinariæ, inter renunciationem factam à nubente in ſæculo, & ingrediente in Religionem.

36 Renuncians dici debet tacitè vocatus ad ſucceſſionem renunciatarij ab inteſtato decedentis, quando non legitur ſtipulatio pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, ſed ſimpliciter pro hæredibus, & ſucceſſoribus.

37 Realitas renunciationis reſultat ex prægnantia, & generalitate verborum, putà ſi fuerit dictum, alia quauis de cauſa, alia quauis ſucceſſione, vel quomodolibet competentia, & competitura in futurum quomodocumque.

Huiuſmodi clauſulæ ampliãt renunciationes factas à Monialibus, non ſolùm quò ad modum ſuccedendi, verùm etiam quò ad comprehenſionem perſonarum, quæ in renunciatione non fuerunt expreſſę.

38 Dictio, Alia, quamuis ſit nota ſimilitudinis includit nihilominus diuerſa ab expreſſis.

39 Præcipuè, quando eſt adiunctum verbum quacumque, quo caſu ad diſſimilia trahitur.

40 Pactum expreſſum de numquàm petendo, neque per ſe, neque per alium, bona renunciata, nedum habet vim pacti obligatorij de non petendo in futurum, ſed etiam operatur, vt renunciatio dici debeat omninò realis.

Idque, etiam procedit, ſi pactum de non petendo virtualiter ſubintelligeretur.

41 Prout etiam realitas reſultat ex clauſulis, quam renunciationem, &c. promiſit ſemper habere ratam, &c. & ſemper attendere, &c.

42 Soror excluditur ab hæreditate Matris propter fratres, attento ſtatuto Vrbis lib. 1. cap. 145.

Reprobatur contraria ſententia, & in quo caſu poſſit procedere.

43 Excluſio Sororis propter fratres, quoties reſultat fauore maſculinitatis. & ſexus, etiam in ſtatutis agnationem reſpicientibus, appellatione fratris venit etiam vterinus.

44 Idque potiſſimùm procedit reſpectu excluſionis à ſucceſſione materna, in qua non poteſt conſiderari alia ratio, niſi maſculinitatis.

45 Renunciatio Monialis eſt nulla, deficiente Ordinarij licentia.

46 Huiuſmodi licentia poteſt probari teſtibus.

Quid ex fide Notarij teſtantis illam vidiſſe.

47 Licentia non requiritur in ſcriptis.

48 Regulariter omnis diſpoſitio poteſt fieri verbo; niſi lex præciſam ſcripturam requirat ad actus validiatem.

49 Renunciatio facta à Moniali non gratuita; ſed potiùs remuneratoria ob dotem receptam ab eo, qui dotare non tenetur, non ſubiacet ſolemnitatibus Sac. Conc. Tridentini.

50 Rebrobatur Epiſc. Sperell. contrarium ſentiẽs.

51 *Mater potiùs tenetur dotare filiam in concurſu cum fratre vterino.*

52 *Animum Sororis Monialis renunciantis eſt præſumendum non fuiſſe gratuito donandi, ſed potiùs debitum perſoluendi erga fratrem vterinũ dotare non obligatum, eidem cedendo Iura ſuper bonis maternis, à quibus dos erat conſequenda.*

53 *Verba in renunciatione ſororis appoſita, ibi:* deliberauit recognoſcere rem gratam ab eius fratre ſibi factam, &c. *præſeferunt remunerationem, & munificentiam pro tam accepto beneficio.*

54 *Conciliaris diſpoſitio ſibi locum non vindicat in contractibus vltrò citròque obligatorijs factis à Nouitijs pro implemento propriæ obligationis.*

55 *Renunciationis factæ à Moniali, cum præcipuus effectus ſit, Deo ſeruire, ad hunc effectum alio nõ indiget, quam dote congrua ſolita dari Monaſterio cum ſumptibus ingreſſus, & profeſſionis.*

56 *Monialis ſi dote congrua recepta, renunciet, etiam opulentiſſimæ hæreditati delatæ, vel deferendæ, non poteſt prætextu læſionis reſcindi renunciatio.*

57 *Solemnitates indictæ à Statuto laicali non vindicant ſibi locum in renunciationibus factis à Nouitijs in actu profitendi.*

58 *In donatione cauſa mortis ſollemnitates ſtatutariæ non requiruntur.*

59 *Renunciatio facta per Monialem bonis paternis, Maternisq́; non preſtat impedimentum quominus eadẽ renũciãs ſuccedat fratri ab inteſtato.*

Declaratur num ſeq.

60 *Renunciatio generalis, & effrænatis verbis concepta, comprehendit, etiam bona fraterna; licèt de eis non fuerit facta ſpecifica mentio.*

61 *Præcipuè, exiſtentibus verbis* ibi: & cuiuſuis ſucceſſionis, &c. *&* ibi: ex quauis alia ſucceſſione, *quæ nõ ſolùm ſunt ampliatiua quò ad modos ſuccedendi perſonis expreſſis, quibus non fuit renunciatum.*

Sed vlteriùs pro ſuperfluitate euitanda important renunciationem iuris ſuccedendi alijs perſonis, præter expreſſas.

62 *Multòque fortiùs, quando in Superiori parte renunciationis legitur renunciatum omnibus hæreditatibus aſcendentium, ampliata poſtmodùm diſpoſitione in illis verbis,* & cuiuſuis ſucceſſionis, *quæ in alio verificari non poſſunt, quàm in tranſuerſalibus.*

63 *Renunciatio facta à Moniali eſt latè interpretanda.*

64 *Reſpondetur nonnullis deciſionibus Rotæ, quæ videntur contrarium affirmare reſpectu ſucceſſionis fraternæ, illaſque procedere oſtenditur.*

65 *Vel, quando verba renunciationis non ſunt, adeò effrenata, & vniuerſalia, vt ex eis neceſſario reſultet renunciatio hæreditatis fraternæ.*

Vel, quando non fuit ſtipulata pro hæredibus quibuſcumque.

66 *Vel, quoties reſeruatio legitur poſitiuè reſtricta ad bona paterna, & materna, cum clauſulis ad oculum demonſtrantibus eadem bona.*

67 *Vel, quando verba renunciationis, non ſunt generalia, & apta comprehendere extenſionem; ſed potiùs ſunt reſtricta ad hæreditates ſpecificè expreſſas.*

68 *Vel demum, quando renunciatio eſt facta Patri acceptanti pro ſe,* & ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, *in quo caſu eſt perſonalis.*

Declarantur auctoritates contrariæ.

CAPVT LVI.

ABSOLVENDI Maronij ab impetitis per Monaſterium Sanctæ Claræ, ex perſona Hippolitæ Mariæ Monialis; cum enim Hieronymus Leonius o-
1 bierit, ſuperſtite Iulia Matre, hæc in totum ſucceſſit, excluſa Sorore Moniali, tamquám ex uno tantùm latere coniuncta, ut ſunt apertiſſima Iura in *Auth. Defuncto § Sed ſi eum Parentibus, C. ad Senat. Conſult. Tertull.* ibique *Bald. num. 8.* eam affert rationem, quia parentes æquiparantur utrinque coniunctis; ſed utrinque coniunctus excludit coniunctũ ex altero tantũ latere, *auth. poſt fratres, Cod. de legit. hæredibus*, ergo á parentibus iſti excluduntur, *§. videè conſequens, Auth. de hæred. ab inteſt. venien.* ibique *Caſtrenſ.* aſſerens, id non habere dubium. *Bart. poſt Guglielmi de Cun. in l. 2. in princip. quæſt. 5. verſ. vlteriùs quæro, ff. de vulg. & pupillar. Souſ. in ſolemni repetit. l. fœminæ. part. 1. art. 4. nu. 157. Cod de ſecund. nupt. Dec. conſ. 628. nu. 9. in fin. lib. 2.* ubi, quòd res ſit adeò clara, ut in ea non ſit elaborandum, *Angel. conſ. 282. num. 3. Couar. de ſucceſſ. ab inteſt. num 5 verſ. hinc apparet, Craſſ. de ſucceſſ § ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 24. num. 1 Capriol. de ſucceſſ. lib. 2. circà fin. nu 78. Barry eod. tract lib. 18. tit. 2. num. 2. circà med. verſ fratres autem, Nicol. de Vbald. de ſucceſſ. ab inteſt. part. 2. num 7. Facchin. controu. Iur. lib. 6. cap. 8.* ubi reprobat *Caſſan.* contrarium ſentientem *Mart. de ſucceſſ. legal. part. 2 quæſt. 1. art 2. num. 3. & ſeqq.* ubi, quòd per prædicta Iura fuerit correctus text *in l. ſi quis, vel ſi qua, C. ad Tertullian Cancer. var. lib. 1. cap. 5. num. 35. Caren reſol. 173. Boer. deciſ. 185. n. 2.*

Cumque poſt aditam hereditatem Hiero-
2 nymi filij eadem Mater ab inteſtato deceſſerit, factus fuit locus ſucceſſioni, etiam in dictis bonis ad fauorem Franciſci Mariæ eius fratris, & Petri Antonij de Maronijs ex altero fratre Nepotis, *Auth. ceſſante, C. de legit. hæred. Auth. Itaque, C. commun. de legat. Barry de ſucceſſ. lib. 18. tit 3. n. 1.*

Idque, non obſtante exiſtentia dictę Claræ Tereſiæ filiæ; cum enim ipſa, antè emiſſam profeſſionem renunciauerit dicto Hieronymo eius fratri uterino præſenti, & cet. omnia Iura ſibi competentia, & quæ in futurum competere poſſent in bonis paternis, maternis, & ex alia ſucceſſione; & quomodocumque, & qualitercumque abſq; dubio repelli debet Monaſterium ex illius perſona petens immiſſionem in bonis dictæ Iuliæ Matris, cum iuramento renunciatis; cum ſtante renunciatione ampliſſima ab eadem Moniali facta in ingreſſu Religionis, habeatur, ac ſi in rerum natura non exiſteret, *Caſtrenſ.*

ſtrenſ.in l.planè,§.ſi duobus,num.9.ff.de legat.
1.Menoch.conſ.401.num.102.& ſeqn. Carol.
Ant.Putens in conſ. vnic.impreſſo apud Oddi
conſ.in fin.num.37.& 44.Minad. conſ.22.nu.
3.& in fin.Ronit.conſ.43.& conſ.44.utrobi-
que num.7.lib.1.Altograd. conſ.66.in fin.lib.
1.& conſ.37.num.33.& ſeqq.lib.2. Paſchal.
de patr.poteſt.part.3.cap.7.num.48. Conat.in
cap.quamuis,part.3.§.2. num.5.in fin. Mol-
pheſ.ad Conſuet.Neapolit.tit.de renunciat.q.2
n.3.et ſeqq.& n.5.in fin.Io.Andr.de Georg.al-
legat.23.n.2.Napodan.in conſuet.ſi quis,vel ſi
qua,n.195.ſub tit.de ſucceſſ. ab inteſt. ibique
add. ſignanter Frecc.num.200.Caput.ad con-
ſuetud.Neapolit.ſi moriatur, part.3. §.8.nu.
11.& ſeq.Merlin.contron.5.num.4.lib.1.Ma-
ſtrill.deciſ.65.num.12.& trib.ſeqq. Epiſcop.
Thomat.deciſ.50.num.66. Franch. deciſ.375.
num.2.verſ.viſum fuit Sacro Concilio, ibique
de Luca num.1.Card.Ottbobon. dec.10. n.40.
Rot.in rec.deciſ.587.num.9.& ſeq.part.1.&
deciſ.261.n.1.par.11.

4 Neque aduerſatur, quòd, cum Hierony-
mus Renũciatarius prędeceſſerit inteſtatus,
& ſine liberis, ſuperſtite Iulia Matre, quæ
pariter inteſtata obijt, non ſit prohibitum
Monaſterio ex perſona Monialis Claræ Te-
reſiæ filiæ ſuccedere, excluſis Maronijs hæ-
redibus ab inteſtato eiuſdem Hieronymi.

Siquidem pro remouendo huiuſmodi obiecto, cum huiuſmodi materia apud DD. (malo fato huius noſtræ legalis ſcientiæ) ſit valdè inuoluta ob diſſidentes hinc indè ſententias, ſunt diſtinguendi ad effectum, de quo agimus, duo caſus, omiſſis alijs ad rem, de qua eſt ſermo, non pertinentibus.

Primus eſt, quando renunciatio ita legi-
tur concepta, vt nulla prorſus habita conſi-
deratione, ad quem bona renunciata deue-
niant, renuncians à ſe abdicat quæcumque
Iura eidem competentia, vel quæ in futu-
rum poſſent competere ſuper bonis, vel hę-
5 reditatibus renunciatis; cum expreſſione
tamen cauſæ, non temporaliter, ſed per-
petuò, durature, iuxtà deducta per Gabr.conſ.
89. num. 12. & ſeqn. lib. 1. alioſque proxi-
mè laudandos.

Et in hoc caſu, etiam ſi renunciatarius
prædeceſſerit inteſtatus, & ſine liberis, re-
manet renuncians perpetuò excluſus, perin-
dè, ac ſi eſſet mortuus; neque eidem poteſt
ampliùs competere regreſſus ad bona re-
nunciata, etiam in concurſu cum hæredibus
extraneis ipſius renunciãtis, Carol.Ant.Put.
in reſpon.vnic.impreſſ.poſt conſ.Odd. num.33.
& ſeqq.Burſat. conſ.264.num.6. libr.3. Gar-
giar.conſ.100.num.61.& ſeq.& 75. & ſeqn.
lib.1.Paſchal.de patr.poteſt.par.3. cap.7.nu.
48. & in terminis renunciationis factæ à
6 Moniali, Rouit. conſ.43. & 44. vtrobique
n.7.lib.1. Caput.in conſuet.ſi moriatur, p.3.
§.8.num.12.Merlin.d.controu.5.per tot.lib.1.
de Marinis quotid.cap.189. num.22. liber.2.
Franch.d.dec.375.num.2. Maſtrill.dec.65.&
pluries firmauit Rot.præcipuè coram Dnno Z.
Inn. deciſ. 676. num.11. & ſeqq. Card Ot-
thobon.deciſ.10.n.40.in rec.deciſ.356.p.13.

7 Secundus caſus eſt, quando renunciatio
continet quidem clauſulas inducentes rea-
litatem, fuerunt tamen expreſsè, vel tacitè
ſubintellectæ certæ cauſæ, non perpetuò,
ſed temporaliter duraturæ, vtpotè ſi fuerit
facta renunciatio ad fauorem Patris, vel
fratrum maſculorum ad finem conſeruandi
agnationem, vel bona in familia ipſius re-
nunciantis; & in hoc caſu, quamuis renun-
ciatio realis dici debeat; huiuſmodi tamen
realitas non eſt perpetua, ſed potiùs tempo-
ralis, durantibus, ſcilicèt, perſonis, cauſiſ-
que in renunciatione contemplatis, quibus
deficientibus, renuncianti datur regreſſus
ad bona renunciata, excluſis hæredibus ex-
traneis renunciatarij, & in his terminis
loquuntur Bald.conſ.437.Marant.diſp.10.nu.
14.Gabr.conſ.131.nu.14. lib.2.de Pont. conſ.
39.n.1.& ſeq.lib.1.Medic.conſ.2.nu 128.&
ſeq.Cancer. lib.3.var. cap.15.n.24. & ſeqq.
& nu.33.& ſeq.Gratian.cap.557.num.42.&
52.Anna allegat.21. num.22. Loffred. in Pa-
rafraſ.ad cap.1. de natur. ſucceſſ feud. fol.48.
verſ.ſed ſi non eſſet facta, & verſ. non obſtat
conſilium Ludouici Fab. de Anna in addit.ad
ſingul 439.ſui Genitoris Ant. Gomez in l.22.
Taur.n.12. Piſtor.lib.4.qu.6.n.54.59 & ſeq.
Molin.de rit.Nupt.lib.3.q.92 n.39.vſq.ad 46.
Canagnol.in obſer.ad conſ.Menoch.6.Sanchez
ad Praecept.Decalog.lib.7.cap.7.n.20 Alto-
tograd.Inn.controu.27.num.17.et ſeqq.Manſ.
conſult.256. numer.16. Theodor. allegat.36.
n.36.& ſeqq.de Marin.var.reſolut.cap.189.
num.15.& ſeqq. & ſignanter num.21. lib.2.
benè Io:Franc.Marcian. diſput.8. num.15. &
ſeqq.ſignanter n.18.& ſeqq.lib.1.de Luca ad
Franch.deciſ.375.num.4. Reuerter.dec.58.&
581.per tot. & vtrobique de Marinis in ob-
ſeruat. Rot.in rec.dec. 543. num.31. & ſeqq.
par.5. tom.2.& deciſ.330. part.14. vbi filia
Monialis animo reuoluens, patrem reperi-
ri duobus alijs filijs grauatum, fecit ad ip-
ſius fauorem refutationem, & donationem,
expreſſa cauſa, vt commodiùs gradum ſuæ
nobilitatis ſubſtinere poſſit, familiamque
honorificentiùs alere.

His igitur præmiſſis, quæ in ſuis caſibus ſunt in Iure abſolutiſſima, inſpecta communi ſententia, quæſtio eſt, cuius generis ſit præſens renunciatio, diligenter inſpecto illius tenore, conſideratiſque perſona renunciantis, & renunciatarij, nec non cauſa expreſſa in eadem renunciatione, clauſuliſque

adiectis, prout, hæc omnia coaceruatim
abſque dubio attendi debent ad eliciendam
8 voluntatem contrahentium, à qua iuxtà
monitum *Conar. in cap. quamuis pactum, par.*
3. §. 3. ſub num. 4. verſ. tertiò, & illud, tota
pendet huiuſmodi materia, an, ſcilicèt, re-
nunciatio ſit realis, perſonalis, vel mixta,
& an hæredes extranei Renunciatarij præ-
decedentis ab inteſtato ſine liberis ſuccede-
re debeant, vel ne in bonis renunciatis, ex-
cluſa renunciante ſuperſtite.

Et ſanè in caſu, de quo agitur, abſque
dubio reſoluendum pro realitate, itaut So-
ror Monialis renuncians voluerit à ſe abdi-
care Iura, omnia ſibi competentia ſuper fu-
tura hæreditate materna, & auferens ſe de
medio, illa transferre in fratrem renuncia-
tarium, ſuoſque hæredes, etiam extraneos,
ex pluribus, quæ ſaltem ſimul iuncta rem
ponunt extrà omnem controuerſiam.

Primò, quia, cum verſemur in renuncia-
tione facta ad fauorem fratris vterini, in
quo, neque fuit expreſſa, neque à Iure tacitè
ſubintelligi potuit ratio conſeruandæ agna-
tionis, cum frater vterinus non ſit agnatus
9 Sorori vterinæ; itaut poſſit illius agnatio-
nem conſeruare, iuxtà monitum *Bald. conſ.*
30. num. 3 verſ. poſſe ergo, lib. 1. aſſerentis,
quòd iura agnationis, per fœminas non
oriantur.

10 Meritò eſt recurrendum ad vnicam cau-
ſam in renunciatione expreſſam, nempè, ob
dotem à fratre receptam, ex qua elicitur re-
nunciationis realitas, cum perpetua exclu-
ſione dotatæ renunciantis, etiam in concur-
ſu cum hæredibus extraneis renunciatarij;
Sicuti enim reſpectu dotantis, obligatio eſt
ſucceſſiua, & perpetua; ita, etiam dici de-
bet renunciatio, quò ad dotatam ratione
ſeruandæ correſpectiuitatis, *Pariſ. conſ. 69.*
num. 65. in fin. lib. 3. Ruin. conſ. 7. numer. 35. &
38. lib. 1. Giouagn. reſpon. 91. nu. 20. lib. 1. Ro-
uit. conſ. 43. num. 9. lib. 1. Peregrin. de fideic.
art. 52. num. 74. propè fin. verſ. item realis re-
nunciatio. de Marinis quotid. reſolut. dict. cap.
189 num. 22. lib. 2. Merlin. lib. 1. controu. cap. 5
num. 2. & 3. vbi, quòd hoc caſu non ſit opus
11 recurrere ad coniecturas *Conciol. allegat. 31.*
num. 10.

Itaut, ceſſante in fratre renunciatario o-
12 nere legali dotandi ſororem vterinam,
nullis ad id ſuper exiſtentibus bonis pater-
nis, multòque magis Matre, prout in præ-
ſenti themate, exiſtente, *l. cum plures, § fin,*
ibi, *Sed non dabit dotem* (loquitur de Tutore)
Sorori Pupilli alio patre natæ, etiam ſi aliter
ea nubere non poſſit, ff. de adminiſtrat. Tutor.
Gloſ. in l. non omni, verbo *nulla*, C. eod. *Bar-*
boſ. in l. 1. par. 4. ſub num. 25. ff. ſolut. matrim.
ibique *Bolognett. num. 131.* Crot. *num 91, verſ.*
intellige, Pinell. in l. 1. par. 3. num. 101. C. de
bon. matern. Sim. *de Petr. conſ. 179. numer. 15.*
verſ. tenentur, Honded. *conſ. 1. num. 11. lib. 1.*
Fontanell. *de pact. nupt. clauſ. 5. gloſ. 3. num. 15.*
et ſeq. Card. Mant. *de tacit. lib. 12. tit. 16. n. 33.*
Fragoſ. de regim. Reip. Chriſt. part. 3. diſp. 5. § 3
num 46. verſ. Barboſa tamen, Paul. Rubeus *in*
annot. ad deciſ. 460. num. 125. & ſeqq. part. 4.
recent. tom. 2. Card. *de* Luca *de dote. diſc. 142.*
num. 58. Boer. deciſ. 129. Rot. in recent. dec. 137.
num. 19 par. 6.

13 Nullatenus attentis contrarijs pondera-
tionibus adductis per *Tiraq. Surd.* & alios,
latè adductos per *Boſs. de dote, cap. 5. nu. 59.*
& ſeqq. quæ licèt videantur æquæ, ratio-
nabileſq; non merentur tamen amplecti ob
expreſſam Iuris reſiſtentiam, *Paul Rub. in an-*
not. ad d. dec. 460. num. 126. & ſeqq. part. 4.
rec. tom 2.

14 Ceſſante, inquàm, in fratre renunciatario
onere legali dotandi ſororem vterinam, pe-
rindè ſit, ac ſi Soror renuncians vendiderit
totum Ius futurum ad ſe ſpectans ſucceden-
di in hereditate Materna, recepto pretio do-
tis ſibi traditæ à fratre vterino de Iure non
obligato ad dotandum; atque adeò, ſuper
dicto Iure dici debet quodammodo inita
tranſactio propter dotem gratuitam de
præſenti habitam, prout in magis arduo
15 caſu excluſionis Nepotum à ſucceſſione
Aui ex propria perſona venientium, quo-
ties eorum Mater præmortua, recepta do-
te, hæreditati paternæ renunciauit, per præ-
dictas rationes firmarunt *Roman. in l. qui ſu-*
perſtitis, num. 7. verſ. quod limita, ff. de acquir.
hæredit Dec. conſ. 181. nu. 6. & ſeq Caſtr. conſ.
419 in fin. Surd. conſ. 355. num. 42. verſ. tertiò,
reſpondetur, & num. 43. Bero. conſ. 49. n. 38.
vol. 1. Caſſan. conſ. 47. Michalor. de fratribus,
part. 3. cap. 12. num. 38. Archiepiſc. Royas,
deciſ. 399. num. 11.

16 Neque dicatur, per dotationem non effici
pernecesſè renũciationem realem; hoc enim
poteſt procedere, vel quoties agitur de do-
te recepta à Patre, vel fratribus conſangui-
neis de Iure obligatis ad dotandum.

Vel, quando dotis receptio non fuit cauſa
vnica, & finalis renunciationis, ſed concur-
runt aliæ cauſæ, ſiue expreſſæ, ſiue tacitæ,
prout benè firmant vtrumque caſum diſtin-
guentes, *Sanchez ad præcept. decal. lib. 7. cap.*
7. num. 25. Theodor. allegat. 36. ante num. 23.
verſ. inſuper.

17 Secundò, renunciationis realitas ſuade-
tur ex eo, quia fuit facta non à muliere nu-
bente in ſæculo; ſed à Moniali, quo caſu, ſe-
motis contrarijs coniecturis, cum largiùs
ſit interpretanda, præſumi debet omninò
realis, abdicatiua, & extinctiua, itaut, etiam
præmoriente renunciatario ab inteſtato, &
ſine liberis, admitti debeant ipſius hæredes
extranei, excluſa prorſus Moniali ſuperſtite,

ut

Digitized by Google

ut in ſpecie *Gargiar.conſ.*100. *num.*60. *lib.*1.
*& conſ.*87.*num.*47.*lib.*2.*Soccin.ſen.conſ.*183.
*num.*3.*lib.*2.Becc.*conſ.*74.*num.*11. *Altograd.*
*conſ.*66.*num.*88.*lib.*1.*& conſ.*37.*num.*33. *&*
*ſeq. lib.*2. Fab.*de Anna conſ.*45. *num.*91.*&*
ſeqq.lib. 1.Rouit.*conſ.*42 *n.*9.*lib.*1.ibiq; latè
eruditus *Altimar.n.*27.*& ſeqq.*plures conge-
rit.Conar.*in c.quãuis pactũ* §.3.*n.*9.Napod.*ad*
*Cõſuet.Neap.tit.*16. *de ſucceſſ.ab inteſt.in con-*
*ſuet.ſi quis,vel ſi qua,n.*195.*Gratian.c.*568.*n.*
10.*Vaſq.lib.*2.*de ſucc,creat.*§.18.*n.*108.*Sãchez*
*ad præcept.Decalog.lib.*7.*cap.*7.*n.*28.*Craſſ.re-*
cept.ſentent. §.*ſucceſſio ab inteſtato, quæſt.*10.
*num.*31. Gallerat.*de renunc. cap.*5. *num.*18.
*lib.*2.*Merlin.d.controu.*5.*num.*4.*lib.*1.*de Ma-*
*rin. cap.*189.*num.*22. vbi, quòd ferè omnes
in hanc ſententiam conueniant, & *cap.*191.
*num.*4.*lib* 2.Molin.*diſp.*579.*ſub num.*19.*verſ.*
*dixi regulariter, Hodiern.controu.*7.*num* 34.
Cutell. *de donat. part.*1. *diſc.*3.*particul.*6.*ſub*
*num.*127. *verſ.& hoc etiam procedit, & par-*
*tic.*2.*diſcurſ.*1.*ſpecial.*40.*num.*14.*verſ.ſequun-*
*tur alij duo caſus, Donad.de renunciat.qu.*50.
*num.*12.*Bottilier.de ſucceſſ cap.*2.*theorem* 49.
*num.*15.Caren *reſol* 69.*& reſol.*245. *vtrobi-*
*que num.*5.*Conciol.alleg.*31.*num.*3.*&* 4. *Mel.*
*ad Caſtill de alim.cap.*36 §.9.*num.*2. Franeb.
*deciſ.*375.*num.*2.ibique *de* L*uca in addit.num.*
5.*Maſtrill.dec.*65.*num.*11.*&* 12 & hanc ſen-
tentiam conſtanter amplexa eſt *Rot.* præci-
puè *in rec,dec.*714 *num.*9.*in fin part.*2. *Du-*
*nozett.*Iun.*dec.*676.*num* 31. Bich.*deciſ.*632.
*num.*15.Card.*Cerrus dec.*616.*num.*2. *Cardin.*
*Otthobon dec.*10.*num.*26.*& ſeqq.*& frequen-
ter in alijs,

Tertiò, prædicta omnia potiſſimùm con-
firmantur ex renunciatione facta Hierony-
mo acceptanti *pro ſe, & hæredibus, & ſuc-*
ceſſoribus quibuſcumque; adeòut cenſeantur
eſſe tot ſtipulationes, quot perſonę; verbum
18 enim, *quibuſcumque*, vtpotè effrenatum,
comprehenſiuum ob ſui latitudinem, etiam
hæredum extraneorum, *Bart.in l.gallus*, §.
*etiam, ſub num.*5.*ff de liber.& poſth. Aretin.*
*conſil.*17.*num.*10.*verſ ſecundo quia*, Roland.
*conſ.*96.*nu.*28.*& ſeq.lib.*1. *Dec.conſ.*294 *ſub*
*num.*2.*in fin.*Bich.*dec.*586.*nu.*7, demonſtrat,
19 renunciantem fauere voluiſſe renunciatarij
hæredibus, ne dum ex teſtamento; ſed etiam
ab inteſtato; ita ut renunciatio merè realis
dicenda ſit, quæ effecerit renunciantem om-
ninò extraneam, ſeu mortuam, vt in ſpecie
ita diſtinguendo & reſpondendo contrarijs,
declarant *Molin.de rit.nupt.quæſt.*85. *nu.*60.
*& ſeqq.lib.*3.*Pariſ.conſ.*26. *num.*52. *Gargiar.*
*conſ.*100.*num.*65.*& ſeqq* Rouit.*conſ.*42.*num.*
11.*lib.*1.ibique Altimar. *Iacob. Gall.conſ* 64.
num 6. *de Franch.in addit. ad Napod.ad con-*
*ſuetud ſi moriatur fol.*9. *lit.G. &* H. ibique
*Marin.Frecc.fol.*83.*lit.*F.*Napod.ad conſuetud.*
*ſi quis, vel ſi qua, num.*169.*verſ.ſecundò que-*
*ro, Capyc.*Latro *conſult.*76.*nu,*53. *& conſult.*
77.*num.*30.*& ſeq.lib.*2.vbi, quòd in hoc ca-
ſu renunciatio dicatur realis, *Mart,de ſucceſ.*
*legal.part.*1.*quæſt.*14.*art.*1. *num.*11. *Cutel.de*
*donat.par.*1.*diſcur.*3.*particul.*6.*ſub num.*127.
*verſ. ſin autem renunciatio, & part.*2.*diſc.*1.
*ſpecial.*40.*ſub num.*6. *verſ.at ſi pater, & n.*7.
*& ſeqq.Merlin.controu.*5.*num.*5.*lib.* 1. Botti-
*glier. de ſucceſſ ab inteſt.cap.*2. *theor.*49.*num.*
27.Cancer.*var.reſol part* 3. *cap.*15. *num.*17.
*& ſeqq,Caren.reſol.*69.*&* 245. *vtrobique nu.*
6.*Conciol.allegat* 31 *num.*5.*& ſeq.Afflict.de-*
*ciſ.*161 *Capyc.dec.*190.*Anton.Fab in* Cod.*lib.*
2. *tit.*3. *definit.*22. *poſt princip. verſ.ſed ſi ve*
plerumque, aſſerens, quòd iſto caſu nullus
20 præſumptioni locus relinquatur, neque pro-
inde dubitationi, quin etiam pro extraneis
hæredibus renunciatarius ſtipulatus fuerit,
optimè *Dunoz.*Iun.*dec.*676. *num.*16,*& ſeqq.*
in qua fuit receſſum à deciſione contraria,
& reſpondetur omnibus obiectis, *Bich.deciſ.*
586.*num.*7.*& ſeqq.* vbi, quòd contraria pro-
21 cedant, quoties renunciatio legitur facta
fauore familiæ dumtaxat, & ſimpliciter, cum
clauſula *pro ſe, hæredibus. & ſucceſſoribus*, &
in his terminis procedunt firmata per *Gabr.*
*conſ.*89.*num.*9 *lib.*1. *Surd. conſ.*517. *num.*19.
Honded.conſ 36 *num.*23.*lib.*1, *Manz.conſult.*
258 *n.*9.*& ſeqq.et conſult.*295.*n.*24.*& ſeqq.*

Neque meretur attendi obiectum inge-
niosè excitatum ad excludẽdam realitatem,
ac perpetuitatem renunciationis reſultan-
22 tem ex dicta ſtipulatione *pro ſe, & hæredi-*
bus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, ea ani-
maduerſione adhibita, quòd, cum hæc verba
non fuerint prolata á Moniali renunciante,
ſed ſolùm legantur in acceptatione renũcia-
tarij, qui, ſcilicet, acceptauit *pro ſe, hæredibus,*
& ſucceſſoribus quibuſcumque, non ſuffragen-
tur; Non enim attendi debet pro quibus re-
nunciatarius acquirere uoluerit; ſed ad quo-
rum fauorem eadẽ Monialis renunciare exo-
ptauerit, dum agebatur de præiudicio renũ-
23 ciantis ob excluſionem Monaſterij, quod eſt
loco filij; quódque uerisimile non uideatur,
uoluiſſe poſtponere quibuſcumque hæredi-
24 bus, cum regulare ſit, quòd in traditionibus
uoluntas eius potiſſimùm ſpectanda ſit, qui
donat, cuius gratia, & contemplatione tra-
dat; non autem eius, qui accipit, *l.qui mibi*
donatum, ff.de donat. l.cum in corpus, ff.de
*acquir.rer.domin.Larrea deciſ.*Granat.86. *ſub*
*num.*14.*verſ.quia in traditionibus*, & in ſpecie
renunciationis factæ à Moniali, *Molfeſ.ad*
*Conſuetud Neap.tom.*1.*tit.de renunciat. qu.*3.
*num.*37.*& ſeq.* quem ſequitur *Rot. deciſ.*48.
*ſub num.*25.*et* 26.*poſt Merlin,de legit.*
25 Idq; ipſamet ſtipulationis natura ſuadet,
quę nõ obligat, niſi in eo, quòd promiſſor re-
ſpondit, & ſi latior ſit, & ad plures perſo-
nas extendat ſtipulatoris interrogatoria,

*l.*1.

l.1.§.ſi ſtipulanti, ibi: *Si ſtipulanti mihi decem, tu viginti reſpondeas, non eſſe contractā obligationem, niſi in decem conſtat, ff.de verb. obligat.l.inter ſtipulantem 83. § ſi ſtipulante, ff.eod.l.ſi ſeruus legatus 3 §.qui quinque, ff.de legat.1.§ præterea*, ibique *Piccard. num.2. et ſeqq.Harprect.num.4.et ſeqq. Inſtit. de inutil. ſtipulat.* Valent. *quæſt.part.2. lib.2. tract.3. cap.5.num.1.et ſeqq. Theſ.interpret.Iur cap. 41. Gomeſ.var.reſol.tom.2. cap.9. num.4. et ſeqq.*

26 Siquidem motiuum facilè tollitur ex facto; licèt enim Hieronymus renunciatarius acceptauerit renunciationem *pro ſe, et hæredibus, et ſucceſſoribus quibuſcumque*; Nihilominus in uerbis diſpoſitiuis eiuſdem renunciationis, expreſsè habetur, quòd renunciatio fuerit facta, nedum Hieronymo; ſed etiã hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque; Ideòque ſatis, ſuperque conſtat de mente renunciantis, quòd uoluerit donare, nedum Hieronymo; ſed etiam hæredibus quibuſcumque.

27 Accedente potiſſimùm ſtipulatione Notarij pro abſentibus, eorumque hæredibus quibuſcumque, quam fuiſſe acceptatam à Moniali renunciante, demonſtrant inferiùs uerba inſtrumenti, ibi: *Hanc autem renunciationem fecit dicta Soror Hippolita Antonia erga dictos eius fratrem, et hæredes*, ponderando præſertim dictionem, *dictos*, quæ repetit

28 adiectiuum, *quibuſcumque*, in ſtipulatione Notarij, ut ſupra appoſitum, ita ut, etiam in hac parte cenſeatur expreſsũ, *l.ſi prior.ff. ſolut.matrim.Iaſ.conſil.108.col.antepen. verſ. tum quoque obſtat, lib.4.Surd.conſ.21. nu.13. Barboſ.dict.87.num.1.et 4. Rot Bononien. diuerſ. deciſ.34 num.43. et deciſ.116. num.31.*

29 Vnde euidens eſt, quòd Notarius ſtipulatus fuerit pro hæredibus quibuſcumque de uolũtate renunciantis, prout in præciſis terminis ſatisfaciendo obiecto, egregiè firmat uidendus *Bebius dec.632.num.1. et ſeq.*

30 Signanter, quia indefinita acceptatio ſtipulationis includit pernecesſè conſenſum

31 in omnes qualitates à ſtipulante expreſſas; cum ſtipulatio reſpectu conſenſus ſit indiuidua, conſtetque formaliter ex interrogatione, & reſponſione, *l.ſtipulationum 5. §.ſtipulatio, ff de verbor.obligat.l.his verbis 8 ff.de duobus reis, Gomeſ.var.tom.2.cap.9.num.3.* & ſufficit, formam interrogationis placuiſſe promittenti, uel in ipſo actu reſponſionis, uel paulò poſt, prout ex *text. in l.1. §.ſi quis ſimpliciter, ff.de verbor.obligat.* tradit *Piccard. in §.prætereà ſub num.9.Inſtit.de inutil. ſtipulat, Alex.conſ.29.lib.3.Pariſ.conſ.26.num.17 et conſ.69.nu.32.lib.3. Vaſq de ſucceſs.creat. §.18.num.119. Anton.Gomez. in l.22.Taur. num 8.Craſs.de ſucceſs.§.ſucceſſio ab inteſtato quæſt.10.num.13. Couarr. in cap.quamuis pactum,par.3.§.3.num.5*, ibique *Guttier. num.1.* alijſque relatis, *Gallerat. de renunciat. lib.2. cap.5.num.18.*

32 Sub iſta autem ſtipulatione *pro hæredibus, et ſucceſſoribus quibuſcumque*, non poteſt intelligi comprehenſum Monaſterium ex perſona Monialis, vt in ſpecie *Cutell.de donat. contemplat.matrimon.diſc.3. part 1 partic.6. ſub num.127. prope fin. verſ.ſtipulatio enim illa.*

Prout, neque etiam ſtante obitu ab inteſtato renunciatarij, & eius Matris abſque

33 liberis, tacitè dici poteſt uocata eadem Monialis ad ſucceſſionem ab inteſtato, iuxta terminos *l.conficiuntur, ff.de iur.codicill.* ut rectè admonet *Aretin.in l.qui ſuperſtitis ff.de acquir. hæredit. Crot. in l.ſtipulatio hoc modo. num.20.* ibique *Soccin.Iun.num.56.ff de verb obligat.*

Solùmque contraria concluſio ſuper tacita uocatione renunciantis ad ſucceſſionem

34 renunciatarij ab inteſtato poſſet procedere; Vel, quando concurrunt coniecturæ contrariæ, utpotè, ſi defecerint cauſæ, uel perſonæ quarum contemplatione legitur facta renũciatio, in quibus terminis procedunt authoritates ex aduerſo allegari ſolitæ, præcipuè *Couarr.in cap.quamuis pactum, 5.part.relect. §.2.num.4.de pact.in 6.Caſtr. in l.pactum dotali, Cod. de collat.Bald.conſ.437. in ſecundo dubio per tot.lib.1.Alex.conſ.29.lib.3 Aretin. conſ.91.Corn.conſ.291.num.7.lib.1.Pariſ.cõſ. 36.lib.2. num.17. Ludouic. Bologniu.conſ.35. num.15.verſ.vel ſecundò, Gabr.conſ.131. nu. 10.& ſeqq.& conſ.135.num.34.lib 2.de Ponte conſ. 39. num. 1. & ſeq. lib. 1. Rouit. conſ. 44. num. 9. & 12 lib.1. Afflict. in cap.ſi quis inueſtierit, num.25. de feud.dat. in vim leg.commiſſor.Loffred. in cap.1. col.12. de natur.ſucceſs.feud.Piſanell.in cõſuet.ſi quis, vel ſi qua, num.195. fol.131. in princip illius addit.de Franch.in conſuetud.ſi moriatur, in addit. Cancer. par.3. var. cap.15. num.26. & ſeq.& num.33.verſ.non tamen, Tell. Fernand. in l.6.Taur.num.46.& ſeq. Ferrer.in addit. ad Guidon.Pap.dec.192.circa finem, verſ.hæc ratio, Marant.diſp.10.Theodor.allegat.36.nu.30 verſ.imò dicunt omnes*, & egregiè eaſdem auctoritates expendendo declarat *Io.Franc. Marcian.diſput.8.num.29.& ſeqq.lib.1.Gallerat.de renunciat.dict.lib.2.cap.5.num.18.verſic.hanc concluſionem, Anton Fab.in Cod.lib. 5.tit.9.de pact.conuent.defin.12.*

35 Vel, quando renunciatio eſt facta à nubente in ſæculo; ſecus verò à Moniali contemplatione ingreſſus in Religionem, ibique profeſſionem emittendi, cum adſit longè diſpar ratio inter vnum, aliumque caſum; Siquidem renunciationes huiuſmodi factæ à Monialibus ſunt latiùs interpretandæ, quàm factæ à nubentibus in ſæculo; idque tàm in-

ſpe-

Digitized by Google

ſpecta voluntate Monialis renunciantis, ut non in gratiam potiùs unius, quàm alterius id egerit; ſed potiſſimùm amore Dei, uitæq; Cœleſtis, ad quam, ut expeditior euaderet, temporalia à ſe omninò abdicare noluerit, ſeque mortuam Mundo facere, quàm etiam renunciatarij, dum ueriſimile eſt, ut uoluerit eius ſucceſſionem, ac bona deferri potiùs ad coniunctos, quamuis remotiores in ſæculo exiſtentes, quàm ad Monialem, cum in effectu non ad ipſam, ſed ad Monaſterium penitùs extraneum ſucceſſio deferri dicatur, pro ut diſtinguendo unum caſum ab altero, optimè aduertunt *Rouit. conſ. 43. num. 7. & cõſ. 44. num. 7. & 14. lib. 1. Gargiar. conſ. 100. num. 49. lib. 1. & conſ. 87. num. 44. lib. 2. Caput. ad Conſuetud. Neapol. ſi moriatur par. 3 §. 8. n. 12. Molin. de Iuſt. & Iur. tom. 3. diſput. 579. ſub nu. 19. verſ. dixi regulariter, Merlin. cõtrou. 5. lib. 1. de Marin. reſol. 189. num. 22. & 190. num. 6. & ſeqq. & 191. n. 4 lib. 2. Caren. reſol. 245. n. 5. Card. de Luca de renunciat. diſc. 3. num. 10. Franch. dec. 375. in fin. Card. Otthobon. dec. 10. num. 26. et ſeqq. Dunozett. Iun. d. dec. 676. nu. 30. verſ. coniectura verò, et ſeq.*

Idemque diſcrimen inter mulierem nubentem in ſæculo, & ingredientem Religionem eò magis eſt conſiderabile, ea potiſſimùm adhibita animaduerſione; nam mulier in ſæculo nubens, ſicuti remanet habilis in ſuccedendo agnatis, & cognatis, & è contrà agnati, & cognati ſunt habiles ad illi ſuccedendum; atque adeò retinet Ius ſuccedendi actiuè, & paſſiuè, quod ſecus eſt in muliere ingrediente Religionem; quia Monaſterium poteſt ſuccedere laicis, ſed ei uiciſſim non ſucceditur à laicis, ideòque non militat in eis uiciſſitudo ſucceſſionis, quæ alioquin procedit inter mulieres nubentes in ſæculo; prout optimè arguit *Camera Imperialis dec. 6. num. 265. verſ. quantùm ad ſecundum lib. 1.* quam refert, & ſequitur *Rouit. d. conſ. 44. nu. 15. lib. 2.* ubi, quòd hæc ratio ſit tam concludens, ut alio adminiculo non egeat.

36 Vel demum, quando in renunciatione non adeſt ſtipulatio *pro hæredibus, et ſucceſſoribus quibuſcumque*, ſed ſimpliciter *pro hæredibus, et ſucceſſoribus*, in quibus terminis loquuntur authoritates contrariæ, præcipuè *Surd. conſ. 544 num. 4. et ſeq. Gabr. conſ. 89. nu. 19. lib. 1. Molfeſ. ad Conſuet. Neapol. tit. de renunciat. quæſt. 2. num 2. et quæſt. 3. num. 8. Merlin. dec. 894. num. 6. Rot. dec. 48. num. 12. poſt Merlin. de legit.* aliæque adductæ diſputatione præcedenti, ut in ſpecie ſatisfaciendo eiſdẽ auctoritatibus contrarijs, aduertit *Dunozet. Iun. d. dec. 676. num. 14. et duob. ſeqq. Bich. d. dec. 586. num. 6. verſ. mox enim allegati, et ſeq.*

37 Tertiò ſuadetur realitas eiuſdem renunciationis ex prægnantia, & generalitate uerborum, ibi: *alia quacumque de cauſa*, & ibi: *alia quauis ſucceſſione*, & ibi: *quomodolibet competentia, et competitura in futurum quomodocumque, et qualitercumque*, quarum clauſularum natura potiſſima eſt, renunciationes Monialium ampliare, non ſolùm ad modos ſuccedendi; uerùm etiam extendere ad comprehenſionem aliarum perſonarum in renunciatione non expreſſarum, *l. ea tamen adiectio*, ibique Interpretes, *ff. de leg. 3. Surd. conſ. 303. num. 35. et ſeq.* & in ſpecie *Gratian. diſcept. 568. num. 36. et ſeqq Menoch. conſ. 401. num. 102. et ſeqq. et conſ 335. num. 18. et ſeqq. Gargiar. conſ 100. num. 63. et ſeq. Surd. conſ. 303. num. 35. et ſeq. Altograd. conſ. 66. nu. 45. et ſeqq. lib. 1. Conciol. allegat. 31. num. 7. Fontanell dec 395. num. 7. et ſeqq. tom. 2.*

38 Ponderato potiſſimùm verbo *alia*, ibi: *alia quacumque de cauſa*, quæ licèt ſit nota ſimilitudinis, includit nihilominus diuerſa ab expreſſis, prout poſt *Socin. conſ. 300. nu. 2. verſ. tertiò principaliter, Natt. conſ. 546. nu. 2. & ſeq Menoch. conſ. 335. num. 18 & ſequ.* in his præciſis terminis *Gratian. d. cap. 568. num. 36. & ſeqq. Rot. in rec. dec. 714. num. 4. & ſeq. part. 2.* optimè *Fontanell. d. deciſ. 395. num. 9.*

39 Multòque magis, quia cum verbo *alia*, eſt adiunctum verbum, *quacumque*, quód ſine dubio efficit, vt non reſtringatur intrà terminos ſimilium; ſed ad diſſimilia trahatur, *Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 26. nu. 17. Viu. deciſ. 193. lib. 2. Borgognin. Caualcan. dec. 12. n. 15 part. 3.* & in indiuiduo renunciationis, *Fontanell. d. dec. 395. num. 12 & ſeq.*

40 Quartò tandem accedit pactum expreſſum de numquàm petendo, neque per ſe, neque per alium bona renunciata, quod operatur, vt renunciatio, nedum habeat vim pacti obligatorij, de non petendo in futurum, Iure quolibet in futurum ſublato, *l. 1.* ibiq; *Gloſ. Cod. de pact.* vbi, etiam *Bart. verſ. vlteriùs ad iſtud oppono, Alex. Salicet. Caſtr. Zuccard. & Caguol. Surd. conſ. 399. nu. 3. & 4. lib. 3 Napod. in conſuet. ſi quis, vel ſi qua, nu. 196. verſ. item quæritur, Tiraq. de retract. lignag. § 1. gloſ 9. num. 126.* ſed vlteriùs dici debeat omninò realis, vt in ſpecie dictam clauſulam expendendo, firmant *Rouit. d. conſ. 42. num. 13. & ſequ. lib. 1.* vbi in fortioribus terminis de pacto de non petendo virtualiter ſubintellecto, *Frecc. in add. ad Napod. in d. conſuet. ſi quis, vel ſi qua, num. 200. verſ. nota ex dictis, fol. 133. Maſtrill. deciſ. 65. nu. 11. Franch. d. deciſ. 375. num. 2.* ibique *de Luca in addit. num. 4. in fin.* optimè *Card. Otthobon. deciſ. 10. num. 39. & ſequ.* vbi in ſpecie renunciationis factæ à Moniali, cum pacto de non petendo bona renunciata, nec per ſe, nec per alios.

41 Accedentibus potiſſimùm alijs clauſulis,

ibi:

ibi: *quam renunciationem, & cæt. promiſit*
ſemper habere ratam, &c. & ſemper attende-
re, &c. Nam ex his benè realitas deſumitur,
vt firmant *Caren d. reſolut. 245. n. 9. Conciol.*
d. allegat. 31. pariter, num. 9.

Prædicta verò omnia fortiùs remanent
42 comprobata, animaduertendo; quòd Mo-
nialis reperiebatur excluſa ab hereditate
Matris per Hieronymum fratrem uterinum,
attento Statuto Vrbis, *lib. 1 cap. 145.* exclu-
dente ſorores ab hæreditate matris propter
fratres maſculos; atque adeò fauore maſcu-
linitatis, & ſexus, quo caſu, etiam in ſtatu-
43 tis reſpicientibus agnationem, appellatio-
ne fratris uenit etiam Vterinus, iuxtà pro-
babilem ſentẽtiam, quam latè tuentur, *Hon-
ded. conſ. 1. n. 17. et ſeqq. lib. 2. Gabr conſ. 15. n.*
35. & ſeqq. lib. 1. Albert. Brun. in tract. quòd
ſtant. maſcul. art. 12. num 5. verſ. quæ opinio,
Flau. Tort. ad ſtat. Pap. ciuil cap. 95. ſub n. 238.
& ſeq Caualcan. *deciſ 13. ſub num 41. par. 3.*
& præ cæteris, egregiè reſpondens contra-
rijs *Marta de ſucceſs. legal. par. 1. qu. 5. art. 3.*
num. 8. & trib. ſeqq. ubi, quòd reſpectu ſuc-
44 ceſſionis maternæ non poſſit conſiderari,
alia ratio, niſi maſculinitatis. Quidquid in
cõtrarium ſenſerint *Bald. cõſ. 316. lib. 2. Socc.*
conſ. 84. n. 1. in fin. & ſeqq. lib. 1. Spad. cõſ. 320.
lib. 3. Rot in rec. deciſ. 502. num. 2. & ſeqq par.
4. tom. 2. & dec. 461. n. 6. & ſeq. p. 2. quorum
ſententia, poteſt procedere, quoties per ſta-
tutum ſimpliciter frater excludit ſororem;
tunc enim fratris appellatio in potiori ſi-
gnificatu accipienda eſt, itaut de utrinque
coniuncto intelligatur; ſed quando præci-
sè diſponit ſuper matris ſucceſſione, non
ita accipienda eſt, quoniam nulla agnatio-
nis, ſed ſola maſculinitatis ratio habita
fuit, dum ſtatuentes, etiam in linea mater-
na, ſexui maſculino, prouidere uoluerint,
maſculorum facultates augendo, qui onera
ſubſtinẽt, prout benè diſtinguit *Mart. de ſuc-*
ceſſ. legal. dict. part. 1. quæſt. 5. art. 3. num. 10.
& ſequ.

Idcòque, ſtantibus prædictis, ſi dicta re-
nunciatio ob dotem receptam à fratre ute-
rino non ſuffragaretur eius hæredibus, etiã
extraneis, utique remaneret inanis, & fru-
ſtratoria, quia nihil aderat de bonis pater-
nis, neque eſt credendum, quòd mulier, quę
renunciauit ſucceſſioni Matris, ob dotem
gratuitó receptam, noluerit renunciationẽ
ſuffragari hæredibus fratris, etiam extra-
neis, pro quibus fuit ſtipulata, & recepta,
ex ſupra latè firmatis.

45 Vlteriùs nullatenus aduerſatur obiecta
nullitas renunciationis, Tum, quia non in-
terfuit Ordinarij licentia, iuxtá formam
traditam à *Sac. Conc. Trident. ſeſſ. 25. cap. 16.*
de Regular.

Tùm, etiam ob defectum inſinuationis, &
decreti Iudicis competentis; neutrum enim
in Iure ſubſiſtit.

46 Non primùm, quia tollitur in facto ex fi-
de iurata duorum teſtium proximiorum,
qui interfuerunt contractui, aſſerentium,
dictam licentiam conceſſam extitiſſe ab Or-
dinario, fuiſſeque ab eiſdem viſam in mani-
bus renunciatarij, tàm antè, quám poſt ro-
gitum, quibus teſtibus omninò ſtandum eſt,
prout in fortioribus terminis de ſolo Nota-
rio ſic teſtante, in ſpecie firmat, *Merlin.*
controu. 8. num. 8. in fin. verſ. ſed de tali licentia
lib. 1.

47 Cumque Concilium Tridentinum ſolùm
Epiſcopi, ſiuè Vicarij licentiam requirat,
non eſt, cur ea in ſcriptis proferatur, vt in
ſpecie *Sanchez ad Præcept. Decalog. lib. 7.*
cap. 5. num. 76. vbi, quòd manifeſti Iuris ſit,
quód non exigatur licentia in ſcriptis, *Na-*
uarr. lib. 4. conſil. in 1. edit. tit. 1. de ſponſal. cõſ.
41. in ſecund. tit. de clandeſtin. Salſed. in Pract.
cap. 73. in non. edit. poſt verſ. 12. illud, autem,
Henriq. lib. 11. de matrim. cap. 3. num. 5. Ma-
nuel. 1. tom. ſummæ in ſecund. edit. cap. 219.
num. 13. Laurent. de Franch. in controuerſ. int.
Epiſc. & Regular. qu. 42. fol. 359. Barthol. de
Vecchis in Prax. obſeruat. in admittend. ad
Relig. ſtat. Nouit. diſp 8 dub. 9. num. 5. Barthol.
de S. Fauſt. in Theſaur. Religioſor. lib. 5. qu.
200. affirmans *q. 199.* hanc licentiam poſſe
delegari, *Barboſ. in collect. ad Conc. d. ſeſſ. 25.*
cap. 16 ſub nu. 23. verſ. non tamen in ſcriptis,
& de pot. Epiſc. allegat. 99. numer. 10. part. 3.
Merlin. d. controu. 8. num. 8. lib. 1.

48 Regulare enim eſt, vt omnis diſpoſitio
poſſit fieri verbo, niſi lex præcisè ſcriptu-
ram ad actus validitatem requirat, iuxtá
theoricam *Gloſ.* communi ſenſu DD. rece-
ptam, in *cap 1.* verbo *in ſcriptis de cenſ. in 6.*
Dec. in Rubr. *de Conſt. in 1. lectur. num. 26. &*
ſeqq. Merlin. d. controu. 8. n. 7. lib. 1.

49 Prout, etiam ſublatum remanet obiectum
in Iure; cum enim verſemur in renunciatio-
ne Monialis facta ob dotem habitam á fra-
tre vterino, qui de proprio ſororem dota-
uit, nullis ad id ſuperextantibus bonis pa-
ternis; licèt, inſpecta Iuris diſpoſitione nul-
latenus eſſet adſtrictus, *d. l. cum plures § fin.*
ff. de adminiſtrat. Tut. cum alijs ſupra alle-
gatis.

Hinc reſultat, vt eadem renunciatio, vt-
potè non gratuita, ſed remuneratoria, non
ſubiaceat diſpoſitioni *Sac. Conc. Trident.* vt
in ſpecie poſt longam diſputationem iudi-
catum refert *Panormi* Molphej. *ad Conſuetud.*
Neap. tom. 2 in add. ad quæſt. 16. de renunciat.
num. 14. & ſeq fol 183. quem, latè ſequitur,
Nouar. par. 1. quæſt. Forenſ 54 per tot. Sanch.
ad Præcept. Decal. lib. 7. cap. 5. num. 32. opti-
mé *Noguerol. allegat. 6. num. 33. Dian. part. 8.*
tract. 6. de donat. reſol. 121. Tamburin. de Iur.

Ab-

Abbat.diſput.4.quæſt.10.num.11. Ferdinand.
Brancia inter allegat.Iur.diuerſ.collectas à de
Marin.lib.3.allegat.60.& quatuor ſeqq.
50 Neque eſt audiendus *Epiſc.Sperell.*qui de
huiuſmodi ſententia videtur dubitare,*deciſ.*
16 numer.53. quem meritò impugnat *Dian.*
loco proximè laudato.
51 Præcipuè, quia, cum tempore renuncia-
tionis adeſſet Mater, quæ filiam in concur-
ſu cum fratre vterino tenebatur dotare,*Mo-*
*lin.de primog.*Hiſpan.*lib.2. cap.15. num.68.*
ex hoc magis deprehenditur, animum So-
52 roris renunciantis, non fuiſſe gratuitò do-
nandi, ſed potiùs debitum perſoluendi erga
fratrem ob dotem receptam, eidem ceden-
do Iura ſuper bonis, in quibus dotem erat
conſequutura,vt optimè aduertit *Becc.con-*
ſil.15.num.20.lib.1.
53 Idque, etiam manifeſtè ſuadent verba
renunciationis, ibi: *deliberauerit recogno-*
ſcere rem gratam à dicto eius fratre, ſibi fa-
ctam,&c Quæ verba remunerationem,mu-
nificentiamque pro iam accepto beneficio
præſeferunt, *Burſatt.conſ.304.num.17.lib.3.*
54 Ideòque rectè conuenit communis DD.tra-
ditio, vt Conciliaris diſpoſitio locum ſibi
non vindicet in contractibus vltrò, citrò-
que obligatorijs factis à Nouitijs pro imple-
mento propriæ obligationis, *Molphes. ad*
conſuet.Neapolit.tom.2.in addit.ad qu.16.nu.
14.& 15 fol.138 Rodriq.in ſumm.par.2.cap.
7.num 4.Cened.in qu.canon. qu.6.nu.12. No-
uar.d.quæſt.54.nu.12. Tamburin.de Iur.Ab-
bat.diſp.4.quæſt.10.num.11.Sanchez ad Præ-
*cept.Decalog tom.2.lib.7.cap.5.num 33.*Bar-
boſ.de Iur.Eccleſ.*Vniuerſ.qu.42.num.232.&*
in collectan.ad Conc.*d.ſeſſ.25. cap.16. nu.12.*
vbi alios refert,*Noguerol.d.allegat.6. nu.33.*
Card.de Luca de renunciat.diſc,11.num.4. &
ſeqq.Epiſc.Thomat.d.dec.Macerat.192.nu.6.
& ſeqq.part.2 Epiſc.Sperell.deciſ.16.n.52.
Nullatenus aduerſante contraria ponde-
ratione, quòd bona renunciata poſſint for-
taſsè excedere congruam remunerationem,
ideòque renunciatio, per viam læſionis in-
fringi valeat.
55 Cum enim verſemur in renunciatione fa-
cta à Moniali,cuius præcipuus finis eſt Deo
inſeruire à curis ſæculi abſtracta,& ad hunc
effectum alio non indigeat, quàm compe-
tenti dote, cum ſumptibus ingreſſus,& pro-
56 feſſionis; Meritò ſi, dicta dote recepta, re-
nunciet,etiam opulentiſſimæ hæreditati de-
latæ, vel deferendæ, non poterit poſteà,ne-
que ipſa Monialis, neque Monaſterium hu-
iuſmodi renunciationem, ſub prætextu læ-
ſionis reſcindere,*Conar.in c.quamuis pactum*
3.part.§.2.num.5. verſ.cæterum, ibique *Gut-*
*tierez.num.3.*verbo *marito,Dec.conſ.31.Bur-*
goſ.de Pax.conſ.5.per tot.Surd.conſ.355.n.8.
Rouit.conſ.42.num.3.& conſ.44.nu.30.lib.1.
Oſaſch.conſ.24.Anell.Amat.conſ.71.num.7.
& 8.Aldobrand.conſ.26 num.38.& ſeqq.lib.
1.Theſaur.lib.2.quæſt.Forenſ.qu.56.num.11.
& ſeq.Paſchal.de patr.poteſt.part.3.capit.7.
num.25.& ſeq.Caſtill.tom.3.controu. cap.2.
num.47.73.& ſeq.Hermoſill.ad leg.56.tit.5.
part.5.ſuper Gloſ.*4. nu.39.fol.284. Gratian.*
cap.568.num.14.& 31.& cap.813. num.17.
& ſeq.& in add.ad deciſ.40.in princip. Fon-
tanell.de pact.nupt.tom.2.clauſ.5.gloſ.8.part.
1.num.56.& ſeq.& clauſ.9.gloſ.vnic.part.1.
num.67.Molin.de pact nupt. lib.3. qu.99. per
tot. præcipuè, *num.16.Merlin.de legit. lib 3.*
tit.1.& 11. num.6.& 8.in fin.Azor.Inſt mo-
ral.tom.2.lib.2. cap.18. Sanchez ad præcept.
Decal.lib.7.cap.6. num.10. Molin.de Hiſpan.
Primogen.lib.2.cap.3.nu.27.Vaſq.de ſucceſs.
creat.part.2 §.18.num.100.Gomez ad leg.22
Taur.num.15.et ſeq.Giurb ad conſuetud Meſ-
ſan.cap.3.gloſ.7.num.55.Caput.conſuet.ſi mo-
riatur part.3.§.10. num.4 fol.330. Maſtrill.
dec.64.num.12. Theſaur.dec.66 in fin. Ludo-
*uiſ.deciſ.63.*alijſque pluribus congeſtis, *No-*
guerol. allegat.6.n.46.
57 Minùs etiam, obſtat alterum obiectum
ſuper prætenſa nullitate eiuſdem renuncia-
tionis ex defectu decreti Iudicis competen-
tis, & inſinuationis; Tum, quia huiuſmo-
di ſolemnitates,vtpotè indictæ á laicali ſta-
tuto, non vindicant ſibi locum in renun-
ciationibus factis à Nouitijs in actu profi-
tendi, ſiue, quia in his ceſſat ratio fraudis,
& læſionis, ob quas leges municipales præ-
dictas ſolemnitates expoſcunt.
58 Siue, quia huiuſmodi renunciationes po-
tiùs redolent quamdam donationem cauſa
mortis, in quibus eædem ſolemnitates non
requiruntur,*l.fin.* ibique *Gloſ.in princip.Cod.*
de donat. cauſ.mort. Bald.conſ.169. Gratian.
cap.975.num.35.Cutell.de donat.part.1.diſc.
2.partic.3.num.4.Burat.deciſ.461.nu.1. Ar-
chiep.Royas deciſ.140.num.3.
59 Vel tandem, quia Nouitij, tamquàm Per-
ſonæ Eccleſiaſticæ, *Ancharan. conſ.69. Na-*
uarr.conſ.5.tit.2.de for.compet.Roder.Suarez
allegat.200 num.29.Dec.conſ.31.num.3.circ.
med.Epiſc.Sperell.deciſ.16 nu.13.& 14. Du-
ran.deciſ.121. num.38. alijſque relatis *Dian.*
part.3.reſolut.moral.tract.2. reſol.73. Caren.
reſolut.245. num.2. laicalibus ſtatutis non
ſubijciuntur, iuxtà receptiſſimā ſententiam,
quàm, omiſſis pluribus, qui poſſent allega-
ri, ſubſtinent *Bero.in cap.in præſcutia,n.155.*
de probat.Ancharan.conſ.69.num.7.& ſeqq.
Sim.de Petr.conſ.72.num.8.Dec.conſ.31.n.3.
verſ.& iſta præſertim.Manent.conſ.52.nu.47.
Lambertengh.de contract.gloſ.2.num.62 Car-
pan.ad ſtatut.Mediol.cap.328.num.34.Pic.ad
ſtatut.Vrb.cap.151.gloſ.2.num. 30. Caren.re-
ſol.245.num.2.Amat. deciſ. Marchiæ 46.nu.
22.Epiſc.Thomat.d.deciſ.192.num.11. Epiſc.

Sperell.decif.16.num.12. & perpetuò amplexa eſt *Rota, Burat.deciſ.461 per tot.Duran.deciſ.121.num.37. & ſeq Archiep.Royas, dec.140.num.3.& ſeq.Card.Ottbobon.dec.10.nu.48.Dunoz.Iun.deciſ.641.n.9.*

60 His igitur firmatis, non vrget, quòd præſens renunciatio non contineat bona fraterna, vtpotè in illa ſpecificè non expreſſa, ideòque non præſtet impedimentum, quo minus renuncians illorum ſucceſſionem ab inteſtato contendat, ex adductis per *Burſat.conſ.347.num.49.& 50.Menoch.conſ.416.num 31.Pariſ.conſ.49. num.41.lib.3. Monte Sperell.conſ.3.num.5. & 6* latiſſimè *Engen.conſ.88.num.20.et ſeqq.lib.1.Iaſ.in l.1.§.veteres, num.23.* ibique *Alex.num.8.& 9.Soccin.Iunior.numer.3.ff.de acquir.poſſeſſ Roman.conſ.168.in princip.Roland.conſ.45.num.44.lib.1.Aldobrandin.conſ.12.num.11.& ſeqq. Couarr.in cap.quamuis part.3.§ 3 num 2.de pact.nu.6. Craſſ.in §.ſucceſſio ab inteſtato, qu.10.num.16.Gutticrez.pract.quaſt.lib.5.qu.80.num.5.Tiraq.de retract.conſang.§.1.gloſ.9.num.45.Caſtill.de vſufr.cap.2.num.63.& 64.Sanchez ad Pracept.Decalog.lib.7.cap.7.num.6.Molin.de ritu nupt.lib.3.cap.79.n.31. Rot.deciſ.144.num.16.& ſeq. part.8. recent. Merlin.deciſ.22.num.6.& deciſ.62.num.1. et ſeqq.* quæ ſunt repetitæ poſt *Merlin. de legit. deciſ. 47. eodem numer. & deciſ. 48. numer. 1.et ſeqq.Afflict.dec.178. num.4.* ibique *Vrſill.num.3.Surd.deciſ.144.num.8.15. et ſeq.*

Non aduerſantibus clauſulis ampliſſimis, quia reſtringi debeat ad bona paterna, & materna; nõ autẽ ad fraterna, latè *Engen.d.conſ.88.n.120 et ſeqq.lib.1.* vbi, quòd filia renũciauit, ut filia, nõ ut ſoror fratris defũcti, *Rot.in rec.d.dec.48.n.18.et ſeq.p.8.Merlin.d.deciſ.22.num.9.et ſeq. et dec.62.nu.5.et ſeqq.*

Si quidem huiuſmodi obiectum non militat, niſi reſpectu dimidiæ hæreditatis Hieronymi renunciatarij, cum in alia medietate inficiari non poſſit, quin Mater tunc ſuperuiuens, ſucceſſerit, à cuius ſucceſſione Monialis ſemetipſam perpetuò excluſit in vim dictæ realis renunciationis, ut ſupra fuit latè comprobatum.

Sed, neque etiam quò ad eandem dimidiam hæreditatem Hieronymi motiuum in Iure ſubſiſtit; cum enim renunciatio legatur concepta verbis generaliſſimis, nimiumque effrænatis, prout in proœmio, ibi. *Cedere, & renũciare omnia ſua Iura, tàm paterna, quàm materna, & alia quauis cauſa, etiã donationis, tã ad ſui fauorem facta, quàm facienda à quauis perſona, &c. & cuiuſuis ſucceſſionis cauſæ futuræ,* & rurſùs in diſpoſitiua, *renunciauit, &c. omnia, & quacumque ſua Iura ſibi quomodolibet competentia, & competitura quomodocumque, & qualitercumque, tàm de bonis paternis, quàm maternis, & ex quauis alia futura ſucceſſione etiam donationis à quauis perſona ſibi factæ, ſeu faciendæ ad ipſius fauorem reſultantis.*

61 Hinc reſultat, vt eadem verba adeò ampla, & vniuerſalia ſint apta comprehendere omnem ſuccedendi modum; adeòut nulla perſona, cui ſuccedendum ſit, exempta videri poſſit, & per conſequens comprehendant etiam bona fraterna, vt in ſpecie firmant, *Menoch.conſ.335. num.15.& ſeq.lib.4. Honded.conſ.49.num.14 lib.1. Gargiar. conſ.100.num.39.& ſeqq lib.1.Surd.conſ.562. nu.2.4.& duob.ſeqq.lib.4.Becc.conſ.74.num.26. verſ. ſecundo reſpondeo. & num.27. Roland. conſ.27. num.15. & duob. ſeqq. lib.4. Aym. conſ.294.num.1. & ſeq.Sanchez ad pracept. decalog.lib.7.cap.7.num 6.in fin. Gratian.diſcept.568.num 27.& ſeqq. Conciol.* alios referens, *allegat.31.ſn.21.Merlin.dict.deciſ.62.n.5.verſ.prateread;* repetita poſt *Merlin.de legitim.dec.48.num.6. Rot.in recent. deciſ.714. num.1.et per tot.par.2.et dec.141.num.5.et ſeqq.par.5.*

Potiſſimùm, quia dicta verba, *et cuiuſuis ſucceſſionis,* &c. & alia, *ex quauis alia ſucceſſione,* pariter cæterata, non ſolùm ſunt ampliatiua, quò ad modos ſuccedendi, perſonis expreſſis, ſed vlteriùs, pro euitanda ſuperfluitate, important renũciationem Iuris ſuccedendi alijs vltrà eos, qui fuerunt nominati; hoc enim præſeferunt dictiones *cuiuſuis, et alia quauis cauſa,* & vlteriùs ibi, *quomodocumque, et qualitercumque,* quæ ampliant, & non reſtringunt diſpoſitionem; itaut verificari non valeant; niſi in Iuribus diuerſis, & diſtinctis à Iure, quod competebat in bonis renunciatis, vt benè aduertunt *Bald. conſ.184.num.4.Iaſ.conſ.92.in fin.lib.1.Alex. conſ.11.num.14. verſ ſecundo non obſtat, lib.2 Natt.conſ.546.num.22.et ſeq.* egregiè ac latè *Menoch.dict.conſ.335.num.16. et ſeqq. Gargiar.d.conſ.100.num.42.et ſeqq.* latè *Gratian.d.diſcept.568.nu.33. et ſeqq. Conciol.d.alleg.31.num.23.Cardin Seraphin.dec.317.num.3.* vbi in ſpecie, quod verba, *quomodocumque, et qualitercumque,* utpotè generaliſſima, ſint apta comprehendere omnia, etiam vltra expreſſa, cum ſint poſita ad ampliandum, *Rot.in recent.d.deciſ.714.num.5.et ſeqq. par.2. et d.deciſ 141.n.6.p.5.*

Multòque magis, quia in parte ſuperio-
62 ri eiuſdem renunciationis legitur renunciatum omnibus hæreditatibus Aſcendentium, ibi: *Iura, tàm paterna, quàm materna, et alia quauis cauſa, etc.* Cumque poſteà, ampliata diſpoſitione, dicatur, *et cuiuſuis ſucceſſionis* &c. quæ dictio, *et catera,* pòſt verba, *cuiuſuis ſucceſſionis,* appoſita á Notario orationem imperfectam denotat, adeòut plus dicatur dictum, quàm ſcriptum; ideòque extendi debet ad ſucceſſionem tranſuerſalium, cum aſcen-

aſcendentium ſucceſſione iam renunciata, in alio verificari nõ poſſit; ut optimè *Surd.d. cõſ.562.n.6. Altograd.conſ.66.n.11.et ſeq.lib.1.Gratian. dict. diſceptat. 568. numer. 29. et diſteptat. 346. num.12. et ſequent. Peregrin.de fideicomm. art.52. num.32.* latiſſimè Conciol.*dict.alleg.31.num.15.et ſeqq. Merlin. dict.dec.62.nu.5.verſ.prætereà*, repetita poſt *Merlin.de legit.dec.48.n.6.*

Prædicta verò omnia eò libentiùs admittenda, quia non verſamur in renunciatione mulieris in ſæculo nubentis, quæ ſtrictè eſt intelligenda, vt quò minus fieri poſſit renũcianti præiudicet, ex congeſtis diſputatione antecedenti; ſed in emiſſa à Moniali Reli-
63 gionem profitente, quæ, vtpotè fauorabilis, latam recipere debet interpretationem, *Gargiar dict.conſil.100.num.49.& ſeqq. Altograd.d.conſ.66.num.4.lib.1,* Gratian.*d.diſcept.568.num.50.Conciol.d.allegat.31.n.24. Card.Otthobon.dec.10.num.26.*

64 Neq; in contrarium merentur allegari *deciſ.Rot.in recent.543.par.5.tom.2.* repetita coram *Dunozett* I*un.dec.346.deciſ.144.num.15.et ſeqq.par.8.in einſdem recent.*repetita coram *Archiep.*Royas *dec.66. nu.12. et ſeqq. Merlin.dec 22.et 62.* repetitæ poſt *Merlin. de legitima,dec.47. et* 48. aliæque auctoritates adductæ diſputatione præcedenti.

Singulas enim breuiter percurrendo *dec. Dunozett.Iun.346.* repetita *in rec.deciſ.543.*
65 *part.5.rec.* non continet uerba adeò uniuerſalia, & effrænata, ut ex eis neceſſariò reſultet comprehenſio hæreditatis fraternæ, prout in præſenti themate, & ulteriùs in ea deficit ſtipulatio *pro heredibus quibuſcumque*, ut in ſpecie ſatisfacit Conciol.*dict. alleg.31. n.28.Dunoz.Iun.dec.676.num.17.*

Deciſio uerò 144.*par.8.rec.*repetita corã *Archiepiſc.*Royas *dec.66* eſt reſtricta poſitiuè ad bona paterna, & materna, ut legitur
66 ante *num.18.* ibi: R*ennnciauit omnibus, et quibuſcumque bonis, tàm paternis, quàm maternis, itaut ſuper ijſdem bonis nihil aliud vllo vnquàm tempore prætendere poſſit*, quç uerba, *itaut ſuper ijſdem bonis*, cum reſtringant, & qualificent diſpoſitionem ad bona ſnperiùs expreſſa, utpotè demonſtratiua ad oculum; Meritò fuit ibidem reſolutum, non eſſe extendenda ad alia bona non expreſſa, & in eiſdem terminis renunciationis reſtrictæ ad bona Patris, aut Matris, aut Aui, aut Auiæ non complectentis hæreditatem fraternam, loquuntur, *Burſatt. conſ.32. num.40. Io.de Monte Sperello.d.conſ.3.num.5.& Altograd. conſ.66.num.44.lib.1.Rot. deciſ.6. poſt Tambur.de Iur.Abbat.*

67 Poſtremò, *dec.* Merlin.22. *&* 62. repetitæ poſt *Merlin.de legit.deciſ.47. &* 48. loquuntur in caſu, in quo verba non erant generalia, & apta comprehendere extenſionem; quinimmò videbantur reſtricta ad hæreditates ſpecificè expreſſas, vt benè ſe declarat *d.deciſ.47.num.8.d.deciſ.48.num.6.poſt Merlin.de legit.* vndè meritò vtrobique firmatur, quòd contrarium eſſet reſoluendum, ſi uerba renunciationis, ob eorum amplitudinem & prægnantiam extenſionem ſuaderent, & vlteriùs in caſu earumdem *deciſ.* ſtipulatio, non legebatur facta *pro hæredibus, & ſuc-*
68 *ceſſoribus quibuſcumque*, vt in ſpecie declarando prædictam *deciſ.47.poſt Merlin. de legit.* aduertit *Dunozett.Iun.d.deciſ.676.n.17.*

Neque contrarium firmant *Gabr.conſ.89. num. 9.lib.1.Surd.conſ.544.nu.4.& ſeq.Honded.conſ.36.num.23. lib.1.* dum loquuntur in renunciarione facta Patri *pro ſe, & ſuis hæredibus, & ſucceßoribus*, affirmantes, illam eſſe perſonalem.

ARGVMENTVM.

Feudale, an ſit præſumendum, quod feudi intra fines continetur.

Conceſſo Caſtro, an cenſeatur etiam conceſſa Iuriſdictio, & an illa cohæreat Territorio, vel potiùs Perſonæ, Et an Iuriſdictio poſſit ſeparari à Territorio, & è contra.

Feudatarius, an valeat poſſidere bona intra fines feudi Iure allodij.

Baro feudo aliquid addens, an efficiatur feudale.

Habens Caſtrum ſine Iuriſdictione, ſi illã poſteà acquirat, an feudo accreſcat. Ad ornatum *text. in cap.1. §. è contrario, de inueſt.de re alien.fact.*

Pignus in propria ſignificatione differre ab hypotheca latè oſtenditur; adeòut Statutum, præcipuè exhorbitans, vel Iuris communis correctorium, loquens de pignore, non extendatur ad hypothecam.

Hypothecam ſpecialem à generali valdè differre pluribus expenſis Iuribus ſingularibus comprobatur; Ad ornatum ſingularis diſtinctionis traditæ à *Gloſ.in §.nos igitur*, verbo *tradere Creditoribus, ad fin.Auth.de non alienand, aut permut. reb.Eccleſ.*

SVMMARIVM.

1 *In tranſactione dicitur inducta nouatio quò ad Iura dimiſſa, ad effectum, ne tranſigens ad illa ampliùs redire valeat.*

2 Secùs verò, quò ad Iura non dimiſſa, quæ integra remanent in primæuo ſtatu anterioritatis, ſeù potioritatis.

3 Expenditur tex. in l. 1. C. de Primicer. lib. 12. & in l. 1. §. fin. ff. ſi quis à paren. fuer. manumiſſ.

4 Non minor eſt authoritas tranſactionis, quàm rei iudicatæ.

5 Sententia, reſque iudicata non inducit tranſactionem extinctiuam primæ obligationis, & actionis.

6 Tranſactio æquiparatur ſententiæ.

7 Ex laudo non oritur nouatio extinctiua prioris obligationis, ſed illi accumulatiua.

8 Ex clauſula, citrà aliquam innouationem priorum obligationum, excluſa prorſus remanet prætenſa nouatio; ſignanter reſpectu anterioritatis temporis.

9 Præcipuè, quò ad conſequendam anterioritatem reſpectu Iurium, quæ in tranſactione non fuerunt dimiſſa.

Quidquid ſit quò ad Iura dimiſſa.

10 Prædia ruſtica præſumi debent allodialia, non autem Iuriſdictionalia; licèt ſint intra fines Caſtrorum Iuriſdictionalium, eiſdemque adhæreant.

Prædia ruſtica circumadiacentia Caſtro dicuntur quid omninò ſeparatum ab ipſo Caſtro.

11 Idque etiam ſi Caſtrum fuerit conceſſum cum Terris, Pratis, Nemoribus, &c.

12 Quidquid continetur intra fines feudi præſumendum feudale, præcipuè in Statu Eccleſiaſtico.

De celebri conſ. Abb. 82. lib. 1.

13 Contraria ſententia eſt verior, iuxta ſenſum Rotæ.

14 Opinio, de qua num. 12. poteſt fortaſsè procedere, quoties eſſet quæſtio inter Dominum, & Vaſſallum ſuper deuolutione.

15 Secus, quoties vertitur cōtrouerſia ſuper qualitate bonorum inter conuaſſallos, an ſint feudalia, vel burgenſatica, ſeu allodialia.

16 Quidquid continetur intra fines feudi præſumendum feudale, quò ad Iuriſdictionem paſſiuam feudalem; non autem quod bona præſumi debeant feudalia.

17 Feudalitatis præſumptio militat ad effectum alti Dominij, & Superioritatis Papæ, & ad tollendum illud purum allodium, per quod nemo recognoſcitur, niſi Deus.

18 Caſtra, licet ex conſuetudine iudicari debeant Iuriſdictionalia; adeout conceſſo Caſtro, cenſeatur etiam conceſſa Iuriſdictio.

19 Nibilominus Iuriſdictio actiua nullo prorſus Iure cohæret territorio; multòque minus rebus particularibus exiſtentibus intra fines Caſtri Iuriſdictionalis, vt ſunt prædia, agri, & ſimilia, quæ Iure priuato poſſideri per Baronem valent.

20 Sed potiùs, vel adhæret perſonæ.

Nam Iuriſdictio poteſt ſeparari à Territorio, & è contra.

21 Vel in omnem caſum eſt annexa ipſimet Caſtro.

22 Reſpectu Iuriſdictionis, prædia, potiſſimùm ruſtica, exiſtentia intrà fines Caſtri, non ſunt Caſtrum, neque pars Caſtri, neque aliquid cum ipſo Caſtro commune habere dicuntur.

23 Licet conſiſtat Iuriſdictio tamquàm quid vniuerſale in agris, ſicut ſeruitus in gleba, & ſicut ſigillum in cera, tamen diuerſa ſunt ager, & Iuriſdictio.

24 Aliud eſt, quòd Iuriſdictio actiuè adhærens perſonæ ipſius Baronis, vel infixa ipſimet Caſtro poſſit exercere paſſiuè, & ſubiectiuè in toto diſtrictu, & territorio, prout nebula ſupra paludem, iuxta monitum Baldi.

25 Aliud verò, quòd prędia ruſtica in eodem Territorio exiſtentia, quæ Iure allodiali per Baronem poſſideri poſſunt, habeant annexam Iuriſdictionem actiuam.

26 Iuriſdictio materialiter, & paſſiuè, ſiue ſubiectiuè inhæret Territorio, ſed formaliter, & actiuè Magiſtratibus.

27 Aliud eſt Caſtrum in vniuerſum conſideratum, vt corpus vniuerſale continens ſubſe vniuerſū territorium, tamquàm Ius terrendi.

Aliud verò dominium priuatum, & allodiale bonorum intra eiuſdem loci limites exiſtentiū, quæ Iure priuato à Barone poſſideri poſſunt.

28 Non implicat eumdem feudatarium duplicem diuerſam perſonam repreſentantem, vnam feudatarij, alteram priuati, ex hac ſecunda perſona poſſidere poſſe bona intra feudum Iure allodij.

29 Baro feudo aliquid addens, quod per ſe poteſt ſubſiſtere, vti eſt prædium feudo non accreſcit, neque feudale efficitur, & num. ſeqq.

Expenditur text. in cap. 1. §. è contrario, de inueſtit. de re alien. fact.

30 Si quis iuxta feudum feudalem alium emat fundum, additamentum non erit feudale.

31 Si in fundo feudali quis ædificet Caſtrum, non erit feudale, licet ſit accrementum intrinſecum.

32 Vnitum fundo feudali per Vaſallum, licet fiat idem fundus; non ideò fit idem feudum, neque qualitatem ſuſcipit feudalem.

33 Vaſſallus non poteſt de feudo facere allodium, neque de allodio feudum, etiam in augmentum feudi, ſine Domini aſſenſu.

Acceſſio in hoc caſu dicitur diſcreta, non concreta.

34 Non omne acceſſorium rei principalis qualitates aſſumit, ſed tunc demum, quando illud poteſt per ſe ſubſiſtere.

Secus vero, ſi eſt ſeparabile à principali, & acceſſio eſt diſcreta, non concreta.

35 Separabilium rerum ſeparabile eſt dominium.

36 Vaſſallus feudi conditionem meliorem facere poteſt, vel circà augmentum intrinſecum, & inſeparabile ab eodem feudo.

37 Vel, quoties agitur de acquiſitionibus referendis ad feudi reintegrationem, eiuſdemque reductionem ad primæuam vnitatem, concurrente expreſſa ipſius feudatarij acquirentis voluntate.

Rouit. conſ. 101. num. 32. lib. 2. quomodò intelligendus.

38 Iuriſdictio, cum omninò fluat, & refluat à Principe, tamquàm à fonte, non reſidet in poteſtate Vaſſalli facere Iuriſdictionale, quod tale non eſt, iuxta ſuam primæuam naturam.

39 Iuriſdictio feudatarij induſtria ex Principis legitima conceſſione quæſita, licèt cohæreat feudo; cum tamen poſſit de per ſe ſubſiſtere, eidem feudo non accreſcit.

Vaſ-

Digitized by Google

40 Vaſſallus habens Caſtrum ſine Iuriſdictione, ſi illam poſteà acquirit, non accreſcit feudo.

Idque, ea ratione, quia Iuriſdictio eſt diuiſibilis, et ſeparabilis à Caſtro, dum Menia Caſtri poſſunt eſſe vnius, & Iuriſdictio alterius.

Prout etiam Caſtrum poteſt ſtare ſine Iuriſdictione, & Iuriſdictio ſine territorio.

41 Qualitas bonorum conſiſtentium in prædijs ruſticis, quæ Iure prorſus priuato poſſideri poſſunt in allodium à Barone, & Domino Caſtri Iuriſdictionalis, plurimùm confert pro allodialitate.

42 Bona, in quibus eſt conſiderabile Ius publici Dominij Iuriſdictionalis, vtpotè ſunt Furni, Molendina, & Macella bannerata, Flumina, Piſcheriæ, & Portoria cum Iure prohibendi, præſumuntur feudalia.

43 Obſeruantiæ ſummoperè eſt deferendum pro dignoſcenda qualitate bonorum allodialium, ſtantibus alienationibus ſequutis, ſine aſſenſu Principis.

Ex obſeruantia, & conſuetudine alteratur natura feudi, & fit alienabile, & reducitur ad inſtar patrimonialium, ibid.

44 Bona fides inter contrahentes debet exuberare.

45 Iuris præſumptio militans pro allodialitate bonorum, transfert onus probandi Iuriſdictionalitatem actiuam eorumdem bonorum in Aduerſarium contendentem prohibitionem hypothecæ ſine Apoſtolico aſſenſu.

46 Hypotheca non compræhenditur, ſub conſtitutione loquẽte de venditione, donatione, & permutatione.

Idemq; procedit, attenta Conſtitutione, Sixti V. 3. in ordine in Bullario Nouo, vtpotè reſtricta ad prædictos contractus.

47 Pignus in propria ſignificatione ſumptum valdè differt ab hypotheca, & num. ſeqq.

Pignus appellatum eſt à pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur.

48 Pignus propriè dicitur, cuius poſſeſſio in Creditorem tranſit, quod ſecus eſt in hypotheca, quæ poſſeſſionem in creditorem non transfert, ſed debitor ſine ulla traditione nuda conuentione tenetur.

49 Expenditur text. ſingularis in l. ſi rem alienam, §. 1. ff. de pignorat. act. huiuſmodi diſcrimen afferens inter pignus, & hypothecam.

50 Conſtitutio Sixtina eſt omninò odioſa, vtpotè exorbitans, & omninò correctoria Iuris communis.

51 Verba in Conſtitutione odioſa, & correctoria Iuris communis ſunt intelligenda iuxta propriam, ſtrictamque ſignificationem.

52 Statutum loquens de pignore, non habet locum in hypotheca.

53 Verbum precarium, quoties in Conſtitutione, vel Statuto eſt immediatè adiectum poſt verbum pignus, denotat, fuiſſe intellectum de pignore cum actuali translatione poſſeſſionis, non autem de ſimplici hypotheca.

54 Vbi aliquid eſt permiſſum, cenſentur etiam permiſſa omnia, per quæ ad illud deuenitur.

55 Conſtitutio Clementis VIII. 78. reſpectu prohibitionis quò ad hypothecas, eſt reſtricta, quòad Vniuerſitates, Communitates, Collegia, & quoſcumque Principes extraneos ſubiectos Sedi Apoſtolicæ ratione feudi.

56 Verba, quantumuis vniuerſalia, declarantur, & reſtringuntur ab adiunctis, nec non à ratione, & cauſa, propter quàm fuerunt prolata.

Sunt interpretãda iuxta ea, quę præcedunt.

57 Sub alienationis prohibitione non venit hypotheca, præcipuè generalis.

58 Hypotheca generalis non venit ſub nomine alienationis, nec propriè, nec impropriè, nec impropriiſſimè.

59 Præcipuè, quando Statutum, ſiue Conſtitutio eſt correctoria, & exorbitans à Iure.

60 Idque, etiam procedit, in ſpecie Conſtitutionum Sixti V. Clementis VIII. & Vrbani VIII. prohibentium alienationem in Forenſes, quæ non comprehendunt hypothecam.

61 Declaratio emiſſa in Conſtitutione, quoties non eſt noui Iuris inductiua, ad contractus retrotrahitur præteritos.

62 Vel in omnem caſum, deſeruit pro interpretandis antecedentibus Conſtitutionibus.

63 Legis ratio eſt mens legis, iuxtà monitum Baldi.

64 Legis eſſentia conſiſtit in mente ſtatuentium.

65 Ceſſante ratione motiua Conſtitutionis, ceſſat ipſaquoque Conſtitutio.

Prout ceſſante ratione legis, negatiuè ceſſat lex.

66 Hypotheca generalis per ſeipſam nihil ſapit alienationis, neque ad illam dicitur directè, & principaliter ordinata, cum non transferat, neque dominium, neque poſſeſſionem, ſed tantummodò Ius ad rem.

67 Per hypothecam ſpecialem plus Iuris conſtituitur fauore Creditoris, quàm per generalem.

Affertur famigerata diſtinctio gloſ. in §. nos igitur, Auth. de non alienan. ibid.

Specialis prouiſio plus operatur, magiſque influit, quàm generalis, ibid.

68 Non eſt nouum in Iure diſcrimen, inter hypothecam generalem, & ſpecialem, & num. ſeqq. afferuntur exempla.

69 Licet non ſit permiſſum Debitori manumittere mancipia ſpecificè obligata; id tamen Iura indulgent, ſi ſolummodò acceſſit generalis hypotheca.

70 Quoties per pactum eſt prohibita alienatio rei ſpecialiter obligatæ, non poteſt ipſius dominium in alium transferri.

71 Si tamen ſit generaliter obligata, dominij translatio non dicitur prohibita.

72 Prohibita alienatione bonorum Eccleſiæ, licet in aliquorum ſententia intelligatur, etiam

probi-

probibita hypotheca, ſaltem quò ad nullitatem actus, quidquid ſit ad effectum euitandi pœnas à Paulina Conſtitutione indictas.

73 Non indè tamen dici poterit interdicta generalis hypotheca bonorum, ſed tantummodò ſpecialis.

74 Vnuſquiſque rei ſuæ ad libitum eſt moderator, & arbiter.

75 Conſtitutio Siſtina prohibens hypothecam, vtpotè correctoria Iuris communis, ſtrictè eſt intelligenda de hypotheca ſpeciali, non autem generali.

76 Statutum prohibens alienationem in Forenſes, intelligi debet de hypotheca ſpeciali, non autem generali.

77 Diſpoſitio l. ſi creditor, §. vlt. ff. de diſtract. pignor. prohibens in alium translationem dominij rei obligatæ, & per pactum alienari prohibitæ, intelligi debet de hypotheca ſpeciali, non autem generali.

78 Regulariter actus non ſolet qualificari per ea, quæ veniunt in conſequentiam, & ſecundariò.

79 Dictio, ſeu, appoſita in Conſtitutione inter pignus, & hypothecam, arguit inter vtrumque conformitatem, & intelligitur de ſimilibus.

80 Commercium ad conſeruandam humanam ſocietatem eſt præciſum, & neceſſarium.

81 Prohibitio alienationis bonorum Eccleſiæ, ob quam cauſam non comprehendit hypothecam generalem.

82 Sub Statuto prohibente alienationem in Forenſes, non intelligitur prohibita hypotheca, præcipuè generalis, reprobata contraria ſententia Alciat. & aliorum.

83 Affertur ratio proximæ concluſionis.

84 Præcipuè, quando agitur de Conſtitutione odioſa, Iuriſque communis correctoria.

85 Vna pars legis, ſiue Conſtitutionis, alioquin dubia, ab alia recipere debet declarationem.

Prout vna pars teſtamenti ab altera declaratur; cum valeat argumentum à lege ad Teſtatoris voluntatem.

86 Conſtitutiones Sixti V. Clementis VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. hypothecam præcipuè generalem non comprehendunt.

87 Conſtitutio, quamuis per viam declarationis proceſſerit; nihilominus dici omninò debet noui Iuris inductiua, atque adeò non rectotrahenda ad contractus præteritos, quoties præualuit communis intellectus in contrarium.

88 Conſtitutio Clementis VIII. 78. in ordine nouo Bullario non comprehendit antecedentes contractus, licèt emanauerit per viam declarationis ob rationem, de qua num. antecedenti.

89 Creditores Defuncti, etiam in ſola actione perſonali, ſunt præferendi Creditoribus hæredis, licèt hypothecarijs, ex beneficio ſeparationis bonorum.

90 In Feudis, cum non vindicet ſibi locum beneficium ſeparationis bonorum, Creditor hæredis cum aſſenſu præfertur Creditoribus Defuncti aſſenſu carentibus.

91 Contraria ſententia eſt verior.

92 Caſtra præſumuntur allodialia; non autem feudalia non conſtito de Inueſtitura, ſeruitio reali, vel perſonali, Iuramento fidelitatis, alijſque indicijs feudalitatem rectam ſuadentibus.

93 Idque, etiam procedit in Caſtris, licet Iuriſdictionalibus exiſtentibus in ſtatu Eccleſiaſtico.

94 Caſtra, licet impropriè dicantur feudalia, attamen dicitur quædam impropria feudalitas ad ſolum effectum remouendi omnimodam allodialitatem, per quàm alius Superior non agnoſcitur, niſi Deus.

95 Obſeruantia pro hæreditarijs, & allodialibus deſumitur in Caſtris ex emptione eorumdem facta pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.

Nec non ex alienatione eodem modo per emptorem facta in alium.

96 Deputatio alicuius in Depoſitarium, vtpotè requirens induſtriam perſonæ, dicitur merè perſonalis, atque adeò ad hæredes non tranſit.

97 Præcipuè, quando legitur conuenta de triennio in triennium ad beneplacitum contrahentiũ, quo caſu dici debet omninò perſonalis.

98 Solidatio computorum facta cum debitore, vtpotè præſeferens ſimplicem confeſſionem eiuſdẽ debitoris, non eſt apta inferre præiudicium Creditoribus, ſignanter in concurſu.

99 Creditores habentes creditum liquidum præferri debent creditoribus illiquidis.

100 Ratione partis illiquidæ tota ſumma in liquidatione cõprehenſa, et in vnum coaceruata, abſq; diſtinctione qualitatis, quantitatis, & temporis, redditur illiquida.

101 Partitarum confuſio, quoties prouenit ex facto, & culpa illius, à quo diſtinctius erant diſpungendæ, eidem incumbit onus concludenter probandi diſtinctionem, & interim non poteſt contendere, neque etiam in obulo ſe eſſe creditorem.

CAPVT LVII.

PECVNIÆ contentæ in Cedula Nerlij ſunt conſignandæ Ranuccinis, cum illorum creditum anterius cum hypotheca apertiſſimè remaneat comprobatum, tàm ex Inſtrumento appaltus Venæ Ferri, quàm etiam ex altero tranſactionis celebrato in exequutionem laudi prolati à tribus Reuerendiſſimis Rotæ Auditoribus, continente clauſulam ſine præiudicio anterioritatis, & potioritatis, & citrà aliquam innouationem antecedentium obligationum.

Nullatenus aduerſante obiecto prætenſæ nouationis reſultantis ex dicta tranſactione: inconcuſſa ſiquidem eſt Iuris propoſitio,
1 vt in tranſactione dicatur inducta nouatio quò ad Iura dimiſſa, ad effectum, ne tranſigens ad illa ampliùs poſſit redire, in quibus terminis procedunt, ex aduerſo deducta per Bald. in l. fin. num. 1. C. de nouat. & conſ. 318. num. 4. vol. 1. Gabr. conſ. 81. num. 3. lib. 1. Ant. Gabr. de nouat. concl. 1. nu. 60. & ſeq. Coccin. dec. 329. num. 1.

2 Secùs verò, quò ad Iura non dimiſſa, quæ nullo prorsùs modo dici valent per tranſactionem nouata; ſed potiùs integra remanent in primæuo ſtatu anterioritatis, ſeù

po-

potioritatis, Olea de ceſſ.Iur. tit.6. quæſt.7.
num.4.& 9. Valeron.de tranſact.tit.5.quæſt.
4.num.8. & ſeqq. & num. 11. verſ. nec diſſi-
mile, Bernard.Bargen.de domin.aſſert.tit. pro
tranſacto, num.6.

3 Probatur apertiſſimè hæc concluſio, tùm
ex Iuribus in l.1. Cod. de Primic. lib.12. ibi:
Non amittant prioris vocabulum militiæ, ſed
compendium ſequentis honoris aſſument, leg.1.
§.fin.ff.ſi quis à patr.fuer.manum. ibi: & Ius
antiquum, quod ſine manumiſſione habebant,
poſſe ſibi defendere l.ſi cum 5.§.cum ſi ſeruus,
ff.de exercit.act.ibi:hoc enim edicto non trans-
fertur actio, ſed adijcitur.

4 Tùm etiam, quia, cum non minor ſit au-
ctoritas tranſactionis, quàm rei iudicatæ,
vt inquit Imperator in l.non minorem 20. C.
de tranſact. cumque in Iure reperiatur ſan-
5 citum, vt ſententia, resque iudicata non
inducat nouationem prioris obligationis,
& actionis extinctiuam, l.grege, §.etiam,
ff.de pignor.l.gracè,§.1.ff.de fideiuſſor.l.aliam
29.ff.de nouat.Gl.in l.1. vbi, Bart. & latè Ia-
ſon.C.de Iudic.Cancer.var.par.3. cap.17.nu.
289. & duob.ſeqq.Salgad. alijs relatis, in La-
byr.credit.part.3.cap.1.§ vnic. numer.17.&
ſeqq. latè Valeron.de tranſact.tit.5. qu.4. nu.
11. Gregor.Lopez in l.4.tit.27.part.3.gloſ.3.
in verbo, e nò pueda apremiar, Surd. dec.69.
num.4.

6 Meritò, idem erit neceſſariò dicendum in
tranſactione, ducto argumento ab æquipa-
ratis, quo in ſpecie vtitur Valeron. de tran-
ſact. d.tit.5.qu.4.num.11.

7 Præcipuè, quia tranſactio fuit inita pro
omnimoda exequutione laudi, ex quo non
oritur nouatio extinctiua prioris obligatio-
nis; ſed illi accumulatiua gloſ.in l.1. Cod. de
Iudic.Iaſ.in l.ſi domus,§.de euictione,num.17.
& trib ſeqq.ff.de legat.1. Cancer.dict.part.3.
cap.17.num.291.Gratian. pluribus allegatis
cap.557.num.32.& duob.ſeqq. Flamin. Car-
thar.dec.118.per tot.

8 Ceſſatque omninò quælibet occaſio diſpu-
tandi, ſtante clauſula præſeruatiua adiecta
in tranſactione, ibi: Sine præiudicio anterio-
ritatis, & potioritatis, & citrà aliquam in-
nouationem priorum obligationum, ex qua
prorsùs prætenſa nouatio excluſa remanet;
ſignanter reſpectu anterioritatis temporis,
vt, omiſſis generalibus, in præciſis terminis
dictæ clauſulæ appoſitæ in tranſactione; tra-
dunt Bald.conſ.77.lib.1. Amat.reſolut.50.nu.
15.Valeron.de tranſact. d.tit.5.qu.4. num.6.
& 13 in fin. Galeot. contron. 32. num.11. &
ſeqq.lib.1.Surd.deciſ.23.ſub num.9. Theſaur.
deciſ.125.num.5.Coccin.dec.8.num.3. verſic.
tum etiam, quia, Bich.deciſ.316.nu.22.& ſeq.
Dunozet.Iun.deciſ.97.numer.6.& trib. ſeqq.
vbi, quód cum nouatio pendeat à voluntate
contrahentium, non poſſit meliùs, & aper-
tiùs demonſtrari, abeſſe animum nouandi,
9 quám per huiuſmodi proteſtationem, & eſt
concluſio abſolutiſſima, quò ad conſequen-
dam anterioritatem reſpectu Iurium, quæ
in tranſactione non fuerunt dimiſſa, quid
quid ſit, quò ad Iura dimiſſa, in quibus ter-
minis procedit inſpectio, tám ſuper incom-
patibilitate, quàm ſuper proteſtatione non
attendenda, vti contraria facto, iuxta dedu-
cta per Bald.in l.fin.num.1. Cod.de nouat. &
conſ.318.num.4.lib.1. Gabr. conſ.81. num.3.
lib.1. Ant.Gabr.de nouat.concluſ.1. num.60.
& ſeq.Coccin. deciſ.329. num. 1. ex aduerſo
allegata.

Firmata igitur ex prædictis anteriorita-
te crediti vſque ab anno 1635. dubitari non
poteſt, quin ſuper Caſtris, de quorum pre-
tio agitur, fuerit ab eodem tempore con-
tracta legitima hypotheca fauore Domino-
rum de Ranuccinis, licèt Forenſium, nulla-
tenus aduerſantibus Conſtitutionibus Pon-
tificijs prohibentibus alienationem bonorũ
Iuriſdictionalium, eorumdemque obliga-
tionem, præcipuè fauore Forenſium, ſine
aſſenſu Apoſtolico, quo ijdem Ranuccini
reperiuntur deſtituti.

Siquidem, exceptis Caſtris Iuriſdictio-
nalibus Zagaroli, Columnæ, & Gallicani,
cætera alia bona compræhenſa ſub vendi-
10 tione Status Zagaroli, potiſſimùm prædia
ruſtica, præſumi debent allodialia, non au-
tem Iuriſdictionalia, licèt ſint intrà fines
Caſtrorum Iuriſdictionalium, eiſdemque
adhæreant, iuxtá receptiſſimam ſententiam
de qua, præcæteris, Alex. conſil.55 num.19.
lib.4.Roland.conſ.50.num.35. & ſeqq. lib.3.
Menoch.conſ.395.num.1. & ſeqq.& num.23.
& ſeqq.lib.4. vbi, quòd prædia ruſtica cir-
cumadiacentia Caſtro dicantur quid om-
ninó ſeparatum ab ipſo Caſtro, Surd.conſil.
151.num.23.65. & ſeq.& conſ.135.num.24.
& ſeqq.& conſ.311.num.6.7. & 27. vbi re-
ſpondet contrarijs, Natt.conſ.313.num.1.&
& ſeq. Ramon. conſ.19.num.4.& ſeq. Bellon.
Iun.conſ.44.de Ponte conſ.95.nu. 1.lib.1. Ro-
ſental.de feud.cap.12.concluſ.15. num.26.&
ſeqq.Capiblanc.de Baron.pragm.11.num.53.
& ſeq.Pacian.de probat. lib.1.cap.7.num.96.
Menoch.lib.3.præſumpt.100.per tot. Gratian.
cap.736.num.59.Caren.reſolut.112. num.11.
Ant.Quadr. allegat.15. num.4. penès de Ma-
rin.tom.3.reſolut.Card.de Luca de feud. diſc.
2.num.11. & hanc ſententiam perpetuò am-
plexa eſt Rot. præcipuè coram Buratt. deciſ.
276.num.4 & deciſ.426. nu.4 & duob. ſeqq.
ibique Add.num.12. & 16. Duran. deciſ.28.
num.13.& ſeqq. et num.25. vbi, etiam ſi Ca-
11 ſtrum fuerit conceſſum cum Terris, Pratis,
& Nemoribus, Vbald.deciſ.67.num.4.in fin.
et in rec.dec.93. num.30. alijque plures per
Nos congeſti diſput. ſequenti.

Ne-

12 Neque meretur attendi contraria opinio,
quòd quemadmodùm, quidquid continetur
intrá fines Feudi; præſumendum eſt feuda-
le, iuxta theoricam *Iſern. in cap. 1. de contro-
uerſ. int. Maſcul. Bald. in cap. 1. num. 10. de ca-
pitan. qui Cur. vend. Rouit. conſ. 101. n. 1. et
ſeqq. lib. 2.* precipuè in ſtatu Eccleſiaſtico, iu-
xtá famigeratum in ore Cameralium, *conſ.
Abb. 82. lib. 1.* & poſt votum *Robuſterij Spad.*
in celebri *conſ. 1. & 3. lib. 1.*

Ita etiam, prædia exiſtentia ſub Caſtro
Iuriſdictionali, eidemque adiacentia, dici
debeant Iuriſdictionalia Iuriſdictione acti-
ua, de qua indubitanter loquuntur Apoſto-
licæ Conſtitutiones prohibentes hypothe-
cas bonorum Iuriſdictionalium ſine aſſen-
ſu, etiam fauore ſubditorum.

13 Siquidem prædicta opinio, eſt communi
ſenſu DD reiecta, in Curia, & Rota num-
quàm fuit admiſſa, prout patet ex ſupra al-
legatis, & in omnem caſum poſſet fortaſsè
procedere.

14 Vel, quoties quæſtio eſſet inter Dominũ,
& Vaſallum ſuper deuolutione, in quibus
terminis loquuntur pleræque auctoritates
contrariæ allegatæ pro Iuriſdictionalitate,
ſeu feudalitate, ſignanter *Iſern. in cap. 1. de
controu. int. Maſcul. nu. 3. Bald. in cap. 1. num.
10. de Capit. qui Cur. vendid. Dec. conſ. 517.
num. 9. Crauett. conſ. 54. numer. 9. Bellon. Iun.
conſ. 44. num. 29. & ſeq.* latè *Rouit. conſ. 101.
num. 1. & ſeqq. lib. 2. Io: Franc. à Pont. conſil.
11. num. 5. lib. 1. Iacob. Gall. conſ. 32. num. 19.
& ſeq. Theſaur. lib. 3. quæſt. For. 105. num. 26.
Menoch. lib. 3. præſumpt. 101. num. 2. & ſeqq.
Card. Mant. de tacit. lib. 23. tit. 6. num. 29. Intri-
gliol. de feud. qu. 43. num 88. & ſeqq. Biloct.
concluſ feud. 51. num. 5. Card. de Luca de feud.
d. diſc. 2. num. 17. verſ. contrariam, & ſeqq. Ma-
ſtrill. deciſ. Sicil. 105. num. 7.* illi potiſſimum
innixi fundamento, quòd nimis dura eſſet
conditio Principum infeudantium, ſi poſt
remotiſſima tempora quibus feuda in vna
linea, vel domo durare ſolent, cogendi eſ-
ſent probare primæuum Statum ob tempo-
ris antiquitatem penè improbabilem, pro-
ut è conuerſo facillimum eſt feudatario id
probare.

15 Secùs verò, quoties vertitur controuerſia
ſuper qualitate bonorum inter Conuaſſallos,
an ſint feudalia, vel burgenſatica, ſeu allo-
dialia, quo caſu militat præſumptio excluſi-
ua Iuriſdictionalitatis, uel feudalitatis, *cap.
1. §. Defuncto ſi de feud. fuerit controu. int.
domin. et Vaſſall. Io. Andr. Imol.* & cęteri ca-
noniſtę in *cap. nimis de Iur. Iurand. Brun. conſ.
1. num. 3. Natt. conſ. 313. nu. 2. & ſeq. Roſental.
de feud. cap. 12. concluſ. 15. à num. 26. vſque
ad 35. Afflic. in cap. 1. de controuerſ. int. Maſ-
cul. num. 19. & ſeqq. & deciſ. 267.* benè *La-
ganar. ad Rouit. ſuper Pragmat. in Rub. de feud.
in fin. verſic. et denique ſi ſumus.*

Vel prædicta propoſitio, ut quidquid eſt
16 intrà fines feudi, præſumatur de Feudo, eſt
intelligenda, quò ad Iuriſdictionem paſſiuã
feudalem, non autem, quòd bona præſumi
debeant feudalia, *Capiblanc. de Baron. prag.
11. num. 54.*

Vel feudalitatis præſumptio militat ad
17 effectum alti dominij, & ſuperioritatis Pa-
pæ, & ad tollendum illud purum allodium,
per quòd nemo recognoſcitur, niſi Deus,
ut benè declarando deducta, per *Abb. conſ.
82. lib. 1. Spad. conſ. 1. & 3. lib. 1.* ponderat
Card. de Luca de feud. diſc. 6. et 98. utrobi-
que *num. 14.*

18 Licèt enim hodiè Caſtra ex conſuetudine
iudicari debeant Iuriſdictionalia, *Innoc. in
cap. cum ad Sedem, num. 2. in fin. de reſtit. ſpo-
liat. Pariſ. conſ. 16. num. 23. lib. 4. de Pont. dec.
2. num. 13.* adeòut, conceſſo Caſtro, cenſea-
tur etiam conceſſa Iuriſdictio, *Bald. in cap.
1. num. 7. de allod. et in cap. 1. num. 16. de capit.
qui Cur. vend. Aym. conſ. 234.* ante *nu. 2.
verſ. ideò ſi quis, lib. 2* Menoch. *conſ. 395. n. 25.
Ioſeph. Ramon. conſ. 47. num. 5. et ſeqq. et n. 15.
Card. Mant. de tacit. lib. 3. tit. 11. num. 9. et lib.
4. tit. 14. num. 8. Borell. de Magiſtrat. cap. 1. nu.
105. et de Reg. Cathol. preſtant. cap. 71. num.
291. et ſeq. Mart. de Iuriſd. part. 1. cap. 48. nu.
22. et ſeqq. Briſſon. de Verbor. ſignific.* uerbo,
*Territorium, Rot. in rec. deciſ. 164. num. 17. in
fin. et duob. ſeqq. et deciſ. 310. num. 19. part. 6.
Bich. dec. 379. nu. 24.*

19 Nihilominus Iuriſdictio actiua nullo
prorsùs Iure cohæret Territorio, multòque
minus rebus particularibus exiſtentibus in-
trà fines Caſtri Iuriſdictionalis ut sũt prędia,
agri, Domus, & ſimilia, quæ Iure priuato po-
20 ſſideri poſſunt per Baronem, ſed potius, uel
adhæret perſonæ, iuxtà ſententiam *Bart. in
l. 1. in fin. ff. de Iuriſd. omn. Iud. et conſ. 189. lib.
1. Alex. conſ. 94. num. 11. lib. 5.* ubi *Apoſtill.
verb. Iuriſdictio, Caſtrenſ. conſ. 203. numer. 3.
lib. 1.*

21 Vel in omnem caſum eſt annexa, ipſimet
Caſtro *Bart. in l. inter eos, num. 1. ff. de acquir.
rer. domin. Iaſ. in l. 1. num. 15. verſ. tertia con-
cluſio, ff. de Iuriſd. omn. Iud.* ibique *Bart. nu.
15. Longauill. in l. Imperium, num. 201. ff. eod.
Bald. conſ. 293. in princip. Aretin. conſ. 15. nu.
2. Pariſ. conſ. 20. num. 51. lib. 1. Ruin. conſ. 14.
num. 1. propè fin. et conſ. 22. ſub. num. 7. verſ.
et per hæc, lib. 1. Celſ. Vgo, conſ. 34. num. 37.
in fin. Altograd. conſ. 3. num. 43. et ſeq. lib. 2.
Spad. conſ. 4. num. 119. lib. 1. Card. Mant. de ta-
cit. lib. 4. tit. 14. num. 11. verſ. & hæc quidem
ſententia, Menoch. lib. 3. præſumpt. 97. num. 1.
et ſequent.*

22 Adeòut reſpectu Iuriſdictionis Prædia,
potiſſimùm ruſtica, exiſtentia intrà fines
Caſtri, non ſint Caſtrum, neque pars Caſtri,
neque

neque aliquid cum ipſo Caſtro commune habere dicantur, prout poſt *Bart. in l. 1. ſub num. 3. ff. de damn. infect. Card. Mantic. de tacit. d. lib. 4. tit. 14. n. 37 verſ. ſed aduertendum.*

Quinimò, vt eleganter aduertit *Bald. conſ. 322. num. 2.* & *42. lib. 4.* licèt conſiſtat
23 Iuriſdictio, tamquàm quid Vniuerſale, in agris, ſicuti ſeruitus in gleba, & ſicut ſigillum in cera, tamen diuerſa ſunt ager, & Iuriſdictio.

24 Ideóque, his ſtantibus, aliud eſt, quòd Iuriſdictio actiuè adhærens perſonæ ipſius Baronis, iuxtà vnam ſententiam, vel infixa ipſimet Caſtro, iuxtá alteram, poſſit exerceri paſſiuè, & ſubiectiuè in toto diſtrictu, & Territorio, adeòut fines Territorij ſtent per modum termini, & menſuræ, vt, ſcilicèt, in quantùm ſe protendit Territorium, intantùm ſe extendat Iuriſdictio, prout loquitur *Bart. in l. 1. in fin. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Caſtrenſ. conſ. 203. num. 3. lib. 1.*

Vel elegantiùs cum *Bald. in §. ad hoc verſic. imagines, de pac. Iuram. firman.* quòd Iuriſdictio ſit ſupra Territorium, prout nebula ſuprá paludem ſolis calore generata, & ſic ſe extendat Iuriſdictio per modum menſuræ Territorij, ſicut nebula per modum menſuræ paludis, *Soccin. conſ. 74. lib. 1. verſ. primò, quia, Card. Tuſc.* verbo *Caſtra, concluſ. 118. Camill. Medic. conſ. 149. num. 12. Merlin. controu. 99. num. 15. lib. 2. Rocc. de offic. Rubr. 12. num. 110 Franc. Marc. dec. 565. num. 33 Boer. deciſ. 227. num. 7. Rot in recen. dec. 310. nu. 18. part. 6.*

25 Aliud verò, quòd prædia ruſtica in eodem Territorio exiſtentia, & quæ Iure prorsùs priuato, meréque allodiali per Baroné, ſicut per cæteras alias perſonas, poſſideri poſſunt, habeant annexam Iuriſdictionem actiuam cadentem, quò ad prohibitionem hypothecę ſine aſſenſu ſub Apoſtolicis Conſtitutionibus, quemadmodùm ipſummet Caſtrum Iuriſdictionale; Hæc enim omnia, attentis Iuris principijs, toto Cœlo inter ſe differunt, vt patet ad ſenſum.

26 Huiuſmodi verò diſtinctionem optimè agnouit *Bald. in l. 1. §. initio, num. 2. ff. de Offic. Præfect. Vrb.* docens, quòd Iuriſdictio materialiter, & paſſiuè, ſiue ſubiectiuè inhæreat Territorio, ſed formaliter, & actiuè Magiſtratibus; idemque firmat *Iaſ. in l. 1. nu. 15. ff. de Iuriſd. omn. Iud. Alex. conſ. 35. in princip. num. 2. lib. 4 Hieronym. de Mont. de fin. regund. cap. 11. num. 15. Facchin. controu. Iur. cap. 89. in fin.* & comprobat *Cardin. de Luca de feud. diſc. 70. num. 6.* vbi, quòd aliud ſit Caſtrum
27 in vniuerſùm conſideratum, vt corpus vniuerſale continens ſub ſe vniuerſum Territorium, tamquàm Ius terrendi.

Aliud verò ſit dominium priuatum, & allodiale bonorum intrà eiuſdem loci limites exiſtentium, & quæ Iure priuato ab eodem Barone poſſideri poſſunt.

28 Nullatenus enim implicat, eumdem feudatarium duplicem diuerſam perſonam repreſentantem, unam feudatarij, alteram priuati, ex hac ſecunda perſona poſſidere poſſe bona intrá feudum Iure allodij, eodem modo, quo alij priuati poſſident.

Neque ex eo, quòd per Dominum Caſtri Iuriſdictionalis fuerint bona merè allodialia quæſita, & annexa eidem Caſtro, poſſunt ullo Iure Iuriſdictionalia appellari; cũ ſit recepta concluſio inter feudiſtas, quòd
29 Baro feudo aliquid addens, quod per ſe ſubſiſtere poteſt, uti eſt prædium, id feudo non accreſcat, neque feudale efficiatur, ut eſt textus expreſſus in *cap. 1. § è contrario,* ibique *Bald.* cæterique feudiſtæ, *de Inueſt. de re alien. fact.*, ibi: *è contrario autem ſi quid feudo à Vaſſallo additum ſit, ſi quidem tale adiectum ſit, quod per ſe ſubſiſtere poſſit, id eſt, vt per ſe cenſeatur, vt prædium, id non accreſcit feudo, idem Bald. in l. 1. num 6. ff de rer. diuiſ.* ubi, quód ſi quis iuxtá fundum
30 feudalem alium emat fundum, additamentum non erit feudale, & *num. 7.* fortiùs dicit, quòd ſi in fundo feudali quis ædificet
31 Caſtrum, non erit feudale, licèt ſit accrementum intrinſecum, *Surd. conſ. 151. n. 101. lib. 2. Io. Franc. de Ponte conſ. 53. num. 33. & conſ. 11. num. 8. lib. 1. Pariſ. de Put. de feud. reintegrat. cap. 99. num. 7. Schrader. de feud. part. 9. principal. ſect. 2. qu. 5. num. 8. & ſeqq. Molin. de primog. Hiſpan. cap. 26. num. 3. verſ. quod nedum procedit, cum ſeqq. Amat. reſolut. 14. num. 24. verſ. quod idem eſt,* ubi, quòd
32 unitum fundo feudali per Vaſſallum, licèt fiat idem fundus, non ideò ſit idem feudũ, neque qualitatem ſuſcipiat feudalem, *Velaſc. de Iur. Emphyt. quæſt. 25. nu. 17. in fin. Tiraqu. de retract. ligniag. §. 32. gloſ. 1. ſub num. 77. Pereyr. de empt. & vendit. cap. 27. num. 46. in fine,* Roſental. *de feud. cap 10 concl. 43 nu. 30. Author damnatus in gloſ. Pariſ. par. 1. § 1. gl. 5. num. 20. & 108. Piſtor. lib. 2. qu. 42. nu. 42. & ſeqq. Io. Franc. de Ponte, conſ. 95. n. 20. lib. 1.* aſſerés, quòd Vaſſallus non poſſit de feu-
33 do facere allodium, neque de allodio feudum, etiam in augmentum feudi, ſine Domini aſſenſu, *de Georg. allegat. 50. n. 15. & 16. Manſ. conſult. 50. n. 56.* doctiſſimus, integerrimus omnique ſupremo Magiſtratu digniſſimus *D. Blaſius Altimarus in obſ. ad Rouit. conſ. 67. num. 34. lib. 1. Sanfelic. dec. 189. n. 37. & ſeqq. Coler. dec. 219* egregiè, *Bich. deciſ. 105. num. 3. & trib. ſeqq.*

34 Idque, ea potiſſimùm ratione, quia non omne acceſſorium rei principalis qualitates aſſumit, ſed tunc demùm, quando illud non poteſt per ſe ſubſiſtere; ſecùs uerò, ſi eſt ſeparabile á principali, & acceſſio eſt diſcre-

ta, non concreta, iuxtà monitum *Bald.in d. l.1.num.6.verſ.ſextò quæro,ff.de rerum diuiſ.*
35 eam afferens rationem, quia ſeparabilium rerum ſeparabile eſt dominium, *Iſern. Præpoſit.Alnar.Afflict.*& alij in *d.cap.1. §.è contrario de Inueſt.de re alien fact. Surd.conſ. 158.num.108.Puriſ.de Put.de reintegr.feud. cap.99. num.7. Guglielm. de Benedict. in cap. Raynutius,*verbo, *& hortum nu.16.de teſtam. Amat.reſolut.14.num.24.verſ.cum ea dicatur neceſſio,Cancer.var.lib.1.cap.13.n.103.Bich. d.dec.105.num.4.& ſeq.*

36 Illud uerò, quód dici ſolet, poſſe, nempè, Vaſſallum feudi conditionem meliorem facere, procedit, uel circa augmentum intriuſecum, & iuſeparabile ab eodem feudo, nam ſi fuerit diſtinctum, remanet de per ſe, & ſub ſui primæua natura, ut benè aduertit Io.*Franc. de Ponte d. conſ.11.n.11.lib.1.*

37 Vel, quoties agitur de acquiſitionibus referendis ad feudi reintegrationem, eiuſdemque reductionem ad primæuam unitatem, concurrente expreſſa ipſius feudatarij acquirentis uoluntate, in quibus terminis procedunt deducta per *Rouit. conſ.101.nu.33. & ſeq.lib.2.*

38 Prædicta uerò omnia fortiùs procedunt in Iuriſdictione, quæ, cum omninò fluat, & refluat á Principe, tamquàm á fonte, *l.1. §. cum lege, Cod.de veter. Iur. enucleand. Bald. conſ.439.ſub num.1 lib.3. Abb. conſ.6.num.2. lib.2. Alex. conſ.24. num.1.lib.5. Spad.conſ. 45.num.33.lib.1. Tapp. in comment. ad Reg. Conſtitutionem, incip.poſt Mundi machinam, lib.1.Iur Regn. Neapolit. num.21. & deciſ.1. num.5. Frecc.de ſubfeud. lib.2.qu.37 num.7.* Capiblanc.*de Baron.prag.11.num.50. Amat. reſolut.65.num.32.lib 2.Laganat.ad Rouit.in rub.Prag.de feud.in princ. verſ.in primo caſu, circa med.*Larath.*in* Theatr. *feud.tom.2.part. 11.dilucidat.38.num.5. Merlin.controuer.Forenſ. cap.13. numer.5. & cap.25. numer.4. lib.1.* Staiban.*Iun. reſolut.37.numer.3.lib.1. Grammat.dec.46.in princip. de Pont. deciſ.2. num.6.Maſtrill.deciſ.300.num.1.lib.3. Bich. deciſ.299. num.20.* non reſidet iu poteſtate Vaſſalli facere Iuriſdictionale, id, quod tale non eſt, iuxta ſuam primæuam naturam.

39 Atque ex prædictis abſolutiſſimis Iuris principijs etiam reſultat, quòd Iuriſdictio feudatarij induſtria, ex Principis legitima conceſſione quæſita, licèt cohæreat feudo; cum tamen poſſit de per ſe ſubſiſtere, nec quidquam commune habeat cum ipſo feudo, eidem nou accreſcat, iuxta ſingularem, ac receptam theoricam *Bald. in d.cap. 1. §.è contrario, num.4. de Inueſt. de re alien. fact.*
40 ubi, quærit, an ſi Vaſallus habens Caſtrum ſine Iuriſdictione, illam poſteà acquirat, accreſcat Feudo, & negatiuè reſpondit, eam afferens rationem, quia, nempè, Iuriſdictio eſt diuiſibilis, & ſeparabilis à Caſtro, quod conſtat ex eo, quòd Mænia Caſtri poſſunt eſſe unius, & Iuriſdictio alterius, & *Bald.* in ſpecie ſequuntur Barboſ.*in l.diuortio,§.fin. part.1.num.126.verſ.neque his, ff.ſolut. matrim.*Alex.*conſ.67.col.2.lib.2. Ruin. conſ.14. num.1.lib.1.*Caſtr.*conſ.56.lib.2.Oldrad.conſil. 121.numer.9. Medic. conſ.149. num.11. Spad. conſ.4.num.17.lib.1.Molin.de primog.Hiſpan. lib.1.cap.26.num.6.*Clar.*in § feudum, qu.88. num.5.verſ.ſed pone. Matthieus. libr.6. tit.7. lib.5.ordinat.gloſ.2.num.5.& ſeqq.*R*oſental. de feud.cap.10.concl. 43.num.7.& 18.Card. Mant.de tacit.lib.4.tit.14 num.19. Schrader. de feud.part.2.9.part princip.ſect.2. num.12. Larath. in* Theatr. *feud tom.1.part.3. dilucidat.24.num.4.& ſeqq.Toudut.lib.1.quæſt.ciuil.cap 84.num.5. Card.de Luca de feud. diſc. 70.num.6. Facchin.controu.*Iur.*lib.7.cap.89. Teſtay alleg.1. num.42.* alijſque fideliter allegatis *Amat.reſol.14.num.25.Antunez de donat.*Reg.*lib.1.part.2.cap.7. numer.58.* vbi *poſt Bald.in l.data opera, num.29.*Cod.*de accuſat.*, quód Iuriſdictio ſit qualitas quędam ſeparata á Caſtro, & feudo, ac Caſtrum nihil commune habeat cum Iuriſdictione, *Marcell.Marcian.Iun.exercit. Forenſ.cap.10. num 9.* vbi, quod proprietas Caſtri, & Territorij poſſit eſſe vnius, & Iuriſdictio alterius, & poſſit ſtare Caſtrum ſine Iuriſdictione, & Iuriſdictio ſine Territorio, *Gottofr.Anton.diſp.feud.3.Theſ.4. litt.*B. *verſ.Caſtro tamen, & lit.D.Zabel.exercit. feud.4. theſ.2.lit. B. Carpzou. diſput. feudal. 4. theſ. 21. & ſeq. Bocer.de Iuriſd. cap.8. num.24. & ſequ. Georg.Adam.in Syntag.Iur feud.cap.6. Aph. 10. num.4. & 5.* eruditus *Ageta viſion. feudal. Rubr.4 viſ.4.fol.187.in fin.Maſtrill.dec. 114.num.3.Cupyc.deciſ.27.num.36.*

41 Cæterùm non ſolùm ex ſupra firmatis iuris præſumptio militat pro mera allodialitate bonorum, de quibus agitur cum excluſione prætenſæ Iuriſdictionalitatis actiuæ; ſed vlteriùs concurrit qualitas eorundem bonorum, quæ, vtpotè, conſiſtentia in predijs ruſticis, Iure prorsùs priuato poſſiderì poſſunt in allodium à Barone, & Domino Caſtri Iuriſdictionalis, *Cardin. de Luca de feud.diſc.34. numer.6.* vbi, quòd huiuſmodi qualitas bonorum plurimùm conſerat pro allodialitate.

42 Quidquid fortaſsè poſſet hæſitari, ſi ageretur de bonis, in quibus eſſet conſiderabile Ius publici dominij Iuriſdictionalis, vtpotè ſunt Furni, Molendina, Macella bannerata, Flumina, Piſcheriæ, Portoria, Cancellariæ, & alia huiuſmodi generis, cum Iure prohibendi, quod eſt de Regalibus, vt aduertit *Laganat, ad Rouit. ſuper Pragm.in rub.de feud. in principio, verſ.in primo caſu, Montan. de regal. in princip. ſub nu.3.*

Digitized by Google

num.3.verſ.pariter Iuriſdictiones omnes, Peregrin.de Iur.fiſci, lib.7.cap.3.num.14.Auendan.de exequen.mandat.cap.1. num.7. verſic. idem probatur. Capiblanc. in Pragmat.11. de Baronib.num.50.Card.de Luca de feud.diſc.2. num.12.verſ.ſeu ſi illa reperiantur, Seſſe dec. Aragon.74.num.5.

Tandem ſublata remanet quælibet difficultas ex ſubſequuta obſeruantia, non ſolùm remota, cum quotidiè experiamur, à Baronibus Vrbis ad libitum diſtrahi prædia ruſtica, licèt eorum Caſtris adiacentia, abſque vllo prorsùs aſſenſu Apoſtolico, quod vtique non eſſet permiſſum, ſi eſſent Iuriſdictionalia, citrà pœnam deuolutionis comminatæ à notiſſimis Conſtitutionibus Summorum Pontificum.

Sed etiam proxima, & præciſa; aliqua
enim ex prædijs controuerſis fuerunt á Do-
minis Caſtrorum diſtracta ſine aſſenſu, &
nonnulla empta pariter ſine aſſenſu:Signum
plusquàm euidens, quòd neque per ſomniũ
fuerint à Barone poſſeſſa, vti Iuriſdictio-
nalia; ſed potiùs in merum allodium, cui
43 obſeruantiæ eſſe ſummoperè deferendum
in huiuſmodi materijs, pro dignoſcenda
qualitate bonorum, monent in ſpecie pon-
derantes ſequutas alienationes ſine aſſenſu
Principis, Iſern in cap.1.§.prætereà,num.48.
de prohibit feud.alienat.per Federic.et in cap.
1.§.inter filiam ſi de feud. defun. milit. & in
cap.1.num.3.verſ.ſemper inſpicitur de contro-
uerſ. int.Maſcul. & Fœmin. Bald.in cap.1. §.
pretereà, verſ.item nota, quid ſit inueſtitu-
ra, rectè aſſerẽs, quòd dubium qualitatis bo-
norum relinquatur interpetrationi conſue-
tudinis, & obſeruantiæ, Surd.conſ. 135.
num.36.lib.1. & conſ.105. num.14. & ſequ.
conſ.151.num.36.& ſeq.& num.63.in fin. et
66. Port.Imol.conſ.145. num. 10. vbi, quòd
conditio ſeudorum ab ipſo vſu qualificetur,
Roland.conſ.50.n.38.& ſeq lib.3.Vegg.conſ.
28.per tot.Menoch.conſ.191.nu.19.& ſeq.&
conſ.2.n.264.& conſ.32.n.45.& 64.& lib.3
præſumpt.91.nu.28.Alciat.conſ.4.n.45.lib.4
Altograd.conſ.3.nu.41.lib.2. Sola,ad Conſtit.
Sabaud.tit.de Iure emphyt.decret. Rempubli-
cam 3.part.gloſ.1.num.13. Intrigliol.de feud.
centur.1.qu.43.num.94.Caren.reſol.112.nu.
11.verſ.ſecunda vrget, Rouit.ſuper Pragm.in
rubr.de feud. in princ. num.3. verſ.ſecundò ſi
tenentes, Thor.in compend.deciſ.Regn. tom.1.
verbo feudalis res, an præſumatur, Roſental.
de feud.cap.2.concluſ.63.nu.2. Card.de Luca
de feud.diſc.6.num.13. verſ.quartò ex modo,
Afflict.deciſ.267.Buratt.deciſ.276.numer.10.
Rot.in rec.deciſ.69.num.13. part.8. & deciſ.
93.num.58.& ſeqq.part.5.vbi in ſimili, quòd
ex obſeruantia, & conſuetudine alteretur
natura ſeudi, ac fiat alienabile, & reducetur
ad inſtar patrimonialium.

44 Nam alioquin contrà omnem Iuris æquitatem, & non ſine euidenti læſione bonæ fidei, quæ inter contrahentes debet exuberare, l.emptorẽ 12.§.qui autem,ff.de action.emp. Rebuff.conſ.146.num.6.Cyriac.controu.532. n.24.Marcian.Iun.diſp.99.nu.20.& ſeq.lib. 2.abſque dubio remanſiſſent decepti; qui contraxerunt ſine aſſenſu, potiſſimùm confiſi ſuper poſſeſſione, & dominio prædiorũ ruſticorum, aliorumque bonorum nõ Iuriſdictionalium ingentis valoris exiſtente penes Principem Ludouiſium debitorem, à quo eadem bona Iure priuato, merèque allodiali detinebantur, & uti talia conſueuerant acquiri, & diſtrahi ſine aſſenſu Apoſtolico, neque aliter ijdem creditores contraxiſſent, potiſſimùm ſine aſſenſu.

45 His igitur firmatis, cum Iuris præſumptio ſtet pro hac parte, quòd prædia ruſtica ſint merè allodialia; non autem Iurisdictionalia; cumque eadem Iuris præſumptio mirificè remaneat comprobata ex ſubſequuta obſeruantia omninò excluſiua prætenſæ Iuriſdictionalitatis, ex proximè firmatis abſq; dubio onus probandi eamdem Iurisdictionalitatem actiuam bonorum ad effectum, vt vindicet ſibi locũ prohibitio hypothecæ bonorum Iuriſdictionalium fauore ſubditorum indicta á Conſtitutionibus Apoſtolicis, incumbit Domino Principi Roſpiglioſio aduerſario contendenti, ſe legitimè ſoluiſſe pretium ſtatus Zagaroli Creditoribus munitis aſſenſu ſuper bonis Iuriſdictionalibus, Natt.conſ.313.Cephal.conſ.150.n.16.& conſ. 438.num.21.Surd.conſ.135.num.24. & ſeqq. Menoch.præſumpt.91.num.7. & 8.lib.3.Gratian.cap.736.num.67.Card.de Luca de feud. diſc.6.num.5. Add. ad Buratt.dec.426.num. 13.Duran.dec.28.num.18.

Cæterùm, non ſolùm hypotheca anterior competit Ranuccinis, licèt aſſenſu carentibus ſuper dictis prædijs allodialibus; ſed etiam ſuper Iuriſdictionalibus, nullatenus aduerſantibus Conſtitutionibus Pontificijs, ſingulas enim breuitèr percurrendo.

46 Quò ad Conſtitutionem Sixti V. in Bullario nouo 3.in ordine §.3.eſt reſtricta ad ſolos tres caſus, nempè, venditionis, donationis, & permutationis; atque adeò non comprehendit hypothecam, Cin.in l.fin.num.2. in 3.oppoſit.Cod.de reb.alien.non aliendi, ibique Salicet.in vlt.oppoſit.Odd.de probib.alien.fideicom. art.3.quæſt.24.num.84.Fuſar.de ſubſtit.quæſt. 695.num.18.Felician.de cenſ.tom.1.lib.2.cap. 4.num.5.& tom.2. lib.2.cap.4.num.3.Rot. in recent.dec.211.num.6.part.5. & in ſpecie eiuſdem Conſtitutionis aduertit Card.de Luca de feud.diſc.68.& 69. vtrobique n.3.Rot.in rec.dec.211.num.4.verſ.aut vtimur, & duob. ſeqq. & dec.118.num.19.par.6.

Neque alicuius momenti eſt contraria

ponderatio, quòd ſub eadem Conſtitutione
dici debeat etiam compreheuſa hypotheca,
dum legitur prohibita conceſſio in pignus,
cuius appellatione venit etiam hypotheca.
47 Siquidem reſponſio eſt in promptu; cum
enim pignus in propria, ſtrictaque ſigni-
ficatione ſumptum valdè differat ab hypo-
theca, nam, vt ſunt uerba Iuriſconſulti, in *l.*
plebs, §.pignus, ff.de verb ſignific. ibi: *pignus*
appellatum eſt à pugno, quia res, quæ pignori
dantur, manu traduntur; Ideoque propriè pi-
48 gnus dicitur, cuius poſſeſſio in Creditorem
tranſit, quod ſecùs eſt in hypotheca, quæ
poſſeſſionem in Creditorem non transfert,
ſed debitor ſine ulla traditione nuda tenetur
conuentione; prout huiuſmodi diſcrimen
inter pignus, & hypothecam apertiſſimè ſta-
tuit Iuriſconſultus in *l. ſi rem alienam 9.§ 1.*
49 *verſ.propriè, ff.de pignorat. act.* ibi: *propriè*
pignus dicimus, quod ad creditorem tranſit,
hypothecam autem, cum non tranſit, nec poſſeſ-
ſio in creditorem.
50 His præmiſſis, quæ in Iure ſunt abſolutiſ-
ſima, reſultat, vt, cum verſemur in Conſti-
tutione odioſa, exorbitanti, & omnind cor-
rectoria Iuris communis, verba ſunt intelli-
51 genda iuxta propriam, & ſtrictam ſignifica-
tionem, vt monet *Bald. in cap. 1. de ſucceſſ.*
feud. Aretin. conſ. 125. num. 3. Dec. conſ. 466.
num. 1. & 9. Ruin. conſ. 110. num. 8. lib. 3. Gra-
tian. cap. 275. num. 4. atque adeò appellatio-
ne pignoris nullo Iure venit hypotheca,
52 prout in ſpecialibus terminis, quòd ſtatu-
tum loquens de pignore non habeat locum
in hypotheca, tradunt *Bart. in l. ſi rem alie-*
nam, §. 1. num. 2. verſ. & ſic facit, ff. de pigno-
rat. act. ibique *Salicet. in fin.* egregiè *Abb. in*
cap. cum aliquibus, num. 6. ibique cæteri Ca-
noniſtæ de *ſentent. & re iudic.* vbi, quòd ſtatu-
tum loquens de pignore debeat intelligi de
illo, quod tranſit in Creditorem, non autem
de hypotheca, & hoc quia ſtatutũ eſt odio-
ſum, eiuſque verba ſunt ſtrictiſſimè intelli-
genda, idemque firmat *Franc. Aretin. conſil.*
125. num. 3.
53 Idque manifeſtiùs in præſenti remanet
declaratum ex verbo, *precarium*, immedia-
tè adiecto ibi: *in pignus, ſeu precarium*, ex
quo, cum translata dicatur poſſeſſio, quouſ-
que, qui precario conceſſit, patiatur, alium
poſſidere, vt ſunt Iura vulgata in *l. in rebus*
4. l. & habet is, §. cum quis, ff. de precar. ſatis
liquidò deprehenditur, prædictam Bullam
intellexiſſe de pignore, ſeu precario, cum
actuali traditione, & translatione poſſeſſio-
nis; non autem de ſimplici hypotheca, ex
qua nulla transfertur poſſeſſio in credito-
rem, vt firmant Iura ſuperiùs adducta.

Quæ omnia fortiùs procedunt; nam in
eadem Conſtitutione in §. 7. expreſsè decla-
ratur, quòd ſub illa non intelligantur com-
54 prehenſi cenſus, qui ſine hypotheca conſti-
tui non poſſunt; vbi enim quid eſt permiſſũ,
cenſentur etiam permiſſa omnia, per quę de-
uenitur ad illud, antecedentia, ſcilicet, &
conſequentia, iuxta regulam traditam in
l. ad rem mobilem 56. l. qui procuratorem 57.
l. ad legatum 62. ff. de Procurator. Cyriac. con-
trou. 345. num. 64.

Et in proximis terminis *Bero. in cap. non-*
nulli, n. 13. & 15. de reb. Eccleſ. non alien. Ce-
phal. conſ. 13. n. 24. Altograd. conſ. 3. n. 22. lib. 1
55 *Conſtitutio* verò 78. *Clementis VIII.* reſpe-
ctu prohibitionis quò ad hypothecas in § 10.
omnind eſt reſtricta quò ad Vniuerſitates,
Communitates, & Collegia, & quoſcumque
Principes extraneos ſubiectos Sedi Apoſtoli-
cæ ratione feudi; voluit enim Pontifex oc-
currere fiduciarijs venditionibus ab eiſdem
poſtmodùm faciendis non ſubditis, nullate-
nus uerò comprehendit perſonas priuatas.

Parum attentis uerbis uniuerſalibus ibi:
Ad fauorem quorumcumque extraneorum, in-
telligi enim debent de extraneis, contem-
platione tamen Principum, Vniuerſitatum,
& aliorum ibidem expreſſorum, ideòque
prohibitio ad prædictos nominatim expreſ-
ſos, cæteroſque eorum intuitu intelligi de-
bet reſtricta.
56 Regulare enim eſt, ut uerba, quantumuis
uniuerſalia, & effrenata declarentur, & re-
ſtringantur ab adiunctis, necnon à ratione,
& cauſa, propter quam fuerunt prolata, ſint-
que interpretanda, iuxta ea, quæ præcedunt
l. non eſt nouum. ff. de legib. l ſi ex pluribus, ff.
de ſolut. Altograd. loquens in proximis ter-
minis, *conſ. 3. num. 18. lib 1. Cephal. conſ. 13.*
num. 17. Surd. conſ. 421. num. 12. & deciſ. 233.
num. 19 & ſeq Cornazan. dec. 10. num. 21.

In Bulla Pauli V. 108. ſolummodò confir-
mantur præcedentes Conſtitutiones Sixti, &
Clemẽtis, ſe reſtringendo ad tres contractus
uenditionis, permutationis, & donationis,
prohibens ulteriùs deueniri ad alienatio-
57 nem, ſub qua non uenit hypotheca,
præcipuè generalis, ut in ſpecie *Cyn. in*
l fin. Cod. de reb. alien. non alienan. num. 4.
verſ. ſed contra, ibique *Bald. num. 1. verſ. pro*
hoc, Salicet. num. 2. & 3. Alberic. & Caſtrenſ.
num. 2. idem *Bald. in cap. aut ſi libellario, num.*
5. quib. mod. feud. amitt. Bero. in cap. nulli, num.
10. & 13. in fin. verſ. ſuadetur de reb. Eccleſ.
non alien. ubi in hæc formalia uerba loqui-
tur: *Appellatione alienationis non venit hypo-*
theca generalis, etiam impropriiſſimè loquendo,
& ex ea nullum dominium, nec poſſeſſio, nec
ſimplex detentio, nec aliud ius in re transfer-
tur, & clarè idem replicat *num. 22. Rebuff. in*
l. alienationis 28. col. 2. verſ. intellige, ff. de
verb ſign. Crot. in l. filiusfamilias, §. Dini, num.
122. in fin ff. de legat. 1. Riminald. Iun. conſil.
765. n. 14. & ſeq. Laderch. cõſ. 64. n. 1. Turrett.

conſ.

cõſ.17.num.13. Sacca cõſ.231.num.8. aliiſque
congeſtis, latè *Altograd.conſ.3. num.27. &*
33. lib.1. ubi, quòd hypotheca generalis nõ
58 ueniat ſub nomine alienationis, nec pro-
priè, nec impropriè, nec impropriiſſimè. *Pal*
ma conſ.63.n.45 Neguſ.de pignor.2.mẽb.2.p.
n.28. dicẽs: *Pignorans, vel hypothecãs non alie-*
nat, nec Ius in alium transfert, quod pignus re-
manet in bonis debitoris. Neguſant. Inn. in ſyl-
ua reſponſ.quæſt.412. num.14. Redoan. de reb.
Eccleſ. non alien. quæſt.2. cap.6. num.7. Conar.
lib.2. var. cap.16. num.7. Cenſal. dec Lucen.15.
num.10. & ſeqq. Cornaz. dec.10. nu.6. & ſeqq.
59 & admittit concluſionem *Merlin.* ex aduer-
ſo allegatus, de *pignor. lib.2. tit.1. quæſt.42.*
num.29. & ſeqq. quando Conſtitutio, ſiue ſta-
tutum prout in præſentia, eſt correctorium,
& exorbitans à Iure, & in ſpecie Conſtitu-
60 tionum Sixti V. Clementis VIII. & Vrba-
ni VIII. prohibentium alienationem in fo-
renſes, quòd non comprehendant hypothe-
cam, firmauit *Rot. in rec. deciſ.211. num.5. &*
6. & dec.328. num.4. & 5. p.5.

Tandem quò ad Bullam Innocentii X.24.
in ordine *Bullar. nouo tom.4.* iuxta impreſ-
ſionem Lugdunenſem, in qua potiſſimùm in-
terpretanda reperitur reſtricta huiuſmodi
diſceptatio, licèt in §.7. procedendo per viã
declarationis, diſponat, ut à præcedentibus
Conſtitutionibus fuerint prohibitę quęcum-
que conuentiones *de, & ſuper bonis ſtabili-*
bus, & iuribus, quæ pro ſtabilibus habentur
in Statu Eccleſiaſtico exiſtentibus, ſiue illorũ
occaſione in fauorem forenſium directè, vel
indirectè, ſiue per viam pignoris, ſiue ſimpli-
cis hypothecæ, ſiue cuiuslibet actionis, etiam
perſonalis, aut promiſſionis de vendendo, ſeu de
præferendo, quando vendi contingeret, ſiue al-
terius cuiuſcumque promiſſionis, aut conuen-
tionis, & aliorum cuiuſuis generis, vt ſunt ip-
ſiſſima verba ipſius Bullæ.
61 Ideòque huiuſmodi declaratio, vtpotè no-
ui Iuris non inductiua, retrotrahenda ſit ad
contractus præteritos. *Felin. in cap. quoniam*
contra, n.4. de conſtit. Iaſ. in l. non dubium n.10.
verſ. tamen quando, C. de legib. Gabr. de regul.
Iur. concl.3. n.10. & 39. Alex. conſ.7. num.4.
lib.2. Farinac. in fragmen. par.2. verb. lex, nu.
51. & ſeqq. Put. dec.469. num.4. verſ. item, lib.
2. Dunozett. Iun. dec.830. num.14. vel in om-
62 nem caſum deſeruiat pro interpretandis an-
tecedentibus conſtitutionibus.

Nihilominus huiuſmodi obiectum dete-
gitur omninò inſubſiſtens ex pluribus aper-
tiſſimè ſuadentibus, dictam Bullam Inno-
centii nullo Iure poſſe comprehendere hypo
thecam generalem, in qua uerſamur, quid-
quid ſit de ſpeciali, idque ex pluribus.

Primò, quia, cum pro interpretandis Cõ-
ſtitutionibus potiſſimùm ſit recurrendum
63 ad motiuam rationem earumdem, ſiue quia
legis ratio eſt mens legis, iuxta monitum
Bald. per illum *text. in l. ſcire oportet, §. aliud*
autem, verſ. ſed & ſi maximè, ibi: *Mens le-*
giſlatoris, ff. de excuſat. Tutor. Dyn. in cap. vlt.
ad fin. de regul. Iur. in 6.
64 Siue quia legis eſſentia conſiſtit in mente
ſtatuentium, idem *Bald. in cap.1. §. & quia*
vidimus. col. antepen. verſ. extrà quæritur, qui
feud. dar. poſſ.
65 Ideòque iuxta notiſſima Iuris principia,
ceſſante vnica ratione motiua Conſtitutio-
nis, ceſſet ipſa quoque Conſtitutio, *l. adige-*
re, §. quamuis, ff. de Iur. patron. cap. & ſi Chri-
ſtus de Iur. Iurand. l. in omni, vbi *Bart. ff. de*
adopt. Piccard. in princ. Inſtit. tit. de eo cui li-
bert. cauſ. bon. addic. nu.41. & ſeq. ubi, quòd
ceſſante ratione legis, negatiuè ceſſet lex,
Tiraqu. in tract. ceſſan. cauſ. par.1. nu.11. Surd.
conſ.375. num.24. latè *Carpan. ad Statut. Me-*
diol. cap.385. num.82. Anguian. de legib. lib.1
contron.3. Mar. Antonin. var. reſol. lib.2. reſol.
32. n.8. Frãch. dec.536. n.28. Bich. dec.55. n.7.

His præmiſſis, cum ratio motiua, & fi-
nalis, quinimò vnica dictæ Innocentianæ
Conſtitutionis reſpectu declarationis ante-
cedẽtium Bullarum, modo, quo ſupra factæ,
alia non fuerit; niſi quia Pontifex voluerit
occurrere nouis excogitatis modis, & cau-
telis contrahendi fauore Forenſium, & in
eoſdem bona Iuriſdictionalia alienandi in
fraudem antecedentium Conſtitutionum,
illas eludendo, prout cauetur in eadem
Bulla d. §.7. ibi: *Nihilominus, quia Nobis in-*
notuit, nonnullos excogitatis quibuſdam mo-
dis, & cautelis genuinum earumdem Conſtitu-
tionum ſenſum inuertere, & veram earumdem
prædeceſſorum intentionem declinare.

Proculdubio huiuſmodi fraus non vide-
tur timenda, neque inſpecta diſpoſitione
Iuris, neque attenta uoluntate ipſorum
contrahentium, quoties, prout in præſen-
ti themate, non verſamur in hypotheca
ſpecialiter conſtituta, ſuper ipſis bonis Iu-
riſdictionalibus; ſed potiùs in ſimplici con-
66 tractu pecuniario ſuper cambio, cum obli-
gatione generali, quæ per ſe ipſam nihil ſa-
pit alienationis, neque ad illam dicitur di-
rectè, & particulariter ordinata, cum non
transferat, neque dominium, neque poſſeſ-
ſionem, neque ſimplicem detentionem,
aut aliquod Ius in re, ſed tantummodò Ius
ad rem, quod eſt longè debilius minus affi-
67 ciens rem obligatam, quàm hypotheca
ſpecialis, per quam plus Iuris conſtituitur
fauore creditoris, iuxta famigeratam di-
ſtinctionem *gloſ.* notabilis *in §. nos igitur* ver-
bo, *tradere creditoribus ad fin.* ibi: *quia plus*
Iuris cõſtituitur creditori per ſpeciale pignus,
quàm per generale, Auth. de non alien. aut
permutand. reb. Eccleſ. optimè *Bero. in cap.*
nulli de reb. Eccleſ. non alien. num.10. & 13.

in

in fin. Alex. conſ. 118. nu. 17. lib. 5. Surd. conſ.
331. num. 25. & 26. benè Altograd. conſil. 3.
num. 27. lib. 1. vbi, poſt gloſ. in l. ſi is, qui rem
in princip. ff. de furt. Bero. vbi proximè,
alioſque ab eo allegatos, quòd ex hypothe-
ca generali nullum dominium, nec poſſeſſio,
nec ſimplex detentio, nec aliud Ius in re
transferatur, Neguſ. de pignor. part. 2. num. 3.
in fin. & 10. Roderic. de ann. reddit. lib. 2. q. 7.
n. 19. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 7. gloſ. 2.
part. 9. num. 30. Card. Mantic. de tacit. & am-
bigu. conuent. lib. 11. tit. 2. num. 12. verſ. item,
quia magis afficit, Montaner. in add. ad Oliban.
de action. part. 2. lib. 1. cap. 29. num. 11. Gait.
de credit. cap. 4. quæſit. 5. num. 208. Merlin. de
pignor. lib. 1. tit. 3. quæſt. 11. num. 10. Cenſal.
deciſ. Lucen. 15. num. 23. & ſeq. Epiſc. Sperell.
deciſ. 74. num. 1. & ſeq. Archiep. Royas deciſ.
261. num. 3. & eſt regulare in quacumque
materia, vt ſpecialis prouiſio plus operetur,
magiſque influat, quàm generalis, iuxta
monitum gloſ. in cap. quamquàm, in verbo
plùs 23. diſtinct.

68 Non eſt autem nouum in Iure huiuſmodi
diſcrimen inter hypothecam generalem, &
ſpecialem; nam, omiſſis alijs, ab eodem Iu-
re attenditur ad plures effectus mirificè de-
ſeruientes rei, de qua agitur, ex quibus edo-
cemur, quòd, etiam, ſi agatur de prohibi-
tione legis, vel Statuti, hypotheca ſpecia-
lis omninò diſcrepet à generali, neque ab
vna ad alteram rectè, ac iuridicè inferri
valeat, præcipuè in Conſtitutionibus exor-
bitantibus, & correctorijs Iuris communis.

69 Siquidem, licèt non ſit permiſſum debi-
tori manumittere mancipia ſpecificè obli-
gata; id tamen Iura indulgent, ſi ſolummo-
dò generalis acceſſerit hypotheca, iuxta
ſingularem tex. in l. 3. Cod. de ſeru. pign. dand.
manum. gloſ. in d. §. nos igitur, uerbo tradere
creditoribus in fin. Auth. de non alien. aut per-
mut. reb. Eccleſ. Bart. in l. rem legatam 18.
num. 10. ff. de adim. legat. Alex. conſ. 118. n. 17.
verſ. vnde videmus, lib. 5. Card. Mant. de tacit.
d. lib. 11. tit. 2. num. 13. Neguſ. de pignor. dict.
part. 2. num. 10. Redoban. de reb. Eccleſ. non
alienand. qu. 2. cap. 6. num. 14. & ſeq. Merlin.
de pignor. d. lib. 1. tit. 3. qu. 11. num. 11.

70 Ita etiam, quoties per pactum eſt prohi-
bita alienatio rei ſpecialiter obligatæ, ipſius
dominium non poteſt in alium transferri, vt
eſt text. in l. ſi creditor, §. vltimo, ff. de diſtract.
71 pignor. ſi tamen ſit generaliter obligata,
dominij trãslatio nõ dicitur prohibita, iux-
ta receptam theoricam Bald. in l. ea lege,
num. 5. Cod. de condit. ob cauſ. Bart. in l. qui ab-
ſenti, § 1. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Card. Mant.
de tacit. d. lib. 11. tit. 2. num. 14. Merlin. de pi-
gnor. d. qu. 11. num. 12.

72 Prout, etiam in fortioribus terminis idem
habemus in prohibita alienatione bonorũ
Eccleſiæ, iuxta celebrem extrauag. ambitio-
ſa Pauli II. de reb. Eccleſ. non alien. ſub qua,
etiam admiſſa opinione affirmantium, in-
telligi prohibitam hypothecam, ſaltem quò
ad nullitatem actus, quidquid ſit ad effectũ
euitandi pęnas ab eadem extrauag. inflictas,
iuxta communem opinionem Gl. in cap. nul-
li, ibique Abb. num. 13. eod. tit. de reb. Eccleſ.
non alien. Couarr. var. lib. 2. cap. 16. numer. 7.
Lotter. de re benefic. lib. 3. qu. 25. num. 14. &
ſequ.

73 Non inde tamen dici poterit interdicta
generalis hypotheca bonorum; ſed tantum-
modò ſpecialis, vt optimè firmant Bero. in
d. cap. nulli, num. 10. 11. 13. 14. & 22. ibique
Ancharan. num 2. Io. Anan. num. 3. Io. And. nu.
1. Barboſ. num. 5. & egregiè, præ cæteris, do-
ctiſſimus, omnique æuo laudandus, Fagnan.
num. 30. & duob. ſeqq. qui teſtatur deciſum
per Sacr. Congregationem Concilij, Alex.
Stiac. in repetit. d. extrauag. ambitioſæ in 5. no-
tab. col. 2. diuerſ. repet. fol 27. Iaſ. in l. fin. n. 78.
Cod. de Iur. emphyt. Alex. conſ. 118 num. 16. et
ſeqq. lib. 5. latè Altograd. d. conſ. 3. num 3. 4.
& 27. lib. 1. Neguſ. de pignor. part. 2. princip.
num. 3. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæſt. 3.
cap. 6. à nu. 12. vſq. in fin. Couarr. var. reſolut.
lib. 2. cap. 16. nu. 7. Molin. de Iuſt. & Iur. tract.
2. diſput. 466. in princ. Adrian. Neguſant. quæſt.
412. num. 14. Caſtropal. oper. moral. tract. 12.
diſput. vnic. puncto 15. §. 2. Merlin. de pignor.
lib. 2. tit. 2. qu 85. num. 7. & ſeqq. benè Ciar-
lin. controu. 183. num. 108. & ſeqq. Bordon re-
ſolut. moral. 27. num. 4. 13. & 58. Ledeſm. in
Sum. qu. Regular. verbo alienare, num. 5. poſt
med. verſ. an, aut poſſint Regulares, Bonacin.
diſput. 3. de contract. feud. qu. 8. punct. 4. n. 31.
in fin. Cenſal. deciſ. Lucenſ. 15. num. 23. & ſeq.
Epiſc. Sperell. dec. 74. num. 1. & ſeq. lib. 1. latè
Rot. recedendo à contrarijs deciſionibus, co-
ram Archiep. Royas, dec. 261. num. 1. & ſeqq.

His igitur ſtantibus, quæ in Iure ſunt ab-
ſolutiſſima; licèt in prædicta Bulla Innocen-
tij fuerit declaratum, ſub præcedentibus
Conſtitutionibus comprehendi prohibitio-
nẽ ſimplicis hypothecę ſuper Iuriſdictiona-
libus, nihilominus, cum verſemur in Con-
ſtitutione exorbitanti, valdéque odioſa,
74 quinimmò directè contraria diſpoſitioni
Iuris, quo inſpecto, vnuſquiſque rei ſuæ ad
libitum eſt moderator, & arbiter, l. in re
75 mandata, C. mandati, vt in ſpecie, d. Conſti-
tutionis Sixti V. 4. in ordine dixit Rot. in rec.
dec. 211. num 5. & ſeq. & dec. 323. nu. 4. part.
5. & dec. 178. num. 19. par. 6.

Meritò ſtrictè eſt intelligenda de hypo-
theca ſpeciali, non autem generali, ſumpta
interpretatione paſſiua à Iure, ita ut illud,
quominus fieri poſſit, corrigatur, vt in pun-
76 cto conſimilis Statuti prohibentis aliena-
tionem in Foreuſem, optimè firmant, plu-
ribus

Digitized by Google

ribus fideliter allegatis, *Palma conſ. 63. num. 45. Altograd. d. conſ. 3. num. 27. verſ. nihilominus, lib. 1. Cenſal. d. dec. Lucen. 15. n. 10. & ſeq.*

77 Atque ob hanc ..ndem rationem, euitandæ, ſcilicèt, correctionis Iuris, eſt recepta DD. ſententia, vt diſpoſitio *l. ſi creditor, §. vlt. ff. de diſtract. pignor.* prohibens in alium translationem dominij rei obligatæ, & per pactum alienari prohibitæ, intelligi debeat de ſpeciali hypotheca; non autem de generali, vt in ſpecie affirmant *Bart. in l. qui abſenti, §. 1. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. in l. à lege, num. 5. C. de condit. ob cauſ.* & præ ceteris meliùs, & clariùs *Imol. in l. ſi ita quis, §. ea lege, num. 8. verſ. ſed circa ſecundùm, ff. de verbor. obligat.* alijſque congeſtis, *Cardin. Mant. de tacit. lib. 4. tit. 30. num. 12. 14. & ſeq. Merlin. de pignor. lib. 1. tit. 2. qu. 11. n. 12.*

Secundò huiuſmodi intellectus confirmatur; verba enim diſpoſitiua eiuſdem *Bullæ in d. §. 7.* vtpotè loquentia de contractibus ſuper bonis, & Iuribus, quæ pro ſtabilibus habentur, videntur præſeferre directam, præordinatamque acquiſitionem Iuris in bonis Iuriſdictionalibus, cuius vigore Forenſis, nedum illorum dominium acquirere valeat; ſed vlteriùs eorumdem acquiſitionem excogitaris cautelis fuerit præmeditatus, communicato, etiam conſilio, cum ſubdito contrahente, ad quod referenda ſunt uerba eiuſdem *Conſtitutionis, d. § 7.* loquentis *de excogitatis modis, & cautelis, nempè, tàm de promiſſione de vendendo, vel alteri non vendendo, ſeu alijs præferendo, quàm etiam de ſubrogando in Iura, & locum alterius Ius, ſeu hypothecam in bonis huiuſmodi habentis.*

Ideòq; prædicta nullo Iure videntur poſſe conuenire præſenti cōtractui merè pecuniario ſuper cābio, in quo, pro conſueta cautela Creditoris, fuit ſimpliciter à debitore facta generalis obligatio bonorum, quæ directè, ac principaliter non poteſt dici præordinata ad alienationem eorumdem bonorum in Creditorem Forenſem, cui Bulla uoluit occurrere.

Et licèt in quamdam conſequentiam, Iudicis auctoritate accedente, etiam ex vi hypothecæ generalis poſſint quandòque bona Iuriſdictionalia deuenire ad manus ipſius Creditoris Forenſis.

Attamen, cum huiuſmodi alienatio poſſit fieri in Subditum ab eadem Conſtitutione acquirere non prohibitum, utique hæc ſola poſſibilitas operatur, ut dum hypotheca generalis bonorum non eſt directè, principaliter, præciſèque ordinata ad alienationem faciendam in Creditorem Forenſem, ſaltem inſpecta uoluntate, utriuſque contrahentis.

Hinc reſultet, ut non ſit apta ad qualificandum contractum, ad effectum illum includendi ſub prohibitione dictæ Conſtitutionis neceſſariò intelligendæ de hypotheca ſpeciali; non autem generali, ex allegaris.

78 Regulare enim eſt, ut actus non ſoleat qualificari per ea, quæ ueniunt in conſequentiam, & ſecundariò *l. ſi quis nec cauſam, ff. ſi cert. petat.* prout in fortioribus terminis *d. Extrauag. Ambitioſæ,* optimè ob ſupradictam rationem ad propoſitum arguunt *Ciarlin. d. controu. 183. num. 12. & ſeq. Archiep. Royas d. deciſ. 261. nu. 3. & 4.*

Ponderatis potiſſimùm uerbis eiuſdem Conſtitutionis, ibi: *ſiue per viam pignoris, ſiue ſimplicis hypothecæ*, quaſi, quòd Pontifex intellexerit de hypotheca ſpeciali Ius in

79 re conſtituente ad inſtar pignoris; dictio, enim *ſiue*, uel *ſeu*, appoſita inter pignus, & hypothecam, arguit inter utrumque conformitatem, & intelligitur de ſimilibus, *Baptiſt. in l. 1. num. 6. ff. de offic. procurat. Caſar. Roman. conſ. 231. num. 2. Cephal. conſ. 126. num. 5 lib. 1.* & in ſpecie prædictæ dictionis adiectæ in Conſtitutione Pontificia, dixit *Card. Seraphin. dec. 393. num. 8. ſeq.*

Tertiò his omnibus accedat, quòd, cum Pōtifex *in § 8.* profeſſus fuerit, ſe ad prędictā declarationem deueniſſe ad effectum conſulendi communi bono Status Eccleſiaſtici, & Sedis Apoſtolicę Subditorum; utique, admiſſo contrario intellectu, ut à prædicta Conſtitutione fuerit etiam interdicta hypotheca generalis, abſque dubio reſultaret abſurdum, quòd ſubdit egentes de facili nō poſſent pecunias à Forenſibus ſibi quærere,

80 ſub generali obligatione bonorum, non obtento Apoſtolico Beneplacito; ideoque quodammodò remaneret impeditum commercium poſt lapſam naturam, ſublatumq; Statum Innocentię ad conſeruandā humanā ſocietatem adeò præciſum, & neceſſarium, vt nihil Reipublicæ perniciofius, ac deplorabilius contingere poſſit, quàm illius deſtructio, vel ſaltem impedimentum, prout latè exornat, *Conrad. Brun. in tract. de ſeditioſ. lib. 5. cap. 7. nu. 1. Stracch. de mercat. par. 4. num. 12. verſ. denique, Scacc. de commerc. & camb. §. 1. quæſt. 1. num. 47. & ſeq. & num. 52. verſ. & demum, & num. 68. Manſon. de contrabann. quæſt. 3. num. 8. Philipp. Kaipſch. de Iur. Vniu. lib. 5. cap. 22. num. 77. in fin. Kloch. conſ. 37. nu. 360. de Philipp. diſſert. fiſcal. 30. num. 5.*

81 Atque hinc etiam in proximis terminis habemus, quòd prohibitio alienationis bonorum Eccleſiæ reſultans ab *extrauag. ambitioſæ* non ob aliam cauſam non comprehendat hypothecam generalem, niſi quia, cum hodie ex ſtylo generalis obligatio bonorum fieri conſueuerit in omni contractu, nimis graue uideretur, ſi ſemper eſſet adeundus Superior pro obtinendo beneplacito, & ſine eadem obligatione generali vix reperiretur

retur, qui cum Eccleſia vellet contrahere,
vt poſt *Gloſ.in cap.hoc Ius porrectum,§.ſi cre-
ditor*,verbo, *probat*, 10.*quæſt*.2.benè ad rem
noſtram hanc potiſſimam rationem expen-
dit *Fagnan.in dict.cap.nulli, num* 31. *verſ.&
quidem Iure optimo,de reb. Eccleſ.non alien.*
82 Et magis in ſpecie Statuti prohibentis
alienationem in foreſes, quòd, non ob aliá
rationem, iuxta receptiorem ſententiam,
non intelligatur prohibita hypotheca, præ-
cipuè generalis, ex latè deductis per *Cin.in
l.fin.num.4. verſ.ſed contra, Cod.de reb.alien.
non alienand.*ibique *Bald.n.1.verſ.& pro hoc,
Salicet.n.2.& 3.Alberic.n.2. Aretin.cōſ.125.
n.3. Dec.conſ.645.n.6.Sacca,conſ.231.num.8.
Add. ad Bertazol.conſ.crimin.399. Riminald.
Iun.conſ.765.num.14.& ſeq. lib.7. Laderch.
conſ.64. num.1. Turrett. conſ.17. num.13. &
ſeq.lib.2.Palm.conſ.64.num.45. & ſeqq. Fa-
bian. de Monte de empt. & vendit. 4.quæſt.
princip.quæſt.22.num.11. Cenſal.deciſ.Lucen.
15.n.10.& ſeqq.Altograd.d.conſ.3.n.2.lib.1.*
Quidquid in contrarium non rectè ſenſe-
rint aberrantes à communi ſententia, *Al-
ciat.in l.alienationis 28.verſ.ego ex iſtis,ff.de
verb ſignific.Opizon.in l.filiusfamilias §.Diui,
num.68 ff.de legat.1.Dec.conſ.660.num.8.Ge-
rad.Mazzol.conſ.50. Phanuc.in conſ.impreſſo
poſt tract de Inuentar.*
83 Niſi, quia prorſus abſonum, inuetiſimi-
leque videatur, quòd voluerint ſtatuentes
generalem bonorum obligationem interdi-
cere, quæ venit in neceſſariam quamdam
conſequentiam omnium contractuum, cum
ſemper in eis apponi ſoleat, aliàs enim ni-
mis diceretur reſtricta facultas contrahen-
di inter Ciues, & forenſes, vt in ſpecie ad-
uertit *Merlin.de pignor.lib* 2.*tit*.1. *quæſt*.42.
num.17.*& duob.ſeqq*.iuncto *num*.30. *& ſeq.*
84 vbi quoties, prout in præſentia,agitur de
Conſtitutione odioſa, Iuriſque communis
correctoria, *Cornazan.dec.Lucen*.10.*num*.6.
& ſeq.
Idque,etiam remanet comprobatum, ad-
uertendo, quòd eadem Conſtitutio in §.16.
inhærendo antecedētibus Conſtitutionibus,
permittit forēſibus acquiſitionem Locorum
Montium, & Officiorum Romanæ Curiæ;
Cumque huius generis contractus fieri non
ſoleant ſine hypotheca generali bonorum
veniente ex quadam neceſſaria natura eo-
rumdem contractuum.
Meritò aſſerendum, noluiſſe Pontificem
ſub prohibitione comprehendere genera-
85 lem obligationem; vna enim pars legis, ſi-
ue conſtitutionis,alioquin dubiæ, ab alia
recipere debet interpretationem; prout in
ſimili dicitur, quòd vna pars teſtamenti ab
alia declaretur, *l.uxor*, *§.fin.* vbi ſignanter
*Bald.ff.de legat.3.Alex.conſ.94.num.1. lib.1.
Pariſ.conſ.74.num.12 lib.3. Marta voto 107.
num.28.Ruin.conſ.83.num.5.& 15.lib.2.Becc.
conſ.21.num.11.& ſeq. Caſtill.lib.2. controu.
cap.4.n.11.Card.Mant.de coniect.lib.11 tit.9.
num 11.Larrea dec.Granat.67.num.8.* Rot.*in
rec.dec.407.num.27 part.9.tom.2.Bich.deciſ.*
101.*num*.3.*& dec*.134. *num*.19. valet enim
argumentum à lege, ad Teſtatoris volunta-
tem. *Hippol.Rimin.conſ.46.num.47.lib.1. &
conſ.540.num.4.lib.5.Decian.conſ.10.num 8.
lib.2.& conſ.114.num.8.lib.2. Cephal.conſil.
641.num.23.lib.4. Honded.conſ.57. num.15.
Ludouiſ dec.219.num.2.*
Quartò non reſiſtit,in præſentia,prædicta
Bulla Innocentij; cum enim præualuerit cō-
86 munis intellectus; vt Conſtitutio Sixti V.
aliæque ſubſequentes Clementis VIII. Pau-
li V.& Vrbani VIII.hypothecam, præcipuè
generalem,non comprehenderent,vt in ſpe-
cie Sixtiuæ in prædictis alijs Conſtitutioni-
bus confirmatæ,pro abſoluto ſupponit,*Card.
de Luca de feud.diſc.68.& 69. vtrobiq. nu.3.
Rot.in recent.d.dec.211. num.4. verſ.aut vti-
mur, & duob.ſeqq.& dec.328.num.4.& ſeq.
par.5.& dec.118.num.19.par.6.*
87 Hinc reſultat,vt dicta ſubſequens Conſti-
tutio Innocentiana, quamuis per viam de-
clarationis proceſſerit; nihilominus dici
omninò debeat noui Iuris inductiua,atque
adeò ad contractus præteritos non retra-
henda qualis eſt præſens,de quo agitur,pro-
ut declarando contrariam concluſionem,
firmat *Felin.in cap.fin.num.6.* ibique *Dec.nu.
50. de conſtit. Gemin. in cap.humanum genus
1.diſt.Iaſ.in l.non dubium,n.5.C.de legib.Ma-
ſcard.de gener.ſtatut.interpret.col.13.num.44.
& ſeq.Farinac.in fragm. par.2.* verbo *lex nu.*
55.& egregiè *Rot.diuerſ.deciſ.162.num.5.&
ſeq.par.2.*
88 Atque ob hanc eamdem rationem *Rot. in
rec.dec.162.num.4.part.3* dixit, dictam Cō-
ſtitutionem Clementis VIII.78. in ordine,
non comprehendere antecedentes contra-
ctus, & tamen eadem Conſtitutio, ad inſtar
Innocentianæ, emanauit per viam declara-
tionis, prout apertè colligitur ex §.3.eiuſdē
Clementinæ, ibi: *Sed etiam dubia, quæ ſuper
illis emergant,declarare*, & rurſus in §.4.ibi:
Declaramus quaſcumque Communitates.
Prædicta verò omnia fortiùs militant cō-
tra D.Marchionem Baldinottum;cum enim
Ranuccini ſint creditores Principis Nicolai
Ludouiſij Patris, meritó ſunt præferendi ei-
dem Baldinotto,alijſque creditoribus,ſi qui
89 adſunt, D.Principis Io:Baptiſtæ filij, ex ab-
ſolutiſſimo Iuris principio, quòd creditores
defuncti, ſiue ex cauſa lucratiua,ſiue onero-
ſa, etiam in ſola actione perſonali, ſint præ-
ferendi creditoribus hæredis,licèt hypothe-
carijs, ex beneficio ſeparationis bonorum,
adeóut creditores hæredis nullum Ius ha-
beant in bonis defuncti, niſi poſtquàm eiuſ-
dem

dem defuncti creditores fuerint integrè ſa-
tisfacti, l.1.§.ſciendum, & l.2. ff.de ſeparat.
bon.gloſ.in l.eos,9.verſ.item fallit,Cod.qui po-
tior.in pign.habeant.Caſtren.conſ.245.num.1.
& conſ.315.num.1.Altograd.conſ.4.num.14.
& duob.ſeqq.lib.1.Io:Franc.de Pont.conſ.64.
num.34 lib.2.Coſt.de port.rat.quæſt.45. num.
1.& ſeq. & remed.ſubſid.40. num.1. & ſeq.
Stracc.de decoct.par.vltim.num.20.Fontanell.
de pact.nupt.clauſ.4 gloſ.9. part.2. num.51.
Merlin.de pignor.lib 4.quæſt.14. & latiùs qu.
35.num.6.& ſeq.Gait.de credit.cap 4. in Ap-
pendic.num.131.Andreol.controu.276.num.1.
& controu.198.num.10.& ſeq.Surd.dec.310.
num.12.& per tot. Franch.deciſ.374. num.7.
Cardin.Caualer.dec.41.num.3.Caualcan.deciſ.
28.num.40.& 41.p.3.

90 Neque ſatisfacit reſponſio ex aduerſo da-
ta, quòd, cum in feudis non uindicet ſibi lo-
cum beneficium ſeparationis bonorum, cre-
ditor hæredis cum aſſenſu, præferatur credi-
toribus defuncti ſine aſſenſu, ex adductis per
Theodor.allegat.83.de Georg.allegat.18.Stai-
ban.Iun.reſol.61.num 61.lib.1. Gallup.in me-
thod feudal.part.3.cap 1.& 20.Thor.in com-
pend.deciſ.part 2.uerbo ſeparatio, Rocc.re-
ſponſ.51.num.11.lib.1.Card de Luca de feud.
diſc.21.num.7.& de Regal.diſc.39.num.4.Ca-
rol Anton. de Luca de pluralit. homin. legali
cap.111.Vin.dec.285.

91 Nam, præter quám quòd contraria opi-
nio eſt uerior, magiſque recepta, quam egre-
giè ſubſtinent, reſpondendo omnibus con-
trarijs, pluribuſque congeſtis. Anna allegat.
30 per tot.Io:Franc.de Pont.de poteſt.Proreg.
tit.de refutat.feud.§ 8.Capyc.Latr.conſul.99.
num.7.& ſeqq.lib.2.ubi latè hanc concluſio-
nem comprobat, & alij, qui pro hac ſenten-
tia poſſent afferri.

Sublata remanet quælibet difficultas, cum
prædicta controuerſia ſit omninò extranea,
neque congruè applicari ualeat in præſenti
themate, dum Caſtra, de quibus agitur, licèt
ſint Iuriſdictionalia; non tamen ſunt feuda-
lia, in quibus terminis procedunt authorita-
92 tes contrariæ; ſed potiùs allodialia, non cō-
ſtito, prout in præſenti, de inueſtitura, ſerui-
tio reali, uel perſonali, Iuramento fidelita-
tis, alijſque concludentibus inditijs feuda-
litatem rectam ſuadentibus, Io.Andr.in cap.
fin. de Iudic. Caſtren. conſ.179. num.1. lib.1.
Alex.conſ.129.num.1.lib.1. Hartman.Piſtor.
tom.3.quæſt.39. num.2.Giurb.de ſucceſſ feud
§.1.gloſ.3 num 10. Intrigliol de feud. cent.1.
quæſt.43.num.23. & ſeqq. Roſental.de feud.
cap.12.concluſ.14 num.15. in ſpecie Caſtro-
93 rum licèt Iuriſdictionalium, exiſtentium in
Statu Eccleſiaſtico, quòd, non conſtito de
prædictis inditijs ſuadentibus feudalitatem,
præſumi debeant merè allodialia, Gratian.
cap.736. num.59. Card.de Luca de feud, diſc.
63.num.4.verſ.& ſic vt frequenter, & diſcur.
44.num.22.& diſc.72.num.5.verſ.& licèt lar-
94 gè, ubi, quòd, licèt largè, & impropriè di-
cantur feudalia; Attamen dicitur quædam
remota, & impropria feudalitas ad ſolum
effectum remouendi ueram, & omnimodam
allodialitatem, per quā alius Superior agno-
ſci non dicitur, niſi Deus, proindeque fir-
mandi altum dominium, & Principatum, ac
ſupremam poteſtatem Papæ, præſertim cir-
ca Regalia maiora. quæ pernecesſè annexa
ſunt Principatui, ſeu Coronæ, à qua diuelli
non poſſunt, idemque firmat Merlin.deciſ.
655.num.3.Rot.in rec.deciſ.93.num.5.& ſeqq.
part.5.& deciſ.69.num.5.& ſeq.par.8.Comi-
tul.dec.74.num.12.

95 Signanter, dum concurrit obſeruantia
pro hæreditarijs, & allodialibus deſumpta,
nedum ex emptione facta per clar.mem.Car-
dinalem Ludouiſium pro ſe, ſuiſque hæredi-
bus, & ſucceſſoribus quibuſcumque. ſed etiā
ex alienatione eodē modo facta in D.Prin-
cipem Roſpiglioſium. Surd.conſ.135.nu.36.
lib.1.Caren.reſol.112. num.11. verſ.ſecundò
vrget, Card.de Luca de feud d.diſc.6.num.13.
verſ.quartò ex modo, ubi in ſpecie, quòd ex
alienatione Caſtri facta pro hæredibus, &
ſucceſſoribus quibuſcumque, præſumatur al-
lodialitas, idemque latè firmat Rot. in rec.d.
deciſ.93.num.72.& ſeqq.& num.78 & 87.&
dec.211.num.9.& duob.ſeqq par.5. & deciſ.
69.num.13.par.8.cum alijs ſupra latiùs alle-
gatis num.43.

Tandem non ſubſiſtit nouiſſima præten-
ſio excitata, quòd Baldinottus ſit creditor
Principis Nicolai ratione Depoſitariæ Mō-
tis Zagaroli, & domus Ludouiſiæ, cui ab eo-
dem Principe Zenobius Baldinottus fuerat
præpoſitus, quòdque eius creditum, licèt ſo-
lidatum cum hodierno D Principe, nihilo-
minus proueniat ab adminiſtratione eiuſ-
dem Depoſitariæ.

96 Nam, præterquámquòd deputatio in de-
poſitarium, uti requirens induſtriam Perſo-
næ, fuit merè perſonalis, ideòque expirauit,
ſequuto obitu, tàm Principis Nicolai Depu-
tantis, quám Zenobij depoſitarij, neque ad
Marchionem Baldinottum eiuſdem Zenobij
hæredem tranſiuerit, Florian. de S.Petro in
l.ſi pactum. num.7. ibique Iacob. de S Georg.
num.5.circa fin. verſ.ad ea ff.de probat. Imol.
in l.ſi ſtipulatus 133.num.8. ff.de verb. oblig.
Bart.in l.Iulianus 131.num.4.in fin.ff.eod.Me-
noch.lib.3.præſumpt.47.num.15. Rot. in rec.
dec.659.nu.10.par.4.tom.3.

97 Præcipuè, dum legitur conuenta de trien-
nio in triennium ad beneplacitum contra-
hentium, quo caſu dici debet omninò per-
ſonalis, Beron.conſ.155.num.12.lib.1.Nat.
conſ.163.num.10.lib.1.Rot.in rec.deciſ.669.
num.1.par.1.

98 Adhuc obiectum eſt nullius roboris, Tum quia prætenſa ſolidatio computorum à Marchione Baldinotto nouiſſimè facta cum D. Principe, utpotè præſeferens ſimplicem confeſſionem debitoris, multòque magis hæredis eiuſdem, non eſt apta inferre præiudicium Creditoribus, ſignanter in concurſu, *Gl. Bald. & Angel. in l. diuerſis, C. qui potior. in pignor. hab. Rip. in l. priuilegia, nu. 23. ff. de priuil. creditor. Bart. in l. poſt contractum ſub num. 17. ff. de donat. Barboſ. in l. 1. num. 31. ff. ſolut. matrimon. Cyn. in l. vbi adhuc, qu. 12. num. 12. ff. de Iur. dot.* latè *Odd. conſ. 100. num. 21. & ſeq. lib. 1. Santius de induc. debitor. qu. 11. num. 13. Tiraq. de retrac. ligniag. §. 1. gloſ. 18. num. 32. Salgad. in Labyr. credit. par. 3. cap. 13. num. 17. Merlin. de pignor. lib. 4. tit. 5. qu. 134. nu. 14. & 16. Peregrin. deciſ. Patau. 107. num. 2. Pereyr. deciſ. 107. num. 2.* Gamm. *dec. 226. num. 1. et deciſ. 736. num. 1. Surd. dec. 218 num. 5. Bich. dec. 584. num. 18. Duran. dec. 259. num. 19.*

Tùm fortiùs, quia dicta ſolidatio ex eadem ipſius lectura detegitur confuſa, & in ſolle reddita, utpotè complicata ex pluribus cauſis, & creditis, ex quibus alia ſunt omninò extranea à Depoſitaria, & nonnulla continent diuerſa computa, quorum ſolutio pertinebat ad hodiernum D. Principem.

Ideòque his ſtantibus, duæ inſurgunt in Iure ſolidiſſimæ concluſiones; Altera, nempè, quòd ſtante huiuſmodi incertitudine, & illiquiditate crediti prouenientis ex cauſa Depoſitariæ adminiſtratę, tempore, quo in
99 humanis agebat Princeps Nicolaus, repellendus ſit omninò Marchio Baldinottus, cique indubitanter præferendi DD. Ranuccini habentes creditum liquidum, *gloſ. in l. cum duo, ff. de in diem addict. Bart in leg. quidam, ff. de reb. dub.* latè *Surd. conſ. 264. num. 1. & trib. ſeqq. lib. 2. Menoch. conſ. 395. num. 18. lib. 4. Burſat. conſ. 46. nu. 27. lib. 1. Gratian. cap. 736. nu. 60. & ſeqq.*

100 Adeò ut ratione partis illiquidæ tota ſumma in ſolidatione compræhenſa, & in unum coacetuata abſque diſtinctione qualitatis, quantitatis, & temporis, reddatur illiquida, *l. ſeruus quem, §. boue ſubrepto, ff. de condit. furtiu Intrigliol. lib. 2. ſing. 50. num. 6. & deciſ. 10. num. 11. lib. 1. Milanen. dec. 1. nu. 28. lib. 3. Giurb. dec. 152. ſub num. 4. verſ. Iuris etenim eſt.*

101 Altera verò, quòd, cum huiuſmodi partitarum confuſio prouenerit ex facto, & culpa ipſius Marchionis Baldinotti, à quo diſtinctiùs erant diſpungendæ, eidem incumbit onus concludenter probandi diſtinctionem, & interim nullo Iure poterit contendere, neque etiam in obulo, ſe eſſe Creditorem Principis Nicolai, *Angel. in l. ſi in rem ſub num. 4. ff. de rei vindicat. Ruin. conſ. 50. nu. 15. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. qu. 618. num. 49. Sim. de Petr. de Interpret. vlt. volunt. lib. 5. dub. 4. num. 335. fol. 554. lib. 2. Hier. de Mont. de finib. cap. 43. num. 4. & duob. ſeqq. Adden. ad Ludouiſ. deciſ. 575. num. 11. in fin. Afflict. dec. 23. num. 5. in fin. & num. 6. in fin. & ſeq. Merlin. dec. 405. num. 12. Card. Ottbobon. dec. 102. num. 15. & ſeq. Dunozzett. Iun. dec. 598. n. 26.* Rot. in rec. dec. 575. num. 5. par. 6.

ARGVMENTVM.

Conceſſo feudo, ſeu Caſtro, cum clauſula generali, *cum Prædijs, Pratis, Paſcuis, alijſque pertinentijs, &c.* an ſub lege Inueſtiturę intelligi debeant comprehenſa, tamquàm feudalia, Molendina, & Battinderia intra fines eiuſdem feudi exiſtentia.

Clauſula generalis, *cum Pertinentijs, Molendinis, Prædijs, &c.* an ſit intelligenda reſpectu Iuriſdictionis, non autem qualitatis feudalis, quò vſque apertè probetur, quòd Inueſtiens tunc temporis ea poſſideret.

Molendina Bannalia, ſiue Bannerata habentia ius cogendi ad molendum, an præſumi debeant feudalia, vel ſaltem Iuriſdictionalia: Et an ex Iuriſdictionis qualitate valeat inferri ad feudalitatem: Quidue aſſerendum in Molendinis in flumine publico exiſtentibus.

Vniuerſitas, an poſſit condere ſtatutum prohibens Ciuibus, & Incolis, ne exeant Territorium ad molendum.

SVMMARIVM.

1 *Allodialia, & libera præſumi debent omnia bona iuxta primæuum ſtatum naturæ; etiam ſi vitra fines feudi exiſtant.*

2 *Dominus directus non poteſt contendere deuolutionem rerum; niſi liquidò probet, tempore conceſſionis fuiſſe ab ipſomet Domino concedente poſſeſſa.* & num. ſeq.

3 *Clauſula generalis,* cum Pertinentiis, Molendinis, Prædiis, &c. *intelligi debet reſpectu Iuriſdictionis, non autem dominij, niſi apertè probetur; quòd Dominus directus inueſtiens tunc temporis ea poſſideret.*

4 *Caſtro conceſſo, non veniunt ipſius Caſtri Molendina, quia dicuntur in eius patrimonio, & ſunt ſicuti Molendina priuatorum.*

5 *Caſtro conceſſo, non veniunt, niſi Molendina per ipſummet concedentem poſſeſſa.*

7 *Dominus Caſtri, non ex eo, quòd poſſideat Molendina, valet conſequentia, quòd ad eumdem Domi-*

Digitized by Google

minium pertineát, quia poſſidere poteſt, amquam priuatus, & diuerſo Iure à Territorio.

7 *Priuati, quoties in eodem Caſtro poſſident Molendina, eſt ſignum euidens, illa non eſſe feudalia.*

8 *Poſſeſſio longæua bonorum penes hæredem poſt ſequutam deuolutionem, arguit illa eſſe allodialia.*

9 *Declaratur* deciſ. Cardin. Seraphin. 894. *& in quo caſu intelligenda.*

10 *Molendina Banualia, ſiue Bannerata habentia Ius cogendi ad molendum, præſumi debent feudalia.*

11 *Vel ſaltem habentia Iuriſdictionem annexam.*

12 *Vniuerſitas, ſeu Baro non poſſunt prohibere Ciuibus, ſeu ſubditis, ne valeant alibi molere, quàm in Molendinis Vniuerſitatis, vel Baronis.*

13 *Limita, ſi Ciues, vel ſubditi prohibitioni acquieuerint, & elapſum ſit tempus ad præſcribendum neceſſarium.*

14 *Idemque aſſerendum, ſi Vniuerſitas habeat Molendina propria, illorumque redditus in publicam conuertat vtilitatem.*

15 *Vniuerſitas poteſt per ſtatutum decernere, ne Ciues, ſeu Incolæ exeant Territorium, ſed molant vbi velint; intra tamen fines eiuſdem Territorij.*

16 *Ius cogendi Vaſſallos ad molendum non tribuitur feudo, ſed Iuriſdictioni, ideòque Iuridica eſt; non autem feudalis prærogatiua.*

17 *Molendina ex Iure cogendi non poſſunt dici feudalia.*

18 *Princeps aliquando in loco habet Ius, tamquàm Princeps ratione Principatus, non loci, & tamquàm Dominus ratione loci; non autem Principatus.*

19 *Ius furnandi, ſiue prohibendi ne alij furnos cõſtruant, competit non loco, ſed Principi, & eſt perſonale; ideòque rem non afficit.*

20 *Ius cogendi Vaſſallos ad molendum tunc præſumitur feudale, quando eſt annexum Caſtro.*

21 *Acquiſita à Domino feudi in re feudali etiam ſi ab eo vniantur feudo, non efficiuntur feudalia, neque, eueniente caſu deuolutionis, deuoluuntur.*

22 *Molendina in flumine publico ſine Principis licentia ædificari non poſſunt.*

23 *Contraria ſententia eſt receptior; præcipuè in flumine non nauigabili.*

24 *Feudalitas non reſultat, ex eo, quòd aliqua res ſine Principis licentia fieri non potuerit.*

CAPVT LVIII.

DISPVTATIO eſt in præſenti ad iuridicum examen pro veritate reuocanda, an, ſcilicèt, conceſſo Feudo, ſeu Caſtro, *cum Prædijs, Pratis, Paſcuis, alijſque pertinentijs, &c.* illo demùm deuoluto ob lineam finitam, valeat Dominus directus contendere, ſub prædicta conceſſione intelligi, etiam comprehenſa, tamquàm feudalia Molendina, & Battinderia intra fines eiuſdem Feudi exiſtentia; vel potiùs hæres vltimi inueſtiti prætendere poſſit, præſumptionem Iuris pro allodialitate ſibi aſſiſtere; ideóque translatum fuiſſe onus probandi feudalitatem in Dominum directum ſuper comprehenſione prædictorum corporum ſub lege Inueſtituræ, & re diligenter perpenſa, inſpectoque integro tenore eiuſdem Inueſtituræ, exiſtimo, ius aſſiſtere pro allodialitate fauore hæredum vltimi Inueſtiti contra Dominum directum.

1 Præmittenda eſt igitur recepta concluſio, quòd, cum, attenta Iuris præſumptione, omnia bona præſumi debeant allodialia, & libera, iuxta primæuum ſtatum naturæ, etiam ſi ſint intra fines Feudi, *cap. 1. §. defuncto ſi de feud. defunct. content. ſit int. Dom. et Agnat.* ibique *Bald.* & cæteri feudiſtæ, *Afflict. in cap. 1. de controuerſ. int. Maſcul. & Fæmin. num. 9. verſ. ſed in contrarium, & num. 11.* vbi latè *& dec. 267. num. 4. & 5. Oldrad. conſ. 179. in fin. Natt. conſ. 313. nu. 2. & ſeq. Curt. Iun. conſ. 158. num. 26. & ſeqq. Menoch. conſ. 395. n. 21. & ſeq. & lib. 3. præſumpt. 91. num. 1. & ſeqq. Burſatt. conſ. 46. num. 23. Alex. conſ. 55. n. 19. & conſ. 112. num. 3. lib. 4. & conſ. 129. num. 1. lib. 1. & conſ. 76. num. 6. lib. 2.* Surd. *conſ. 135. num. 28. & conſ. 151. num. 84. Paſeth conſ. 14 num. 7. & ſeq. Rol. à Vall. conſ. 98. nu. 11. lib. 3 & conſ. 32. num. 25. lib. 4. Decian. conſ. 33. nu. 53. lib. 1. Altograd. conſ. 4. num. 30. & ſeq. lib. 2.* Clar. *in §. feudum, qu. 18. num. 2.* ibique *add. Roſental. de feud. cap. 12. concluſ. 14. à nu. 15. & ſeqq. Schrader. eod. tract. part. 3. cap. 4. nu. 52. & ſeqq. Maſcard. de probat. concl. 79. nu. 7. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7. nu. 96.* Valaſc. *de Iur. emphit. qu. 51. num. 3. Giurb. de ſucceſſ. feud. cap. 118. §. 1. gloſ. 3. num. 11. & ſeqq.* La*rath. in Theatr. feudal. part. 11. dilucidat. 41. num. 2. & ſeqq. Buratt. deciſ. 276. n. 4. Duran. dec. 28. num. 23. & ſeq.* & Nos firmauimus diſputatione antecedenti, reprobando contrariam ſententiam, illamque declarando.

2 Meritò, quò ad deuolutionem rerum intra fines Feudi exiſtentium, non poteſt Dominus directus ſuam fundare intentionem, niſi liquidò probetur, tempore conceſſionis fuiſſe ab ipſomet Domino concedente poſſeſſa, alioquin Iuris præſumptio militat pro allodialitate, & libertate, prout in ſpecie tradunt *Imol. & Alex. in l. 3. ff. de acq. poſſeſſ. Alex. conſ. 55. num. 19. et 21. lib. 4. Crauett. conſ. 256. per tot. Brun. conſ. feudal. 1. num. 2. et ſeq. Curt. Iun. conſ 158. n. 26. et ſeqq.* Roland. *conſ. 98. num. 16. et 25. lib. 3. et conſ. 82. n. 11. & 14. lib. 2. Aym. conſ. 54 num. 4. et conſ. 253. num. 7. Decian. conſ. 119. nu. 11. lib. 3. et conſ. 33. num. 53. lib. 1. Surd. conſ. 135. num. 24.* & pluribus ſequentibus, *et num. 46. et conſ. 151. Natt. conſ. 313. num. 2. et 514. num. 29. et ſeq. et conſ. 370. num. 5. Menoch. conſ. 395. num. 22. et ſeqq. Ramon. conſ. 19. nu. 4. et ſeqq. Altograd. conſ. 4. num. 33. et ſeq. lib. 2. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 7. num. 96. Roſental. de feud. cap. 12. concluſ. 15. num. 32. et ſeqq. Capiblanc. de Baron. Prag. 11. num. 44. Fulgin. de*

emphit.tit.de contract.emphyt. qu.25. num.5. Rot.dec.72.num.11.et ſeqq.poſt Cene. de Cenſ.

3 Idque procedit, etiam ſi in Inueſtitura exprimatur clauſula generalis, cum pertinentijs, Molendinis, Prædijs, etc. quia intelligi debet reſpectu Iuriſdictionis; non autē reſpectu dominij; niſi apertè probetur, quòd Inneſtiens tunc temporis ea poſſideret, iuxta receptam theoricam Bald. in ſpecie loquentis de Molendinis in tit. de Capit. qui Cur. vendid. num.4. in vſib. feudor. ibique, præ cæteris, Aluarot. num.2. Iaſ. in l. quo minus 2. nu. 120. ff. de flumin. ibique Rip. n.130. & in ſpecie etiam Molendini tradunt Albert. Brun. conſ feud. 1. num.3. Bellon. Sen. conſ.10. n.13. Natt. conſ. 313. num.2. et ſeq. Cephal. conſ.250. num.15. Rol. conſ.82. num.7. ad med. et ſeqq. lib.2. Menoch. conſ.395. num.23. et ſeq. Surd. conſ.135. num.25. et conſil.161. num.55. poſt med. et ſub num.66. Boſſ. in Prax. tit. de Princip. num.253. poſt med. verſ. et nulla etiam, Roſent. de feud. d. cap.12. concluſ.15. num.71. et ſeqq. Fontanell. de pact. nupt. clauſ. 4. gloſ.11. num.13 propè fin. verſ. ſed quid ſi non conſtat, an à principio Caſtrum haberet Molendina, & generaliter Rot. poſt Cene. de Cenſ. d. deciſ. 72. num.12. Buratt. deciſ.276. num.3. & ſequ. Duran. dec.28. n.25.

Multòque magis vindicat ſibi locum in præſenti themate, cum in Inueſtitura nulla prorſus habeatur mentio de Molendinis, & Battinderijs, vnde eo minus Dominus directus poteſt contendere, iſta eſſe feudalia,
4 cum conceſſo Caſtro, non veniant ipſius Caſtri Molendina, quia dicuntur in eius patrimonio, & ſunt ſicuti Molendina priuatorū, vt dicit gloſ. ſingularis in l. inter publica 17. verſ. deſtinata ff. de verbor. ſignific. ergo non
5 veniunt, niſi Molendina poſſeſſa per ipſum met concedentem, vt in ſpecie Bald. in princip. tit. de Capit. qui Cur. vend. nu.4. verſ. ſoluendo dicit Iacob. Buttrigar. ibiq; Aluarot. n.2 verſ. & tandem Præpoſ. nu.3. circa med. verſ. vnde dicit. Aretin. conſ.15. numer.2. Corn. conſ.321. num.8. poſt princip. lib.4. Curt. Iun. conſ.158. num.30. Cranett. con.896. num.4. & ſeqq. Burſatt. conſ.41. num.1. Roſental. de feud. cap.12. concluſ.15. num.27. Ciarlin. controu. 141. num.30. & ſeq. Fontanell. de pact. nupt. d. clauſ.4. gloſ.11. num.13. propè fin. verſic. ſed quid ſi non conſtat, an à principio Caſtrum haberet Molendina.

6 Ideóque his ſtantibus, non ex eo, quòd Dominus Caſtri poſſideat Molendina, valet conſequentia, ergo pertinent ad eum, vti Dominum Caſtri, quia poſſidere poteſt, tamquàm priuatus diuerſoque Iure à Terri-
1 torio, Rip. in l. quo minus, num.13 ff. de flumin. Card. Mant. de tacit. lib.4. tit.14. num.37. verſ. & quidem Henrig. de Molendin. quæſt.35 num.34. Schrader. de feud. part.3. cap.4. n.44. Hier. de Laurent. deciſ. 110. numer. 2.

7 Præcipuè, quia (& hoc rogatur aduerti) multi priuati poſſident in eodem Caſtro, & intra fines eiuſdem Molendina, & Battinderia, quod eſt ſignum ſatis euidens, non eſſe feudalia. Iſern. in cap. 1. in addit. verſ. ſi verò poſt num.3. de contron. int. Maſcul. & Famin. verſ. niſi eſſet conſuetudo, Albert. Brun. conſ.127. col.8. verſ. quod ſi aliam, Natt. conſ. 514. Menoch. conſ.395. num.9. Surd. conſ.151. num.28. & ſeq. & conſ.135. num.32. Decian. conſ.33. numer.53. verſ. & ſi appareat, lib.1. Roſent. de feud. cap.12. concluſ.14. nu.28. Rouit. ad Rubric. de feud. num.3. Caren. reſolut. 112. num.13. Sanfelic. dec.189. num 11. Rota in Aſten feudi 27. Aprilis 1584. § his tamen in fin. coram Bubalo.

8 Multòque faciliùs, accedente, prout in præſentia, longæua poſſeſſione hæredis poſt ſequutam deuolutionem, Surd. d. conſ. 135. num.46. ad med. Menoch. d. conſ.395. n.19.

9 Neque ſuperiùs firmatis aduerſantur exarata per Card. Seraphin. ex aduerſo allegatum, deciſ.894. ibi enim agebat Baro pro nullitate cenſus, aſſerendo, Molendinum, ſuper quo erat conſtitutus, eſſe feudale, rectoque firmat, quòd faciliùs id præſumatur, allegante hoc Inueſtito; non autem voluit id firmare ad fauorem Domini directi contra ipſum Inueſtitum.

Idque ſatis apertè deprehenditur ex verbis eiuſdem Card. Seraph. ibi: Et ita videtur Inueſtitus habere fundatam intentionem, ideòque de Inueſtito allegante firmat concluſionem circa præſumptionem feudalitatis; non autem de Principe inueſtiente; nam alioquin doctrinæ in deciſione allegatę dicerent de directo contrarium, dum firmant, quòd conceſſo Caſtro, cum pertinentijs, non veniant Molendina; niſi probetur, fuiſſe Domini concedentis, dum fit conceſſio; ſecus, ſi eſſent Communitatis, vel priuatorum; Præterquamquòd eadem Deciſio Card. Seraphin. eſt innixa coniecturis, quod Molendinum exiſteret in Tenuta feudali, fuerit poſſeſſum vti feudale, & Vaſſallis alibi molere non erat permiſſum, quæ circumſtantiæ deſiderantur in themate, de quo eſt ſermo.

10 Minus etiam aduerſatur, quòd huiuſmodi Molendina ſint Bannalia, ſiue Bannerata, habeantque ius cogendi ad molendum in eis; atque adeò vel præſumi debeant feudalia, & annexa Caſtro, prout in terminis, Iaſ. in d. l. quòminus, num.20 ff. de flumin. Bertazzol. conſ. ciuil. 89. num.47. vbi, quód, quoties poſſunt ſubditi cogi ad molendum; quòd ad Iuriſdictionem omninò pertinet, non videatur Iure dici poſſe bona priuata allodialia eſſe; ſed potius feudalia, & cum Caſtro recognita, Alciat. conſ.20. num.15. verſ. ſed hodie, lib.5. Henrig. de Molend. quæſt.11. et ſeqq.

Roſen-

Roſental.de feud.cap.4.concluſ.4.num.2.Tondut.part.1.qu.Ciuil.cap.91.nu.15. verſ.quod quidem Molendinum, Capyc.Latr.conſult.41. num.52.lib.1.Card.Seraphin.d.deciſ.894.n.3. verſ.ſecundò.

dem Domino directo inueſtitus; quando ipſe paratus eſt feudum à Domino recognoſcere, eique ſeruire, prout comprobat ſingularis *text. in cap.1. §.ſi verò qualit. olim feud. poter. alien.* ibi: *Si autem, diſſentiente Domino, vendebat, ſiue per feudum inueſtiebat; ſi tamen ſine maſculo decedebat, vel in manu Domini refutabat, aut alia fortè ratione, intercedente culpa, amittebat, tunc omnis feudi alienatio ad irritum reuocabatur, eo excepto; quòd ille, qui ſecundo loco beneficium acceperat, non amittebat, ſi priori Domino ſeruire, & ab eo feudū agnoſcere uolebat*, & per eumdem textum eſt recepta feudiſtarum ſententia in *d. cap.1. §.ſi verò.* ibique *Iſern. num. 2. ante fin. verſ. ſed tunc ſecundus infeudatus*, vbi etiam notat, *Aluarot. in §.ſi verò, num.4.* quòd ibi eſt caſus, in quo non habet locum regula deſumpta ex *l. lex vectigali 31. ff. de pignor. & hypoth.* quòd reſoluto Iure datoris, reſoluatur Ius acceptoris, *Præpoſit. col.1. verſ. limitate prædicta*, idem *Iſern. in cap.1. num.4. ante med. verſ. quantùm ad Dominum*, ibique *Aluarot. ſub num 8. ante med. verſ. ſed quantùm ad perſonam Domini, per quos fiat Inueſt. Camerar. in cap. Imperialem, fol.7. lit. M.N.O. Capyc. in Inueſt.* verbo *feudum dant, uerſ. ſed aduertendum eſt, col.2. fol.54. Zaſ. de feud. par. 10. num.87. Cuiac. lib.2. de feud. tit.9. Bammacar. in cap.1. §. beneficium, num.7. ſi de feud. defunct. milit. Curt. de feud. part.4. num.84. & ſeq.* vbi de communi, *Clar.* pariter teſtans de communi, *in § feudum, quæſt.32. num.5.* licet enim ſubiungat, ſe non credere, etiam in Praxi obſeruari; non tamen eius credulitas debet operari, vt à communi in Praxi ſit recedendum, *Duaren. ad conſuet. feudal. cap.12. num.15. Lanar. in repetit. feud. in cap.1. § ſed & res, per quos fiat Inueſtit. num.51. & ſeqq. Io. Andr. de Georg. in repetit. l. Imperialem, cap.6. num.18. Montan. in eadem repetitione, §. firmiter, num.56. uerſ. ex æquitate tamen Iuris, fol.159. Burſatt. conſ.163. num.31. & 32. & conſ.256. num.16. Altograd. d. conſ.5. num. 25. uerſ. altera eſt reſpectu Domini, & nu. ſeqq. lib.1.* latè reſpōdēs omnibus cōtrarijs, *Roſet. de feud. cap.9. concl.49. per tot. n.2.3.4. & 7.* præcipuè *n.8 & 10.* ibiq; *Gl. ſub lit. B. Mareſc. Var. lib.1. cap.95. num.17. & ſeq. Facchin.* qui de communi teſtatur, *controu. Iur. lib.7. cap. 52. per tot. Schrader. de feud. part.8. cap.2. nu. 33. verſ. hoc tamen, de Marin. ad Reuerter. deciſ.522. nu.2.*

Quidquid in contrariū dixerit *Piſtor. qu. Iur. part.3. quæſt.44. num.10.* quem Iure reprehendit *Io: Franc. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.3. §.3. num.8. & ſeqq. & num.23.* optimè, latèque reſpondens omnibus ratio-
41 nibus per eumdem *Piſtor.* adductis, aſſerens, non benè dixiſſe, intelligendo *text. in d. cap.1. §. ſi verò, qualit. olim pot. feud. alien.* vt ita demum ſubinſeudatus feudum retinere valeat, quatenus Dominus Inueſtituram renouare valuerit; ſi enim textus dicit, quòd ſubinfeudatus feudum non amittat, ſi vult Domino ſeruire, & *Iſern.* ibidem ſubdit, quòd non reſoluatur infeudatio; ideòque, neque deuolutioni ſit locus; ergo etiam Domino inuito; ſi enim partes omnes erant conſentientes, vtique textus quæſtionem dirimeret indubitabilem; idemque aduertit *de Marin. ad Reuert. dict. deciſion.522. num.2.*

Ideòque his firmatis, nullo prorſus Iure mereutur attendi Sectatores contrariæ ſententiæ, quibus *Piſtor.* loco proximè laudato innititur, præcipuè *Felin. in c. quæ in Eccleſiarum, nu.69. verſ. tertia declaratio*, ibique *Dec. num.145. de conſtit. Laudenſ. in cap.1. § ſed etiam res, per quos fiat Inueſtit. Afflic. de feud. lib.2. Rubric.9. antè num.1. & num.6. qualit. olim feud. alien. poſſ. Gozadin. conſ.4. num.27. & conſ.62. num.11. Manent. conſ.107. nu.35. Vuſſembec. conſ.73. n.57. p.2. Borcholt. conſ.3. per tot. Nirebberg. in diuerſ. de feud. ex pact. et prouid. cap.5. num.14.*

42 Cæterùm, ſi quæ difficultas in hoc articulo adeſſe poſſet, quoties ageretur de facultate ſubinfeudandi ex ſola Iuris diſpoſitione reſultante, ea tamen omninò remanet ſublata, vbi licentiæ legis accedit illa hominis concedentis expreſsè facultatem ſubinfeudandi, quæ latiorem debet habere effectum, quia lex permittit de alieno, homo verò permittit de ſuo; ac etiam, quia lex vnum facit, nempè, permittere, homo verò facit duo, nempè, permittere, & approbare; prout in ſpecie, quòd ſtante expreſſa facultate ſubinfeudandi, non remaneat ſubinfeudatio reſoluta, etiam ſi extinguatur linea Inueſtiti ſubinfeudantis, firmat communis Præceptor, feudorumque Euangeliſta, *Iſern. in cap.1. §. & ſi clientulus num.5. de alien. feud.* ibique, præ cæteris, clarè *Aluarot. in princip. verſ. & in illa parte, Bald. in 9. notab. ſub num.6. in prima fallentia, Præpoſit. in princip. Iacob. de S. Georg de feud. in verbo ita etiam, quod dixi, num.1. in princip. & fine, verſ. in ſecreto Iuris. Pariſ. de Put. de feud. ſub generali, Rubr. de fin. & mod. decid. Rub part.31. Cur. an reuoc. alien. feud. & num.12. Camerar. in l. Imperialem, fol.7. in magnis lit. T. & V.* aliàs *fol.40. ad fin. in paruis, Burſatt. conſ.163. num.32. in fin. lib.2. Altograd. conſ.5. num.4. lib.2. Io. Franc. de Pont. de poteſt. Proreg. tit.3. §.3. num.7. & 19. Montan. in l. Imperialem, § firmiter, num.56. de prohib. feud. alien. per Federic. Lanar. in repetit. §. ſi quis per triginta, num.66. & ſequ. ſi de feud. defunct. milit. Cyriac. controuerſ.14. num.19.*

Superiùs verò firmatis nullo prorſus Iu-

re

re aduerſari poterit clauſula præſeruatiua, *ſine præiudicio Domini directi*, quæ legitur immediatè adiecta ſupradictę facultati ſubinſeudandi, quaſi, quòd concedentis ſenſus fuerit reddere quidem actum ſubinfeudationis licitum, & impunitum; non tamen poſt finitam lineam Inueſtiti duraturum, cum negari non poſſit, quin ex huiuſmodi
43 prorogatione reſultet Domini pręiudicium, vt in ſpecie arguit ex aduerſo allegatus *Piſtor.d.quæſt.44.num.10. & ſeq.* cui præiudicio voluit Dominus occurere vigoræ dictæ clauſulæ præſeruatiuæ, *Roland. conſ. 51. num.16.lib.4.Peregrin.de fideic.art.47.n.29. Oſaſch.dec.194.num 9. & 14.Card.Seraphin. deciſ.351.num.23.* Præcipuè, quia alius non videtur ſubeſſe caſus, in quo operari poſſet prædicta clauſula, quæ alioquin inanis remaneret.

Siquidem pro reſponſione animaduertendum, quòd, cum fuerit expreſsè conceſſa facultas ſubinſeudandi, eiuſque peculiaris natura ſit, vt non reſoluatur, reſoluto Iure ſubinfeudantis, ex ſupra firmatis; Hinc pernecesſè ſequatur, vt quælibet præiudicij reſeruatio per clauſulam prædictam non poſſit intelligi de eo, quod præſefert ſuaptè
44 natura ipſemet ſubinſeudationis contractus; ſed potiùs de præiudicio, quod ex quacumque alia cauſa contingere poſſet, præterquàm ab expreſſa, prout optimè, pręcęteris, firmant *Oldrad.conſ.330. in fin. Pariſ. conſ.16.num.29.& ſeq.& conſ.70.numer.12. lib.1.Alex.conſ.1.ſub num.20. verſ. & non relenat, lib.5.Caſtr.conſ.472.lib.1.Anchar. conſ.192.ſub num.4. verſ. non obſtat reſeruatio,* Soccin.Iun.*conſ.126.num.37.& ſub n.40. & ſeq.lib.3.Mandoſ.conſ.10.num.14.Decian. conſ.24.num.98 lib.1.* latè *Burſatt.conſ.171. num.3.4. & 7 & conſ.225.num.59.Menoch. conſ.2.ſub num.57. verſ.reſponderi etiam, & conſ.503.n.23.Lanar.conſ.69 n.16.*vbi, quòd reſeruatio debeat ſemper interpetrari, ne præcedentia corrigat, *Gabr.conſ.151.num. 29.& ſeq.* vbi, quòd clauſula, *ſine præiudicio*, intelligi debeat ſemper de alio, quàm de reſultante ex ipſomet actu, *Roland.conſ. 33.lib.3.Honded.conſ.86.num.44.& ſeq.lib.2. Peregrin.conſ.19.num.21.lib.1.Raudenſ.conſ. 10.num.368.& ſeq.lib.1.& conſ.3.num.102. lib.2.*Cyriac.*controu.283.num.57.& ſeq.Sarnen. de Iur.quæſit.quæſt.1.in fin.Gratian.cap. 793.num.8.Mart.de clauſul.par.1. clauſ.158. n.3.Epiſc,*Barboſ.*eodem tract. clauſ.157. n.5. Corbul.de cauſ.priuat.ob nō ſolut.canon.ampl. 35.num.16.Card.de Luca de* Regal.*diſc.8. nu. 6.Capyc.deciſ.159.num.8.* Milan. *deciſ.8.nu. 88.lib.1.Card.Seraphin.dec.756.num.2.et deciſ.1445.num.4.Epiſc.Thomat.dec.12.nu.25. et ſeq.*Rot.*diuerſ. deciſ.236. num.3. verſ.non obſtat,par.1.in recent. deciſ.192. num.5. uerſ. illa debet,part.1.Dunozett.Iun.dec.640.num. 28.Archiepiſc.*Royas *dec.321. num.9.* vbi de dicta clauſula præſeruatiua adiecta in Inue-
45 ſtitura; Idemque aſſerendum de clauſula prædicta appoſita in Gratia Apoſtolica, quę eſt intelligenda de alio præiudicio, quàm de expreſſo, ne Papa videatur incontinenti ſe correxiſſe, *Rebuff. in prax. tit. de erex. in Collegiat. ad fin. Card.Seraph.dict.dec.1445. num.4.*Rot.*in recent.deciſ.192.num.5.p.1.*

46 Regulare enim eſt, vt clauſula generalis præſeruatiua non operetur circa ea, de quibus reperitur ſpecialiter diſpoſitum, *l.libertis 18. ff.de alim. et cib.legat.l.doli clauſula 119.ff.de uerb.obligat.l.cum ex filio, §.1.ff.de uulgar.l.uxorem, §.fęliciſſimo, in fin. ff de leg. 1. Ant.de Pratouet. inter conſ.Alex. conſ.49. num.23.lib.4.*Menoch.*conſ.111. num.6.* Bero. *conſ.121.num.3.lib.2.Crauett.conſ.32.num.5. Surd.conſ.241.num.29.& dec.38.num.28. & deciſ.152.num.3.& 17.*egregiè, præ cæteris, ad plura inferens, *Valenzuol.conſ.83.nu.98.* Bertaz. *conſ.crimin.54. per tot. lib.1. Eugen. conſ.2.num.29.& ſeq.lib.2.* Gratian.*cap.522. num.34.Cyriac.controu.283. n.59.* eleganter *Ant.Fab.in Cod. lib.3.tit.24.defin.7. Fontanell.dec.Cathal.239.num.6.dec.246.num.6.& ſeq.& dec.508.num.23. Oſaſch.deciſ. Pedem. 169.num.1.Surd.conſ.241.num.29.& dec.38. num.28.& dec.152.num.3.& 17.* Barz *deciſ. Bonon.68.num.8.*

47 Et in terminis terminantibus, quód prædicta clauſula præſeruatiua Iurium Domini non operetur, quin ſubinfeudatio facta de licentia eiuſdem Domini duret poſt extinctā lineam ſubinfeudantis, benè probant *Schrader.de feud.part.8.cap.4.num.34.verſ.& hac ſententia*, optimè videndus *Altograd. d.conſ. 5.num.31.& ſeqq.lib.2.* ubi, quòd quoties á Domino eſt impartita facultas ſubinfeudādi, ſuaptè natura impediens reſolutionem ſubinfeudationis, reſoluto Iure ſubinfeudantis, reſeruatio Iurium einſdem Domini aſſentientis reſultans ex clauſula *ſine præiudicio*, nullo prorsùs Iure poſſit intelligi de eo, quod ipſemet ſubinfeudationis actus præſeferat; ſed de alio præiudicio, quod ex alia quacumque cauſa poſſet euenire, præterquàm ab expreſſa, & in his etiam præciſis terminis admittit, hanc concluſionem, vti veram, *Card.de* Luca *de feud.d.diſc.1.nu.8.*
48 *iuncto num.6.& ſeq.* Quidquid in contrariū non rectè ſentiat ex aduerſo allegatus, *Piſtor.dict. quæſt.44. numer.10. & duob. ſeqq. part.3.*

49 Prædicta verò omnia mirificè comprobantur ex ſingulari, receptaque theorica *Iſern.in cap.1. qui ſucceſſor teneant.poſt nu.9.* affirmans, quòd clauſula in Inueſtituris apponi conſueta, *Iuribus Noſtris ſemper ſaluis*, intelligi debeat, pręterquàm in expreſſis, quem-

Digitized by Google

quem refert, & ſequitur *Io. Franc. de Pont. conſ. 15. num. 7. & conſ. 55. n. 56. lib. 1. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 29. num. 8. Blaſ. Lancea ſuper capit. Regni Sicil. volentes*, optimè *Liparul. ad Iſern. in tit. qui ſucceſſ. teneant. ſub num. 9. in* verbo *conceſſit*, eruditus, magnuſque feudiſta *Horat. Montan. de Regal. Offic. n. 56. verſ. nec quidquàm prodeſt clauſula, f. 226 col. 2. in princip.* vbi de ſimili clauſula, *Iuribus Curiæ ſemper ſaluis*, & de eadem clauſula, *Roccus reſpons. 54. nu. 33. lib. 1.*

50 Hinc etiam in proximis terminis habemus, quòd clauſula præſeruatiua Iurium Domini in aſſenſu conceſſo feudatario feudum hypothecandi, non trahatur ad expreſsè conceſſa, neque illis deroget, ſed conſeruet aliud ius, de quò non eſt facta conceſſio; adeò vt, deuolutionis caſu eueniente, feudū deuoluatur ad Dominum oneri hypothecæ obnoxium, non obſtante clauſula, quantumuis ampliſſima, præſeruatiua Iurium Domini, iuxta receptiſſimam doctrinam *Iſern. in cap. 1. num. 8. & 9. qui ſucceſſ. dare feud. teneant. & in §. quid ergo, verſ. alij putant verius, de Inueſt. de re alien. fact.* quem refert, & ſequitur *Frecc. de ſubfeud. lib. 2. Authorit. 29. ſub num. 8.* vbi, hoc latè comprobat. *Camerar. in cap. Imperialem, fol. 61. lit. M. N. & R. & fol. 50. lit. R. Capyc. in Inueſt. feudal. cap. feudorum deuolutio, verſ. hypotheca non extinguitur, fol. 59 & cap. feudorum executio, verſ. Dominus mortuo, fol. 197.* & hanc ſententiam, vti ueriorem ſubſtinent, reprobando contrariam, *Piſtor. lib. 2. quæſt. 58. num. 32. vſque in fin. Bilocti. concluſ. feudal. 33. num. 15.* nbi de communi, *Schrader. de feud. part. 8. cap. 4. ſub numer. 32. verſ. & hæc ſententia, Facchin. controu. Iur. lib. 7. cap. 56. in fine, Andr. Rauchar lib. 1. quæſt. 45. num. 15. Ioacchin. Scheplit. in addit. ad Promptuar. Iur. Ciuil. & feudal. Balthaſ. Klamar. tit. 6. de alienat. feud. §. 9. num. 8. fol. 170. Andr. Kol. exercit. legal. 3. ſub num. 21. add. ad* Guid. *Pap. dec. 575.* Cyriac. *controu. 447. num. 4. Hodiern. ad Surd. dec. 160. num. 5. Boer. decif. 181. num. 4. 5. & 6.* & hanc eamdem ſectatur, *Rot decif. 402. num. 2. poſt Cenc. de Cenſ. & in rec. decif. 257. num. 1. & ſeq. part. 11.*

51 Quidquid in contrarium non rectè ſenſerint, *Afflict. in cap. 1. ſub n. 6. in fin. qui ſucceſſor. teneant. tit. 1. & in cap. 1. §. quid ergo, nu. 5. de Inueſt. de re alien. & in Conſtit. Regni, lib. 3. Rub. 13. ſub n. 28. in fin. Buccafer. conſ. 83* Medic. *conſ. 1. nu. 62. Burſate. conſ. 171. lib. 2. Roſental. de feud. cap. 9. quæſt. 18. num. 4. & ſeq. Surd. decif. 286.* quos meritò reprehendit *Piſtor. lib. 1. quæſt. 48. per tot. Cyriac. dict. controuerſ. 447. num. 5.* alijque ſuperiùs laudati.

52 Neque ſubſiſtit ponderatio, cui potiſſimùm innititur contraria ſententia, quòd alioquin eadem clauſula eſſet inanis, & fatua, cum verè adijci ſolea: ad excludendam allodialitatem, & reſeruandum Ius feudi, ut in ſpecie ſatisfaciendo obiecto, egregiè obſeruat *Roſental. de feud. cap. 10. concluſ. 48. ſub num. 31. Cyriac. d. controu. 447. num. 4.* ſaluandamque feudi naturam, ut non recipiat alterationem, *Mart. clauſ. 67. num. 3. part. 2.* & in his ſpecialibus terminis *Card. de Luca de feud. d. diſc. 1. num. 8. verſ. cum verè dicta clauſula.*

ARGVMENTVM.

Per reſeruationem omnium fructuum feudi in venditione eiuſdem contentam, durante vita venditoris, cum libera illorum adminiſtratione, & facultate percipiendi propria auctoritate, inductum videtur Ius vſusfructus, ideòque ſuper ea requiritur Apoſtolicum Beneplacitum, quod conceſſum ſuper venditione, nullatenus poteſt ſuffragari, quò ad reſeruationem.

Ius vſusfructus an, & quando dici debeat reſeruatum ſuper feudo, vel potiùs ſimplex fructum commoditas, tamquàm nudi facti, feudi ſubſtantiam non tangens; Ad ornatum nobilis theoricæ *Bartoli in l. codicillis. §. inſtituto. ff. de legat. 2. & Iſerniæ in cap. Imperialem de prohib. feud. alienat. per Federic.*

SVMMARIVM.

1 *Ex Cōſtitutionibus Clementis VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. eſt prohibita alienatio bonorū Iuriſdictionalium ſine Apoſtolico Beneplacito.*

2 *Vſusfructus ſuper feudo non valet conſtitui, neque reſeruari, tamquàm ſpecies alienationis, & ſeruitutem feudi importans, Reprobata contraria ſententia* Bolognetti.

Idque etiam procedit inſpecta, Pragmatica *Regni Neapolitani, vulgò nuncupata nouem* Capitum.

3 *Ex indiuiduo voluntatis ob defectum aſſenſus corruit; nedum reſeruatio vſusfructus ſuper feudo; ſed etiam ipſemet contractus venditionis eiuſdem feudi.*

4 *Feudi venditione facta, & ſimultaneè inito pacto de retrouendendo, ſi Domini aſſenſus ſit impetratus ſuper venditione, & non ſuper pacto de retrouendendo, eſt etiam nulla ipſa venditio;*

Nam vtile per inutile vitiatur in feudis, ibidem.

Aſſenſus conceſſus feudatario ſuper alienatione feudi, non extenditur ad Ius luendi, ibidem.

5 Non

5 *Non confirmatur contractus in eo, quod eſt minus, licet adſit aſſenſus in eo, quod eſt plus, & è contra.*

6 *Refutatio feudi in proximè ſucceſſurum fieri poteſt ſine aſſenſu.*

7 *Si à refutante ad ſui commodum eſt reſeruatus vſusfructus, & ſuper eadem reſeruatione non fuerit impetratus aſſenſus, corruit etiam ipſa feudi refutatio.*

8 *Theorica* Iserniæ *aſſerentis, quòd refutatio valeat, cætera pacta non, quomodò intelligenda remiſſiuè.*

9 *De ratione deſumpta ex indiuiduo voluntatis, cui innititur concluſio, de qua ſupra* num. 7.

10 *Refutatio, cum ſit præuentiua ſucceſſionis ſpecies, implicat, velle aliquod Ius ſuper feudo refutato reſeruare.*

Eodem tempore non poteſt quis tollere ſe de medio per refutationem, & eſſe in medio per reſeruationem, ideòque actus peccaret in forma, ibidem.

11 *Pactum ſuper reſeruatione vſusfructus feudi venditi non eſt conſequutiuum, & naturale ipſimet contractui venditionis feudi, ſed potiùs omninò extraneum, ideòque nouo indiget aſſenſu.*

12 *Aſſenſus nouus non requiritur ſuper actu; quoties eſt conſequutiuus, & naturalis alteri actui, ſuper quo idem aſſenſus fuit præſtitus, &* num. ſeqq.

13 *Fruſtrà ab homine eſt implorandum, quod à lege conceditur.*

Expenditur text. in l. vnica, Cod. de Theſaur. lib. 10.

14 *Aſſenſus nouus non eſt neceſſarius in pacto, vt detur regreſſus in re permutata euicta, quoties alioquin idē aſſenſus reperitur præſtitus in ipſo permutationis contractu.*

15 *In venditione feudi, cum pacto reſeruationis dominij, pendente ſolutione pretij, non requiritur nouus aſſenſus, cum tamquàm naturale eidem contractui ſufficiat, aſſenſum fuiſſe præſtitum in ipſo contractu venditionis feudi,* & num. ſeqq.

Reprobatur contraria ſententia de Franch. dec. 540. in fin. & num. 26.

16 *Venditionis contractus ex re, & pretio perficitur.*

17 *Ex natura contractus vēditionis eſt, vt ſi pretium non ſoluatur, dominium rei venditæ remaneat integrum, & indiminutum penes venditorem, niſi habita fuerit fides de pretio.*

18 *Pactum valet ſuper reſeruatione dominij penes venditorem, quouſque per emptorem fuerit pretium integrè ſolutum.*

19 *Huiuſmodi pactum eſt de natura venditionis; nihilque de nouo inducit; ſed tantùmmodò exprimit id, quod ab intellectu Iuris in contractu continetur.*

20 *Ideòque huiuſmodi contractus eſt purus, & nō conditionalis; cum contineat id, quod inerat ex natura eiuſdem contractus.*

Neque requiritur noua traditio.

21 *Expreſſio eius, quòd tacitè inerat naturaliter; nihil de nouo operatur, neque mutat Iuris conditionem.*

22 *Aſſenſus interpoſitus ſuper eo, quod aliàs abſque aſſenſu facere quis poteſt, eſt tamquàm ſi diceret:* Arma, virumque cano.

23 *Venditor cum pacto reſeruationis dominij præfertur omnibus creditoribus emptoris, tamquàm in re propria.*

24 *Pactum reſeruationis dominij temporale, quouſque pretium ſoluantur ſubſiſtit.*

Secus, ſi ſit perpetuum.

25 *Declaratur* text. in l. cum manu ſata §. fin. ff. de contrah. empt.

26 *Reprobatur* dec. Franch. 540. *affirmantis, aſſenſum præſtitum à Prorege ſuper venditione feudi abſque mentione pacti ſuper reſeruatione dominij, quouſque pretium fuerit integrè ſolutum, nō conualidare contractum.*

27 *Fructuum ſimplex commoditas, tamquàm nudi facti non tangentis feudi ſubſtantiam, reſeruari, alienarique poteſt abſque aſſenſu.*

Intellige, vt num. ſeqq.

28 *Fructuum reſeruatio in toto, vel in parte, cōtinet improbam pactionem ſine aſſenſu.*

29 *Adducitur diſtinctio* Bartoli, *quòd, quoties quis vendit fructus conſtituēdo ementi Ius vſusfructus, tunc ſit alienatio.*

30 *Aut non conſtituendo, ſed potiùs ſe obligando actione perſonali ad dandos fructus, & non ſit alienatio.*

31 *Venditio commoditatis, vel perceptionis fructuum feudi, ſiue eorumdem reſeruatio, eſt licita ſine aſſenſu, quando quis nihil aliud ex ea acquirit, niſi ſolam actionem perſonalem contra alienantem, vel concedentem ad fructus tradendos.*

Secus aſſerendum ſi ex illa conceſſione, ſeu reſeruatione Ius aliquod vſusfructus in re conſtituatur, ibidem.

32 *Non poteſt concedi perceptio, ſeu Ius percipiendi fructus feudi propria auctoritate, & immediatè ab ipſo feudo; tunc enim dicitur conſtitutum Ius in re ſuper feudo.*

33 *Ius vſusfructus dicitur reſeruatum ſuper feudo; quoties à vendente reſeruatur facultas integros fructus, vita eius durante, propria auctoritate liberè percipiendi.*

34 *Contrariæ auctoritatēs procedunt, vbi fructus reſeruati non ſunt propria auctoritate percipiendi, ſed à manu poſſeſſoris.*

Declaratur Fabius de Anna conſ. 46. num. 20. & ſeq. lib. 1. *ibidem.*

35 *Aſſenſus Domini directi fortiùs requiritur; quoties ſuper feudo vendito non fuit reſeruata vna pars fructuum; ſed omnes, & quicumque fructus.*

36 *Emptor feudi, quando ſibi reſeruauit facultatem de fructibus feudi liberè diſponendi, dicitur inducta conſtitutio, & reſeruatio Iuris vſusfructus.*

37 *Præcipuè, quoties fructuum perceptio eſt conuenta, durante vita reſeruantis.*

38 *Locatio, licet in Ius in re nō conſtituat, ſi tamen ad longum tempus fiat, indiget aſſenſu in rebus alienari prohibitis.*

39 *Feudatarius, licet poſſit concedere perceptionem fructuum; id tamen non procedit, ſi in perpetuum fructuum perceptionem alienaret.*

Reprobatur contraria ſententia Camerarii.

Declaratur theorica Iserniæ in Conſtitutione Regni Diuæ memoriæ, *verbo* tranſactionis, *ibid.*

40 *Conceſſio fructuum feudi ad longum tempus non valet abſque aſſenſu, etiam, quòd expreſſè dixerint contrahentes, quòd vtile dominium, vel ius aliquod non intelligatur translatum.*

Quia huiuſmodi reſeruatio, ſiue proteſtatio in fraudem legis cenſetur appoſita, in ſententia Baldi.

41 *Contrarium videtur ſentire* Camerarius *poſt* Felin. *& alios.*

42 *Aſſertur vtilis diſtinctio huiuſmodi diſſidentes ſententias concilians.*

43 *Proteſtatio, ſiue reſeruatio, vt non intelligatur translatum Ius vſusfructus ex conceſſione fructuum ad longum tempus ſatis iuuat, vbi nulla adeſt legis, vel ſtatuti prohibitio.*

Secus, ſi adſit prohibitio, quia cenſetur tunc in fraudem legis appoſita, & nihil proficit.

44 *Proteſtatio huiuſmodi ſuffragatur ei, qui liberam habet facultatem rem alienandi, & de ea diſponendi.*

Secus ſi non habeat, vt putà, feudatarius, Emphyteuta, & ſimiles.

Quia tunc, facta alienatione ad longum tempus, quamuis proteſtetur, ne intelligatur translatum vtile dominium, vel Ius vſusfructus, non inde euitari poterit, quin dici debeat alienatio.

Cenſetur enim proteſtatio facta in fraudem.

45 *Commoditas fructuum, quæ ad longũ tempus conceditur, in materia prohibita habetur pro vera alienatione ad euitandam fraudem.*

46 *Feudum, ſi tradatur in manus, & gubernium ipſius debentis fructus percipere, dici debet conſtitutum Ius ipſomet vſufructu grauius.*

47 *Ius vſusfructus dicitur ad longum tempus cõſtitutum in feudo, quando ad vitam, ſiue concedentis, ſiue conceſſionarij conſtituitur, exemplo ducto à locatione.*

48 *Immiſſio ex clauſula,* conſtituti *non eſt concedenda, nullo exiſtente contractu emptionis, cui adijcitur.*

49 *Contra clauſulam* conſtituti, *poteſt opponi eadem nullitas, quæ militat contra contractum, cui eſt acceſſoria.*

50 *Immiſſio ex* interdicto quorum bonorum, *non conceditur hæredi ab inteſtato; niſi ad bona per defunctum poſſeſſa, mortis ſuæ tempore.*

51 *Vel ſaltem, ad quæ idem defunctus actionem habebat.*

52 *Præcipuè contra titulo legitimo poſſidentem.*

53 *Donatio feudi facta in condominum, vel poſſeſſorem pro communi, vel in proximè ſucceſſurum, vtpotè ſpecies præuentiuæ ſucceſſionis, fieri poteſt ſine aſſenſu.*

54 *Inſinuatio non requiritur in donatione facta ratione conſeruandæ agnationis domus; & familiæ.*

55 *Secus aſſerendum, ſi proceſſerit ex mera liberalitate.*

56 *Solemnitates requiſitæ in vim* Conſtitutionis *Ægidianæ in Donatione facta à maioribus procedunt, etiam in retrodonatione.*

57 *Inſinuatio non attendenda; quoties eſt facta poſt motam litem, obitumque retrodonantis, & retrodonatarij; Et abſque conſenſu hæredum eiuſdem retrodonantis.*

58 *Inſinuatio ex poſt facto non ſuffragatur, neque etiam conſentientibus hæredibus donantis.*

CAPVT. LX.

DENEGANDA immiſſio ex aduerſo petita ſuper portione Comitatus Roturſij; cum enim Comes Franciſcus Scala, à quo Comites Stelluti cauſam habent, uendiderit Simeoni Palleono ſeptimam eiuſdem Comitatus partem, præcedenti conuentione inter eoſdem uenditorem, & emptorem inita per hæc ipſiſſima uerba, ibi: *Quòd omne vtile, & commodum perueniendum, & vſque adhuc peruentum, & in futurum perueniendum cauſa, & occaſione Iuriſdictionis prædictæ, tàm maleficiorum, quàm cauſarum ciuilium, & aliorum quorumcumque vtilium, & emolumentorum, durante tamen vita naturali dicti Domini Comitis Franciſci venditoris, ſpectaret, et pertineret ad ipſumet Comitem Frãciſcum, et liberè perueniat, perueniretque debeat.*

1 Hinc reſultat, vt quamuis venditio ſeptimæ partis Iuriſdictionis dicti Caſtri, fuerit facta, accedente Apoſtolico beneplacito, ex notiſſimis Conſtitutionibus Clementis VIII. Pauli V. & Vrbani VIII. omninò neceſſario in alienatione bonorum Iuriſdictionalium; cum tamen Pontifici fuerit obrectum, neque expreſſum, venditionem prædictam fuiſſe factam cum reſeruatione integri Vſufructus fauore venditoris, eius vita durante, ſuper qua reſeruatione perneceſſe erat, etiam impetrandum beneplacitum Apoſtolicum; cum receptiſſima ſit Iuris propoſitio, vt ſuper feudo nullatenus poſſit conſtitui, neque

2 etiam aliquo modo reſeruari Vſusfructus, ſiue quia ſpecies ſit alienationis, & Ius in re tribuat, *l fin.* C. *de reb. alien. non alienand. l. fundum à teſtatore, ff. de condit. & demonſtrat. Roſa conſult. 18. num. 4.* ſiue, quia præſeferat Ius importans feudi ſeruitutem, ex quo inducitur diuiſio, ſeu feudi diſmembratio, cum ſit pars dominij, *l. 4. ff. de vſufruct.* prout poſt celebrem *gloſ in cap. 1. §. 1. verb. alienationes de cap.* Corradin. firmant, præ ceteris; omiſſis alijs, *Iſern. in cap.* Imperialem, *num. 2.* ibique *Camerarius fol. 15 & ibidem* Io: *Raynaud. in §. habito, num. 34 Horat. Montan. in princip. num. 4 & ſeq. & num. 13. de prohibit. feud alienat. per Federic. idem* Iſern. *in cap. 1. §. quid ergo, nu 4. de* Inueſtit. *de re alien fact Bald. in cap. 1 § donare, n. 2. & ſeq. qualit olim pot. feud. alien. Cannet. in c. volentes, fol. 161. Tinell. in l. 1. part. 3 nu. 70.* Cod. *de bonis Matern. Alex. conſ. 18. lib. 5.* Roman. *ſingul. 325* Cremenſ. *ſingul. 85.* Curt. *de feud. part. 4 qu. 15 ſub num. 106.* Iacobin. *in ſua Inueſtitura,* uerbo ita etiam, *quòd ipſi inueſtiti. num. 13* Loffred. *conſ. 3. num. 11. & 14. conſil. 9. num. 16. & 17. Fab. de Anna conſ. 46. nu. 4. & ſeqq.*

et ſeqq.lib.1.Rouit.conſ.59.num.5.lib.2.Theodor.alleg.4. nu.14.Galeot.controu.6.lib.2.& poſt Ardizzonum, Blancum, alioſque antiquiores Clar. in § feudum, quæſt.37. num.2. Molin.de primog.Hyſpan.lib.4.cap.20.num.7. Schrader.de feud.part.8. cap.1.nu.10.Giurb. de ſucceſſ.feud.cap.118.§.1.gloſ.12. num.44. verſ.rei namque feudalis vſumfructum,Ioann. Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. de refutat.feudor.§.3.num.7.et lect.feudal.14.nu. 33. aliiſque allegatis Roſental.de feud.cap.9. membr.1.concluſ.10.in gloſ.b.A.Roſa conſult. 18 num.7.Marcian.diſput.80.numer.7.lib.2. Rocc.reſp.100.num.21.lib.1.et de offic.Rubr. 12.§.5.num.6.et ſeqq.Quidquid in contrarium ſenſerit Bolognett.conſ.6.nu.38.et conſ. 7.num.96. affirmans, quòd pro ſubſtinendo actu, reſeruatio uſufructus reſolui debet in ſimplicem reſeruationem fructum, ſeu commoditatis, quem meritò reprobant auctores proximè laudati.

Et per hanc eamdem rationem fuit ſancitum in Pragmat. Regni 4. de feud. nuncupata nouem capitum, cap. 5. diſponente, vt ſine aſſenſu non poſſit reſeruari vſusfructus ſuper feudo, ibi: quintò, vbi feudum, quod ab vno tenetur, in duos, tres, vel plures in ſolidùm, aut pro parte, vel reſeruato vſufructu, vel dominio transfertur, ibique Rouit. in d.Pragm.4. num.8. et ſeqq.& de eadem Pragmatica meminit Io. Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit.8. de refutat.feudor. §.3.num.7. verſ.et propterea. Marcian.Iun. d. diſp.80.num.7.

3 Meritò ex indiuiduo uoluntatis ipſorummet contrahentium, quia uenditio feudi nō aliter fuiſſet facta, niſi reſeruato uſufructu, iuxta tradita per Bart.in l.grecè, § illud, ff. de fideiuſſ. corruit ex defectu aſſenſus Apoſtolici, nedum eadem Vſusfructus reſeruatio ſuper feudo uendito; Sed etiam ipſemet cōtractus uenditionis eiuſdem feudi, prout in
4 proximis terminis exemplum habemus, quòd ſi fuerit facta uenditio feudi, & ſimultaneè initum pactum de retrouendendo, ſi aſsēſus Domini directi ſit impetratus ſuper venditione, & non ſuper pacto de retrouendendo, ex defectu aſſenſus ſuper pacto prędicto, eſt etiam nulla ipſa venditio; adeó vt aſſenſus ſuper eadem uenditione impetratus nullo Iure ſuffragari poſſit, utpotè interpoſitus ſuper parte contractus, & utile per inutile uitietur in feudis, quia unus, idemque contractus, licèt diuerſa continens pacta, indiuiduus reputari debet ratione contrahentium uoluntatis, ut in ſpecie poſt Camerar.in cap.Imperialem, in 12.concluſ.lit. R.fol.58.in magnis, & fol.462.in paruis, de prohibit.feud.alienat.per Federic.optimè firmant Lanar.conſ.73.num.1.& ſeqq.Crauett. conſ.246.Camil.de Medic.conſ.56.numer.38. Frecc.de ſubfeud.lib.2. auctor.1.quæſt.16.per tot. ſignanter num.6.& ſeqq.Rouit. conſ.18. num.11. in fin. et ſeq. lib.2. & in Pragmat. 1.de fid.memoralium, num.45. Ioan. Franc.de Pont.conſ.21.num.37. lib.1. & latiùs de Poteſt.Proreg.tit.8.de refutat.feud. §.1. num.5. & ſeq.& §.3 num.21.& duob.ſeqq.& in eiſdem locis Thor. in addit.Io. Andr.de Georg. in repetit.feudalib.cap.12 num.19.& 21.Salgad.in Labyr.credit. part.1. cap.36. num.22. Hodiern.ad Surd.deciſ.173.nu.8. & 10. Staiban.Iun.reſolut.61.num.49.lib.1.Franch.dec. 126.num.1.& duob.ſeqq. & num.5. ibique de Luca in addit.Reuerter. deciſ.133.per tot.

Rectèq; conferūt firmata per eūdē Reuerter.dec.Camer. Summar. Neapol.374. ibique de Marinis in obſeruat. ubi, quòd aſſenſus conceſſus ſeudatario ſuper alienatione feudi non extendatur ad ius luēdi ipſum feudū.

5 Regulare enim eſt, non confirmari contractum in eo, quod eſt minus, licet adſit aſſenſus in eo, quod plus eſt, & è contra, ad tex. in c.ſuſceptū de reſcript.in ſexto, Franch. dec.71.num.5.& ſeq.Io.Franc. Marcian. diſput.7.num.30.

Prout idem dicitur in fortioribus terminis in refutatione feudi facta in agnatum proximè ſucceſſurum, quæ, quamuis legitimè fieri poſſit abſque ullo Domini aſſenſu; quaſi tunc non ſit feudum alienare; ſed potiùs tollere ſe de medio, ac locum facere
6 ſequenti in gradu, ſeu permittere, ut is, non expectato mortis euentu, anticipatè ſuccedat, in cap.1.§.& ſi libellum de alienat.feud. patern.cap 1. §.& ſi Clientulus de feudi alienatione, Iſern.in cap.1. §.ſed, & res per quos fiat Inueſtit. Afflict.in cap.1.§.denare, num.2 qualiter olim poter. feud.alien.& lib.3.cōſtit. Rubric.5.n.17.Camerar.in cap.Imperialem, fol. 30. lit.O. verſ. pro expeditione igitur, Frecc. de ſubfeud. in 17. limit. ad Conſtit. Regni Diuæ memoriæ, fol.113. in prima impreſſione, Cam.de Medic.conſ.9.n.6.& ſeqq. Loffred.conſ.3.Surd.conſ.305. num.33. Ioan. Franc.de Pont.de poteſt.pro Reg.tit.8.n.4. de refut. feud.& conſ.12.16.& ſeq.lib.1.Merlin. controu.57.num.5.lib.2.Rouit.in Pragm.4.de feud.num.8.Molpheſ.ad conſuet.Neapol.part. 4.tit.de renunc.quæſt.1.num.6. Rocc. de offic. Rubric.12.§.5.num.25. Franch.deciſ.591.n.2 Rot.in rec.dec.167.n.30.& ſeqq. part.5.

7 Nihilominus, ſi á refutante ad ſui commodum eſt reſeruatus Vſusfructus, & ſuper eadem reſeruatione non fuerit ſpecificè impetratus aſſenſus, ex indiuiduo uoluntatis contrahentium, qui utique unum ſine altero non egiſſent, corruit etiam ipſa feudi refutatio pactionata, prout egregiè probant Balzaran.in cap.1 num.16.de alienat feud.patern. Cannet. in cap. volentes, fol.162. Bardellon.conſ.14.num.51.Loffredus, conſ.3. &

*conſ.9.num.16.& 17. Lanarius conſ.73.*præ-
cipuè *num.3.& ſeqq. Fab.de Anua conſ. 46.*
num.3.& ſeqq.& conſ.41.num.5.et ſeqq.lib.
1.Camill. de Medic. conſ.49.num.8. & ſequ.
ibique Galeot.*in addit.*Io.Vinc.*de Anua alle-*
gat.35. lib.1. Minad. conſ.15. numer.4. de
Curt.in diverſor. feudal part.2. cap.vltimo,
nu.205.Petr.de Gregor.de conceſſ.feudi, part.
8 quæſt.16.num.26. Giurb. de ſucceſſ.feudor.
§.1.gloſ.12. num.10. & 44. Intrigl. *de feud.*
qu.33.lib.5.& deciſ.43.num.36.& ſeq.Mar-
cell.de Maur.allegat.28.n.7. & ſeq.p.1. de
*Georg.alleg.17.n.44.& ſeq.*Theodor. *alleg 4.*
n.12. & 15. Io.Franc.*de Ponte de poteſt. pro*
Reg.*tit.8.de refutat.feudorum,§.3.num.1. &*
ſeqq.præcipuè num.5.& ſeqq.& conſ.12.nu.
4.& ſeqq.& conſ.69.num 16.lib.1.& conſil.
*116.num.10.vol.2.*Ronit.*conſ.41.numer.13.*
lib 1.& Pragm.4.de feud.nu 8.& ſeqq. Mol-
pheſ.ad conſuet.Neapol.in Rubr.de renunc.qu.
1.num.5.Paſchal.de patr poteſt.part.4.cap.1.
num.55.Io.Franc.Marcian.d.diſput.80.per to-
tam, & num.19. & ſeqq. Card. de Luca de
feudis,diſc.76 num.1.Rocc.de offic. Rubr.*12.*
§.5.num.26.& ſeqq.Theodor.allegat.4.n.15.
Franch.deciſ.591.num 2. Milaneſ.dec.1.nu.
157.& 161. Intrigliol.dec.43.num.36. opti-
mè Roſa *conſultat.59. num.12. & ſeqq.* vbi
num. 10 reſpondet celebri doctrinæ *Iſerniæ*
in cap.1.§.et ſi libellum,num.4.& ſeq de alie-
nat.feud.patern. aſſerentis, quòd refutatio
8 valeat, cætera pacta non, quæ eſt intelli-
genda de pactis extraneis, & ſeparatis ab
ipſa refutatione, ſecus, quando ſunt corre-
ſpectiuè ad refutationem, & refutans non
eſſet aliàs refutaturus, prout intelligunt
etiam doctrinam Iſern.*Loffred.d.conſ.3.n.18.*
Lanar.conſ.73.num.3.Frecc.de ſubfeud.f.133.
limit.17.

9 Idq; potiſſimùm duplici ratione, cui ſupe-
riùs firmata cõcluſio innititur: Prima, nẽpè,
ex indiuiduo volũtatis, nam, dum ſub ea le-
ge refutans feudum tranſtulit, ſi lex illa lo-
cum habere non poteſt, vtique dicendum
eſt, non aliàs fuiſſe feudum translaturum, ac
proindè refutationem corruere, *l.Pedius,ff.*
de receptis arbitr. Secunda verò ob defectum
10 formæ; cum enim refutatio ſit præuentiua
ſucceſſio, tollendo ſe de medio, vt ſequens in
gradu admitti poſſit, profectò implicat, vel-
le aliquid Iuris ſuper feudo refutato reſer-
uare; eſſet enim eodem tempore tollere ſe
de medio per refutationem, & eſſe in medio
per reſeruationem, atque adeò actus pec-
caret in forma, vt benè obſeruant *Io.Frãc.*
de Ponte d.conſ.12. num.16. lib.1. & meliùs
ac latiùs Camil.*de Medic.d.conſ.49.nu.7.et 8.*
Camerar. vbi ſupra *in cap.Imperialem.fol.33.*
*columna.1. in fin.ſub lit.*L.E.*Roſa,dict.conſult.*
59.num.14.

11 Prædicta verò omnia fortiùs, ſibi locum
vindicant; ea adhibita animaduerſione,
quòd pactum ſuper reſeruatione vſusfructus
feudi non poſſit vllo Iure dici conſequtiuũ,
& naturale ipſimet contractui venditio-
nis eiuſdem feudi, ſed potiùs omninò
extraneum, ideòque pernecesſè nouo
indigebat aſſenſu; Quidquid ſecus ſit aſſe-
12 rendum, quoties actus, ſuper quo fuit impe-
tratus nouus aſſenſus, ſit conſequutiuus, vel
connaturalis alteri actui, ſuper quo fuit pre-
ſtitus, in quo caſu, non niſi de nouo dicatur
inductus, ſed tantũmmodò explicetur id,
quod ex Iuris intellectu in contractu conti-
netur, ex infra firmandis, fruſtràque ſit ab
13 homine implorandum, quod á lege conce-
ditur, *l.vnic.* ibi: *vt ſuperfluum ſit hoc preci-*
bus poſtulare, quod iam lege permiſſum eſt,
Cod. de Theſaur. lib.10. meritò non requiri-
tur nouus aſſenſus ſuper eodem actu, con-
14 ſequutiuo, & connaturali, ideòque, vt non
ſit neceſſarius nouus aſſenſus in pacto, vt de-
tur regreſſus, re permutata euicta, quoties
alioquin idem aſſenſus reperitur præſtitus in
ipſo permutationis contractu, firmant in
ſpecie *Becc. conſ.83. Mangil. de euict.quæſt.*
141.per tot. & teſtantur deciſum *Surd. deciſ.*
173. ibique *Hodiern.num.7. & Mauent.deciſ.*
24.num.7.

15 Idemque per prædicta aſſerendum in
venditione feudi cum reſeruatione do-
minij, pendente ſolutione pretij, nam,
non præſtito aſſenſu in reſeruatione do-
minij, non ideò venditio eſt nulla; licet
16 enim venditionis contractus ex re, &
pretio conuento perficiatur *l.2. ff. de cõtrab.*
empt. adeòut ex natura eiuſdem contractus
ſit, vt ſi prætium non ſoluatur dominium
rei venditæ remaneat integrum, & indimi-
nutum penes venditorem, nullumque ſuper
17 re vendita dominium dicatur emptori quæ-
ſitum, niſi habita fuerit fides de pretio, iuxta
regulam *text.in §.venditæ, Inſtit. de rer. di-*
uiſ.l.quod vendidi,ff.de contrab.empt Meritò
18 valet pactum ſuper reſeruatione dominij,
quouſque pretium fuerit ſolutum, *Bald.in*
Rubr.Cod.de contrab.empt.quæſt.13.Alberic.
in l.2.Cod.de pact.int.empt.& vendit. Gomeſ.
var.part.2.tit.de empt.& vendit.num.23 ea
19 enim conditio eſt de natura venditionis, &
naturalis ipſius contractus, cum nihil de no-
uo inducat, ſed tantummodò exprimat id,
quod ab intellectu iuris in contractu conti-
netur, vt, non facta ſolutione pretij, domi-
nium non transferatur, iuxta famigeratam,
receptamque doctrinam communis Præce-
ptoris Bald.*in Rubr.Cod.de contrab. empt. in*
13.quæſt. ideòque *Couarr.var.reſolut. lib.3.*
cap.11.num.6. per prædicta optimè affirma-
20 uit, hunc contractum eſſe purum, & non
conditionalem, cum contineat id, quod ine-
rat de natura eiuſdem contractus, adeòut,
exiſten-

exiſtente emptore in poſſeſſione,& facta ſo-
lutione, non requiratur alia traditio, prout
admonet Bald.in d.Rubr.de contrab.emption.
quaſt.13.
21 Cūq; ſit expreſſio eius,quòd tacitè ineraт
naturaliter, nihil de nouo operetur, l.3.ff.de
legat.1. neque mutet Iuris conditionem,
l.non rectè in fin. ff.de fideiuſſ. Iſern. in cap.1.
§.huius autem g neris, in quibus cauſ. feud.
amittat. & in cap.1.§ ſed nec eſt alia iuſtior.
num.38. qua ſit prima cauſ. benefic.amitt. in-
22 ferens ex prædictis, quód aſſenſus interpo-
ſitus ſuper eo, quod aliàs abſq; aſſenſu face-
re quis poteſt,eſt tamquàm ſi diceret: Arma,
virumque cano, quem refert, & ſequitur Io:
Franc.de Ponte,de poteſt.Proreg.tit.8.de refu-
tat.feudor.§.5.num.3.& ſeq.
23 Ideòque per prædicta Iura Franch.deciſ.
106. refert optimè deciſum, venditorem
cum pacto reſeruationis dominij præferri
omnibus creditoribus emptoris, tamquàm
in re propria, quæ numquám ab eo abſceſſit
24 vigore pacti prædicti; quod, cum nō ſit per-
petuum, ſed temporale,ad effectum tantùm
ſolutionis pretij, iuxta naturam contractus,
propterea ualeat, ſecus ſi erit perpetua di-
uiſio dominij à poſſeſſione rei, in quo caſu
25 pactum non ſubſiſteret, iuxta celebrem
text.in l.cum manuſ ita, § fin.de cōtrab.empt.
prout eum lem textum in caſu pacti perpe-
tui,ut numquà n intelligatur translatum do-
minium in emptorem, ſecus autem, quando
fit pactum temporale, ut non transferatur
dominium,donec pretium ſoluatur, ſingula-
riter intelligunt, addit.ad Speculat. in tit. de
empt. & vendit. in princ. 3 col. in addit. quæ
incipit ipſa, in fin.fol.423 Gomez.uar.tom 2.
tit.de empt.& vendit.nu.23. verſ.quintus mo-
dus, quos refert, & ſequitur Franch. d.deciſ.
506.num.5. & ſeq.quibus addendus Afflict.
dec 338.num.1.
26 His igitur firmatis, omninò cauendum
exiſtimo à dec Franch.540. qui refert deci-
ſum, aſſenſum præſtitum à Prorege ſuper
venditione feudi,abſque mentione pacti adie
cti ſuper reuocatione dominij, quouſque
pretium fuerit integrè ſolutum, non conua-
lidare contractum, cum ibidem firmata
nullo Iure ſubſiſtant, ideòque meritò prædi-
ctam deciſionem,per rationes, & Iura ſupe-
riùs adducta, egregiè impugnat omninò
videndus Io.Franc. de Ponte de poteſt. Pro-
reg.tit.8.§.3.num.8.& plurib.ſeqq. affirmans
num.10. & ſeqq. etiam aduerſari Regiam
Pragmaticam, nuncupatam nouem Capi-
tum, æquiparantem caſum alienationis, re-
ſeruato vſufructu caſui reſeruationis domi-
nij; cum ſit intelligenda,prout de Iure,nem-
pè, de reſeruatione dominij perpetui, non
autem temporali, pendente ſolutione, quo
caſu reſeruatio non poteſt dici facta ad fi-
nem diuidendi feudum, ſed potiùs perfi-
ciendi uenditionem, de cuius natura eſt, ut
dominium non transferatur, licet traditio
ſit ſequuta,ſi pretium non fuerit ſolutum,ex
ſupra firmatis.
His igitur conſtitutis,vt redeat ſermo,vn-
de diſceſſit, videamus, an in noſtra ſpecie
ſupradicta reſeruatio aliquod Ius in feudo
conſtituat, vt proinde ſine ſpeciali aſſenſu
valere non poſſit, & ſanè dubitari non po-
teſt,quin fuerit in venditione dicti Caſtri re-
ſeruatus vſusfructus fauore venditoris,atque
adeò, quòd ſuper eadem reſeruatione fuerit
etiam neceſſarius aſſenſus, ſtante diuiſione
feudi, ex ſupra firmatis.
27 Quamuis enim ſimplex fructuum com-
moditas, tamquám nudi facti non tangen-
tis feudi ſubſtantiam,reſeruari, alienarique
poſſit abſque aſſenſu iuxta receptam theori-
cam Iſerniæ in cap.Imperialem num 2. ibique
Afflict.n.2.& 13.de probib feud.alien.per Fe-
deric. Camerar fol.57.col.3.verſ igitur Anna
in repetit.Conſtit.diuæ memoriæ,nu 245. Rain.
conſ.176. num.13. lib.1. Roland conſ.8.num.
35.lib.1.Fab.de Anna conſ 46.nu.26.& ſeq.
Curt de feud.part.4 quaſt.15.num.106 Tira-
quell. de retract. lignag. § 3 gloſ.7. num 47.
Frece. de ſubfeud fol.213. Capyc.in inue-
ſtit feudal.verbo feudorum alienationes.limit.
10 fol 37 & verbo feudorum fructus fol 205.
Menoch.de recuper.poſſeſſ. remed.9. num.260.
Roſental.de feud. cap.9. membr.1. concluſ.10.
lit.A.Galeot.lib.2.contron.6.num.8. & ſeqq.
Merlin. contron 57. num.14. lib 2. Rouit.in
Pragm 4.de feud. num.15. & ſeq. vbi refert
deciſū Tapp.ad prax.20.de feud.collocata ſub
tit. de refut. feudor. lib.6. Iur.Regn.num.5 &
ſeq.Io.Franc.Marcian.diſput.80. nu.9. & ſeq.
lib.2.Rocc.reſp.100.num.24 lib.1.& de offic.
Rubr.12.§ 5.nu.9.& ſeqq.Roſa conſult.18.n.
27.& ſeqq.
28 Attamen omiſſo, quòd etiam reſeruatio
fructuum in tota, vel in parte contineat im-
probam pactionem ſine aſſenſu, ut neruosè
ſubſtinet poſt Camerar. alioſque allegatos.
Io.Franc.de Ponte,conſ.12.lib 1.
Adhuc,huiuſmodi concluſio non eſt ita
abſolutè intelligenda; ſed cautè proceden-
dum, cum ſamigerata receptaque diſtin-
ctione Bart.in l codicillis, §.inſtituto, ff.de
29 legat.2. qui docet, quòd, aut quis uendit
fructus in re, & tunc eſt alienatio l.fin.Cod.
de reb alien.non alienand.
30 Aut non conſtituendo, ſed potiùs ſe obli-
gando actione perſonali ad dandos fructus,
& non eſt alienatio,l.fin.in fine,ff de contrab.
empt.l.liberto in princip ff de ann.legat.eam-
demq; diſtinctionem ad feudalem materiam,
de qua loquimur, applicant per textum in
cap.& ſi libellum de alien. feud. pater. Alex.
conſ.18.num.3.lib.5.Fab. de Anna conſil. 46.
num.

Digitized by Google

nu.19.& duob.ſeqq. Loffred. conſ.3. num.39.
Galeot.*controu.6. num.16. lib.2.* Camer. *in*
*cap.*Imperialem,*fol.*18. *lit.D.* ibique *Montan.*
*num.5.& ſeq.*Io *Andr.de* Georg.*in repet.feu-*
dal.cap.44.num.12.& ſeq. præſertim *nu.16.*
& duobus ſeqq. Roce.*de offic.*Rub.12 §.5.*nu.*
11.*& ſeq. Marcian.Iun. d.diſput.*80. *num.*11.
*& ſeq.lib.*2. Roſa *dict.conſult.*18.*num.*21.*&*
*conſult.*59.*num.*23.*&* 24.
31 Hac igitur recepta diſtinctione pręmiſ-
ſa, colligitur, tunc eſſe licitam venditionem,
ſiue perceptionem fructuum, idemque di-
cendum de eorumdem reſeruatione, quan-
do, nempè, quis nihil prorsùs aliud ex ea
acquirat, niſi ſolam perſonalem actionem
contra alienantem, vel concedentem ad fru-
ctus tradendos, præcipuè in feudalibus; ad-
eòut in nihilo penitùs feudum remaneat af-
fectum. Secus verò, ſi ex illa conceſſione,
ſeu reſeruatione Ius aliquod Vſusfructus in
re conſtituatur, prout in ſpecie optimè ad-
uertunt poſt *Alex.in d.conſ.*18.*lib* 5. *Came-*
*rarius,in d.cap.*Imperialem, *fol.*18. *lit.D. in*
magnis, Fab.*de Anna d.conſ.* 46. *num.*19. *&*
duobus ſeqq.de Georg.*repetit feudal dict.cap.*
44.*num.*12.*& ſeq. & num.*16.*et duobus ſeqq.*
*Montan.in d.cap.*Imperialem,*num.*5.*&* 6.*de*
*Marin.lib.2. reſolut. cap.*81.*num.*5.*et ſeqq.*
qui omnes conſtanter affirmant, nullo
32 modo poſſe concedi perceptionem, ſeu Ius
percipiendi fructus feudi propria auctorita-
te, & immediatè ab ipſo feudo, quódque
quoties datur, prout in præſenti ſpecie, fa-
cultas fructus ex feudo immediatè, & Iure
proprio percipiendi; tunc Ius in re ſuper
ipſo feudo dicatur omninò conſtitutum.
His igitur probatis, quæ in ſtricta Iuris
cenſura inter feudiſtas ſunt abſolutiſſima;
cum in præſentia vẽdens feudum ſibi reſer-
33 uauerit, eius vita durante, integros fructus
propria auctoritate liberè percipiendos, &
non è manibus emptoris; abſque dubio di-
ci debet reſeruatũ Ius Vſusfructus ſuper eo-
dem feudo. *l.cum ita,*41.*ff.de vſu, et Vſufr.*
legat. ibi: *cum ità legatum eſſet fructus annuos*
fundi Corneliani *Publio, Menio do, lego, per*
indè pucat, accipiendum eſſe Labeo,*ac ſi vſus-*
fructus fundi ſimiliter eſſet legatus, quia hæc
mens fuiſſe Teſtatoris videtur, & concordat
etiam alter textus in *l ſi quis,ita* 23. ibique
gloſ.& Bart.ff.de Vſufructu, ibidemque Ant.
Fab.in Rational.*et poſt Alex.conſ.*214.*num.*1
*lib.*6.Ruin.*conſ.*4.*num.*12 *lib.*3.& aſſerit pro
abſoluto, *Menoch.conſ.*330. *num.*8. *& lib.*4.
*præſumpt.*136. *num.*2. & in ſpecie, quòd ex
reſeruatione omnium fructum feudi, cum li-
bera illorum adminiſtratione, & facultate
propria auctoritate diſponendi, videatur in-
ductum ſuper feudo formale Ius Vſusfru-
ctus, quod ſine Domini directi conſenſu
conſtitui non poſſit, firmant *Schrad. de feud.*
2.*part.*9.*part.princip.ſect.*4.*num.*56. *Rouit.in*
Pragm.4.de feud. nu. 46. Roec. *de Offic.Rub.*
12.§.5.*num.*21. egregiè, præ cæteris recen-
tioribus, Io.*Franc.Marcian.diſp.*80. per to-
tam, ſignanter *num.*12.*verſ.in contractu au-*
*tem, & ſeq.lib.*2.*Roſa conſultat.*18.*num.*19.
*& ſeqq.& conſultat.*59.*num.*23. *& ſeqq.* qui
hunc articulum, latè, ſatiſque eruditè ex-
plicant.
34 Contrariæ verò auctoritates procedunt,
& intelligendæ ſunt, vbi fructus reſeruati
non ſunt percipiendi propria auctoritate,
ſed à manu poſſeſſoris, prout iuxta ſupradi-
ctam *Bart.* diſtinctionem, benè ſe declarat
*Fab.de Anna dict conſ.*46. *num.*21.*lib.*1. ibi:
verba non ſunt directa ad legatarium, qui ſua
manu percipiat, ſed ad hæredem, videlicet, vt
percipiat ab eius manu; tunc non eſt relictus
vſusfructus, ita Bart. & clariùs, *num.*20. ibi:
Sicut in caſu noſtro euenit, in quo de introiti-
bus bonorum refutatorum quantitas pecunia-
ria Ducatorum 800. *annuorum pro alimentis*
eſt reſeruata, non manu propria percipienda,
ſed per refutatariũ præſtanda in tribus tertijs,
vbi adnotanda ſunt illa verba, *non manu*
propria percipienda, quæ expreſsè viden-
tur appoſita ad excludendum caſum noſtrũ,
eodemque modo ſe declarant *Rouit.in prag-*
mat.4.de feud.num.74.et ſeq Merlin.controu.
54.*num* 14. dum ſe refert, ad textum in *leg.*
fundi Trebatiani 38.*n* 1.*ff.de vſufruct. lega-*
to, benè Roſa *d.conſultat.*59.*num.*23. *&* 24.
verſ.& eſt communis opinio.
35 Prædicta verò omnia fortiùs amplecten-
da. Tum ex quo non certa pars fructuum
fuit reſeruata ſuper feudo vendito, quo ca-
ſu adhuc diceretur affectum ipſum feudum;
adeòut requireretur directi Domini aſſen-
ſus, ex adductis per Io.*Franc.de Pont.d.conſ.*
12.*num.*6.*et ſeq.lib.*1. Roſa *d.conſult.*59. *nu.*
25. vbi in ſpecie reſeruationis certæ partis
fructuum feudi, *Theodor. allegat.*4. *num.*14.
& ſeq agẽs de reſeruatione fructuũ cum ha-
bitatione, ſed fuerunt reſeruati omnes, &
quicumque fructus feudi venditi, unde cen-
ſetur Ius ipſum Vſusfructus reſeruatum,
iuxta receptam *Bart.* diſtinctionem in dicta
l fundi Trebatiani 38.*num.* 1. *ff. de Vſufructu*
legato, et in l.cotem ferro.§ qui maximos,nu.
9.*verſ.ſi verò omnes*, ibique *Caſtrenſ. verſic.*
quarcus caſus, ff.de publican.et vectigal. Me-
*noch.d.præſumpt.*136.*num.*4.*et ſeq.lib.*4. &
in his terminis *Schrader. de feud.* 2. *part.*9.
*part.princip.ſect.*4.*num.*56. ubi, hoc indubi-
tatum eſſe fatetur, *Io. Franc. Marcianus d.*
*diſput.*80.*num.*14 *lib.*2. Roec.*de Offic.* Rubr.
12.§.5.*nu.*21.*et ſeqq.*
Tum etiam, quia emptor ſibi reſeruauit
36 facultatem de prædictis fructibus feudi li-
berè diſponendi, ex quibus uerbis ſatis aper-
tè etiam inducitur conſtitutio, & reſerua-
tio

Digitized by Google

tio Iuris Vſusfructus, ut optimè reſpondit *Alex.conſ.214.ſub nu.2. verſ.pro hoc etiam, et conſ.175.num.9.lib.6. Gozzadin.conſil.21. num.17.Socein.Iun.conſ.72.num.4.lib.2. Menoch.conſ.330.num.9.* & egregiè in terminis idem *Menoch.d.præſumpt.136.num.9.verſic. ſeptimus caſus, lib.4.* Io.*Franc.Mareian. dicta diſput.*80.*nu.*15.*lib.*4.Roec.*de offic.* Rubr.12. §.5.*num.*22.

37 Tum demum, & fortiùs, quia eadem fructuum perceptio non legitur limitata ad breue tempus, ſed potiùs ad longiſſimũ, durante, ſcilicet, uita reſeruantis, quo caſu, exẽplo ducto á locatione, quæ, licet Ius in re nõ
38 conſtituat, ſi tamen ad longum tempus fiat, Ius in re tribuit, & in feudis, alijſque rebus alienari prohibitis, fieri non poteſt ſine aſſenſu, prout eſt communis Interpretum ſententia, pro qua ſufficiat allegare ſolum *Roſental. de feudis*, cæteros referentem, *cap.9.membr.1. conclnſ.7. in gloſ. lit. I.*

Ita etiã idem dicendũ in conceſſione huius vſusfructus, ſeu facultatis percipiendi fructus ex feudo, quæ, licet per ſe Ius in re non tribuat; ſi tamen ad longum tempus conſtituatur, Ius in re prę ſefert, prout, omiſſis ge-
39 neralibus, in propria materia feudali aduertit *Iſern.in Conſtit.Regni Diuæ memoriæ*, verbo *tranſactionis, num.2.in fine*, ubi, cum ſtatuerit, poſſe feudatarium concedere perceptionem fructuum, ſubdit per hæc uerba: *Secus ſi in perpetuùm fructuum perceptionem alienaret, quia videtur quædam alienatio*, idemque ſentit *Bald.in cap.Imperialem, num.7.de probib. feud.alien.per Federic.* quo loci aſſerit, quòd ſi eſt facta conceſſio fructum feodi per longum tempus, utile dominium, ſiue ſaltem Ius in re dicatur translatum.

40 Idque procedit, etiam ſi eſſet expreſsè dictum, quód utile dominium, uel aliquod Ius non intelligatur translatum, quia, adhuc huiuſmodi reſeruatio, ſeu proteſtatio in fraudem legis appoſita cenſetur, prout ſingulariter, ac in ſpecie *Bald. in d.cap.Imperialem, num.7.de probib.feud.alien.per Federic.* ibiq; egregiè *Afflict.num.61. & ſeq.* idem *Bald.in cap.1.num.23.& ſeq.de his, qui feud.dar.poſſ. Piſtor. lib.1.quæſt.15.nu* 47. *Tiraq.de retract. lignag.§.1.gloſ.2.num.38.Mareian.Iun.d.diſp.* 82.*num.*29.

41 Quidquid contra prædictam *Baldi* doctrinam non rectè ſenſerint *Camer. in dict. cap.Imperialem, fol.*18. *à tergo lit.F. & ſeqq. Felin.in cap.quæ in Eccleſiarum, col.30. verſ. ſexta declaratio de conſtit.* quem etiam ſequi videtur *Ruin.conſ.57. num.9. lib.1.* affirmantes, quòd, ſtante prædicta proteſtatione, intelligi ſolummodò debeat translata commoditas fructuum; non autem in fraudem
42 legis actum; quorum ſententia poſſet fortè procedere, uel quoties nulla adeſt legis, uel ſtatuti prohibitio; ſecus aſſerendũ, quando poſſet aliquo modo in alterius præiudi-
43 cium fraus legi, uel ſtatuto reſultare, utputà in materia prohibita; hoc enim caſu parum releuat proteſtatio, & in fraudem cenſetur appoſita, prout in ſpecie ſatisfaciendo obiecto, admonet *Alex.conſ.68.lib.1.* quod eſt duplicatum *in conſil. 165. ſub nnmer. 4. verſic. ſed verè reſponſio, lib.2.* quem refert, & ſequitur *Marcian. Iunior. dict. diſput.*82. *num.* 30.

44 Vel quoties agitur de eo, qui rem pleno Iure conſequitur; liberamque habet facultatem Ius ſuum alienandi; ſecus autem in illo, qui pleno Iure rem non habet, neque Ius ſuum liberè valet alienare; utpotè feudatarius, Emphyteuta, & ſimiles; ab iſtis enim ſi fuerit facta locatio ad longum tempus, etiã ſi fuerit expreſsè actum, quòd non dicatur translatum dominium utile, uel Ius uſusfructus; non inde tamen euitari poterit, quin dici debeat alienatio; huiuſmodi enim pactum eſt præſumendum adiectum in fraudem legis ad notata per *Din.in l.codicillis, §.inſtituto, ff.de legat.2. Afflict.in d.c.* Imperialem *num.61.& ſeq.Couarr. lib.2. var. cap 16. ſub num.16. verſ.locatio autem in fin. Molin.de Hiſpan.Primogen.lib* 1.*& part.21.n.4. verſ. contrarium, & num.25.* Mareian.Iun. *d.diſp.* 82. *num. 31. & ſeq.* præcipuè, quia in
45 materia prohibita commoditas fructuum, quæ in longũ tempus cõceditur habetur pro uera alienatione ad fraudem euitandam, cum alioquin facilè legi fraus fieri poſſit, iuxta monitum *Bald.in auth.hoc ius porrectum, col.1.C.de Sacroſanct.Eccleſ. Fabian. de empt. & vendit. in 4.quæſt. princip. quæſt.vlt. Couarr.dict.lib.2.var.cap.16.ſub num.1.Camerarius ibidem fol.18.lit.B.& ſeq Montan num.2. Iacobin. in tract. de feud. verſ.etiam num.13.* Iacob. *Ardizon. in ſumm. feud. in* Rubr.112. *vtrum vaſſallus poſſit vendere* Ius *percipiendi fructus, fol.*118. qui, cum firmauerit, poſſe Vaſſallum Ius percipiendi fructus uendere, ſtatim ex *Azonis* ſententia id fieri poſſe intelligit ad quinque annos, idemque affirmat *Aluarot. in cap.1. §.denique quæſit.1. cauſa benefic.amitten.num.27. Petr.de* Rauenn.*de feud.lib.2.tit.24.ſuper dict.§.denique.fol.190 num.36.Afflict.in conſtit.ſi quis poſt litem ſub num.9.uerſic.ſolutio*, egregiè *Piſtor.quæſt.Iur. lib.1.quæſt.15. num.47.* ibi: *Hæc enim perceptio fructuum ad longum tempus conceſſa ſapit quamdã ſpeciẽ alienationis, Marcian.d.diſp.*80 *num.28.lib.2.* Roce.*de offic.Rubr.12.* §.5. *numer.23.*

46 Idque eò maximè procedit, quando, prout in præſentia, feudum ipſum traditur in manus, guberniumque ipſius debentis fructus percipere; tunc enim dici debet conſtitutum Ius ipſomet uſufructu grauius, *Raynaud.*

nand. in cap. Imperialem, §. habito, ſub nu. 34.
Borcholten. de feud. cap. 8. num. 65. alijſque te-
latis, *Roſental. de feud. cap 9. membr. 1. concl.*
10. num. 5. in fin. rectèque confert doctrinam
Bart. in dict. l. eotem ferro, §. qui maximos, ſub
num. 9. de Publican. & Vectigal. ibi: *& ad eum*
tranſit cultura, & cura.
47 Non poteſt autem hæſitari, quin ad lon-
gum tempus dicatur conſtitutum Ius uſuſ-
fructus in feudo, quando ad uitam, ſiue con-
cedentis, ſiue conceſſionarij conſtituitur,
prout in locatione dicitur, per *text. in cle-*
ment. 1. ibique *gloſ.* uerbo *eius, de rebus Eccle-*
ſiæ non alienandis, ibidemque *Ancbar. Card.*
& Imol. Couarr. uar. lib. 1. cap. 116. nu. 3. Boer.
dec. 234. num. 3. Molin. de primog. lib. 1. cap 21
num. 29. & in feudis, *Scrader. de feud. par. 8.*
cap. 1. num. 14. Raſental. eodem tract. cap. 9.
membr. 1. concluſ. 7. in gloſ. lit. I.
Firmata igitur ex prædictis nullitate uen-
ditionis Caſtri, ob defectum Apoſtolici be-
neplaciti ſuper uſufructu fauore uendito-
ris reſeruato; atque adeò deficiente, nedum
dominij translatione in Palleonum empto-
rem; ſed etiam poſſeſſione, nullo Iure
eſt concedenda petita Immiſſio, ſiue ex
48 clauſula *conſtituti*, quæ, nullo exiſtente con-
tractu uenditionis, ex allegatis, tamquàm
acceſſoria nihil operatur, *Iaſ. in l. 1. §. ſi Vir*
Vxori, num. 15. ff. de acquir. poſſeſſ. Bald. in
l. emptionem, quaſt. vltim. Cod. plus val. quod.
agit. Alberic. in l. Pupillus, verſ. et per hanc
literam. ff. de acquir. rer. domin. Honded. *conſ.*
23. num. 25. lib. 1. Pariſ. conſ. 55. num. 22. lib.
1. Gratian. cap. 483. num. 2. Adrian. *Neguſ. reſ-*
ponſ. 398. num. 4. Tiraq. in tract. Conſtit. par. 3.
limit. 7. num. 237. et ſeq. Card. Mant. de tacit. et
ambig. lib. 1. tit. 13. num. 27. Hodiern. controu.
29. num. 28. Buratt. deciſ. 220. num. 10. ibique
latè *adden. num. 13. et ſeqq. Bich. dec. 390. n. 6.*
49 & contra eamdem clauſulam poteſt, etiam
opponi defectus beneplaciti Apoſtolici non
obtenti ſuper Vſusfructus reſeruatione,
Bald in d. l. emptionem, qu. vltima, Cod. plus
valere, quod agitur, Alciat. l. quod meo, nu. 5.
ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in l. 1. § ſi vir, num. 18.
ff. de acquir. poſſeſſ. Pariſ. conſ. 55. num. 22. et
ſeqq. lib. 1. Curt. Iun. conſ. 13. nu. 12. verſ. quan-
doquidem, ubi de communi, latè *Tiraquell.*
de Conſtit. par. 3. limit. 8. num. 14. et ſeq. Mart.
de clauſul. par. 1. clauſ. 20. num. 3. Magon. *dec.*
Lucenſ. 31. num. 34. et ſeqq. Rot. *in rec. deciſ.*
601. nu. 5. p. 5. tom. 2.
Siue ex interdicto *quorum bonorum*, quod
50 non conceditur hæredi ab inteſtato, niſi ad
bona per defunctum poſſeſſa mortis ſuæ tē-
pore, de qua poſſeſſione nullibi cōſtat, Rip.
in l. hoc interdictum, num. 12. ff. quor. bonorum
perſonalis de interdict. quor. bonor. num. 516.
Menoch. de adipiſc. remed. 1. num. 47. et ſequ.
Peregrin. de fideicom. art. 46. num. 25. Oſaſch.
deciſ. 56. Buratt. dec. 772. num. 3. et ſeqq.
51 Vel ſaltem ad ea, ad quæ idem defunctus
habebat actionem, quæ in præſentia deficit
ex venditionis nullitate, *Menoch. de adipiſc.*
remed. 4. nu. 55. verſ. 11.
52 Præcipuè contra titulo poſſidentem, ſtan-
te præcedenti donatione irreuocabili por-
tionis eiuſdem Caſtri per Comitem Scalam
uenditorem facta Comiti Odoardo eius fra-
tri auctori huius partis, longè ante uendi-
tionem, *l. 2. Cod. quorum bonorum, Zuccar.*
in l. fin. nu. 463. et ſeqq. Cod de edict. Din. Adr.
Tollend. Speculat. in tit. de teſtam. §. nunc di-
cendum, verſ. et nota, quod hoc interdictum,
Gabr. conſ. 32. num. 2. lib. 1. Gomez. *in lib. 45.*
Taur. num. 128. circa fin. Menoch. de adipiſc.
remed. 1. num. 60. Tondut. lib. 1. qu. Ciuil. capit.
53. num. 10. Facchin. controu. Iur. lib. 1. cap. 4.
Rot. *in rec. deciſ. 263. part. 8. et deciſ. 415. num.*
9. part. 5.
53 Prædicta uerò donatio, utpotè facta in
condominum, uel poſſeſſorem pro commu-
ni, uel in proximè ſucceſſurum, cum fuerit
ſpecies præuentiuæ ſucceſſionis, legitimo Iu-
re fieri potuit ſine aſſenſu Apoſtolico, *cap.*
1. §. et ſi Clientulus de alienat. feud. Patern.
Surd. conſ. 305. num. 33. Io. Franc. de Pont. de
poteſt. Proreg. inſtit. 8. de refutat. feudor. nu. 4.
Franch. deciſ. 591. nu. 2. Rot. in recent. dec. 167.
num. 30. et ſeqq. par. 5.
54 Neque inſinuatione indigebat, utpotè
non facta ſimpliciter ex cauſa merè gra-
tuita; ſed potiùs ex ſatis rationabili mo-
tiuo conſeruandi decorem, nobilita-
temque Domus, & agnationis per unio-
nem bonorum, quo caſu ſollemnitates, etiā
de Iure communi, uel ſtatutario præſcriptæ,
non ſunt adhibendæ, *Molin. de Hiſpan. pri-*
mog. lib. 2. cap. 8. num. 16. et ſeqq. Altograd.
conſ. 5. num. 83. et 85. lib. 1. Epiſc. Thomat. *de-*
ciſ. 77. num. 8. Rot. *in rec. deciſ. 74. num. 17. et*
ſeqq. part. 5. Card. *Otthobon. dec. 182. in fin.*
55 Nullatenus aduerſante retrodonatione
facta per Comitē Odoardum Donatariū; cū
enim proceſſerit ex mera liberalitate, & nō
ex iuſta ratione agnationis cōſeruandę, fuit
nulla ex defectu inſinuationis, decretique
Iudicis requiſiti à conſtitutione *Ægidiana,*
lib. 5. cap. 25. in Donationibus factis, etiam
56 à maioribus, quarum appellatione abſque
dubio uenit etiam retrodonatio, ut in ſpe-
cie *Gratian. diſceptat. 750. num. 10. et ſeq.*
57 Parumque eſt curandum de Inſinuatione
nouiſſimè producta; illa enim nullo Iure
meretur attendi, utpotè facta poſt motam
litem, & poſt mortem retrodonantis, &
retrodonatarij, & abſque ullo conſenſu
hæredum eiuſdem retrodonantis, *Bald. conſ.*
167. num. 5. lib. 5. Aretin. conſil. 123. num. 2.
et ſeq. Corn. conſ. 71. lib. 1. Gabriel. conſil. 158.
lib. 1. Becc. conſ. 66. num. 19. Turrett. conſ. 86.
num. 3.

num.3.lib.1. Rimin.Iun.conſ.119. numer.92. et ſeqq.lib.2. Alex.Galuan.conſ.37.num.27. in fin. Canar. de inſinuat. part. 1. quæſt.29. Gratian. diſcept. 783. numer.6. & ſequ. et cap.531. num.3. Cyriac. controuerſ.10. num. 75. Andreol. controu.166.num.32.et ſeq ubi,
58 neque etiam conſentientibus hæredibus donantis, Boccacc. ad conſtitutiones Marchiæ, gloſ.5.num.18.Barz.dec.94.num.8.Rot.deciſ. 97.num.10.poſt compend: ſtatut.Peruſin.

ARGVMENTVM.

Feudum nouum ex pacto, & prouidentia, an alienari poſſit à primo acquirente in præiudicium agnatorum. Quidue aſſerendum in feudo antiquo paterno. Et an, & quando agnati proximiores feudum nulliter alienatum reuocantes, teneantur pretium emptori reſtituere.

Fideicommiſſum à primo acquirente, an poſſit conſtitui ſuper feudo nouo, ſi diſcrepet ordo ſuccedendi præſcriptus in fideicommiſſo, ab ordine Inueſtituræ.

Præſcriptio immemorabilis, an legitimum præbeat titulum poſſeſſoribus feudi ex pacto, & prouidentia alienati, ad effectum excludendi agnatos ſucceſſores, vtpotè nō natos, alienationis tempore, atque adeò agere non volentes.

Contractus venditionis feudi quando communi æſtimatione redundauit in vtilitatē, ne dum prædeceſſoris alienantis; ſed etiam ſucceſſorum, an, & quando ſubſtineatur alienatio.

SVMMARIVM.

1 Feudum nouum, quamuis pactionatum, alienari poteſt à primo acquirente, accedente Domini conſenſu, etiam in præiudicium agnatorum, qui ſub lege Inueſtituræ fuerunt comprehenſi.

2 Alienatio, tam inter viuos, quàm in vltima voluntate, feudi antiqui paterni ex pacto, & prouidentia, etiam ſi adſit Domini beneplacitum, fieri non poteſt in præiudicium agnatorum.

3 Idque, etiam ſi agnati proximiores, tempore alienationis, conſenſerint, quia non poſſunt agnati poſteà ſucceſſuris præiudicium inferre.

4 Agnati feudi alienationē reuocantes cogi non poſſunt ad reſtituendum pretium emptori, ſi ipſi alienanti heredes, neque mediati, neque immediati extiterint.

5 Idque, etiam procedit in filio, qui agnati proximioris appellatione continetur.

6 Dominus repetens rem alienam ab eo, cui ipſe non ſucceſſit, pretium ei, à quo rē repetit, reſtituere non cogitur, quoties in illius vtilitatem non eſt verſum.

7 Filius, vel agnatus illius, qui feudum alienauit, hæres eiuſdem immediatus, vel mediatus, cōfecto inuentario, integrum pretium feudi diſtracti cogitur reſtituere; quatenus hæreditas ſit ſoluendo, detracto tamen ære alieno.

8 Hæreditas alienantis feudum, ſi non ſit ſoluēdo, tàm filius, quàm agnatus illius, à quo feudum repetit, non niſi pro viribus hæreditarijs pretium reſtituere debet.

9 Feudum antiquum pactionatum multò fortiùs alienari non poteſt in præiudicium agnatorum, ſi fuerit fideicommiſſo ſuppoſitum, duplici impedimento magis obſtante.

10 Fideicommiſſum poteſt à primis acquirentibus ſuper feudo nouo conſtitui.

11 Præcipuè, quando ſubſtitutio fideicommiſſaria legitur facta à primo acquirente, ſeruato eo ordine, quo vigore Inueſtituræ ſuccedebatur.

Quidquid contrarium fortaſsè ſit aſſerendum in nonnullorum ſententia, ſi ordo ſuccedendi in fideicommiſſo præſcriptus, ab ordine Inueſtituræ eſſet difformis.

12 De celebri quæſtione inter feudiſtas, an præſcriptio immemorabilis legitimum præbeat titulum poſſeſſoribus feudi ex pacto, & prouidentia alienati, ad effectum excludendi agnatos non valentes agere, vtpotè non dum natos.

13 Agnatus Iure proprio ſuccedit in feudo pactionato ex legis prouidentia, & à primo concedente vocatus dicitur, & non ab vltimo moriente.

14 Mortuo vltimo poſſeſſore feudi, dominium, & poſſeſſio in agnatos proximiores ipſo Iure tranſit.

15 Præſcriptio, quæ obſtat alienanti feudum, vel Ius de præſenti in eo habenti, non nocet agnatis futuris ſucceſſoribus, non dum natis, atque adeò agere non valentibus.

Contra agnatos nunquàm præſcribitur feudum pacti, & prouidentiæ, etiam ſi fuerint elapſi centum, pluresque anni.

16 Non valenti agere nulla currit præſcriptio, neque etiam immemorabilis.

17 Inalienabilia de Iure, ſunt etiam impræſcriptibilia.

18 Vbi lex prohibet alienari, prohibet etiam præſcribi.

19 Præſcriptio triginta annorum, in aliquorum ſententia, non nocet agnatis,

Secus verò immemorabilis, quæ facit præſumi, præceſſiſſe facultatem alienādi, etiam in præiudicium ſucceſſorum.

20 Huiuſmodi opinio reprobatur, & num.ſeqq.

21 Præſcriptio immemorabilis, quamuis habeat vim legis, pacti, & præſumptionis Iuris, & de Iure.

Id tamen procedit, vbi præſcriptio poteſt conſiderari decurſa, quia, ſcilicet, inceperit currere aduersùs vnum, & continuauerit aduersùs ſuccedentes in locum, & Ius illius.

22 Secus verò, quando agnato non dum fuit aperta actio ad ſuccedendum in feudo; tunc enim impoſſibile eſt, vt aduersùs illum agere non valentem poſſit currere præſcriptio.

23 In feudis tot currunt præſcriptiones, quot ſunt vocatorum gradus.

24 *Contractus venditionis feudi, quando communi opinione redundauit in vtilitatem, nedum prædeceſſoris alienantis, ſed etiam omnium ſucceſſorum, an, & quando ſubſtineatur alienatio.*
25 *Tranſactio ſuper re dubia circa feudum; an prœiudicet agnatis ſucceſſoribus, quorum intereſt, ita fuiſſe tranſactum.*

CAPVT LXI.

PRÆSVPPOSITO, quòd Feudum Roſſanæ, de quo agitur, ſit ex pacto, & prouidentia, quia fortè Inueſtitura ad me non tranſmiſſa, quæ erat perneceſſè inſpicienda, pro recta, ac iuridica reſponſione ad quæſita, legatur facta Antonio, & Vrſino de Romagnis, eorumque liberis, & deſcendentibus, nulla prorsùs habita mentione hæredum, quòdque ſuper eodem feudo à prædictis duobus acquirentibus fuerit inſtitutum fideicommiſſum maſculinum perpetuum Agnatitium, cum prohibitione alienandi, de duobus potiſſimùm pro veritate diſceptari contingit.

Primò, an feudum prædictum potuerit anno 1521. à filijs Antonij primi acquirentis alienari in perpetuùm titulo venditionis ad fauorem perſonæ penitùs extraneæ, accedente conſenſu Reuerẽdiſſimi Epiſcopi Taurinenſis Domini directi in præiudicium deſcendentis mediati ab eodem Antonio; Vel potiùs eidem deſcendenti poſſit competere actio ad vindicandum feudum alienatum, etiam prœtio emptori non reſtituto.

Secundò, an quatenus alienatio feudi ſubſiſtere non valeat in præiudicium deſcendentis à primo acquirente (quem ſuppono abſq; dubio comprehenſum ſub lege Inueſtituræ) valeat ſaltem poſſeſſor feudi empti vſque ab anno 1521. ſe tueri præſcriptione pluſquàm centenaria, & an ex ea reſultet validus titulus, ad effectum repellendi agnatum proximiorem contendentem, feudum alienatum à ſuis anteceſſoribus vindicare.

Quò ad primum, præmiſſo, quòd feudum
in ſui recta natura ſit ex pacto, & prouidentia; non autem hæreditarium, quòdque diſtractio eiuſdem non fuerit facta à primis
1 acquirentibus, quorum reſpectu feudum
nouum, quamuis pactionatum, ad inſtar hæreditarij; licèt poteſt alienari, tám inter viuos, quàm in vltima voluntate; quoties Domini accedit conſenſus, etiam in præiudicium filiorum, aliorumque agnatorum comprehenſorum ſub lege Inueſtituræ, præſcindendo à fideicommiſſo ſuper eodem feudo ordinato à primis acquirentibus, iuxta receptam theoricam *Iſern. in cap. 1. §. & ſi libellum, col. 3. verſ. ſed numqnid*, ibiq; *Epiſc. Nicoteræ in addit. in dict. verbo ſed numquid, de alienat. feud. patern. & in cap. 1. §. Titius, n. 3 ſi de feud. defunct. content.* ibique, præ cæteris, *Aluarot. Præpoſit. & Afflict. Camerar. in repetit. c. Imperialem. fal. 19. verſ. aut ſumus in feudo ex pacto, & prouidẽtia, & in repetit. c. 1. an agnat. in 1. qu. verſ. ſecundum caput, nu. 74. fol. 407. Clar. in § feudum, quæſt. 40. n. 3. & q. 41. num. 2. verſ. ſed in feudo nouo, Thom. de Marin. in tract. de generibus, & qualit. feudor. lib. 3. num. 16. Frecc. de ſubfeud. in 29. auctorit. Schrader. de feud.* qui pluries alios adducit, *part. 8. cap. 6. num. 15.* Author damnatę memorię ad *Alex. conſ. 8. lib. 3.* latè *Giurb. de ſucceſſ. feudor. cap. 118. §. 2. gloſ. 3. num. 89. verſ. contrarium. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæſt. 5. num. 8. Afflict. deciſ. 112. num. 6.* ibiq; *add. Franch. deciſ. 368. num. 4. Gizzarell. deciſ. 28. num. 3. Coruazan. dec. 159. num. 2. & ſeq. Barz. dec. Bonon. dec. 66. num. 35.*

Sed potiùs feudum fuerit venditum à filijs Antonij primi acquirentis, vindicat ſibi locum indubitata Iuris feudalis concluſio, quòd alienatio feudi antiqui Paterni ex pa-
2 cto, & prouidentia, etiam accedente Domini conſenſu, nullatenus pôtuerit præiudicare agnatis in Inueſtitura comprehenſis, & ſucceſſuris non conſentientibus, quibus, cum fuerit Ius quæſitum ſuper feudo ex tenore Inueſtituræ, & ex Maiorum prouidentia, nullatenus potuit tolli per aliquem ex ſucceſſoribus primi inueſtiti illud alienando, vel inter viuos, vel in vltima voluntate, vt ſunt Iura feudalia apertiſſima in *c. 1. §. hoc quoque*, vbi feudiſtæ, præcipuè *Aluarot. & Liparul. de ſucceſſ. feud. cap. 1. in princip. de probib. feud. alien. per Federic.* vbi, quòd alienatio ſit nulla, *cap. 1. in princip. de alienat. feud. patern. Iſern. in cap. 1. §. quid ergo de Inueſt. de re alien. fact. Rimin. Iun. conſ. 5. num. 50. lib. 1. Cephal. conſ. 133. num. 59. Clar. in §. feudum, qu. 41. num 2. Piſtor. lib. 2. quæſt. Iuris, quæſt. 1. num. 1. & per tot.* qui teſtatur, omnes feudiſtas in hoc conſentire, *Vulteius, de feud. cap. 11. num. 92. Roſental. eod. tract. cap. 9. num. 1. concluſ. 67. gloſ. A. & gloſ.* B. *& quæſt. 28. ſub num. 3. Laratha in Theatro feud. part. 8. dilucidat. 14. num. 1. & ſeq Schrader. de feud. par. 8. cap. 6. num. 1. Andr. Knichen. de ſublim. & reg. Territ. de pact. feud. maſcul. proſe, & hæred. part. 1 cap. 2. num. 358. & 451. Lanar. in repet. feudal. §. ſed etiam res, num. 7. per quos fiat inueſtitura, Capyc. Latr. conſult 96. num. 7. lib. 2. Afflict. deciſ. 112. per tot. Oſaſch. deciſ. Pedem. 177.* alijque innumeri, qui poſſent allegari.

3 Quæ concluſio procedit, quamuis fortè
agnati proximiores, tempore alienationis, conſenſerint, quia, adhuc huiuſmodi conſenſus nõ potuit præiudicium inferre agnatis poſteà ſucceſſuris, qui non conſenſerunt, *cap. 1. §. Titius*, ibique feudiſtæ, ſignanter *Præpoſit. ſi de feud. defunct. content. Pract. Papienſ.*

Digitized by Google

pienſ.in forma libelli ad reuocand.feud.verbo
nec ſuperſtitibus,num.23.Curt.in tract.feudor.
part.8.cap 6.num.7. Henning.Geden.conſ.15.
lib.1.Hieronym.Schruff.conſ.68.nu.14. lib.2.
& conſ.11 lib.3.

4 . Eademque ampliatur, ut, neque etiam
agnati feudum alienatum repetentes cogi
poſſint ad reſtituendum pretium emptori,
ſi ipſi alienanti hæredes neque mediati, ne-
que immediati extiterint, prout de agnato,
qui non eſt hæres alienantis, eſt textus aper-
tus in cap.1.§.Titius, ſi de feud.defunct. con-
tent.ibique Iacob.de Beluiſo, & Iſern. Alua-
rot.num.4.Præpoſit.num.3.gloſ in cap.1. §.ſed
& res, verbo reſtituere, vbi Aluarot. num.7.
Afflict.num.7.& 60.per quos fiat Inueſtitura,
Neuizan.conſ.10. num.5. Hieronym. Schruff.
conſ.74.& conſ.85.num.2. lib.2. Schrader.de
feud.par.8. cap.8. num.33. verſ ſecundo con-
5 cludo, idemque dicendum de filio, qui, cum
feudum à Patre alienatum, vt ſuum propriũ
repetat, eò quia tantùm fuit conceſſum Pa-
tri tempore vitæ ſuæ, & poſt illius mortem
eius filio, & ſucceſſiuè alijs deſcendentibus;
Meritò alienationem nulliter factam à Pa-
tre, eodem mortuo, poteſt reuocare, etiam
pretio non reſtituto, quoties eidem Patri
alienanti hæres nõ extiterit filius, qui agna-
ti proximi appellatione continetur, l.filius
12.ff.de ſuis, & legit.hæredib. prout in pun-
cto de filio, ita optimè arguit Schrader.de
feud.d.part.8.cap.6 num.7.

6 Regulare enim eſt, vt Dominus repetens
rem alienam ab eo, cui ipſe non ſucceſſit,
pretium ei, à quo hanc rem repetit, reſti-
tuere non cogatur, quoties pretium in illius
vtilitatem non fuerit verſum, l Mater 3.
Cod. de rei vendicat. cum concordantibus
vulgatis.

7 Quòd ſi fortè filius, vel agnatus illius,
qui feudum alienauit, hæres eiuſdem alienã-
tis fuerit, vel immediatus, uel mediatus,
confecto tamen Inuentario, ipſe ei, à quo
feudum alienatum repetit, integrum pre-
tium reſtituere cogitur, ſi hæreditas ſit ſol-
uendo, ideſt tantùm ſit in hæreditate illius,
ut ex illa, omni detracto ære alieno, integrũ
pretium redigi poſſit, Iacob.de Beluiſ.in dict.
cap.1.§.Titius, ibique Aluarot. num.4. Præ-
poſit.num.3 ſi de feud.defunct.content.gloſ.in
dict.cap.1.§ ſed & res, uerbo reſtituere, ibiq;
Aluarot.num.7.Afflict.num.7.& 60 per quos
fiat inueſtitura, optimè Schrader.de feud. dict.
part.8. cap.8. num.33. verſic.cum itaque fi-
lius.

8 Si autem hæreditas alienantis feudum,
quam filius, uel agnatus, inuentario confe-
cto, adiuerunt, non ſit ſoluendo, tàm filius,
quàm agnatus illi, á quo feudum repetit,
non niſi pro uiribus hæreditatis pretium re-
ſtituere debet, benè Schrader. loco proximè
laudato num.33.verſ.ſi verò hæreditas.

Quę omnia eò magis abſque vlla difficul-
tate procedunt in præſenti, quia venditio
feudi in perpetuùm in præiudicium agnato-
rum; nedum fuit nulla ob feudalitatis im-
pedimentum; ſed etiam ob fideicommiſſum
maſculinum perpetuum ſuper eodem Feudo
9 ordinatum à primis acquirentibus. Vnde,
quemadmodùm bona allodialia fideicom-
miſſo obnoxia non poſſunt in præiudi-
cium vocatorum alienari, l.fin. §.ſin autem
ſub conditione, Cod.commun.de legat.l.peto 69
§ prædium.ff.de legat.2.Peregrin.de fideicom.
art.40.num.1.& ſeqq. cum alijs concordan-
tibus ſatis, ſuperque notis; Ita multò minus
potuerunt alienari bona feudalia in præiu-
dicium agnatorum; cum duplex impedi-
mentum magis obſtet, quàm vnum, cap.1.
extra de tregua, & pac. & in puncto ita
benè arguit Cyriac. contron. 324. num. 3. &
ſeqq.

Non poteſt autem hæſitari de fideicom-
miſſo perpetuo Maſculino conſtituto ſuper
bonis feudalibus fauore deſcendentis, qui
in præſenti feudum alienatum vindicare
contendit, & quem ſuppono, abſque dubio
eſſe comprehenſum ſub lege Inueſtituræ, &
ad fideicommiſſum vocatum, tàm ſi atten-
datur voluntas fideicommittentis, de qua
non eſt hæſitandum, cum ſupponatur in fa-
cto, Antonium, & Vrſinum primos ac-
quirentes ſpecificè fideicommiſſum ma-
ſculinum inſtituiſſe ſuper feudo contro-
10 uerſo, quàm etiam poteſtas, quia ſuper feu-
dis nouis abſque controuerſia potuerunt
primi acquirentes fideicommiſſum inſtitue-
re, Rimin.Iun.conſ.5.num.57.Burſatt.conſ.291
num.95.Bertazzol.conſ 114.num.13 Roland.
conſ.42.num.16.lib.1.& conſ.1.num.47.lib.3
Cephal.conſ.3.num.11.& conſ.608.num.44.
Mandel. conſ.382.num.64. Menoch. conſ 58.
num.88. Peregrin.de fideic.art.6.num.19.&
25. Card Mant.de coniect.lib.7.tit.9. num.2.
Clar.in § feudum, qu.40. benè Cyriac. d con-
tron.324.num.6. & ſeqq. ſignanter num.13.
Roſental.de feud.cap.7.concluſ.11.num.1.&
7.& concluſ.8.Fuſar.de ſubſtit.quæſt.631.n.7
Intrigliol.de feud.cent.1.quæſt.51. num.271.
Card.de Luca de feud.diſc.37. num.10. Mila-
nenſ.deciſ.8.num. 49. & ſequ.part. 1. Gurb.
alios referens, deciſ. 108. num.17. & ſeqq.
Rot.in recent.deciſ.12.num.1.& ſeq.& deciſ.
52.num.1.part.13.Cauałcan. dec.32.num.42.
& ſeq.part.3.

11 Maximè, quia ſuppono, ſubſtitutionem
fideicommiſſariam fuiſſe factã fauore deſcẽ-
dentium à primis acquirentibus eo ordine,
quo vigore Inueſtituræ eiſdem erat debita
ſucceſſio, quidquid fortè contrarium eſſet
aſſerendum, iuxta nonnullorum ſententiam,
ſi ordo in fideicommiſſo ſuccedendi diſcre-

Digitized by Google

paret ab ordine Inueſtituræ, iuxta theoricam *Bald. in l. cum Virum 16. num. 21. Cod. de fideic.* vbi in hoc caſu nō diſtinguit reſpectu alicuius generis feudorum, quam ſectantur *Alex. in l. ſi patroni, 55. n. 12. ff. ad Trebell. & conſ. 91. n. 10. vol. 1. Roland. conſ. 60. n. 53. vol. 1. & conſ. 64. nu. 25. vol. 2. Socc. Iun. conſ. 72. n. 6. vol. 1. Cephal.* teſtans de communi, *conſ. 272. n. 133. & conſ. 207. n. 35.* Rimin. Iun. *conſ. 5. nu. 56. Burſatt. conſ. 295. ſub num. 9.* Berett. *conſ. 33. num. 14.* Becc. *conſ. 160. nu. 6. Decian. conſ. 117. nu. 22. & ſeq. vol. 3. Bardellon. conſ. 93. num. 60. Surd. conſ. 108. nu. 5. & conſ. 305. per tot.* maximè *nu. 37.* vbi amplius vult, hoc habere locum, etiam ſi uocentur ad fideicōmiſſum remotiores, dummodò, tamen comprehenſi, *& dec 343. per tot. Valaſc. de Iur. emphyteut. quæſt. 48. num. 3.* quos refert, & ſequitur Cyriac. *d. controu. 324. num. 6. & ſeqq.* & admittit, *Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 11. num. 1. & 7. gl. C. concluſ. 8.*

Hæc autem omnia operæ pretium exiſtimâui me facturum, ſaltem ſummis labijs attingere; ex ſerie enim facti ad me tranſmiſſa non potui dignoſcere, neque qualitatem feudi, neque ordiuem ſuccedendi, tàm attento tenore Inueſtituræ, quàm fideicommiſſi, & tamen vtrumque erat perneceſsè inſpiciendum pro recta, ac iuridica reſponſione.

Quò verò ad ſecundam inſpectionem, an ſaltem Agnato proximiori agenti ad recuperationem feudi alienati poſſit obſtare præſcriptio plusquàm centenaria, in quo, meo Iudicio, videtur reſidere tota huius cōtrouerſiæ difficultas, puto illam nullatenus
12 aduerſari; Licet enim celeberrima ſit quæſtio inter feudiſtas, an, ſcilicèt, præſcriptio immemorabilis legitimum prębeat titulum poſſeſſoribus feudi ex pacto, & prouidentia alienati, ad effectum excludendi agnatos, nondum natos, & qui tunc temporis non poterant agere, quam quæſtionem examinant in *cap. 1. § ſi quis per triginta, ſi de feud. defunct. milit. contendat. inter Dominum, & agnat.*

13 Recepta tamen eſt ſententia negatiua, quia, cum agnatus Iure proprio ad feudum pactionatum ſuccedat ex legis prouidentia, *Iſern. in cap. 1. nu. 9. de ſucceſſ. feud. Mart. conſ. 28. num. 2. & 3. Pereir. deciſ. 29. num. 3. Io. Franc. de Ponte deciſ. 39. num. 21.* & à primo concedente vocatus dicatur, non autem ab vltimo moriente, *Clar. in §. feudum, quæſt. 66. verſ. ſed in omnem, Amat. conſ. 35. num. 4. Molin. de Primogen. lib. 1. cap. 8. num. 2. Tappia deciſ. Sacri Coſilij Neapolit. 6. num. 33.* adeòut, mortuo vltimo poſſeſ-
14 ſore, feudi dominium, & poſſeſſio ipſo Iure ad agnatum proximè vocatum tranſeat, *Molin. de contract. diſput. 577. nu. 6. Giurb. de ſucceſſ. feud. cap. 118. §. 2. gloſ. 11. nu. 74.*

15 Meritò præſcriptio, quæ obeſt alienanti feudum, vel Ius de præſenti in eo habenti, nullo Iure nocet agnatis futuris ſucceſſoribus ſub inueſtitura comprehenſis, utpotè, nondum natis, vel agere non valentibus, prout in pręciſis terminis feudalibus firmāt, *Iſern. Aluarot. & Præpoſitus,* cæterique feudiſtæ, in *cap. 1. §. quid ergo ſub num. 7. verſic. item, quid in feudo antiquo,* ibique *Afflict. nu. 10. de Inueſtit. de re alien. fact.* idem *Iſern. & Aluarot. in cap. 1. § hoc quoque, de ſucceſſ. feud. Afflict. in cap. 1. § Titius, num. 7. ſi de feudo defunct.* qui abſolutè firmat regulam generalem, quòd numquàm contra agnatos præſcribatur feudum pacti, & prouidentię, & omiſſis innumeris, qui poſſent allegari, optimè *Pinell. in authen. niſi triennale, n. 49. Cod. de bonis Matern. Pariſ. in cap. cum non liceat. num. 18. & cap. auditum ad fin. extra de præſcript. Iacobin. in leg. fin. ad fin. Cod. qui admit.* Bald *conſ. 215. lib. 2. Abb. cōſ. 101. lib. 1.* ubi in præſcriptione centenaria, *Iaſ. conſ. 118. col. fin. et conſ. 136. col. penult. lib. 4.* Curt. *Iun. conſ. 181. num. 5.* Loffred. *conſ. 10. nu. 22.* Bolognet. *ad Anan. conſ. 47. ad finem,* Rub. *Alex. conſ. 13. num. 13 conſ. 84. n. 6. Pariſ. conſ. 23. num. 199. lib. 1.* egregiè *Peregrin. conſ. 28. lib. 1.* qui reſpondet, & reprobat contraria, ſignanter *num. 15. & ſeqq. et de Iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 17. & de fideicom. art. 41. num. 17. Gabr. conſ. 163. num. 16. & ſeq. lib. 1. Manent. conſ. 51. num. 11. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. part. 2. qu. 10. num. 47 Intrigliol de feudis, qu. 51. num. 49* Schrader. *eodem tract. part. 8. cap. 6. num. 6. & cap. 9. nu. 45.* ubi, quòd quamuis centum, uel plures anni fuerint elapſi, Agnatus numquàm excludatur a Iure reuocandi, & quòd hæc ſit receptior opinio, *& conſ. 1. ſub num. 46. vol. 1. Hartm. in. Piſtor. quæſt. 8. num. 41. Salgad. de Reg. protect. par. 3. cap. 10. num. 150. Roſent. de feud. cap. 9. concluſ. 85. à num. 1. cum ſeqq. & concluſ. 84. ſub nu. 4. gl. E. Paleaz. de Maiorat. part. 4. qu. 21. num. 1. & ſeqq* latiſſimè *Giurb. de ſucceſſ. feud. cap. 118. §. 2. gloſ. 11. num. 64. verſ ſed præſcriptio,* qui plures alios congerit, *& gloſ. 12. num. 87. Lauaib. in theatr. feudali part. 8. dilucidat. 30. per totam, & dilucidat. 31.* pariter *per tot. lib. 1.* apud quos poſtremos Auctores religi poterunt innumeræ aliæ auctoritates, & deciſum referunt *Tappia deciſ. 2. à num. 359. & ſeqq. Valaſc. deciſ. 267. num. 7. Caſtill. dec. 66. num. 6. Gamm. deciſ 26. num. 5. & dec. 93. n. 3 Oſaſch. dec. 177. Ioann. Koppen. dec 54. nu. 98* & Nos egimus *diſput 7 n. 6. & ſeqq.*

16 Huiuſmodi autem concluſio eſt receptiſſima, utpotè innixa duabus inconcuſſis regulis Iuris; primę nempè, ut Agnatis non ualentibus agere ob Iuris impedimentum, nulla poſſit currere præſcriptio, neque etiā

inu-

immemorabilis *leg. notiſſimi 7. §. illud, Cod. de præſcript. 30. vel 40. annorum*, cum alijs per Nos congeſtis *diſp. 7.*

17 Secúdę uerò, quòd ea, quę sũt inalienabilia
de Iure, ſunt etiã inpræſcriptibilia. *l. fin. §. fin autẽ ſub conditione, C. comm. de leg. tt.* quòdq;
18 ubi lex prohibet alienari, prohibet etiã pręſcribi, *l. vbi lex, ff. de vſucap. l. alienationis, ff. de verb. ſign. ſ. Giurb. de ſucceſſ. feudi. d. cap. 118. § 2. num. 74. propè finem, verſ. proinde*, alijque ſuperiùs laudati.

19 Et quamuis nonnulli ab ea diſſentiant, exiſtimantes, præſcriptionem triginta annorum non nocere agnatis ſucceſſuris ad feudum, uel fideicommiſſum, utpotè agere non ualentibus, de qua loquitur *text. in cap Imperialem, de probib. feud. alienat. per Federic.* ibi: *nullius temporis præſcriptione impediente*; Secùs autem præſcriptionem immemorabilem, quæ eſt apta inferre præiudicium indiſtinctè omnibus, tàm præſentibus, quàm futuris, & tám natis, quàm naſcituris, ut tradunt *Soccin. Iun. conſ. 76. nu. 49. volum. 1. Decian. conſ. 24. num. 108. cum ſeqq. lib. 1. Suarez. allegat. 3. ſub num. 3. verſic. benè fateor, Gregor. Lopez ad leg. Hyſpan. part. 4. tit. 26. leg. 10. in* uerbo *non le empreſte*, in fine dicti uerbi, *fol. 71. col. 2. verſic. ſit quintus caſus*, & in eodem uerbo paulò poſt princip. *verſ præſcriptio verò cẽtenaria, fol. 69. column 3. Anton. Gomez. ad l. 40. Tauri, n. 90. propè finem, verſ. ſextò limita, Molin. de primogen. Hypan. lib. 4. cap 10. n. 10. Intrigliol. de feud. centur. 2. art 32. nu. 43. Cyriac. controu. 3. num. 63. & ſeq. Epiſc. Antonell. de tempor. legal. lib. 2. cap. 102. n. 11.*

Qui Auctores illi potiſſimùm rationi innitútur, quia, nempè, huiuſmodi immemorabilis præſcriptio habet vim tituli, & priuilegij, vndè facit præſumi, præceſſiſſe licentiam, & diſpenſationem alienandi, cum derogatione contrariorum, præiudicando ſucceſſoribus.

20 Horum tamen opinio nullo Iure videtur ſubſiſtere, illoſque ſigillatim egregiè reprobat, *Peregrin.* videndus *d. conſ. 28. nu. 17. lib. 1.* in ſpecie refutando *Decian.* ex aduerſo allegatum *dict. conſ. 24. lib. 1.* contra quod teſtatur, Rotam Romanam iudicaſſe, declarando, præſcriptionem annorum 160. non obſtitiſſe agnato non nato, & agere non
21 valenti ad vindicandũ feudum, optimè aduertens, quòd, quamuis præſcriptio immemorabilis habeat vim legis, pacti, & præſumptionis Iuris, & de Iure; id tamen procedit, vbi præſcriptio poteſt conſiderari decurſa, quia, ſcilicet, inceperit currere aduersùs vnum, & continuauerit aduerſus ſuccedentes in locum, & Ius illius, idemque optimè firmat *Cancer. var. part. 3. cap. 3. de priuileg. nu. 25. & ſeq.*

Secus verò, quando, prout in pręſenti the-
22 mate, verſamur in caſu, in quo, cum nondum fuerit agnato aperta actio ad ſuccedẽdum in feudo; impoſſibile eſt ſecundùm regulas iuris, vt aduersùs illum potuerit currere preſcriptio. Et quòd præſcriptio, etiam centenaria, & plus quàm ducentenaria non obſtet agnatis agentibus ad vindicationem feudi, firmant innumeri, inter quos, omiſſis alijs, *Ioan. Bapt. Vicemal. conſ. 1. num. 190. Io. Gallic. in conſ. 2. num. 99. inter conſ. feudal. diuerſ. Gabr. conſ. 163. num. 16. & ſeq. Peregr. d. conſ. 28. num. 16. circa medium verſic. vbi in centenaria, Canett. de antiquit. tempor. part. 4. §. materia iſta, numer. 68. Schrader. de feud. part. 8. cap. 8. num. 45.* vbi, quòd, licet centum, uel plures effluxerint anni, agnatus á Iure reuocandi numquàm excludatur, quòdque hæc opinio ſit uerior, *Giurb. de ſucceſs. feudor. d. cap. 118 §. 2. gloſ. 12. numer. 87. verſ. & in præſcriptione, et verſ. & licet aliud*, vbi, quód *Soccin. Decian.* & alij contrarium tenentes peſſimè ſenſerint, *Larath. in theatr. feud. part. 8. dilucid. 31. per tot. lib. 1.* ubi de præſcriptione centum, ſiue ducentorum annorum, *Cannet. in extrauagant. volentes, §. at operæ pretium num. 10.* ubi, quòd in
23 feudis tot currant pręſcriptiones, quot ſunt uocatorum gradus, alijque adducti per *Roſental. de feudis, cap. 9. quæſt. 84. ſub num. 4. gloſ. E.* & Nos latiori calamo egimus *d. diſp. 7. num. 7. & ſeqq.*

24 Poſſet tamen contraria ſententia fortè procedere in uno tantùm caſu, quando, nempè, contractus uenditionis feudi, communi ęſtimatione, redundauit in utilitatem, commodumque, nedum prædeceſſoris alienantis; ſed etiam omnium ſucceſſorum, quibus ſingulis, ſi caſus in eorum perſonis eueniſſet, utrique fuiſſet expediens ita contrahere, & in hoc caſu loquitur ex aduerſo allegatus, *Cyriac. d. controuerſ. 3. num. 73. & ſeqq.* ubi de tranſactione ſuper re dubia
25 circa feudum, quod præiudicet agnatis ſucceſſoribus, quorum intererat, ita fuiſſe trãſactum, *Epiſcop. Antonell. de tempore legal. lib. 2. cap. 102. num. 11, verſ prædictam tamen ſententiam.*

ARGVMENTVM.

Temporis conuentionalis lapſus ſuper expeditione aſſenſus, an obſtet, quoties impedimentum ex facto Principis, vel eius Supremi Magiſtratus, prouenit.

Aſſenſus, ſi fuerit expeditus ab emptore, elapſo tempore Statuto in cõtractu, an,

&

& quando venditor eidem contractui ſtare teneatur, neque ab eo poſſit reſilire.

Promiſſione facta de vendendo feudum, reſeruato aſſenſu, illo demum ſuperueniente, an nouus requiratur contrahentium conſenſus.

Matrimonium, ſi fuerit contractum ſub conditione diſpenſationis Apoſtolicæ, eadem obtenta, nouus requiritur conſenſus: Et de ratione diſcriminis, inter conditionem aſſenſus in venditione feudi, & diſpenſationis Apoſtolicæ ſuper matrimonio.

Aſſenſus ex quibus dici debeat ſubreptitius, ſeu obreptitius.

S V M M A R I V M.

1 *Impedimentum Iuris dicitur proueniens à Superiore Iuriſdictionem exercente, ideòque impedit curſum temporis, quod non incipit currere, niſi impedimento ceſſante.*

2 *Quando quis vocatus ob Iudicis impedimentum, ceſſat die ſtatuta venire in Iudicium, iubet Prætor diem iudicij eſſe diffuſum.*

3 *Emptor, vbi ceſſat, die conuenta, pretium rei emptæ ſoluere, ob ſequeſtrum factum à Fiſco, non eſt locus legi commiſſoriæ ob ſolutionem in tempore non factam.*

4 *Tempus non currit impedito ex facto ſuperioris ſuper conuenta expeditione priuilegij.*

5 *Legitimè impedito non currit tempus, etiam conuentionale.*

6 *Impedimentum proueniens ex facto Supremi Principis dicitur iuſtum ad impediendum temporis curſum; neque vt releuet, requiritur partis proteſtatio.*

7 *Beneplaciti Principis impetratio conſiſtit in facto.*

8 *Vbicumque conditio in faciendo conſiſtit, deficere numquàm cenſetur, niſi tantùm temporis ſpatium effluxerit, in quo obligatus factum expedire potuerit, & nihilominus neglexerit.*

9 *Idque, etiam procedit in conditione impetrandi Principis aſſenſum.*

10 *Conditio, ſi Princeps aſſentiatur, ad hoc, vt defeciſſe non dicatur, ſatis, ſuperque eſt, quòd idem Princeps fuerit requiſitus, vt velit præſtare conſenſum.*

11 *Moræ purgatio admittitur in expeditione aſſenſus per ſubſequens implementum, quoties non eſt adiecta dies cum pœna, ſed dies ſola conuentionalis.*

Intellige, quoties partis non intereſt, neque tempore expeditionis Beneplaciti, eius Ius eſt effectum deterius.

12 *Mora purgari poteſt ex æquitate canonica, vbicumque Ius alterius non eſt effectum deterius.*

13 *Idque, etiam ſi terminus fuerit ab homine præfixus.*

14 *Præcipuè, quando non agitur de actione acquirenda, ſed potiùs de conſeruanda.*

Intellige ampliationem, quando implementum conſiſtit in dando, vel in faciendo id, quod facere non eſt difficile; ſecus, quando factum eſt ſucceſſiuum, & difficile ad perficiendum.

15 *Implementi non ſequuti exceptio ſuper beneplacito non expedito infra tempus conuentum, non releuat, quoties is, in cuius fauorem erat implendum, nullum damnum eſt paſſus.*

Contraria procedunt; quoties agitur de lucro captando.

16 *Non implementi exceptio, cum ſit dilatoria, ſufficit, vt antequàm opponatur de non implemento, illud iam fuerit ſequutum.*

17 *Lapſus temporis conuentionalis ſuper expeditione aſſenſus, ad hoc, vt noceat, eſt denunciandus, elapſo tempore, impetrare obligato, vt ceſſet ab impetratione aſſenſus.*

18 *Dies in dubio potiùs cenſeri debet adiecta ad ſollicitandam obligationem, quàm ad illam perimendam, ſeu extinguendam.*

19 *Præcipuè, quando non adeſt pactum reſolutiuum, cum clauſula,* non aliàs.

20 *Elapſo tempore conuentionali, quemadmodùm poteſt emptor à venditore conueniri ad obtinendum beneplacitum.*

21 *Ita etiam tenetur venditor ad obſeruantiam contractus, ſtante implemento ſequuto, etiam tempore elapſo, cum emptor, & venditor ſint correlatiui, quorum eadem eſt Iuris diſpoſitio.*

Ita ut in uno diſpoſitum, cenſeatur diſpoſitum in alio in caſu contrario.

22 *Exceptio non implementi cenſetur remiſſa per actum geſtum cum emptore, elapſo tempore, exequutionem contractus continentem.*

23 *Examinatur doctrina* Abbatis in cap ſuper eo, num.8. de condit. appoſit. & num.31. & ſeqq.

24 *Promiſſio de uendendo feudum ſub reſeruatione aſſenſus Principis, habet implicitum ſtatum ualiditatis.*

25 *Status implicitus ualiditatis operatur, ut quamuis actus ſit imperfectus, quò ad exequutionem ante aſſenſum obtentum.*

Reputatur tamen perfectus, quò ad illud, ut non ſit licitum ab eo reſilire.

Contrarium, inſpecta Conſtitutione Regni *incipiente* Diuæ Memoriæ. ibid.

26 *Beneplacitum ſuperueniens retrotrahitur ad tempus celebrati contractus, perindè, ac ſi ab initio fuiſſet purus.*

Limita in tertij præiudicium infra n.29.

27 *Beneplaciti impetratio dicitur condicio mixta, cum pendeat, non à ſola contrahentium volnntate, qui illud petunt; ſed ex facto Principis, qui concedere debet.*

28 *Conditio mixta, quandocumque purificata, ſemper ad diem diſpoſitionis retrotrahitur.*

29 *Aſſenſus in tertij præiudicium non retrotrahitur.*

30 *Poſt obtentum beneplacitum ab emptore, non poteſt uenditor à contractu recedere; ideòque promiſſio de uendendo ſuum effectum ſortiri debet.*

31 *Eccleſia non poteſt recedere à promiſſione de uendendo, poſt obtentum beneplacitum.*

Licet ſecus ſit aſſerendum ante illius expeditionem. ibid.

Intellige hoc poſtremum reſpectu Eccleſiæ, non autem reſpectu perſonæ cum Eccleſia contrahentis, cui non licet pænitere, cum fauore Eccleſiæ contractus claudicet. ibid.

32 *Poſt obtentum beneplacitum, an requiratur nouus conſenſus, ad quem præſtandum venditor cogi poſſit,* & num. ſeqq.

Doctrina Abbatis in d. cap. ſuper eo, de condit. appoſit. *procedit in matrimonio.*

33 *Matrimonio contracto ſub diſpenſationis Apoſtolicæ conditione, ea demum obtenta, non dicitur adeſſe matrimonium, ſine nouo conſenſu.*

34 *Ex facto à Iure improbato non poteſt aliqua naſci obligatio.*

35 *In contractu conditionali ſola ſpes eſt in obligatione.*

36 *Matrimonium contractum ſub conditione Diſpenſationis Apoſtolicæ, utpotè non habens implicitum ſtatum ualiditatis, ſuperueniente demum diſpenſatione, nouo indiget conſenſu.*

Reprobatur contraria ſententia. ibid.

Expenduntur Iura ſingularia in l. inter ſtipulantem 83 §. ſacram, & in l. continuus 137. § cum quis, ff. eodem, ibid.

37 *In matrimonio eſt ſpeciale, ut non dependeat à contrahentium uoluntate ſponſalia inter coniunctos contrahere, exiſtente canonico impedimento.*

38 *Promiſſio de uendendo feudum, cum habeat implicitum ſtatum ualiditatis, ſuperueniente aſſenſu, non requiritur nouus contrahentium conſenſus, ſed ſit retrotractio ad initium promiſſionis.*

39 *Examinatur* deciſio Card. Seraphini 838. *illamque non obſtare oſtenditur, utpotè loquentem in caſu diuerſo.*

40 *Promiſſio de uendendo feudum, cum non pariat, niſi ſimplicem actionem perſonalem ad adimplendum, neque ſuper feudo Ius tribuat, non indiget aſſenſu.*

41 *Ex promiſſione de uendendo feudum dicitur quæſita actio perſonalis contra promiſſorem pro implemento.*

Expenditur textus ſingularis in l. multùm intereſt, ff de verbor. obligat.

42 *Aſſenſus dicitur ſubreptitius, quoties non fuerunt expreſſa ea, quæ Principem ab aſſenſu retraxiſſent, aut ſaltem difficiliorem reddidiſſent ad concedendum.*

Omiſſum in precibus, cenſetur, etiam omiſſum in aſſenſu; qui regulatur à petitione.

43 *Quælibet ſubreptio eſt apta ad uitiandum aſſenſum.*

44 *Aſſenſus eſt diſpenſatio, quæ à vento ex leni fronde conteritur, & proſternitur.*

45 *Aſſenſus eſt gratia; ideòque ſine tertij præiudicio intelligi debet conceſſus.*

46 *Aſſenſus non retrotrahitur in præiudicium tertij, cui fuit Ius quæſitum.*

47 *Aſſenſus, lite pendente impetratus, eaq; Principi non expreſſa, dicitur ſubreptitius.*

48 *Imò requiritur, expreſſio, nedum. litis motæ, ſed etiam ſtatus eiuſdem litis.*

Reprobatur contraria ſententia, & in quo caſu procedat.

49 *Non eſt præſumendum, Principem ad ſubuertenda pacta inter contrahentes inita, velle vti abſoluta poteſtate.*

50 *Principi omnia Deus ſubiecit, præter contractus, qui propter conſenſum ſunt de Iure naturali, quem Princeps ſupplere nequit.*

51 *Aſſenſus dicitur ſubreptitius ob non factam expreſſionem pacti de non alienando.*

52 *Aſſenſus dicitur obreptitius ob expreſſionem falſi.*

53 *Omnia, quæ Principi narrantur, dum ſupplicatur pro aſſenſu, debent inniti veritati, aliàs aſſenſus corruit ex vitio obreptionis.*

54 *Aſſenſus intelligitur conceſſus ſub tacita conditione,* ſi preces veritati nitantur.

55 *Præcipuè, accedente clauſula*, veris exiſtentibus narratis, *quæ conditionem inducit.*

CAPVT LXII.

RELAXANDVM videtur omninò mandatum ad factum contra Comitem Vbaldinum, ſiue mandandũ eſt, confici ex officio Inſtrumentum venditionis ratæ Iuriſdictionis Caſtri, iuxta formam obligationis Cameralis, de qua in Apoca, nulla prorſus habita ratione vnici obiecti, quòd obligatio de vendendo dici debeat reſoluta ex lapſu quatuor menſium in eadem Apoca ſtatutorum ad obtinendum Apoſtolicum Beneplacitum, atque adeò, quòd illius impetratio, poſt lapſam diem conuentionalem, nullatenus ſuffragetur Comiti Corbulo emptori; huiuſmodi enim inſpectionem nullo Iure fulciri ſuadent infra dicenda.

Primò, quia cum Comes Corbolus intra ſpatium quatuor menſium porrexerit memoriale Pontifici, omnèmque adhibuerit diligentiam, & conatum pro obtinendo eius Beneplacito, illiuſque expeditionis prorogatio vſq; ad octauum menſem proceſſerit, tàm ob excitatas difficultates in conceſſione huiuſmodi Gratiæ à Reuerendiſſimo Theſaurario, quám ob multiplicem negotiorum expeditionem, quibus quotidiè Theſaurarij præmuntur, dubitari non poteſt, quin hoc fuerit Iuris impedimentum, dum proceſſit à Superiore Iuriſdictionem exercente, quod propterea cursum impedit temporis, donec durat impedimentum, & non incipit currere, niſi illo ceſſante, prout eſt *tex.* formalis in *l. 2. §. si quis in Iudicio, ff. ſi quis caution.* in quo

aper-

2 apertè reperitur ſancitum, quòd, quando
quis uocatus, ob Iudicis impedimentum ceſ-
ſat, die ſtatuto, uenire in Iudicium, iubet Prę-
tor diem Iudicij eſſe diffuſum, ibi: *Et ideò,*
etiam lex duodecim tabularum, ſi Iudex, uel
alterater ex litigatoribus morbo ſontico im-
pediatur, iubet diem Iudicij, eſſe diffuſum, ubi
gloſ. uerbo *diffuſum*, explicat, ideſt *differen-*
dum, & in § fin. ubi de impedimento Ma-
giſtratus, qui ſua auctoritate detinuit uo-
catum in Ius, ne ſtatuta die ſiſteret in Iudi-
cio; ibi: *ſimili modo exceptio datur ei, qui cũ*
ad Iudicium venire volebat, à Magiſtratu re-
tentus eſt, idemque probat optimus Text.
in l. fin. ff. leg. commiſſ. ubi ſi emptor ceſſat in
3 die conuento pretium rei emptæ ſoluere ob
ſequeſtrum factum à Fiſco, non eſt locus le-
gi Commiſſoriæ ob ſolutionem in tempore
non ſactam, *l. ſed, & ſi per Prætorem, in*
princip. & §. ait Prætor. ff. ex quib. cauſ. maior.
Pappon. referens deciſum per Senatum Pa-
riſienſem, *lib. 12. tit. 10. arreſt. 2. Valenz.*
conſ. 4. nu. 25. Antunez de donat. Reg. *part. 2.*
lib. 1. cap. 13 num. 136. Boer. dec. 247. num. 3.
& ſeqq. & in terminis ſuper expeditione
4 Priuilegij, poſt lapſam diem conuentiona-
lem in Apoca adiectam, egregiè firmat om-
ninò uidendus, R*ouit. deciſ. 53. per totam*,
ſignanter *nu. 7. &* 8.

5 Regulare enim eſt, ut legitimè impedito
non currat tempus, etiam conuentionale,
cap. quia diuerſitatem de conceſſ. præbend. l. 1.
C. *de annal. except. Auth. niſi triennale*, ubi
Pinell. num. 32. Cod. de bonis maternis, l. pri-
ma, ubi *Caſtr. ſub nu. 6. Cod. de dilat. Contard.*
In l. diffamari 5. in limit. 9. num. 110. Cod. de
ingen. & manumiſſ. Nauarr. conſ. 8. de renun-
ciat. num 3. Valenz conſ. 44. num. 28. Aſyn. in
Prax. §. 22. cap. 2. ſub limitat. 2. pagin. 146. col.
4. Sarmient. lib. 1. ſelect. cap. 12. num. 9. San-
chez de matrim. lib. 1. diſp. 53. num. 7. Cyriac.
contron. 349. nu. 13. & 15. in fine, ubi, quòd
6 impedimentum prouenieus ex facto ſupre-
mi Principis dicatur iuſtum ad impediendũ
tempóris curſum, latè pluribus congeſtis,
Fontanell. deciſ. 134. num. 16. et ſeqq. Cortiad.
deciſ. 17. num. 40. & ſeqq. Barz. dec. 32. n. 35.
Surd. deciſ. 189. num. 15. Duran. deciſ. 365. nu.
26. Oſaſch. deciſ. 12.

Neque, vt releuet, requiritur partis pro-
teſtatio, *Gratian. cap. 63. num. 9. Valenz conſ.*
4. num. 78. circa fin. & conſ. 44. num. 29.
Menoch. conſ. 246. num. 30. Antunez de donat.
Reg. part. 2. lib. 1. cap. 13. num. 136. Afflict. dec.
50. num. 5.

7 Idque ea potiſſimùm ratione confirma-
tur; cum enim Beneplaciti Principis impe-
tratio in facto conſiſtat, argumento *l. conſi-*
lio, in fine, ff. de Curat. Furioſ. vbicumque cõ-
ditio in faciendo verſatur, deficere num-
8 quàm cenſetur, niſi tantùm temporis ſpa-
tium effluxerit, in quo obligatus factum
expedire potuerit; & nihilominus negle-
xerit, prout ſunt Iura in *l. ſi ita ſtipulatus*,
verbo *Sabinus, l. continuus, §. cum ita, cum ſeq.*
ff. de verbor. obligat. l. hæc venditio, propè fin.
princip. ff. de contrabend. empt. & in ſpecie
9 de conditione impetrandi aſſenſum Princi-
cipis, R*oland. conſ. 63. num. 48. ſub verſ. ad*
ſecundum, lib. 4. cum ad hoc, vt conditio, ſi
10 Princeps aſſentiatur, non dicatur defeciſ-
ſe, ſatis, ſuperque ſit, quòd idem Princeps
fuerit requiſitus, vt velit præſtare conſen-
ſum, *Luc. de Penn. in l. nulli,* Cod. *de fund. Pa-*
trimon. lib. 11. quem ſequitur *Afflict. in cap.*
Imperialem in 16. notabili, num. 6. de probib.
feud. alien. per Federic.

11 Secundò, quatenus poſſet conſiderari ali-
qua mora in expeditione Beneplaciti, quę
re vera non adeſt; cum tamen in Apoca
nullibi legatur adiecta dies cum pœna, ſed
dies ſola conuentionalis abſque pœna; ad-
huc admitti debet purgatio moræ per ſub-
ſequens adimplementum, quia partis non
intereſt, neque tempore expeditionis Bene-
placiti eius Ius erat effectum deterius, pro-
ut eſt *Text.* ſingularis *in l. ſi ita quis, §. Scia*,
ff. de verbor. obligat. & in l. & ſi alia die, 27.
ff. de conſtit. pecun. & probant Interpretes
omnes in *l. ſi Inſulam, ff. de verborum obligat.*
præcipuè *Bart. num. 21. & 24. Alberic. n. 19.*
& ſeq. Alex. num. 44. & 47. Iaſ. num. 39. An-
gel. num. 9. vbi allegat quamplurima iura
pro, & contra, & demum reſidet cum regu-
la affirmatiua, & *num. 50.* ſubdit duodecim
fallentias, quarum nulla applicatur caſui
noſtro, R*ipa numer.* 104. qui ſimiliter ponit
regulam cum 18. fallentijs, latiſſimè
Herculan. à numer. 31. in fin. verſicul. op-
pono ſecundò, vſque ad numer. 39. &
ſignanter *numer.* 38. vbi enucleat diligen-
ter materiam, *d. §. Seia, & iterùm num.* 111.
& 112. Bolognett. num. 72. & ſeqq. & nu. 100.
101. & 102. ſignanter *num.* 255. R*oſa, con-*
ſult. 14. num. 94. & eſſe conclusionem abſo-
lutam teſtatur Io. *Franc. à Ponte dec. 1. nu. 2.*
& ſeqq. & in terminis R*ouit.* ſæpiùs citata
dec. 53. num. 10.

12 Idque, etiam probat generalis concluſio,
vt, nempè, attenta æquitate Canonica, mo-
ra poſſit purgari, vbicumque Ius alterius,
non eſt effectum deterius, *l. & ſi poſt tres, ff.*
ſi quis caut. cap. potuit de locat. cap. ſuam de
pœn. cap. apud miſericordem 32. quæſt. 1. ibi-
que Gloſ *Bald. in l. qui crimen. num. 20.* Cod.
qui accuſar. non poſſ. Alex. in l. ſi quis maior.
circa fin. ibique I*aſ. nu. 26.* Iacob. *de* S. *Georg.*
num. 43. Cagnol. nu. 152. & ſeq. Parpal. in 23.
notab. Cod. de tranſact. Crot. *in l. ſi Inſulam,*
num. 78. ibique R*ip. num. 93. & 112. Innoc.*
In cap. dilecti, col. 2. de arbitr. Dec. conſ. 138.
num. 7. Goz*ad. conſ. 66. num. 13. Loffred. con-*
ſil. 41.

Digitized by Google

ſil.41.num.8.Curt.in tract.de feud. in 4.part.
num.50.verſ.confirmatur hac opinio, Cardin.
Maut.de tacit.& ambig.conuent.lib.23.tit.2.
num.29.Gratian.cap.915.num.3. Menoch. de
arbitr.Iud. caſ.8. numer.6. Rocc.reſponſ.93.
num.1.lib. 2. Adden ad Ludouiſ. deciſ. 557.
num.10. Card.de Luca de credit.diſc.94.n.14
verſ.aut enim, de Mariu.reſolut.cap.133.n.8.
lib.1. Card.Seraphin.dec.591.num.7.Verall.
deciſ.230.n.3.p.2.Capye.Latr.dec.30.n.11.
13 Quę procedit , etiam ſi terminus fuerit
ab homine præfixus , ex adductis per Fon-
14 tanell.dec.406. num.12. præcipuè, quando
non agitur de acquirenda noua actione,in
quo caſu non admittitur moræ purgatio,
in quibus terminis procedunt Authoritates
contrariæ,ſignanter Bart. in l. ſi Inſulam 84.
num.24.ff.de verbor.obligat.Cephal.conſ.356
per tot.Pariſ.conſ.19.num.242.& 236.lib.2.
Dec.conſ 405. col.pen.Crot.conſ.352. num.8.
lib.3.Siluan.conſ.85.nu.12.Gratian. cap.515.
nu.26. & 28.& cap.301.n.12.Card.Mantic.
de tacit.lib.4.tit 31. num.50. & 53. Staiban.
Iun.reſol.36.num.20.& ſeq.lib.1. add.ad Lu-
douiſ.dec.569.num.10.verſ. limitatur quartò,
Card.Seraphin.deciſ.1136.n.3. ſed potiùs de
conſeruanda,benè Card.Mant.dec.270.n.12.
& ſeq.vbi rectè aduertit,quòd proximè fir-
mata concluſio ſibi locũ uindicat, quando
implementum conſiſtit in dando , uel in fa-
ciendo id,quod facere non eſt difficile,ſecùs
autem, quando factum eſt ſucceſſiuum , &
difficile ad perficiendum, idemque aduertit
Add.ad Ludouiſ.dec.569.num. 10. verſ.limi-
tatur quarto, in fin.
15 Tertiò, cum non ſequuta expeditione
Beneplaciti infrà tempus conuentum,Comes
Aduerſarius nullum damnum ſit paſſus , op-
poſita per eumdem exceptio non implemẽ-
ti in tempore non releuat , Bald. conſ. 127.
lib.1.Surd.conſ.101.num.24.& deciſ.265.nu.
38.& ſequ.Crauett.conſ.59.numer.2. Cephal.
conſ.80.num.9. Siluan. conſ.100. num.5. Co-
uarr.var.lib.3.cap.4.num.6.verſ.duodecimò,
hinc deducitur, Gratian.cap.302 num.29. &
ſeqq.Adden.ad Buratt.deciſ.571. num.5. Lu-
douiſ.dec.347. num.11. ibique Adden. n.20.
Card.Mant.dec.270.num.2.& ſeq.Card.Sera-
phin.deciſ.1243.num.2. & ſeq. Duran. dec.9.
num.4.& ſeq.
Quidquid ſecus ſit aſſerendum , quoties
agitur de lucro captando , in quibus ter-
minis loquuntur deducta per Duran.deciſ.9.
num.14.Card.Seraphin.deciſ.225.nu.4. Card.
Otthobon.dec.131.num 15.
Quartò ſufficit, Beneplacitum fuiſſe ob-
tentum , antequàm aduerſarius opponeret
de non implemento ; Cum enim huiuſmodi
16 exceptio dici omninò debeat dilatoria, Ca-
ſtrenſ.conſ.166.num.6. verſ.tum quia iſta ex-
ceptio,lib.2.Crauett.conſ.151.num.10.ſufficit,
quòd antequàm opponatur de implemento,
illud iam fuerit ſequutum , Addent.ad Bu-
ratt.d deciſ.571.num.6.
Quintò, ad hoc , vt lapſus temporis con-
uentionalis noceret, Comes Aduerſarius in
17 continenti poſt quatuor menſes tenebatur
denunciare noſtro principali , ſe nolle am-
pliùs ſtare contractui , ad hoc vt ceſſaret ab
impetratione beneplaciti , prout in puncto
optimè aduertit Rouit d dec.53.n.11.
Præcipuè, quia,cum ſciret,aut ſcire debe-
ret, quòd poterat mora purgari , nedum ex
prædictis; ſed etiam,quia terminus quatuor
menſium vtpotè deſtinatus ab vno tantùm
ex contrahentibus , vt alter intra illum im-
pleat , & in contractu emptionis perfecto,
licet conditionali , iuxta text. in l.neceſſariò,
§.ſi res, cum gloſ. ff. de peric. & commod.rei
18 vendit. non fuerat appoſitus in Apoca cau-
ſa perimendæ,ſeu extinguendæ obligationis,
elapſo tempore conuentionali ; ſed potiùs
ad illam ſollicitandam, ex benè deductis per
Sanchez de matrim.lib.1.diſp.53.num.3. & in
his terminis Rouit.d.dec.53.n.11.
19 Multòque magis, quia in Apoca non legi-
tur appoſitum pactum aliquod reſolutiuum,
cum clauſula, non aliàs , quæ denotaret præ-
ciſam contrahentium voluntatem receden-
di á contractu , illumque reſoluendi elapſo
tempore, in quibus terminis loquuntur Au-
thoritates contrariæ , ſignanter Dec.conſil.
452.num.17. Grat. conſ.93. num.61. & 77.
lib.1. Vermigliol.conſ.456.num.8. Bardellon.
conſ.14. Gabr.de tranſact.concluſ.1. num.24.
Manein. alios referens, de Iurament. part.4.
effect 13.num 17. Antonin. var.reſolut.lib.1.
reſolut.61.ſub num.18.Gratian.cap.515.num.
9.Cyriac.controu.239. num.18. & controuer.
240.num.14. & ſeqq. Puteus deciſ.66 lib.6.
Verall.deciſ.230.& 235.num.1.lib.2. Ludo-
uiſ.dec.559.num.6.ibique Add.num.10.verſ.
limitatur tertiò, Card.Milliu.dec.137. nu.13.
Bich.deciſ.670.num 26.
20 Vlteriùs , quemadmodùm etiam , elapſo
tempore conuentionali quatuor menſium,
potuit conueniri emptor ad obtinendum
beneplacitum , & ad implementum conten-
torum in Apoca, iuxta ſingularem Text.in
l.ſi mandato Titij 59.§.Paulus reſpondit, il ſe-
condo , ff.mandati , ibi: Paulus reſpondit die
adiecto mandato, intra quem præſtaturum ſe
Lucius Titius ſcripſit, non eſſe impedimentum,
quò minus poſt eam diem conueniri mandato
Iudicis poſſit; Ita à pari tenetur Aduerſa-
21 rius venditor ad obſeruantiam contractus
venditionis , ſtante ſubſequuto adimplemẽ-
to, etiam elapſo tempore ; cum emptor , &
venditor ſint correlatiui , quorum eadem
eſt Iuris diſpoſitio, neque ad imparia debeat

Google

iudicari, l.1.Cod.de Cupreſſ.lib.11. itaut in
vno diſpoſitum, cenſeatur diſpoſitum in alio
in caſu contrario, l.fin. Cod.de iudic. vidut.
tollend. Ronchegal.in l.eamdem, num.43. ff.de
duob.reis, Cuman.in l.ſi verò, §.de viro, ff ſo-
lut.matrim. Sebaſt.de regul.Iur.par.1.regul.9
num.45. Oſaſch.dec.115.num 10. & dec.140.
num.7. Boer.dec.23. num.7. & in his ſpeciali-
bus terminis, Rouit.d.dec.53.n.14. & ſeq.

22 Vltimò ſublata remanet quęlibet difficul-
tas, quia, ſiquæ mora, vel non implemen-
tum in tempore ſuper impetratione Bene-
placiti conſiderari poſſit, quæ re vera non
adſunt, ex ſupra firmatis, vtique illa cenſen-
tur remiſſa per ſubſequutum tractatum uē-
ditionis, adhuc elapſo tempore, prout aper-
tiſſimè conſtat ex epiſtolis aduerſarij, l.de
lege 6.verſ.poſt diem, ff.de leg.commiſſar.l.2.
ff.eod.Bald.in l.qui crimen, num.15.verſ.item
partes, C.qui accuſ.non poſſ. & in l.ſi vnquā,
verbo reuertatur, n.10. C.de reuocand.donat.
Ruin.conſ.35.n.31.lib.1. & conſ.155.ſub n.5.
lib.5. Aim.conſ.106.n.2. & 3. Rimin.Sen.conſ.
222.nu.13. Becc.conſ.45.n.4. & 5.lib.1. Add.
ad Buratt.dec.54.num.14.lit.C. Surd.dec.317.
Cardin.Caualer.dec.70.num.3. & ſeq.Ludouiſ.
dec.148. num.1. ibique Adden. latè num.3.
Card.Mantic.dec.270.num.14. Rot.in.rec.dec.
109.num.4.par.7. & dec.192.n.19.p 5.

His igitur firmatis, nullo Iure ſubſiſtit
motiuum nouiſſimè excitatum, quòd, cum
verſemur in feudalibus, in quibus prohibita
eſt alienatio ſine Domini aſſenſu, promiſſio
facta á Comite Vbaldino Aduerſario de
vendendo ratam Iuriſdictionis Caſtri, utpo-
tè nulla, ſumere debeat initium poſt aſſen-
23 ſum Papæ à nouo partium conſenſu, quem
idem Comes præſtare non cogitur, ex theo-
rica Abbatis in cap.ſuper eo, num.8.de condit.
apposit.

Siquidem, quantùm hæc partis prætenſio
à Iuris veritate ſit aliena, manifeſtiſſimè de-
monſtrabo, ſi mihi, re altiùs repetita, à ſo-
lidis legum principijs licuerit exordiri.

24 Initio igitur ſtatuo, quòd promiſſio de
vendendo feudum ſub reſeruatione benepla-
citi Principis habet implicitum ſtatum uali-
ditatis, Abb. in cap.3. num.3. verſ.aut actus
non tenet, extra de his, quæ fiunt à Prælat.Dec.
in l.quod ab initio, num.12. verſ.& talis con-
firmatio, ff.de regul.Iur. benè Card.Mantic.de-
ciſ.201.num.7. Rot.in Romana reſidui dotis 8.
Iunij 1654. §.quo verò ad nouum motiuum,
coram Reuerendiſſimo Meltio, & in præciſis
terminis uenditionis feudi ſub conditione
aſſenſus impetrandi, optimè firmant Ardi-
zon.in ſumma feudal.cap.119.circa fin. Bald.
in cap.1.§.hoc quoque, num.18. & ſeq.de feud.
Aluarot.in cap.Imperialem, in princ.num.15.
in fin.de prohib feud.alien. per Federic. Ioan.
Franc. de Ponte conſ.17. num.21.22. & ſeqq.
lib.2. Carleual.de Iudic.tom.2.lib.1.tit 3 diſp.
23. num.23. Qui ſtatus implicitus ualidita-
25 tis operatur, ut, quamuis actus ſit imper-
fectus quò ad exequutionem ante obtentum
beneplacitū, adeòut ab initio naſcatur obli-
gatio, l.neceſſariò 8.in princip.§.quod ſi pen-
dente, ff.de periç.& cōmod.rei vendit. l.cedere
diem 213. ff de verbor.oblig. reputetur nihi-
lominus perfectus quò ad illud, ut ab eo nō
ſit licitum, altero ex contrahentibus inuito,
reſilire; ſed ſit omninò expectandus condi-
tionis euentus, prout notat gloſa, communi
Interpretum conſenſu recepta in titul.Inſtit.
de empt.& vendit.in princip. uerbo contrahi-
tur, & in dict.l.neceſſariò 8. §.quod ſi penden-
te, uerbo perfectum eſſe, ff.de pericul.& com-
mod.rei vendit.& in l.1. uerbo poſt perfectum
Cod.eod.Bald.& Salicet.in l.2.nu.1.C.quand.
lic.ab empt.diſced.Alex.conſ.40.num.2. verſ.
quia licet lib.5. Pariſ.conſ.59.n.4.lib.1. Surd.
conſ.38.num.9. Afflict.in cap.1.num.31.de
Vaſſall. qui contra conſtit.Lothar.& in deciſ.
280.num.3.& ſeq.Gratian cap.514 num.1.2.&
18. Hartman.Piſtor.lib.3.quæſt.Iur.quæſt.14.nu.
17. Cardin.Mantic.de tacit.& ambig conuent.
lib.12.tit.10.num.16. Carleual.de Iudic.tom.2.
lib.1.tit.3.diſp.23.num.23.verſ.valet tamen.

Et in ſpecie alienationis feudi ſub condi-
tione aſſenſus alienati, ſentit Lucas de Penna
in l.nōnulli 13.n.1.circa fin. C.de fund.patrimon.
lib.11. Afflict.in cap.1.in princip.quæſt.21.nu.6.
de prohib.feud per Federic.& in cap.1.nu.31.de
vaſſall.qui contra Conſtit.Lothar. Camerar.in
cap.Imperialem, fol.87.ex lit.M.& fol.27.lit.S.
T.V.& fol.28.lit.A.B.C.& fol 89.lit.R.verſic.
prima concluſio, in quibus locis probatur,
iſtum contractum non poſſe dici omninò
nullum propter ſpem reconualidationis, ſu-
perueniente aſſenſu, Io.Franc. de Ponte conſ.
17.num.20.& ſeqq & num.26. lib.2. & deciſ.6.
num.10. Roſental.de feud.cap.6.memb.1.concluſ.
2.num.11.& memb.2.concluſ.70.per tot. Carle-
ual.de Iudic.d.diſp.23.num.23.verſ.imò eſt pro-
babiliſſimū; Quidquid ſecus ſit aſſerendum,
inſpecta Conſtitutione Regni, quæ incipit Di-
uæ Memoriæ, tribuente facultatem reuocan-
di alienationem feudi ante impetratum aſ-
ſenſum, quam elaboratiſſimis commentarijs,
præ cæteris, illuſtrarunt, Afflict.Anna, &
Freccia.

26 Imò ſuperueniente beneplacito illud re-
trotrahitur ad tempus celebrati contractus,
perindè, ac ſi ab initio fuiſſet purus, Surd.
dict.conſ.38 num.9. Lanar.conſ.17.num.10. Mar-
cian.Sen conſil.36.lib 1. benè Carleual.de Iudic.
tom.2.lib.1.tit.3.diſp.23.num.20.& ſeq & num.
22.& 24 Gratian d cap.514.n.12.& ſeqq Gaeyc.
dec.182.num.16. Afflict.deciſ.335.num.12.

27 Idque ea potiſſimùm ratione, quia bene-
placiti Principis impetratio dicitur condi-
tio mixta, cum pendeat, non á ſola contra-
hentium voluntate, qui illud petunt, ſed ex
facto Principis, qui concedere debet, Molin.
de

dc Hiſpan. primog. lib.2. cap.13. Mierez de
maiorat.part.1. q.50. Carleual.de Indic.tom.
2.lib.1.diſp.23.n.21.& ſeqq.Criuell.dec. Do-
lan.105.nu.21.Rot.in d.Romana reſidui dotis
coram Meltio, §.minus ſubſiſtit quod reſerua-
tio,verſ.quia imò,alijque proximè allegandi.
28 Hinc, vtpotè conditio mixta, quandocũ-
que purificata ſemper ad diem diſpoſitionis
retrotrahitur, l.qui Balneum 9. in princip.
verſ.ampliùs etiam ſub conditione,l.potior 11.
in princip. verſ.videamus an idem, ubi Bart.
Bald.Augel.& Salicet.ff.qui potior.in pigu.ha-
beant. Caſtrenſ.conſ.446.ſub num.1.verſ.ſicut
quando,lib.2.Neguſ.de piguor.in 2.memb.5.p.
ſub num.10.verſ.ſextodecimò amplia,Gratian.
cap.856.num.19.& ſeq.Card.Mantic.de tacit.
lib.11.tit.10.num.26.& latiùs lib.14. tit.46.
num.19.Molin.de Hiſpau.primog.lib.2.cap.13.
Mierez de Maiorat.1.part.quæſt.50.Molin.de
Iuſt.& Iur.tom.1.diſp.27.tom.3.diſput.613.&
614. Sanchez de matrim. lib.1. diſput.33.Cy-
riac.controu.226.num 32.& controu.391.nu.
15. Galgauet.de condit.& demonſtrat.part.1.
cap.2.num.15.& ſeqq.& cap.101.num.1.&
ſeqq.Coſt.de retrotract.cap.2.num.14.Salgad.
in labyr.credit.par.2.cap.21.num.3.& ſeqq.
& num.15.& duob.ſeqq. Carena reſol.39.nu.
10.& ſeq.& reſol.44.num.1. Carleual.dc In-
dic.tom.2.lib.1.tit.3.diſput.23.num.24.verſ.et
tandem recurrendum. Criuell.dict.deciſ.105.
num.22.Ant.Fab.in Cod.lib.1.tit.2.defin.19.
num.2.Rot.Bonon.diuerſ.deciſ.105.num.40.
Rot. in d.Romana reſidui dotis coram Meltio,
§.minus ſubſiſtit,quod reſeruatio,& in his ter-
minis Carleual.dc Iudic.d.tom.2.lib.1.tit.3.
diſput.23.num.22.
29 Contraria uerò concluſio, ut, nempè, aſ-
ſenſus non retrotrahatur, procedit, quoties
agitur de tertij præiudicio, cui ualidè, me-
dio tempore, ius fuit quæſitum ad feudum,
tunc omnis ob extremorũ inhabilitatem im-
peditur retrotractio; & in his terminis ex-
preſsè loquuntur ex aduerſo allegati, Af-
flict.in Conſtit.Regni Diuæ Memoriæ,num.48.
& deciſ.335.num.11.& ſeq.& dec.282.Paris
de Puteo de reintegr.feud.cap.270.num.4.&
ſeq.Frecc.de.ſubfeud.lib.2.in commentar.einſ-
dem Conſtit.Diuæ Memoriæ,num.86.& ſub
tit.dc aſſenſ.lib.2.quæſt.30.per tot. Franc.de
Amic.in repetit.tit.dc ijs,qui in feud.dar.poſſ.
§.17.ſed quia in hypotheca,fol.21.Io:Franc.de
Ponte de poteſt.Proreg.tit.6.§.1.num.22.&
ſeq.Carleual.dc Iudic.tom.2.lib.1.tit.3.diſp.
23.num.18.& 25.Salgad.in labyr.credit.p.2.
cap.21.num.56.Larath.in theatr.feud.par.8.
dilucidat.60.Franch.deciſ.86.num.3.& 4.ibi-
que de Luca in addit.num.2.
30 Ex quibus patet, poſt obtentum benepla-
citum nullatenus potuiſſe Comitem Aduer-
ſarium à promiſſione de uendendo recedere,
ideòque promiſſio de uendendo ſuum ſorti-
ri debet effectum in ipſius preiudicium,Car-
din.Mantic.dict.deciſ.201.num.8.alijque ſu-
periùs allegati num.25. prout in ſimili dici-
31 tur de Eccleſia, quæ nullatenus poteſt rece-
dere à promiſſione uenditionis poſt obten-
tum beneplacitum, quamuis nondum ſit per
Commiſſarios, & Exequutores exequutum,
Abb.in cap.ſuper eo,de condit.appoſit.Gratian.
dict.cap.514.n.9.Add.ad Ludouiſ.dec.410.nu.
8. verſ.in materia verò alienationis, Mareſc.
var.lib.1.cap.14.num.1. Cardin.de Luca de
alien.diſc.1.num.113.Duran.dec.297.nu.12.
Buratt.dec.15.num.6.Rot.in recent.deciſ.336.
num.19.& duob.ſeqq.par.4.tom.2.
Quòd ſecus eſſet aſſerendum ante illius ex-
peditionem,Mareſcott.var.dict.lib.1.cap.14.
num.5.add.ad Ludouiſ.dict.deciſ.410.num.8.
verſ.in materia verò alienationis, Card.de Lu-
ca de alien.diſc.1.num.113.Put.deciſ.343.lib.
1.Card.Mantic.deciſ.201. Rot.in Romana re-
ſciſſionis coram Card. Blanchetto impreſſa pe-
nes Marcheſan.de Commiſſ.tom.2.fol.98.ſub
num.6.& in Nullius de Vaſtalla coram Car-
din. Lancellotto impreſſ.penes eumdem Mar-
cheſan.vbi ſup.fol.100.ſub n.1.
Id tamen eſt intelligendum reſpectu Ec-
cleſiæ; non autem perſonæ cum Eccleſia cõ-
trahentis, cum ſpecialis fauor Eccleſiæ clau-
dicationem contractus inducat, vt, ſcilicet,
ex parte Eccleſiæ tantùm ſit allegabilis,non
autem ex parte alterius contrahentis, qui,
Eccleſia volente, tenetur inuitus ſtare con-
tractui, poſt plures allegatos Add.ad Ludo-
uiſ.dict.dec.410.num.8.verſ.in materia verò
alienationis, Card.de Luca de alienat.diſc.1.
num.110. Card.Mant.dec.201. pluribuſque
congeſtis, Franch.deciſ.35.num.4.& ſeq. vbi
nonnullos receuſet caſus,in quibus eſt locus
claudicationi contractus, & dec.296.
32 His igitur præmiſſis, quæ in ſtricta iuris
cenſura ſunt abſolutiſſima, nullatenus ad-
uerſatur, quòd, adhuc obtento beneplaci-
to, requiratur nouus conſenſus Aduerſarij,
ad quem præſtandum cogi non poteſt, ex
doctrina Abbatis in d.cap.ſuper eo,dc condit.
appoſit. num.8. ibique Zabarell. cæterique
Canoniſtæ. Nam Abbas loquitur in termi-
nis toto Cœlo diuerſis, nempè,de matrimo-
33 nio inter duos contracto, inter quos non
poterat adeſſe, obſtante canonico impedi-
mento, & quærit, an ſi illud fuerit contra-
ctum ſub conditione diſpenſationis, num-
quid,Papa diſpenſante, adſit matrimonium
ſine nouo conſenſu, & benè firmat, nouum
requiri conſenſum ex duplici ratione; Pri-
mò, quia ad hoc, vt actus retro extendatur,
oportet, quòd potuerit intercedere á prin-
cipio; ſed matrimonium non poterat eſſe
à principio tempore contractus, obſtante
impedimento, ergo non poteſt retrotrahi.
34 Secundò ex facto á Iure improbato non

Qqq 2 po-

poteſt naſci aliqua obligatio, *l. cum lex, ff. de*
fideiuſſ. & in contractu conditionali ſola ſpes
35 eſt in obligatione, & propter illam ſpem
contractus retrotrahitur; ſed cum in præſen-
ti nulla fuerit nata obligatio ratione præ-
dicta; ergo opus eſt, vt de nouo matrimo-
nium contrahatur, quod, altero nolente,
non erit matrimonium, vt ſunt præciſa ver-
ba *Abbatis* loco ſuperiùs allegato.

Hinc patet, ideò requiri nouum conſen-
36 ſum in matrimonio poſt obtentam diſpen-
ſationem Pontificis; nam alioquin ſponſalia
nullo Iure ſunt obligatoria, quia, cum illud
inter prohibitos abſque Apoſtolica diſpen-
ſatione conſiſtere non valeat; Meritò con-
tractus, licèt ſub ſpe futuræ diſpenſationis,
fuit ab initio nullus omninó, & illicitus, lege
reſiſtente, neque vllum prorſus habebat im-
plicitum ſtatum validitatis, atque adeò, ſu-
perueniente diſpenſatione, nouus require-
batur conſenſus ad ſubſtantiandum matri-
monium, quod anteà nullatenus poterat di-
ci contractú, prout optimè firmant *Innoc. in*
cap. ſuper eo, de condit. appoſit. in princ. Cardin.
ibid. n. 2. aſſignans rationē, nempè, quòd euē-
tus diſpenſationis non debeat operari, vt
liceat contrahere ſuper illicito, ubi eſt ma-
trimonium inter coniunctos, & ita dicit ſe
conſuluiſſe, & eſt *conſ. 57.* ubi dicit, quód ſpō-
ſalia ſint contracta ſub conditione impoſſi-
bili, cum diſpenſatio per ſolum Pontificem
fieri poſſit, *Io. Andr. in* uerbo *aſſenſum*, *Abb.*
n. 8. Ancbar. num. 7. Præpoſit. n. 5. Boich. *in cap.*
fin. num. 2. de condit. appoſit. Roſell. in verbo
matrimonium 5. quæſt. vltim. Aſten. in ſumma
tit. de mod. cōtrah. ſponſal. Cuceh. Inſtit. maior.
lib 5. tit. 11. de Sacram. Matrimon. num. 56.
Villalob. in verbo matrimonium, num 40. &
ſeq. Aretin. conſ. 142. nu. 1. & trib. ſeqq. Surd.
conſ. 464. num. 44. verſ. octauò comprobatur,
Tell. Fernand. ad l. 22. Taur. nu. 17. Matthienſ.
recompilat. tit. 6 lib. 6 gloſ. 5. num. 2. Gratian.
cap. 514. num. 4. 10. & 12. Cardin. de Luca de
matrimon. diſc. 7. num. 4.

Et ex Theologis, omiſſis alijs, *Victoria*
ſumm. de matrim. nu. 258. Sot. ſuper 4. diſtinct.
29. quæſt. 2 art. 1. Ledeſma, 2. quartę quæſt. 45.
art. 1. col. 3. Vera Crux 1. part. Specul. art. 19.
verſ. quòd ſi quæris, Sanchez de matrim. lib.
5. diſput. 5. in fin. Henriq. lib. 12. de matrimon.
cap. 10. num. 4. Viuald. in Candelabr. part. 1. n.
55.

Et hanc ſententiam perpetuò amplexa eſt
Rota, præcipuè coram *Ludouiſ. decis. 410. nu.*
5. optimè aduertens, quòd poſt obtemptam
diſpenſationem nouus requiratur cōſenſus,
cum ab initio præſtitus nullam prorſus ha-
buerit Iuris ſubſiſtentiam, & diſpenſatio nō
habeat ratum quod geſtum eſt, ſed tantùm
contrahendi licentiam impartiatur; itaut
dum Ordinarius diſpenſat uigore licentiæ
Apoſtolicæ, matrimonium dicatur ua-
lere non ex tunc, ſed ex nunc; itaut ſi ſpon-
ſi nolint conſentire, uel de nouo contrahere,
liberi remaneant, ibiq; *Add. n. 10. Card. Sera-*
phin. dec. 838. n. 12. & ſeq. & dec. 1156. n. 5.
Rot. diuerſ. deciſ. 731. num. 5 part. 4. rectè ad-
uertens, quòd in matrimonio adſit ſpecialis
37 ratio, quia abſolutè non dependet à con-
trahentium uoluntate, & quòd doctrina
Abbatis fundetur in nullitate matrimonij,
affirmat ex aduerſo allegatus *Card. Seraph.*
d. deciſ. 838 num. 13. & egregiè, ac latè *Rot.*
hanc ſententiam comprobat, reiectis contra-
rijs, in celebri *Hyſpalen. ſponſalium, dec. 503.*
num. 1. & ſeqq. part 5. recent. tom. 2. & deciſ.
107. num. 1. & ſeqq. part. 8. quæ in hoc arti-
culo ſunt magiſtrales.

Quidquid in contrarium non rectè ſen-
ſerint, *Nauarr. lib. 4. tit. de ſponſal. conſil. 25.*
num. 2 verſ. tertius caſus, in prima edit. quod
eſt in ſecunda editione, *conſ 5. num 3. de*
conſanguinit. Dec. in l. ea quæ ratione 14 ff. de
reg. Iur. Couarr. in Epit. de ſponſal. 2. part. cap.
3. num. 8 Boer. dec. 263. num 26. Clar. recept.
ſentent. lib. 5. uerbo *inceſtus, verſ. ſed quid*,
& ex Theologis, *Ledeſma de Matrim. qu. 47.*
art. 5. dub. 2. concluſ. 3. Ludouic. Lopez. *ſecund.*
part. inſtruc. Sacerdot. c. 42. de Matrim. Adrian.
VI. in 4. ſentent. de Sacram. Matrim. quæſt 3.
dub. 10. Filian. in ſumm. parua, de Offic. Sacer-
dot. cap. de ſponſal. aliique relegendi penes
Sanchez de matrim. lib. 5. diſput. 5. cum
illorum ſententia, ex ſupra latè firmatis
nullo Iure ſubſiſtat; illamque eſſe omninò
erroneam aduertunt Auctores proximè al-
legati, & cōprobant Iura *in l. inter ſtipulan-*
tem 82. §. Sacram, ff. de verbor. obligat. vbi ſi
res á commercio eximatur, ſuper ea obliga-
tio non contrahitur, & contracta extingui-
tur, nec reuiuiſcit, impedimento ceſſante,
& melior *text. in l. continuus 137. §. cum quis*
ff. eod. tit. ibi: *Cum quis, ſub hac conditione*
ſtipulatus fuerit; ſi rem ſacram, aut Religio-
ſam Titius vendiderit, vel forum, aut Baſi-
licam, & huiuſmodi res, quæ publicis vſi-
bus in perpetuùm, relicta ſint, vbi omninò
conditio impleri non poteſt, & ſi velit facere,
ei non, liceat nullius momenti ſit ſtipulatio,
perindè, ac ſi ea conditio, quæ natura impoſ-
ſibilis eſt, incerta ſit, Nec ad rem pertineret,
quòd ius mutari poſſit, & id, quod nunc im-
poſſibile eſt, poſteà ſit poſſibile fieri; non enim
ſecundum futuri temporis ius, ſed ſecundùm
præſentis, æſtimari debet ſtipulatio; ibique
gloſ. ſingularis, verbo *natura*, optimè
aduertit, quòd non interſit, ſiue de natura,
ſiue de Iure impoſſibilitas ſit.

38 In præſenti verò facti ſpecie (rede-
undo, vnde ſermo diſceſſit) cum pro-
miſſio de vendendo ratam Iuriſdictionis, re-
ſeruato Apoſtolico Beneplacito, habuerit
ex

ex ſupra firmatis implicitum ſtatum validitatis, quinimò, ex infra dicendis, neque etiam indigeret aſſenſu, cum non pareat, niſi ſimplicem actionem perſonalem ad implementum, neque aliquo modo tangat feudum, ſuperueniente demum Beneplacito, nullatenus requiritur nouus contrahentium conſenſus; quandocumque enim fuit adimpleta conditio, perinde eſt, ac ſi contractus ab initio fuiſſet geſtus, vt in his terminis, benè *Gratian. d. cap.* 514. *num.* 12. atque adeò fieri debet retrotractio ad initium promiſſionis, ex ſupra latè firmatis.

39 Minus etiã aduerſantur firmata in *d. deciſione Card. Seraphin.* 838. imò potiùs mirificè retorquentur, rogando aduerti, quòd caſus prædictæ *deciſionis*, de quo in *deciſion. eiuſdem Card. Seraphin.* 805. erat ſubſeqnens. Ioannes Petrus del Drago, in quadam concordia promiſerat Petro Antonio de Brancaleonibus Caſtrum Viuarij alteri non vendere, niſi ipſi Petro Antonio pro pretio æſtimando; Cumque Ioannes Antonius hæres Ioannis Petri promiſſoris tentauerit illud vendere, vel vendiderit Tiberio Ceulo ſub conditione, *Saluo Beneplacito Santiſſimi, & non aliàs, aliter, vel alio modo*; Inſurrexit ante expeditionem Beneplaciti Petrus Antonius de Brancaleonibus, cui erat facta promiſſio de non vendendo alteri, quàm ipſi, & ſupponens, fuiſſe commiſſam ſtipulationem ex venditione alteri facta, fuit diſputatum in *Rota*, An Ioannes Antonius hæres Ioannis Petri promiſſoris teneatur facere Inſtrumentum venditionis, & *Rota* benè reſpondit, non teneri, quia, cum venditio Caſtri facta Ceulo fuerit ſub reſeruatione Beneplaciti, illudque non fuerit expeditum, non poteſt dici facta venditio, niſi purificata conditione eiuſdem expeditionis, vt firmatur in eadem *deciſ. nu.* 3. *& ſeq.* Ideòque, tum ex quo defecit cõditio expeditionis Beneplaciti, accedente præcipuè clauſula, *& non aliàs*, appoſitâ in reſeruatione, quæ adimit conſenſum ab actu, ex uulgatis; Tũ etiã, quia ab initio contractus non valuit abſq; aſſenſu, ideò ſemper liberum fuit contrahẽtibus ab eo diſcedere, etiam altero ex ipſis contradicente, & in eadem *dec. nu.* 12. *& ſeq.* affertur ſimile de his, qui prohibiti matrimonium contrahere, illud contraxerunt, quia nihilominus opus eſt nouo conſenſu ex *Abb. d. cap. ſuper eo de condit. appoſit.* quia ab initio contractus fuit illicitus, & nulla potuit oriri obligatio.

Hinc patet, quòd toto Cœlo caſus prędictæ deciſionis diſcrepet à præſenti, de quo agitur, ex pluribus; Tum, quia Beneplacitum ibi non erat expeditum, vnde meritò ante illius expeditionem poterant partes à contractu recedere.

Tum, quia agebatur contra promiſſorem de vendendo ſub prætextu, quòd fuerit cõmiſſa ſtipulatio, eò quia vendiderit Ceulo, & benè excipiebat Venditor, venditionem non poſſe dici factam ſtante expeditione Beneplaciti non ſequuta, cuius reſeruatio reperiebatur facta cum clauſula reſolutiua, *& non aliàs*, vnde venditio dicebatur nulla, non ſequuto aſſenſu, & propterea poterat venditor à contractu recedere; Ideóque rectè ſibi locum vindicabat ſimile de Doctrina *Abbatis in d. cap. ſuper eo*, ſtante nullitate venditionis Caſtri factæ ſine Principis aſſenſu, ſuper qua nullitate matrimonij fundatur potiſſimùm *Abbas*.

Vnde, cum in præſentia Beneplacitum iam reperiatur expeditum, & promiſſio de vendendo, reſeruato aſſenſu, fuerit omninò valida, habueritque implicitum ſtatum ualiditatis, ſatis apertè dignoſcitur, *deciſionem* prædictam *Card. Seraphini* nullatenus eſſe applicabilem, imò potiùs retorqueri poſſe.

Prædictis igitur firmatis, nulla prorſus eſt habenda ratio de aſſenſu nouiſſimè obtento ab eodem Comite Vbaldino Aduerſario ſuper venditione eiuſdem ratæ Iuriſdictionis Caſtri Thomæ Pizzotto, cum fuerit omninò ſubreptitius ob non factam expreſſionem Pontifici de promiſſione de vendendo ratam dictæ Iuriſdictionis accedente Apoſtolico Beneplacito, qua idem Comes Vbaldinus reperiebatur adſtrictus fauore Comitis Corbuli noſtri principalis.

40 Præmiſſa namque receptiſſima Iuris concluſione, quòd promiſſio de uendendo feudum, cum non pariat, niſi ſimplicem actionem perſonalem ad adimplendum, neque aliquo modo tangat feudum, eiuſque ſubſtantiam, neque ſuper illo Ius aliquod reale conſtituat, nullatenus indigeat Principis aſſenſu, prout ex *Afflict. in Conſtitut. Regni Diuæ memoriæ in* 5. *notabili quæſt.* 11. *& notabil.* 9. *in* 6. *quæſt.* Et omiſſis innumeris, qui poſſent allegari, optimè firmant, pluribus Iuribus expenſis, ſimilibuſque adductis *Io. Franc. à Ponte conſ.* 85. & latiùs *conſ.* 86. *nu.* 19. *& ſeqq. per tot. lib.* 1. *Vrſill. ad Afflict. deciſ.* 240. *n.* 18. *Capye. Latr. conſult.* 11. *n.* 11. *verſ. & potiſſimùm ratione*, vbi poſt plures allegatos, quòd ex promiſſione de vendendo non lędatur feudum, ſed tantùm oriatur actio perſonalis ad intereſſe, *Schrader. de feud. p.* 9. *cap.* 1. *n.* 25. *lib.* 1. alijq; adducti per *Biloct. conel. feud.* 43. licèt ipſe non rectè contrarium ſentiat, & in ſpecie comprobat ſingulare, & optimum reſponsũ *Papinian. in l. multùm intereſt* 34. *ff. de verbor. obligat* in quo reperitur ſancitum, rei cuius eſt prohibitũ cõmerciũ, non valere ſtipulationẽ ualere tamen promiſſionem, ibi: *Multum intereſt*

vtrum

vtrum ego ſtipuler rem, cuius commercium habere nō poſſum, an quis promittat. ſi ſtipuler rem cuius commercium non habeo; inutilem eſſe ſtipulationem placet, ſi quis promittat, cuius commercium nou habet, ipſi nocere, non mihi, ibique gloſ. verbo nocere expiicat, nam intereſſe praſtabit.

Quidquid in contrarium non rectè ſenſerint Loffred. conſ. 52. Minad. conſ. 29. Fab. de Anna conſ. 75. num. 18. & 20. Galeot. contron. 28. num. 19. lib. 1. Frece. de ſubfeud. in 7. limit. ad conſtit. Diuæ memoriæ, n. 28. Franch. deciſ. 48. num. 1. Salernit. deciſ. 47. & licèt ſubdubius de Marin. ad Reuert. dec. 133. nu. 2. vbi, quòd utraque opinio habeat bonas rationes; Ideóque, his ſtantibus, indubitanter reſoluendum, aſſenſum ſuper uenditione Iuriſdictionis ſecundo loco obtentum à Comite Vbaldino fuiſſe nullum, nedum, utpotè ſubreptitium; ſed etiam uti obreptitium, ex infra firmandis.

41 Siquidem, cum ex præcedenti promiſſione de uendendo ratam Iuriſdictionis fuerit quæſita actio perſonalis Comiti Corbulo aduersùs Comitem Vbaldinum promiſſorē pro adimplemento, l. ſi ſterilis, § ſi tibi fundum, verſ. ſed ſi tibi fundum, ff. de action. empt. l. qui fundnm, ff. de contrah. empt. Angel. conſ. 284. num. 3. verſ. & illa verba, Iaſ. in l. bonæ fidei, nu. 3. verſ. vtilitas iſtius regulæ, ff. de eo, quòd certo loco, & conſ. 117. num. 1. lib. 1. Roland. conſ. 69. num. 19. Surd. conſ. 52. num. 21. Gratian. cap. 887. num. 32. & ſeq. Capye. Latr. conſult. 11. num. 11. lib. 1. vtique aſſenſus ſuper venditione à Pontifice obtentus, nullatenus expreſſa dicta præcedenti promiſſione, & obligatione de vendendo, eſt nullus, tamquám ſubreptitius; ad hoc enim, vt aſſenſus talis dici non debeat, exprimenda
42 ſunt ea, quę aut Principem ab aſſenſu retraherent, aut ſaltem difficiliorem redderent ad concedendum, cap. poſtulaſti, cap. ſuper literis extrà de reſcriptis, vbi ſignanter Abbas, & Felin. cæterique Canoniſtæ, idē Abb. in cap. ad aures. n. 3. & 4. extra eod. & in terminis aſſenſus, tradunt de Ponte conſ. 57. nu. 32. & ſeq. & num. 61. lib. 2. vbi ampliat etiā ſi id, quod exprimi debebat facta expreſſione, Princeps verè conceſſiſſet, Loffred. conſ. 47. num. 3. Rouit. conſ. 18. num. 13. & ſeq. lib. 2. rectè aſſerens, quòd quidquid eſt omiſſum in precibus, cenſeatur etiam omiſſum in aſſenſu, Camill. de Medic. conſ. 100. nu. 15. & ſeq. Lanar. conſ. 15. num. 16. Afflict. in dict. conſtit. Diuæ memoriæ, num. 61. & ſequ. & deciſ. 398. num. 5. Camerar. in cap. Imperialem fol. 56. col. 3. & 4. latè Frecc. de ſubfeud. lib. 2. author. 1. quæſt. 15. Montan. contr. 49. nu. 18. propè fin. verſ. quia exprimenda eſt, & de Regal. fol. 337. num. 13. verſ. ſunt exprimenda, Salgad. in Labyr. creditor. part. 1. cap. 37. num. 3. & ſeqq. & num. 12. Mierez de Maiorat. part. 1. quæſt. 3. num. 3. et ſeqq. Pax de Tenut. cap. 40. num. 22. Auendan. de cenſ. cap. 62. num. 21. & ſeqq. Carleual. de Iudic. tom. 2. tit. 3. diſp. 23. num. 9. & ſeq. Marcell. de Mauro alleg. 28. num. 7. in fin Nouar. quæſt. For. lib. 2. quæſt. 7. per tot. Roſa conſult. 59. num. 52. & ſeq. Hodiern. contr. 43. num. 56. & ſeq. Oſaſch. deciſ. Pedemont. 166. num. 2.

Aſſenſus enim regulatur à ſupplicatione petentis, l. ſi defenſor, §. qui interrogatus, ff. de interrogat. action. Capyc. Latr. conſult. 82. n. 3. & ſeqq. Roſa conſult. 59. num. 53. & Princeps ſuper petitis adhibuit cauſæ cognitionem in concedendo aſſenſū, ſuper alio non cogitauit, potuit ſibi unum eſſe gratū, aliud non; ita Frecc. de ſubfeud. quæſt. 11. num. 9. & quæſt. 38. num. 8. vbi, quòd cortex verborum in aſſenſu debeat ſpectari, Rouit. d. conſ. 18. num. 13. lib. 2.

Hinc eſt, vt, cum in aſſenſu obtento à Comite Vbaldino nullatenus fuerit expreſſa promiſſio de vendendo ad fauorem Comitis Corbuli noſtri principalis, qua expreſſa, vel Princeps non conceſſiſſet aſſenſum, vel ſaltem cum maiori difficultate. Meritó aſſenſus dici debet nullus ipſo Iure, vtpotè ſubreptitius, Iſern. in cap. Imperialem in princ. vbi Afflict. de probibit. feud. alien. per Feder. Gallup. in method. feud. to. 1. p. 1. c. 1. n. 8. Theodor. alleg. 31. nu. 3. vbi, quòd
43 quælibet ſubreptio eſt apta ad vitiandum aſſenſum, vt enim rectè inquit Frecc. de ſubfeud. quæſt. 26. lib. 2. in fin. aſſenſus eſt diſpen-
44 ſatio, quæ à Vento ex leui fronde conteritur, & proſternitur.

45 Præcipuè quia, cum aſſenſus ſit gratia, vt inquit Iſer. & Afflict. in conſtit. Regn. ſi quis poſt litem, nu. 11. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 20. n. 8. Anna allegat. 39. n. 1. & 7. Lanar. conſ. 15. nu. 16. lib. 1. de Angel. ad Gizzarell. dec. 2. n. 4. Afflict. dec. 398. nu. 5. Franch. deciſ. 695. nu. 3. proinde ſine tertij præiudicio intelligi debet conceſſus, l. 2. § meritò, & §. ſi quis à Principe, ff. ne quid in loc. public. Frecc. de ſubfeud. lib. 2. q. 4. n. 10. & q. 22. n. 3. à Ponte de poteſt. Proreg. tit. 8. de refut. feudor. §. 10. nu. 5. Capiblanc. Pragm. 11. de Baron. cap. 73. n. 16. Staiban. Iun. reſol. 1. nu. 75.
46 lib. 1. prout ex hac eadem ratione excluditur retrotractio in præiudicium tertij, cui priùs fuerat Ius quæſitum, Iſern. in cap. Imperialem in fin. princ. de probib. feud. alien. per Feder. à Ponte, conſ. 25. num. 9. lib. 2. & de poteſt. Proregis tit 6. §. 1. num. 23. Lanar. conſ. 73. nu 16. Rouit. in pragm. 1. de fid. memorial. num. 18. Salgad. in Labyr. credit. par. 2. cap. 20 num. 33. Afflict. deciſ. 286. alijque ſupra allegati num. 29.

47 Vlteriùs, quemadmodùm aſſenſus, lite pendente, impetratus, eaque Principi non

narra.

Digitized by Google

narrata eſt ſubreptitius, *Bald. in l. 2. in fin. C.*
vt lit. penden. & in l. 3. in fin. Cod. de relat. vbi,
quòd debeat, etiam fieri mentio de litis cō-
teſtatione, & quòd, quando adeſt ſententia,
debeat etiam de ea expreſsa fieri mentio, a-
liàs aſsenſus ſubreptio inducitur, *Lanar. in*
cap. 1. de Vaſſall. decrep. ætat. à num. 30. vſque
ad 35. Brun. conſ. 87. poſt num. 13. lib. 1. Felin.
conſ. 162. ſub num. 16. verſ. propterea, de Pon-
te conſ. 136. nu. 164. Grammat. *conſ. ciuil. 162.*
num. 2. & ſeq. vbi aſſerit, nedum neceſſariā
eſſe litis mentionem, ſed etiam ſtatum litis
per *gloſ. in cap. pendentiam, §. ſexta nobis,*
verſ. iuxta cauſam, ubi *Abb. de offic. delegat.*
Capan. de Iur. Adohæ. qu. 41. à num. 9. vſq. ad
43. Montan. *controu. 89. num. 18.* Theodor. *al-*
legat. 3. num. 10. & ſeq. Galeot. *reſponſ. fiſcal.*
12. num. 380. & ſeqq. Tappia dec. 12. nu. 17.
Marcian. Iun. diſput. 42. num. 9. & ſeqq. lib. 1.
idque ea potiſſimùm ratione, quia impetra-
re, lite pendente, innouare dicitur, iuxta
monitum *gloſ. 3. in clement. 2. vt lit. pendent.*
Ancharan. conſ. 13.
48 Quidquid in contrarium dixerint per te-
xtum *in cap. dudum* il primo, *de elect.* ibique
Io. Andr. Ant. de Butr. in cap. ſignificante, ibi-
que *Abb. de appellat. Pariſ. conſ. 30. num. 41.*
lib. 4. de Pont. conſ. 32. num. 16. lib. 2. Io. de A-
mic. conſ. 150. num. 9. Lanar. conſ. 17. per tot.
Capyc. referens deciſum in *Inueſtit.* uerbo,
feudorum exequutiones, verſ. quid ſi actum ſit,
& deciſ. 51. Capyc. Latr. deciſ. 43. num. 16. lib. 1
quorum ſentētia poſset fortaſsè procedere,
quando inſtrumentum fuiſset confectum
ante litem, licèt aſſenſus impetratus, lite pē-
dente, in quibus terminis loquitur *Capyc.*
ubi proximè, & deciſio ab eo allata, & re-
ctè diſtinguendo declarat, ſatisfaciendo
omnibus contrarijs, *Galeot. d. reſponſ. fiſcal.*
12. num. 380. & 386. Tapp. d. dec. 12. num. 17.
Marcian. Iun. d. diſp. 42. num. 9. verſ. & quam-
uis, & verſ. nihilominus, ubi, quòd ita ſit in-
telligenda *d. deciſ. Capyc. Latr. 43. num. 16.* &
ita etiam declarat idemmet *de Ponte conſil.*
136. num. 163. & 164. lib. 2. ubi, quòd aliud
ſit aſſerendum, quando, tàm contractus,
quàm aſsenſus fuerunt in eſse deducti poſt
motam litem.

Ita pari modo dicendum in præſentia,
quòd, ſtante prædicta obligatione de uen-
dendo Principi non expreſsa in aſsenſu, ex
qua ſaltem actio perſonalis competebat, di-
catur ex prædictis aſsenſus ſubreptitius; ſi
enim Pontifici fuiſset expreſsum, Comitem
Aduerſarium nexu prædictę obligationis de
uendendo reperiri adſtrictum; utique non
conceſſiſset aſsenſum, cum non ſit præſu-
mendum, uoluiſse Principem ad ſubuerten-
49 dum pacta inter contrahentes inita, uti
abſoluta poteſtate, vt benè in his terminis
aduertit *Salgad. in Labyr. credit. part prima*
cap. 28. num. 14. & ſeqq. & num. 50. & 55.
cum Deus Principi omnia ſubiecerit prę-
50 ter contractus, qui propter conſenſum
ſunt de Iure naturali, quem Princeps ſup-
plere nequit, *Iaſ. in l. 1. num. 4. ff. de pact. Bald.*
in cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. & conſ. 227.
& 223. lib. 2. & conſ. 401. num. 2. lib. 4. Caſtr.
conſ. 317. lib. 1. Surd. conſ. 419. lib. 3. Valenz.
conſ. 2. num. 7. 63. & ſeq. Burgoſ. de Pax. conſ.
25. num. 51. & ſeqq. Ramon. conſ. 24. numer.
73. 81. 108. & 110. latè *Mathiens. in leg. 3.*
gloſ. 2. ſub. num. 5. tit. 10. lib. 5. recompilat. Co-
uarr. lib. 3. var. cap. 6. num. 7. verſ. quinta ra-
tio, Petra de poteſt. Princip. dubitat. ſiue q. 2.
princip. fol. 509. num. 57. 84. 88. 89. & 91. Af-
flict. dec. 391. num 1. Seſſe dec. Aragon. 79. nu.
42. alijſque pluribus allegatis, *Salgad. in La-*
byr. credit. dict. part. 1. cap. 28. numer. 14. &
ſeqq.
51 Et in ſpecie, quòd aſſenſus dicatur ſub-
reptitius ob non factam expreſſionem pacti
de non alienando; quod virtualiter inclu-
ditur ſub promiſſione de alteri non venden-
do, idemque ferè importat, egregiè, & latè
firmat *Salgad. in Labyr. credit. d. part. 1. cap.*
28. num. 22. & ſeqq. ſignanter *nu. 54. & ſeqq.*
qui pluribus allegatis apud eumdem rele-
gendis ſatisfacit omnibus obiectis fruſtra
in præſentia tranſcribendis, *Hermoſill. in l.*
43. tit. 5. part. 5. gloſ. 5. num. 7. tom. 2. fol. 207.
à tergo.

Fortiùs hæc omnia militant, quia aſſen-
ſus vltimo loco impetratus à Comite Vbal-
dino Aduerſario, nedum eſt ſubreptitius ob
taciturnitatem, & expreſſionem non factam
de præcedenti promiſſione de vendendo;
ſed vlteriùs laborat ineuitabili vitio obre-
ptionis ob expreſſionem falſi; In memoria-
li enim porrecto Pontifici exponitur, ven-
ditionem ratæ Iuriſdictionis ad fauorem
Comitis Corbuli noſtri principalis non
fuiſſe ſequutam ex culpa eiuſdem Comitis
Corbuli, quod, cum omninò fuerit falſum,
fortiùs ob expreſſionem falſi vitiatur aſſen-
52 ſus, *cap. ſupra literis,* vbi *Canoniſtæ de reſ-*
cript. Soccin. conſ. 104. num. 2. lib. 2. Crauett.
conſ. 68. num. 2. de Ponte conſ. 136. num. 48.
& ſeq. lib. 2. Amat. conſ. 17. num. 17. & ſequ.
Hodierna contr. 43. num. 58. Menoch de arbitr.
Iudic. caſ. 308. num. 2. 16. & ſeqq. Capyc. dec.
32. num. 14. Omnia enim, quæ Principi nar-
53 rantur, dum ſupplicatur pro aſſenſu, de-
bent inniti veritati, aliàs aſſenſus ipſo Iure
córruit ex uitio obreptionis, *l. præſcriptione,*
C. ſi contra Ius, vel vtilit. public. cum aſſen-
54 ſus intelligatur conceſſus ſub tacita con-
ditione, ſi preces ueritati nitantur, *cap. 2.*
de reſcript. Frecc. de ſubfeud. q. 26. lib. 2.

Accedente potiſſimùm clauſula in aſſen-
ſibus apponi ſolita, *Veris exiſtentibus nar-*
55 *ratis,* quæ conditionem inducit, & ita
demum

demum aſsenſum ualidum reddit, ſi ueritas facti ita ſe habeat, ſicut in precibus exponitur, prout benè ponderat *Theodor. alleg. 86. numer. 8. Roſa conſultat. 59. num. 54.*

ARGVMENTVM.

Renouationem emphyteuſis Eccleſiaſticæ potiùs eſſe concedendam Patruo vltimi emphytheutæ, quàm Matri, latè oſtenditur; Reprobato *Romano*, eiuſque aſſeclis.

Ius petendi renouationem emphytheuſis eſt regulandum ab ea qualitate, quæ ſuccedendi facultatem præſtat; ideòque agnatus eſt præferendus omnibus alijs cognatis prædicta agnatitia qualitate deſtitutis.

Ius petendi renouationem, etiam in emphyteuſi pactionata, non eſſe hæreditarium, ſed ſolùm qualitatem ſanguinis, & proximitatis eſſe attendendam, nulla habita ratione qualitatis hæreditariæ, pluribus comprobatur.

Ius petendæ renouationis eſt regulãdum iuxta ordinem ſucceſſionis ab inteſtato ſecundùm ſubiectam materiam, ut, ſcilicet, ſit habenda ratio inteſtatæ ſucceſſionis inter illos de eodem ſanguine, ac genere primi acquirentis, nullatenus verò eſt admittendus, qui eſt de ſanguine prorſus extraneo, & extra genus vocatum, & ob accidentalem coniunctionem cum vltimo moriente, contendit excludere illos de ſanguine, ſeu genere vocato.

SVMMARIVM.

1 *Renouatio emphytheuſis Eccleſiaſticæ eſt facienda agnatis ab Eccleſia Domina directa, quoties non vult, vel ex conſuetudine non poteſt pro ſe retinere, non ex ſtricta legis cenſura, quæ potiùs reſiſtit, &* num. 48.

2 *Sed ex quadam æquitate legis comprobata à* Bartolo.

3 *Renouatio nullo Iure eſt debita Matri vltimi emphytheutæ, quæ non eſt agnata, ſed potiùs Patruo, vtpotè agnationis vinculo coniuncto, tàm cum vltimo emphytheuta, quàm cum primo acquirente.*

4 *Ius petendi renouationem eſt regulandum ab ea qualitate, quæ præſtare vales ſuccedendi poteſtatem, &* num. 29.

5 *Ideòque agnatus renouationem petens eſt præferendus omnibus alijs cognatis.*

6 *Aequitatiua neceſſitas renouandi adducta per* Romanum, *alioſque aſſeclas fauore Matris, potiſſimùm innititur antecedenti Dominio bonorũ penes anteceſſores exiſtenti.*

7 *Ratio prędicta potius congruit Patruo agnato, cuius frater primus acquirens bona emphytheotica poſſedit, quàm Matri vltimi emphytheutæ in pupillari ætate decedentis, quæ reſpectu primi acquirentis dici debet penitus extranea.*

8 *Renouatio ob lineam finitam præfefert quamdam prorogationem, ſeu fictam continuationem primæ Inueſtituræ; perindè, ac ſi illa non terminaſſet.*

9 *Renouatio dicitur ficta ſucceſſio.*

10 *Reprobatur ſententia* Romani conſ. 22. num. 5. & ſeqq. *fauorabilis matri contra Patruum in obtinenda renouatione,* & num. ſeqq.

11 *Ius petendi renouationem, etiam in emphytheuſi pactionata, eſt merè hæreditarium, iuxta opinionem* Romani.

12 *Contrarium verius oſtenditur in opinione* Roccæ *ſentientis, vt in emphytheuſi pacti, & prouidentiæ, ad effectum obtinendæ renouationis, ſola qualitas ſanguinis, & proximitatis attendi debeat, nulla habita ratione qualitatis hæreditariæ.*

Emphytheuſis conceſſa pro filijs, & nepotibus; omiſſa mentione hæredum dicitur pactionata.

13 *Expenditur* Aldobrandin. conſ. 21. lib. 1. *procedens cum eodem falſo ſuppoſito* Romani, *quòd in emphytheuſi pactionata Ius perſonale petendi renouationem ſit merè hæreditarium, contrarium aſſerens, quando non eſſet hæreditarium.*

14 *Sola ſanguinis proximitas regulanda ex perſona vltimi deficientis; non autem primi acquirentis, inſpici debet in ſucceſſione feudorum, iuxta aliquorum ſententiam, &* num. ſeqq.

15 *Proximitas debet eſſe de genere, & progenie vtriuſque extremi; ideòque petens renouationem debet eſſe de vtroque ſanguine, & progenie, tàm vltimi deficientis, quàm primi acquirentis.*

16 *In renouatione ſpectanda eſt proximitas, quæ ſit de ſanguine, tàm acquirentis, quàm morientis.*

17 *Verbum*, progenies, *conuenit deſcendentibus ab eodem ſtipite.*

18 *Expenduntur Iura per* Romanum *allegata, illaque non aduerſari oſtenditur, &* num. ſeqq.

19 *Iura in* l. peto, §. fratre, ff. de legat. 2. & in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Trebellian. *diſponentia, vt vocatis illis de familia, ſeu de ſanguine, veniant ſolùm proximiores, quomodò intelligi debeant.*

20 *Ad fideicommiſſum relictum familiæ poſt expreſsè à Teſtatore vocatos, admittendi ſunt illi, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo Teſtator deceſſit.*

21 *Proximior agnatus poteſt reuocare alienationem feudi factam in remotiorem agnatum.*

22 *Proximiorum appellatione, vel illorum de ſanguine, in feudalibus non veniunt; niſi illi, qui ſint etiam de ſanguine, & parentela primi acquirentis.*

23 *Mater in materia ſucceſſionis feudi reputatur extranea.*

24 *Proximitas in ſucceſſione emphyteuſis, eiuſdem-*

demque renouatione, metienda eſt ab ipſo primo acquirente.

25 Ius petendę renouationis eſt regulandum iuxta ordinem ſucceſſionis ab inteſtato.

26 Intellige, vt, ſcilicet, ſit habenda ratio inteſtatę ſucceſſionis inter illos de eodem ſanguine, ſeu genere primi acquirentis.

27 Secus aſſerendum, quando is, qui eſt de ſanguine prorſus extraneo, & extra genus vocatum ob accidentalem coniunctionem cum vltimo moriente, contendit excludere illos de ſanguine, ſeu genere vocato.

28 Agnationis, & cognationis qualibet differentia, Iure nouiſſimo inſpecto, fuit penitus ſublata.

Intellige vt num. 31.

29 Renouatio non eſt regulanda à Iure ſuccedendi de Iure communi, ſed à qualitate, quæ præſtitit facultatem ſuccedendi in emphyteuſi, & latiùs num. 4.

30 In emphyteuſi hæreditaria, quemadmodùm renouatio eſt facienda hæredibus, quamuis extraneis.

Ita etiam ſunt renouandi agnati; quando emphyteuſis eſt agnatitia, & pactionata.

31 Inſpectio ſublatæ differentiæ agnationis, & cognationis poteſt conſiderari, quando omnes contendentes prælationem in renouatione eſſent de eodem genere; ſeu ſanguine vocato.

32 Secus, quando ſunt de ſanguine omninò extraneo, vtpotè mater.

33 In agnato, quoties vltra qualitatem agnatitiam, concurrit etiam hæreditaria vigore ſubſtitutionis pupillaris, eò libentiùs eſt concedenda prælatio in renouatione.

34 De ſtatuto Rauennæ excludente fœminas propter agnatos vſque ad decimum gradum, nullis exiſtentibus deſcendentibus, neque aſcendentibus maſculis, præſeruata ſolùmmodò matri legitima.

35 Stante prædicto ſtatuto, Patruus vltimi defuncti dicitur proximior Matre.

36 Emphytheuſis, etiam Eccleſiaſtica eſt regulanda à ſtatutis laicalibus, non quidem vigore ſtatuti, ſed præſumptæ voluntatis contrahentium.

37 Tàm ſi emphyteuſis ſit hæreditaria, quàm ex pacto, & prouidentia, reprobata ſententia Baldi.

38 Declaratur Rota in Romana domus 28. Maii 1608. coram Mazenedo.

39 Idque procedit, non ſolùm quò ad ordinem ſuccedendi inter comprehenſos in Inueſtitura; ſed etiam in renouatione.

40 Renouatio eſt debita fratri, & non ſorori per ſtatutum excluſæ.

41 Fœmina excluſa à ſucceſſione, intelligitur etiá excluſa à Iure petendi renouationem.

42 Saltem temporaliter, donec exiſtant maſculi.

43 De concordia antiqua inita ſuper renouatione inter Eccleſiam, & Populum Rauennaten.; quòd bona concedi ſolita in emphyteuſim tranſeant in deſcendentes in perpetuum, & renouatio fieri debeat de quarto in quartum gradum.

44 Pro patruo exiſtenti in quarto gradu vigore dictæ concordiæ eſt facienda renouatio.

45 Bona emphyteotica tranſeunt Iure hæreditario in vim dictæ concordiæ.

46 Caſus omiſſus remanere debet ſub diſpoſitione Iuris communis, idemque procedit in ſtatutis.

47 Incluſio vnius, eſt alterius excluſio.

48 In Iure nullibi reperitur cautum, vt finita emphytheuſi, teneatur Dominus inuitus renouare proximiores, vel hæredes vltimi defuncti; Imò potiùs directè contrarium legitur ſancitum, & num. 1.

49 Emphytheuſis, potiſſimùm Eccleſiaſticæ natura eſt, vt regulariter non tranſeat ad aſcendentes.

50 De ſtatuto Rauennæ in Rubrica 15. vt, etiam emphytheuſi finita ob finem temporis, vel lineæ, nemo audeat ſe inueſtiri facere de rebus emphytheoticis in præiudicium poſſeſſorum, ſeu hæredū deſcendentium.

51 Statutum laicale non comprehendit bona Eccleſiæ in ratione ſubiectiua; ſecus autem fauorabili, & priuilegiatiua pro tuenda libertate Eccleſiæ ſuper conceſſione bonorum cui voluerit.

Eccleſia licet non ſubdita diſponenti, poteſt nihilominus, ſi velit; ſe iuuare, aliqua diſpoſitione laicali quamuis ea non ligetur, ibid.

Lex Pontificia allegat legem ciuilem pro ſe, quam non admitteret contra ſe, ibid.

52 Nimis graue, & iniquum eſt, Eccleſiam priuari dicta libertate.

53 Inueſtitura, licet conceſſa pro ſe, & filijs, & Nepotibus, cenſeri debet perpetua, quoties bona omninò ſterilia fuerunt redacta ad culturam, & meliorata.

54 In renouatione eſt præferendus is, qui meliorauit.

55 Melioramenta, quoties Dominus nolit reficere, renouatio eſt potiùs danda hæredi, quàm cæteris.

56 Renouatio non eſt concedenda proximioribus ab Eccleſia, niſi cum eiſdem conditionibus oblatis à remotiore.

57 Melioramenta, emphyteutæ culpa ſe mota, pactoque contrario, quoties eſt lineæ finita, non deuoluuntur, ſed tranſeunt ad hæredes, etiam extraneos, eiſdemque reficienda.

58 Præcipuè, quoties melioramenta conſiſtunt in ædificijs, quæ ſunt extra naturam contractus emphytheotici, quò ad meliorationem intelligendam in agrorum cultura.

59 Expenditur text. in cap. 1. §. ſi Vaſſallus in tit. hic finit. lex, in uſib. feud. loquens de ædificijs.

60 Valet argumentum à feudo ad emphytheuſim, & è contra, quando Ius feudorum innititur rationi naturali, & iuſtæ, & non reperitur aliàs de Iure communi deciſum.

61 Text. in dict. cap. 1. §. ſi vaſſallus in tit. hic finitur lex, licet loquatur in feudo, extenditur ad emphyteuſim, etiam Eccleſiaſticam.

62 Eccleſia non tenetur renouare, niſi cum eiſdem conditionibus conuentis in Inueſtitura alteri facta.

63 Laudemium debetur Domino directo pro renouatione, & num. 66.

64 Præcipuè, quando Eccleſia non conſueuit renouare, niſi laudemio ſoluto; Quidquid ſit, ſemota conſuetudine in ſententia Amad. de Ponte, & Burg.

65 Laudemium ſolutum eſt reſtituendum, quoties ab altero obtinetur renouatio.

66 Laudemium eſt ſoluendum, quoties petitur renouatio, præcipuè, ſtante conſuetudine illud ſoluendi.

67 *Regulæ eſt ſtandum, donec ex aduerſo doceatur de contrario.*

68 *Retrahendi Ius habens eſt cogendus ad ſoluendum laudemium, quia tenetur indemnem ſeruare primum emptorem.*

69 *Perſonalis actio ad factum competit proximiori pro prælatione contra Dominum directum ad renouandum; non autem contra Inueſtitum.*

C A P V T LXIII.

IN hac controuerſa prælatione in renouatione emphyteuſis Eccleſiaſticæ inter Reuerendiſſimum Præpoſitum Monaldinum Propatruum Veſpaſiani Iunioris vltimi defuncti, & fratrem Veſpaſiani Senioris primi acquirentis, & Albam matrem eiuſdem Veſpaſiani Iunioris, reſpondendum pro Monaldino, cum receſſu à deciſionibus contrarijs, quarum fundamenta nullo Iure ſubſiſtunt.

Siquidem, cum emphytheuſis; finita linea
1 comprehenſorum, quoties Eccleſia Domina directa non vult, vel ex conſuetudine non poteſt pro ſe retinere, ſit renouāda Agnatis, non quidem ex ſtricta legis cenſura, reſiſtentibus apertiſſimis Iuribus in *l. ne cui, & l. legem, Cod. locat. l. dudum, Cod. de contrah. emption.* & in ſpecie obſeruant *Alex. in l. ſi mihi, & Titio, num. 19. ff. de verbor. obligat. Dec. conſ. 78. num. 2. Cald. de renouat. emphyt. lib. 1. quæſt. 9. num. 21.*

2 Sed potiùs ex quadam æquitate legis cõprobata à *Bart in l. 1. §. permittitur, ſub num. 1. verſ. & hoc nota, ff. de aqua quotid. & æſtiu.* qui poſt *gloſ.* ibidem, verbo *impetrabile*, in hæc præciſa verba ait: *Dicit gloſ. ſimile in Inueſtitura feudorum, nam mortuo Vaſſallo, de facili poteſt impetrare hæres maſculus, & ſibi debet concedi feudum, & hoc nota pro emphyteuſi, quòd ea finita per generationem finitam, deſcendentes poſſint petere eis confirmari, & de facili impetrabunt, & eſt iniuria ſi non fit refirmatio, & ideò poſſit appellari de Iure Canonico ad Superiorem, ut cogat, quòd refirmatio fiat,* allegando *text. in l. nullus, Co. de Decurion. lib. 10. & in l. congruit, Cod. de locat. prædior. ciuil. lib. 11. & cap. bonæ de poſtulat. Prælator. Abb. in cap bonæ,* il primo, *num. 27. & 28. de poſtulat. Prælator.* vbi reaſſumit *gloſ. & Bart.* in locis proximè laudatis, *Roman. conſ. 22. num. 5. Ruin. conſil. 208. col. pen. lib 6. Grat. conſ. 86. num. 6. lib. 1. Rimiuald. Iun. conſ. 444. num. 46. Thob. Non. conſ. 3 ferè per tot. Dec. conſ. 131. num. 2. Pappon. conſ. 25. num. 54. Cald. de renouat. emphyt. conſ. 9. nu. 5. Gabr. de Iur. emphyt. concluſ. 1. num. 14. Valaſc. de Iur. emphyt. quæſt. 2. num. 7. Marſc. var. cap. 3. num. 11. Gratian. cap. 477. num. 17. & cap. 813. num 35. Card. de Luca de emphyt. diſc. 3. num. 2. & ſeq. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 35. num. 1. Fulgin. de Iur. emphyt. tit. de renouat. quæſt. 1. num. 1. Ciroce. diſcept. 62. Clar. in §. emphyteuſis quæſt. 43 n. 1. Merlin. dec. 532. num. 2. & ſeq. Bich. deciſ. 57. num. 1. & ſeq.* vbi, quòd procedat, tám in emphytheuſi Eccleſiæ, quám priuati, *Rot. Bonon. diuerſ. dec. 431. num. 18. Rot. in rec. deciſ. 704. num. 1. part. 4. tom. 3.*

Idemque firmat idem *Bart.* ampliatiuè ad cognatos, in *l. 1. in fin. ff. de priuileg. credit.* ibi: *Item nota, quòd, quando res debet reddi in cauſam emphyteuticam, quia eſt finita emphyteuſis vſque ad tertiam generationem, & veniunt extranei, & veniunt cognati, qui ſunt in quarto gradu, præferuntur cognati, vt hic, & videbitis in l. 1. §. permittitur, ff. de aqu. quotid. & æſtiu.*

3 His ſtantibus, renouatio nullo prorſus Iure eſt debita Albæ matri, quę non eſt agnata; ſed potiùs Monaldino, qui eſt de agnatione, tám Veſpaſiani Iunioris vltimi defuncti, quàm Veſpaſiani Senioris primi acquirentis, vt in ſpecie optimè firmant videndi, *Alex. conſ. 80. num. 11. & ſeqq. lib. 1.* vbi pro Amita ad excluſionem Matris, *Grat. conſil. 110 ſub num. 42. in fin. verſ. ex quo infero, & ſeqq. lib. 1.* vbi pro Patruo magno excludente matrem, *Bero. conſil. 104. ſub num. 10. lib. 1.* ubi pro ſorore contra matrem.

Quæ ſententia, omiſſis alijs, triplici potiſſimùm innititur ſatis iuridico, & inconcuſſo fundamento.

4 Primò, quia Ius petendi renouationem regulari omninò debet ab ea qualitate, quæ ſuccedendi præſtare valeat poteſtatem, & propter quam defunctus ſucceſſit, illamque fuit conſequutus, *Rip. in l. 1. num. 8. ff. de priuileg. credit. Præpoſit. in cap. 1. ante num. 4. quemadm. feud. ad alios pertin. Iaſ. in l. 2. num. 22. in fin. Cod. de Iur. emphyt.* & egregiè, præ cæteris, *Dec. conſil. 78. ſub num. 3. verſ. unã ad hoc cum ſeqq. & ſub num. 5. verſ nam iſtud Ius petendi,* ibique *Add.* uerbo *hęredes, Ruin. conſ. 12. num. 20. et ſeq. et conſ. 150. num. 16. et 21. verſ. illud procedit, lib. 1. Gabr. conſ. 30. nu. 10. lib. 1. Grat. conſ. 110. Socein. Iun. conſ. 9 nu. 11. lib 6 Alex. conſ. 80. num. 11.* ubi teſtatur de communi, iuncto *num. 12. verſ. & hæc procedunt, lib. 1. Gabr. de Iur. emphyt. concluſ. 1. num. 19. Gamm. deciſ. Luſitan. 326. num. 2. ad fin. et num. 3. Cardin. de Luca de emphyt. dict. diſc. 3. numer. 13. verſ. meliùs id conuincitur, Spad. conſ. 185. num. 22. lib. 1. Cald. de renouat. emphyt. lib. 1. quæſt. 9. num. 19. Valaſc. de Iur. emphyt. quæſt. 38. num. 16.* eamdemque ſententiam ſequuta eſt *Rota in recent. deciſ. 704. num. 4. p. 4. tom. 3.*

5 Atque adeò, cum ultimus defunctus emphyteuſim fuerit conſequutus, tamquam maſculus, & Agnatus: Meritò Monaldinus, uti agnatus renouationem petens eſt præferendus omnibus alijs cognatis omninò extra-

traneis, prædicta agnatitia qualitate deſtitutis, *Alex. dict. conſ. 80. num. 11. et ſeqq. lib. 1. Soecin. Iun. conſ. 114. num. 18. lib. 2. & conſ. 9. num. 20. verſ. vel ſecundo cum ſeqq. lib. 3. Curt. Sen. conſ. 47. num. 15. verſ. circa doctrinam Bartoli, Gozadin. conſ. 71. num. 5. in fine, Lancellott.* Gall. *conſ. 99. num. 47. & ſeqq. Buccafer. conſ. 82. num. 21.* Clar. *§. emphytheuſis, quæſt. 43. num. 2. verſ. benè verum eſt*, Rot. *Bononienſ. diuerſ. dict. dec. 131. num. 15. & ſeqq.* præcipuè *num. 18.* Merlin. *dict. decíſ. 532. nu. 2. & ſeqq.* & in ſpecie rectè arguit *Cardin. de Luca de Emphyt. dict. diſc. 3. num. 13. verſ. meliùs id conuincit.*

6 Secundò, quia æquitatiua neceſſitas renouandi adducta per ipſumet *Roman.* Anteſignanum contrariæ ſententię pro matre contra Patruum, *conſ. 22. num. 5.* quem ſequuntur *Ruin. conſ. 47. num. 6. lib. 3. Socein. Iun. conſ. 71. num. 21. & ſeq. lib. 1. Aldobrandin. conſ. 21. lib. 2.* Catan. *conſ. 30. num. 13. Pariſ. de Puteo de reintegrat. feud. cap. 127. num. 5.* Cald. *de renouat. emphyt. lib. 1. quæſt. 9. num. 14. Amic. de* Iur. *emphyt. quæſt. 60. Barbat. de fideicomm. part. 2. cap. 3. ſub num. 65. Fulgin. de emphyt. tit. de renouat. quæſt. 1. num. 5. & de laudem. quæſt. 15. num. 3.* Gamm *deciſ. 7. nu. 2.* quibus Auctoritatibus innituntur deciſiones contrariæ reuidendæ, in eo potiſſimùm conſiſtit, quia antecedenti tempore prædeceſſores eorum, qui petunt renouationem, vtile Dominium bonorum habuerunt, prout ſunt præciſa verba eiuſdem *Romani* loço proximè allegato.

7 Huiuſmodi verò ratio rectè conuenit Monaldino Propatruo Agnato, cuius frater primus acquirens hæc bona emphyteotica primus poſſedit, penitùs autem videtur incongrua matri vltimi morientis in pupillari ætate, quæ reſpectu primi acquirentis eſt prorſus extranea, vt in ſpecie expendit *Cardin. de Luca de emphyteuſi d. diſc. 3. n. 13. in fin. verſ. prætereà.*

8 Tertiò demum, quia, cum renouatio ob lineam finitam præſeferat quamdam prorogationem, ſeu fictam continuationem primæ Inueſtituræ, perindè ac ſi illa non terminaſſet; Vndè propterea non importat nouam emphyteuſim; ſed potiùs confirmationem, ſeu continuationem antiquæ, prout eſt *text.* ibique *Gloſ. in cap. 2. de feud* Bart. *in l. ſi mihi, & Titio, num. 7.* ibique *Alex. ff. de verbor. oblig.* Crot. *conſ.* 18 *num. 1. Bero. conſ. 116. num. 21. lib. 1.* Curt. *Sen. conſ. 48. num. 46.* Cald. *de renouat. quæſt. 2. num. 16. & quæſt. 3. num. 1. & ſeq. & quæſt. 4. num. 16. & ſeqq.* Fulgin. *eod. tit. quæſt. 1. num. 72. & ſeqq* Valaſc. *de* Iur. *emphyt. quæſt. 11. num. 15. ad fin.* Cardin. *de Luca de emphyt. diſc. 3. num. 16. & diſc. 25. num. 5.* Rot. *in rec. dec. 176. num. 34. & ſeqq. part. 5. & dec. 143. num. 10. et ſeq. p. 10.*

Hinc pernecesſè reſultat, vt quemadmodùm ſi prima inueſtitura abſque generationum præfinitione fuiſſet facta pro omnibus de ſanguine; abſque controuerſia vltimo defuncto Propatruus ſuccedere debuiſſet in emphyteuſi, utpotè de ſanguine uocato; non
9 autem Mater omninó extranea; ita etiam idem aſſerendum in renouatione, quæ dicitur ficta ſucceſſio, *Cardin. de Luca de emphytheuſi diſc. 12. num. 7.*

His igitur firmatis, quæ in ſtricta Iuris cenſura ſunt abſolutiſſima, non merentur attendi contrariæ auctoritates in vtraque deciſione congeſtæ ſubſtinentes, in emphyteuſi pactionata renouationem eſſe potiùs debitam Matri proximiori vltimo emphyteutæ, quàm Patruo remotiori.

10 Nam opinio *Romani d. conſ. 22. num. 5. & ſeqq.* à quo cæteri ſuperiùs adducti mutuarunt, ex eiſdem fundamentis, & Iuribus ab eo adductis manifeſtè deſtruitur, & detegitur falſa, & erronea.

11 Supponit enim potiſſimùm pro abſoluto, quòd Ius petendi renouationem, etiam in emphyteuſi pactionata, ſit merè hæreditarium; itaut, tamquàm inhærens perſonæ ultimi emphytheutæ morientis, non poſſit competere, niſi hæredi; ideòque ob hanc cauſam ſit debita renouatio Matri, quæ, utpotè proximior, inſpecta diſpoſitione Iuris, eſt hæres ab inteſtato filij ultimi defuncti; idemque ex profeſſo ſubſtinent, retento eodem aſſumpto, *Aldobrand. conſil. 21. lib. 2. Cald. de renouat. quæſt. 9 nu. 20. & ſeqq.* alijque ſuperiùs allegati pro hac ſententia, *num. 6.*

12 Verùm huiuſmodi ſuppoſitum expreſsè aduerſatur inconcuſsæ ſententiæ, in qua perpetuò reſidet hoc Supremum Auditoriũ, ut, ſcilicèt, in emphyteuſi pacti, & prouidentiæ, qualis eſt *præſens*, de qua agitur, utpotè concepta pro filijs, & nepotibus, omiſsa mentione hæredum, *Bart. in l. vt Iuris Iurandi, §. ſi liberi, ff. de oper. libert* Iaſ. *in l. 2. num. 211. Cod. de Iur. emphyt. Pinell. in l. 1. part. 3. num 8. Cod. de bon. matern. Soccin. Iun. conſ. 42. num. 3. lib. 3. Surd. conſ. 108. num. 10. Peregrin. conſ. 8. num. 25. lib. 1. Bero. conſ. 93. num. 3. lib. 1. Menoch. conſ. 202. num. 53. Clar. in §. emphyt. qu. 16. verſ. emphyteuſis non hæreditaria, Giurba*, pluribus congeſtis, *de ſucceſs. feudor. præl. ud. 4. num. 12. Coccin. dec. 32. num. 11. & deciſ. 343. nu. 3. Merlin. d. dec. 532. num. 1. Bich. deciſ. 58. num. 15. Andreol. controu. 379. num. 10. Gratian. cap. 247. n. 11. & ſeq. Valaſc. de Iur. emphyt. quæſt. 45. nu. 2.* ad effectum obtinendæ renouationis, ſola qualitas ſanguinis, & proximitas attendatur, nulla prorsùs habita ratione qualitatis hæreditariæ, prout in ſpecie poſt *Rip. in l. 1. num. 8. verſ. in tempora, ff. de priuileg. cre-*

*dit. Dec.d.conſ.78.num.4. Alex.dict. conſ.*80.
*num.11.lib.1.*Ruin.*conſ.12. num.31. & conſ.*
151.*num.21.lib.1. Ferrett.conſ.*103.*num.*10.
pluries firmauit Rot.ſignanter apud *Merlin.*
d.dec.532.num.1.& ſeqq. in recent.dec.704.
numer.4. part.4.tom.3. in quibus allegantur
concordantes, & in his præciſis terminis
aduertit *Card.de* Luca *de emphytheuſi, d.diſc.*
3.nu.10.& ſeq.
13 Pront cum eodem falſo ſuppoſito, quòd,
nempè, in emphytheuſi pactionata hoc ius
perſonale renouationem petendi ſit merè
hæreditarium, procedit *Aldobrand.d. conſ.*
21.*lib*.2. admittendo expreſsè contrarium,
quando ius prædictum non eſset hæredita-
rium; ideòque, remoto huiuſmodi præſup-
poſito, hæc auctoritas à contrario ſenſu in-
tellecta potiùs aſſiſtit opinioni pro patruo;
Reliquæ verò contrarię auctoritates, non
examinato articulo, ſimpliciter ſe referunt
ad *Romanum*, cuius doctrinam eſſe omninò
falſam ſuadent ſuperiori loco deducta.
Neque dicatur, quòd, retenta prædicta
opinione *Rotæ*, curandum non ſit de quali-
tate hæreditaria exiſtente penes D.Monal-
dium Propatruũ vigore ſubſtitutionis pu-
pillaris; ſed ſpectanda ſit ſolùm ratio ſan-
guinis, & proximitatis reſpectu vltimi de-
functi, quæ potiùs Matri, quàm Propatruo
aſſiſtit.
14 Siquidem, etiam admiſſa opinione aſſe-
rentium, vt inſpici debeat ſola ſanguinis
proximitas regulanda ex perſona vltimi de-
ficientis; non autem primi acquirentis, iux-
ta ea, quæ in ſimilibus terminis ſucceſſionis
feudorum, cum quibus eſt etiam regulanda
emphytheuſis, latè firmat *Palm.cõſ.1. Amat.*
reſolut.1. Giurb.de ſucceſſ.feud. §.2.gloſ.13.
num.37.
Nihilominus pro tollendis æquiuocis, quę
frequenter in hac materia ſolent continge-
re, eſt diligenter examinanda qualitas ſan-
guinis, ſeu proximitatis, enixè rogando
15 Illuſtriſs. Patres, vt dignentur aduertere,
quòd proximitas debeat eſſe de genere, &
progenie vtriuſque extremi, nempè, non
ſolùm vltimi deficientis; ſed vlteriùs primi
acquirentis; adeòut proximior ex his vlti-
mo defuncto ſit præferendus; ideòque pe-
tens renouationem debeat eſſe de vtroque
ſanguine, & progenie; ſecus autem, ſi co-
gnatus reſpectu vltimi morientis ſit quòad
primùm acquirentem, eiuſque ſtipitem
omninò extraneus, qualis reputari debet
mater vltimi emphytheutæ, comparatiuè ad
propatruum, qui eſt de ſanguine, & agna-
tione, tàm quò ad primum acquirentem,
quàm, quòad vltimum deficientem, ut in
ſpecialibus terminis optimè aduertun., di-
ſtinguentes utrumque caſum, omninò ui-
dendi, *Alex.d.conſ.80.ſub nu.11.lib.1. verſ.*
& licèt, ibi: *quòd potiùs illi concedatur, quàm*
alteri non exiſtenti de agnatione recipientis
emphytheuſim, idemque firmat doctiſſimus
Cald.de renouat.d.qu.9.num.19. & 27. ubi,
16 quòd ſit ſpectanda proximitas illius, qui ſit,
de ſanguine, tàm acquirentis, quàm mo-
rientis, *Card. de Luca de emphyt. dict.diſc.3.*
num.11.
Hoc ipſum ingenuè fatetur idemmet *Ro-*
man. antesignanus contrariæ ſententiæ,
conſ.70.num.3.circa med. verſ.vel aliter dici
poterit, ibi: *ſententiam Bartoli intelligi de-*
bere, ſi agnati eiuſdem progeniei, aduerten-
17 do, quód utitur uerbo, *Progenies*, quod
conuenit deſcendentibus ab eodem ſtipite,
Franc.in cap.ſi pater, col.55.verſ.quartò, qui
*veniat, de teſtam.in 6.*Laurent.*de Pallat.tract.*
quod ſtant.maſcul.num.149. Card. Tuſc.lit.P.
concluſ 891.n.1.Corn.conſ.317.col.vltim.lib.
3.& cõſ.234.n.2.lib.4.Sim.de Petr.de interp.
vlt.vol fol.292.numer.60. Gratian.*cap.259.*
num.13. Peregrin. de fideic.art.22. num.23.
cum alijs per *Fuſar de ſubſtit.quæſt.335.n.1.*
& in his terminis aduertit *Card.de* Luca *de*
emphyt.d.diſc.3.num.12.in fin.
18 Iura uerò per *Romanum* allegata, *d. conſ.*
22.num.5.& ſeqq. contrarium non firmant,
ſi rectè intelligantur, Nam *text.in l.peto.71.*
19 *§.fratre, ff.de legat.2. & in l.hæredes mei 57.*
§.fin. ff.ad Trebell. diſponunt quidem, ut
uocatis illis de familia, ſeu de ſanguine, aut
certo genere, ueniant ſolùm proximiores,
ſed iuxta communem ſententiam intelli-
gendum eſt de illis, qui ſunt de ſanguine
Teſtatoris, ultimo tamen morienti Proxi-
miores; non autem, qui per cognationem
huic magis approximant, à Teſtatore au-
tem ſunt omninò extranei, ut in ſpecie
aduertit *Card.de Luca de emphytheuſi d.diſc.*
3.num.12.
20 Idque benè probat alter textus per eum-
dem Roman. allegatus in *l.cum ita 33. § in*
fideicommiſſo, ff.de legat. 2. in quo reperitur
ſancitum, ut ad fideicommiſſum relictum
familiæ poſt expreſse à Teſtatore uocatos,
admittendi ſint, qui ex nomine defuncti
fuerint eo tempore, quo Teſtator morere-
tur, ibi: *In fideicommiſſo, quod familiæ relin-*
quitur, ij ad petitionem eius admitti poſſunt,
qui nominati ſunt, aut poſt eos omnes extinctos,
qui ex nomine defuncti fuerint eo tempore,
quo Teſtator *moreretur.*
Textus tandem feudalis in *cap. ſi Titius,*
ſi de feud. fuer. controu. neque etiam firmat
contrarium; ſolùm enim, ibi habetur, quòd
21 Sẽpronius proximior agnatus poſſit reuo-
care alienationem à Seio factam in remo-
tiorem agnatum; An autẽ Sempronius eſset
proximior ultimo defuncto, an uerò primo
acquirenti, textus non aperit; ideòque om-
ninò diuinatoria eſt illatio prædicti tex-

tus

tus per Romanum, adducta pro eius ſen-
tentia.
22 Quinimmò, etiam retentis eiſdem termi-
nis feudalibus, abſolutiſſimùm eſt, ut ſub
nomine proximiorum, uel illorum de ſan-
guine, non ueniant, niſi illi, qui ſint etiam
de ſanguine, & parentela primi acquirentis,
iuxta receptum conſ. Corſet. 25. num. 21. cum
quo cæteri feudiſtæ pertranſeunt; adeòut
mater in materia ſucceſſionis feudi repute-
23 tur omninò extranea, cap. 1. ubi omnes
feudiſtæ de natur. ſucceſs. feud. Aluarot. in
cap. 1. §. hoc quoque de his qui feud. dar. poſs.
Roſental. de feud. cap. 7. concluſ. 14. num. 2. &
ſeqq. Vlteyns lib. 1. de feud. cap. 9. numer. 101.
Sebrader. de feud. part. 7. cap. 6. num. 1. cum
alijs latè congeſtis per Giurb. de ſucceſs feud.
cap. 118. §. 2. gloſ. 1. nu. 25. & in ſpecie Card.
de Luca de emphytheut. d. diſc. 3. num. 13. verſ.
magis euidenter; atque adeò, ſiue attenda-
mus terminos feudales, cum quibus proceſ-
ſit idemmet Romanus, ſiue etiam terminos
fideicommiſſarios, firmum remanet, matrē,
uel attinentes ex latere materno, in ordine
ad bona prouenientia ex latere paterno eſ-
ſe prorsùs extraneos.

Quæ omnia eò libentiùs admittenda,
quia in præſentia agitur de renouatione
concedenda Matri omninò extraneæ, quo
ad primùm acquirentem, ipſius linea finita,
cum excluſione Propatrui agnati, & de
ſanguine eiuſdem primi acquirentis, quo
24 caſu proximitas metienda eſt ab ipſo pri-
mo acquirente, prout conciliando diſsidē-
tes opiniones, poſt Cranett. alioſque allega-
tos admittit Rot. in rec. dec. 135. num. 36. &
ſeqq. part. 12.

Atque ex his patet reſponſio ad ponde-
rationem factam in utraque deciſione, & la-
tiùs in rec. dec. 66. numer. 5. & ſeqq. part. 14.
25 quod ius petendæ renouationis ſit regulan-
dum iuxta ordinem ſucceſsionis ab inte-
ſtato, quòdque rationi, æquitatique uidea-
tur maximoperè conſentaneum, proximio-
rem non excludi per remotiorem.

26 Huiuſmodi enim propoſitio, alioquin
uteriſsima, eſt rectè intelligenda, iuxta ſu-
biectam materiam, ut, ſcilicet, habenda ſit
ratio inteſtatæ ſucceſsionis inter illos de
eodem ſanguine, ſiue genere primi acqui-
rentis; hoc eſt intra genus perſonarum ca-
pacium, & de ſanguine contemplato, tàm
27 per inueſtientem, quàm per inueſtitum;
Secus dicendum, quando is, qui eſt de
ſanguine prorsùs extraneo, & extra ge-
nus vocatum, ſeu contemplatum, ob ac-
cidentalem tantummodò coniunctionem
cum vltimo moriente, contendit excludere
illos de ſanguine, ſeu genere vocato, & in
his terminis, quando eſt quæſtio ſuper præ-
latione in renouatione inter perſonas de
eodem genere expreſsè loquuntur auctori-
tates ex aduerſo allegatæ, ſignanter Fulgin.
de emphyteuſi, tit. de ſucceſs. queſt. 2. num. 6. et
ſeq. vbi de concurſu inter ſorores, & ami-
tam ultimi morientis, quæ erant de eodem
genere primi acquirentis, Rot. in recen. deciſ.
135. part. 12. ubi erat quæſtio inter filiam
ultimi decedentis, & amitas.

Minus etiam uidetur releuans alterum
motiuum, quòd, Iure nouiſſimo inſpecto, fue-
28 rit penitùs ſublata quælibet differentia
agnationis, & cognationis, § nullam, auth.
de hæred. ab inteſt. venient. Menoch. conſ. 485.
n. 7. Altograd. cōſ. 51. n. 5. lib. 1. Roſa conſult. 35
nu. 84. et 89. Duran. dec. 36. nu. 34. Vela diſſert.
16. doctus Alderiſ. de hæred. tit. 6. n. 56. Fulgin.
de emphyt. tit. de renouat. queſt. 1. n. 5. verſic.
cum ſit ſublata, alijque ex aduerſo allegati.

Siquidem renouatio non eſt regulanda à
29 Iure ſuccedendi de Iure communi, ſed à
qualitate, quæ facultatem præſtitit ſuccedē-
di in emphyteuſi, Dec. dict. conſil. 78. ſub nu.
3. et 5. Spad. dict. conſ. 185. num. 23. lib. 3. Va-
laſc. de Iure emphyt. quæſt. 38. num. 16. Card.
de Luca de emphyt. diſc. 3. nu. 13. verſ. melius,
Gamm. deciſ. Luſit. 326. num. 2. et 3. Rot. in re-
cent. dict. dec. 704. num. 3. et ſeq. part. 4. tom. 3.
30 cum alijs ſupra allegatis num. 4. ideòque
quemadmodum ſi uerſaremur in emphyteu-
ſi hæreditaria, abſque dubio renouatio eſſet
facienda hęredibus quamuis extraneis, Abb.
in cap. ad aures, n. 4. vlt. notab. de reb. Eccl. non
alien. Rip. in l. 1. n. 8. uerſ. ſic tempore, et nu. 13.
ff. de priuileg. credit. Alex. conſ. 10. num. 11.
uerſ. quia ad hoc poteſt reſponderi, lib. 3. Ro-
land. conſ. 3. num. 152. uerſ. tertiò quod ſint hę-
redes, lib. 1. Surd. conſ. 181. num. 31. Dec. conſ.
78. col. fin. et conſ. 131. num. 3. uerſ. non obſtat,
Gozad. conſ. 8. num. 51. et conſ. 86. num. 23.
Gabr. de Iur. emphyt. concluſ. 1. num. 18. Bero.
conſ. 103. num. 4. et 5. lib. 1. Mareſc. uar. reſol.
lib. 1. cap. 3. num. 16. Card. Seraphin. dec. 610.
num. 10. Merlin deciſ. 532. num. 3. repetita in
rec. deciſ. 74. num. 3 part. 6.

Ita etiam ſunt renouandi agnati, quando
eſt agnatitia, & pactionata, Alex. conſ. 80. n.
11. et ſeqq. lib. 1. Socc. Iun. conſ. 114. n. 18. lib. 2.
Clar. in §. emphyteuſis. q. 43. n. 2. Merlin. d. dec.
532. num. 1. et ſeqq. Rot. Bonon. diuerſ. dec. 131.
num. 15. et ſeqq. et num. 18. cum alijs ſupra
allegatis num. 5.

31 Præter quàm quòd, ut ſuprà eſt firmatum,
huiuſmodi inſpectio ſublatæ agnationis, &
cognationis eſſet fortaſsè alicuius momenti,
quando omnes contendentes ſuper prælatio-
ne in renouatione obtinenda eſſent de eo-
dem ſanguine, ſeu genere uocato, quo caſu
proximitas ſanguinis attendi deberet, ſubla-
ta differentia agnationis, & cognationis, in
quibus terminis loquuntur Gozadin. conſil.
53. num. 4. Gabr. conſ. 86. num. 5. et 15. con-
ſil. 96.

ſil.96.n.23. Honded.conſ.13.num.28.lib.1.
Cardin.Mantic.de tacit.et ambig.conuent.lib.
22.tit.18.num.38.Fulgineus de emphyteuſ.tit.
de ſucceſſ. quæſt.2.num.6.et ſeq. aliæque au-
ctoritates contrariæ, ſemper retento princi-
pio, quòd omnes contendentes de pertinen-
tia, ſeu prælatione eſſent de eodem ſangui-
ne, ſeu genere uocato.

32 Secus uerò, quando, prout in præſenti
themate, Mater, quæ eſt de ſanguine omni-
nò extraneo, & extra genus uocatum, ſeu
contemplatum contendit excludere Propa-
truum de ſanguine, ſeu genere incontrouer-
tibiliter uocato; ideòque tota uis præſentis
diſputationis potiſſimùm uerſatur in quali-
tate ſanguinis, quę, ex ſupra firmatis, perne-
ceſsè debet reſpicere, tàm primum acqui-
rentem, quám ultimum morientem.

Reiecta igitur ex prædictis contraria ſen-
tentia Romani, eidemque adhærentium, tam-
quàm innixa falſis ſuppoſitis, alia opinio
Alex.Grat.Bero.aliorumque fauorabilis pa-
truo Agnato ad excluſionem Matris non
agnatæ eò faciliùs in pręſenti eſt amplecten-
da, non ſolùm quia in Monaldino, ultra
33 qualitatem agnatitiam, conuenit etiam
qualitas hæreditaria uigore ſubſtitutionis
pupillaris; ideòque libentiùs in renouatio-
ne eſt præferendus, Rimin.Iun.conſ.444.num.
15. Buccafer.conſ.82.num.32. Cald. de Iur.
emphyt.lib.1.quæſt.9.num.20.et ſeq.& in ſpe-
cie agnati hæredis uigore ſubſtitutionis pu-
pillaris præferendi in renouatione quibuſ-
cumque alijs, licet proximioribus ultimo de-
functo, Spad.conſ.185.n.21.lib.3.

34 Sed fortiùs, quia potiſſimùm fundamen-
tum contrariæ deciſionis conſtitutum in
proximitate matris reſpectu filij emphyteu-
tæ vltimi defuncti, omninò corruit, attento
ſpeciali ſtatuto Ciuitatis Rauennæ excluſi-
uo fęminarum propter agnatos vſque ad de-
cimum gradum, nullis exiſtentibus deſcen-
dentibus, neque aſcendentibus maſculis, prę-
ſeruata ſolùmmodó matri legitima, vigore
cuius ſtatuti Monaldinus dicitur proximior
35 ipſa matre vltimi defuncti, vt reſpondit
Ruin.conſ.151.num.15.lib.2.Spad.d.conſ.185.
num.6.lib.3.

Neque ſatisfacit reſponſio adducta in
contrarijs deciſionibus, quòd prædictum
ſtatutum, vtpotè laicale non comprehendat
bona emphyteotica Eccleſiaſtica.

Nam in præſentia nō agitur de compre-
henſione; ſed tantùmmodo de præſumpta
voluntate, tám Eccleſiæ inueſtientis, quàm
primi acquirentis, ſe omninò conformandi
cum diſpoſitione ſtatutaria; atque adeò em-
36 phyteuſim concedendi, & reſpectiuè acqui-
rendi fauore Agnatorum, quo caſu, etiā em-
phyteuſis Eccleſiaſtica eſt regulanda á ſta-
tutis laicalibus, non quidē vigore ſtatuti, ſed
potiùs præſumptę voluntatis contrahentiſi,
iuxta doctrinam Bart. communi Interpretū
ſenſu receptam in l.vt Iuris iurandi, §.ſi li-
beri, num.5.ff.de oper.libert. vbi, quòd quam-
uis conceſſio emphyteotica ſit concepta pro
filijs maſculis, & fœminis, copulatiuè; tamen
quādo adeſt ſtatutum in Ciuitate, quod fęmi-
næ, extantibus maſculis, non ſuccedant,
tunc prædicta verba, licèt copulatiuè prola-
ta, debent intelligi ordine ſucceſſiuo, ut, ſci-
licet, fœminæ tunc admittantur, ſi ma-
ſculi deficiant, & conſ.60.nu.1.lib.1.quam,
omiſſis alijs, ſequuntur Imol. in cap. potuit,
nu.69.verſ.item aduerte, de locat. Rip.in l.hæ-
redes mei, §.cum ita, num.76.verſ.hinc erit, ff.
ad Trebell. Angel.conſ.184.col.1.in fin.verſic.
idem eſt, Ancharan.conſ.125.num.15.verſ.de-
bet etiam, vbi in ſpecie ſtatuti Rauennæ, Soc-
cin.Sen.conſ.51.num.36.lib.4.Ruin.conſ.4.nu.
6.verſ.ſed iſtud clariùs lib.1. Roland.conſil.
68.num.22.vſque ad fin. lib.1. Panzirol.conſ.
91.num.9. Gabr.conſ.86.num.5.& 15.lib.1.
Rimin.Iun.conſ.409.num.70.& conſ.455.nu.
42. Aldobrand.conſ.5.num.33. lib.1.& conſ.
22.n.28.lib.2.Corn.conſ.37.n.2.lib.3.& conſ.
42.num.8.lib.4.Maluaſ.conſ.116.num.9.Hon-
ded.conſ.54.num.6.& conſ.13.num.30.lib.1.
Ancharan.conſ.125.num.2.Alex.conſ.44.nu.
20.verſ.ſecundò præſuppono, lib.1.Decian.con-
ſil.30.num.40.& ſeqq.lib.3. Riminald. Sen.
conſ.523.num.3.& ſeqq. Surd.conſ.338.num.
16. Altograd. conſil.13. numer.13.& con-
ſil.95.ſub num.26. verſ.nam præſumptio, &
duobus ſeqq.lib.2. Menoch. de arbitr. Iudic.
caſ.180.nu.9.Couarr.var.reſol.lib.2.cap.18.
num.1.in fin. verſ.ſecunda concluſio, iuncto
verſ. niſi in ea Prouincia; reddens huius
dicti rationem, quia contrahentium
clauſulæ, & verba interpretationem ſu-
munt à ſtatutis, & conſuetudinibus, quæ
in ea regione vſu, & ſanctionibus decernun-
tur, Brun.de ſtatut.excluſ.fœmin.art.18.quęſt.
22.n.105.& ſeq.Clar.qui teſtatur communi,
in §.emphytheuſis, quæſt.32.n.4.verſ.ſed po-
ne, Valaſc. de Iur.emphyteot. quæſt.41.num.
40.Cald.de emphyt.lib.2.quæſt.14.num.36.&
41.Cyriac.controu.645.num.11. Ciroccb.di-
ſcept.22.num.47.& ſeqq.& diſcept.62.num.5.
& ſeqq. & perpetuó firmauit Rota in ſpecie
reſpōdēdo obiecto ſtatuti laicalis non com-
prehendentis bona emphyteotica Eccleſiæ,
ſignanter coram Cardin.Canaler deciſ.555.&
deciſ.583.per tot. Buratt.dec.838.num.1.&
ſeqq.ibique Adden.num.13.& ſeq.& nu.15.
& dec.884.num.1.& ſeqq. Merlin.deciſ.447.
num.18.& ſeqq.

37 Huiuſmodi verò concluſio ſibi locum vin-
dicat, non ſolùm in emphyteuſi hæreditaria;
ſed etiam ex pacto, & prouidentia, vt in
ſpecie optimè firmant Curt.Iun.conſ.171.nu.
3.Ruin.conſ.151.num.9.lib.2.Roland.conſ.68

nu.

num 55. verſ. vltimò non obſtat, Honded. conſ.
13. num. 29. & ſeq. & conſ. 54. num. 7. lib. 1.
Decian. conſ. 30. nu. 41. in fin. & ſeq. lib. 3. Soc-
cin. Iun. conſ. 71. num. 37. in fin. verſ. fateor ta-
men, lib. 1. Mandel. conſ. 237. num. 32. verſ. hæc
tamen limitatio, Cardin. Mantic. de tacit. &
ambig. conuent. lib. 22. tit. 18. num. 23. circa fin.
verſ. & licet, Couarr. variar. reſolut. lib. 2. cap.
18. num. 1. in ſecunda concluſione, verſ. cuius
opinio, Card. Caualer. dec. 483. num. 5. 6. & 11.
verſ. ad deciſionem, Buratt. dict. dec. 838. num.
2. ibique Add. num. 13.

Neque audiendus Bald. in l. liberti liberta-
que, num. 30. Cod. de oper. libert. qui docuit,
opinionem Bart. procedere in emphyteuſi
hæreditaria, ſecus ex pacto, & prouidentia,
quem fuerunt ſequuti Salicet. in l. 2. num. 26.
ad fin. ibique Iaſ. num. 187. Cod. de Iur. emphyt.
Ruin. ſibi contrarius, conſ. 162. num. 12. &
ſeq. lib. 1. Brun. in tract. de ſtatut. excluſ. fœmin.
art. 8. num. 104. Surd. conſ. 572. num. 62. & ſeq.
& dec. 95. num. 23. Rot. in Romana domus 28.
Maij 1608. coram Patriarca Manzanedo.

Nam huiuſmodi diſtinctionem non eſſe
tutam, aduertunt in ſpecie Mandel. conſ. 173.
num. 32. verſ. hæc tamen limitatio, Soccin. Iun.
dict. conſ. 71. num. 37. in fin. verſ. facere tamen,
lib. 1. & ab illa eſſe cauendum monet Valaſc.
de Iur. emphyt. quæſt. 41. num. 4. in fin. eum-
demque reprobant, Corn. conſ. 42. num. 8. lib.
4. Decian. conſ. 30. num. 42. verſ. quidquid, lib.
3. Honded. dict. conſ. 54. num. 7. in fin. lib. 1. Co-
uarr. uar. reſolut. lib. 2. cap. 18. num. 1. in 2. con-
cluſ. uerſ. cuius opinio, Add. ad Buratt. d. deciſ.
838. num. 15. Card. Caualer. dec. 583. num. 5. &
6. uerſ. ad deciſionem.

Eadem enim ratio, quæ militat in emphy-
theuſi hæreditaria, procedit etiam in emphy-
teuſi acquiſita ex pacto, & prouidentia, vt,
ſcilicet, contrahens voluerit ſe conformare
cum diſpoſitione ſtatuti; prout regulariter
quilibet contrahens feciſſe præſumitur. Car-
din. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 18. num. 23. Af-
flict. deciſ. 226. num. 2. in fin. & in ſpecie Card.
Caualer. dict. deciſ. 583. num. 6. uerſ. ſiquidem,
& ſeq.

38 Nullatenus aduerſante deciſ. Rotæ in Ro-
mana domus 28. Maij 1608. coram Mãzanedo,
ibi enim non fuit principaliter diſceptatum
de hoc articulo, ſed incidenter, præcipuè
quia in caſu eiuſdem deciſionis apparebat,
acquirentem noluiſſe ſe conformare cum
diſpoſitione ſtatuti, quod eſt factum fauore
agnationis; cum ab initio ibi emphyteuſis
fuerit acquiſita pro fœmina; prout eamdem
deciſionem declarat Cardin. Caualer. d. deciſ.
583. n. 11. uerſ. ad deciſionem.

39 Prædicta uerò omnia procedunt, non
ſolùm quò ad ordinem ſuccedendi inter cõ-
prehenſos, vt dicitur in deciſionibus contra-
rijs; ſed etiam in renouationibus, ut ex præ-
ſumpta mente concedentis, & acquirentis
illis debeantur, qui uigore ſtatuti ſuccede-
rent ab inteſtato, ut in ſpecie optimè firmãt,
reiectis contrarijs, Pariſ. conſ. 22. num. 94.
ubi in ſpecie ſtatuti Rauennæ, lib. 2. Grat.
conſ. 110. num. 44. lib. 1. Dec. conſ. 131. num. 2.
& ſeqq. Gabr. conſ. 86. num. 15. & 16. lib. 1.
ubi quòd de uno caſu ad aliũ rectè arguatur
Crrocc. d. diſcept. 62. n. 22. uerſ. ſicut iſta ſtipu-
latio emphyteuſis, Card. de Luca de emphyt.
diſc. 12. num. 7. ubi, quód renouatio ſit ſpe-
cies ſucceſſionis, & pro indubitato ſuppo-
ſuit, Rot. in recent. deciſ. 107. part. 17. in qua
40 fuit dictum, renouationem eſſe debitam
fratri, & non ſorori excluſæ per ſtatutum.
41 Vnde Ruin. conſ. 15. in fin. verſ. poſtremò,
lib. 1. rectè reſpondit, fœminas excluſas à
ſucceſſione, intelligi etiam excluſas à peten-
da renouatione, quem ſequitur Gabr. de
Iur. emphyt. cõcluſ. 1. num. 25. Epiſc. Antonell.
de tempor. legal. lib. 2. cap. 27. num. 25. ſaltem
42 temporaliter, donec exiſtant maſculi exclu-
dentes, Riminald. Iun. conſ. 138. ſub num. 17.
cum ſeqq.
43 Vlteriùs debetur renouatio Monaldino in
vim concordiæ antiquæ initæ inter Eccleſiã,
& Populum Rauennatenſem, cui ſunt ſu-
biecta bona controuerſa, cum ante illam eſ-
ſent iam ſolita concedi in emphyteuſim,
quæ antiqua concordia præſeruatur in con-
cordia noua, illamque eſſe ſeruandam ſta-
tuitur in bonis Menſæ Archiepiſcopalis; in
illa enim expreſsè legitur ſancitum, quòd
bona tranſeant in deſcendentes in perpetuũ,
& renouatio fieri debeat de quarto in quar-
tum gradum; reſpectu verò tranſuerſalium
in illos trãſeant ab inteſtato vſque ad quar-
tum gradum, intra quem abſque vlla con-
trouerſia eſt Monaldinus vltimi defũcti Pro-
44 patruus, in quarto, ſcilicet, gradu conſtitu-
tus; atque adeò eidem eſt facienda reno-
vatio, ſeruata forma dictæ concordiæ, vt in
ſpecie reſpondit Ancharan. conſ. 125. num. 4.
45 & ſeqq. vbi aſſerit, bona tranſire Iure hæ-
reditario in vim dictæ concordiæ, quem ſe-
quitur Pariſ. conſ. 22. num. 86. & ſeqq. lib. 2.
Nullatenus aduerſante reſponſione data
in deciſionibus, quòd, cum dicta concordia
antiqua nihil diſponat reſpectu aſcendentiũ,
tamquàm caſus omiſſus remanere debeat
46 ſub diſpoſitione Iuris communis, l. commo-
diſſimè, ff. de liber. & poſthum. Bart. in l. ſi cum
dotem 23. ff. ſolut. matrim. Soccin. Iun. conſ. 30.
num. 52. lib. 1. Honded. conſ. 12. num. 17. & ſeq.
lib. 2. Giouagn. conſ. 1. num. 17. Gobius conſult.
99. num. 56. & 64. Rot. in recent. dec. 152. nu.
17. part. 8.
Nam præterquàm quòd, cum expreſsè in
dicta concordia ſtatuatur, vt bona tranſeãt
ad deſcendentes, illiſque non exiſtentibus
ad tranſuerſales vſque ad quartum gradum;
in

in neceſſariam conſequentiam, ſatis, ſuper-
que reſultat Matris excluſio, ex notiſſima
47 Iuris regula, quòd vnius incluſio ſit alterius
excluſio, *l. cum Prætor, ff. de Iudic. l. cum maritus, Cod. de procurat. cap. nonne de præſumption. Bald. conſ. 473. numer. 2. lib. 5. Mandel. conſ. 164. Pariſ. conſ. 11. num. 15. lib. 3. Surd. conſ. 262. num. 14. Vermigliol. conſ. 285. nu. 1. Altograd. conſ. 13. num. 34. Valenzuol. conſil. 23. num. 44. Nouar. quæſt. Forenſ. lib. 1. qu. 7. num. 19. Gonzal. ad reg. 8. Cancell. gloſ. 54. nu. 12. Fontanell. deciſ. 357. num. 6. & deciſ. 537. num. 4.*

Adhuc obiectum funditus corruit, rogan-
do aduecti, quòd nullibi in corpore Iuris
reperiatur cautum, vt, finita emphytheuſi,
48 teneatur Dominus inuitus renouare proxi-
miores, vel hæredes vltimi defuncti; imò
potiùs directè contrarium legitur ſancitum
in *l. ne cui, & l. legem, C. locat. & in l. dudum, Cod. de contrab. empt.* & in ſpecie renouationis emphytheuſis obſeruant *Alex. in l. ſi mihi, & Titio, numer. 19. ff. de verb. obligat. Dec. conſ. 78. num. 2. Cald. de renouat. emphyt. lib. 1. qu. 9. num. 21.*

Præcipuè, quia hoc eſt conforme naturæ
49 emphytheuſis, potiſſimùm Eccleſiaſticæ,
quæ regulariter non tranſit ad aſcendentes,
vt in ſpecie obſeruat, *Valaſcb. de Iur. emphyt. d. lib. 1. q. 9. nu. 10. & ſeq.*

Vndè optimo Iure, dataque opera, eadem concordia diſpoſuit, vt renouatio fieri deberet deſcendentibus, illiſque non exiſtentibus, alijs collateralibus, nulla prorsùs mentione facta de aſcendentibus, eiſdemque poſthabitis.

50 Prædictis omnibus accedat pro excluſio-
ne matris á prætenſa renouatione ſtatutum in *Rubric. 15. lib. 4.* in quo, cum expreſsè legatur diſpoſitum, quòd, etiam emphytheuſi finita ob finem temporis, vel lineæ, nemo audeat, ſe inueſtiri facere, vel innouari de rebus emphytheoticis per alios poſſeſſis, vel alijs relictis in præiudicium poſſeſſorum, ſeu hæredum deſcendentium, ſeu quorumcumque legatariorum; abſque controuerſia prædictum ſtatutum eſt fauorabile Monaldino; nedum, quia eſt poſſeſſor vigore renouationis legitimè obtentæ ab Eccleſia, cum ampliſſima ceſſione Iurium; ſed etiam, quia habet pro ſe expreſſam diſpoſitionem defuncti, dum Pronepoti ex pupillari ſubſtitutione ſucceſſit.

Parumque releuat contraria ponderatio deciſionum, quòd prædictum ſtatutum, vtpotè laicale, non comprehendat bona emphytheotica Eccleſiæ.

Id enim benè procedit in ratione ſubie-
ctiua, ſeu coactiua; ſecus autem fauorabili,
51 & Priuilegiatiua, pro tuenda, nempè, liber-
tate Eccleſiæ ſuper conceſſione bonorum, cui voluerit, ad quem effectum, ſicuti poteſt eadem Eccleſia prædicto laicali ſtatuto iuuari per modum Priuilegij; ita etiam pro tuenda ſua poſſeſſione poterit eodem ſtatuto vti Monaldinus ipſius Eccleſiæ ceſſionarius, iuxta receptiſſimam theoricam *gloſ. in cap. nouit,* verbo *quicumque, verſ. quòd Eccleſia,* ibique *Innoc. & Abb. Dec. num. 28. de Iudic. Abb. in cap. conſtitutus, num. 4. de in integr. reſt. & in cap. ex literis, num. 6. & ſeq. de vit. & honeſt. Cleric. & in cap. Eccleſia Sanctæ Mariæ, numer. 35.* vbi *Felin. num. 31. de conſtitut. Barbat. in cap. 2.* ibique *Bero. nu. 22. de reb. Eccleſ. non alien. Dec. conſ. 114 ſub nu. 1. verſ. ſed tamen his minimè obſtantibus, Lap. allegat. 101. num. 6. Socein. Sen. conſ. 71. numer. 19. lib. 4.* Caſtr. *conſ. 336. Surd. conſ. 2. num. 37. & ſeqq.* vbi, quòd cum Eccleſia non ſit ſubdita diſponenti, nihil impedit, quòd poſſit, ſi velit ſe iuuare aliqua diſpoſitione laicali, ſed ea non ligetur, *& conſ. 301. num. 24. & conſ. 560. num. 13. Honded. conſil. 78. num. 110. & ſeq. lib. 2. Caſtill. lib. 2. controu. cap. 5. num. 51. & ſeqq.* vbi poſt *text. in cap. lege 10. diſtinct.* quód lex Pontificia alleget legem ciuilem pro ſe, quàm non admitteret contra ſe, *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 8. num. 41. Facebin. controu. Iur. lib. 2. cap. 29. in fin. lib. 2. Afflict. de Iur. prothomiſ. §. 9. num. 17.* vbi, quód iſta opinio ſit verior de Iure, *Mart. de Iuriſd. part. 4. cent. 1. caſ. 5. num. 44. & ſeq. Bellect. diſquiſit. Cleric. tit. de exempt. Cleric. à ſtatut. ſæcular. §. 2. num. 37.* latè pluribus congeſtis, *Dian. reſolut. moral. tract. 1. de Immunit. Eccleſ. reſolut. 43. per tot. lib. 3. Epiſc. Sperell. deciſ. 11. num. 28. add. ad Ludouiſ. deciſ. 279. num. 24. Card. Millin. deciſ. 146. num. 6. Rot. in rec. deciſ. 251. num. 8. par. 8. & deciſ. 231. num. 12. par. 10.* & in his ſpecialibus terminis *Cald. de Iur. emphyt. lib. 2. quæſt. 16. ſub num. 28.*

Præcipuè, quia valdè conſiderabilis eſt
fauor Eccleſiæ ſuper uſu prædicti ſtatuti, dú
inuita non cogitur ſua bona potiùs uni,
quàm alteri concedere, qua libertate priua-
52 ri eſſe nimis graue, & iniquum, in ſpecie
aſſerit *Harthman. Piſtor. obſeruat. 226. n. 31. & ſeqq.*

Tandem renouatio eſt debita Monaldino, quia, cum Prædia controuerſa, inſpecto primæuo ſtatu conceſſionis, eſſent omninò ſterilia, & infructifera, fuiſſentque ad culturam redacta, & meliorata, cum inſigni conſtructione ædificiorum facta ab inueſtitis, quorum Monaldinus eſt hæres.

53 Hinc reſultat, ut conceſſio, vel cenſeri
debeat perpetua, atque adeò tranſitoria ad quoſcumque hæredes, licèt inueſtituræ legantur conceptæ *pro ſe, filijs, & Nepotibus, Rimin. Iun. conſ. 160. num. 16. Bero. conſ. 98. n. 12. & ſeqq. lib. 1. Gabr. conſ. 76. num. 8. in fin. & 14.*

• & 14.lib.2.Soccin.Sen.conſ.266.nu.37. verſ. præterea videtur, lib.2. Peregrin.conſ.8.nu. 18.lib.3. Altograd.conſ.22.n.7. verſ.ſecundò qualitas lib.1.Card.Mantic.de tacit.lib.22.tit. 19.nu.30.Tranched. conſult.21.n.27.Borell. in ſum.deciſ.tit.33.de emphyt.num.21.Rot.coram Card.Mant.deciſ.17. nu.3.& duob.ſeqq. in rec.dec.211.num.13.part.8.& in Rauennaten. emphytheuſis 15. Martij 1669.coram Card.Carpineo.

54 Vel in omnem caſum omnis æquitas, etiã diſpoſitioni Iuris innixa ſuadere debet, eidem Monaldino, qui meliorauit, potiùs eſſe concedendam renouationem, quám aduerſariæ, Rip.in l.1.num.14. & ſeq. ff.de priuileg.credit.Bero: conſ.163.num.13. et 17. et conſ.169.num.14.et ſeq.lib.1.Card.Mant. de tacit.lib.22.tit.24.num.16.Fulgin.de Iur.emphyt.tit.de contract.qu 9.ſub num.9.verſ.licet habeat difficultatem, et tit. de renouat. qu.1. num.54. Rot diuerſ. deciſ.312. part.2. Card. Celſ.deciſ.192.num.7.

55 Regulare enim eſt, vt quoties Dominus nolit reficere melioramenta, renouatio potiùs ſit danda hæredi, quà n cæteris, Rip.in l.1.num.16.ff.de priuileg.credit.Gamm.deciſ. 326.ſub num.1.

In hac eadem cauſa, adhuc pendente prædicta diſputatione ſuper articulo prælationis in renouatione emphytheuſis, fuit habita alia diſceptatio in Rota, inter eamdem Albam, & Reuerendiſs. Archiepiſcopũ Rauennaten. & cum ſuppoſito, quòd renouatio eſſet facienda eidem Albæ, fuit diſceptatum dubium duas continens partes: Altera, an Reuerendiſſimus Archiepiſcopus teneatur tradere inueſtituram eidem Albæ.

Altera verò, an eadem Alba teneatur ſoluere Laudemium.

56 Scribens, ego pro Archiepiſcopo aſſerebam, quò ad primam partem dubij; quòd non teneretur tradere Inueſtituram; Dominus enim directus ex æquitate legis comprobata á Bart.in d. l.1.§. permittitur ſub num.5. ff. de aqu.quotidian. & æſtiu. non eſt cogendus renouationem concedere proximioribus, niſi cum eiſdem conditionibus oblatis á remotiore, ne alioquin conditio Eccleſiæ fieret deterior, Rip. in l.1. num.13. & ſeq ff.de priuileg. creditor. Gabr.de Iur.emphyt.concluſ.1.nu.28. Alex. conſ.9.num.2.lib.3.Surd conſ.181.nu 9.Honded.conſ.51.n.59.lib.1.Gratian. diſcept.813. num.37.& 913. num.11.& ſeq. Mareſcott. var.lib.1.cap.3.num.24.Gratian.cap.88. nu. 36. 358. numer. 18. 813. numer. 37. et 913.n.8.11.& 15.Fulgin.de Iur. emphyt. tit. de renouat.quæſt.1.num.53.Cyrocc.diſcept.62 num.52.& 55.Cæſar de Graſſ. deciſ 4.num.7. & ſeqq.de reb.Eccleſ.non alien.Card.Seraph. deciſ.610.num.11. Merlin. deciſ.532.nu.4.&

in terminis Eccleſiæ Rauennaten. Rot. in rec. deciſ.201.num.32.& ſeq.part.7.

Ideòque, cum in renouatione, de qua agitur, Monaldinus ſuppoſuerit Dominio directo Eccleſiæ omnia melioramenta, & ædificia facta in bonis emphytheoticis per ſuos Auctores inueſtitos, quorum eſt heres ex teſtamento, quæ conditio abſque dubio non poteſt offerri ab Aduerſaria, quæ non eſt hæres illorum, qui meliorarunt, cum melioramenta, ſemota culpa emphytheutæ, pactoque contrario, quoties eſt linea fini-
57 ta, non deuoluantur; ſed tranſeant ad eius heredes, etiam extraneos, eiſdemque ſint reficienda, Iaſ.in leg.2.num.27.Cod.de Iur.emphyt.Bald.per illum text.in l.Senatus, §.Marcellus, ff.de legat.2.Dec.in l.qui rem, num.14. Cod.de Sacroſ.Eccleſ.& conſ.518.num.2.Altograd.conſ.28.num.60.et ſeq.lib.1. Speculat. in tit.de locat §.tunc aliqua, verſ.decimo tertiò, Valaſc.de Iur.emphyt.quæſt.25. num.3.6. & 7.Clar.in §.emphytheuſis, qu.45, nu.1.& ſeqq.Fulgin.de emphyt.tit.de melioram.qu.2. num.2.& ſeqq. eruditus Alderiſius de ſimbolic.contrac.tit.2.num.28. verſ collige ſecundò Facchin.controu.Iur.lib.1.cap.92. §.fin. verſ. quam obitum, Amat.reſolut.14. num.2. Vela diſſertat.16.num.8. Genuenſ.in Pract. Eccleſ. cap.71 num 22.Cirocc.diſcept.7. num.17.Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſin.117.num.35. Rota Lucenſ.dec.44 Franch.deciſ.190.num.1.& ſeqq.Capyc.latr.deciſ.120.num.3.Duran dec. 329.num 5.& dec. 338. num.4. Merlin.deciſ. 546.num.25.et ſeq.Ant.Fab in Cod.lib 4.tit. 43.de Iur.emphyt defin.24.& in terminis bonorum emphytheuticorum Eccleſiæ Rauennaten. Archiep. Royas deciſ.468. num 5. & ſeq. & 469.num.2.& duob.ſeqq.

58 Præcipuè, quia iſta melioramenta fuerũt facta non in agrorum cultura, ſed potiùs in ædificando, extrà naturam contractus emphytheotici, Fulgin.de emphyt. tit.de melioram.d.quæſt 2.num.11.Franch. dict.dec.191. num.13. vbi, quòd teneatur emphytheuta meliorare refectionibus minimis, & quotidianis, & debita agrorum cultura, non autem nouis ædificijs, & magnis ſumptibus. Archiep.Royas d.deciſ.468.num 6.

59 Idque optimè comprobat ſingularis text. in cap.1.§.ſi Vaſſallus in tit. hic finit. lex. in vſib.feudor. ibi: ſi Vaſſallus in feudo aliquod ædificium fecerit, vel ipſum, ſua pecunia meliorauerit, et contingat poſteà, vt ſine filio maſculo decedat Dominus, aut patiatur ædificium auferre, aut ſoluat pretium meliorationis, qui
60 textus, licèt loquatur in feudo; nihilominus procedit, etiam in emphyteuſi, in qua eadem militat ratio, vera enim eſt concluſio, vt valeat argumentum á feudo ad emphytheuſim, & è contra, quando Ius feudorum innititur rationi naturali, & iuſtæ, & non

reperitur aliàs de Iure communi deciſum,
Gloſ.in cap.1.verbo, aut vtrumque in fin.verſ.
ſed numquid idem erit in filio emphyteutica-
rij, an agnatus, vel filius defuncti potuerit re-
tinere feudum, Iaſ. in l.1.num.60. Cod de
Iur.emphyt.Euerard.in loc. legal.loco 12. la-
tè Roſental.de feud.cap.1.concluſ.10.num.6.
& meliùs in Gloſ.ibid.lit.F.Fulgin.de emphyt.
in prælud.q.10.Altograd.conſ.25.in fin lib.1.
Gabr.conſ.70.num.1.& ſeq. Socear. conſ.16.
num.24.lib.2.Soccin.Iun.conſ 24.num.15. lib.
2 Facchin.conſ.79.num.8.lib.1.& conſ.72. n.
57.lib.1.Intrigliol.de feud.quæſt.12.num.1.&
ſeqq. Amaya in l.vnica num.16. Cod.ſi libera-
lit.Imperial. ſocius ſine hæred.deceſſer. lib.10.
Couarr.lib.2.var.cap.18.num.1.Card.Mantic.
de tacit.lib.25.tit.4.num.8.Theſaur. lib.1.qu.
forenſ.quæſt 23.num.3.Vrſell.in exam.Apum,
concluſ.142.num.66. Speculat. in tit.de feud.
§.quoniam,verſ 40. in fin. Surd.de alim. tit.9.
quæſt.10.num.39. Iſern. relatus per Put.de
reintegr feud.cap.105.& cap.207. vtrobique
num.2.Carleual de Iudic.tit.3.diſput.23.num.
29.circa med.Cardin.de Luca de emphyt.diſc.
1.num.18.& de feud.diſc.52. num.5.& 6.Fō-
tanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.12.num.13.&
dec.Catbal.281.num.8.

61 Et in ſpecialibus terminis prædictum
text.in dict.cap.1.§.ſi vaſſallus, in tit.hic fini-
tur lex in vſib feudor. optimè extendit, re-
probato Fulgoſio,ad emphyteuſim Eccleſia-
ſticam,Franch.dict.deciſ.191.num.4.& ſeqq.
qui etiam allegat pro hac ſententia Liparu
lum in add.ad Iſern.in d.§.ſi vaſſallus, Archie-
piſc.Royas d.dec.468. n.5.& ſeq.& 469.n.2.
& duob.ſeqq.

62 His igitur firmatis,nullo modo poteſt pe-
tere Inueſtituram ab Eccleſia, quæ non te-
netur renouare, niſi cum eiſdem conditio-
nibus conuentis in Inueſtitura facta Monal-
dino, & quanti eiuſdem Eccleſiæ intereſt il-
lam ſubſtineri, Cæſar de Graſſ.d. deciſ.4 nu.
8.et ſequ. de reb. Eccleſ. non alien. cum alijs
ſupra allegatis, nu 56.

Quò verò ad ſecundam partem dubij,cū,
ex ſupra deductis,Eccleſia non teneatur re-
nouare, niſi cum eiſdem conditionibus, &
pactis conuentis cum Monaldino primo in-
ueſtito; meritò non poteſt ex aduerſo con-
tendi traditio Inueſtituræ, niſi quatenus
omnia melioramenta pertineant ad Eccle-
ſiam, ab eaque recognoſcantur, vná cum
bonis ſub eadem penſione. & ſolutione ſcu-
torum 600. pro quinquageſima, ſeu Laude-
63 mio,quod debetur Domino directo pro re-
nouatione, l.final.verſ.et ne auaritia, ibique
Iaſ.num.39.Cod.de Iur. emphyt. Fulgin. de
emphyt.tit.de renouat.qu.8.n.2.Clar.in §.em-
phyteuſis qu.23.

64 Præcipuè, quando, prout in præſentia,
Eccleſia non conſueuit renouare, niſi Lau-
demio ſoluto, prout liquidò conſtat ex in-
numeris ſolutionibus productis,in quo caſu
non procedunt firmata per Amod.de Ponte,
de Laudem.qu.12.verſ.quinimò, quem ſequi-
tur Burg.eod.tract part.2.inſpect.46. in prin-
cip. quòd Laudemium in renouatione non
ſit ſoluendum, prout declarat Fulgin. de
emphyt.tit.de Laudem.qu.15.nu.2. vbi,quòd
in hac materia omninò ſit attendenda con-
ſuetudo.

Nullatenus aduerſante, quòd pro reno-
uatione vnicum debeatur Laudemium,
quod, cum fuerit à Monaldino promiſſum,
& pro rata ſcutorum 300. ſolutum, non
poſſit idem Laudemium iterum peti ab Ad-
uerſaria.

Siquidem obiectum nullo Iure ſubſiſtit;
quidquid enim ſit inter Monaldinum,& Ec-
cleſiam Dominam directam, an ſit reſtituē-
dum Laudemium, quatenus Aduerſaria ob-
65 tineat prælationem ſuper renouatione per
tres ſententias conformes, iuxta terminos,
l.debet. 26.in fin.ff.de ædilit. edict. de quo in
præſentia non eſt quæſtio, neque huiuſmo-
di perquiſitio ad Aduerſariam pertinet; cū
tamen regula ſtet pro Eccleſia,quòd quoties
petitur renouatio,ſit ſoluēdum Laudemium,
66 ſtante conſuetudine d.l final. Cod. de Iur.
emphyt Fulgin.de emphyt. d. qu 8. num.2. &
tit.de Laudem.qu.15. num.2. prædictæ regu-
læ eſt omninò ſtandum, donec ex aduerſo
67 probetur limitatio, quòd illa non proce-
dat, quoties Domino directo fuit ſolutum
Laudemium per primum inueſtitum, contra
quem per eamdem Aduerſariam reperitur
motum Iudicium ſuper prætenſa prælatio-
ne,Roman.conſ.124.num.4.Alex.conſ.79.n.5.
lib.7.Dec.conſ.142.num.4.Surd.conſ.180.n.
9.Ludouiſ.dec.182.n.1.

Neque applicatur ſimile ex aduerſo ad-
ductum de retractu, ſeu Iure congrui, de
quo Niger.de Laudem.part.2.q.8.& 18.Fon-
tanell.dec.277. cum alijs ex aduerſo allegan-
dis, quia. non ob aliam rationem habens
Ius retrahendi eſt cogendus ad ſoluendum
68 Laudemium, niſi quia primum emptorem à
quacumque obligatione omninò indemnē
ſeruare tenetur, qui non aliter cedere debet
rē emptam, niſi ſibi reſtituto pretio ſoluto,
iuxta diſpoſitionem dictæ l. debet 26.in fin.
ff.de ædilit. edict. ibi: quòd ergo ſi vectigalis
nomine datum eſt, quod emptorem quoque ſe-
queretur, dicemus, hoc quoque reſtituendum,
quia indemnis emptor diſcedere debet, prout
in terminis Laudemij hanc vnicam rationē
expendunt, Niger. ex aduerſo allegatus de
Laudem.qu.18.num.19.& ſeq.tom.2.Burgoſ.
eodem tract.part.2.inſpect.5.num.3. Tondut.
lib.1.q.ciuil.cap.24 n.20.et ſeq.

Huiuſmodi verò ratio non militat reſpe-
ctu proximioris habentis prælationem in
reno-

renouatione emphytheuſis, qui non cogitur indemnem ſeruare remotiorem inueſtitum, cum Inueſtitura habeatur, perindè, ac ſi facta non fuerit in præiudicium proxi-
69 mioris, cui de Iure competit perſonalis actio ad factum pro prælatione concontra Dominum directum ad renouandum, non autem contra inueſtitum, *Alex. conſil. 165. num. 3. verſ. per prædicta, lib. 2. Dec. conſ. 329. ante num. 1. verſ. ſed reſpondetur, Angel. conſ. 184. ſub num. 3. verſ. & illa verba ad renouandum, Ruin. conſil. 165. num. 13. lib. 1. Gabr. conſ. 68. num. 10. & 12.* Ciroec. *diſcept. 53. num. 85. & 88. Card. Mant. de tacit. lib 22. tit. 23. num. 16. Corbul. de cauſ. priuat. ob temp. finit. num. 10. Ludouiſ. deciſ. 348. num. 3.* ibique *Add. lit.* B. *& deciſ. 567. num. 2. Archiep.* Ro*yas dec. 132. num. 3.* Niuol. *deciſ. 48. num. 10. Rot. in rec deciſ. 215. num. 1. part. 1. & deciſ. 369. num. 2. part. 2. & deciſ. 166. numer. 12. part. 11.*

Solùmque deducta per *Nigr. &* Fontanell. alioſque loquentes in Iure retractus, poſſunt procedere, quoties ab vno ex acquirentibus eſt alter releuandus, quod nullo modo conuenit cum præſenti caſu, in quo Aduerſaria petit renouationem, impugnando primam Inueſtituram, & Ius Monaldini primi inueſtiti, quem non tenetur indemnem releuare, dum ad illam non attinet perſcrutari, an idem Monaldinus velit donare Eccleſiæ ratam laudemij ſoluti, vel potiùs ab ea repetere intendat.

ARGVMENTVM.

Emphytheuſis in lineam maſculinam ſemel ingreſſa, ob ſtatutum excluſiuum fœminarum propter maſculos, cui eſt præſumendum, tàm Dominum directum concedentem, quàm primum acquirentem, conformes ſe reddere voluiſſe, an ab eadem linea egredi non poſſit, quouſque in totum extincta, vel euacuata remaneat, adeò vt, donec exiſtant deſcendentes ex linea admiſſa, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, reintegratio fœminarum excluſarum ex altera linea dari non poſſit.

Vel potiùs, deficientibus maſculis ex linea ſemel admiſſa, fœminæ ex altera linea, vtpotè non perpetuò, ſed temporaliter excluſæ, ad emphytheuſim ſint reintegrandæ, Et quænam ſit differentia ad rem, de qua agitur, inter emphytheuſim in vnam lineam obuentam ex titulo diuiſionis, vel ratione ſtatuti excluſiui fœminarũ propter maſculos, Et an rectè in huiuſmodi materia valeat inferri à feudo ad emphytheuſim; Ad intellectum, & ornatum Iurium io *cap. 1. de natur. ſucceſſ. feud. & in cap. 1. §. quin etiam ſub tit. Epiſcop. vel Abbat. in vſib. feudor.*

SVMMARIVM.

1 *Emphytheuſis in alienius lineam ſemel ingreſſa ampliùs ab ea egredi non poteſt, quouſque eadem linea in totum remaneat extincta.*

Ideoque, donec extiterint deſcendentes ex linea admiſſa, ſiue maſculi, ſiue fæminæ, reintegratio fæminarum excluſarum ex altera linea dari non poteſt, ſtante ſtatuto excluſiuo fæminarum propter maſculos, cui ſit præſumendum, contrahentes ſe conformes reddere voluiſſe.

Contrarium num. 3. & ſeqq. *vbi declaratur materia.*

2 *In bonis emphytheoticis hæreditarijs attenditur proximitas vltimi ſucceſſoris, non autem primi acquirentis.*

3 *Expenduntur Iura in* cap. 1. in fine de natur. ſucceſſ. feud. & in cap. 1. §. quin etiam ſub titulo Epiſcopi, vel Abbates in vſibus feudor.

Eadem Iura, licet loquantur in feudo, habent tamen locum etiam in emphyteuſi in aliquorum ſententia.

4 *In emphytheuſi non procedit conclusio, vt fæmina ſemel excluſa remanere debeat ſemper excluſa, quidquid ſit in feudo.*

5 *De differentia inter feudum, & emphyteuſim, vt in primo fæmina ex natura contractus excludatur, in ſecunda verò ex diſpoſitione ſtatuti procedentis, vbi extant agnati, qui poſſint ſuccedere.*

6 *Emphytheuſis dicitur pactionata, non autem hæreditaria, quoties eſt quæſita à primo acquirente pro ſe, ſuiſque liberis maſculis, & fæminis, nulla facta mentione de hæredibus.*

7 *Statuto exiſtente ſimpliciter excluſiuo fæminarum propter maſculos, emphytheuſis defertur ad maſculos; illis tamen deficientibus fæminæ in Inueſtitura vocatæ admittuntur.*

Maſculorum prælatio non intelligitur per modum perpetuæ excluſionis, ſed temporaliter tantùm.

8 *Idque procedit in emphyteuſi recepta pro ſe, & filijs maſculis & fæminis.*

9 *Et tàm in emphytheuſi pactionata, quàm hæreditaria, iuxta communem ſententiam.*

10 *In emphytheuſi ex pacto, & prouidentia, in aliquorum opinione, non vindicat ſibi locum excluſio ſtatutaria.*

11 *Fæmina; cum ſit capax emphytheuſis Eccleſiaſticæ, præcipuè ſtante conceſſione pro maſculis, & fæminis, ſublatis maſculis, ad emphyteuſim Eccleſiaſticam eſt reintegranda.*

12 *Fæminæ, deficientibus maſculis, reintegrari debent ad emphyteuſim, non obſtante exiſtentia aliarum fæminarum, ex linea ſemel ingreſſa.*

13 *Coniectura deſumpta à ſtatuto excluſiuo fæ-*

minarum propter maſculos habet locum; quatenus maſculi exiſtant; illis verò deficientibus, fœminæ cenſeri debent ad ſucceſſionem emphytheuſis reintegratæ.

14 Voluntas, quæ deducitur ex actu, extendi non debet vltra id, quòd de neceſſitate ex ipſo actu inferatur.

15 Coniectura voluntatis contrahentium deſumpta ex ſtatuto excluſiuo fœminarum, interpretari debet, quatenus maſculi exiſtant.

16 Excluſio fœminarum propter maſculos intelligi debet conditionaliter, temporaliter, & ſuſpenſiuè, non autem in perpetuùm, quoties ſtatutum loquitur per ablatiuum abſolutum, videlicet ſuperſtitibus filiis maſculis, quod reſoluitur in conditionem.

17 Suſpenſiuè dicuntur fœminæ excluſæ, quoties in eodem ſtatuto, deficientibus maſculis, expreſsè vocantur.

18 Præcipuè, quando fœminæ litteraliter in Inueſtitura leguntur vocatæ, ſtante conceſſione facta pro maſculis, & fœminis.

Quidquid ſecus fortaſsè ſit aſſerendum, ſi in Inueſtitura fœminæ non fuerint expreſsè comprehenſæ, neque vocatæ.

19 Intellectus cap. 1. §. quin etiam ſub titulo Epiſcopi, vel Abbates in illis verbis. Relicto maſculo vlteriùs fœminæ non admittantur, remiſſiuè.

20 Emphytheuſis ſemel ingreſſa in aliquam lineam, in ea continuare debet vſque ad totalem ipſius excluſionem.

21 Intellige, quando emphytheuſis vni ex deſcendentibus Inueſtiti titulo diuiſionis obuenit.

22 In hoc caſu debet intelligi textus in cap. 1. in fine de natura ſucceſſion. feud.

23 Prout auctoritates contrariæ pariter intelligendæ in terminis emphytheuſis titulo diuiſionis in aliquam lineam obuentæ.

24 Secus aſſerendum, quando excluſio fœminarum, quæ alioquin ſub lege Inueſtituræ ſunt comprehenſæ, ſimpliciter prouenit ex diſpoſitione ſtatuti excluſiui propter maſculos.

25 Impugnatur Merlin. dec. 669. num. 12. ſimpliciter, & abſolutè firmans concluſionem.

Auctoritates ibidem allegatæ loquuntur, vel quoties emphytheuſis ratione diuiſionis ingreditur in vnam lineam.

26 Vel, quando agitur de Primogenituris fideicommiſſis, & feudis, præcipuè hæreditarijs, in quibus, donec extent capaces de vna linea ſemel ingreſſa, cæteri alij excluduntur.

27 Vel demum, quoties emphytheuſis eſt hereditaria, de qua, cum liberè diſponi poſſit, attenditur proximitas vltimi ſucceſſoris; non autem primi acquirentis.

28 Textus in cap. 1. de natura ſucceſſionis feudi, iuxta communem intellectum, prædictæ rationi innititur.

29 Referuntur auctoritates agentes de ſamigeratea quæſtione, an fœmina per maſculos ſemel excluſa, remaneat perpetuò excluſa.

30 Fœminæ à ſtatuto excluſæ, deficientibus maſculis, admitti debent ad emphytheuſim, non per viam reintegrationis, ſed potius ſucceſſionis debitæ ex lege Inueſtituræ, vtpotè poſt maſculos vocatæ.

CAPVT LXIV.

ASSOCIATIO eſt concedenda pro medietate ad bona emphyteotica, nullatenus aduerſante obiecto, quòd, cum emphytheuſis fuerit acquiſita à Martino, & ſemel in eius lineam ingreſſa, ampliùs ab ea egredi non poſſit, quouſque
1 eadem linea in totum remaneat extincta, & euacuata, cum in ſucceſſione bonorum emphytheoticorum detur proceſſus continuatiuè in deſcendentes vnius lineæ vocatæ, quouſque extant; non autem fiat tranſitus ad aliam lineam, etiam ſi perſonæ ex alia linea forent primo acquirēti proximiores; ideòque, donec extiterint deſcendentes ex prædicta linea, ſiue maſculi, ſiue fœminæ, reintegratio fœminarū ſemel excluſarū ex altera linea dari nō poſſit, ſtante ſtatuto excluſiuo fœminarū, cui præſumendum eſt, cōtrahentes voluiſſe omninò ſe conformes reddere, Surd. conſ. 403. num. 16. Paul. de Montepic. conſ. 100. num. 6. Corn. conſ. 263. num. 10. lib. 1. Natt. conſ. 22. num. 1. Bero. conſ. 152. num. 35. & ſeq. lib. 2. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 4. num. 14. Peregrin. de fideicomm. art. 51. num. 59. Card. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 27. num 17. Mareſc. Var. lib. 2. cap. 59. num. 11. Card. de Luca de emphyt. diſc. 11. num. 2. verſ. ſed ubi, & num. 3. Fulgin. de emphyt. tit. de ſucceſſ. quæſt. 2. num. 18. Maſtrill. dec. Sicil. 248. n. 39. & ſeq. Merlin. dec. 699. num. 12. Rot. in recen. dec. 681. num. 3. part. 2. & dec. 230. nu. 19.
2 & ſeqq. part. 11. cum ex receptiori Doctorū ſententia in bonis emphyteoticis hæreditarijs attendi debeat proximitas ultimi ſucceſſoris, non autem primi acquirentis. Corn. conſ. 22. num. 18. lib. 2. Gabr. conſ. 86 num. 12. lib. 1. Rub. Alex. conſ. 138. num. 4. Port. Imol. conſil. 121. num. 16. & ſeq. Molin. de Primog. Hiſp. lib. 3. cap. 4. nu. 14. Merlin. dict. dec. 699. num. 12. verſ. & in bonis.

Idque per text. expreſſum in cap. 1. in fin. de natur. ſucceſſ. feud. ubi Bald. num. 1. Afflict.
3 num. 67. & confert alter text. in cap. 1. §. quin etiam ſub tit. Epiſcop. uel Abbat. in uſib. feud. ibi: Relicto maſculo, ulteriùs fœminæ non admittantur, ubi ſignanter Bald. Andr. Iacob. Alex. Aluarot. & alij feudiſtæ.

Et quamuis huiuſmodi Iura loquantur in feudo, uindicant tamen ſibi locum, etiam in emphytheuſi, prout affirmant Ruin. conſ. 166. num. 10. & conſ. 9. num. 5 verſ. quinimò uidetur lib. 1. Corn. conſ. 263. num. 10. lib. 1. Honded. conſ. 36. num. 35. lib. 1. ubi de emphytheuſi Eccleſiaſtica, Natt. conſ. 22. num 1. lib. 1. Fulgin. de emphyt. tit. de ſucceſſ. in bon. Emphyt. quæſt. 2. num 18. Cardin. de Luca de emphyth. diſcurſ. 11. num. 3. Rot. in recent. dict. deciſ. 230. num. 20. part. 11. cum ex allegatis diſputatio-

ne

ne præcedenti à feudo ad emphyteuſim ua-
leat arguere.

Triplici enim reſponſione tollitur obie-
ctū;Primò,quód quidquid ſit in feudo,& in
fideicommiſſis, ſeu Primogenituris,uel Ma-
ioratibus, ex latè per Nos deductis diſput.3.
in emphytheuſi non procedit conclusio, ut
4 fœmina ſemel excluſa remanere debeat ſem-
per excluſa, prout eſt receptiſſima ſenten-
tia, quam, præ cæteris, optimè firmant, re-
ſpondendo contrarijs, & adducentes ratio-
nē diſcriminis inter feudum, & emphytheu-
ſim, Burſatt.conſ.80.num.13.& ſeqq. Rimin.
Iun.conſ.82.num.4.& 6. Soccin Iun. conſ 104.
num.11.& duobus ſeqq.lib.2.& conſ.79. num.
11.lib.4.Card.Mant.de tacit.lib.22.tit.18.nu.
23.Amic. de Iur. emphit. quæſt.50. Malnaſ.
conſ.116.num.9.Bero.conſil.102.num. 25.lib.
1.Gratian.cap.347 num.14. Ciriac.controuer.
128.num.3.et controu.719.num.22.et ſeq aſ-
5 ferens, illud eſſe diſcrimen inter feudum, &
emphytheuſim, quòd, nempè, in feudo fæ-
mina excludatur ex natura contractus; in
emphytheuſi uerò ex diſpoſitione ſtatuti,
quod procedit,ubi extant agnati,qui poſſint
ſuccedere,Ciroce.diſcept.58. num.32.et ſequ.
Ciarliu.controu.180.num.46.Surd.dec.95.nu.
24. et 28. ibique Hodiern.num.3.

6 Secundó, cum emphytheuſis diei debeat
ex pacto, & prouidentia,non autem hęredi-
taria, vtpotè quæſita à Ioanne primo ac-
quirente pro ſe, ſuiſque liberis maſculis, &
fæminis, nulla prorsùs facta mentione de
hæredibus, iuxta theoricam Bart.in l.vt Iu-
ris Iurandi, § ſi liberi ſub num 6.verſic.prop-
tereà poſito. ff.de oper.libert.Iaſ.in l.2.n.211.
Cod.de Iur.emphyt Iſern.in cap.1.num.1. tit.
an Agnat.Camerar.in cap Imperialem,§.præ-
tereà ducatus .fol. 95. à tergo lit. V. ibique
Moatan.ſub num.67. vbi dat rationem, quia
conceſſio fit ſanguini acquirentis, Soccin.
Iun.conſ.71.nu.31.lib.1 Rimin.Iun.conſ.138.
num.1.Clar.in §.emphytheuſis qu.16.ſub nu.
1. verſ. emphytheuſis non hæreditaria, Gra-
tian diſcept.451. numer.16.Ginrb.de ſucceſſ.
feud.prælud.4.num.12. Capyc. Latr.deciſ.70.
num.41.Coccin.deciſ.343. num.3. Duran. dec.
410.& 431. vtrobique num.5. Bich. dec.58.
nu. 15. cum alijs per Nos alibi adductis.

7 Verior eſt ſententia, vt, etiam exiſtente
ſtatuto ſimpliciter excludente fæminas pro-
pter maſculos, emphytheuſis deferatur ad
maſculos, quibus poſteà deficientibus, fæ-
minæ in Inueſtitura vocatæ admittuntur;
ſtatuti enim diſpoſitio nihil aliud operatur,
quàm, quòd fæminarum vocatio ſuſpenda-
tur, donec, & quouſque maſculi exiſtant; a-
deòut prę latio maſculorum non intelligatur
per modum perpetuę excluſionis; ſed potiùs
temporaliter tantùm, vt poſt Bart. in d.leg.
vt Iuris Iurandi § ſi liberi, num.5. ff.de oper.
libert. firmant Soccin. Sen. conſ. 280 num.4.
lib.2. Rimin.Iun. conſ.409 numer.20.Cephal.
conſ.451.num.197.Carpan. ad ſtatut. Mediol.
cap.278.num.41.Peregrin.de fideicom.art.27
num.23.verſ.quàm concluſionem,Fuſar.plures
referens de ſubſtit.qu.311.num.45.& qu.352
num. 17. alijque innumeri, qui poſſunt al-
legari.

8 Et in ſpecialibus terminis bonorum em-
phytheoticorum receptorum pro ſe, & filijs
maſculis, & fæminis, poſt eumdem Bart.in
d.l.vt Iuris Iurandi, §.ſi liberi, num.5. in fin.
ff.de oper.libert. affirmant Iaſ.in l.2.nu.187.
Cod.de Iur.emphyt.Alex.in leg.Gallus,§.qui-
dem rectè,num.11.ff.de liber.& poſthum.Soc-
cin.Iun.conſ.79 num.9. lib.4. et conſ.104. per
totum, præcipuè num 9.et duob.ſeqq.lib.2.
Caſtrenſ.conſ 300.lib.2.Decian.conſ.30. n.40.
et ſeq.lib 3.et conſ.45.nu.12.et ſeq.lib.2 Surd.
conſ.338.num.16 Facchin.conſ.2. num.14.et
ſeq.lib.1. Honded.conſ.13.num.28.et ſeq. aſ-
ſerens, hoc habere locum, tàm in emphy-
9 theuſi pactionata, quàm hæreditaria, &
latiùs conſ.54. num.6 et tribus ſeq.lib.1.Clar.
in §.emphytheuſis, qu.32. num.4. vbi teſtatur
de communi, Altograd conſ.25.num.12.lib.1.
et conſ.95.num.27.lib.2.Altograd. Iun. contr.
34.num.13.et ſeq.Valaſc.de Iur.emphyt.q.43.
num.3.circa medium, verſ.add.et nu.4. verſ.
niſi patria,Cornazan.deciſ.Luceuſ.121.num 2.
verſ.primò,quia, Coccin.dec.32.num.3.Card.
Canales.dec.555 et 583.num.2. Peña deciſ.
870.nu.4.et ſeqq. iuxtà impreſſionem Lug-
dunenſem.

Quinimò, attenta nonnullorum ſenten-
10 tia neque etiam uindicat ſibi locum exclu-
ſio ſtatutaria, quando emphytheuſis eſt ex
pacto & prouidentia,iuxta ſingularem Do-
ctrinam Salicet. in l.2.num.26.in fin.Cod.de
Iur.emphyt. quàm ſectantur Rnin.conſ.162.
num 13 lib.1.Roland. conſ.68. num.21. lib 1.
Surd.conſ.95.ſub num 9 Gratian.diſcept.413.
et ſeq.Cyriac.controu 719.n.12.

11 Tertiò ſublata uidetur quælibet difficul-
tas;cum enim fæmina ſit capax emphytheu-
ſis;etiam Eccleſiaſticæ § emphytheuſim,a uth.
de alienat. et emphyt. Bero. in cap. in præſen-
tia, num.401.et ſeqq de probat.Crot.conſ.183.
num.15.Clar.in §.emphytheuſis, qu.52. nu.1.
Conarr. latè var.cap 18 num.10. Surd. deciſ.
95.num.14.Rot.in recent dec.309.n.3.part.4.
tom. 2. præcipuè, ſtante conceſſione facta
pro maſculis, & fœminis, Bart.d.in leg. vt
Iuris Iurandi, § ſi liberi, num.5.ff de oper. li-
bert.Salicet.in l.2.qu.17 ibique Iaſ.numer.18.
Cod.de Iur. emphyt Imol in cap.potuit in fin.
de locat.Valaſch de Iur.emphyt.q.41.n.4.Ful-
gin. de emphyt.tit.de ſucceſſ.in bon.emphyt.q.
10.num.1. admittique debuerit vná cum
maſculo; niſi ſtatutum reſiſteret, ſublato
eodem maſculo, fæmina ad emphytheuſim

eſt

eſt reintegranda; prout in ſpecie Soccin.Iun.
conſ.104.num.7. & ſeqq. ſignanter num.11.
propè finem, verſ.cum.itaque, & num.14.lib.
2. Altograd. conſ.91.n.19. lib.2. Card.Mant.
de tacit.lib.3.tit.8.num.21.& ſequ. & lib.22.
tit.18.num.23.Gratian.diſcept.347.num.14.
& ſeq. Hodiern.ad Surd.dec.95. num.3.& 8.
Fulgin.de emphyt.tit.de ſucceſſione in bon.em-
phyt.qu.2.num.12. & ſeqq. & num.16. pro-
pè finem, verſic. ſimiliter non obſtat, aſſe-
rens. quòd ſi maſculi deſecerint, fœminę re-
integrari debeant ad emphyteuſim, non
12 obſtante exiſtentia aliarum fœminarum ex
linea ſemel ingreſſa, Cyriac. d.controu.719.
num.22.& ſeqq.Ciarlin.controu.180.num.46
Cirocc.diſcept.58. num.33. prope finem, verſ.
nam emphyteuſis, Manent.dec Mant.60.n.12.
Peu. dec.870. num.5. & 8. iuxta impreſſio-
nem Lugdunenſem.

Regulare enim eſt, vt coniectura deſum-
pta à ſtatuto excluſiuo fœminarum propter
13 maſculos, cum quo præſumendum eſt. con-
trahentes voluiſſe ſe omninò cõformes red-
dere, atque adeò fœminas ab emphyteuſi
excludere, habeat locum, quatenus maſculi
exiſtant, illis verò, prout in præſentia, de-
ficientibus, abſque dubio fœminæ cenſeri
debeant hoc caſu poſt maſculos vocatæ, &
ad ſucceſſionem reintegratæ, Ruin.conſil.
117.num.6.& 15.& conſ.140.num.4.et conſ.
154 n.4. & ſeq.lib.2.Soccin.Senior conſ.227.
num.5.& 6.lib.2.Card.Mant.de coniect. vlt.
volunt.lib.8.tit.18. num.7. & 10. Peregrin.
de fideic.art.25.num.52. latè Fuſar.de ſubſtit.
qu.311.num.45.& ſeq.& qu.352.numer.17.
Buratt.deciſ 851.num.7. optimè Rot. in rec.
deciſ 475.num.2.part.2.& dec.133.num.17.
part.9.

14 Idque optima fulcitur ratione; cum enim
voluntas. quæ deducitur ex actu, extendi
non debeat vltra id. quod de neceſſitate ex
ipſomet actu inferatur, iuxta theoricam
Bart.in l.1.§.hoc interdicto,ff.de itin.actuque
priuat.Surd.conſ 52. nu.73. quemadmodùm
ergo ſtatutum, ex quò deducitur coniectu-
ra voluntatis, tàm in primo acquirente,
quàm in concedente emphytheuſim ſuper
excluſione fœminarum, eas non excludat;
niſi, quamdiù extant maſculi; ita etiam in-
terpretari debeat eorumdem contrahentiũ
15 voluntas, vt in propoſito, egregiè arguit
Surd.dec.84.num.9.in fin. & poſt eum Fuſar.
de ſubſtit.d.qu.311.num.46.Rot.in rec. d.dec.
133.nu.18.& ſeq par.9.

Fortiùs, quia, attento dicto ſtatuto An-
conitano. excluſio fœminarum perneceſsè
intelligenda eſt conditionaliter, tempora-
liter, & ſuſpenſiuè; non autem in perpe-
16 tuum, ponderatis verbis, tám primi ſtatuti,
ibi: ſuperſtitibus filijs maſculis, quám alte-
rius ſtatuti, ibi: filijs maſculis ſuperuenienti-
bus, quæ cum legantur prolata per ablatiuũ
abſolutum, reſoluuntur in conditionem,
perindè, ac ſi dictum fuerit, donec, & quo-
uſque, Soccin.Iun.d.conſ.104.ſub num.11.&
ſeq.lib.2.Ruin.conſ.9.num.10.lib.1.& conſil.
115.num.5 lib.3.Pariſ.conſ.22.nu.22.& conſ.
ſeq.num.5.Gozad.conſ 9 num.58. Alex. conſ.
53.col.vlt.lib.6.& conſ.100 col.3.lib.7.Dec.
conſ.480.num.6.& 8. & 589 ad fin. & conſ.
594.num.6.Surd.conſ.384.nu.34 lib.3 Brun.
de ſtatut.excluſ fœmin.art.10.quæſt 5.num.6.
Palat.cod.tractat.Column.4.num.14.& ſequ.
benè Card.Mantic de tacit. lib.22. tit.18 nu.
28.verſ.nam hæc verba, aſſerens, quòd ver-
ba, vt, extantibus maſculis fœminæ ad bona
emphytheotica non admittantur, debeant
intelligi conditionaliter, temporaliter, &
ſuſpenſiuè, non autem in perpetuum, Ho-
diern. ad Surd.d. deciſ.95. num 8. verſ.nam
ponderando verba, Intrigliol.de feud.centur.
2.art.2.num.108. & ſeq.Peregrin. de fideic.
artic.27.num.24.& art.29. num.18 Hieron.
Garz in tract de fœmin.recept.ad feud. col.6.
circa princip verſ.poſtremò, Ludouiſ.deciſ 33.
ibiq; add.vbi de Breui S.M.Innocentij VIII.
de fœminis admittendis ad bona emphyteo-
tica Eccleſię, non extantibus maſculis.

Præcipuè, quia in eodem ſtatuto ſub titu-
lo de ſucceſſione ab inteſtato, fœminæ, deficiẽ-
tibus maſculis, expreſsè vocantur, quo ca-
17 ſu indubitati Iuris eſt, excluſionem dici
ſuſpenſiuam, atque adeò fœminas, defi-
cientibus maſculis, omninò debere admitti,
Surd.d.conſ.384.num.34.lib.3 Turret. conſ.
23.num.4.lib.2. Intrigliol. de feud. d centur.
2.art.2.num.108.& ſeq. optimè, alijs alle-
gatis, Michalor.de fratrib.part.3 cap.47.nu.
19.& dub. ſeqq. vbi in ſpecie, quód ſuſpen-
ſiuè dicatur fœmina excluſa, ſi ſolùm, defi-
cientibus maſculis, fuerit vocata.

18 Multòque magis prędicta procedunt quia,
cum fœminæ fuerint litteraliter in Inueſti-
tura vocatæ, ſtante conceſſione, facta pro
maſculis, & fœminis: Meritò earumdem
fœminarum excluſio innixa præſumptæ mé-
ti contrahentium volentium ſe conformare
cum ſtatuto excluſiuo, procedit, maſculis
exiſtentibus, quidquid ſecus fortè dicendũ
ſit, ſi in Inueſtitura fœminæ non fuerint ex-
preſsè compræhẽſæ, neq, vocatæ prout benè
diſtingũt poſt Iacob.Mart conſ.6.n.40.et ſeq.
Hodiern.ad Surd. d.dec.95.n.11.& ſeq. Molez
in eius dec. manuſcript.quæſt.3. cuius memi-
nit Vrſin.de ſucceſſ.feudor.p.2.art.2.ſub n.25.
& egregiè eruditiſſimus Montan. controu.22.
per tot. ſignanter num. 4. verſ. cum igitur ex
tenore Inueſtituræ, et num 6. vbi latè expen-
ditur intellectus dicti cap.1.§.quin etiam, ſub
tit. Epiſc. vel Abbat. in illis verbis, relicto
maſculo, vlteriùs fœminæ non admittantur.

Neque ſuperiùs firmatis aduerſatur con-
cluſio

20 cluſio, quòd emphytheuſis ſemel ingreſſa
in aliquam lineam, in ea continuare debeat
vſque ad omnimodam illius excluſionem,
iuxta *text. in cap. 1. in fin. de natur. ſucceſſ.*
fend. cum alijs initio allegatis, *num. 1. et*
ſeq. & in ſpecie emphytheuſis, *Merlin. d. dec.*
699. num. 12. Rota diuerſ. dec. 219. part. 4. in
recent. dec. 230. num. 19. et ſeqq. part. 11.
21 Siquidem illa procedit, quando, nempè,
emphytheuſis uni ex deſcendétibus inueſti-
tis titulo diuiſionis obuenit, quo caſu, donec
ſupereſt aliquis de eius linea, ſiue maſculus,
ſiue fæmina, alij de alia linea, quàmuis in
Inueſtitura comprehenſi, repelluntur, iuxta
diſpoſitionem *text. in d. cap. 1. in fin. de natur.*
ſucceſſ feu. allegati in dicta *deciſ. Merlin. 699.*
22 *num. 12. & in d. dec. Rota in rec 230. nu. 19 et*
ſeqq part. 11. quem textum in caſu diuiſio-
nis debere intelligi, pro abſoluto ſupponút,
Natta conſ 22. num. 1. lib 1. Peregrin. conſ. 37.
numer. 7. lib. 1. Surd. conſ 577. numer. 18.
Honded. conſ. 36. num. 15. lib. 1. Soccin.
Iun. conſ. 126. num. 27. lib. 1. Altograd. conſ.
13. num. 52. lib. 2. Card. Mant. de tacit. lib. 23.
tit. 27. num. 17. Corbul. de cauſ. priuation. ob
renunciationem, num. 30. Mareſc. var. lib 2.
cap. 59 num. 11. Fulgin. de emphyt. tit de ſuc-
ceſſ. in bon. emphyt. qu. 2. num. 18. verſ & quòd
debeat intelligi, & quæſt. 11. num 6. & in his
23 præciſis terminis emphyteuſis titulo diui-
ſionis obuentæ in aliquam lineam expreſsè
loquitur *Rot. diuerſ. dict. deciſ. 219. part. 4.*
in recentior. dicta deciſion. 230. numer. 19.
& ſequentibus. part. 11. in quibus etiam
terminis procedunt firmata per *Card. de Lu-*
ca de emphyt. d diſc. 11. n. 2. & ſeq.
24 Secus verò quando excluſio fœminarum,
alioquin ſub lege Inueſtituræ comprehenſa-
rum, ſimpliciter, abſolutèque prouenit ex
diſpoſitione ſtatuti excluſiui propter maſcu-
los, cui præſumendum eſt, contrahentes vo-
luiſſe, ſe conformes reddere; hoc enim caſu,
non exiſtentibus maſculis illius lineæ, ad
quam emphytheuſis fuerat ingreſſa fœmi-
næ alterius lineæ ſub inueſtitura comprehen-
ſæ, quamuis aliquando temporaliter, ſuſpen-
ſiuèque excluſæ, debeant omninò admitti,
& reintegrari, ex ſupra latè firmatis, & hanc
diſtinctionem rectè aduertit *Fulgin* conci-
liando aduerſantes *Rotæ* deciſiones & ſatis-
faciendo obiecto *d. quæſt. 2. num. 17. verſ. ſed*
huic concluſioni, & num. ſeq. Ciroec. dict. di-
ſcept. 58. nu. 29. & 31. eamdemque diſtinctio-
nem admittit *Rot. in rec. dict. dec. 230. nu. 21.*
part. 11.
Et quamuis *Merlin. dict. dec. 699. num. 12.*
25 ſimpliciter, & abſolutè firmet concluſio-
nem; nihilominus ibidem deducta nullo Iu-
re ſubſiſtunt; cum auctoritates allegatæ, vel
loquantur, quoties emphytheuſis ratione
diuiſionis ingreſſa eſt in vnam lineã, in qui-
bus terminis intelligendus *text.* per eumdem
Merlin. allegatus, in *d. cap. 1. de natur. ſucceſſ.*
fend. ex ſupra firmatis, & loquitur *Natt.*
conſ. 22. aſſerens, quòd, quando feudum eſt
aſſignatum vni in diuiſione, donec ſupereſt
aliquis de illius linea, alij tranſuerſales, etiã
ſi ſint proximiores, excluduntur.
Vel quoties agitur de primogenituris, fi-
26 deicommiſſis, & feudis, præcipuè hæredita-
rijs, in quibus, donec extent capaces de vna
linea ſemel admiſſa, cæteri alij excluduntur,
in qua ſpecie procedunt firmata per *Pere-*
grin. de fideicomm. art. 51. num. 59. Molin. de
Primog. Hiſpan. lib. 3. cap. 4 num. 14. Rot. in
recent. dec. 681. num. 3. part. 2. cæteraſque
auctoritates in eadem *dec Merlin.* allegatas,
& Nos latiſſimè firmauimus *diſp. 3.*
27 Vlteriùs eadem deciſio *Merlini* loquitur
in emphyteuſi purè hæreditaria, de qua cum
liberè diſponere poſſit; meritò attenditur
proximitas vltimi ſucceſſoris; non autem pri-
mi acquirentis. cui potiſſimùm rationi in-
28 nititur diſpoſitio *text. in dict. cap 1. de natur.*
ſucceſſ fend. iuxta communem intellectum
eidem traditum per *Decium conſ. 516. nu. 13.*
Peregrin. de fideicomm. dict art 51. num 59.
in princ. Atque adeó ibidem firmata non
rectè conueniunt in præſentia, dum agitur
de emphytheuſi omninò pactionata ex ſu-
pra firmatis, à qua fœminæ, licet á ſtatuto
excluſæ ob exiſtentiam maſculorum, eiſdem
tamen deficientibus, omninò reintegrari de-
bent ad ſucceſſionem emphytheuſis, vtpotè
ad illam vnà cum maſculis litteraliter vo-
catæ prout ſuperiori loco latè eſt compro-
batum.
Prædictis omnibus ea accedat animad-
uerſio, quòd in præſenti themate non agitur
de reintegratione fœminarum ad ſucceſſio-
nem Patris, à qua ipſæ per maſculos ſemel
29 fuerunt excluſæ, in quibus ſolùm terminis
vindicat ſibi locum famigerata illa quæſtio
inter Interpretes adcò exagitata, an fæmi-
na per maſculos ſemel excluſa perpetuò re-
maneat excluſa, de qua poſt *Bart. in l fin. ſub*
num. 2. verſic. ſed ſi poneremus, ff. ad Senat.
Conſult. Tertull. & conſ 20. num. 2. verſ. con-
cluditur, lib. 1. Bald. in auth ſed ſi quis, nu. 10.
verſ. & pro hoc infertur, Cod. de ſecund. nupt.
latè, præ cæteris. agunt, *Surd. conſ. 502. lib. 4.*
Gabr. de ſtatut. concluſ. 4. num. 1. Brun. ſuper
ſtatut. quod ſtant. maſcul. art. 10. princ. quæſt.
5. & quæſt. 9. art. 12. num. 157 & ſeq Natt. ſu-
per eodem ſtatut. part. 2. principal. quæſt. 26.
Mangil. de imputat. quæſt. 69. per tot. Molin. de
Primog Hyſpan. lib. 1 cap. 2. latè *Merlin. de le-*
git. lib. 3. tit. 1. q 3 per tot.
Sed potiùs de ſuccedendo vltimo maſculo
30 defuncto in bonis emphyteoticis vigore vo-
cationis ſucceſſiuæ poſt maſculos fauore
fœminarum reſultantis ex comprehenſione
ea-

Digitized by Google

carumdem ſub lege Inueſtiturę, quæ non dicitur ſublata per ſtatutum, niſi temporaliter, & ſuſpenſiuè, quatenus, nempè, maſculi exiſterent, ex allegatis; Ideòque, etiam ſi fœminæ ſemel fuerint excluſæ à ſucceſſione emphyteuſis, ob exiſtentiam maſculorum; adhuc, eiſdem maſculis deficientibus, admitti debent, non Iure hæreditario, ſed uti vocatæ poſt maſculos, & non per viam reintegrationis, ſed ſucceſſionis ex lege Inueſtituræ delatæ, prout optimè diſtingunt ſatisfaciendo obiecto, quòd fœmina ſemel excluſa à feudo, vel emphyteuſi, ulteriùs non admittatur, & uideatur perpetuò excluſa, *Soccin. Iun. dict. conſ. 104. num. 9. verſic. ad hoc etiam, & nu. ſeq. verſ. aliquando ergo, lib. 2. Menoch. conſ. 331. num. 61. & conſ. 349. nu. 11. Cephal. conſ. 30. num. 53. in fin. lib. 1. Spad. conſ. 163. lib. 1. Altograd. Iun. contron 34. num. 16. Penia deciſ. 870. num 5 & 8. Surd. dec. 95. num. 26. & ſeq. Peregrin. dec. 7. num. 10. verſ. tertiò.*

ARGVMENTVM.

Pater, quoties ſtipulatur emphyteuſim, præcipuè Eccleſiaſticam, pro certo filiorum numero, proprijs expreſſis nominibus, conceſſio non poteſt ſuffragari pro alijs filijs, ſiue exiſtentibus tempore Inueſtituræ ſiue poſteà ſuſceptis.

Melioramenta magni valoris non ſunt reficienda, etiam ſi emphyteuſis deuoluatur ob lineam finitam, & non ob culpam emphyteutæ, quoties in Inueſtitura ità ſpecificè reperitur conuentũ. Quidue aſſerendũ, quoties emphyteuta in dolo malo verſatus eodem pacto abuteretur, faciendo exceſſiuas expenſas in meliorando, quas Dominus directus non ſoluendo effectus non poteſt reficere.

Et an quando, emphyteuſi deuoluta, ob lineam finitam, ſint hæredi emphyteutæ reficienda melioramenta in ædificijs conſiſtentia. Ad intellectum *text. in cap. 1. §. ſi vaſſallus, tit. hic finit. lex. in uſib. feudor.*

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis deuoluitur, finitis generationibus.*

2 *Conceſſum ad tempus, poſt illud cenſetur denegatum.*

3 *Manutentio competit Domino directo vigore poſſeſſionis ciuilis ad recuperandam naturalem exiſtentem penes hæredes vltimi emphyteutæ.*

4 *Præcipuè, quando deuolutio eſt clara.*

Secus, ſi de ea poteſt hæſitari; quia tunc Iudicio ordinario tenetur experiri, & interim eſt concedenda manutentio emphyteutæ, ſiue eius hæredi habenti poſſeſſionem naturalem.

5 *Generationes eſſe finitas probatur ex fide Parochi.*

6 *Prout etiam ſi nemo compareat, qui contendat eſſe comprehenſum ſub Inueſtitura.*

7 *Emphyteuſis Eccleſiaſtica robur accipit ab Apoſtolica confirmatione.*

8 *Confirmationis tenor potiſſimùm attendi debet, cum ab eo dependeat, & informetur tota emphyteotici contractus ſubſtantia.*

9 *Debetque ad unguem ſeruari, & ad limites verborum intelligi.*

10 *Magis eſt inſpiciendus tenor Inueſtituræ, quàm quod lex feudalis diſponat.*

11 *Id, quod in conceſſione reperitur omiſſum, pro omiſſo habendum, neque aliquid extrinſecũ admittendum; cum ad literam ſeruari debeat tenor Inueſtituræ.*

12 *Emphyteuſis eſt materia informis, recipiens formam à placito contrahentium, habetque naturam ſuis pactionibus fulciendam.*

13 *Præcipuè circa numerum, generationeſque Perſonarum, in quibus potiſſimùm Inueſtituræ conſiſtit ſubſtantia.*

14 *Dictio taxatiua, tantùm, ſuaptè natura includit ſub emphyteuſi Perſonas ſolùmmodo expreſſas; omnibus alijs excluſis.*

15 *Pater, quoties ſtipulatur emphyteuſim pro certo filiorum numero, proprijs expreſſis nominibus; tunc conceſſio non poteſt ſuffragari pro alijs filijs, ſiue exiſtentibus tempore Inueſtituræ, ſiue poſteà ſuſceptis.*

16 *Patris ſtipulatio ad certas Perſonas reſtricta, ad alias extendi nequit.*

17 *Inueſtituræ contractus, quidque in eo comprehenſum intelligatur, iuxta tempus quo eſt geſtus, & non iuxta futurum, æſtimari debet.*

18 *Conceſſiones emphyteoticæ regulariter à voluntate Domini directi concedentis interpretationem recipiunt.*

19 *Interpretatio eſt capienda, vt fuerit reſtricta conceſſio ad certas perſonas, ad hoc, vt emphyteuſis quantò citiùs ad Dominum directum reuertatur.*

20 *Dominus directus, ſi voluiſſet extendere emphyteuſim ad alias perſonas non expreſſas, poterat id exprimere, prout etiàm Emphyteuta.*

21 *Emphiteoticus contractus eſt ſtricti Iuris, dum inter illos bonæ fidei connumeratus nõ reperitur.*

22 *Ideòque ſtrictè interpretandus contra contendentem, ſe comprehenſum in inueſtitura.*

23 *In contractibus ſola mens inſpici debet.*

24 *Fruſtrà attenditur voluntas, quàm verba non patiuntur, etiam ſi alioquin magni ſit facienda voluntatis præſumptio.*

25 *Negligitur voluntas, quæ in diſpoſitionem non tranſit.*

26 *Non eſt cenſendum, quòd quis plus voluerit, quàm dixerit.*

27 *Talis eſt præſumenda voluntas, qualem verba demonſtrant.*

28 *Talis intelligitur eſſe mens in corde, quale eſt verbum, quod profertur in ore, nam tuba cordis eſt lingua loquentis, iuxta* Baldum.

29 In-

29 *Impugnatur* Gabriel conſ.90.num.16.& ſeqq. lib.2.

30 *In ſtipulationibus non debet ſuppleri, quod ex verbis concipi non valet.*

31 *Multòque magis in ſtipulatione emphyteotica.*

32 *Voluntas, tam Domini directi concedentis, quàm emphyteotæ conceſſionarij inſpici debet pro interpetrando emphyteotico contractu.*

33 *Melioramenta magni valoris ſunt reficienda, quoties emphyteuſis deuolutio non contigit ex culpa; ſed ob lineam finitam.*

34 *Id tamen non procedit, quando in Inueſtitura legitur ſpecificè conuentum, vt, deuoluta emphyteuſi etiam ob lineam finitam, deuolui etiam debeant melioramenta, licèt magni valoris.*

Idque etiam ſi tale pactum eſſet contra naturam contractus.

Reprobatur contraria ſententia.

35 *De huiuſmodi pacto ſolùm poteſt dubitari, quãdo ſimpliciter fuit conuentum, quòd melioramenta non reficiantur; tunc enim, ſeruata diſpoſitione Iuris, pactum eſt intelligendum, eueniente caſu deuolutionis culpoſæ, & quatenus melioramẽta ſint modica.*

Adeòut prædictum pactum diſpoſitionem Iuris non mutet, cum ſit diſpoſitio eius, quod tacitè ipſi contractui emphyteotico inerat.

36 *Melioramenta poſſunt ab emphyteuta hypotecari, & cenſus ſuper illis impoſitus ſubſtinetur, quamuis in inueſtitura reperiatur prohibita obligatio fundi, ſiue ſuperficiei.*

Idemque procedit in materia feudi.

Reprobatur Gabriel conſ.168. num.8. lib.1. *contrarium ſentiens.*

37 *Pactum, quòd melioramenta non poſſint hypothecari, eſt omninò ſeruandum.*

38 *Emphyteutæ non ſunt reficienda melioramẽta, quoties in dolo malo verſatus facit exceſſiuus expẽſas in meliorando, rectè ſciẽs, directũ Dominũ, eueniente caſu deuolutionis, non eſſe ſoluendo ad illas reficiendas.*

39 *Traditur intellectus* text.in cap.1.§.ſi vaſallus tit.hic finitur lex in vſib.feudor.

Prædictus textus, iuxta intellectum Iſerniæ, *non procedit, niſi in ædificijs, quæ abſque rei interitu poſſunt à feudo ſeparari, putà, quia eſſent lignea; non autem in conſtructis ex fabrica.*

40 *Eccleſia, quoties in Emphytheuſim concedit Aream, in qua emphyteuta fecerit multas meliorationes, ex quarum ſolutione, eueniente caſu deuolutionis, valdè oneraretur Eccleſia, tunc eadem Eccleſia liberatur ſoluendo id, quod ex ædificio diruto percipere poſſet hæres emphyteutæ.*

CAPVT LXV.

SENTENTIA lata fauore Venerabilis Eccleſiæ Parochialis Sanctiſſimi Saluatoris de Vrbe eſt omninò confirmanda, vtpotè iuſtiſſima; cum emphytheuſis fuerit limitatè conceſſa, & reſtricta ad tertiam generationem Satiræ, Cerronij, Martiæ, & Liuiæ tantùm filiorũ Horatij, prædictæque generationes, ex infra dicendis, ſint

1 finitæ; abſque dubio factus eſt locus deuolutioni, *§.emphytheuſim, Auth.de non alien. reb. Eccl. Caſtr. conſ. 263. ſub num. 3. & conſ.68.num.1 lib.2. Cephal.conſ.345.nu.12. & ſeq.lib.3.Dec.conſ.328.in princip. Ancharan.conſ.118.nu.2.verſ.circa primam, Angel. conſ.184.num.2,* Bero. *conſ.116.num.15. & ſequ. lib.1. Clar. §.emphytheuſis q.42.Cardin.* Mantic.*de tacit.lib.22.tit.23.num.15.Mareſc. vur.reſolut.lib.2.cap.144.num.17.* Corbul.*de cauſ.priuation. ob. lin finitam num.1.Ludouiſ. deciſ 567.num.1.*ibique *adden.lit.A. Duran. deciſ.402.num.1.*Rot.*in rec.dec.36.n.1.par.7*

2 Cum conceſſum ad tempus, poſt illud cẽſeatur denegatum, *l.Imperator, ff.de poſtul. l.ſi vnus,§.1.*vbi *Bald.ff.de pact.Tiraq.de retract. conuent.§.1 gloſ.2.nu.46.*Bald.*conſ.33.num.3. verſ.nam id, quod fit poſt terminum, lib.5. Ludouiſ. deciſ.567. num.1. Duran. deciſ.402. num.2.Dunozett.Iun.dec.40.n.2.*

3 Competitque manutentio Eccleſiæ Dominæ directæ vigore poſſeſſionis ciuilis, ad recuperandam naturalem exiſtentem penes hæredes vltimi emphytheutæ, iuxta receptã theoricam *Bart.in l.1.§.quod ait Prętor, n.17 ff.vti poſſid. Aretin.in §.retinendę, num.8. inſtit.de interdict.* Bero.*conſ.45.nu.23. & ſeqq. lib.3.& conſ.102.num.43.& ſeqq.lib.1.Honded.conſ.21.num.19 & ſeq lib.2. Menoch.de retin.remed.3.nu.22.Poſth.de manuten.obſer. 16.num.44.*Rot.*poſt eundem deciſ.24.num.3. Ioſeph Ludouic.dec.Peruſ.17.num.9.verſ.huius autem, & ſeq. Bich.deciſ.216.nu.19. Dunozett.*Iun.*deciſ.741. num.15.* Ludouiſ.*deciſ. 105.num.15.Rot.in* Regien.*bonorum 15.Martij,1630. num. 1. coram* Coccino, impreſſa penès de *Marinis tom.1.reſolut.cap.97.n.13. et* penès *Poſth.de manut.deciſ.293.num.1.*

4 Præcipuè, quia, deuolutio eſt omninò clara neq; eſt controuertibilis, in quò caſu fortiùs, ex allegatis, eſt cõcedenda manutentio Domino directo, & contraria ex aduerſo allegata procedunt, quando de eadem deuolutione poteſt hæſitari; tunc enim tenetur iudicio ordinario experiri, & interim eſſet concedenda manutentio emphytheutę, ſiue eius hæredi habẽti naturalem poſſeſſionem, iuxtà receptam diſtinctionem, de qua *Speculat.in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, qu.48. num.62.verſ.tu dic,* Corn.*conſ.193. numer.3. lib.3* Gabr.*conſ.67.num.17.lib.2. Adden.ad Ludouiſ.dec.105. lit.A.* Fulgin.*de emphyt.tit. de diuerſ. quæſt.7. num.3. et per tot.* Cardin. *Mantic.de tacit. lib.22. tit.22. num.14. Manſ. conſult.8.nu.3. Poſth.de manuten.obſeruat.16 num.47.et ſeq.*Rot.*poſt eumdem deciſ.111.nu. 8.et deciſ.168.num.7.et dec.293.num 3.* quæ eſt etiam impreſſa penès de *Marinis d. cap. 97.num.15. Dunozett.Iun. deciſ.799. num.5. Bich. d.deciſ.402.num.2. et ſeq. Card.Mantic. deciſ.194.num.2.et ſeqq.Card. Celſ. dec. 109. num 10.et deciſ.272.num 4 et ſeq.Card.Cerr. deciſ.573. numer.16.* & Nos *diſput.ſequenti* agemus.

5 Quòd autem prædictæ generationes ſint
finitæ, ſatis, ſuperque remanet comproba-
tum, nedum ex obitu omnium compræhen-
ſorum in Inueſtitura, prout ex fidibus Pa-
rochi legitimè ex libris mortuorum exem-
platis, quibus explorati Iuris eſt, adhibe-
ri fidem, *Imol.conſ.110.in fine, Rebnff.ad con-
ſtit.Gall. tom.2.tit.de regiſt ſeu lib. Baptiſm.
art.fin.verſ.et ſic patet. Mandoſ.ſuper regul.18
quæſt.10.ſub num.4. Rot.in recent. deciſ.605.
num.4.part.2.et dec.168.num.11 part.7. Lu-
douiſ.deciſ.78.num.2.Buratt.dec.540. num.1.
Bich. d. dec.402. num.4.* ſed etiam, quia ne-
6 mo comparet, qui contendat, eſſe de com-
prehenſis, *Bart.in l.et ſi certus, §. ſi vnus, n.
1.ff.ad Syllanian. Dec.conſ.652.nnm.3. Surd.
conſ.530.num.17.* Rot.*in recent.dec.79.n.12.
part.5. Dunozeti.Iun. dec.741. num.11.* vbi,
quòd duratio generationis non prȩſumatur,
nemine comparente.

Nullatenus aduerſante vnico obiecto,
quòd ſub conceſſione prædictæ emphytheu-
ſis compræhendantur, ne dum quatuor ge-
nerationes filiorum nempè, Horatij, Satiræ,
Cerronij, Martiæ & Liuiæ, quæ leguntur no-
minatim expreſſæ in beneplacito Apoſtoli-
co; ſed etiam generatio Victoriæ filiæ eiuſ-
dem Horatij, & matris aduerſarij procrea-
tæ poſt obtentum idem beneplacitum, ex
præſumpta voluntate eiuſdem Horatij Pa-
tris.

7 Siquidem huiuſmodi obiectum facillimè
corruit, vtpotè nullum omninò habens Iu-
ris fomentum; cum enim emphyteuſis Ec-
cleſiaſtica ab Apoſtolica confirmatione ro-
bur accipiat, *Florian.à S.Petro in l receptum,
num.2.circa med.verſ.actus ergò confirmatur,
ff.commun.prædior.Guttierez.conſ.31.num.20
Altograd.conſ.22 num.8.lib.1.* Gratian. *cap.
40.n.43 Card.de Luca de emphyt.diſ. 14.n.6*

8 Vtique eiuſdem confirmationis, conceſ-
ſioniſque tenor potiſſimùm attendi, obſer-
uarique debet, cum ab eo dependeat, & in-
formetur tota emphyteotici cōtractus ſub-
ſtantia, *cap. 1.* ibi: *propter tenorem* Inueſti
turæ, quem ad hoc eſſe egregium, dicit *Bald.
ibid.num.3 de duob. fratrib. à capitan. inue-
ſtit.Iaſ.in l 2.numer.142.* Cod.*de Iur.emphyt.
Menoch.conſ.474.num.3. & lib.3. præſumpt.
92.num.1.Surd. conſ.127.num. 36. lib.1. &
conſ.153.num.11. lib.2. & conſ.384. num.1.
lib.3.Cephal.conſ.251. num.21. & conſ 657.
num.23.Natt.conſ.49.num.19.lib.1.* Roland.
conſ.55.num.32.lib.3. Marzar.conſ 69.num.6
Honded.*conſ.70.num.11.lib.2 Altograd.conſ.
113.num.30.& ſeq.lib.2.Gratian. cap.88.&
372.*vtrobique *num 1.Michalor.de duob.fra-
trib.part.3 cap.47.num.1.* Intrigliol. *de feud.
cent.1.qu.10.à num.47.vſq.ad 71.* Corbul.*de
cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. ampliat.12.
num.12.*Gratian.*cap.88.& cap.372.* vtrobi-
que *num.1.Ciroec.diſcept.57.num.14. Rot.in
rec.deciſ.60.num.3.& dec.69.num.4. part.5.*

9 debetque ad vnguem ſeruari, & ſtrictè ad
limites verborum intelligi, magiſque ſit in-
10 ſpiciendus tenor Inueſtituræ, quàm, quòd
lex feudalis diſponit, *Surd.conſ.440. nu.38.
Peregrin.conſ.24. num.7.lib.2.* Roſental.*de
feud cap.1.concluſ.12 num.1.* ibique *Adden.*
Rot.*in rec.dec.541.num.9.par 4.tom.3.*

Quādo enim cōſtat, quomodò fuerit facta
conceſſio, non eſt vlteriùs progrediendum,
*Ruin.conſ.63.num.21.lib.1. Menoch.præſum-
ption.108.num.10 lib.3 Bero.quæſt.14.nu.1.
in fin.*Clar.*in § emphyteuſis, quæſt.1 verſ.ſed
pone,* Rot.*in rec. d.deciſ.60.num.4 part 5.* At-
que adeò id, quod in conceſſione reperitur
11 omiſſum, pro omiſſo habendum ſit, nihil-
que comprehendi poſſit, quod non reperia-
tur expreſſum, neque aliquid extrinſecum
admittendum. *l.quidquid adſtringendæ, l.ita
ſtipulatus, §.Chryſogonus, ff.de verbor. oblig.
Bald.conſ.160.lib.1. Soccin.Sen.conſ.67.nu.7.
lib.* 1. Menoch. *conſ. 111. numer. 29. 474.
num.3. & 905. numer.30.* Curt.*Iun. de feud.
part.1.quæſt.9.* Roman. *conſ.33. num 1.* vbi,
quòd ad litteram ſemper ſit ſeruandus te-
nor Inueſtituræ, *Piſtor.quæſt.Iur.lib 2. qu.1.
num.3.& 4.Vreſſembec.conſ.60. num.11. &
duob. ſeqq.* benè *Altograd. conſ.13.num.30.
& ſeq. lib.2.*

12 Præcipuè, quia emphyteuſis eſt materiæ
informis non habens aliquā propriam, regu-
laremque naturam, ſed ſolùm recipit for-
mam á placito contrahentium, pactis que
illi impartitis, *l.1.& 2* Cod.*de Iur.emphyt.*
Natt.*conſ.114.num.6 Burſatt.conſ.22.nu 13.*
R*imin.*Inn.*conſ.32.num.27.in fin.* Bece.*conſil.
88.num.18.Corbul.de caducit.ob lin.finit. nu.
68.Cyriac controu 615. & 632.* vtrobique
num.20 Hodiern.*ad Surd.dec.198.num.5.Pa-
cion.de locat cap.3.num.17.Surd. dec.95.nu.
16.Magon. deciſ.*Lucenſ.*14.nu.12.& ſeq.Pe-
nia, deciſ.1192. num 3.* quòdque habeat na-
turam ſuis pactionibus fulciendam, dixit
Imperator in *§ adeò autem poſt med.inſtitut.
de locat.& conduct.*

13 Quæ omnia fortiùs procedunt circa nu-
merum, generationeſque perſonarum inue-
ſtitarum, in quibus potiſſimùm inueſtitu-
rȩ ſubſtantia conſiſtit, vt benè aduertit Rot.
in rec.dec.483 num.9 part.4 tom.2.

In ſpectu autem tenore Apoſtolici Bene-
placiti, emphyteuſis conceſſa legitur ad
tertiam generationem Satiræ, Cerronij,
Martiæ, & Liuiæ. cum dictione taxatiua
tantùm, quæ ex ſui natura ſub emphyteuſi
14 includit perſonas expreſſas quatuor filio-
rum Horatij omneſque alios filios excludit,
*l.qui aliena § libertas, ff de negot.geſt.l qui
ſella, § qui actum ff.de ſeruit.ruſticor.præd,* &
in ſpecialibus terminis prædictæ dictionis
taxa-

Digitized by Google

taxatiuæ *tantùm* in conceſſiono emphyteo-
ticæ adiectæ, firmant videndi, *Caldas Pe-
reyr. de renouat. emphyt. qu. 11. num. 15. verſ.
& dictio tantùm, Hyppolit. Riminald. cõſ. 257.
num 33. lib. 3. Altograd. dict. conſ. 13. num. 2.
lib. 2.*

Idque abſque controuerſia procedit,
ſiue Victoria Mater aduerſarij, tempo-
re factæ conceſſionis, in rerum natura
extiterit; ſiue demum poſt obtentum Apo-
ſtolicum beneplacitum fuerit ſuſcepta; Si
enim conceſſionis tempore exiſtebat, &
nullo Iure in emphyteuſi dici poteſt com-
prehenſa; cum enim Horatius eius Pater
15 ſtipulatus fuerit emphytheuſim pro qua-
tuor filijs tantùm, nominibus proprijs eo-
rumdem expreſſis; euidentiſſimum hinc re-
ſultat argumentum, quòd pro Victoria al-
tera filia noluerit emphyteuſim acquirere,
vtpotè non expreſſa; quinimmò ex vi di-
ctionis taxatiuæ *tantùm* apertè excluſa, vt
benè arguit in terminis emphyteuſis, *Me-
noch. conſ. 111. num. 42. verſ. nam quando*, re-
ctèque conferunt deducta per *Card. Canaler.
dec. 434. num. 4.*

Si uerò, tempore conceſſionis, non exiſte-
bat, ſed poſtmodùm fuit ſuſcepta. & adhuc,
præciſa dictione taxatiua *tantùm*, conceſſio
emphyteotica reſtringi debet ad filios tem-
pore eiuſdem conceſſionis natos, nominá-
timq; expreſſos, ut poſt *Iaſ. in l. certi conditio,
§ ſi nummos, num. 18. ff. ſi cert. petat.* optimè
firmat uidendus *Cald. Pereyr. de emphyt. tit.
de poteſt. elig. & nominat. reuocat. lib. 3. cap. 13.
num. 53. verſic. quod videtur*; Cumque Patris
16 ſtipulatio ad certas filiorum perſonas re-
ſtricta legatur, ad alias extendi non poteſt,
*Scot conſ. 9. num 7. & 8. tom. 2. Rouit. conſ. 94.
ſub num 22. Noguerol. alleg. 23 ſub num. 162.
& ſeqq* Larrea *deciſ. Granat. 33. num. 17. 24.
& 26. Card. Otthobon. deciſ. 99. num. 13.* & in
his terminis *Cald. Pereyr. de Iur. emphyt. qu.
15. lib. 3. cap. 13. num. 22.* Contractus ſiqui-
17 dem Inueſtituræ, quidue in eo comprehen-
ſum intelligatur, iuxtà tempus, quo eſt ge-
ſtus, & non *iuxta* futurum æſtimari debet,
*l. inter ſtipulantem, §. cum quis, ff. de verbor.
obligat.* ibi: *Quia ſecundùm præſentis temporis
Ius, non ſecundùm futuri æſtimari debet ſtipu-
latio*, ibique *Gloſ.* uerbo *præſenti, l. ſi filius fa-
milias ſub conditione 78 ff. de verbor. obligat.*
ubi ideò id, quod filius familias ſub condi-
tione ſtipulatus fuit, patri acquiritur, quam-
uis exiſtentis conditionis tempore ſui Iuris
reperiatur, quia eius temporis rationem
habemus, quo ſtipulatio contracta eſt, non
quo extitit conditio, ibi: *Quia in ſtipulatio-
nibus id tempus ſpectatur, quo contrahimus,
Vrſin. de ſucceſſ. feud p. 1. qu. 1. art. 3. num. 17.
Marcian Ian. diſput foren. 12. num. 11. lib. 1.*
18 Signanter, quia, cum conceſſiones emphy-
teoticæ regulariter interpretationem reci-
piant à uoluntate Domini directi conceden-
tis, *Rot. in rec. dec. 513. num. 2. part. 5. tom. 2.*
19 ea eſt capienda interpetratio, ut ideò fue-
rit reſtricta, & limitata conceſſio ad tertiam
generationem quatuor tantùm perſonarum,
quæ in Apoſtolico Beneplacito fuerunt ex-
preſſæ, ad hoc, nempè ut bona emphyteoti-
ca quantò citiùs ad Eccleſiam Dominam di-
rectam reuertantur; idque, ſiue Victoria au-
ctrix aduerſarij, tempore cõceſſionis, extite-
rit, ſiue poſtmodùm fuerit ſuſcepta, prout
egregiè in his præciſis terminis emphyteuſis
arguunt poſt *Angel. conſ. 311. num 1. circa
med. verſ. quia eius intereſt, Menoch. conſ. 111.
num. 28. verſ. ſeptimò non parum, & conſ. 474.
num. 4. verſ nam ſi unus, & num. 9. uerſ nam
in contractibus, Cephal. conſ. 11. num. 20. &
conſ. 297 n. 18. & conſ. 345. n. 24. Grat conſ.
130. n. 20. lib. 1. Bardellon. conſ. 41. n. 2. & ſeq.
Altograd conſ. 13 n. 39. lib 2* ubi, quód Inue-
ſtitura ad limites ſit intelligenda uerborum,
cum Eccleſiæ beneficium ſit, ut perſonæ nõ
expreſſę ab emphyteuſi remaneant excluſæ,
ad hoc vt illa quantó citius ad eadẽ Eccleſiã
reuertatur, *Fulgin. de emphyt. tit. de contra-
ctib. emphyteot. quæſt. 12. nu. 5. in fin. Andreol.
controu. 378. num. 17. Magon. deciſ. Lucenſ. 12.
num. 13. Merlin. dec. 583 n. 16.*
20 Prædicta verò omnia fortiùs amplecten-
da; ſi enim voluiſſet Eccleſia concedere em-
phyteuſim, etiam ad tertiam generationem
filiorum naſciturorum, facilè potuiſſet ex-
primere, indiſtinctè illam concedendo pro
filijs maſculis, & fœmininis Horatij, multóque
faciliùs idem Horatius Pater emphyteuſim
eodem modo ſtipulari potuiſſet, ut benè ar-
guunt in his terminis *Menoch dict. conſ. 111.
num. 36. verſ. & ſi placuiſſet, Altograd d. conſ.
13. num 37. in fin. verſ. & facilè fuiſſet contra-
hentibus lib. 2. Cyriac. controu. 615. num. 23.
verſ. quòd partium intentio, lib 4.*
21 Præter quám quòd, cum contractus em-
phyteuſis, ſignanter Eccleſiaſticæ, ſit ſtricti
Iuris, dum inter illos bonæ fidei, de quibus
in *§. actionum, inſtit. de action.* connumeratus
non reperitur, *Speculat de emphyt. §. 1. nu. 3.
Alex. in l. 4 §. Cato num. 4. ff. de verbor. oblig.
Schrader. de feud. par. 2. cap. 2. num. 4. Zaſ. eo-
dem tract. part. 1. num 6. Curt. Iun. de feud p. 1.
quæſt. 91. num. 3.* Cioff. *conſ. 43. num. 6. lib. 1.
Menoch. conſ. 668. nu. 18. Vueſſembec. conſ. 60.
num. 11. Cyriac. dict. controu. 615. num. 21. Va-
laſc. de Iure emphyt. quæſt. 5. num. 7. Pacion. de
locat. cap. 1. num. 6. Capyc. deciſ. 14. in fin. Rot.
in rec. dec. 163. num. 20. p. 7. Duran. deciſ. 300.
22 num. 1.* Meritò fieri debet ſtricta interpetra-
tio contra Aduerſarium, qui cum contendat,
ſe eſſe de comprehenſis, tenetur hoc conclu-
denter probare, tamquàm ſuæ fundamentum
intentionis, *Dec. conſ. 170. num. 4. Alex. conſ.*

*61.num.1.verſ.& in dubio, Anguil.conſ.*100.
*Cephal.conſ.*11.*Rimin.Iun.conſ.*764.*Cyriac.d.
contron.*615. *num.*22. *& ſeq.* cum interim
regula ſtet pro excluſione, ſtante limitata
expreſſione certarum perſonarum, quas ta-
xatiuè voluit Eccleſia in emphyteuſi com-
prehendi.

Satiſque irreleuans detegitur obiectum
ex veriſimili mente Horatij Patris deſum-
ptum, quòd, nempè, non ſit præſumendum,
voluiſſe ab emphyteuſi excludere Victoriam
alteram filiam, ſi cogitaſſet, ſe illam ſuſce-
23 pturum; cum in contractibus regulare ſit,
vt ſola mens inſpici debeat, *l.in conuentioni-
bus, ff.de verb.ſignificat.l.tale pactum, §.fin.
ff.de pact.dotal.* & in proximis terminis con-
tractus emphyteotici, *Gabr.conſ.*90.*num.*16.
*& ſeqq.lib.*1.

Siquidem, cum conceſſionis verba ſatis li-
quidò omnes perſonas non expreſſas ex vi
prędictæ dictionis taxatiuè *tantùm* excludãt,
24 vt proximè eſt firmatum, fruſtrà atten-
ditur voluntas, quam verba non patiuntur,
etiam ſi alioquin voluntatis præſumptio ſit
magnifacienda, *l.ſi quis in fundi vocabulo,
ff de legat.*1.*l.Titia cum teſtamento in princip.
ff.de legat.*2.*l.prædia, §.fin. ff.de fund.inſtruct.
l.nepos Proculo*, ibique *Gloſ.*verbo *ſentit, ff.de
verbor.ſignific.l.ſi ancillas, ff.de legat.*1. Me-
*noch.conſ.*97.*num.*94.*& ſeq.* benè *Becc. conſ.*
143.*num.*72.*& ſeq.Menoch.conſ.*233.*num.*33
*Gabr.conſ.*95.*num.*14. *& conſ.*132. *num.*49.
verſ. non obſtat tertium, & num.ſeqq. lib 1.
Cardin.Mantic de coniectur.vltim. volunt.lib.
3.*tit.*19.*num.*5.*Peregrin.de fideicommiſſ. art.*
11.*num.*33.*Fuſar.de ſubſtit.quæſt.*276.*nu.*13.
*Sim.de Petr.de interpret. vlt.volunt.fol.*329.
25 *num.*75.*& ſeqq.* ideòque negligitur volun-
tas, quæ in diſpoſitionem non tranſierit, *Ce-
phal.conſ.*433.*num.*49.*& ſeq.Fuſar.de ſubſtit.
dict.quæſt.*276 *num.*13.*verſ.voluntas enim, &*
26 *ſeq.& conſ.*9.*nu.*7. *& ſeq.* neque cenſendum
eſt, quòd quis plus voluerit, quàm dixerit,
*Cardin.Mantic. dict.lib.*3.*tit.*19.*num.*5. talis
27 enim eſt præſumenda voluntas, qualem ver-
ba demonſtrant, *Corn.conſ.*49.*n.*5.*lib.*3.

Atque hinc Iure optimo, ſatiſque elegan-
ter ex more *Bald.in conſ.*160.*lib.*1. dum in
interpretatione cuiuſdam inueſtituræ ei obij-
ceretur de contraria contrahentium vo-
luntate, negauit illam apparere, cum talis
28 intelligatur eſſe mens in corde, quale
eſt verbum, quod profertur in ore, nam
tuba cordis eſt lingua loquentis, nullumq;
eſt maius mentis teſtimonium, quàm quali-
tas inſpecta verborum; Ideòque ſeruandũ
eſt, quod verba ſonant, quia, quod verba
non ſonant, pro nullo habetur, quem re-
fert, & ſequitur *Altograd.d.conſ.*13.*num.*31.
*& num.*16.*& plurib.ſeqq. lib.*2. vbi reſpon-
29 det ponderationibus malè adductis per *Ga-
briel.d.conſ.*90.*num.*16.*& ſeqq.lib.*2.

Prædicta verò omnia multò fortiùs pro-
cedunt in contractibus, in quibus non ſatis
eſt dicere, ità contrahentes tacitè voluiſſe;
30 ſed opus eſt expreſſione; quod enim ipſi nõ
loquuntur, velle non videntur, *Angel.in leg.
intereſt, Cod. de ſolut. Bald. in cap.venerabi-
lem, num.*15.*in fin.verſ.vndè, quod extra de
elect.& elect poteſt.Adrian.Neguſant.in Syl-
ua Reſponſor.quæſt.*324.*num.*5. *& ſeq.Alto-
grad.conſ.*13.*num.*22.non enim debet in ſti-
pulationibus ſuppleri, aut ſubaudiri, quod
ex verbis concipi non valet, *Altograd. dict.
conſ.*13.*num.*23.*lib.*2. latè *Card.Mant.de ta-
cit.lib.*2.*tit.*7.*num.*7.

31 Multòque magis in ſtipulatione emphy-
teotica, quæ, cum, ex ſupra firmatis, ſit ſtri-
cti Iuris, ſtrictè eſt intelligenda ad limites
verborum.

32 Præcipuè, quia opus eſſet, quòd coniun-
ctim probaretur uoluntas, tàm Eccleſiæ cõ-
cedentis, quàm Horatij recipientis inclu-
dendi ſub emphyteuſi Victoriam, cum ſola
uoluntas Horatij eius Patris nullo Iure ſuf-
ficiat, *l.inter ſtipulantem, §.*1 *ff.de verbor.
obligat.Decian conſ.*21.*num.*1.*& ſequ. lib.*2.
*Card.Mantic.de tacit.lib.*2. *tit.*4. *num.*11. &
egregiè aduertit in his terminis, *Altograd.
d.conſ.*13.*num.*26.*& ſeqq.& numer.*39.*lib.*2.
*Card.de Luca de Emphyt.diſc.*49.*nu.*2.*verſ.
et quamuis in fin.*

33 Tandem non ſubſiſtit, quòd in omnem
caſum refici debeant melioramenta magni
ualoris in ædificijs facta per emphytentas in
rebus emphyteoticis, quoties, prout in
præſentia, deuolutio non contingit ex cul-
pa, ſed potiùs ob lineam finitam, iuxtà re-
ceptam diſtinctionem, de qua, omiſſis alijs,
Dec.in l.qui rem. num. 14 *Cod.de Sacroſ. Ec-
cleſ.& conſ.*518.*lib.*3.*Iaſ.in l.*2. *num.*27.*Cod.
de Iur.emphyt. Bald. & Angel in fin. per il-
lum text. in l.Senatus, §.Marcellus, ff.de le-
gat.*1. *idem Bald. in authent. excipitur col.*
1. *Cod.de bon. quæ liber.* ubi, quòd iſta ſen-
tentia habeat naturalem æquitatem, *Gra-
tian.cap.*934.*num.*11.*Genuens.in practicab.
Eccleſ. cap.*71.*num.*22.*Carpan.ad ſtatut. Me-
diol.cap.*400.*nu.*34.*&* 72.*lib.*2.*Garz.de ex-
penſ. cap.*12.*n.*84. Caldas *Pereyr.de nomin.
emphyt.lib.*2.*q.*18.*n.*30.*et lib.*4.*cap.*10.*n.*48.
*Valaſc.de Iur.emphyt.qu.*25.*nu.*6 *&* 7. *Clar.
in §.emphyteuſis, qu.*45. *Card.Mantic. de ta-
cit.et ambig. conuent.lib.*2.*tit.*2.*num.*53. Mo-
*lin.de contract diſp.*463.*num.*2. *Card.de Lu-
ca de emphyt.diſcur.*31 *& diſcurſ.*48. utrobi-
que *num.*4.*Hodiern.ad Surd. deciſ.*102. *nu.*7.
*Vela differt. Iur.*16. *num.*8. *Amat.* plures re-
ferens, *reſolut.*14. *num.*1.*Cirocc.diſcept.*57.
*num.*12.*Fulgin.de emphyt.tit.de melioram.qu.*
2.*et de var.caducit.qu.*1.*Mareſcott.var.lib.*2.
*cap.*110.*num.*9.*Alderiſ.de ſimbolic.contract.
tit.*2.

Digitized by Google

tit.2.num.28.verſ.collige ſecundò, Ant. Fab. in Cod.lib.4.tit.43. de Iur. emphyt. defin. 24. Franch.deciſ.191.num.13. ubi in fortioribus terminis, etiam ſi deuolutio contingat ob culpam, ibique *de Luca in obſeruat.Surd.dec. 300.num.20. Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſ.117. num.35. Capyc. Latr. dec.120. num.3.* vbi *Gipzius in obſer.num.14. Card.Seraph.deciſ. 1496.Rot.in rec.deciſ.12.num.2.et ſeq.part.3.* ibique latiſsimè *Rubeus* pluribus congeſtis in *annot.num.34.*

34 Siquidem concluſio non procedit, quando, prout in præſenti Inueſtitura, ſpecificè legitur conuentum, ut, deuoluta emphyteuſi, etiam ob lineam finitam, deuolui etiam debeant omnia, & quæcumque melioramenta, quamuis ſint magni ualoris; hoc enim caſu, ſtante hiuſmodi expreſſa conuentione, abſque dubio melioramenta deuolui debẽt, cũ tale pactum, pars pretii reputetur, ut in ſpecie tradunt *Iaſ.in l.2.num.28.Cod.de Iur. emphyt.Cagnol.in l.2.num.175.in fin.verſ.aliquando, Cod.de pact.int.empt.& vendit.Bald. conſ.37.lib 3. Altograd.conſ.28.nu.63.lib.1. Gratian. dict cap.934. numer. 13. Valaſc. de emphyt.quæſt 25.num.18. Menoch.de recuper.poſſeſſ. remed.15.num.504. Gratian.cap. 810.num.8.& cap.934.num 13. Roſental.de feud.cap.10.concluſ.43.num.80.Schrader.eod. tract. 2.part.9.part. princip. ſect.2. num.62. Fulgin. de emphyt.tit.de var.caducit. quæſt.2. num.28.Peregrin.de fideicomm.art.50.nu.41. in fin.verſ.intellige, Cirocc.diſcept.57.nu.13. & ſeqq.Paulus Rubeus in annotat.ad dict deciſ.12.n.45.par.3.rec.Amat.reſolut.14.n.35. Ioſeph Ludouic.deciſ.Peruſin.24.num.16.Cardin.Seraphin.deciſ.1496 Duran.dec.329.num. 6. Rot.in recent.deciſ.60.num.8.& ſeq.par.5. & deciſ.494.num.17.par.1.& dec.602.num. 3.par.4.tom.3.* vbi quòd concluſio ſit vera, & frequenter in alijs; cum ſtante ſpeciali pacto ſublata omninò remaneat quælibet cõtrouerſia, diſceptandique occaſio, etiam ſi tale pactum eſſet contra naturam contractus, *cap.1.in tit.de duob.fratrib.à capit.inueſtit.* ibique *Gloſ.*notabilis in *vſibus feudor.l.1. Cod.de Iure emphyt.* ibi: *In quo cuncta, quæ inter utraſque contrahentium partes ſuper omnibus (uel etiam fortuitis caſibus) pactionibus, ſcriptura interueniente, habitis, placuerint, firma, illibataque, perpetua ſtabilitate, modis omnibus debeant cuſtodiri, Caſtr.conſ.219 num. 1.poſt med. verſ.contractus autem, lib.2. Calderin.conſ.11.12.& 13 de feud. Io.de Anan. conſ.84. ſub num.1. Roland.conſ.96 num.46. lib.1.Cirocc.dict.diſcept.57.nu.13. verſ.etiam ſi tale pactum, Rot.in recent.dec.415.n.4.verſ. contractus enim, par.1.*

Quidquid in contrarium dixerint *Pinell. in l.2.Cod. de reſcind.vendit.par.2.cap.2. nu. 10.Garz.de expenſ.& meliorat.cap.6.nu.12. Ludouic.dec.300.num.21.& ſeq.Cacheran.deciſ.32.num.48.par.2.* quos refert, & ſequitur *Alderiſ.de ſimbolic. contract.dict. tit.2. num. 29.verſ.tamen ſecus in emphyteuſi.*

35 Solùmque poteſt de huiuſmodi pacto dubitari, quando ſimpliciter fuit conuentum, quòd melioramenta non reficiantur; tunc enim, ſeruata diſpoſitione Iuris, pactum eſt intelligendum, eueniente caſu deuolutionis culpoſæ, & quoties melioramenta ſunt modica, *Cardin.de Luca de emphyt.d.diſc.31.nu. 4.verſ.& ad pactum*, adeòut prædictum pactum Iuris diſpoſitionem non mutet, cum ſit expreſſio eius, quòd tacitè ipſi contractui emphyteotico inerat, prout argument.*text. in l.non rectè, C.de fideiuſſor.* firmant *Pinell. in l.2.Cod.de reſcind.vendit.par.2.cap.3.num. 10.Valaſc.de Iur.empyt.quæſt.25.nu.7.Garz. de expenſ.cap.6.nu.12. Cald.Pereyr. de empt. & vendit.cap.27.num.23. Caſtr.conſ.270.col. 3.ad fin.lib.2.Burſatt.conſ.76.ſub num.36. Amat.reſolut.74.num.2. Caualcan.deciſ.32. nu. 48.part.2.Surd.dec.300.num.21.& 22.*

36 Prout in ſimili, licet recepta ſit ſententia, vt melioramenta valeant ab emphyteuta hypothecari, & cenſus ſuper illis impoſitus ſubſtineatur, quamuis in Inueſtitura legatur adiecta prohibitio de non obligando fundum, ſiue ſuperficiem, iuxta receptam theoricam *Bart.in l.ſi is, qui, §.vſusfructus, num.2. ff.de pignor.Neguſ.cod.tit.2.memb.5 part.n.9. Menoch.conſ.1022.n.6.7.& ſeqq Grat.conſ. 54.num.14 & ſeqq.lib.1.Gratian.cap 43.nu. 11.& ſeqq.Merlin.de pignor.lib.2.quæſt.8.numer. 40. & quæſt. 11. numer. 46. Giurb. ad conſuet. Meſſan. cap. 1. gloſ. 2. part. 1. num.110. Salgad. in Labyrint. credit. part.3. cap.3.nu.8.& ſeq. Valaſc.de Iur. emphyt.qu. 2.num.19.Roſental.de feud.cap.9.concluſ.10. nu.4. verſ. hoc omnibus placet, Schrader.cod. tract.part.8.cap.1.num.25. ad fin. verſic.licèt feudum, Coler.de proceſſ. exeq. part.2.cap.3. nu.289.& ſeqq.* ſignanter *num.295. Koppen. deciſ.39.num.12.& ſeqq. Adden. ad Ludouiſ. deciſ.225.num.16.propè fin. verſ.imò ſi nulla, Merlin. dec.546.num.21.& ſeqq.Zarat.deciſ. 59.num.7.* vbi in ſpecie reſpondetur contrariis firmatis per *Gabr.conſ.168.num. 8.lib.1.* quòd melioramenta, vti inſeparabilia, aſſumant fundi naturam, *Rot. in rec. deciſ.349. num.5.part.2, & deciſ.167. num.5. & ſeqq. part.9.*

Idemque in materia feudali, tradunt *Io. Fab.in §.item ſeruiana, num.26. verſ.ſed fructus inſtit.de action.Iſern.in cap. Imperialem, num. 3.* ibique *Aluarot.* cæterique feudiſtæ, *de probib.feud.alien.per Federic.Clar.in § feudum, qu.31.num.9.*

37 Nihilominus prædicta non procedunt, exiſtente pacto expreſſo in contrarium, quòd melioramenta non poſſint hypothecari,

ri, vt in ſpecie *Bart. in l. Iubemus, §. ſanè, nu. 1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Iaſ. in l. 2. num. 28. C. de Iur. emphyt.* aliiſque relatis, *Valaſc. de Iure emphyt. q. 2. num 19. Fulgin. de emphyt. tit. de melioram. qu. 8. n. 6. Card. Seraphin. dec. 1496. num. 1. Rot. in rec. dec. 349. nu. 5. part. 2. & deciſ. 294. num. 10. par. 1.*

Prout etiam de eodem pacto non reficiẽdi melioramenta poteſt dubitari, quando emphyteuta in dolo malo verſatus, eodem
38 pacto abuteretur, faciendo exceſſiuas expenſas in meliorando, rectè ſciens, directũ Dominum, deuolutionis caſu eueniente, non eſse ſoluendo ad illas reficiẽdas, quo caſu poſset Dominus directus pauper tollere, vẽdere, & auferre meliorationes à ſolo, iuxta terminos *text. in cap. 1. §. ſi vaſſallus, tit. hic finit. lex in vſib. feud.* ibi: *Dominus, aut patiatur ædificium auferri*, prout firmant *Menoch. de recup. poſſeſſ. remed. 15. nu. 523. & 557. et conſ. 683. num 3. lib. 7. Carpan. ad ſtatut. Mediol. cap. 400. n. 142. Gamm. dec. Luſit. 310. n. 1 Franch. deciſ. 110. num. 1. et ſeqq.* ibique *add. Magon. deciſ. Lucenſ. 33. nu. 17. et ſeq. Epiſcop. Ricc. dec. Cur. Archiep. 229. n. 5. lib. 2. Alderiſ. de ſimbol. cõtract. tit. 2. n 29. in fin. quem tex. in §. ſi vaſſallus*, à Barbaris, & imperitis cõpilatum, ut inquit *Gl. Pariſ.* inferiùs allegãda, eſſe intelligendum, quando meliorationes poſſunt integrè ſeparari à feudo, vt putà ſi eſset ædificium aliquod, quod tolli, & refici integrè poſſit abſque rei interitu, quia forſan eſset ligneum, ſecus ſi ex fabrica eſſet conſtructum, prout illum textum intelligit *Iſern. ibid.* quem ſequuntur *Gloſ. Pariſienſ. in tit. 1. de mater. feudal. §. 1. gloſ. 5. n. 95. verſ. ex his patet, et ſeqq fol. 41. 3. col.* benè *Reuerter. dec. Reg. Cameræ Summariæ Neapol. 572. per tot.* ibique *de Marin. in obſeruat.* egregiè eruditiſsimus *Moles in deciſ.* impreſſa penes eumdem de *Marin. lib. 2. quotid. poſt cap. 134. nu. 15 et ſeqq.* rectè aduertens poſt eumdem *Iſern.* huiuſmodi intellectum ſatis apertè deprehendi ex eodem §. *ſi vaſſallus*, poſtquàm idem textus ſubdit indiſtinctè, idem eſse dicendum in ſeruitute, ibi: *idem dico, ſi pretio ſeruitutem fundo acquirat*, in qua non eſt dubium, quòd non poſſit Dominus pati, quòd ſeruitus penitus extinguatur, & nihilominus Dominus tenetur ſoluere æſtimationem, *de Luca ad Franch. deciſ. 110. num. 2. Ciroc. diſcept. 57. n. 19. Card. de Luca de feud. diſc. 27. num. 6. de Ponte dec. 12. num. 6.*

39 Vel ſoluere pretium, quod ex diruto ædificio poſset percipi, ut per illum textum dicit *Bald. in auth. excipitur col. 1. verſic. ego*
40 *cõſului, C. de bon. quę lib.* quo loco concludit, quòd, quoties Eccleſia concederet in emphyteuſim aream, in qua emphytheuta feciſſet multas meliorationes, ex quarum ſolutione valdè oneraretur Eccleſia, quòd tunc eadem Eccleſia liberaretur ſoluendo id, quod ex dicto ædificio diruto percipere poſſet hæres emphyteutæ, & *Baldum* refert, & ſequitur *Pariſ. de Puteo de reintegr. feud. in cap. & circa iſtas culturas, per tot fol. 9. Tiraq. de retract. conuent. §. 7. gloſ. 1. n. 5. fol. 963. & de eodẽ Bald.* meminit *Franch. d. dec. 110. nu. 1.* præcipuè, quoties ædificia eſſent conſtructa extrà ciuitatem; quidquid contrarium eſſet aſſerendum, ſi intrà ciuitatem exiſterẽt, ne ruinis eadem ciuitas deformetur, iuxtà ſententiam *Din. Bart. Bald. & Angel. in l. Senatus §. Marcellus, ff. de legat. 1.* & poſt prędictos, *Ruin. conſ. 24. col. 4. verſ. quæritur, lib. 1.*

ARGVMENTVM.

Dominus directus, an, & quando propria auctoritate poſſit capere poſſeſſionem rei emphytheoticæ deuolutæ ob lineam finitam, in iudiciũ non vocato hęrede vltimi emphyteutæ; Et quid operetur pactum in Inueſtitura appoſitum capiẽdi poſſeſſionem propria auctoritate.

Emphytheuſis Eccleſiaſtica efficitur tranſitoria ad hæredes, etiam extraneos, ex clauſulis *ad habendum, & in perpetuum*, non cæteratis, ſed extenſis, & appoſitis in diſpoſitiuis, non autem in exequutiuis, præcipuè, quando ex titulo oneroſo eſt quæſita, promiſſaque annua præſtatio ferè fructibus reſpondens.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula* conſtituti, *appoſita in teſtamento ad fauorem hæredis, cum dictione* ex nunc prout ex tunc, *operatur, vt idem hæres ſtatim poſſidere cœperit, etiam Teſtatore viuente.*

2 *Poſſeſſio capta, cum expreſſione horæ, præſumitur anterior altera poſſeſſione ab aduerſario eadem die apprehenſa ſine hora.*

3 *Poſterior poſſeſſio non eſt manutenibilis.*

4 *Dominus directus non poteſt propria authoritate capere poſſeſſionem rei emphyteoticæ ob deuolutionem ob lineam finitam, in iudicium non vocato hærede vltimi emphyteutæ.*

5 *Idque, etiam ſi adeſſet pactum capiendi poſſeſſionem propria authoritate, quod eſt intelligendum, quando emphytheuſis deuolutio eſt omninò clara.*

Secus aſſerendum, ſi de ea poſſit aliquo modo dubitari, tunc enim donec articulus deuolutionis in petitorio terminetur, poſſeſſor ſua non debet priuari poſſeſſione.

6 *Ideòque interim manutenendus eſt hæres vlti-*

mi

ni emphytheutæ; non autem Dominus directus deuolutionem contendens.

7 *Prætendens, ſe vocatum ad inueſtituram, vtpotè in ea comprehenſum, adhuc tenetur citare hæredem inſtitutum coram competenti Iudice, aliàs non dicitur legitimè poſſidere.*

8 *Emphytheuſis Eccleſiaſtica regulariter ad hæredes extraneos non eſt tranſitoria.*

9 Stipulata pro hæredibus, & ſucceſſoribus, *intelligi debet pro hæredibus ſanguinis.*

10 *Id tamen non procedit, quoties ex verborum, clauſularumq; pregnantia de diuerſa conſtat partium voluntate, accedentibus tamen debitis ſollemnitatibus.*

Regula prædicta ſolummodò inducit quandam ſimplicem Iuris præſumptionem contrarijs præſumptionibus elidibilem.

11 *Sollemnitates in conceſſione rei emphytheoticæ Eccleſiaſticæ ſunt præſumendæ, ſtante lapſu longiſſimi temporis, multòque fortiùs centenarij.*

12 *Potiſſimùm obſeruantia concurrente, in quo caſu, etiam ſpatium triginta annorum ſufficeret, & ſi ſollemnitates non fuerint enunciatæ, neque referuntæ in conceſſione.*

13 *Emphytheuſis Eccleſiaſtica efficitur merè hæreditaria, & tranſitoria ad quoſcumque hæredes extraneos, ex clauſulis* in perpetuum, & ad habendum *appoſitis, non in exequtiuis ſed in diſpoſitiuis, neque reſtrictis ad certas perſonas ob expreſsè alienationem prohibitam.*

14 *Stante clauſula,* in perpetuum, *ſi pacta ſeruentur, emphytheuſis numquàm ad Eccleſiam reuertitur.*

15 *Rota ſolet magni facere hanc clauſulam,* in perpetuum, *ad effectum, vt emphytheuſis Eccleſiaſtica ad hæredes extraneos ſit tranſitoria.*

16 *Præcipuè, quando eadem clauſula eſt geminata.*

17 *Clauſula,* ad habendum, *non exterata, ſed extenſa, vtpotè æquipollens clauſulæ,* & quibus dederit, *operatur, vt emphytheuſis Eccleſiaſtica ad hæredes extraneos ſit tranſitoria.*

Idque procedit, quamuis nulla alienationis mentio fuerit facta.

18 *Imò, etiam ſi ſit conceſſa emphytheuſis* pro ſe, hæredibus, & deſcendentibus maſculis; *adhuc ad extraneos eſt tranſitoria ex ſola clauſula* ad habendum, & in perpetuum.

19 *Clauſulæ,* ad habendum, & in perpetuum *fortiùs operantur, vt emphytheuſis ad extraneos ſit tranſitoria, quoties leguntur appoſitæ, non in exequtiuis, ſed in diſpoſitiuis, & quomodo id dignoſci valeat.*

20 *Examinantur plures* Rotæ *deciſiones in contrarium allegari ſolitæ, illaſque procedere oſtenditur.*

21 *Vel quando clauſulæ* ad habendum, & in perpetuum *leguntur appoſitæ in exequtiuis.*

Vel ſi ſunt ceteratæ.

22 *Vel, quoties ſunt perſonales, vtpotè reſtrictæ ad primos inueſtitos, ſeu ad certas perſonas, vel generationes.*

23 *Vel, quando ex ſubſequentibus verbis limitantur.*

24 *Vel ſi in Inueſtitura legitur expreſſa alienationis prohibitio, quæ, cum directè tendat ad extraneorum excluſionem, meritò reſtringit facultatem alienandi à dictis clauſulis elicitam inter ipſos comprehenſos in Inueſtitura.*

25 *Vel demum, quando ſolennia non fuerunt adhibita, ſine quibus dictæ clauſulæ conceſſionem extendere non valent.*

26 *Emphytheuſis ex titulo oneroſo dicitur quæſita, quoties initio certa eſt ſoluta quantitas.*

27 *Emphytheuſis Eccleſiaſtica faciliùs ad hæredes extraneos eſt tranſitoria, quoties eſt quæſita ex titulo oneroſo, promiſſaque annua reſponſio verè fructibus reſpondens.*

27 *In Inueſtitura, quoties præcedunt verba* pro ſe, ſuiſque filiis, & nepotibus deſcendentibus in perpetuum, *& poſtmodùm immediatè ſubſequuntur alia verba,* & legitimis heredibus, & ſucceſſoribus, *tunc veniunt etiam hæredes extranei.*

29 *Quoties numerantur plures ſpecies, & poſteà ſequuntur verba generalia, hæc non reſtringunt ad ſpeciem ante expreſſam, ſed comprehendunt alios ſub genere contentos, atque adeò, etiam extraneos.*

30 *Succeſſorum appellatio eſt generalior appellatione hæredum.*

31 *Verbum,* hæres, *cum comprehendat filios, fruſtratorium eſt verbum,* ſucceſſor, *niſi etiam comprehendat hæredes extraneos.*

32 *Legitimitatis qualitas, an, & quando intelligi debeat repetita in ſucceſſoribus, adeòut veniant tantùmmodo hęredes ſanguinis; non autem extranei.*

33 *Dictio,* Et, *appoſita inter legitimos hæredes, & ſucceſſores, vel inter liberos, & hæredes, quid operetur.*

34 *Succeſſorum appellatio, cum ſit generalior appellatione hæredum, eò magis copula* Et, *intelligi debet augmentatiuè poſita ad includendos etiam hæredes extraneos, qui non comprehenduntur ſub nomine legitimorum hæredum.*

35 *Dictio,* Et, *poſita in conceſſione emphyteotica,* puta, & ad eorum tertiam generationem, *eſt ampliatiua.*

36 *Dictio,* Et, *copulatorum arguit diuerſitatem.*

37 *Verba,* legitimi hæredes, *cum includant filios, fruſtratorium fuiſſet verbum* ſucceſſor *adiectum cum copula* Et, *niſi etiam comprehenderet quoſcumque alios hæredes extraneos.*

Ideòque dictio, Et, *ſtare debet augmentatiuè ad ſuperfluitatem euitandam.*

36 *Repetitio numquàm datur, quando aliàs ſecunda diſpoſitio eluſoria redderetur.*

C A P V T LXVI.

MANVTENTIO eſt concedenda Chriſtopharo, utpotè habenti poſſeſsionē anteriorem; tum ex clauſula, *conſtitui*, in ſui fauorem in Teſtamento appoſita, cum dictione, *ex nunc prout ex tunc*, quæ operatur, ut hæres ſta-
1 tim poſsidere cæperit, etiam teſtatore uiuente. *Alex. conſ. 83. ſub num. 6. in fin. verſic. confirmatur, lib. 2. Mart. de clauſ. par. 1. clauſ. 20 ſub n. 8. verſ. ſed Rota, & nu. ſeq. Poſth. de manut. obſeru. 20. num. 7. Rot. diuerſ. dec. 549 nu. 3 part. 1. Dunozett. Iun. dec. 993. n. 1.*

2 Tum etiam, quia corporalis poſseſſio ab eodem hærede ex titulo hereditario fuit appræhenſa die immediatè ſequenti, poſt Teſta-

ſtatoris obitum, cum expreſsione horæ,
ideòque præſumi debet anterior poſſeſſione
ex aduerſo capta eadem die ſine hora, iuxta
receptam theoricam gloſ. in cap. ſi à Sede,
verbo nec appareat, de præben. in 6. Soccin.
in l. 1. num. 11. verſ. tertiò limita, ibique Iaſ.
num. 4. verſic. ſecundò, ſingulariter Rip. nu. 7.
ff. ſolut. matrim. Surd. conſ. 117. num. 13. lib. 1.
Tiraquell. de retract. ligniag. §. 11. gloſ. 1. nu.
10. Menoch. de adipiſc. remed. 4. nu. 792. & de
arbitr. Iudic. caſ. 47. Gratian. cap. 542. num. 6.
Pont. de ſpol. lib. 3. cap. 2. num. 83. propè finem.
Poſth. de manuten. obſeruat. 71. num. 10. Rot.
poſt eumdem deciſ. 58. num. 3. Buratt. dec. 32.
num. 1. ibique add. n. 6.

Nullatenus verò aliqua eſt habenda ratio
de poſſeſsione capta à RR. Canonicis
Dominis directis, nam, præter quàm quòd,
ex proximè allegatis, eſt poſterior, atque
3 adeò non manutenibilis, ex vulgatis Iuris
principijs, adhuc non potuerunt de facto,
propriaque auctoritate illam apprehen-
dere.

Siquidem eiſdem RR. Canonicis pro-
prietarijs, ex prætenſa linea finita nullo
prorſus Iure fuit permiſſum capere poſſeſ-
4 ſionem rei emphytheoticæ, nullatenus in Iu-
dicium vocato hærede vltimi emphytheu-
5 tæ, idque etiam in fortioribus terminis, ſi
adeſset pactum fauore Domini directi in-
grediendi poſseſsionem propria auctorita-
te, quod ſolùm poſſet ſuffragari, quando
deuolutio eſt omninò clara; ſecus verò ſi de
ea poſsit aliquo modo dubitari, tunc enim
donec articulus deuolutionis diſcutiatur,
& determinetur in petitorio, non debet
poſseſsor ſua poſseſſione priuari, multòque
magis, quando, prout in præſenti thema-
te, ex infra in bono Iure firmandis, rema-
net eadem deuolutio omninò excluſa, Spe-
culat. in tit. de emphyt. §. nunc aliqua, quæſt. 48
num. 62. verſ. tu dic, Caſtr. conſ. 67. ſub nu. 1.
verſ. cum tamen poſſet, Gabr. conſ. 88. in fin. lib.
1. latè Menoch. conſ. 503. num. 13. & per tot.
Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 22. ſub nu. 14.
verſ. nam pactum, Manſ. conſult. 8. num. 2. Aſ-
flict. deciſ 97. Epiſc. Thomat. deciſ. 16. nu. 16.
& 18. Ludouiſ. dec. 105. num. 11. ibique add.
lit. A. Buratt. deciſ. 786. in fin. Card. Celſ. dec.
109. num. 10. Rot. in recent. dec 319. num. 24.
& tribus ſeqq. part. 13 repetita coram Card.
Cerro dec 573.

6 Ideòque interim manutenendus eſt hæres
emphyteutæ, non autem Dominus directus,
iuxtà textum expreſsum in cap. 1. §. inter fi-
liam, verſ. defuncto, ibi: reſpondi, filium in
poſſeſſione feudi manere debere, donec de eo
iudicetur tit. ſi de feud. defunct. & ſupra eodẽ
§. inter filium, ibi: reſponſum eſt, apud filium
interim poſſeſſionem collocandam, Speculat. in
tit. de emphyt. §. nunc aliqua, quæſt. 48. num.
62. verſ. tu dic, Corn. conſ. 193. num. 3. lib. 3.
Gabr. conſ. 67. num. 17. lib. 2. Dec. conſ. 467. nu.
9. verſ. & iſta concluſio, iuncto num. 2. ad fin.
Facch. contron. Iur. lib. 1. cap. 95. in fin. Gra-
tian. cap. 736. num. 8. Manſ. conſult. 8. num. 3.
Add. ad Ludouiſ. deciſ. 105 lit. A. Fulgin. de
emphyt. tit. de diuerſ. quæſt. 7. nu. 3. & per tot.
Tiraq. in tract. le mort ſait. 4. par. & deciſ. 61.
declarat. 5. num. 20. & ſequ. Roſental. de feud.
cap. 7. num. 3. Molin. de primog. Hiſp. lib. 3. cap.
4. num. 41. Poſth. de manuten. obſeruat. 16.
nu. 47. Epiſc. Tomat. deciſ. 16. num. 16. & 18.
Rot. poſt eumdem deciſ. 168. numer. 7. & 9. &
deciſ. 227. num. 6. & coram Martin. Andr. dec.
36. num. 3. Bich. deciſ. 402. num. 2. in rec. deciſ.
258. num. 9. par. 11.

7 Quò verò ad Ioſephum contendentem,
poſt obitum Franciſci ſe uocatum ad Inue-
ſtituram, utpotè in ea comprehenſum, ad-
huc ipſe tenebatur in Iudicium uocare hæ-
redem inſtitutum, alioquin legitimè non
dicitur poſsidere.

Prædicta omnia, quamuis ſatis, ſuperque
ſufficerent pro manutentione obtinenda
fauore huius partis; nihilominus eò magis
abſque ulla prorſus difficultate concedenda
uidetur, ſtante optimo eius Iure, etiam in
petitorio.

8 Quamuis enim uerſemur in emphytheuſi
Eccleſiaſtica, quæ regulariter ad hæredes
extraneos non eſt tranſitoria, §. emphytheu-
ſim, auth. de non alien. aut permut. reb. Eccleſ.
per quem textum ita notat gloſ. in l. etiam, ff.
ſolut. matrim. ſtipulataque pro hæredibus,
9 & ſucceſsoribus, intelligi debeat pro hære-
dibus ſanguinis, Imol. in l. quod dicitur. ff. de
verbor. obligat. & in l. ex facto, ff. de
hæred. inſtit. Caſtrenſ. poſt Gloſ. in l. etiam nu. 4.
ibique Alex. ff. ſolut. matrim. Dec. in cap. in
præſentia, num. 44. de probat. et conſ. 171. nu.
1. Salicet. in l. 2. quæſt. 20. Cod. de Iur. emphyt.
Bald. conſ. 114. n. 2. verſ. ſed iſtud, lib. 5. Butr.
conſ. 23. lib. 1. Barbat. conſ. 63. Alex. conſ. 24.
col. 2. lib. 1. et conſ. 89. lib. 4. & conſ. 87. lib. 7.
Roland. conſ. 96. n. 6. et ſeqq. lib. 1. Ruin. conſ.
117. 158. et 174. lib. 1. et conſ. 109. n. 30. lib. 3
Bolognin. conſ. 48. Gozadin. conſ. 39. et cõſ. 75.
n. 23. et conſ. 416. n. 13. lib. 3. Socc. Sen. cõſ. 121
n. 8. lib 4. Rimin. Sen. conſ. 437. nu. 2. Laderch.
conſ. 19. n. 4. Rimin. Iun. conſ. 44. nu. 4. Berett.
conſ. 11. n. 19. et conſ. 3. et 6 Menoch. conſ. 129.
n. 26. lib. 2. Cephal conſ. 400. nu. 5 lib. 3. Gabr.
conſ. 84. n. 51. et conſ. 76 nu. 11. ubi de recep-
tiori teſtatur, lib. 2. Houded. conſ. 92. nu. 19.
et ſeqq. lib. 1. Bero. qu. 17. Clar. in §. emphy-
theuſis, q. 28 ſub num. 5. verſ. tertius eſt caſus,
Gratian. cap. 351. num. 17. Card. Mant. de ta-
cit. lib. 22. tit. 19. num. 20. et ſeqq. et num. 19.
et ſeqq. Cald. de nominat. emphyt. lib. 2. q. 24.
vſq; ad 28. Peregrin. conſ. 7. n. 6. li. 1. et de fi-
deic. art. 32. num. 52. Fuſar. de ſubſtit. qu. 339.
num. 33.

*num 33.*Gratian.*cap.351. num.17. Andreol. contron.378.num.1.et ſeqq.*Franc.*Marc.dec. 103.num.1.lib.2 Boer.dec.178.nu.5. Gamm. deciſ* Luſit*.72.num.1.Surd.deciſ.11. numer.*8. ibique *Hodiern. num.*8. Magon.*deciſ.*Lucen*. 12.num 7.& deciſ Florent.117.nu.21.* Barz. *deciſ.Bonon.115.num.6.Borrell.in ſum.dec.33. num.15 & ſeq part.1.*Rot.*in rec. dec.427.nn. 10.part.9.tom.2.Ludouiſ.deciſ 529. numer.1.* Card.*Seraphin.dec.368.num 2. Merlin. deciſ. 583.num.3.& ſeq. & deciſ.*887.*nu.18. Bicb. deciſ.326. num.3.* licèt contrarium ſentiant Soccin. *conſ.266. lib.2. Pariſ. conſ.* 84.*lib.4.* quos videtur ſequi *Franch.dec.235.n.3.*

10 Nihilominus huiuſmodi regula procedit in dubio, & vbi ex verborum, vel clauſularum prægnantia, ſeu ex alijs circumſtantijs non conſtat de diuerſa partium voluntate, accedentibus debitis ſollemnitatibus, cum regula prædicta ſolummodó inducat quamdam ſimplicem Iuris præſumptionem contrarijs probationibus, vel fortioribus præſumptionibus elidibilem, iuxta notata in *cap.conſtitutus de* Religioſ.*domib.*Cephal *cōſ. 9.num.3.in fin.& ſeqq.Soccin.conſ.266.lib.2. Card.Mantic.de tacit lib 22.tit.19 num.11.& ſeq.& num.21.& ſeqq. Ciarlin.controu.180. num.8.& ſeqq. lib.2.* cum alijs inferiùs allegandis; Vtrumque autem concurrit in præſenti.

11 Quo enim ad ſolemnitates de illis non eſt hæſitandum, non ſolùm, quia de Iure ſunt præſumendæ, ſtante lapſu longiſſimi temporis, multóque fortiùs cẽtenarij, iuxtà *gloſ.in cap peruenit,* ibique Imol *num.10. & 12.de empt.& vendit.Felin.in cap.illud, n.6. de teſtibus,* Bart. *in l.qui in aliena, § 1. num. 1. ff. de acquirend. hæred.* latè Iaſon. *in leg. ſciendum,num.16.& duob.ſeqq.* ibique Socc. *Iun.num.45 ff.de verbor.obligat.*Felin.*in cap. Albericus, num.4.de teſtib.& in cap.ſicut.nu. 29.de re iudic.Alex.conſ.1.num.20 & conſil. 17.num 8.lib.4.& conſ.50.num 6.& 7.lib.5. Cephalus conſ.47. num.13. Gozadin. conſ.73. num.20. & ſeq.* qui teſtatur de communi; *Curt Iun.conſ.100.num.31 & conſ.213.num. 97.lib.3.Gabr.conſ.82.num.30. & ſeq. lib.1. Ciarlin.contron.8. num 55. Oſaſch.deciſ.173. Card.Seraph dec.1042.num.2.& deciſ.1125. num.3. Buratt. deciſ.45. num.6.* ibique *Add. num.8.*

12 Potiſſimùm concurrẽte, prout in præſenti, obſeruantia, in quo caſu etiam ſpatium triginta annorum ſufficiat, *Mareſcott. var. lib.1.cap.13.num.9. & ſeq. Mar.Antonin.reſolut.21. num.11. lib.1. Tondut.tom.2. quæſt. benefic. cap.99. num.11. Caren.reſolut.*102. *num.1.& ſeq.Card.de Luca de alienat. diſc.1. num.88. Cardin.Mantic.dec.101.nu.2. & ſeq. Cardin.Seraphin.dec.1125.nu.3.& dec.1307. num.7.*Coccin.*dec.301.num.3. Ludouiſ.deciſ. 343.num.1.*ibique *Add.num.4. Card.Otthob. deciſ.220 num.22.* Idque, etiam ſi ſollemnitates non fuerunt enunciatæ, neque reſeruatæ in conceſſione, iuxta receptam theoricã *Felin.in cap.Albericus nu.4. verſ.ſi autem in Inſtrumento, de teſtib.Add.ad Ludouiſ.d.dec. 343.num.5.*Cardin.*Seraphin.dec.1042.num.3. Rot.in recent.deciſ.159.num.3.par.1.Put.dec. 355.num.2. lib.1. & deciſ.365. num.3. & 4. lib.2.*

Sed etiam, quia ſatis liquidò comprobantur ex licentia Superioris, & Capituli, cum Apoſtolico beneplacito, ſubſequutaque ſententia, quòd conceſſio in euidentem cedat Eccleſiæ vtilitatem.

Clauſulæ verò concurrunt; cum enim emphytheuſis legatur conceſſa ex titulo oneroſo: *Franciſco præſenti, acceptanti, ſtipulanti, & accipienti pro ſe, ſuiſque filijs, & nepotibus deſcendentibus in perpetuum, & legitimis hæredibus. & ſucceſſoribus, inueſtientes ad habendum, tenendum, poſſidendum fructandum, & quidquid dicto* Franciſco.*& ſuis hæredibus & deſcendentibus, vt ſupra placuerit,* Iure *linellario perpetuò faciendum.*

13 Proculdubio, ſtantibus prædictis clauſulis *in perpetuum, & ad habendum* appoſitis non in exequutiuis, ſed in diſpoſitiuis, neque reſtrictis ad certas perſonas ob expreſsè alienationem prohibitam, emphytheuſis etiam Eccleſiaſtica efficitur merè hæreditaria, & tranſitoria ad quoſcumque hæredes extraneos, prout in ſpecie de clauſula *in perpetuũ,* omiſſis innumeris, qui poſſent allegari, optimè firmant, præ cæteris, *Abb.in cap.in præſentia, num.29.*ibique Felin *num 27.Dec.num. 24.de probat. Salicet.in l.2. quæſt.9. num.30. in fin.*Cod.*de* Iur.*emphyt.*Bald.*in auth.ſi quas ruinas, num.7.verſ.contrarium, Cod.de Sacroſ. Eccleſ.*Cephal.*conſ.9.num.17.* vbi, quòd, ſi cũ conceſſione facta pro hæredibus in perpetuũ adſit aliqua coniectura, etiam leuis, emphyteuſis eſt tranſitoria ad hæredes extraneos, *Soccin.Sen. conſ.266. num.37. circa med. verſ.ſecundò præmitto lib.2. Alex.conſil. 9.num.51. lib.2.* Pariſ.*conſ.84 num.3. & 4. lib.4.* latiſſimè *Crot.conſ.146.num.9 & ſeqq.* vbi de communi, *Cephal.conſ.9.num 9.& ſeq. Curt.Iun.conſ.4.nu.24.in fin.lib.1.*Guglielm. *d Pern.conſ 4.num.19 & ſeq.* Gabr. *conſ.76.*
14 *num.7. & 8 lib.2.* vbi, quòd, ſtante dicta clauſula, *in perpetuum*, ſi pacta ſeruentur, emphytheuſis numquàm ad Eccleſiam reuertatur, & *num.11.& ſeqq.Giouagn.conſ.44. num.72.& 98.lib.2.Bero.conſ.63.nu.9. lib.3. Spad.conſ.182.num.2.lib.3.Altograd.conſ.22 num.6.& ſeq.lib.1. Couarr.var.reſolut. lib.2. cap.17.*Clar.*in §.emphyteuſis quæſt.28. in fin.* Card *Mantic.de tacit.& ambig.lib.22.tit.19. num.21.verſ.ſed tamen, & ſeqq.*Cyriac.*contr. 146.num.10 Caren.reſol.152.nu.3.* vbi, quòd

Digitized by Google

propria ſignificatio eiuſdem clauſulæ, *in perpetuum*, ſit, quòd emphyteuſis numquàm ad Eccleſiam reuertatur, ſi pacta ſeruentur, *Ciarlin.controu.*180.*num.*24.*lib.*2. *Fulgin.de contract.emphyteot.quæſt.*1. *num.*13. *Petr.de Gregor.de conceſſ feud.part.*4.*quæſt.*3. *nu.*13. *Cirocc.diſcept.*60. *num.*35. *Cardin.de Luca de emphiteuſ.diſc.*32.*num.*5. *verſ. tertiò quia, Cardin.Seraphin.deciſ.*863.*num.*3. *Rot. in recent.deciſ.*381.*num.*5.*& ſeqq.part.*5. *Merlin. deciſ.*506.*num.*6.*Cardin.Canaler.dec.*293.*nu.*3.*Archiep.Carrill.dec.*246.*num.*3. vbi, quòd
15 *Rota* ſoleat magni facere hanc clauſulam *in perpetuum*, ad effectum, ut emphyteuſis Eccleſiaſtica ſit tranſitoria ad hæredes extraneos, *Archiepiſcop.Royas dec.*444. *num.*1. *Dunozett.Iun.dec.*748.*num.* 10.

16 Præcipuè, quando, prout in præſentia in Inueſtitura eadem clauſula *in perpetuum* geminatè legitur appoſita ibi: *deſcendentibus in perpetuum*, & rurſus ibi: *perpetuò faciẽdum*, *Rot.in recent.dec.*294.*num.*4. *verſ.attenta maximè geminatione*, *p.*2. *& deciſ.*548. *num.*9.*part.*4.*tom.*3.*& in* Romana *domus Sancti Euſtachij* 10. *Februarij* 1581. *coram Card.* Lancellott.*impreſſa poſt conſ.Gionagn.*44.*num.* 72.*lib.*2.

Et de clauſula, *ad habendum*, non cætera-
17 ta, ſed extenſa, prout in hoc themate, ibi: *Inueſtientes ad habendum, tenendum, poſſidendum, fructandum, & quidquid dicto Franciſco, & ſuis hæredibus, & deſcendentibus placuerit, vt ſupra Iure liuellario perpetuò faciendum*. Quæ, cum æquipolleat clauſulis, *& quibus dederis*, quòd faciat emphytheuſim Eccleſiaſticam tranſitoriam ad hæredes extraneos, præ cæteris, in ſpecie, firmant *Soccin.Sen.dict.conſ.*266. *num.*38. *in fin. & ſeq. lib.*2.*Ladercb.conſ.*1.*num.*12.*& ſeq. Becc.cõſ.* 88.*num.*20.*verſ.ſecundò*, qui loquitur in præciſis terminis de clauſula *ad habendum, tenendum, & poſſidendum, & quidquid ei, & ſuis hæredibus, deindè perpetuò placuerit, faciendum*, *Buccafer. conſ.*82. *num.*12. *& ſeq.* Gionagn. *dict. conſ.*44. *num.*49. *&* 53. *lib.*2. egregiè *Spad.dict.conſ.*182. *num.*1. 3. *& ſeq. verſ.& licet, lib.*3. vbi, quamuis nulla legatur facta mentio alienationis, quia ſatis eſt, quòd ſit data facultas faciendi perpetuò, quidquid placuerit, *Altograd. dict.conſ.*22. *num.*7.*lib.*1.*Clar.in* §.*emphytheuſis.quæſt.*28. *in fin.Gratian.diſcept.*218 *num.*46.*Card.Mantic.de tacit.lib.*22.*tit.*19.*nu.*24.*& ſeq.Fulgin. de contract. emphytheotic. quæſt.*1. *num.*11. latè alijs allegatis, *Ciarlin.dict. controu.*180. *num.*25.*& ſeq.lib.*2.*Hodiern. ad Surd.dec.*93. *num.*10.*Cirocc.diſcept.*60.*num.*8. *& ſeq.* eruditiſſimus amicus meus *Pacionus* in Vrbe egregius Aduocatus, de *locat.cap.*53. *nu.*67. *& ſeqq de Luca in animaduerſ. ad Gratian. cap.*344. *num.*10. *& in obſeruat. ad Franch. deciſ.*235.*nu.*3.*Theſaur dec.*146.*nu.*6. *Oſaſch. deciſ.*164.*Franch.dec.*6.*num.*7.*Burat dec.*87. *n.*3. *& tribus ſeqq.* ubi, quòd ſit communis ſententia Card.*Canaler dec.*293 vbi *Rota* decreuit in fortioribus terminis, emphytheu-
18 ſim Eccleſiaſticam conceſſam *pro ſe, hæredibus, & deſcendentibus maſculis*, ad extraneos eſſe tranſitoriam ex ſola clauſula, *ad habendum*, & verbis *in perpetuum*, ibique ponderatur etiam natura dictionis vniuerſalis, *quidquid*, *Archiep.Royas dec.*444.*num.*1.*in recen. dec.*294.*num.*1. *&* 3.*part.*2. vbi in ſpecie de *clauſula ad habendum, & quidquid placuerit faciendum*, cum eiſdem verbis, de quibus in præſenti Inueſtitura, & in dicta *Romana domus Sancti Euſtachij coram Cardin.Lancellotto, impreſſa poſt conſ. Gionag.*44. *num.*68. *& ſeqq.* vbi, quòd conceſſio facta alicui ab Eccleſia comprehendat illius hæredes, etiam extraneos propter verba *ad habendum, & quidquid ei, & eius hæredibus videbitur faciendum*, quæ equipollent clauſulæ, *& quibus dederit*.

Prædicta verò omnia eó magis abſque
19 ulla difficultate amplectenda, quia prædictæ clauſulæ *in perpetuum*, *& ad habendum* non leguntur poſitę in executiuis inter clauſulas loquentes de Inueſtitura, aut de traditione poſſeſsionis, uel ex interuallo poſt perfectam diſpoſitionem; ſed potiùs in diſpoſitiuis, dum apparent appoſitæ conſecutiuè, & immediatè poſt emphyteoticam conceſsionem per modum continuatiuum eiuſdem ſermonis; non autem incohatiuum nouæ orationis ante clauſulam *quæ omnia*, ibi: *conceſſerunt Frãciſco ſtipulanti, & acceptanti pro ſe, ſuiſque filijs, & nepotibus deſcendẽtibus in perpetuum, & legitimis, pro hæredibus, & ſucceſſoribus, &c. inueſtientes ad habendum, tenendum, poſſidendum, & quidquid ei, & ſuis hæredibus Iure liuellario deinde placuerit faciendum*; ideòque patet, clauſulam *ad habendum*, contineri in periodo diſpoſitionis, nam uerbum *conceſſerunt*, in quo ſtat diſpoſitio, regit uerbum *inueſtientes*, & uerbum *inueſtientes*, regit clauſulam *ad habendum*, ergo clauſula *ad habendum* regitur à uerbo *conceſſerunt*, ſicut cauſatum regitur à cauſa ſuæ cauſæ, de quo ſcribentes in *leg. manumiſſiones, ff.de Iuſt.& Iur.* prout in ſpecie declarant *Ladercb. d.conſ.*1. *num.*13.*& ſeq. Becc.conſ.*44.*num.*84.*&* 90. *lib.*2. *Gratian.cap.*218. *num.*46. *verſic. præſertim, Ciarlin. d.controu.* 180. *num.*27. *Hodiern. ad Surd.deciſ.*93.*num.*14.*&* 15 *Carol. Anton.de Luca ad Gratian.cap.*344. *num.*12. *Franch.deciſ.*6.*num.*7.*Oſaſch. conſ.*16.*num.*21 *& dec.Pedem.*161.*in princip.* optimè *Rot.in recent.d.deciſ.*287. *num.*1. *& deciſ.*438. *nu.*2. *verſ.attamen in propoſito, par.*1. ubi in terminis terminantibus Inueſtituræ, de qua agimus

Digitized by Google

mus ferè per ipſiſsima uerba, & deciſ. 294. num.7.part.2.& deciſ.86.num.9.& ſeq.par.4 tom.2.Buratt.deciſ.87.num.6.verſ.in propoſito autem.

20 Neque in contrarium merentur allegari aduerſus prædictas clauſulas deducta per Rot.in rec.dec.209.num.3.part.10.Bich.deciſ. 483.num.11.& ſeqq.& deciſ.517.num.18. & ſeqq. repetita in recent.dec.277.num.18. & ſeq.& dec.321.n.7.& 8.par.11.

Siquidem pro tollendis æquiuocis in huiuſmodi materia ſatis inuoluta, ob deciſiones contrarias, vel potiùs malè intellectas, peſſimèque applicatas, eſt neceſſariò aduer-
21 tendum, quòd auctoritates contrariæ, quæ ſolent allegari, adhibita proxima veriſſima diſtinctione, optimè remanent conciliatæ.

Nonnullæ enim procedunt, vel, quando dictæ clauſulæ *in perpetuum, & ad habendum* leguntur appoſitæ in exequutiuis, in quibus terminis loquuntur Dec.conſ.495.num.7.& 8.& conſ.500.ſub num.8.verſ.& ideò, Menoch.conſ.104.num.46.Pariſ de Put. de feud. qu.95.Gratian.cap.344.num.9.Oſaſch. deciſ. 164.num.2.& ſeqq.Franch.deciſ.6.nu.7.Epiſcop.Sperell deciſ.120.num.52.Rot.in recent. deciſ.287.num.1.& deciſ.438.num.2.part.1.

Vel, quando ſunt cæteratæ, d. Grat. conſ. 22.num.9.Buratt.dec.89.num 5.& ſeq.

22 Vel, quando ſunt perſonales, vtpotè reſtrictæ ad primos inueſtitos, ſeu ad certas perſonas, aut generationes, & in his terminis loquitur Rota in recent dec.74 nu.13. part.6. vbi clauſula *ad habendum*, legebatur adiecta conceſſioni certis gradibus, perſoniſque coarctatæ, ideòque potiùs attendenda graduum, generationumque præciſa vocatio, quàm clauſula *ad habendum*, ex Notariorum ſtylo oſcitanter apponi ſolita, prout rectè diſtinguit Rota in rec. d.dec. 294 num.8.par.2.Bich. deciſ.517.num.21.& ſequent.

23 Vel, quando ex ſubſequentibus uerbis limitatur, prout in dec.Card.Seraph.794.n.8. & 9. ubi de clauſula *ad habendum* reſtricta ex illis uerbis *prout de ſimilibus rebus in emphytheuſim locatis de Iure fieri ſolet, & de Iure debet.* & dec.1290.num.12.& deciſ.55. num.6.et tribus ſeqq.part.10. rec. ubi etiam de uerbis immediatè adiectis poſt clauſulam cæteratam, *ad habendum, prout quilibet ſimilis emphytheuta de re ſimili conducta facere, et diſponere poteſt*, quæ uerba uires clauſulæ *ad habendam* eneruant, & deciſ.310.num. 18.et ſeq. part.5. ubi de uerbis, *ſecundùm naturam huiuſmodi Inſtrumentorum*, & in eiſdem terminis Oſaſch.dec 164.nu.5.

24 Vel, quando adeſt in Inueſtitura expreſſa alienationis prohibitio, ex qua earumdem clauſularum uirtus omninò remanet euacuata & eliſa, in quibus terminis loquuntur auctoritates proximè laudandæ.

Idque optima ſanè ratione; cum enim eadem alienandi prohibitio ad excluſionem extraneorum directè tendat; meritò reſtringit facultatem alienandi á prædictis clauſulis elicitam inter ipſos in Inueſtitura comprehenſos; cum magis ſit attendenda, & plus influat in conceſsionem eadem alienationis prohibitio maturo cõſilio appoſita, quàm dictæ præcedẽtes clauſulæ generales, ut plurimùm ex ſtylo á Notarijs apponi conſuetæ, ut inquit Dec. conſ.171.ſub n.3. verſ.quartò, et vltimo, Bero.conſ.66.nu.13. et ſeq.lib.1.Gabr.conſ.91. num.12.et ſeq.lib.1. Curt.Iun. conſ.130. num.6. Menoch. conſ.61. num.29.et conſ.93.nu.47.lib.1. Gratian. cap. 344.num.11.Corbul.de priuat.emphyt.ob alienat.limitat.3.num.2.et ſeq.Pacion.de locat.d. cap.53.de Luca ad Gratian.d.cap.344.nu.16. et 18.Oſaſch.deciſ.164.nu.4.Rot.in rec. deciſ. 294.num.8.verſ.item ibi aderat, part. 2. Merlin.deciſ.532.num.15.et dec.583.nu.8.et ſeq. repetitæ in rec.deciſ.74.num.15.et dec.211. num.8.et 9 part.6. rectèque aduertit Bich. d. deciſ.483.num.11.et ſeqq. in qua num. 2. ſemota expreſſa alienandi prohibitione, admittitur concluſio, ut ex dictis clauſulis *in perpetuum, et ad habendum*, appoſitis in diſpoſitiuis, Eccleſiaſtica emphytheuſis ad hæredes etiam extraneos traſitoria efficiatur, & in eiſdem terminis expreſſæ prohibitionis de non alienando loquitur Rot.in recent. dec.209.num.8.part.10.et dec.427.num.16. et ſeqq.part.9.tom.2.

25 Vel demum, quando non fuerunt adhibita ſollemnia, ſine quibus prædictæ clauſulæ conceſſionem extendere non poſſunt, ut rectè aduertit Dec.in cap.in præſentia, num.33. aliàs 153. verſic. fit ergo concluſio. de probationib. Aldobrãd.conſ.42. num 3. Couarr.var. reſolut.lib.2.cap.17.num.5.Rot.in recent.dec. 427.n.15.par.9.tom.2.

Ideòque, cum in pręſenti Inueſtitura clauſulæ, *in perpetuum, & ad habendum* poſitæ legantur in diſpoſitiuis, neque ſint cæteratę, neque ad certas perſonas, aut generationes reſtringantur, quódque magis eſt nulla prorſus legatur alienandi prohibitio, neque etiã tacita, & ulteriùs ſollemnia concurrant; abſque ulla difficultate inconcuſſa remanet concluſio ſuperiùs firmata, vt ex dictis clauſulis emphytheuſis, quamuis Eccleſiaſtica, ad extraneos omninò fuerit effecta tranſitoria.

26 Prædictis omnibus duæ potiſſimùm accedant animaduerſiones; Altera, quod agatur de emphytheuſi ex titulo quæſita onероſo, cum fuerit ab initio certa ſoluta quantitas, Fulgin.de emphyth. quæſt.1.num.24. Cirocc. diſcept.78. num. 52. necnon promiſſa annua reſponſio ferè fructibus reſpondens,

quo caſu emphytheuſis Eccleſiaſtica faciliùs ad hæredes extraneos eſt tranſitoria, *Minad.in Conſtit.Regni In aliquibus*, verbo *filiorum,Cephal.conſ.9. col.4.verſ.quartò quia, lib.1.Roland.conſ.96.num.10. lib.1. Cardin. Mantic.de tacit.lib.22.tit.19.num.27.Fulgin. de emphyt.dict.queſt.1.num.24.Franch.deciſ. 235.num.2.* aſſerens,quòd in his terminis nõ reperiatur aliqua contradictio inter Interpretes, ibique *de Luca in obſer.*

28 Altera verò, quòd in Inueſtitura præcedunt verba, *pro ſe, ſuiſque filijs, & nepotibus deſcendentibus in perpetuùm*, & poſtmodùm immediatè ſubſequuntur alia verba, *& legitimis heredibus, & ſucceſſoribus*; Ideòque vindicat ſibi locum receptiſſima Iuris pro-
29 poſitio, quòd, quoties plures enumerantur ſpecies, & poſteà ſequuntur verba generalia, hæc ad ſpeciem anteà expreſſam non reſtringantur; ſed comprehendant alios ſub genere contentos, atque adeò extraneos quoſcumque, *Ruin.conſ.45.num.4.verſ.nec dicta clauſ.lib.1. Soccin.Iun.conſ.1.num.31. verſ.non tamen lib.4 Dec.conſ.171. num.3. Bero.conſ.65.num.54.lib.1.Natt.conſ.467.nu. 23.verſic.tertiò contra prædicta,& ſeq. Surd. conſ.475 n.30.verſ.ſed etiam de alia,Bertrād. conſ.403 n.10. verſ.verū id,quod ſuperiùs,& conſ.408. circa finem, verſ.ſed quando lib.6. Guerin. Piſ.in Prælud. feudor.cap.an in feud. ſucced.extran.verſic.quintò,et ultimo,et uerſ. aute dictū fuit,Ant.Monac.de recta feud.interpret.cap.38.n.25.* & in præciſis terminis terminantibus egregiè *Dunozett.Iun.* videndus *deciſ 748.numer.3.*

30 Præcipuè, quia appellatio ſucceſſorum eſt generalior appellatione hæredum,*Soccin. Iun.conſ.1.num.31.verſ.non tamen, & num. 34. verſ.quod autem, lib.4. Roland.conſ.79. num.29.verſ.quantò magis,lib.2.Ludouic.Bell. conſ.1.num. 91. & ſeq. & conſ.17. num. 22. Monach.de rect.feud.interpret.d.cap.38. num. 21.& ſeq.Thom.de Marin.de feud. omnin.hæredit.num.7. verſ.ego autem, et ſeq.Cumia.in prælud feudor. num.86. & ſeq.*aſſerens.id eſſe indubitatum,*Vin.dec.441.num.9.verſ.poſtremo, et num.ſeq.Oſaſch.dec.161.num.16.verſ. quæ verba,* Rot.*in recent.dec.93.num.77.verſic.quintò, quod, et num.ſeq.part.5.* & in ſpecie *Dunozett Iun.d.dec.748.num.4.aute fin. verſ.cum appellatio ſucceſſorum.*

31 Cumque verbum, *hæres*, filios abſque dubio includat, fruſtratorium fuiſſet verbum *ſucceſſor*, niſi etiam alios quoſcumque hæredes extraneos comprehenderet,prout in ſpecialibus terminis Inueſtituræ receptæ *pro ſe, ſuiſque hæredibus, et ſucceſſoribus in perpetuum*, egregiè arguit omninò videndus *Soccin.Sen.conſ.266.num.36 et ſeq.lib.2.*

32 Neque prædictis ſuperiùs firmatis aduerſari poterit obiectum ex Inueſtituræ verbis deſumptū, ibi: *legitimis hæredibus, & ſucceſſoribus*, quaſi quòd legitimitatis qualitas in ſucceſſoribus intelligi debeat repetita, atq; adeò veniant tantummodò hæredes ſanguinis, non autem extranei.

Eſt enim diligenter animaduertendum, quòd non fuerit dictū in Inueſtitura, *legitimis hæredibus ſucceſſoribus*; adeòut uerbum *legitimis*, qualificet, nedum uerbum *hæredibus*, ſed etiam uerbum *ſucceſſoribus*; ſed potiùs
33 legatur adiecta dictio, *Et*, ibi, *legitimis hæredibus, et ſucceſſoribus*, quæ dictio, *Et*, poſita inter legitimos heredes,& ſucceſſores ſtat augmentatiuè, & ampliatiuè. *leg.ea tamen adiectio*, ibique *gloſ* & Doctores, *ff.de legat. 3.Bald.in* Rub.*num.17. Cod.de contrah empt. et conſ.237.in princ.et 239. verſ.ſecundus, et tertius caſus.lib.1. Ancharan.conſ.154. nu.5. Pariſ conſ.17.num.24.lib.1.et conſ.7.num.31. lib.3.Surd.conſ.315. num.19. Caſſan.ad Conſuet.Burgund.Rubr.7 §.10.*uerbo *de ligne,Rot. diuerſ.deciſ.366. num.14.part.1.in recent.dec. 680.num.5.verſ.quæ dictio,part.2. et dec.59. num.11.part.7.* & in proximis terminis uerborum *liberis, et hæredibus*, firmant *Pinell. de bon.matern.part.3.num 90.in princip. verſ. inde etiam infertur,Pariſ. conſ.75. num.60. et ſeq.lib.2.Beron.conſ.151.num.15.lib.2.* rectèque conferunt deducta per *Caſtr.conſ.338. n. 2.verſ.ſi enim, Soccin.Sen.conſ.25.num.4. et ſeqq.et num.28.lib.1.Mareſcott. Var. cap.53. num.2.lib.2.Add.ad Buratt. dec 602. nu.29. Merlin.deciſ 420.n.15.* Rot.*in rec.dec.355.nu. 12.et dec.357.num.30.part.11.* ubi, quod di-
34 ctio, *Et*, ampliet generationes; ſi fuerit dictum, *et ad eorum tertiam generationem*.

35 Potiſsimùm, quia, cum appellatio ſucceſſorum ſit generalior appellatione hæredum, *Syluan.conſ.30. num.25. et ſeq. Soccin. Iun.conſ.1.num.31.verſ.non tamen, et nu.34. verſ quod autem,lib.4.Roland conſ 79.nu.29. verſ.quantò magis,lib.2.Dunozett.Iun.d.dec. 748.num.4. verſ.cum appellatio ſucceſſorum*,
36 eò magis copula, *Et*, intelligi debet augmentatiuè poſita ad includendos hæredes, etiam extraneos, qui ſub nomine legitimorum hæredum non comprehendebantur, *Beron.d.conſ.151.num.15.lib.2.*

37 Hæc enim eſt uirtus prædictę copulę, ut ex ea copulatorum arguatur diuerſitas, *gloſ. in rubr.ff.de Iur.et fact.ignorant. Alex.conſ. 198.num.10 lib.5.Pariſ conſ.39. num.21. et conſ.95.num.6.et 8.lib.1. Surd. conſ.315.nu. 27.Gozadin.conſ.33.nu.17. Cephal.conſ.183. num.69.lib.2.Valenz.conſ.133.num.60.lib.2. Salon.in Probem.leg.Taur.num.151. Roblez. de repræſentat.lib.3 cap.17. numer.42.et 47. Grat.diction.59.num.7.*

38 Cumque uerbum *legitimi hæredes*, abſque dubio includat filios, fruſtratorium ſanè fuiſset uerbum *ſucceſſor* adiectum cum dicta

copu-

copula, *Et*, niſi etiam quoſcumque alios heredes extraneos comprehenderet, quo caſu eò fortiùs, dictio, *Et*, ſtare debet augmentatiuè ad ſuperfluitatem euitandam, *Rot. in recent. d. dec. 59. num. 11. et ſeq. part. 7.* prout in ſpecie Inueſtituræ receptę *pro ſe, ſuiſque hæredibus, et ſucceſſoribus in perpetuum*, benè ad propoſitum aduertit *Socein. Sen. d. conſ. 266. nu. 36. et ſeq. lib. 2.*

39 Atque ex hac eadem ratione excluſa remanet pretenſa repetitio qualitatis legitimitatis in ſucceſsoribus, quę numquàm eſt admittenda, quando aliàs ſecunda diſpoſitio redderetur fruſtratoria, ex adductis per *Caſtill. lib. 2. controu. cap. 4. num. 125. Magon. dec. Florent. 84. num. 4. et deciſ. 146. numer. 3. Rot. in rec. dec. 130. num. 11. part. 14.*

Iuxta allegata, poſt plures diſceptationes habitas, fuit pronunciatum per Reuerendiſſimum Fanum Iudicem Delegatum.

ARGVMENTVM.

Contractus locationis potiùs dici debet, quàm emphyteuſis, quoties quantitas Canonis eſt ad menſuram fructuum, vel eiuſdem ſolutio fit in pluribus vicibus, nullatenus attenta mentione emphyteuſis, nec non alienationis prohibitione ſub pœna caducitatis, quæ rectè conueniunt conducenti rem, præſertim ab Eccleſia.

Fœminæ veniunt in contractu locationis rerum Eccleſiæ, vtpotè bonæ fidei.

Conceſſio in emphyteuſim, quoties legitur facta alicui *pręſenti, ſtipulanti, & acceptanti pro filijs ſuis, & ad eorum tertiam generationem* Patri nihil quæritur, ſed totum conceditur, & acquiritur filijs, qui, tamquàm primi acquirentes, à generationibus diſtinguuntur, neque ſub illis dicuntur comprehenſi.

Capitula, alioquin dubia, an, & quando ex Inſtrumento poſtmodùm celebrato interpretationem recipere debeant.

In ſententia potiùs attendenda diſpoſitiua quàm narratiua.

Aſſenſus Apoſtolicus non requiritur in re Eccleſiæ locari ſolita, nõ obſtante eiuſdem ſoliti alteratione; quoties non tẽdit in damnum; ſed potiùs in fauorem Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Contractus talis eſt cenſendus, qualem partes denominant.*

2 *Locatio dicitur, non emphytheuſis, quoties quantitas Canonis, inſpecto tempore contractus, eſt ad menſuram fructuum, & hæc coniectura eſt cæteris fortior.*

3 *Idque etiam ſi penſio ſit minor aliquantò fructibus, neque ad amuſſim respondeat.*

4 *Locatio dicitur ex modo ſoluendi Canonem in pluribus ſolutionibus, cum in emphytheuſi ſolutio vnica vice fieri ſolet.*

5 *Idque, etiam ſi contractus fuerit nuncupatus emphyteuſis.*

6 *Obſeruantia optimè qualitatem declarat contractus.*

7 *Prohibitio alienationis ſub pœna caducitatis adaptatur conducenti rem, præſertim ab Eccleſia.*

8 *Solutio notabilis ſummæ pro intratura non conuenit, ſed potiùs repugnat emphytheuſi, quoties ſoluitur valdè magna pẽſio fructibus reſpondens.*

9 *Fœminæ veniunt in contractu locationis, etiã rerum Eccleſiæ, vtpotè bonæ fidei, &* num. 11.

10 *Fœminæ non veniunt appellatione filiorum, & nepotum in contractu emphytheuſis, potiſſimùm Eccleſiaſticæ.*

Refertur contraria ſententia.

11 *Locatio eſt contractus tranſitorius, etiam ad hæredes extraneos; ideòque in illo fœminę quoque cenſentur comprehenſæ.*

12 *Conceſſio in emphyteuſim; quoties eſt facta alicui* pręſenti ſtipulanti, & acceptanti pro filiis ſuis, & ad eorum tertiam generationem, *Patri nihil quæritur; ſed totum conceditur, & acquiritur filijs.*

13 *Præcipuè, ſtantibus verbis*, & ad eorum tertiam generationem, *quo caſu filij. tamquàm primi acquirentes, à generationibus diſtinguuntur. neque ſub illis comprehenduntur.*

Nemo ſeipſum generat, neque ſui ipſius poteſt eſſe principium.

14 *Multò magis, ſtante dictione,* Et. *ibi.* Et ad eorum tertiam generationem, *quæ eſt augmentatiua, & extenſiua.*

15 *Conceſſio emphyteuſis, quoties alicui eſt facta ſimpliciter vſque ad tertiam generationem; tunc perſona acquirentis numeratur, neque extenditur vltra nepotes, & de ratione.*

16 *Maſculus deſcendens à fœmina filia maſculi emphytheuſim ſtipulantis non poteſt dici de illius generatione maſculina.*

Infecta primitiua, inficitur etiam deriuatiua, neque in cauſato plus virtutis eſſe poteſt, quàm ab influenti potentia cauſæ procedat.

17 *Emphyteuſis, an ſit conceſſa pro linea maſculina, vel fœminina, attendi debet initium ipſius conceſſionis.*

18 *Notarius faciliùs poteſt errare in tranſcriptione ſimplicis narratiuæ Inſtrumenti quàm in referendo ſtipulationis, & Inſtrumenti ſubſtantiam, quod accuratè conficitur.*

19 *Diſpoſitiua; non autem narratiua attendi debet, præcipuè, vbi actus ipſe Inſtrumenti aliorũ*

ante-

antecedentium, & ſubſequentium aſſiſtentiam habet.

20 *Quoties quis recuſat exhibere aliquas ſcripturas in eius conſeruatas Archiuio, præſumptio eſt, quòd in contrarium faciant.*

21 *Dictio relatiua, quæ, reſtringit verba præcedentia ad caſum expreſſum.*

22 *Omnis poſſibilis intellectus eſt capiendus ad euitandam contrarietatem inter Capitula, & Inſtrumentum.*

23 *Capitula, alioquin dubia, ex ſtipulatione clariori, & pleniori declarationem recipere debent.*

24 *Verba ambigua capitulorum intelligi debent, prout clariùs fuerunt declarata, & intellecta in inſtrumento.*

25 *Inſtrumentum; quoties fuit celebratum poſt aliquod temporis interuallum, ſi adſit contrarietas inter Capitula, & Inſtrumentum, præſumendum, quòd contrahentes maturiùs cogitando, reformare, vel meliùs declarare voluerint conuentiones contentas in Capitulis.*

26 *Stipulatio, quando eſt clara, debet de per ſe conſiderari, etiam, quando à capitulis diceretur per illam receſſum.*

27 *Concluſio præſumitur cum præcedenti tractatu conformis.*

28 *Mutatio voluntatis non præſumitur.*

29 *Singula ſingulis congruè ſunt referenda.*

30 *Relatio interpretari debet, ne ſequatur contrarietas.*

31 *Ideòque ſemper eſt intelligenda, præter quàm in expreſſis diuerſimodè in ſtipulatione, ne detur contrarietas.*

32 *Referenti magis eſt ſtandum, quàm relato in eo, quod ab illo eſt diuerſum, quoties liquido apparet, contrahentes aliter voluiſſe diſponere, quàm in relato continetur,*

33 *Omnis benigna interpetratio eſt capienda pro ſecundo conductore, qui meliorem fecit locatoris conditionem.*

34 *Iuxta formam aſſenſus præſumitur tractata, factaque conceſſio.*

35 *Nulla melior dari poteſt contractus interpetratio, quàm ea, quæ ex dictis, vel factis ipſorum contrahentium prouenit.*

36 *Capitula dubia à ſtipulatione, & conceſſione ſunt interpetranda.*

37 *Verba ſtipulationis, & conceſſionis, quoties leguntur in pluribus actibus Iudicialibus repetita, præponderare debent verbis Capitulorum ſemel tantùm in ſimplici narratiua Inſtrumenti à Notario parùm accuratè regiſtratis.*

38 *In ſententia exequutoris Apoſtolici potiùs diſpoſitiua, quàm narratiua eſt attendenda, præcipuè, ſi detegatur erronea, & diſcordans à beneplacito Papæ, & à ſtipulatione Inſtrumenti.*

39 *Sententia non meretur attendi in verbis enunciatiuis, ſiue narratiuis, ſed tantùm in diſpoſitiuis.*

40 *Verba enunciatiua ſententiæ ſcribuntur à Notario, iuxta partium aſſertionem, ſine vlla cauſæ cognitione.*

41 *Aſſenſus Apoſtolicus non requiritur, quoties res Eccleſiæ eſt ſolita locari.*

42 *Solitum comprobatur ex vnica locatione præcedenti ſollemni effectum ſortita, cum beneplacito nempè Apoſtolico.*

43 *Soliti alteratio non attenditur, quoties non tendit in damnum; ſed potiùs in fauorem Eccleſiæ.*

44 *Statuto excluſiuo fœminarum propter maſculos præſumendum eſt, tàm primum acquirentem, quam Eccleſiam concedentem voluiſſe ſe conformes reddere.*

CAPVT LXVII.

RECEDENDVM à deciſis in *dec.34. & 402.part.12.recent.* quia, cum cõceſſio legatur facta Io. Baptiſtæ de Victoriis ſtipulanti pro filijs, & ad eorum tertiam generationem maſculinam; Meritó ſuffragatur Eminentiſſimo Cardinali Roberto filio maſculo Octauij filij maſculi Victoriæ filiæ eiuſdem Io: Baptiſtæ; cum enim, vt admittit contraria deciſio in *recent. dec.34. num.61. part.12.* abſque dubio verſemur in locatione, & non in emphyteuſi; Tum ex ſæpiùs repetito uerbo locationis ibi: *Capitoli, & conuentioni trà il Monaſterio di S. Pietro in Vincula, e Gio. Battiſta Vittorij ſopra la locatione del Caſal Vecchio*, & paulò inferiùs ibi. *che ſi ſtenda, e ſtipuli l'Iuſtrumẽ-*
1 *to di locatione*; ideòque talis cenſendus eſt contractus, qualem partes denominarunt, *l.qui fundum 40.§.qui agrum, verſ.fundi,* ibi: *Reſpondit, maximè referre quid actū eſſet, ff.de contrah.empt. Bart in l.cotem, §.qui maximos, ff.de public. et vectig.* ibiq; *Caſtr. Rip. in l.2. in princip.num.31. ff.ſi cert. petat. Natt.conſ.49. num.13. Oldrad. conſ.159. Aretin.conſ.55 in princip. Dec.conſ.305. in princip. Socein.conſil.102.num.10.lib.2. Clar. in §.emphyteuſis, quæſt.1.num.3. Valaſc.de Iur.emphyt.quæſt.1. num.9. Ouid.de Amic.in ſimil.tract.qu 28. nu. 21. Tiraquell.de retract.liguiag. §.30. gloſ.1. num.7. Menoch.conſ.105.num.1.lib.3. & præſumpt.105.num.1. Cyriac.contron.440. nu.3. Surd. conſ.164. num.1. & deciſ.326. num.8. Cardin.de Luca de emphyt.diſc.31.nu.7. Card. Seraphin.dec.272.num.1. Card.Celſ.dec.328. num.2. Rot.in rec. deciſ.64. num.3. part.4. & dec.737.num.5. eadem part.4.tom.3. & deciſ. 14.num.4. & ſeqq.p 6.*

2 Tum ob quantitatem Canonis ad menſuram fructuum, *Bart.* dicens, hunc eſſe verum modum diſcernendi locationem ab emphytheuſi, in *l.1.num.4.* ibique *Iaſ.nu.17. & 35. Bald.in 2 lectur.num.27.verſ.quæro*, Cod.de *Iur.emphyt Cagnol.in l.2.num.202.* Cod.de *reſcind.vendit. Bero.in cap.potuit, num.175. extra de locat.* ibique *Butr.num.3. Abb.n.16. & 17. Barboſ.in l.diuortio, 1.quæſt.§.8. num. 70. ff.ſolut.matrim Fulgin.de emphyt. in prælud.quæſt.15.num.4.verſ.aut præſtatur, Caſſan.ad* Conſuet.*Burgund. tit. de cenſ.§.1. verſ. & le dix an paſſas, num.6. Corbul.de cauſ.priuat.ob alien.iur.domin ampliat.35.num.6. Caroc.de locat.ſine tempor.quæſt.9 fol.63 Apoſt.*

ad

Digitized by Google

ad deciſ.Magon. Lucenſ.12. lit.A. Bellon.Sen.
conſ.21.num.9.& ſeq.Natt.conſ.49.n.7.Surd.
conſ.400.n.26. Ruin.cõſ.161.n.21.lib.1.Are-
tin.conſ.55.nu.4.Alex.conſ.112.n.6.lib.1.Be-
ro.conſ.84.num.15.lib.1.Roland.conſ.96 nu.
25.& 44.lib.1.Clar.in §.emphyteuſis,quæſt.1.
verſ.& aduerte, Cirocc. diſcept.72. num.13.
Cardin.Mantic.de tacit.lib.5 tit.2.num.50. &
lib.22.tit.2.num.9. & 27. & tit.19. num.27.
Mareſc.var.lib.4.cap.76.num.1.& ſeq. Prat.
diſcept.25.num.9.et 10.lib.1. Cyriac.contron.
182.num.72.et controu.440.num.1. Menoch.
præſumpt.155.num.5.Surd.dec.198.num.1.et
ſeqq.Manſ.conſult.280.n.2. Card.de Luca de
emphyt.diſc.31.n.8.Card.Seraphin.deciſ.272.
num.3.et ſeq. aſſerens, quòd hæc coniectura
ſit fortior cæteris, et dec.794.num.3.et duob.
ſeqq Buratt.dec.334.num.1.et ſeq. Rot.in rec.
dec.110.nu.7.par.6. Card.Celſ.dict.deciſ.328.
num.3. Romana Caſalis mediæ viæ 15. Maij
1662.§.coniecturæ,coram Beuilaqua, Zuccard.
deciſ.Lucenſ.20.num.4.

3 Idque etiam ſi penſio ſit aliquantò minor
fructibus, neque ad amuſſim correſpondeat,
Grat.conſ.127.num.7. verſ.accedit quoque,
lib.2.Roland.conſ 96.num 26.verſ.ſed in caſu,
de quo agitur, lib.1.Rimin.Iun.conſ 461.num.
26.lib 4. Card.Mantic. de tacit.et ambig.con-
uent.lib.22. tit.19.num 28. Buratt.deciſ.334.
num.2. Rot.in Romana Caſalis mediæ Viæ 15.
Maij 1662.§.coniecturæ coram Reuerendiſſimo
Beuilaqua.

4 Tum demum ex modo ſoluendi Canonem,
ſeu reſponſionem in pluribus ſolutionibus,
iuxta formam locationis, cum tamen ſolu-
tio in emphyteuſi unica uice fieri ſoleat,
Bart.in l.1.num.4.Cod.de Iur.emphyt. Natt.
conſ 3.num.3.verſ.aut verò, Gratian. diſcept.
351.num.10 optimè Bellon Sen. dict. conſ.21.
num.8.Gabr.conſ 80.num.10.et conſ.84. num.
12.in fin.et 13.lib.3 Ruin.conſ.161. num.4. et
21.Burſatt.conſ.48 num.20.in fin.lib.1. Card.
Mantic.de tacit.lib.22.tit.2.num.15.26.27.et
29.et tit.3.num.13.et tit.8.num 10.25. et 26.
ubi alij allegantur, Cardin. de Luca de em-
phyt.disc.7.n.8. vers.alium ponderabã.Burat.
5 d dec.334.n.7.Etiam ſi contractus fuiſſet nũ-
cupatus emphytheuſis,ut poſt Nicol.de Mat-
tarell.notat Cin.in dict.l.1.in 4.quæſt.ibique
Bald.in fin.verſ.et ex prædictis.Cod.de Iur.em-
phyt.Ruin.conſ.161. num.27. lib.1. Roland.
conſil.96.num.38.et 41.lib.1. Laurent.de Pin.
conſ.119.num.6.et ſeq. Gabr.conſ.80. num.12.
et 19 lib.2. Menoch præſumpt.106. num 8. et
ſeqq.lib.3. Afflict. dec.72. num.9. verſ.et ego
putaui,et ſeq.Card.Seraphin.deciſ.313.num.3.
et dec.794 num 6 Buratt.dec.334.n.3. Card.
Celſ.dec.334 num.7.

Concurrente etiam obſeruantia longiſſi-
mi temporis, cum apocæ de recepto ſemper
conceptæ fuerint per decem annos conti-
nuos immediatè poſt ſtipulatum inſtrumen-
tum ſub nomine locationis, ibi: per l'affitto
di Caſal Vecchio, & ſub eodem nomine plu-
ries enunciatus fuerit in laudo Clar.Mem.
Cardinalis Farneſij, quæ obſeruantia quali-
6 tatem contractus optimè declarat, tanti-
que valet, vt recipi debeat intellectus, quam
ipſa dedit, quamuis alioquin verborum
proprietati non omninò conformis, Gratian.
cap.825.num.14.& ſeqq. Peregrin.dec.Patau.
53.num.6.& ſeqq. Hieron.Leo dec. Valent.19.
num 3. Bich. deciſ.464. num. 19. & in his
terminis Gabr. conſ. 80. numer. 10. lib.2.
Ruin.conſil.161. num.33.& ſeq.lib.1.Mantic.
de tacit.dict.lib.22.tit.8. num.36. Bich.deciſ.
483.num.7.

7 Nullatenus aduerſante alienationis pro-
hibitione, ſub pœna caducitatis, quæ rectè
adaptatur conducenti rem, præſertim ab
Eccleſia, Aretin.conſ.15 num 4. verſ.non ob-
ſtat, Ruin.conſ.161.num.30.lib.1. Card.Man-
tic.de tacit dict lib 22.tit.8. num.16. verſ.ſed
poteſt reſponderi, Cardin.de Luca de emphyt.
diſc.31.num.9 verſ.verbis, Buratt.d.dec.334.
num.17. & ſeq. in qua allegantur concor-
dantes.

Vel promiſſione ſoluendi ſcuta mille pro
intratura, quæ apparet promiſſa ad effectũ
illa tradendi Porcario pro bono exitu, vt
faciliùs renunciaret ſuæ perpetuæ Inueſti-
turæ.

Quinimò huiuſmodi obiectum potiùs mi-
rificè retorquetur; quemadmodùm enim,
quoties initio ſoluitur aliqua ſumma; tunc ſi
eſt emphytheuſis, ſucceſſiuè penſio minima
quolibet anno ſolui debet.

8 Ita etiam è conuerſo, quando, prout in
hoc themate, ſoluitur certa ſumma, & quidẽ
conſiderabilis, & ſucceſſiuè pẽſio valdè ma-
gna reſpondens fructibus; hoc caſu ſolutio
pro intratura non conuenit, ſed potiùs re-
pugnat emphyteuſi, ut diſtinguendo firmat
Gabriel conſ 84.num.12.lib 3. quem ſequuta
eſt Rot in Romana deuolutionis Vineæ 14.Maij
1646 § præter quàm coram Reuerendiſſimo
Veroſpio, quæ adhuc non reperitur im-
preſſa.

9 His igitur præmiſſis, quæ in ſtricta Iuris
cenſura omninò ſubſiſtunt, reſultat, vt in
dicta locatione dici debeat comprehenſa
Victoria, licèt fœmina, dum in contractu
locationis, etiam rerum Eccleſiæ, vtpotè
bonæ fidei, in quo verba non recipiunt re-
ſtrictionem; ſed æqualiter conueniunt ma-
ſculis, & fœminis, appellatione filiorum
veniant etiam fœminæ, vt in terminis diſtin-
guendo locationem ab emphyteuſi firmant
Cardin.Mantica de tacit.lib.22 tit.19 nu.27.
Fulgin.de emphyt.in Prælud.quæſt.15 nu.18.
verſ.ſecus autem ſi iudicaretur locationis Car-
din.de Luca de emphyt.diſc.13.num.5.verſ.ac
for-

fortiùs, Rot. in recent. dec. 737. num. 4. & ſeqq. par. 4. tom. 3.

10 Quidquid ſecus ſit aſſerendum, ſi verſaremur in contractu emphyteuſis, potiſſimùm Eccleſiaſticæ, in quo appellatione filiorum, & nepotum in ſatis rigoroſa ſententia non veniunt fœminæ, in quibus terminis loquuntur ex aduerſo allegati, Guid. de Suzar. in l. veteribus in princip. ff. de pact. Dec. in cap. in præſentia, nu. 46. de probat. Iaſ. in l. ſi quis id, num. 23. ff. de Iuriſd. omn. Iudic. Ruſtic. in l. cum auus, lib. 6. cap. 8. num. 9. Card. Mant. de tacit. lib. 14. tit. 2. nu. 1. & ſeqq. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt 32. Gabr. de verbor. ſignificat. concluſ. 6. num. 93. Corbul. de cauſ. privat. ob lineam finit. num. 6. Mareſc. var. reſolut. lib. 1. cap. 12. in princip. Fulgin. de emphyt. tit de ſucceſſ. quæſt. 9. num. 2. Genuenſ. in Pract. Eccleſ. qu. 3. Ciroc. diſcept. 58. num. 10. Prat. lib. 2. diſcept. 5. num. 106. Grzz. ad Capyc. latr. obſer. 70. num. 40. Card Seraphin. dec. 604. & 1487. Rot. diuerſ. dec. 125. num. 1. & ſeqq. part. 2. in rec. d. deciſ. 737. nu. 3. par. 4. tom. 3. licèt in contraria opinione non omninò improbabili; magiſq; æqua, reſideant, Salicet. in l. 2. qu. 12. Cod. de Iur. emphyt. Dec. in l. fœminæ, num. 108. ff de reg. Iur. Alciat. in l. 1. num. 7 ff. de verb. ſignific. Pinell. in l. 3. nu. 33. Cod. de bon. matern. Facchin. contron. Iur. lib. 8. cap. 97. Bero. qu. 18. Valaſc. de Iur. emphyt. qu. 41. nu. 3. Franch. dec. 30.

11 Idque ea potiſſimùm ratione, quia locatio eſt contractus tranſitorius, etiam ad hæredes extraneos, & propterea in illo fœminę quoque cenſentur comprehenſæ, Gabr. de Reg. Iur. concluſ. 6. num. 105. Ruin. conſ. 161 num. 21. lib. 1. Alex. conſ. 112. nu. 2. lib 1. Cephal. conſ. 9. num. 10. Roland. conſ. 96. num. 23. & ſeq. lib. 1. Fulgin. de emphyt. in prælud. qu. 15. num. 18. verſ ſecùs autem, Surd. dec. 198. num. 3.

12 Atque adeò dici debet comprehenſus, etiam Cardinalis Robertus, tamquàm eius Nepos exiſtens in ſecunda generatione Maſculina, quæ non incepit à filijs Io. Baptiſtę, ſed potiùs à filijs filiorum, ponderatis verbis, ibi: Videlicet Io. Baptiſtæ præſenti, ſtipulanti, & acceptanti pro filijs ſuis, & ad eorum tertiam generationem, qua ſtipulatione ſtante, abſque dubio nihil patri conceditur, ſeu acquiritur; ſed totum conceditur, & acquiritur filijs, in quibus tota incepit, radicataque dici debuit obligatio, & conceſſio, iuxta theoricam Bald. in leg. ſi tibi decem, §. ſi pactus, num. 3. ff. de pact. Alex. in l. quod dicitur. 130. ſub num. 16. verſ tamen, quòad caſum noſtrum, ibique Iaſ. numer. 27. Imol. num. 7. ff. de verb. obligat. Camill. de Medic. conſ. 142. nu. 2. & ſeq. Larath. conſ. 9. n. 20. Staiban. Iun. alios referens, reſolut. 22. n. 21. & reſolut. 45. num. 2. Roſental. de fend. cap. 9. membr. 2. concluſ. 66. num. 35.

13 Potiſſimùm perpenſis verbis, ibi: & ad eorum tertiam generationem; cum pronomen poſſeſſiuum eorum dictis filijs adiectum operetur, vt filij Io: Baptiſtæ, tamquàm primi acquirentes, diſtinguantur à generationibus, neque ſub illis comprehendantur; ſed potiùs ſtent excluſiuè; tamquàm principium præſcindens, ſeparatumque à generationibus inueſtitis; cum nemo ſeipſum generet, neque ſui ipſius valeat eſſe principium, iuxta receptam diſtinctionem Bart. relati per Bald. qui eum ſequitur, in auth. ſi quas ruinas, num. 3. & 4. ibique Caſtr. num. 4. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. eamdemque diſtinctionem ſectantur, Iaſ. in l. 2. num. 166. verſ. aut verò, Cod. de Iur. emphyt. num. 4. Alex. in l. quod dicitur, num. 130. circa fin. verſ. item pntò, ff. de verbor. obligat. & conſ. 125. num. 5 & ſeq. lib. 5. Bell. Sen. qui teſtatur de communi, conſ. 80. num. 7. Honded. conſ. 54. nu. 12. lib. 1. & conſ. 30. num. 38. lib. 2. Simon. de Petr. conſ. 88. per tot. Papon. cons. 86. & 87. per tot. Soccin. Iun. conſ. 134. numer. 73. lib. 1. Dec. conſil. 624. num. 1. Menoch. conſ. 883. nu. 2. & conſ. 1066. num. 10. Cephal. conſ. 582. num. 23. & ſeq. Gabr. conſ. 90. in princip. lib. 1. latè Altograd. conſ. 12. per tot. lib. 2. Spad. cõſ. 106. num. 4. lib. 3. Mareſc. var. lib. 2. cap. 53. num. 1. Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 25. num. 15. Cyroc. diſcept. 60. num. 1. Ciarlin. contron. 105. num. 125. verſ. vel procedunt in caſu, add. ad Buratt. deciſ. 602. num. 25 Rauden. dec. Piſan. 42. num. 48. p. 1. & hanc ſententiam perpetuò amplexa eſt Rot. ſignanter coram Penia deciſ. 223. num. 3. Card. Seraphin. deciſ. 1362. num. 2. Vbald. deciſ. 338. num. 2. aſſerens, quòd iſta ſit concluſio veriſſima, Ludouiſ. deciſ. 522. num. 1. ibique add. num. 20. egregiè Merlin. dec. 420. num. 1. & ſeqq. Rot. in rec. deciſ. 407. num. 2. part. 4. et dec. 355. nu. 1. et ſeqq. part. 11.

14 Multòque fortiùs ſtante illa dictione, Et, ibi: Et ad eorum tertiam generationem, quæ eſt augmentatiua, & extenſiua, vt in ſpecie Caſtr. conſ. 338. num. 2. verſ. ſi enim lib. 2. Cephal. conſ. 582. num. 13. & ſeq. lib. 4. & conſil. 585. num. 8. lib. 2. Honded. conſ. 54. nu. 13. lib. 1. & conſ. 32. nu. 38. & 41. lib. 2. Turrett. conſ. 33. num. 22. Sim. de Petr. conſ. 2. num. 3. in fin. & num. 4. & conſ. 20. num. 13 et conſ. 88. num. 24. verſ præterea, lib. 1. add. ad Buratt. d. deciſ. 602. num. 29. Ambroſin. deciſ. Peruſ. 19. nu. 5. Merlin. deciſ. 420. num. 15. Rot. in rec. dec. 355. num. 12. & deciſ. 357. n. 30. p. 11.

15 Quidquid ſecus eſſet aſſerendum, quoties ſimpliciter in Inueſtitura fuerit dictum vſq; ad tertiam generationem, abſque alio adiecto, tunc enim perſona acquirentis numeratur, & generatio actiua comprehenditur, ideòque conceſſio non extenditur vltra filios;

lios, & nepotes, iuxta naturam emphyteuſis Eccleſiaſticæ, in quibus terminis procedit ex aduerſo allegata doctrina *Bart. in auth. ſi quas ruinas, num. 4.* ibique *Bald. eod. num. Caſtr. in l. fin. Cod. de Sacroſ. Eccleſ.* idem *Bald. in l. defuncto, nu. 1. & ſeq. Cod. ad Tertullian.* & in *addit. ad Speculat. tit. de locat. §. nunc aliquas, verſ. item in tertiam,* Imol. in leg. *quod dicitur, col. 9. verſ. aduerte,* ibique *Alex. num. 23. ff. de verbor. obligat. Caſtr. conſ. 338. num. 1. verſ. ſed in emphyteuſi Eccleſiaſtica, & num. 2. lib. 2.* Bellon. *conſ. 80. num. 6. & ſeq. Alex. conſ. 110. num. 18. lib. 3. Menoch. conſil. 883. num. 3. lib. 9. & conſ. 1066. num. 10. & ſeq. lib. 11.* latè *Altograd. conſ. 12. num. 28. & ſeqq. lib. 2.* Gabr. *conſ. 90 in princ. lib. 1. Honded. conſ. 54. num. 12 lib. 1. et conſ. 30. num. 38. lib. 2. Pappon. conſ. 86. et 87. per tot. Curt. de feud. part. 3. num 51. verſ. ſecundò circa iſtam, Gabr. comm. concluſ. lib. 3. tit. de* Iur. *emphyt. concluſ. 4. num. 1. in princip. et verſ. tenendo,* Card. *Mant. de tacit. lib. 22. tit. 25. num. 2. 3. et 4. et num. 20. in fin. Mareſcott. var. lib 2. capit. 53 num. 1. et ſeqq. Ciarlin. contron. 105. n. 123* Card. *de Luca de emphyt. diſc 15. num. 2.* Ve*rall. decíſ. 18. num. 1. part. 3.* L*udouiſ. dec. 522. n. 1. et ſeq. Merlin dec 420. nu. 1. et ſeqq.* quæ eſt etiam impreſſa penes *de Marinis tom. 1. reſolut. 98.* Card. *Otthobon. decíſ. 42. et 62.* vtrobique *num. 1.*

Idemque aſſerendum, quoties expreſsè fuerunt nominatæ perſonæ, nempè, *pro Titio filijs, & nepotibus vſque in tertiam generationem*, in quo caſu hæc verba, *vſque in tertiam generationem* ſtant demonſtratiuè, nõ autem augent diſpoſitionem antecedẽtẽ, atque adeò extinguitur in nepotibus & primus acquirens computatur in prima generatione, egregiè *Caſtr. conſ. 318 num. 2. lib. 2.* qui in hoc dicto non reprobatur, eumdemq; ſectantur, præ cæteris, *Cephal. conſ. 582. nu. 13. Mareſc. var. reſolut. lib 2. cap. 55. num. 2.* affirmans, quod hoc caſu res careat dubitatione, *add. ad Buratt. dec. 502. num. 27. Card. de Luca de emphyt. diſc. 15.* Merlin. *d. dec. 420 num. 14.*

Ratio verò diſcriminis inter vnum, & alterum caſum ab auctoribus proximè allegatis ea potiſſimùm affertur, quia, quando ſimpliciter conceſſio eſt facta ad tertiam generationem Dominus directus contemplatur generationes in abſtracto, & abſolutè, non autem reſpectiuè, & tamquám generationes alicuius certæ, ac determinatæ perſonæ, ideòque tot terminos, & gradus videtur in conceſſione conſtituere, quot ſunt perſonæ, & ſic in tertia perſona deſinit conceſsio, veluti in tertia generatione.

Quoties verò apponit dictionem *eius*, vel *ipſius*, tunc in concreto, & reſpectiuè generationes dici debent conſideratæ, tãquàm à primo receptore prouenientes, & tunc rectè ſibi locum vindicat diſtinctio inter generantem, ſeu cauſam generationis, ipſamque generationem, & in hoc caſu perneceſsè debeant dari tres ſucceſsiui ſucceſſores, prouenientes à receptore, & ab eo diſtincti, atque adeò ad conſtituendam tertiam generationem comprehẽduntur pronepotes, prout benè, præ cæteris, explicat *Altograd. d. conſ. 12. n. 28. lib. 2. Papon. d. conſ 86. n. 14. & ſeqq. Merlin. d. deciſ. 420 n. 4. & ſeq.*

Neque obſtat obiectũ deductũ, ex prætenſis capitulis in Inſtrumẽto locationis inſertis in quibus, cum legantur hæc verba: *Concedono al magnifico* Gio: *Battiſta, à terza generatione maſculina, cominciando da tutti* i *ſuoi figliuoli nati, e da naſcere.*

16 Hinc reſultet, vt conceſsio non poſsit ſuffragari Domino Cardinali; quia licet maſculus, tamen, vt deſcendens à Victoria filia Io: Baptiſtæ ſtipulatoris, non poſsit dici de illius generatione maſculina, cum infecta primitiua, inficiatur, etiam deriuatiua, neque in cauſato plus virtutis eſſe poſsit, quã procedat ab influenti potentia cauſæ, iuxtà nobilẽ doctrinam *Caſtr. in l. Maritus, n. 5* C. *de Procurat & conſ. 190. n. 4. vol. 2.* vbi, quòd in huiuſmodi emphyteuſi duplex requiratur qualitas, quòd ſit maſculus, quódque proueniat ex linea maſculina primi inueſtiti, *Mar Salom. in l. Gallus, §. nunc de lege num. 3.* vbi cæteri, *ff. de lib. & poſth Specul. in § nunc alia, verſ. 146. de locat.* Ruin. *conſ. 126. nu. 13 & conſ. 208. lib. 1.* Raudenſ. *reſp. 35. num. 20. lib. 1 Ruggier. conſ. 21 num 9. 10. & 13. lib 2. Altograd. conſ. 13. num. 7. et conſ. 80. num. 81. lib. 2. Molin de primog. quæſt. 13. num. 8.* latiſſimè *Cald. de* Iure *emphyt. lib. 2. quæſt. 24. nu. 86. et ſeqq. Card. Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 15. num. 16. et tit. 16. nu. 23. Mart. de ſucceſſ. legal. part. 1. quæſt. 1. art. 4. num. 8 Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 346. num. 27. & 39.* Gratian. *cap. 901. num. 21. et ſeqq. Duran. dec. 300. num. 6. Bich. deciſ. 493. num. 6.*

17 Cum principium conſtitutiuum generationis maſculinę, vel fœmininæ pendeat à filijs, qui ſi ſint maſculi conſtituunt generationem maſculinam, ſi fœminæ fœmininam; atque adeó, ſicuti filia primi acquirentis ſub prædicta conceſsione non continetur, quia non poteſt dici de generatione maſculina, nondum, quò ad ipsã in eſſe producta, *Caſtr. d. conſ. 190. in princip.* & latiùs *Alex. conſ. 53. num. 5. et ſeq. lib. 6 Pariſ. conſ. 74 num. 2. lib. 3.* Polidor. *Rip. obſer. 306.* Fuſar. *d. quæſt. 346. nu. 33 et ſeq.*

18 Ita neque aliquis ex fœmina deſcendens, quamuis maſculus ad *text. in l. ſi viua matre, Cod. de bon. matern. Caſtr. in d. l. Maritus, n. 5. verſ. ſed certum, Cod. de Procurat.* Io. *Andr. in add. ad Speculat. Rubr. de teſtam. in fin.* Alex. *d.*

Digitized by Google

conſ.53. num.7.lib.6. Honded. conſ.7. nu.28. lib.2.Ruger. conſ.21.num.10. Altograd. conſ. 80.num.81.lib.2.Molin.de Primog. Hiſpan.q. 13.ſub num.8. in fin. Card. Mant.de tacit.lib. 23.tit.36.num.2.

Huiuſmodi enim obiectum omninò tollitur ex pluribus reſponſionibus, quæ ſaltem inſimul ponderatæ rem extrá omnem controuerſiam conſtituere uidentur.

Primò enim eſt animaduertendum, quòd de folio prætenſorum capitulorum, quibus utraque deciſio contraria potiſſimùm innititur, nullum ptorſus otiginale exibetur; ſed illa duntaxat fuerunt tranſumpta, ſeu
18 tranſcripta à Notario in ſimplici narratiua Inſtrumenti locationis, in qua tranſcriptione faciliùs potuit idem Notarius, errore labi, quàm in referendo tractatum, ſubſtantiamque ſtipulationis, & Inſtrumenti, quod deliberatè conficitur, cum accurata uerborum prolatione; dum è conuerſo in narratiuis uerba non ita accuratè à Notarijs ſoleant apponi, iuxta *text.clarum in l.cum ſcimus,21.verſ ſin autem*, C.*de agricol.et cenſit. lib.11.Burſat. conſ.317.nu.10.in fin.Crauett. conſ.699.num.2.Becc. conſ.70.num.18.* & in his terminis *Ludouiſ.dec.522.n.4.*

19 Ideòque recepta eſt couclusio, vt diſpoſitiua; non autem narratiua attendi debeat, *Surd.conſ.298.num.23.et ſeq. Peregrin. conſ. 6.num.5.lib.1.Natt.conſ.582. num.8. et ſequ. Giurb.de ſucceſſ.feud. prælud.4. numer.54. et ſeqq. Add.ad* Ludouiſ.*dict.deciſ.522.num.21. Oſaſch.deciſ.164.num.5.Card.Otthobon.deciſ. 265.num.41.* prçcipuè, vbi actus ipſe Inſtrumenti fulcitur aſsiſtentia tot aliorum antecedentium, & ſubſequentium, *l.etiam, Cod. de* Iur.dot.Gratian.*cap.554.num.11. Merlin. deciſ.608.num.15.*Card. *Ottobon. deciſ.133. num.18.*

20 Vlteriùs eſſent ex aduerſo exibenda Originalia veſimiliter conſeruata in Archiuio Monaſterij, quæ, cum pertinaciter recuſet exibere, ſpretis Iudicialibus præceptis, præſumptio eſt, quòd in coutrarium faciant, iuxtà monitum Bald. *in l.fraus, ff.de leg. et conſ. 152. lib.3. Crauett. conſ.6. num.8. et conſ.172.num.6.et 12. Decian.conſ.108.n. 87.lib 2.Cephal.conſ.678.nu.36. in fin.et ſeq. Thob.Non.conſ.65.num.15.Menoch. præſumption.91.num.4 part.2.Card.Seraph.dec.1139 num.7.Ludouiſ.deciſ.521.num.6.et deciſ.537. num.3.*

Secundò eſt animaduertendum, quód cum ex prædictis verbis, *comminciando da tutti li ſuoi figlioli*, non valeat expreſsè deprehendi quid, nempè, incipere debeat, an ſcilicèt, generatio, ſeu potiùs locatio: proindè ſumenda eſt declaratio, ex verbis immediatè ſubſequentibus, ibi: *La qual conceſſione babbi da cominciare dal giorno di* Santo *Angelo*, vt, ſcilicèt, intelligi debeat de locatio-
21 ne; ea enim eſt virtus illius relatiuæ, *la quale*, vt reſtringat uerba præcedentia ad caſum expreſſum, *l.à filio, §.Teſtator, ff.de alim.et cibar.legat.*; *Dec.conſ.261.nu.1. Surd. conſ.460.num.37. et deciſ.282.n.6.*

Atque ex his ſublatum remanet fundamentum contrariæ *deciſionis in rec.deciſ.34. num.52.part.12.* quòd, nempè, dicta uerba *cominciando da tutti li ſuoi figlioli*, nullatenus poſſint referri ad initium conceſsionis, ſeu locationis.

Cum enim in conceſsione duplex poſsit conſiderari initium; alterum reſpectu temporis ſolutionis canonis; alterum uerò reſpectu perſonarum; cumque ad utrumque dicta uerba *Cominciando*, ſatis congruè referri ualeant, abſque dubio ſunt interpretanda modo ſuperiùs enunciato; omnis enim poſsibilis intellectus eſt capiendus ad
22 euitandam contrarietatem inter Capitula, & Inſtrumentum, *Bald.conſ.465.num.5. lib. 5.Dec.conſ.195.ſub num.3.Paul.de Mont.Pic. conſ.52.num.18.Crauett.conſ.70.nu.5.et 18. Torniell.conſ.49. num.35. Merlin.deciſ.608. num.15. repetit.in rec.deciſ.250.eodem num. part.6. Card.Otthobon.deciſ.99.nu.34.et ſeq. et dec.133.n.16.et ſeqq.*

Fortiùs prædicta amplectenda; nam conceſsio clariſsimis uerbis legitur ſtipulata, *pro filijs Io:*Baptiſtæ, *et ad eorũ tertiam generationem*; ideòque ex prædicta ſtipulatione,
23 utpotè clariori, & pleniori, declarationem recipere debent capitula, alioquin dubia, *l.ſed Iulianus, §.proindè*, ubi *gloſ.ff.ad Senat. Conſult.Macedon.Bald.in l.Imperator, nu.26. et ſeq.ff.de ſtat.homin.Crauett.conſ.70. nu.4. et conſ 964.numer.24. verſ.ſecundò*, Roman. *conſ.53.num 4.Alex.conſ.158.numer.4. et 5. lib.6. et conſ. 105. numer. 3. lib. 2. Surd. conſil. 202. numer. 24. Cardin Mantic. de tacit.lib.3. tit.3. num.18. Afflict. deciſ. 319. num.5. Put.dec.265. num.2. lib.2. in correct. Rot.diuerſ.dec.671.num.3.part.1. in rec.deciſ. 137.num.13.part.9. Card.Celſ.dec.59.num.3. Archiep.*Royas *dec.188.num.8.*

24 Regulate enim eſt, vt verba ambigua capitulotum debeant intelligi, prout clariùs fuerunt declarata, & intellecta in Inſtrumento, *Pariſ.conſ.86.num.56.lib.2. & conſil. 3.num.4.lib.3.Surd.conſ.375. nu.28. & conſ. 431. num.48. & ſeq. & conſ.468.num.7. & ſeq.Becc.conſ.121.ſub num.9.verſ.ſecundo hoc maximè, Card. Mantic.de coniect. lib.7. tit.9. num. 3. & lib.6. tit.13. num.10. Rot. in rec. dec.337.num.14. part.11.*

25 Multòque magis, quia quatenus (ſine veri præiudicio) adfuerit contrarietas intec capitula, & Inſtrumenta; cum tamen Inſtrumentum fuerit celebratum poſt aliquod tẽporis interuallum; Hinc teſultat, vt potuerint

rint

rint partes maturiùs cogitando conuentio-
nes in capitulis contentas reformare, vel
ſaltem meliùs declarare, *Dec.conſ.195.nu.3.
verſ ſed tamen prædictis*, *Paul.de* Mont.*Pic.
conſ.62.num.17.ad med.et ſeq. Tornel.conſil.
49.num.35.Rot.in recent.dec.137.num.8.et 9.
part.9.*

26 Cumque dicta ſtipulatio ſit clariſſima,
debet ipſa ſolummodò, ac præcisè conſide-
rari, etiam quando à capitulis diceretur per
illam receſſum, *Mart.conſ.39.num.8.Surd.cõſ.
298.num.23. et ſeq.* & in ſpecie ſimilis con-
ceſſionis, *Ludouiſ.dec.522.num.*8.

Congruit etiam huic intellectui tractatus
ipſe præambulus in eodem Inſtrumento cõ-
ceſſionis inſertus, ibi: *Idem D.Io:*Baptiſta
*ad faciendum factis meliorem conditionem di-
cti Monaſterij obtulerit eidem Monaſterio, ſi ſi-
bi pro filijs ſuis dictum* Caſale *ad tertiam eo-
rum generationem concedere vellet*; præſumi-
27 tur enim cõcluſio cum ipſo præcedenti tra-
ctatu conformis, *Bald.in l.multùm, num.2.
verſ.ſed ſi probatur*, Cod.*ſi quis alt. vel ſibi,
Dec.conſ.543.num.15 et ſeq. Alex.conſ.156.
num.9.lib.6.* Cardin.*Mant.de tacit. lib.1. tit.
12. num.27. Menoch.* qui latè explicat, red-
28 ditque rationem quia, ſcilicet mutatio vo-
luntatis non præſumitur *de arbitr.caſ.470.
num.9.et 19.et ſeqq Andreol.controu.145.nu.
44.* C*rotc.diſcept.vlt.num.67. Surd.dec.291.
num.*10. & in ſpecialibus terminis Ro*t.in
rec.decis.305.num.3.par.1.*

Neque meretur attendi põderatio vtriuſ-
que contrariæ deciſionis in *rec.dec.34.n.30.
et ſeqq.et deciſ.402. numer 5.et ſeq.part.12.*
quòd, ſcilicet, á contrahentibus fuerit ha-
bita omnimoda relatio ad Capitula, quibus
voluerunt ſe conformes reddere.

Nam relatio reſpicit tantùm modum ſol-
uendi Canonem, aliaque in prædictis capitu-
lis contenta, ſingula tamen ſingulis congruè
referendo, vt expreſſis verbis contrahen-
tes in eodem inſtrumento fuerunt proteſta-
ti, ibi: *Pro annuo* Canone, *ac modo, et forma
in dictis* Capitulis *expreſſis, et contentis in
29 omnibus, et per omnia, ſingula ſingulis congruè
referendo*, quod etiam procedit, attenta Iu-
ris diſpoſitione, *l.quoties*, Co*d. famil.erciſc.
Dec.conſ.186. num.4. verſ.quartò conſideran-
dum, et conſ.646.in fin Ludouiſ.dec.297.nu.9.*
Atque adeò ſalua ſemper remanſit ſtipula-
tio pro filijs Io.Baptiſtæ, et ad eorum tertiã
generationem maſculinam.

30 Satiſque abſolutum eſt Iuris principium,
vt relatio interpetrari debeat, ne ſequatur
contrarietas, argumento *text. in l.ſi idem,
§.fin.ff.de Iuriſd.omnium Iudic.* Morot.*conſ.1.
num.15.* ſemperque ſit intelligenda, præter
quàm in expreſſis diuerſimodè in ſtipulatio-
31 ne, ne detur contrarietas, *Dec.conſ.11.n.15.
Pariſ.conſ.39. num.18.& conſ.70.num.12.&
ſeq.lib.1.*& in ſpecie optimè *Merlin.dec.454.
.n.28.* Magiſque ſtandum eſt referenti, quàm
32 relato in eo, quod ab illo eſt diuerſum; quo-
ties liquidò apparet, contrahentes aliter vo-
luiſſe diſponere, quám continetur in relato,
Dec.conſ.326.col.vlt. Sur*d.conſ.440. num.54.
& ſeq.& conſ.524.num.15.& ſeq. Peregrin.
conſ.18.num.11.lib.1.& de fideicomm.art.16.
ſub num.111.verſic.limita ante finem, Add.ad
Buratt. dec.52. num.13.Bich.deciſ.22.num.5.
Rot.in rec.dec.339.num.11.p.9.tom.2.*

Prædicta verò omnia optimè remanent
comprobata, ea potiſſimùm animaduerſio-
ne adhibita, quòd, cum prædium contro-
uerſum fuerit priùs à Reuerendis Canonicis
conceſſum in locationem perpetuam Porca-
rio pro annuo Canone ſcutorum 300. dum
poſteà idem prædium fuit conceſſum Io:
Baptiſtæ, quì abſq; dubio condirionem Mo-
naſterij locatoris effecit meliorem; Tum,
quia proprijs expenſis illud redemit à dicta
perpetua locatione, & á lite exorta, etiam
ſoluendo eidem Porcario ſcuta mille pro in-
tratura.

Tum etiam, quia penſionem auxit ad ſcu-
33 ta 360. his ſtantibus omnis benigna inter-
petratio pro conductore eſt facienda, *Dec.
conſ.223. num.3. Grammat. conſil.ciuil.160.
num.13.Card.Mant.de coniect.lib.7.tit.1.n.21.
Mareſc.var.reſolut.lib.1.cap.2.num.7.*Fulgin.
*de emphit.tit.de ſucceſſ.in bon.emphit. quæſt.9.
num.3.* Satiſque videtur veriſimile, prædictũ
prædium fuiſſe conceſſum, ſaltem vſque ad
tertiam generationem filiorum dicti Io.Ba-
ptiſtæ, recompenſando dictam meliorem
oblationem; prout idem Io.Baptiſta ſuppli-
cauerat, & Canonici ſimpliciter oblationem
acceptauerant, ex qua acceprarione ſuppli-
34 cationis illam approbaſſe cẽſentur, & iuxta
eamdem fuiſſe conuentam, & factam conceſ-
ſionem eſt præſumendum, *l.ſi ſeruus, § fin.ff.
de legat.1.Mandel.conſ.426.num.12. Menoch.
de arbitrar caſ.470.num 8. & ſeq.* Rot.*in rec.
dec.114.num.10.p.5.*& in his terminis *Rot.in
rec.dec.305.n.3.p 1.*

Præcipuè, quia Canonici in Iudicio fue-
runt confeſſi, conceſſionem fuiſſe factam Io.
Baptiſtæ pro filijs ſuis, & ad eorum tertiam
generationem, tàm in exhibitione Inſtru-
menti coram Ordinario, quàm in ratifica-
tione habita in Comitijs generalibus, idem-
que etiam conſtantiſſimè ſuppoſuerunt in
alijs actibus, ſcripturiſque exhibitis; nulla
35 autem melior dari poteſt interpetratio,
quàm ea, quæ prouenit ex dictis, vel factis
ipſorum contrahentium, *l.ſemper in ſtipula-
tionibus, ff.de regul.Iur. Soccin.Iun.conſ.65.n.
64.lib.1.Cardin.Mantic.dec.18 num.6.Rot.in
rec.dec.24.num.11.p.6.*

Ex quibus omnibus corollariè colligitur,
quòd, cum ſtipulatio, & conceſſio abſque

dubio fuerit magis vtilis Monaſterio,uerisi-
milis, conformis oblationi, confeſſionique
partis aduerſæ, etiam in Iudicio; quinimò
clarior, illa omninò attendi debet; non au-
36 tem capitula dubia, quæ ab eadem ſtipula-
tione, & conceſſione ſunt interpetranda,
Crauett.conſ.964.num.24. Becc.conſ.121. ſub
num.9.verſ.ſecundò hoc maximè, Pariſ.conſil.
3.num.40.lib.3. Surd. conſ.468.num.8. & 9.
Card.Mant.de couiect.lib.6.tit.13.n.10.Rot.in
rec.dec.337.num.14.part.11. cum alijs ſupra
allegatis.

Atque ex his etiam corruit gratuitum aſ-
ſumptum utriuſque deciſionis, quòd conceſ-
ſio ſit dubia; atque adeò à capitulis ſit de-
claranda; nam ex prædictis apertiſſimè fuit
demonſtratum totum oppoſitum, nempè,
capitula potiùs eſſe dubia, & conceſſionem,
ſtipulationemque luce meridiana clariores,
illaque ab iſta declaranda, & interpetranda;
37 Præcipuè, quia uerba ſtipulationis, & con-
ceſſionis leguntur in pluribus actibus, etiam
Iudicialibus repetita; Ideòque præponde-
rare debent uerbis Capitulorum ſemel tan-
tùm in ſimplici narratiua Inſtrumenti à No-
tario parum accuratè regiſtratis, Roland.
à Vall.conſ.44.num.11.& ſeq.lib.4.Becc.con-
ſil 21.num.24. Fontanell.de pact.nuptial.cla-
ſul.7.gloſ.2.part.2.num.55.& ſeq.Barz.deciſ.
5.num.12.

Minus etiam releuat alterum obiectum
primæ deciſionis 34.num.47.part.12.recent.
quòd, nempè, Exequutor Apoſtolicus in
narratiua ſententiæ ſe reſtrinxerit ad tertiã
generationem à filijs Io.Baptiſtę inchoan-
dam, ad cuius formam inſtrumentum cenſeri
debet ſtipulatum.
38 Nam in dicta ſententia tantùmmodò re-
latiuè refertur tenor Inſtrumenti, cum erro-
neo ſuppoſito, quòd in eo fuerit facta loca-
tio ad tertiam generationẽ Io.Baptiſtæ pro
ſe, ſuiſque filijs, & deſcendentibus maſculis
natis, & naſciturisuſque ad tertiam gene-
rationem incipientem à ſuis filijs; In diſpoſi-
tiua uerò confirmatur Inſtrumentum loca-
tionis, cum omnibus, ſingulíſque ibidem cõ-
tentis; ideòque, reiecta narratiua ſententiæ,
utpotè erronea, & diſcordante à beneplaci-
to Papæ, & à ſtipulatione Inſtrumenti, po-
tiùs eſt attendenda diſpoſitiua, in qua idem
Exequutor ſimpliciter confirmauit Inſtru-
mentum, Scacc.de appellat.quæſt.17. limit.6.
memb.9 num 9.Ludouiſ.dec.522. num.4. ibi-
que Add.num 21.Buratt.dec.843.n.4.
39 Regulare enim eſt, ut ſententia non me-
reatur attendi in uerbis enunciatiuis, ſiue
narratiuis; ſed tantùm in diſpoſitiuis, l.cum
ſcimus, verſ.ſin autem, Cod.de agric.& cenſit.
lib.11.Contard.de Moment.poſſeſſ.limit.2.§.5.
num.19.Corn.conſ.10.num.3.in fin.lib.4.Spad.
conſ.4.num.37.lib.1. & conſ.173 n.100.lib.3.
40 ubi, quòd uerba enunciatiua ſententiæ ſcri-
bantur à Notario, iuxta partium aſſertionẽ,
sine ulla cauſæ cognitione, Ludouiſ.deciſ.
522.num.4.ibique Add.num.21.Buratt.deciſ.
843.num.4.& ſeq.Rot.in rec.dec.377. num.1.
part.9.
41 Præcipuè, quia contractus non indige-
bat beneplacito Apoſtolico, quia Prædium
erat ſolitum locari, cap.2.de reb.Eccleſ.non
alien.Abb.in cap.vt ſuper nu.11.eod.tit.Curt.
de feud.in 1.part.2.part.princip.qu.1. Clar.in
§ emphytheuſis, qu.6.ſub num.1.verſ.ſi verò
res, & in § feudum, qu.13.verſ.nunc quæro,
Couarr.var.lib.2.cap.17.nu.4. Giouagn.conſ.
27.num.37.lib.2 Surd.conſ.181.nu.41. Qua-
rant.in ſum.Bullar.verbo alienatio rerum Ec-
cleſ.num.38.et ſeqq. Genuenſ.in Prax. Arch.
Neap.cap.60.nu.5. Epiſc.Ricc.in 1.part.prax.
Eccleſ.reſolut.26.in princip.de Marin quotid.
cap.7.num.1.& 10.lib.1.Vargas Machuc.de-
ciſ. Arag.30.num.24. et ſequ. Put. deciſ.1.
de reb. Eccleſ.non alien. Caſ.de Graſſ. deciſ.3.
num.14.et deciſ.14.num.20.de reb.Eccleſ.non
alien.Merlin.deciſ.756.num.1.et 13.Bich.de-
ciſ.347.num.17.Rot.in rec.deciſ.155.num.4.
et ſeq.part.8.
42 Huiuſmodi verò ſolitum comprobatur
ex vnica locatione præcedenti ſolemni effe-
ctum ſortita, nempè, cum Beneplacito A-
poſtolico, Iaſ.conſ.155.num.11.lib.2. Ruin.
conſ.35.num.3.Lotter.de re benefic.lib.3.q.25
n.19.Card.Seraph.deciſ.434.ſub n.1. Duranſ.
dec.250.n.18.et ſeqq.
43 Idque, etiam ſi ſolitum videatur altera-
tum; dum alteratio non tendit in damnum,
ſed potiùs in fauorem Eccleſiæ, ex quo præ-
cedens conceſſio facta Porcario fuit perpe-
tua, & ſubſequens, de qua eſt ſermo, ad tẽ-
pus ad certas tantùm generationes, iuxta
receptum conſ.Calderin.11. de feud. quem
ſequuntur præ cæteris, Federic.de Seniſ.conſ.
199.num.1.Bero.conſ.69.nu.20.et ſequ.Cald.
de Iur. emphyt. qu.4. num.8 verſ.hoc tamen
reſtringendum, Schrader.de feud.part.4.cap.2.
nu.22.verſ.niſi forſan, hæc noua pacta, Qua-
rant. in Bullar.Apoſt.verbo alienatio rerum
Eccleſiæ, num.39.et ſeq. Gonzal.ſuper reg. 8.
Cancellar.gloſ.6.n.194. Epiſc.Barboſ. de offic.
et pot.Epiſc.allegat.95.n.29.Card.de Luca de
alienat.probibit.diſc.1.num.131.Bich.dec.517
num.11.et ſeq.

Tandem non meretur attendi prætenſa
contraria obſeruantia ponderata in dicta
deciſ.34 num.51.part.12.rec. quòd, ſcilicèt,
exiſtentibus in rerum natura, vno eodemq;
tempore deſcendentibus maſculini ſexus, &
fœminini, ſemper excluſis fœminis, licèt in
pari gradu, maſculi integrum Prædium
poſſederint.
44 Nam ita fuit obſeruatum, ſtante ſtatu-
to Vrbis excluſiuo fęminarum propter ma-
ſcu-

ſculos, cui tàm primùm acquirentem, quàm Eccleſiam concedentem eſt præſumendum voluiſſe ſe conformes reddere; adeòut locatio priùs intelligi debeat conceſſa maſculis, illiſque deficientibus fœminis, etiam ſi ſtatutum ſit laicale, & locetur res Eccleſiaſtica, cum conceſſio ſit regulanda à ſtatuto, non vigore ſtatuti, ſed præſumptæ voluntatis, tàm acquirentis, quám concedentis, iuxta receptam ſententiam *Bart. in l. vt iuris inrandi, §. ſi liberi, num. 5. ff. de oper. libert.* quam in ſpecie ſequuntur *Cephal. conſ. 451. num. 196. et ſeqq. lib. 4. Clar. in §. emphyteuſis, qu. 32. num. 3. Valaſc. de Iur. emphyt. qu. 41. num. 40. Card. Mant. de tacit. lib. 22. tit. 18. nu. 22. Hodiern. contron. 7. num. 23.* ubi etiam, ſi uerba repugnent, *Buratt. deciſ 838. et 884.* utrobique *num. 1. Rot. in rec. deciſ. 355. num. 19. et ſeq. part 5.* & in præciſis terminis ſtatuti Vrbis excluſiui fœminarum propter maſculos, plures firmauit *Rot.* ſignanter poſt *Fenzon. ad Statut. Vrb. dec. 111.* Card. *Caualer. dec. 555. et 583 Cocein. dec. 32. num. 4.* & Nos latiùs firmauimus *diſp. 63. n. 3. & ſeqq.*

Iuxtà allegata in præſenti diſputatione, cauſa pluries propoſita, fuit deciſum per Rot. in rec. dec. 123 221. *&* 282. part. 17. *cum receſſu a deciſionibus contrarÿs,* 34. *&* 402. part. 12. rec.

ARGVMENTVM.

Inueſtitura dici debet noua, quoties eſt facta eidem emphytheutæ ob canones non ſolutos, etiam non apprehenſa poſſeſſione rei emphyteoticæ per Dominum directum; ſecus ſi deuolutio euenerit ob lineam finitam; Idemque aſſerendum, ſi ſecunda inueſtitura emanauerit ſub commemoratione antiquæ, ſtantibus nouis pactis in ſecunda Inueſtitura adiectis, quæ non legebantur in prima. Et de pluribus alijs, ex quibus Inueſtitura dici debet noua.

Emphyteuſis, an, & quando dici debeat quæſita ex titulo oneroſo.

Primus acquirens, an, & quando valeat vocatis in Inueſtitura præiudicium inferre.

SVMMARIVM.

1 *Inueſtitura facta à Procuratore ſpeciale mandatum à Domino directo non habente ad inueſtiendum, eſt nulla.*

Declara vt num. 22.

2 *Præcipuè, quando non docetur de expreſſa ratihabitione Domini directi, vel ſaltem tacita deſumpta ex canonum receptione.*

3 *Solutionis negatiua optimè remanet comprobata ex diligentÿs adhibitis in libris, in quibus adnotata non reperitur.*

4 *Idque, etiam procedit in ſpecie negatiuæ canonis, vel linelli.*

5 *Eccleſia Domina directa, quoties de nouo inueſtit emphyteutam de rebus deuolutis ob canones non ſolutos, aliaque pacta non ſeruata; tunc Inueſtitura dici debet omninò noua conceſſio; ſecus, ſi euenerit deuolutio ob lineam finitam.*

6 *Affertur optima ratio concluſionis adducta per* Beroum.

Caducitatis ſimplex remiſſio non inducit nouam conceſſionem.

7 *Secunda Inueſtitura, quoties legitur facta per verbum* Concedimus; *tunc dici debet noua conceſſio, quando caducitas fuit ipſo Iure commiſſa, vel ob canones non ſolutos, vel ob factas alienationes.*

8 *Licet per Dominum directum non fuerit adepta realis poſſeſſio rei emphyteoticæ poſt deuolutionem ipſo Iure commiſſam ob culpam emphyteutæ, adhuc conceſſio dicitur noua.*

9 *Secunda Inueſtitura dici debet noua conceſſio, ſtante diminutione canonis.*

10 *Emphyteuſis æquiparatur feudo.*

11 *Feudum efficitur nouum, quoties mutatur, detrahitur, vel additur noua forma diuerſa ab antiqua.*

12 *Poſterior Inueſtitura dicitur noua, quoties non includit omnes in priori comprehenſos.*

13 *Feudum efficitur nouum, ſaltem quò ad nouam qualitatem additam.*

Priuilegium dicitur nouum, quoties eidem aliquod additur, vel diminuitur.

14 *Stantibus nouis pactis circa ſubſtantialia emphyteuſis, per quæ primæ conceſſionis forma eſt immutata, ſecunda Inueſtitura reputatur omninò noua, quamuis per viam remiſſionis caducitatis proceſſerit.*

15 *Primus acquirens dicitur de nouo inueſtitus de emphyteuſi iam deuoluta, & à Domino directo acceptata.*

16 *In noua emphyteuſi poteſt pater acquirens ſuis deſcendentibus præiudicium inferre.*

Reprobatur contraria ſententia, quæ ſolùm poteſt procedere, quoties agitur de expreſsè vocatis, & æquè principaliter contemplatis in inueſtitura. ibid.

17 *Prima Inueſtitura quoties immutatur, vel alteratur, adhuc viuente primo Inueſtito, & acquirente eodemq; conſentiente, tunc attendi debet ſecunda Inueſtitura mutata, vel alterata, & non prima; cum primus acquirens potuerit præiudicare vocatis, vel comprehenſis in prima Inueſtitura.*

18 *Emphyteuſis dicitur quæſita ex titulo oneroſo, quoties eſt promiſſa annua penſio ſummæ conſiderabilis ferè fructibus reſpondens.*

19 *Idemque aſſerendum, quando in actu conceſſionis ingens quantitas fuit ſoluta præponderans medietati valoris rei.*

20 *Primus acquirens in emphyteuſi ex titulo oneroſo quæſita poteſt præiudicare ſucceſſiuè vocatis in Inueſtitura.*

21 *Ma-*

21 *Mater, & pater primi acquirentes, an poſſint filijs emancipatis præiudicare.*

22 *Emphyteuta, qui non eſt primus acquirens, ſi per fraudem ceſſauit ſoluere canonem, vt nouam acquirat Inueſtituram, non præiudicat comprehenſis in eadem Inueſtitura, neque poteſt dici primus acquirens.*

23 *Fraus non eſt præſumenda, ſed liquidò probanda.*

24 *Fraus non poteſt conſiderari, vbi nullum adeſt lucrum.*

25 *Secunda Inueſtitura conceſſa, adhuc viuente primo inueſtito, fortiùs attendenda, quoties prima non fuit obſeruata, neque à Domino directo habita in conſideratione.*

26 *Prima Inueſtitura, quæ non fuit effectum ſortita, non meretur attendi, præcipuè in concurſu alterius Inueſtituræ obſeruatæ.*

27 *Inueſtitura dicitur valida, quamuis fuerit facta à Procuratore non habente ſpeciale mandatum, quoties fuit à Domino directo obſeruata.*

28 *Præcipuè cum receptione canonum.*

29 *Obſeruantia plurimùm attendi debet pro declaratione Inueſtiturarum præcedentium.*

30 *Ex diuiſione emphyteuſis ſequuta inter inueſtitos, confirmatur validitas, & ſubſiſtentia ſecundæ Inueſtituræ.*

C A P V T LXVIII.

DVÆ ſunt præcipuæ inſpectiones huius cõtrouerſię. Prima eſt, an ſubſiſtat Inueſtitura anno 1606. facta per aſſertum Procuratorẽ Reuerendiſſimi Abbatis Marzani, ad fauorem claræ memoriæ Comitis Cæſaris Bentiuoli pro ſuis filijs, & nepotibus maſculis vſque ad tertiam generationem completam, illiſque deficientibus, pro filia fœmina, vel nepte primogenita, non probata, vt ſupponitur, ratificatione Abbatis Domini directi, neque expreſſa, neque tacita per receptionem Canonum.

Secunda, admiſſa, ſine veri præiudicio, ſubſiſtentia, & validitate Inueſtituræ, an Comes Cæſar dici debeat primus acquirens; adeò ut, accedente conſenſu Domini directi, potuerit præiudicare Iuribus Dominæ Marchioniſſæ Aduerſariæ neptis primogenitæ, recipiendo nouam Inueſtituram anno 1608. in qua fuit alteratus tenor primæ Inueſtituræ anni 1606. in præiudicium eiuſdem Marchioniſſæ ad emphyteuſim vocatæ, vti neptis Primogenitæ, excluſa Domina Comitiſſa noſtra principali ſecundogenita.

Exordiendo igitur à prima inſpectione, indubitata eſt Iuris propoſitio, quòd Inue-
1 ſtitura facta à Procuratore ſpeciale mandatum á Domino directo non habẽte ad inueſtiendum, ſit nulla, vt eſt textus apertus in *cap. 1. §. ſed vtrum, per quos fiat Inueſtit.* ibiq; præ cæteris, *Præpoſit. & Afflict. Caſtrenſ. conſ. 311. num. 2. in fin. verſ. tamen ſi ille procurator lib. 1. Surd. conſ. 105. num. 28. verſ. non igitur, & ſeq.* benè *Schrader. de feud. par. 4. cap. 1. nu. 68. & par. 5. cap. 3. num. 11. Card. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 21. num. 4.*

2 Præcipuè, quando, prout in themate, de quo eſt ſermo, nullatenus docetur de expreſſa ratihabitione Domini directi, vel ſaltem tacita deſumpta ex receptione canonum in eadem Inueſtitura conuentorum, *Calderin. conſ. 7. de cenſib Beron. conſ. 187. num. 1. ad fin. lib. 1. Schrader. de feud. dict. part. 4. cap. 1. num. 69. verſ. niſi Dominus*, *Caroc. deciſ. 52. num. 18.*

Eòque magis, quia non apparet, Inueſtituram habuiſſe effectum, fuiſſeque obſeruatam; facta enim diligenti perquiſitione in libris, & Inuentarijs Abbatiæ, in quibus perneceſſè erat facienda deſcriptio, in illis nõ
3 fuit reperta adnotata ſolutio conuenti canonis, ex qua diligentia optimè remanet comprobata ſolutionis negatiua, *l. Titia textores*, ibique *Bart. num 2. ff. de legat. 1. l. 1. Cod. de exact.* Tribut. *lib. 10. l. fin.* ibiq; *Bart.* per illum *text.* Cod. *de reb. credit.* vbi *Bald. num. 7. Bald. in l. iuſtum*; ibique *Dec. num. 3.* Cod. *de eden.* Rip. *in cap. cum Eccleſia Sutrina, nu. 82. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Dec. conſ. 496. num. 7. & ſeq. Aym. conſ. 138. in princ. & conſ. 219. num. 3. & conſ. 313. num. 5. Natt. conſ. 45. num. 3. & conſ. 377. num. 9.* Roland. *conſ. 1. num. 72. & conſ. 2. num. 131. lib. 1 Surd. conſ. 151. nu 6. & conſ 223. in princip. Decian. reſponſ. 39. nu. 11. lib. 3. Herculan. de proband. negatiu. num. 167. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 44. num. 1. & ſeqq.* Marcian. *Iun. diſput. 32. num. 37. lib. 1. Cyriac. contrresponse 65. num. 4. & contrresponse 451. num. 43. & contrresponse 650. num. 2. Noguerol. allegat. 11. num. 28. Menoch. præſumpt. 139. num. 20. lib. 3. Fontanell. dec. 293. num. 8. lib. 1. Franch. deciſ 663. num. 6.* Rot. *in rec. dec. 716. num. 2. part. 3.* L*udouiſ. dec. ſ. 139 num. 5. vers. maximè quia, Duran. dec. 368 nu. 18. & ſeq. Penia dec. 721. num. 17. Card. Ottbob. dec. 114. num. 4. Rot. in recent. dec. 496. num. 2. part. 9. tom. 2.* & in
4 ſpecie, quòd ex inſpectione librorum probetur negatiua ſolutionis Canonis, ſeu liuelli, poſt *Alex.* alioſque laudatos, *Card. Tuſch. lit. N concluſ. 30. num. 25.*

Quò verò ad ſecundam inſpectionem; admiſſa, ſine veri præiudicio, validitate, & ſubſiſtẽtia prædictæ Inueſtituræ anni 1606. adhuc, cum Comes Cæſar, ex infra firmandis, dici debeat primus acquirẽs emphyteuſim; abſque dubio, accedente conſenſu Abbatis Domini directi, potuit recipiendo ſecundam Inueſtituram, tenorem primæ alterare, etiam in præiudicium Marchioniſſæ neptis Primogenitæ, quod, vt apertiùs demonſtrari valeat.

Præmittendum, quòd, cum Inueſtitura anni 1608. legatur facta Comiti Cæſari poſt

ſen-

ſententias conformes fauorabiles ab Abbate Marzani obtentas ſuper deuolutione emphyteuſis, conſolidationeque Dominii directi cum vtili, præuia recognitione ſingulolorum prædiorum, probationeque identitatis eorumdem ad formam antiquarum Inneſtiturarum, cum enunciatiua commiſſæ caducitatis, tàm ob Canones nõ ſolutos, quàm etiam ob alienationem factam de rebus emphyteuticis per Comitem Octauium, Domini directi non accedente conſenſu.

Hinc eſt, ut ſtantibus prædictis, Inueſtitura anno 1608. facta Comiti Cæſari abſque dubio fuerit noua conceſſio.

5 Regulare enim eſt, vt quoties Eccleſia Domina directa inueſtit de nouo emphyteutam de rebus emphyteuticis ad eamdem deuolutis ob Canones non ſolutos, vel alia pacta non ſeruata; tunc Inueſtitura dici debeat omninó noua conceſceſſio, antiqua obliterata, quidquid ſit, ſi deuolutio euenerit ob lineam finitam, iuxtà receptiſſimam diſtinctionẽ, de qua egregiè, præ cæteris, *Bero. conſ. 112. num. 2. & ſeqq. lib. 1.* vbi optimã diſcriminis affert rationẽ; finita enim emphyteuſi ob lineæ deficientiam, res non dicitur penitùs ad Dominum reuerti, & omninò deuolui, cum remaneant agnatis, & hæredibus primi Inueſtiti melioramenta, Iuſque petendi Inueſtiturã, quatenus Dominus prò ſe nolit retinere.

At ſi finiatur ob culpam in non ſoluendo Canonem, vel in non ſeruandis pactis conuentis, res omninò dicitur reuerſa ad Dominum, nullo prorſus Iure penes agnatos, ſeu hæredes remanente, tám reſpectu impetrandæ nouæ Inueſtituræ, quàm etiam reſpectu melioramentorum, idemque priùs tradidit feudorũ Euangeliſta, & numquàm ſatis commendatus communis Præceptor *Iſer. in cap. 4. verſ. ſic ergo*, ibi: *ſi autem perdatur, de Vaßallo decrepit. ætat.* ibique *add. lit. Y. Aluarot. nu. 2. verſ. vbi etiam dicit, Propoſit. num. 3. verſ. diſtingue*, qui idẽ repetit *in prælud. feudor. num. 41. Bald. in cap. Imperialem, § inſuper, num. 8. verſ. ſed tu dic, de prohib. feud. alienat. per Federic. Angel. in l. quod dicitur, nu. 2. poſt med. verſ. hoc placet ſi Vaſſallus, ff. de impenſ. in reb. dotal fact. Salicet. in l. peculium, §. ſi are, num. 3. verſ. orator attende, ff. de pecul. Alex conſ. 34. num. 6. lib. 5. Iaſ. in epith. feudor. part. 3. num. 2. verſ. vel ipſo Iure, Clar. in § feudum, qu. 8. num. 6. poſt med. verſ. ſecus autem*, qui teſtatur de communi omnium ſcribentium, *Aym. de antiq. tempor. part. 5. §. iam videmus, num. 22. Tiraq. de retract lignag § 32 gloſ. vnic. num 29. Cald. de renouat. emphyt. lib. 1. quaſt. 4. num. 20. & ſeq. Schrader. de feud. part. 2. cap. 3. num 43. & ſeq. Roſental. eod. tract. cap. 2. concluſ. 18. num. 2. & ſub lit. B.* vbi dicit *Afflict.* contrarium ſentientem loqui contra communem, receptamque ſententiam, latè *Cannet. ad cap. volentes. §. ſed occurrit à num. 9. vſq; ad 20 fol. 119. & ſequ.* Card. de Luca *de feud. diſc. 5. num. 23. verſ. aut controuerſia eſt, & num. ſeq. & diſc. 27. num. 5. add. ad deciſ. 26. num. 36. & ſeq. part. 3. recent. Rot. in rec. deciſ. 176. num. 35. verſ. ſecus ob delictum, part. 5. & deciſ. 89. num. 43. & duob. ſeqq. part. 9.* & egregiè, articulo ad partes diſcuſſo, *Bich. dec. 483. num. 31. & ſeqq. & deciſ. 517. num. 6. & ſeq.* vbi in ſpecie, quòd cenſeatur noua Inueſtitura, quoties eſt facta ab Eccleſia, poſt ſententiam fauorabilem ſuper deuolutione obtentam.

6 Nullatenus aduerſante doctrina *Gloſ. in cap. Imperialem, §. inſuper*, verbo *priuetur, verſ. quid ſi*; cum loquatur in caſu omninó diuerſo, quoties, nempè, feudatarius inciderit in caducitatem, & per Dominum fuerit ſimpliciter remiſſa caducitas, neque vlteriùs fuit facta altera conceſſio, tunc enim non inducitur noua feudi conceſſio; ſed antiquum conſeruatur in ſua primæua natura, & in eiſdem terminis loquitur *Bart. in l. quod dicitur, num. 9. verſ. pone ergo, ff. de impenſ. in rebus dotal fact. Schrader. de feud. part. 2. cap. 3. num. 48.* & in ſpecie emphyteuſis, *Cald. de renouat. emphyt. lib. 1. qu. 4. nu. 4. & 14. Paul. Rubeus in annot. ad deciſ. 26. nu. 34. & ſeq. part. 3. rec. Card. Seraph. dec. 1496. num. 2.*

7 Prædicta verò omnia fortiùs amplectenda, quia ſecunda Inueſtitura legitur facta per verbum *Concedimus*; hoc enim caſu dici debet noua conceſſio, quando caducitas fuit ipſo Iure incurſa, vel ob Canones non ſolutos, vel ob factas alienationes, iuxta receptam diſtinctionem *Iſern. in d. cap. 1. nu. 2.* prælertim *in fin. verſ. ſecùs verò de Vaſſall. decrept. ætat. Bald. in d. cap. Imperialem, §. inſuper, num. 8. de prohibet. feud. alienat. per Federic.* alijque congeſti, & fideliter allegati à *Roſental. de feud. cap. 2. concluſ. 18. num. 2. in ſecunda gloſ.* vbi de magis communi teſtatur, & præter ab eo adductos, *Amod. à Pont. de Laudem. qu. 12. num. 8. Clar. §. feudum, qu. 8. num 6. poſt med. verſ. ſecus autem, Card. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 21. num. 8. Balzaran. in §. ſed etiam, num. 16. verſ. dic tamen, per quos fiat Inueſtit. fol. 139. Maſtrill. ad Indult. Generale, cap. 20. num. 22. verſ. contraria tamen*, vbi de communi teſtatur, *Larrea allegat. fiſcal. 94. num. 16. Bich. d. deciſ. 483. num. 38. & ſeq Rot. in rec. deciſ. 89. num. 43. & ſeqq. part. 9. tom. 1.*

8 Idque, etiam ſi Dominus directus poſt deuolutionem ipſo Iure commiſſam non fuerit adeptus realem poſſeſſionem emphyteuſis, vel feudi; quia nihilominus, concedendo nouam Inueſtituram, cum remiſſione

pœ-

pœnæ iam cõmiſsę, dicitur de nouo concedere, vt in ſpecie docet *Iſeru. in d. cap. 1. ſub verſ. ſic ergo de Vaſſall. decrepit. ætatis*, vbi *add. lit. Y. Aluarot. n. 2. verſ. vbi etiam dicit, Præpoſitus num. 3. verſ. diſtingue*, qui idem repetit in *prælud. feudor. nu. 41. Bald. in cap. Imperialem, §. inſuper, num. 8. verſ. ſed tu dic, de probibit. feud. alienat. per Federic. Salycet. in l. peculium, § ſi ære, nu. 3. verſ. orator attende, ff. de pecul. Angel. in l. quod dicitur, num. 2. poſt med verſ. hoc placet ſi Vaſſallus, ff. de impenſ. in reb dotal. fact. Zaſ. in epit. feud. par. 3. num. 2. verſ. vel ipſo Iure, Clar. in § feudum, qu. 8. num. 6. poſt medium, verſ. ſecus autem*, qui teſtatur de communi omnium ſcribentium, *Aym. de antiq. temp. par. 5. §. iam videmus, num. 22. Schrader. de feud. part. 2. cap. 3. num. 43. & ſeq. Roſental. cod. tract. cap. 2. concluſ. 18. num. 2. & ſub lit.* B. vbi dicit, *Afflict.* contrarium ſentientem loqui contrà communem & receptam ſententiam, & latiſſimè articulo, ad partes diſcuſſo, hanc opinionem, vti veriorem, ac crebriorem ſequitur, ſatisfaciendo omnibus contrarijs, *Cannet. in extrauagant. volentes, §. ſed occurrit non inutilis quæſtio, à num. 9. vſque ad 20. fol. 119. & ſeq.* & hanc ſententiam ſequitur *Rot. in rec. decíſ. 89. num. 43. & duob. ſeqq. part. 9. tom. 1.*

9 Eòque magis ſecunda Inueſtitura reputari debet noua prorſus conceſſio, non ſolùm reſpectu antiquarum Inueſtiturarum; ſed etiam præcedentis proximè Inueſtiturę anni 1606. ex diuerſis nouis pactis adiectis in hac ſecunda Inueſtitura, quæ non continentur in præcedenti anni 1606. ſignanter reſpectu Canonis diminuti, quæ diminutio, vtpotè reſpiciens emphyteotici contractus ſubſtantiam, efficit, ut ſecunda conceſſio dici debeat omninò noua, perindèque habeatur, ac ſi primus acquirens renunciauerit liberè in manibus Domini directi, & ab eodem cenſeatur ex recenti data emphyteuſis nominatis in ſecunda Inueſtitura, *Alex. conſ. 9. num. 2. lib. 3. Ponte conſ. 3. n. 91. lib. 1. Decian. conſ. 23. nu. 25. lib. 1. Fulgin. de Iur. emphyt. tit. de contractibus emphyt. qu. 9. nu. 12. & duob. ſeqq. Petr. Gregor de conceſſ feud. par. 3. quæſt. 7. num. 10. Oſaſch. dec 23. num. 21. & ſeq. Canalcan. deciſ. 30. Afflict. deciſ. 112. nu. 5. in fin. Capyc. latr. deciſ. 67. num. 12. Cardin. Seraphin. deciſ. 1362. num. 3. & 1369. num. 1. Ludouiſ. deciſ. 522. num. 19. Bich dec. 517. n. 8.*

10 Prout etiam dicitur de feudo, cui æquiparatur emphytheuſis, *cap. 1. §. rei autem de Inueſtit. de re alien. faciend. in vſib feud. Alex. conſ. 44. in princip. lib. 3. Larath. conſ. 33. nu. 9. Gabr. conſ. 60. num. 1. Euerard. in topic. legal. loc. 12. Barboſ. in tract. locor. comm. argument. Iur. loc. 47. num. 2. & loc. 42. num. 3. Roſental. de feud. cap. 1. concluſ. 20. numer. 5. Surd. deciſ. 188. num. 5. Ludouic. deciſ.* Lucenſi 48. *num. 37*
11 quod efficiatur nouum, quoties mutatur, detrahitur, uel additur noua forma diuerſa ab antiqua, *Oldrad. conſ. 198. num. 2. verſ. videtur*, ubi, quòd ad hũc effectum ſatis, ſuperque ſit, quòd poſterior Inueſtitura non includat omnes in priori comprehenſos, *Bald. conſ. 249. Alex. conſ. 19. num 11. lib. 5. Cephal. conſ. 12. num. 14.* egregiè *Menoch. conſ. 160. num. 13. & ſeq. lib. 2. Schrader. conſ. 1. numer. 639. lib. 1.* dicens, hoc omni dubio carere, *Card. de Luca de feud. diſc. 44. num. 8. de Georgio allegat. 8. n. 11. de Luca ad Franch. dec. 75. num. 18. verſ. alteratio, Verall. dec. 16. & 17. part. 2. Maſtrill. deciſ. 66. num. 21. lib. 2.* egregiè *Afflict. deciſ. 112. num. 5. & deciſ. 248. num. 8. verſ. quia noua*; ſaltem, quò
12 ad illam nouam qualitatem additam, iuxtà ſententiam, in qua poſt *Gloſ. in leg. ſi peculium, § qua alieno*, uerbo *maneat, ff de pecul. Dec. conſ. 53. & 58.* reſidet *Afflict. in conſtit. Regni*, incipiente *iuxta iuſtitiam*, in 9. *notabil. Vrſill ad* Afflict. *d. deciſ. 112. num. 7.* ubi, quòd *Afflict.* meliùs ſit loquutus in *d. conſtitut. Camerar. in c. Imperialem, fol. 32. in magnis, lit. T. Ann. in repetit. cap. 1. de Vaſſall. decrep. ætat.* Gaballin. *in milleloq. 188. de Georg. allegat. 8. n. 11. Card. de Luca de feud. diſc. 9. n. 14. & diſc. 44. n. 8.* Franch. *dec. 7. in fin. Oſaſch. dec. 53. col. fin. de Luca ad* Franch. *deciſ. 75. num. 18. verſ. alteratio*, Intrigliol. *de feud. cent. 1. qu. 13. nu. 5. Valenzuol. conſ. 160. n. 86.* eruditiſſimus *Boſcol. in controu.* impreſſa penès *Card. de* Luca *de feud. art. 3. nu. 46. & ſeq. fol. 617.*

13 Idemque dicitur de priuilegio, quod dicitur nouũ, quoties eidem aliquid additur, ſiue detrahitur, *l. in Ius ciuile, ff. de Iuſtit. &* Iur. *Oldrad. conſ. 178. Bald. conſ. 125. nu. 4. lib. 3. Afflict. deciſ. 112.* Capyc. *latr. deciſ. 67. num. 12. Franch. deciſ. 192. num. 13.*

14 Adeòut, ſtantibus nouis pactis circa ſubſtantialia emphyteuſis, per quæ primę conceſſionis forma eſt immutata, ſecunda Inueſtitura reputetur omninò noua; quamuis per uiam remiſſionis caducitatis proceſſerit, *Iſeru. in cap. 1. ſub verſ. ſic ergo de Vaſſall. decrepit. ætat.* ubi *add. lit* I. *Aluarot. nu. 2. verſic. vbi etiam dicit, Præpoſitus numer. 3. verſ. diſtingue, Bald. in cap. Imperialem, § inſuper, num. 8. verſic. ſed tu dic, de probib. feud. alienat. per Federic. Clar. in* § *feudum, quęſt. 8. num. 6. poſt med. verſ ſecus,* Roſental. *de feud. cap. 2. concluſ. 18. num. 2. Schrader. eod. tract. part. 2. cap. 3. num. 43. & ſeq. Bich. d. dec. 517. num. 7. Rot in rec. d. deciſ 89. num. 44. p. 9.*

His igitur præmiſſis, quæ in ſtricta Iuris cenſura ſunt abſolutiſſima, cum Inueſtitura anno 1608. facta Comiti Cæſari, poſt declaratam deuolutionem per ſententias, illamque acceptatam ab Abbate Domino di-

recto

recto ſit indubitanter noua conceſſio, tàm
reſpectu antiquarum Inueſtiturarum, ob
Canones non ſolutos, factaſque alienatio-
nes á Comite Octauio, quàm etiam reſpectu
Inueſtituræ anni 1606. cuius forma per eã-
dem ſecundam Inueſtituram in ſubſtantia-
libus legitur alterata, non ſolùm ratione
Canonis diminuti; ſed etiam per accepta-
tionem pro filijs fœminis indiſtinctè, exclu-
ſa qualitate Primogenituræ in eiſdem fœ-
minis in prima Inueſtitura contenta.
15 Hinc pernecesſè reſultat, ut Comes Cæ-
ſar dici debuerit abſque dubio primus ac-
quirens, utpotè de emphyteuſi inueſtitus
poſt commiſſam deuolutionẽ, illamque fa-
uore Domini directi per ſententias declara-
tam; cum ſubſequuta acceptatione eiuſdem
Domini, ut in ſpecie optimè *Card. Caualer.
dec. 398. num. 1. & ſeqq.*

Meritò potuit, tamquàm primus acqui-
rens, accedente præcipuè conſenſu Domini
directi, præiudicium inferre Marchioniſſæ
eius Nepti, acceptando ſecundam Inueſtitu-
ram pro ſe, filijs, & nepotibus maſculis. &
fœminis indiſtinctè, abſque ulla prorſus ne-
ptis Primogenitæ prælatione; Eſt enim re-
16 ceptiſsima concluſio Iuris, quòd in noua
emphyteuſi poſsit primus acquirens alijs
præiudicare, iuxta communem theoricam
*Bald. in Auth. ſi quas ruinas, num 10. Cod. de
Sacroſ. Eccleſ. Iſern. in cap. 1. num 9. de alienat.
feud. patern. Speculat. in tit. de emphyt. §. cum
aliqua, quæſt. 78. num. 100* Imol. *in cap potuit,
num. 68. verſic. in contrarium de locat.* Caſtr.
*conſ. 179 num 3. lib. 1. Ancharan. conſ. 143. n.
3. Roman conſ. 35. num. 1. & 4. Honded. conſil.
14. n. 47. lib 2. Natt. conſ. 505 nu. 14. Dec. conſ.
194. ad fin. Mart. conſ. 6. n. 20. & ſeqq.* ubi latè
*Pappon. conſ. 1. n. 37. Sard cõſ. 305. n. 9. et ſeq.
& dec. 209. n. 16. & ſeq. de Pont conſ. 3. n. 91.
lib. 1.* Clar. *in §. emphyteuſis, quæſt. 16. verſ.
contrarium, & in § feudum, qu. 41. verſ. ſed
in feudo nouo. Gabr. de* Iur *emphyt. concluſ. 2.
num. 51. & 58.* Valaſc *eod. tit. part. 4 qu. 49.
num. 4. & ſeqq Gratian cap. 405. nu. 1. et ſeqq.*
Ciroc. pluribus alijs cõgeſtis, *diſcept. 78. n. 51.
et ſeqq. Schrader de feud. par. 2. cap. 2. n. 19.
Card. Caualer. d. dec. 398. num. 1. & ſeq. & dec.
219. n 15. Card. Seraph. dec. 559. nu. 19. Buratt.
deciſ. 822. num. 3.* Rot. *in recent. deciſ. 438. nu. 1
part. 1. & dec. 602. num. 16. & 30. part 4. to. 3.
Epiſc. Sperell. deciſ. 73. num. 1. verſ. quia re
vera.*

Quidquid in contrarium aberrantes à
communi ſententia dixerint *Bertazzol. conſ.
ciuil. 114. num. 2. & ſeqq.* Gabr. *conſ. 85. num.
5. lib. 1. Valaſq. de* Iur. *emphyt. quæſt. 49. num. 6
verſ ſecundus caſus*, quorum ſententia poteſt
procedere, quoties agatur de præiudicio
aliorum, qui proprijs nominibus in Inueſti-
tura fuerunt vocati; atque adeò æquè prin-
cipaliter contemplati, in quibus terminis
procedunt auctoritates ex aduerſo allegatæ
*Iſern. in tit. ſi Vaſſallus feud. priuet. numer. 4.
& in tit. de alien. feud. patern. num. 11. verſ. ſe-
cus ſi nominaſſet*, vbi *Add. Io. Andr. in addit.
ad Speculat. tit. de feud. §. vlt. verſ. 1. Marin. de
gener. feud. ſect. 2. tit. 2. num. 9* Loffred. *conſ. 52.
num. 1. Decian. conſ. 389. num. 2. verſ. quando
enim filij, Laderch. conſ. 1. ſub num. 6. verſ. &
hoc expreſsè determinat, & verſ. non eſt ergo,
lib. 2.* vbi, quòd non admittatur ad hunc ef-
fectum, an quis ſit primus inueſtitus, ſed ſo-
lùm, an illi, quibus vult præiudicare; ſint ex-
preſsè comprehenſi in Inueſtitura, vel ne,
Bero. *conſ. 77. ſub num. 42. lib. 1. Curt.* Iun. *de
feud. in 5. part. princip. nu. 4.* Clar. *in § emphy-
teuſis quæſt. 16. verſ. bene verum eſt, Valaſc.
de* Iur. *emphyt. quæſt. 49. num. 11. Maſtrill. de
magiſtrat. lib. 1. cap. 28. num. 17. Gurb. de ſuc-
ceſſ feudor. prælud. 5. num. 54.* Gratian. *cap.
345. num. 5. & 7. verſ. quod procedit etiam,
Merlin de legit. lib. 2 tit. 1. quæſt. 5. num. 19.
Ciarlin. contr. 158. num. 1. & ſeqq. Zuccar. dec.
Lucenſ. 25. num. 2. & 8. Rot. in recent. dec. 213.
num. 7. part. 12.*
17 Quoties enim prima Inueſtitura immuta-
tur, vel alteratur, adhuc viuente primo In-
ueſtito, & acquirente, eodemque conſentiẽ-
te; tunc attendenda eſt ſecunda Inueſtitura
mutata, vel alterata. & non prima, cum pri-
mus acquirens potuerit prẹiudicare vocatis,
uel comprehenſis in prima Inueſtitura, iuxta
doctrinam *Iſernia in cap. 1. de alienat. feud.*
ibique, præ cæteris, *Aluarot. Rip. reſponſ. 23.
num. 18. de Iure emphyteotico lib. 2. Pappon.
conſ. 1. num. 36. & ſeq. Schrader. de feud. par. 5.
cap. 2. num. 41. verſ ſin verò, & ſeq. Mart. conſ.
6. num. 5. prope fin.* Card. *Mantic. de tacit. lib.
23. tit. 20. num. 15. & ſeq.* alijque proximè
laudati.
18 Quæ omnia abſque vlla controuerſia pro-
cedunt; cum verſemur in emphyteuſi, non
ex titulo lucratiuo, in quibus terminis pro-
cedunt cõtraria, ſed potiùs ex oneroſo quæ-
ſita, qualis dici debet preſens, de qua agi-
tur; tum quia fuit promiſſa annua reſponſio
ſummæ conſiderabilis, ferè fructibus reſpõ-
dens *Gratian. cap. 511. num. 11.* Tum fortiùs,
19 quia fuit ſoluta in actu conceſſionis ingens
pecuniarum quantitas, præponderans me-
dietati valoris rei, *Bart. in leg. ſi mihi, & Ti-
tio, num 4. circa med. verſ. ſed ſi eſſet*, ubi etiã
*Alex. num. 13. verſ. & in hoc aduerte, ff. de
verbor obligat.* benè *Roland conſ. 23. num. 26.
& ſeqq. lib. 1. Ciroc. diſcept. 78. num. 52. Card.
Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 6. num. 23. tit. 24.
num. 18. Mareſcott. var. lib. 1. cap. 74. num. 1.
& 5. Fulgin. de* Iur. *emphyt. in prælud. num. 6.
tit. de contr. emphyt. quæſt. 1. num. 24. Addent.
ad Ludouiſ. deciſ. 529. ſub num 23. verſ. quæ
opinio, Card. de* Luc. *de emphyt. diſc. 10. nu. 4.*

verſ.ac etiam quia, Peutinger.dec.280. nu.17.
20 quo caſu primus acquirens abſque controuerſia poteſt præiudicare ſucceſſiuè vocatis in Inueſtitura, Bald. in auth. ſi quas ruinas, num.5. verſ. ſecunda ratio, & num.6. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. & in l.1. num.32. Cod. per quas perſon. nobis acquirit. Aretin. in l. cum ſeruus, alibi eſt idem Iulianus, §. ſi quis alicui ad fin. verſ. ſecunda concluſio, ff. de legat.1. Pinell. in 3. part. leg.1. num.98. Cod. de bon. matern. Surd. conſ.305. num.35. verſ. prædicta autem, & nu. 36. Bero. conſ.151. num.7. ad fin. lib.3. Corn. conſ.282. num.10. lib.3. & conſ.51. num.1. vbi, quòd ſit rationabilis diſtinctio, Natt. conſ.475. num.5. & 11. & conſ.110. num.2. lib.5. Peregrin. conſ.8. num.32. lib.1. Palm. cōſ. 3. num.24. Reuſner. lib.3. conſ.11. num.65. Galuan. conſ.8. nu.28. & 58. Grilenzon. conſ.114. num.10. Marcabrun. conſ.54. num.72. & ſeqq. Gabriel. commun. concluſ. tit. de Iur. emphyt. quæſt.49. num.7. Clar. in §. feudum, quæſt.11. num.2. & 9. & quæſt.46. num.2. Gratian. cap. 372. num.7. Fulgin. de Iur. emphyt. ſub tit. de contract. quæſt.24. à num.18. vſque ad 21. Tiraq. de retract. lignag. §.11. gloſ.6. num.25. Galeot. controu.48. num.43. et ſeq. lib.2. Petr. Gregor. ſyntagm. Iur. vniu. part.1. lib.6. de reb. cap. 18. num.4. Caſtill. lib.4. controu. cap.5. nu.35. Tondut. quæſt. ciuil. cap.70. num.2. & ſeq. latè Mareſcott. var. lib.1. cap.74. num.2. & ſeq. Epiſcop. Antonell. de temp. legal. lib.2. cap.55. nu. 66. Ciroec. dict. diſput.8. num.52. & ſeq. Ciarlin. controu.158. num.2. Card. de Luca de emphyteuſ. diſc.10. num.3. & diſc.18. num.4. Michalor. de fratrib. cap.38. num.22. & ſeqq. p. 1. & deciſum teſtantur Epiſc. Sperell. dec.73. num.4. Card. Seraphin. dec.559. num.19. Card. Caualer. dec.583. in fin. & dec.519. num.16. Peutinger. dec.280. nu.10. & ſeq. Merlin. dec. 699. repetita in recent. dec.741. par.4. tom.3. Rot. in recent. dec.450. ſub num.2. verſic. maximè quando, par.3. & dec.50. num.1. & ſeq. part.6. & dec.111. num.2. & ſeq. & dec.166. num.6. part.11. Ludouic. dec. Lucenſ.66. nu 9. Coruazan. decis. eiuſdem Rot. Lucenſ.1. nu 75. Milanenſ. decis.8. num 40. de Xart. decis. Sardin.28. num.31. Thoming decis.23. num.4. & 14. Rot. decis.94. num.14. & duob. ſeqq. poſt tract. Merlin de legitim. alijque plures relegendi apud eruditum Boſcol. in controu. impreſſa penes Card. de Luca de feud art.2. nu. 110. qui octuaginta Doctores cumular pro hac ſententia loquētes, tàm in feudis, quàm in emphyteuſi.

21 Nullatenus aduerſantibus congeſtis per Ciarlin. ex aduerſo allegatum controu. 158. num.11. & ſeqq. cum loquatur in terminis longè diuerſis, in matre, nempè, & patre reſpectu filiorum emancipatorum, iuxta diſtinctionem Bald in l.1. in fin. Cod. per quas perſonas nobis acquiritur, quam uti notabilem, optimam, & iuridicam ſequitur Aretin. in l. apud Iulianum, aliàs Alphanus 40. § ſi quis alicui, num.7. in fin. ff. de legat.1. Alex. conſ.106. num.8. in fin. lib.4. & conſ.124. num. 8. lib.5. Gozadin. conſ.75. num.17. Natt. conſ. 475. num 45. Gratian. cap.405. num.2.15.16. & 30. Cald. de Iur. emphyt. lib.4. cap.20. num. 16. Epiſc. Sperell. dec.72. num.2. & dec.73. nu. 1. in fin. de qua Baldi diſtinctione adhuc dubitat Cardin. de Luca de emphyt. diſcurſ. 70 num.3. & ſeq. in ſupplement. tom.16. ubi, quód ratio per Bald. adducta, non ſit verificabilis, neque procedat in materia feudali.

22 Prout neque etiam obſtant deducta per Grat. conſ.132. ſub num.7 verſ. nam hic, lib.1. Clar. in §. emphyteuſis, quæſt.8. num 15. verſ. dummodò talis ceſſatio, Corbul. de Iur. emph. tit. de cauſ. priuat. ob non ſolut. canon. amplìat 8. num.10. Surd. dec.102. num.20 cum loquantur in terminis longè diuerſis, quando, nempè, liquidò conſtat in non ſoluente canonem, fraudem, dolumque concurriſſe ad excludendos alios comprehenſos in Inueſtitura, & ad effectum reportandi nouam Inueſtituram, vt liberè de bonis emphyteoticis, tamquàm primus acquirens diſponere
23 poſſit; quæ fraus in præſenti eſſet ab allegante probanda, cū nō præſumatur, l. merito, ff pro ſocio, alijſque allegatis, Menoch lib.5. præſumpt.3. num.14. & in his terminis Card. Caualer. d. dec.398. num.5.

Præcipuè, quia in ſolutione canonis non defecit Comes Cæſar vltimo loco inueſtitus, ſed potiùs Comes Octauius, quod in ſpecie conſiderat pro fraude excludenda, Card. Caualer. d. dec.398. nu.7. verſ. accedebat.

24 Sed fortiùs, quia idem Comes Cæſar nihil fuit lucratus, nam ſoluit ingentem pecuniarum quantitatē, pro obtinenda Inueſtitura; ideòque non poteſt conſiderari fraus, ubi nullum adeſt lucrum, Aym. conſ.75. num.17. & ſeq. Menoch. d. præſumpt.3. num.78. lib.5. & in his præciſis terminis optimè ponderat Card. Caualer. dict. dec.398. num.6. verſ. illud autem, & num. ſeq.

25 Prædictis omnibus accedat, quòd, cum Inueſtitura anni 1606. non fuerit habita in conſideratione à Domino directo, neque umquám obſeruata ex ſupra allegatis, eò magis eſt attendenda ſecunda Inueſtitura conceſſa, uiuente adhuc primo acquirente, qui, ſicuti potuit præiudicare uocatis in prima Inueſtitura, adhuc admiſſa illius ualiditate, & obſeruantia; multó magis id aſſerendum; quando prima Inueſtitura detegitur nulla, neque aliquo modo obſeruata, Pappon. d. conſ.1. num.35. & ſeq.

26 Præter quàm quòd regulare eſt, ut prima Inueſtitura, quæ non fuit effectum ſortita, nullo Iure mereatur attendi, præcipuè in cōcurſu alterius Inueſtituræ obſeruatæ egre-

gie

giè *Soccin·Iun.conſ.76.num.68.& duob.ſeqq. lib.1.Pappon.conſ.1.num.35.*

Neque obijciatur, quòd cum ſecunda Inueſtitura fuerit facta ab aſſerto Procuratore Abbatis non habente ſpeciale mandatú ad Inueſtiendum, laboret eodem uitio nullitatis, quo laborat prima Inueſtitura.

27 Siquidem obiectum facilè diluitur, ſtante ſubſequuta ratificatione Domini directi per receptionem canonum, iuxta formam diminutionis eorumdem conuentæ in ſecunda inueſtitura, cum ſubſequnta obſeruantia tot annorum, qua ſtante, quemadmodùm indubitáter dicitur approbata ſecúda Inueſtitura, quãuis emanauerit á Procuratore nõ habēte ſpeciale mãdatú, *Schrad.de feud p.4.c.1.*

28 *num.68.in fin.verſ.niſi Dominus,* & in terminis, quód per receptionem Canonum dicatur ratificata Inueſtitura etiam nulla, *Calderin.conſ.7.de cenſib. Berou. conſ.187. num.1. ad fin.lib.1.Fulgin.de emphyt.qu.34.num.31.& ſeq Caroc.deciſ.52.num.18.*& latè *Rot. in Fanen. ſeu Senogallien. bonorum. ſuper immiſſione 14. Martij 1646. § & licèt, & §.ſequ. coram Reuerendiſs. Melzio*, vbi in ſpecie de duabus Inueſtituris.

Ita etiam nulla eſt habenda ratio de prima Inueſtitura nullatenus obſeruata, neque per receptionem Canonis, neque per aliquos actus, ex quibus poſſit deprehendi, illam fuiſſe aliquo modo habitam in conſideratione.

Prædicta verò omnia optimè remanent comprobata ex ſubſequuta obſeruantia inter Marchioniſſam Aduerſariam, & Comitiſſam noſtram principalem, quæ poſt obitum Comitis Cæſaris earum Aui pro indiuiſo longo temporis interuallo bona emphyteutica poſſederunt, nulla prorſus facta oppoſitione ab eadem Marchioniſſa, quòd, tamquám Primogenita eſſet præferenda Comitiſſæ Secundogenitæ in quinque prædijs controuerſis, vnà cum rata Do-

29 mus, quæ obſeruantia plurimùm attendi debet pro declaratione Inueſtiturarum præcedentium, *Morotius conſ.24.nu.26. Menoch. conſ.400.num.12.& conſ.745.nu.37.& ſequ. Becc.conſ.101.num.48 Decian. conſ.124 n.7. lib.3 Ciroc.diſcept.162.nu.10.*

30 Præcipuè, ſtante ſubſequuta diuiſione inter eaſdem Sorores, ex qua pariter confirmatur validitas, & ſubſiſtentia ſecundæ Inueſtituræ, prout in his terminis, *Altograd. conſ.6.num 14.verſ.quod planè, conſ.47.num. 47.& 50.lib.2.*

ARGVMENTVM.

Salinæ in locis publicis, ſeù fiſcalibus exiſtentes ſunt de Regalibus Principis; in locis verò priuatis reſpectu proprietatis ſunt eorum, quorum ſunt Prædia, Quo verò ad Vectigal, quod pro illis perſoluitur, eſt de Regalibus minoribus; non autem maioribus; Ad ornatum Iurium in *l.forma, §.Salinæ, ff de Cenſ.& in l.magis puto, §.ſed, & ſi Salinas, ff.de reb.eorum, quæ ſub Tutor.*

Salinas omnes, etiam antiquiſſimo tempore ſpectaſſe ad Reges oſtenditur.

Ius Regale Salinarum dici debet conceſſum per Principem ex conceſſione meri, mixtique Imperij, & omnimodæ Iuriſdictionis, nec non Regalium maiorum.

Regalibus maioribus in Inueſtitura conceſſis, an, & quando minora intelligi debeant impartita.

Baroni, an ſit licitum cogere Vaſſallos, vt emant ſal à Salinario ab eodem Barone deputando, quoties non adeſt concurſus Principis, & an, hoc dicatur licitum Monopolium.

SVMMARIVM.

1 *Ius Salinarum in locis publicis, vel fiſcalibus exiſtentium eſt de Regalibus Principis.*

2 *Salinæ in locis priuatis exiſtẽtes reſpectu proprietatis ſunt eorum quorum ſunt prædia.*

Expenduntur Iura in l.forma, §.ſalin. ff.de cenſ.& in l.magis puto, §.ſed & ſi ſalinas, ff de reb.eorum.

3 *Reſpectu certæ præſtationis, quæ fiſco pro ſalinis, ſoluitur, quod ius vectigal appellatur, dicitur de Regalibus.*

4 *Principes optimum Vectigal ex ſalinis capere volentes, introduxerunt Ius priuatiuum ſal vendendi.*

5 *Salinæ omnes antiquiſſimo tempore ſpectabant ad Reges; idque oſtenditur ex libro Maccabeorum, & ex alijs.*

6 *Salinas propè Oſtia Tiberina Ancus Martius tertius Romanorum Rex inſtituit, vt ſalis Congiarium Populo daret.*

7 *Regibus Romanorum expulſis, Marcus Liuius Cenſor, cui* Salinarij *nomen fuit tributum, introduxit ſalis vectigal cum Iure priuatiuo vendendi.*

8 *Rex Ferdinandus expulſis hoſtibus, Regnique adepta poſſeſſione, modium ſalis ad Populi leuamen pro qualibet familia ad Ducatum decreuit.*

9 *In Regno, cum Rex eſſet obligatus ex conuentione inita cum Alphonſo Primo dare ſingulis focularibus modium ſalis pro certo pretio, deindè*

Regnum donauit Regi hanc præſtationem ſalis, cum facultate vendendi ſal carolenis decem pro modio.

10 Ius emendi, & vendendi ſal priuatiuè quò ad ad alios à nonnullis Monopolium ſalis licitum appellatur.

11 Expenditur locus Ariſtotelis lib. 1. Politic. cap. 11. ſuper iſto Iure priuatiuo à Ciuitatibus introducto ad parandam pecuniam.

12 Ius priuatiuum vendendi ſal exercebant antiquitus Romani mediante perſona Mancipum, qui ſoli ſal vendere poterant.

13 Ex generali conſuetudine omnium ferè Principatuum ad ſolum Principem ſalinæ, etiam in priuatis locis exiſtentes, pertinent, ſaltem reſpectu vectigalis ab eis exigendi.

14 Regalia à priuatis poſſideri non poſſunt, niſi ex conceſſione Principis; vel ex immemorabili conſuetudine.

15 Ius Regale ſalinarum dicitur conceſſum ex conceſſione meri, & mixti Imperij, & omnimodæ Iuriſdictionis.

16 Comites perpetuò inueſtiti cum mèro, & mixto Imperio, & omnimoda Iuriſdictione poſſunt ea omnia in eorum Terris, quæ poteſt Imperator in Imperio.

17 Reprobatur Peregrinus aſſerens, ſub conceſſione meri, & mixti Imperij non venire Regalia, & in quo caſu eius doctrina procedere poſſit.

18 Verba in Inueſtitura appoſita cum omnibus Iuribus, & pertinentiis, includunt Ius priuatiuũ vectigalis ſalis, præcipuè additis verbis ſpectantibus, & pertinentibus.

Reprobatur Sixtinus contrarium aſſerens.

19 Quoties in Inueſtitura conceduntur omnia Iura vniuerſalia, comprehenduntur omnia Regalia, præcipuè minora.

Contraria poſſunt procedere in Regalibus maioribus, & num. 35.

20 Regalium conceſſio probari poteſt ex coniecturis.

21 Facultas conceſſa in Inueſtitura faciendi ligas, & confœderationes eſt de Supremis & maioribus Regalibus Principi reſeruatis; cũ etiam Ius belli, & pacis includat.

22 Adeò potens eſt conceſſio iſtius Regaliæ, vt is, cui fuit conceſſum, dicatur acquiſiuiſſe Iura liberi, & abſoluti Principis.

23 Ius fœdera, & ligas ineundi eſt euidens ſignũ libertatis Principatus, multæque Ciuitates Germaniæ ex hoc priuilegio euaſerunt liberæ.

24 Monetas cudendi facultas eſt de Regalibus maioribus.

25 Facultas legitimandi ſpurios, & creandi Notarios præſefert maximum merum Imperium.

26 Regalibus aliquibus conceſſis, quoties additur clauſula generalis, ac omnia, & ſingula alia, etiã præmiſſis maiora faciendi, veniunt omnia alia Regalia, etiam maiora, multòque magis minora, vel ſaltem æqualia.

Idque etiam procedit in ſpecie conceſſionis ſalinarum.

27 In aliquorũ ſententia Ius ſalinarũ eſt ſimplicis Iuriſdictionis; aliĳ aſſerunt eſſe de Regalibus.

28 Qualecumque ſit non eſt de Regalibus maioribus, ſed minoribus, & continetur ſub conceſſione Regalium ſimplicium; quoties à Principe non eſt reſeruatum.

29 Ius ſalinarum eſt leuiſſimum reſpectu aliorum Regalium.

30 Ius iſtud de conſuetudine eſt apud omnes ferè Dominos Terrarum.

31 Subditis nullum infertur præiudicium, ſi magis à Salinario per Dominum eligendo, quàm ab aliĳs ſal emere cogantur; præcipuè quando pretiĳ adeſt æqualitas.

32 Vniuerſitas quælibet poteſt decernere, vt ſal ematur ab eius Salinario, ſi ex huiuſmodi ordinatione priuatis nullum, vel modici momenti præiudicium inferatur.

33 Expenditur egregia ratio per Barboſam adducta.

34 Regalia maiora ſunt affixa oſſibus Principis in ſignum ſupremæ poteſtatis, adeò ut ab eius perſona diuelli non valeant.

35 Regalia contenta in cap. vnic. quæ ſint Regal. non computantur inter Regalia maiora reſeruata ſupremo Principi, & veniunt in generali conceſſione, & contraria procedunt in Regalibus Maioribus.

36 Agitur de differentia, quando in materia Regalium agitur inter Principem, & Vaſſallos, & inter feudatarium, & Vaſſallos.

37 Vtilius eſt Domino directo, quòd firmetur Ius exigendi vectigal ſalis in ſubditis.

38 Feudo deuoluto ad Dominum directum, an Ius vectigalis ſalis introductum cum feudatario finiatur.

39 Obſeruantia, etiam modici temporis optimè declarat; an Regalia fuerint conceſſa in Inueſtitura; cumque ſit interpetratiua, non diſpoſitiua, ſufficit etiam vnicus actus.

40 Vectigal impoſitum de conſenſu ſubditorum ſuper Iure priuatiuo vendendi ſal, redditur validum; etiam ſi alioquin conceſſio poſſit dici dubia.

41 Manutentio datur etiam in Iure exigendi Gabellas.

42 Præcipuè, quando non petitur contra Principem; ſed contra vaſſallos.

43 Idque, etiam ſi non doceatur de Titulo; quoties non eſt quæſtio de Regalibus cum Principe.

44 Regalia contra Principem à ſubditis præſcribi non valent; niſi tempore immemorabili.

45 Sed quando non agitur contra Principem, ſed contra priuatum, ſufficit præſcriptio 30. vel 40. annorum.

C A P V T LXIX.

DISCEPTATVR in præſenti pro veritate; an, ſcilicèt, ſub Inueſtituris Caſtrorum, de quibus agitur; cenſeatur comprehenſum fauore Inueſtiti ius cogendi Vaſſallos ad emendum priuatiuè Sal à certo Salinario ab eodem Barone deputando; cumque huiuſmodi materia ſit valdè inuoluta, proptereà operæ pretium me facturum exiſtimaui, ſi nonnulla pro faciliori, rectaque reſolutione, tamquàm euidentialia, & baſes dicendorum, præmittantur; inter quæ ad rem, de qua eſt ſermo, ea potiſſimùm ſunt animaduerſio-

ſione digna, quòd tria iura inter ſe prorſus diſtincta in hac Salinarum materia ſint conſideranda.

1 Primùm, nempè, ius Salinarum in locis publicis, vel fiſcalibus exiſtentium, quod abſque ulla prorſus cõtrouerſia eſt de Regalibus Principis, & de hoc iure expreſsè loquitur *text. in cap. vnic. quæ ſint, Regal. in vſib. feud. verſ. Salinarum*, ibique, præ cæteris, *Iſer. Aluarot. Afflict.* & alij, *gloſ. in Auth. de Sanctiſs. Epiſc. §. 1.* verbo *cauſis collat. 9. Barboſ. in l. diuortio, § ſi vir, num 30. ff. ſolut. matrim. Luc. de Penn. in l. 1. Cod de metall. lib. 11. Soccin. Ian. conſ. 80. num. 40. lib. 3. Cuman. conſil. 162. num 4. Dec. conſ. 163. poſt princip. Caſtr. conſ. 63. ad fin. lib. 1. Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 25. num 18 & 23 Gregor. Lopez in l. 1. gloſ. 7. tit 5. part. 1. Perez in l. 2. tit. 23. lib. 2. ordinam Montan. de regal.* uerbo *Piſcationum redditus, & Salinarum, nu. 2. & 3. fol. 293. in fin. Boccer. eod. tract.* uerbo *Salinæ, cap. 3. num. 175. Niell. diſp feud. 11. Theſ. 6. lit. C. Sueaus exer. feud. 5. aſſert. 8. Io. Franc. de Pont. de poteſt. Proreg. tit. 4. de Regal impoſit. §. 8. num. 36 Larrea allegat fiſc. 77. num. 7. Solarzan. de Indiar gubern. 2. tom lib. 5. cap. vnic. num. 19. et 34. Cuiac lib. 3. obſeruat. cap. 31. in princip.* ubi teſtatur, quòd in Gallia omnes Salinæ ſint propriæ Regis, idemque tradit *Carol de Graſſal. de Regal. Franc. lib. 1. inſtit. 20 Ageta Viſion. feud. Rubr. 4. Viſion. 5. lit. A. verſ. quemadmodùm inter fiſci Regalia, fol. 274. Gothofr. Anton. diſp. feud. 8. liter. G. Arumæ. diſp feud. 4 Theſ. 20. verſ Salinarum, Arnol. de Reyger. diſp. feud. Theſ. 31. Franc. Marc. dec. 38. num. 5.*

2 Secundum ius eſt Salinarum, quæ in prædijs, uel locis priuatis exiſtunt, quæ reſpectu proprietatis ſunt eorum, quorum ſunt prædia; prout ſunt iura ſatis aperta in *leg. forma 4. § Salinæ, ff. de cenſib.* dum ibidem agens Iuriſconſultus de forma cenſus à priuatis præſtandi pro bonis, quæ poſſident, dicit, in cenſum deferendas eſſe Salinas in prædijs exiſtentes, ibi: *Salinæ, ſi quæ ſunt in prædijs; æquè, & ipſæ in cenſum deferendæ ſunt*, ergo priuatæ perſonæ ſunt capaces Salinarum, dum pro illis ad cenſum, ſicut, & cætera eorum bona, adſtringuntur; ad idem *text. in l. magis putò 5. in princip. verſ ſed, & ſi Salinas, ff. de reb. eorum, qui ſub tutel.* dum ibi ſit mentio de minore poſſidente Salinas, num in illorum uenditione requiratur Iudicis decretum, ibi: *ſed, & ſi Salinas habeat pupillus, idem erit dicendum, l. generali, §. vxori, uerſ. quæſitum*, ibi: *vſumfructum fundorum, & Salinarum, & verſ. idem quæſiit*, ibi: *in Salinis quarũ vſusfructus legatus eſſet, ff. de vſu, & vſufruct. legat.* Barboſ. *in l. diuortio, § ſi vir, nu. 27. in fin. verſ. iuxtà hæc, ff ſolut. matrim. Rebuff. in l. inter publica*, verbo *Salinarum, verſ. quædem autem, ff de verb. ſignific. Ruin. conſ. 90. num. 14. verſ. nam argenti Fodinæ, & Salinæ, lib. 1. Altograd. conſ. 4. num. 92. lib. 2.* & latiùs *in appendic. ad conſil. 70. ſub num. 34. in fin. verſ. at quamuis inter Regalia, lib. 1. Gaſp. Kloch. de Aerar. lib. 2. cap. 9. num. 18. verſ. non tamen Salinæ. Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 25. num. 8. & ſeqq. Larrea d. allegat. fiſc. 77. num. 7. Afflict in cap. 1.* verbo *& Salinarum, num. 1. quæ ſint* Regalia, *Montan. de* Regal. verbo *Piſcationum redditus, & Salinarum, nu. 2. fol. 293. Card. de Luca de Regal. diſc. 105. num. 14. Roſent. de feud. cap. 5. concluſ. 89. num. 2. Aget. Viſion. feudal. Rubr. 4. Viſ. 5. lit. A. verſ. quemadmodùm, fol. 274. Cabed. deciſ. 53. num. 1. & deciſ. 82. num. 2. lib. 2.*

3 Reſpectu verò certæ præſtationis, quæ fiſco pro illis ſoluitur, dicuntur de Regalibus; iſtaque præſtatio in veteribus legibus Vectigal appellatur, *l. inter publica, § vltim. ff. de verbor. ſignific.* dum, ibi inter publica numeratur Vectigal Salinarum, non ipſæ Salinæ, & iſtud nuncupatur à Pontifice ius Salinarum in *cap. ſuper quibuſdam, § prætereà*, ibique *gloſ.* verbo *Pedagia extrà eodem titulo* & benè diſtinguendo firmant, *Barboſ. in d. l. diuortio, § ſi vir, num. 28. & 29. ff. ſolut. matrim. Soccin. conſ. 156. lib. 2. Bero. conſ. 143 n. 1. & ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 507. nu 7. Caſtr. conſ. 63. num. 3. in fin. verſ. non ergo obſtare, lib. 1. Soccin. Iun. conſ. 80. num. 40. & ſeqq. lib. 3. Alciat. conſ. 45. num. 5. lib 9. Menoch. conſil. 302. num. 31. verſ. decimonono, Solorzan. de Indiar. gubern. tom. 2. lib. 5. cap. vnic. num. 19. & 34. Maxim. Faust. in conſ. pro Aerar. claſſ. 6. ordin. 561. in princip. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. n. 305. et 315. Carpzou. Iuris. prudẽt. Forenſ. p. 2. conſtit. 53. defin. 2. num. 2. Ioan. Franc. de Ponte de poteſt. Proreg. tit. 4 de Regal. impoſit. § 8. nu. 36. Montan. de Regal.* vbi ſupra *num. 2. verſ. & iuxtà hanc expoſitionẽ, Capyc. in Inueſt. feudal.* verbo *Salinis, Maximil. de Aerar. claſ. 6. ordinat. 561. fol. 236. Kloch. eodem tract. lib. 2. cap. 6. num 17. Niell. diſp. feudal. 11. Theſ. 6. lit. C. Aget. Viſion. feudal. Rubr. 4. Viſion. 5. lit. A. verſ quemadmodùm, fol. 274. Card. de Luca de Regal. d. diſc. 105. num. 15.* vbi, quòd Principes optimum
4 Vectigal exindè capere volentes, introduxerunt ius priuatiuum, quod hodie computatur inter Regalia in *d. cap. 1. quæ ſint, Regal. verſ. Salinarum*, ſub quo verbo verè, & propriè non veniunt Salinæ materiales, quia iſtæ etiam priuatorum eſſe poſſunt, ex iuribus proximè allegatis; ſed, vel ius exigendi Decimam á priuatis Dominis Salinarum, vel veriùs ius priuatiuum uendendi populis pro pretio benè uiſo, in cuius pretij alteratione neceſſitateque ſoluendi propriè conſtituitur Vectigal Principis, qui

propte-

Digitized by Google

propterea emere ſolet à priuatis Salinarum Dominiis ipſam materiam Salis, pro uili pretio poſteà longè maiori uenditurus, *Franc. Marc. deciſ. Delfin. 39. num. 1. & ſequ. part. 2. Cabed. deciſ. Luſit. 53. part. 2.*

5 Et antiquiſſimo etiam tempore Salinæ omnes ſpectabant ad Reges, pariterque pretia Salis, prout habetur ex ſacra Scriptura *lib. 1. Maccab. cap. 10.* dum Rex Demetrius remiſit genti Iudæorum pretia Salis, ibi: *Et nunc abſoluo vos, & omnes Iudæos à tributis, & pretia Salis indulgeo, & cap. 11. verſ. 35.* ibi: *& alia, quæ ad nos pertinebant decimarum, & tributorum ex hoc tempore remittimus, & areas Salinarum, & coronas, quæ nobis deferebantur omnia ipſis concedimus, Montan. de Regal.* ubi ſupra *n. 2 fol. 294. Salazar. de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 5. cap. vnic. Larrea allegat. 77. n. 7. & allegat. 60. n. 15. de Ponte de poteſt. Proreg. de Regal. impoſit. tit. 4. §. 8. n. 36. verſ. imò dico, Maſſimil. Fauſt. in cõſ. pro Aerar. claſſ. 6. ordinat. 561. in princip. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 10. num. 305. & 315. Carpzon. Iuriſprudent. Forenſ. part. 2. conſt. 53. definit. 2. num. 2.*

6 Prout Salinas propè Oſtia Tiberina inſtituit Ancus Martius Tertius Romanorũ Rex, ut Salis Congiarium Populo daret, hoc eſt munus de eo faceret; poſt longum uerò tẽporis interuallum, expulſis Regibus, M. Liuius Cenſor, cui exinde *Salinatoris* nomen

7 fuit tributum, introduxit Salis Vectigal conſiſtens in dicto Iure priuatiuo uendendi alterato pretio, prout ex Liuio, & alijs aduertit eruditiſſimus *Borrell. de præſtant. Reg. Cathol. cap. 25. num. 1.*

8 Et Neapoli Regem Ferdinandum Catholicum, cum Regni poſſeſſionem hoſtibus debellatis, & expulſis, adeptus eſſet, in auſpicijs regnandi tributum, quòd dicebatur Tumbari Salis, ad populi leuamen pro qualibet familia ad ducatum mutuaſſe tradit, *Zurita lib. 15. Annal. cap. 17.* quem ex noſtris refert *Larrea d. allegat. 77. numer 6. propè fin.*

9 quòdque in Regno, cum Rex eſſet obligatus ex conuentione inita cum Alphonſo Primo Aragoneo dare ſingulis focularibus modium, ſeu tumulum Salis, recepta certa pecunia à focularibus, deindè Regnum donauit Regi hanc præſtationem Salis; imò conceſſit, quòd poſſit priuatiuè vendere Sal carolenis decem, prout teſtatur *Montan. de Regal.* vbi ſupra *num. 3. fol. 295.*

10 Tertium eſt ius emendi, & vendendi Sal priuatiuè, quò ad alios, quod nonnulli Interpretes Monopolium Salis appellant, *Alciat. in d. l. inter publica 17. num. 9. ff. de verbor. ſignific.* vbi, quòd in Salinis ea ſit Vectigalis natura, vt ſoli Mancipes, idest, qui à fiſco Ius emerunt, Sal vendant, *& conſ. 18. num. 23. lib. 8.* aſſerens, quòd uendi facere Sal hoc modo ſit Monopolium Principis à lege permiſſum, *Barboſ. in d. l. ſi vir, num. 29. verſ. ſed non recedendo, ff. ſolut. matrim. Facchin. conſ. 6. num. 7. lib. 1. Kloch. de Aerar. d. cap. 9. num. 10. & ſeqq. lib. 2. Maximil. eodem tract. claſs. 10. ordinat. 774. Borrell. de præſtãt. Reg. Cathol. d. cap. 25. num. 10. Auendan. de exequend. mandat. part. 1. cap. 19. nu. 35. verſ. & apud nos, Vizzan. de mandat. Princip. leg. 3. cap. 4. §. 1. num. 33. & ſeqq.*

11 Iſtud autem ius antiquiſſimum eſt, & de eo meminit *Ariſtot. lib. 1. Politic. cap. 11.* his uerbis: *Quare, & nonnullæ Ciuitates hanc ſibi viam ad pecuniam parandam, cum eius indigent, muniunt; aſſequuntur enim, vt ſingularum rerum venalium, facultatem ſolæ habeant,* & de Iure communi competebat, antequám Federicus ederet titulum, *quæ ſint Regalia*; iſtud namque ius exercebant Ro-

12 mani mediante perſona *Mancipum*, qui Soli Sal vendere poterant, prout habetur in *l. ſi quis, Cod. de Vectig. & commiſs.* & aduertunt *Alciat. Maximil. Kloch.* cæterique ſuperiùs laudati.

13 Quartò tandem eſt præmittendum, quòd ex generali conſuetudine omnium ferè Principatuum ad ſolum Principem Salinæ, etiam in priuatis locis exiſtentes pertinent, ſaltem reſpectu Vectigalis ab eis priuatiuè exigendi, neque poſsint eas poſsidere vaſſalli, niſi ex conceſsione Principis, & priuilegio, uel immemorabili conſuetudine, quæ uim illius habeat, ut in ſpecie eſt *text. in cap. ſuper quibuſdam 20. §. præterea de verbor. ſignific.* ibi: *Salinaria, quæ non apparent Imperatorum, vel Regum, vel Lateranenſis Concilij largitione conceſſa, vel ex antiqua conſuetudine à tempore, cuius non extat memoria, introducta, Larrea d. allegat. 77. n. 8.*

14 Idque in omnibus Regalibus generale eſſe tradit *Lucas de Penna in l. quicumque, num. 2. Cod. de fund. Limitroph. lib. 11. Sixtin. de regal. lib. 1. cap. 5. num. 1. Montan. eodem tract.* verbo *Poteſtas conſtituendi Magiſtratum, num. 23. Balzaran. ad tit. quæ ſint Regal. in princip. num. 18. Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 78. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 14. num. 3. Roſa conſult. 12. num. 23. Larrea allegat fiſc. 77. num. 9. Capyc. deciſ. 77. nu. 12. Cabed. dec. 41. num. 3. part. 2.* & Nos alibi latiùs firmauimus.

His igitur præmiſsis, quæ in Iure videntur abſolutiſsima, occurrit diſceptandũ, an ſub forma Inueſtiturarum, de quibus agitur, poſsit dici cõprehenſum fauore Inueſtiti ius priuatiuum cogendi Vaſſallos ad emendum ſal à Sa'inario per Baronem inueſtitum eligendo; adeòut idem Baro in ſua poſſeſſione ſit manutenendus; Idque cum duplici ſuppoſito;

poſito ; Altero, quòd in loco non adſint Salinæ, quæ ad Principem Supremum inueſtiẽtem pettinere potuerint ; Altero verò, quód non ſit quæſtio cum Camera eiuſdem Principis, quæ nullatenus contendit, hoc Ius priuatiuum Regaliæ ad ipſam ſpectare; ſed potiùs cum Vaſſallis eiuſdem Baronis, & pro affirmatiua ſententia puto reſpondendum ex pluribus.

Primò, ponderata prima Inueſtitura, quæ eſt ampliſſima in illis verbis, ibi: *Cum omnibus, & ſingulis Vaſſallis, Rocchis, Fortalitijs, mero, & mixto Imperio, ac omnimoda Iuriſdictione, ac iuribus, & pertinentijs ſuis ſpectantibus, & pertinentibus, & cum facultate faciendi ligas, & confęderationes cum quacumque perſona, ſeu Vniuerſitate, cuiuſcumque conditionis, gradus, & dignitatis, cũ pactis, conditionibus, & temporibus ſibi benè viſis.* ſub quibus verbis intelligi etiam debet ceſſum Ius Vectigalis ſalis.

15 Tum, ſi inſpiciatur conceſſio meri, mixtique Imperij, & omnimodæ Iuriſdictionis, prout intrepidè in terminis affirmant egregij nominis Viri, *Cuman. conſ.162. num.2. verſ.prætereà in priuilegio exprimitur Imperium, & Iuriſdictio, Natt. conſ.435. num.12. verſ.ac cum mero, & mixto Imperio, & conſ. 661. num.21. & ſeq.* rectèque conferunt deducta per *Maſtrill.de Magiſtrat. lib.1. cap.14. num.14. & 17. Peregrin.de Iur.fiſc. lib.1. tit.2. n.87.* vbi poſt *Bald. Alciat. Iaſ. Rimin. Iun. & Soccin. Iun.* aſſerunt, quòd ſub conceſſione meri, ac mixti Imperij, & omnimodæ Iuriſdictionis veniant omnia Regalia, & præter ab eis allegatos, idem firmant *Bucer.de Regal. cap.4. num.13. Rutinger. contron. Iur.feudal. lib.2. cap.18. Andr.Knicbken. de Iure Territ. cap.1. num.344. Capyc. Latr. conſult.2. nu. 6. & ſeq. lib.1.*

16 Prout etiam ad rem faciunt firmata per *Rimin. Iun. conſ.68. num.20.* vbi, quòd Comites perpetuò inueſtiti cum mero, mixto Imperio, & omnimoda Iuriſdictione, poſſint omnia in eorum Terris, quæ poteſt Imperator in Imperio.

17 Neque prædictis aduerſantur deducta per *Peregrin.* ex aduerſo allegatum, *de Iure fiſc. lib.1. tit.2. ſub num.97. verſ.cætera verò Regalia*, vbi, quòd ſub conceſſione meri, & mixti Imperij non veniant Regalia.

Nã id eſt intelligendũ, vel quando agitur de Regalibus maioribus reſeruàtis in ſignũ ſupremæ poteſtatis; non autẽ de minoribus, qualia ſunt ex infra firmandis, Iura ſalinarum; prout ſe explicat ibidem *Peregrin.* & optimè aduertit poſt *Afflict. Loffred. Belling.* & alios diſtinguendo, *Franch. dec.275. n.5. et 7. in fin. verſ.nec obſtare, Bilott. concluſ.feud. 58. num.1. et duob. ſeqq.* Vel de conceſſione meri, & mixti Imperij minimi, iuxta diſtinctionem *Bart. in l.Imperium, num.8. ff.de Iuriſd.omn. Iudic.* non autem maximi, quale eſt ius cudendi monetas, creandi Notarios, legitimandi ſpurios, & fœdera ineundi, quæ ſunt de Regalibus Maioribus, *Luc.de Penna in l.1. C.de priuileg. ſcholar. lib.12. Natt. conſ. 661. num.13. Roſental. de feud. cap.5. concluſ. 2. num.4. et concluſ.3. num.2. Vrſill. ad Afflict. dec.122. num.7.*

18 Tum etiam, ſi attendere velimus illa alia verba, *cum omnibus Iuribus, et pertinentijs ſpectantibus, et pertinentibus*, quæ, etiam includere Ius priuatiuum Vectigalis ſalis, in ſpecie tradunt, *Natta d.conſ.435. num.12. verſ.ſupradictæ omnes rationes, Cephal. conſ. 539. num.43.* & generaliter comprehendere Regalia, quæ per conceſſionarium poſſideri valeant, optimè firmant *Afflict. in cap.1. verbo Argentariæ de Cap. qui Cur. vendid. Cephal. conſ.150. num.7. Buccer. de Regal. cap.4. numer.8. Andr. Knicken in commentar. de Saxon. non pronoe. Iur. cap.5. numer.31. Bammacar. in Commentar. ad titul. ſi de feud. defunct. content. quæſt.15. in cap. in generali, n.158. Capyc. Latr. d. conſult.2. n.4 et ſeq. lib.1.* vbi in ſpecie rectè aduertit, quòd concluſio fortiùs procedat, quando adſunt, prout in præſenti illa verba, *ſpectantibus, et pertinentibus*; quidquid in contrarium dixerit aberrans á communi, *Sixtin. de Regal. lib. 1. cap.5. num.76. et ſeqq et num.93.*

Quinimò regulare eſt, quòd, quoties in Inueſtitura conceduntur omnia Iura vniuer-
19 ſaliter, & indefinitè, & abſque vlla prorsùs limitatione, comprehendantur omnia Regalia; præcipuè minora, prout tradunt, omiſſis pluribus alijs, qui poſſent allegari, *Caſtr. conſ.63. lib.1. Cuman. conſ.162. Soccin. Iun. conſ.180. num.40. lib.3. Cephal. conſ.53. nu.17.* quos ſequitur *Rota dec.27. num.8. poſt 2. vol. conſil. Farinac. Roman. conſ.271. num.1. et ſeq. Borrell. de præſtant Reg Cathol. cap.25 nu.38. verſ.ſi verò conceſſio, Noguerol. alleg.5. n.14.*
20 vbi, quòd Regalium conceſſio probari poſſit ex coniecturis.

21 Tum demum, ſtante poteſtate faciendi ligas, & confęderationes cum quacumque perſona, quòd eſſe de ſupremis, & maioribus Regalibus, ſolique Supremo Principi competere; cum etiam Ius belli, & pacis includant, tradunt *Sixtin. de Regal. lib.1. cap. 1. num.29 Varemond. de fæder. part.1. cap.2. num.28. Mager. de Aduoc. armat. cap.7. num. 187. Varner. de Guber. Caſtr. diſc.15. num.41. Ripoll. de Regal. cap.28. num.44.* adeóque po-
22 tens eſt conceſſio iſtius Regaliæ, vt is, cui fuit conceſſa, dicatur acquiſiuiſſe Iura liberi; abſolutique Principis, vt poſt *Varner.* loco proximè laudato, tradit *Mager. de Aduoc. armat. cap.10. num.482. verſ.quemadmodùm fæderum pactiones, et num.483. et ſeq.*

aſſe-

23 aſſerens, quòd Ius fœdera, & ligas ineundi,
ſit euidẽs ſignum libertatis Principatus, im-
pius, omnique æuo execrandus, *Arum. de*
Iur. public. vol. 1. diſc. 28. num. 30. fol. 238. à
tergo, inferens, multas Germaniæ Ciuita-
tes ex hoc priuilegio fuiſſe liberas effectas.
Prædictis omnibus accedat, quòd in ſub-
ſequentibus Inueſtituris, in quibus primæ
24 confirmantur, poſt conceſſum Ius cudendi
monetas, quod indubitanter eſt de Regali-
bus maioribus, cum non niſi ad ſolum Prin-
cipem ſpectet, ad *tex. in cap. 1. quæ ſint Regal.*
vbi *Iſern. Bald. Aluarot. Afflict.* & alij, *Capyc.*
in Inueſt. feud. verſ. feudorum Regalia, verbo
monetæ, Montan. *de Regal. verſ. monetæ, nu. 2.*
Card. de Luca de Regal. diſc. 127. num. 8. ac
etiam poſt impartitam facultatem legiti-
mandi ſpurios ex quocumque illicito coitu,
etiam quò ad Iura ſpiritnalia, & creandi
Notarios, quæ pertinent ad maximum me-
rum Imperium, quin imò ſunt de Regalibus
maioribus, prout de facultate legitimandi,
Aget. Viſion. feudal. Rubr. 4. viſ. 5. lit. K. fol.
216. Capyc. Latr. dec. 166. num. 1. lib. 2. addu-
25 ntur ea verba; *Ac etiam omnia, et ſingu-*
la alia per alios Marchiones in eorum Mar-
chionatibus fieri ſolita, etiam præmiſſis maiora
faciendi, et exequendi, quibus ſtantibus uin-
dicat ſibi locum recepta iuris propoſitio,
26 quòd, quando poſt expreſſionem aliquorum
Regalium additur huiuſmodi generalis
clauſula, ueniant omnia alia Regalia, etiam
maiora, multòque magis minora, uel ſaltem
æqualia; prout in ſpecie conceſſionis Iuris
Salinarum ratiocinantur *Cephal. dict. conſ.*
539. num. 41. verſ. longè magis, Cuman. dict.
conſ. 162. n. 2. verſ. et ut omnis abſit dubitatio,
Natt. d. conſ. 661. num. 17. verſ. et tantò magis,
& generaliter, quòd ueniant omnia alia Re-
galia, præcipuè minora, tradunt *Afflict. ſu-*
per feud. tit. de regal. uerbo *Regalia in fin. Soc-*
cin. Iun. conſ. 180. num. 4. lib. 3. Caſtr. conſ. 63. n.
3. verſ ſexto, et ultimò, lib. 1. Menoch. conſil.
901. num. 52. verſ. tertiò ſuffragatur, et nu. 53.
Laderch. conſ. 71. num. 1. et ſeqq. Sixtin. de Re-
gal. lib. 1. cap. 5. num. 104 et ſeq. Roſental. de
feud. cap. 5. concluſ. 14. num. 4. Buccer. de Re-
gal. cap. 4. num. 10. Ruting. controu. Iur. feud.
lib. 2. cap. 18. num. 6. Andr. Knicken de Iur. Ter-
rit. cap. 1. num. 344 Capyc. Latr. conſult. 2. n. 8.
et ſeq. lib. 1.
27 Præcipuè, quia, licet in aliquorum ſenten-
tia iſtud Ius ſalinarum ſit de Regalibus, ex
ſupra firmatis; alij autem affirment, eſſe
ſimplicis Iuriſdictionis, inter quos *Cuman.*
d. conſ. 162. num. 2. Natt. conſ. 661. nu. 21. Caſtr.
conſ. 63. num. 3. verſ. quintum etiam patet,
lib. 1.
28 Nihilominus qualecumque ſit, omnes ſen-
tiunt, non eſſe de Regalibus maioribus; ſed
minoribus, & contineri in conceſſione Re-
galium ſimplicium, dum à Principe Supremo
non fuit ſibi reſernatum; prout firmant *Cu-*
man. Natt. Caſtr. & alij in locis ſupra lauda-
29 tis; Quinimò iſtud Ius ſalinarum leuiſſimum
nuncupatur reſpectu aliorum Regalium à
Cephal. d. conſ. 539. num. 41. verſ. longè magis
eis competit, & ob hanc rationem Ius iſtud
30 de conſuetudine eſſe apud omnes ferè Do-
minos Terrarum, poſt alios affirmat *Franc.*
Marc. dec. 39. num. 5. par. 2.
Iſtaque ſententia in themate, de quo agi-
mus, maximam præſeferre uidetur æquita-
31 tem; nullum enim ſubditis infertur præiu-
dicium, ſi magis à Salinario per Dominum
eligendo, quàm ab alijs ſal emere compel-
lantur; præcipuè, quando prout in præſenti
facti ſpecie, pretij adeſt ęqualitas; tunc enim
non ſolùm non uidetur iniquum, ſed hone-
ſtum, quòd magis à Domino, quàm ab alijs
ſubditi emant; prout rectè expendit *Berta-*
zol. conſ. crimin. 281. num. 19. verſ. illud etiam
non omittam.
32 Et ob hane ſolam rationem quamlibet
Vniuerſitatem poſſe decernere, ut ſal ema-
tur ab eius Salinario, ſi ex huiuſmodi ordi-
natione priuatis nullum, uel modici momẽ-
ti inferatur præiudicium, tradunt *Carpzou.*
lib. 1. Reſponſ. Elector. tit. 5. reſponſ. 42. nu. 11.
quem ſequitur *Gaſp. Kloch. de Ærar. lib. 2.*
cap. 9. num. 15. Maximil. eod. tract. claſſ. 10. or-
din. 774. verſ. quod in primis obtinet, affirmãs,
33 id eſſe hodie uſitatum apud omnes Princi-
pes Italiæ, egregiamque rationem ponderat
Barboſ. in d. l. diuortio, §. ſi vir, ſub num. 30. ff.
ſolut. matrim. quòd, licet ſubditis Iure natu-
rali, & ciuili inſpecto, ſit liberum emere, &
uendere; nihilominus Princeps debeat om-
nibus alijs præferri, ſubdens, hoc non eſſe
alienum à Reipubliceę commodo, cum ratio-
ne huius priuatiui prouentus ſalis Populi
multò paucioribus grauentur tributis, eam-
denique rationem expendit *Bernard. Gomez*
in tract. de ſale lib. 2 fol. 73. lit. B.
Prędicta uerò omnia nullam uidentur re-
cipere controuerſiam, in re, de qua agimus,
34 triplici potiſsimùm fundamento. Primò,
quia non eſt quæſtio de illis Regalibus ma-
ioribus, quæ ſunt affixa, ut aiunt feudiſtæ,
oſsibus Principis in ſignum ſupremæ pote-
ſtatis, adeò ut ab eius perſona, & Corona
diuelli non poſſint, & facilè concedi non
ſoleant, de quibus *Biloſt. concluſ. feudal. 58.*
num. 1. & duob. ſeqq. & explicat *Peregrin. de*
Iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. nu 100. *verſ. difficultas eſt*,
prout tale non eſſe ius priuatiuum uenden-
di Sal ſatis exploratum eſt, ut comprobat
idem *Peregrin. de Iur. fiſc. d. lib. 1. tit. 2. num.*
100. ubi, quòd Regalia contenta in *cap. v-*
35 *nic. in tit. quæ ſint Regal.* prout continentur
Salinæ, non ſunt de Regalibus Maioribus re-
ſeruatis Principi, & ueniunt in generali
con-

conceſsione, Montan. in tract. de Regal. in
princip. num. 5. in fin. & num. 6. vſque ad 11.
Biloct. d. concluſ. legal. 58. num 4.
Quidquid fortaſsè poſſet dubitari de Re-
galibus Maioribus, in quibus terminis intel-
ligendi de Marinis in obſer. ad Reuerter. dec.
344. Ronit. deciſ. 6. num. 6. Franch. deciſ. 275.
num. 5. & 8. affirmantes, quòd in generali
conceſsione non ueniant.
36 Secundò, quia in præſentia non diſcepta-
tur inter Dominum directum, & feudata-
rium, neque inter feudatarium, & Vaſſal-
los ſuper Iure noua onera imponendi; ſed
potiùs, an idem feudatarius vigore Inue-
ſtituræ poſſit gaudere Regalibus minoribus
Salis, vt benè in terminis Salis aduertunt
Cuman. d. conſ. 162. in fin. lib. 1. Cephal. dict.
conſ. 539. num. 47. in hoc enim caſu feudata-
rius gaudet his Regalibus, tamquám Prin-
cipem repræſentans, Cephal. conſ. 150. nu. 19.
verſ. non obſtat igitur.
Ideòque, vel aſſerendum, hæc pertinere
ad feudatarium, vel, quòd attentis Inueſti-
turis, fuerit elargita omnimoda exemptio
Vaſſallis, de qua nullibi prorſus conſtat,
quia Princeps Supremus directus per ſe ip-
ſum numquàm diſtribuit Salia in his locis,
neque ſine magno incommodo poſſet diſtri-
buere; atque adeò, cum res non agatur cū
Domino directo Inueſtiente, cui nullum
omninó infertur præiudicium, non quidem
ratione propriæ vtilitatis, & commodi,
cum ab eodem Domino directo non exiga-
tur hoc Vectigal Salis, neque exigi valeat,
dum, ibi Salinas non habet, neque per eiuſ-
modi exactionem deterius reddatur, ſed
potiùs melioretur feudum, in quo vtilius eſt
37 Domino directo, quòd firmetur ius iſtud
exigendi Vectigal Salis à ſubditis; prout in
noſtris terminis, optimè arguit Signorol. de
Homod. conſ. 108. num. 12. et ſeq. Menoch. conſ.
901. num. 45. ideòque in dubio reſponden-
dum pro exactione dicti Vectigalis.
Quinimò, etiā ſi feudum ex illo deteriore-
tur, præiudicium non ſit conſiderabile, cum
38 feudo finito, & ad Dominum reuertente,
extinguatur; prout optimè aduertunt Si-
gnorol. vbi ſupra, Menoch. d. conſ. 901. nu. 53.
& ſeq. Cephal. d. conſ. 539. num 42. & 48.
Tertiò demum prædicta omnia mirificè
remanent comprobata ex ſubſequuta ob-
ſeruantia; ſemper enim hoc ius priuatiuum
vendendi Sal fuit penès feudatarios; obſer-
uantia namq; etiam modici temporis opti-
39 mè declarat, an Regalia fuerint conceſſa
in Inueſtitura, cumque hæc non ſit obſer-
uantia diſpoſitiua allegata ad præſcriben-
dum; ſed potiùs interpretatiua, ſufficit etiā
vnicus actus, & aliquando, ita fuiſſe ſerua-
tum, prout omiſſis generalibus, de quibus
Bart. in l. de quibus, Cod. de legib. Rimin. Iun.
conſ. 257. num. 107. Morot. conſ. 29. numer. 26.
Bertazol. conſ. 33. num. 19. & conſ. 97. nu. 25.
ubi poſt Dec conſ. 156. col. vlt. inquit, quòd
obſeruātia eſt fida priuilegij interpres, & nō
requiratur, quòd talis conſuetudo interpre-
tatiua ſit præſcripta, Crauett. conſ. 101. ſub
num. 4. & conſ. 201. n. 12. Menoch. conſ. 1144.
num. 85. Decian conſ. 323. num. 41. lib. 3. Becc.
conſ. 101. num. 49. Honded. conſ. 60. num 11.
lib. 2. in præciſis terminis Cuman. dict. conſ.
162. num. 3. verſ. præterea, Cepoll. conſ. 34.
num. 23. Bald. conſ. 443. lib. 1. Menoch. conſil.
901. num. 14. Crauett. conſ. 283. num. 3.
lib. 6. Natt. conſ. 460. num. 12. Altograd. conſil.
7. num. 48. lib. 2. optimè pluribus allegatis,
Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 1. tit. 2. num. 99. aſſe-
rens, non oportere, quòd talis obſeruantia
ſit diuturna, & præſcripta, & in fine ſubdit,
quòd ſufficiat, etiam unicus actus, Sixtin. de
regal. lib. 1. cap. 5. num. 109. alijſque conge-
ſtis, Capyc. latr. conſult. 2. num. 15. & ſequent.
lib. 1.
40 Præcipuè, quia prædictum Vectigal ſuper
Iure priuatiuo vendendi Sal multoties fuit
impoſitum vnanimi Populorum conſenſu,
qui illud reddit validum, etiam ſi alioquin
conceſſio poſſet dici dubia, Ramon. conſ. 87.
num. 21. 27. & 28. Vuſsembec. conſ. 45. nu. 21.
verſ. nam, quando, Sixtin. de Regal. lib. 2. cap.
13. num. 69. verſ. item ſi aliter pactis conuen-
tum, & cap. 14 num. 22. Berlieb. concluſ. legal.
part. 2. concluſ. 64 num. 5 Boer dec. 212. nu. 7.
verſ. & magis, quando ex pacto, Koppen. dec.
German. 32. nu. 8. in fin.
His igitur firmatis, eſt concedenda ma-
41 nutentio feudatario, dum conſtat de eius
poſſeſſione, cum manutentio detur, etiam
in Iure exigendi Gabellas. Aretin. in §. reti-
nendæ ſub num. 2. verſ. quartò competit inſtit.
de interdic Signorol. conſ. 108. num. 8 & 14. in
fin. Alex. conſ. 124 num. 3. lib 4. Ruin. conſil.
53. num. 3 lib. 4 Vuſſembec. conſ. 27. ſub num.
20. Kloch. conſ. 30. num. 160. & trib. ſeqq lib. 1
Marcheſan. de commiſſ. part. 1. de commiſſ. ap-
pellat. in poſſ. § 1. fol. 934. num. 111. Ruginell.
de appellat. §. 2. cap 3. num. 692. & 693. Tho-
maſ. de collect. cap. 8. num. 10. Roſent. de feud.
cap. 5. concluſ. 82. num. 5. Franc Marc. quæſt.
447. Poſth. de manut. obſer. 10. num. 75. Boer.
deciſ. 126. n. 1. Add. ad Buratt. dec. 131. lit. A.
Cocein. dec. 354. num. 4.
42 Præſertim, quando, prout in præſentia
non petitur contra Principem, ſed contra
Vaſſallos, Abb. in cap. 1. numer. 4. vt lit. pend.
Contard. in l. vnic. limit. 2. §. 8. num. 28. in fin.
verſ. ſecundum erit, & num. 29. Couar. pract.
cap. 47. num. 6. Menoch. in vlt. remed. retin. nu.
21. & ſeq. Mareſc. var. reſolut. lib. 1. cap. 11.
num. 58. Card Seraphin. deciſ. 1047. num. 10.
benè Buratt. deciſ. 131. num. 5. Rot. diuerſ. dec.
41. nu. 3. part. 2.

Zzz Idque

43 Idque, etiam ſi non doceatur de titulo, cum non agatur de Regalibus, cum Principe, ut in ſpecie poſt Abb. in cap. 1. num.4. vt lit. pend. Achill.deciſ.5. de reſtit. ſpoliat. Card Seraphin.deciſ.970.nn.5.& dec. 1047.num.10. benè Buratt.dec.222.n.9.

44 Prout etiã ad rem dicitur, quòd, licet Regalia contra Principẽ præſcribi non ualeãt; niſi tempore immemorabili, Surd. conſ.234. lib.2. Cephal.conſ.129. Pacian.conſ.20. lib.1. Peregr. de Iure fiſc.lib.6.cap.8. Sixtin.de Regal.lib.1.cap.5.& 6. Balb.de præſcript.2.par. 5.part.princip.quæſt.3.Boſſ.de Regal.num.21. Buecer.eod.tract.cap.vlt.num.2. Montan. de Regal.in princip.num.32.fol.30. Intrigl.de feud.cent.2.art.8.num.153.Andr.Knieken.de Iur.territor.cap.1.n.129.de Curt.in diuer.Iur. feud.§.declarata igitur, n.90.Maſtrill.de Magiſtrat.lib.1.cap.19. Valaſc.conſult.142.Roſa cõſult.12,n.23.Frãc.Marc.q.234.Capyc.latr. conſult.2.n.20.lib.1.Afflict.deciſ.254.Oſaſch. deciſ.69.Surd.deciſ.1.num.10.& probat text. in cap.ſuper quibuſdam, § præterea de verbor. ſignific.

45 Nihilominus, quando non agitur contra Principem, ſed contra priuatum, ſufficiat præſcriptio triginta, uel quadraginta annorum, Felin. in cap. cum nobis de præſcript. And.de Iſern. in cap. ſi quis per triginta ſi de feud.Iur. contron. Bald.conſ.370. num.11. in fin. verſ. in contrarium, & numer. 2. lib.1. ubi, quòd ſit communis, & quòd dicere contrarium, eſſet, uelle mundum reuangare, ut utar uerbis eiuſdem Baldi, Crauett.cõſ. 54.n.8.& de antiq.tempor.4.p.ſect. abſolutis differentiis,n.3.Anchar.conſ.142.n.12.Alex. conſ.16.num.27.lib.5.Aretin. conſ.154. Camill.de Medic.conſ.104.num.23. Cancer. var. reſol.lib.2.cap.2.num.113. Roſental. de feud. cap.5.concluſ.17.Borcholt.eodem tract. in titul.quæ ſint Regalia, numer. 19. Hodiern. ad Surd.dec.1.num.16.Cabed.dec.Luſit.41. n.6. lib.2.

ARGVMENTVM.

Ius cuſtodiendi, quòd menſuræ, & pondera ſint iuſta, ſpectat ad Deputatos in vnaquaque Ciuitate, ceſſante potiſſimùm Principis concurſu, neque ad Priuatos huiuſmodi munus Ponderatoris publici pertinere poteſt; Sed, vel ad eos, quibus Princeps demandauit, vel ad Conſules Ciuitatis; Ad ornatum Iurium in §.eos autem, Authent.de Collator. & in l.Modios 9. Cod.de ſuſceptor. præpoſit.& Arcar.lib.10.

Portus immunis conceſſio importat immunitatem à quibuſcumque Pedagijs, & Gabellis; non autem à mercede Ponderatori publico ſoluenda, quam ſub nomine Vectigalis non comprehendi, oſtenditur.

Exemptio ab oneribus, quamuis ampla, non comprehendit ea, quæ pro mercede ſoluuntur.

SVMMARIVM.

1 Ponderum, menſurarumque iuſtitiam expoſtulat publici commercij neceſſitas, Iure Diuino id demandante.

2 Idque, etiam, tàm Iure Canonico, quàm Ciuili reperitur ſancitum.

3 Ius cuſtodiendi, quòd menſuræ, & pondera ſint iuſta, ſpectat ad Deputatos in vnaquaque Ciuitate, ceſſante Principis concurſu.

4 Menſurarum, ponderumque ordinatio ſpectat ad Principem; ſed poſtquàm menſuræ, & pondera ſunt ab eodem Principe inſtituta, pertinent ad Conſules locorum.

5 Libripendes conſtituere eſt de demanio Regis, & in antiquis Republicis, & in Gallia in praxi deductum.

6 Ius cuſtodiendi pondera ad Iuriſdictionem pertinet.

7 Ad priuatos non ſpectat Ius ponderatoris publici; ſed vel ad eos, quibus Princeps conceſſit, vel ad Ciuitatum Conſules.

8 Præſumptio ſtat pro repreſentantibus Vniuerſitatem circa menſuras, & pondera.

9 Facultas conſtituendi Stateram publicam, & Ponderatorem, cum conſueto emolumento loco mercedis, ad Communitatem pertinet.

10 Salarium ponderatori publico eſt ſoluendum ex mercium ponderatarum valore.

11 Præſcriptione poteſt acquiri Ius ponderum, & menſurarum.

12 Ex Centenaria præſumitur melior titulus de mundo, quòdque omnia requiſita neceſſaria interuenerint.

13 Centenaria habet vim priuilegij iuſtè conceſſi.

14 Centenaria æquipollet immemorabili, dum non conſtat de initio.

15 Immemorabilis ſufficit pro præſcribendis his, quæ ſunt Principi reſeruata.

16 Regalibus in præſcribendis, quoties non agitur contra Principem, ſed contra priuatum, ſufficit præſcriptio 30.vel 40.annorum.

17 Priuilegium portus immunis à Principe conceſſum, intelligi debet ſine tertij præiudicio, & num.ſeq.

18 In reſcriptis, & priuilegijs Principis clauſula, Saluo Iure tertii, ſemper intelligenda.

19 In donatione Caſtri, ſeu Tenutæ non intelligitur conceſſum ius exigendi pedagium competens Communitati.

20 Priuilegia contra concedentem latiſſimam interpetrationem, ſtrictiſſimamque contra tertiũ recipiunt.

21 Conceſſio Portus immunis importat immunitatem à quibuſcumque pedagijs, & gabellis; non

autem

autem poteſt operari, quin res vendendæ ſint mẽſurandæ, & ponderandæ.

22 *Exemptio ab oneribus, quamuis ampla, non comprehendit ea, quæ pro mercede ſoluuntur, cũ ſalarium non ſit onus, ſed merces laboris.*

23 *Vectigal denominari non poteſt id, quod ponderatori publico pro mercede ſoluitur, &* n. 29. *Reprobatur contraria ſententia.*

24 *Priuilegium fauore alicuius conceſſum, eatenus habet locum, quatenus priuilegiatus illo vti velit.*

24 *Ideòque tertius non poteſt de eo opponere.*

26 *Cognitio ſuper ponderibus, & menſuris ſpectat ad Iudices habentes ſaltem mixtum Imperium.*

27 *Communitas poteſt eligere peritum in arte, qui actuale officium menſurandi exerceat.*

28 *Ponderationes ſunt ſuppoſitæ fraudibus, & humano commercio neceſſariæ.*

29 *Salarium ſoluẽdum Menſuratori pro eius mercede non poteſt dici Vectigal; cum detur in compenſationem laboris.*

30 *Expenditur* text. in l. 1. ff. ſi menſ. fals. mod. dixer.

31 *Priuilegia, & exemptiones ex ſubſequuta obſeruantia optime declarantur.*

32 *Improbare quis non poteſt, quod ſemel approbauit.*

33 *Cura & ſolertia circa pondera ſpectat ad Magiſtratus Ciuitatis.*

CAPVT LXX.

CVM in ponderum, menſurarumque adæquatione multæ committi ſoleant fraudes; atque publica vtilitas, quinimò commercij neceſſitas, ponderum, & menſurarum iuſtitiam expoſtulet;
1 adeòut etiam de Iure Diuino id reperiatur demandatum *Deuteronom. cap 25. ibi: Nec erit in domo tua modius maior, & minor, Prouerb. cap. 16. Pondus habebis iuſtum, & verum, Leuitic. cap 19 Modius æqualis, & iuſtus ſit ti-*
2 *bi*, quod etiam de Iure Canonico ſtatutum habemus in *c. 2. de empt. & vendit.* & de Iure ciuili in *l. Modios 9.* C. *de Suſceptor. Præpoſit. & Arcar. lib. 10. & in Auth. de collator. § eos autem, circa fin.*

3 Hinc nouum in Iure non videtur; vt ius cuſtodiendi, quòd menſuræ, & pondera ſint iuſta, ne decipiantur Negotiatores in põderatione, ſpectet ad deputatos in vnaquaque Communitate, ceſſante Principis concurſu; prout ſunt iura in *d. § eos autem, authent. de collator. d. l. modios 9* C. *de ſuſceptor. præpoſit. & Arcar. lib. 10.* vbi reperitur ſancitum, quòd pro ponderum certitudine habenda debeant in publico exponi menſuræ Æneæ, ibi: *Modios æneos, vel lapideos cum ſextarijs, atque ponderibus per manſiones, ſingulaſque Ciuitates iuſſimus collocari, vt vnuſquiſque Tributarius ſub oculis conſtitutis rerum omnium modis ſciant, quid debeat ſuſceptoribus dare*, Flamin. de Rubeis *conſ. 69. n. 61. lib. 2.* ubi eruditè agit de ponderum, menſurarumque inuentione, eodemque *nu. 26.* aſſerit, adſcribi Phidoni Argiuo, vel Palamedi, vel Sydonio temporibus Procæ, *Gregor. Tholoſ. ſyntagm. Iuris Vniuerſ. lib 3. cap. 1. num. 9. & 17. Caſſan. ad* Conſuet. *Burgund.* Ru*bric. 1. num. 97. ſub verſ. Item ius menſurandi, Sola ad* Conſuet *Sabaud. tit. de cenſ. ſolutione in text. omnibus, & ſingulis in gloſ. vnic. primæ part ſub num. 4. fol. 91.* in vltima impreſſione, *Cyriac. controu. 131. num. 2 & ſeq. Maſcard. de probat. concluſ 1046. num. 5. verſ. & Magiſtratus ad quem ſpectat, Borrell. de Magiſtr. edic. lib. 3. cap. 15. n. 12 Anton. de Nigr. ad* Capit. *Regni cap. 65. num. 14. verſ. item poterit cognoſcere, Ramirez ad leg* Reg. *§. 26. num. 68.* vbi, quòd, licet alicubi de conſuetudine ſpectet ad Officialem Principis; tamen de Iure ſpectat ad Vniuerſitatem, idemque tradit *Auendan. in cap. Prætorum, num. 11. lib. 1. Azeued. ad leg. Hiſpan. lib. 5. tit. 12. num. 1. fol. 334.* ubi, quòd menſura, ponderumque
4 ordinatio ſpectet ad Principe; ſed poſtquàm menſuræ, & pondera à Principe ſunt inſtituta, tunc pertineant ad Conſules locorum, *Andr. Klinkhen. de Iure Territor. cap. 4 ex num. 378. Io. Regnaud. de Menſur. num. 3. inter tract. Vniuerſ. tom. 12. fol. 223.* & eſſe de De-
5 manio Regis conſtituere libripendes, qui ponderum rationem teneant dicit, & in antiquis Republicis vſitatum, & hodie etiam in Gallia practicari, Renat. *Coppin. de Deman. Franc lib. 3. tit. 22 num. 1. fol. 636.* & eſſe
6 de Iuriſdictione animaduertit *Caſſan. ad cõſuetud. Burgund. dict.* Rubr. 1. *num. 97. verſ. itẽ Ius menſurandi, fol. 20. Guid. Pap. dec. 490.*

His igitur firmatis, non poteſt Aduerſarius, tanquàm priuatus exercere munus põderatoris publici, cum ad priuatos non ſpe-
7 ctet cura huius officij; ſed uel ad eos, quibus Princeps illud ius conceſſit, uel ad Ciuitates, quæ, ſtatutis certis ponderibus, uel menſuris, a Principe curare debent, ut ſeruentur, ad *text. in dict § eos autem in fin. authent. de* Collator. & tradunt *Rebuff in l. Paulus reſpondit 221. verſ. ſciendum eſt, ff. de verbor ſignif. fol. 297. Azeued. ad lib. 5 nouæ recompilat. tit. 12. l. 1. num. 1. & ſeq. fol. 334.* & præſumptio-
8 nem ſtare pro repræſentantibus Vniuerſitatem circa menſuras, & pondera monet Bo*dinus. Politic. lib. 5. cap. 10. num. 34. fol. 820. tom. 2.*

9 Adeòut in conſequentiam huius curæ facultas conſtituendi ſtateram publicam, & ponderatorem cum emolumento loco mercedis, ad eandem Communitatem ſpectet, prout in præciſis terminis tradit R*ipoll. de* R*egal. cap 20 de ponder. & menſur. num. 13.* vbi, quòd, cum habere pondus iuſtum, & æquale ſit in beneficium contrahentium, æquum, rationique conſonum videatur, vt

10 ex mercium ponderatarum ualore ſolnatur
ſalarium debitum pro labore, idemque repe-
tit nu.22.& tradunt Maximil.Fauſt.de Aerar.
ordinat.1339.de commodo, & Iure ponderum,
Gaſp.Kloch.in ſimili tract. lib.2. cap.17. de
compend.fiſc.& ponderat.merc.num.1.

11 Accedente potiſſimùm poſſeſſione Com-
munitatis, cuius uigore iſtud Ius ponderis,
& menſurarum poteſt acquiri, & præſcribi,
Afflict. ad Conſtit. Regn.lib.1. Rubr.64. in
Conſtit. ad officium num.6. verſ.niſi oſtendatur
priuilegium, Renat.Coppin.de leg.And. lib.1.
cap.40.num.6.in princip.

Præcipuè, cum dicta poſſeſſio, nedum ſit
centenaria, ſed longè antiquior, & uetu-
12 ſtior, nempè, 140.annorum, ex qua centena-
ria præſumitur melior titulus de mundo, &
quod interuenerint omnia requiſita neceſſa-
ria, Peregrin.conſ.85.num 4.lib.4 Soccin.Iun.
conſ.76.num.9.& ſeqq.lib.1.Iaſ.conſ.209.nu.
2.lib.2.Cephal.conſ.403. num.62. lib.3. De-
cian.conſ.24.num.110.verſ.quæ omnia, & nu.
ſeq.lib.1.Rimin.Iun.conſ.26.num.8. verſ.qui-
nimò, & num.9.& 23. lib.1. Miſinger.obſeru.
29.num.31.cent.5 Theſaur.Iun. quæſt.forenſ.
27. num.15. & 17. ubi, quòd habeat nim
13 priuilegij iuſtè conceſſi, Fontanell dec.217.
num.19.& 20 lib.1.Buratt.decif.785. num.7.
Rot.in recent.dec.29.num.2.& ſeqq. & num.
63.part.7.& Nos alibi latiùs egimus.

14 Et æquipollet immemorabili, dum non
conſtat de initio, iuxta veriorem ſentẽtiam,
quam probant Cepoll.de ſeruit. Vrban. Præ-
dior.cap.19.ſub num.9.Cranett.de antiq. tem-
por.4.part §.materia, num.40. Theſ.Iun.dict.
qu.27.num.2. Fontanell.d.decif.217. num.19.
& ſeq.lib.1.Add.ad Buratt.decif.875.num.8.
Rot. in rec.dec.651.nu.2.par.4.

15 Illaque ſufficit, etiam pro præſcribendis
his, quæ ſunt Principi reſeruata, Cephal.
conſ.342.num.58.Balb.de præſcript.2. par.5.
part.princip. quæſt.3. Boſſ.de Regal. num.21.
Bnccer.eod.tract.cap.vlt.num 2. Montan. de
Regal.in princip. num.32.fol.30. Intrigliol.de
feud.cent.2.art.8.num.153.And KnicKen.de
Iure Territor.cap.1.numer.129. Franc.Marc.
quæſt.234. Curt.in diuerſ.Iur feudal. § decla-
rata igitur, num.90. Sixtin.de Regal. capit.6.
num.59.Capyc.Iatr.conſult.2. num 20. lib.1.
Afflict.dec.254.Oſaſch.decif.69. Surd. dec.1.
num.10. & in his præciſis terminis Ripoll.de
Regal.cap.20.de ponder. & menſur. num.14.
& ſeqq.vbi agens de hoc Iure exigendi pen-
ſum ponderationis dicit, non eſſe laboran-
dum, in quo fundatur, dum conſtat de illius
antiquiſſima exactione, idemque tradit Fla-
min de Rub.d.conſ.69.num.62.

16 Quæ omnia abſque vlla difficultate pro-
cedunt in re, de qua eſt ſermo; cum non
agatur contra Principẽ; ſed aduerſus priua-
tum, contra quem ſufficit præſcriptio 30.
vel 40. annorum, etiam ad præſcribendum
Regalia, Bald.conſ.370.num.11.in fin. verſ in
contrarium videtur, & num.2. lib.1.Cranett.
conſ.54.num.8. Cancer.var.reſolut. lib 2.cap.
2.num.113. & ſeq.Roſent.de feud.cap.5. con-
cluſ.17. Borebolt.eod.tract.in tit. quæ ſint Re-
gal.num.19.Hodier.ad Surd. decif.1. num.16.
Cabed.decif.Luſitan.41.num.6.lib.2.

Nullatenus veró aduerſatur Principis
Priuilegium demandantis Portum Ciuitatis
eſſe immunem á Gabellis.

17 Quia, præterquàmquòd intelligitur ſine
præiudicio Iuris alterius, l.2.§.ſi quis à Prin.
cipe, ff.ne quid in loc.public. l. nec auuſ. Cod.
de emancip.liber.Dec.in cap. cum omnes in 2.
lect. numer.10. de conſtitut. Rip. in reſp.ſup.
Cod.reſp.12.num.21. in fin.cum ſeq. tit.de di-
uerſ.reſcript.Ruin.conſ.30.num.1.& ſeqq lib.
1.& conſ.161.num.1. lib.5. Surd. conſil.203.
18 num.28. vbi, quòd in reſcriptis, & Priuile-
gijs Principis clauſula, ſaluo Iure tertij, ſem-
per ſubintelligatur, Cranett.conſ.276.num.7.
Eugen.conſ.1.num.88. & ſeqq. lib.1. Roland.
conſ.45.num.12.lib.4. Valenz.conſ.2.num.28
& conſ.162.num.47. Capyc.Iatr. conſult. 64.
num.50. lib.1.Acac.de priuileg. lib.2. cap.3.
num.49. Cyriac.controu.369.nu.10. Maſtrill.
ad indult. generale cap.22. num.30. Larrea
allegat.fiſc.8.num.76.in fin Tapp.dec.5.n.53.
& ſeqq. Franch.dec.544. nu.15. Iun.Dunoz.
dec.482.nu.2. & in his præciſis terminis Re-
nat.Coppin.de leg.And.lib.1.cap.40.

Vnde exemptio à Gabellis eſt referen-
da ad ea, quæ pertinent ad Principem do-
nantem; non autem ad Communitatem,
19 prout in conſimilibus terminis, quòd in
donatione Caſtri, ſeu Tenutæ non intelli-
gatur conceſſum ius exigendi pedagium
competens Communitati, dixit Alex.conſ.
125.num 1.& per tot.lib.2.

20 Regulare enim eſt, vt priuilegia contra
concedentem latiſſimam interpretationem,
ſtrictiſſimamque contra tertium recipiant;
Abb.in cap.licet, num.2.de decim Dec.in cap.
cum ordinem in princip. eod.tit. Alex. conſil.
110.num.10.lib.6. & conſ.215. num.4 lib.7.
Surd.conſ.140.num.72.& ſeqq.lib.1.Oldrad.
conſ.268. num.1. & 2. Roman. conſ.180.nu.
11.Ancharan Regien. quæſt.famil.57.num.1.
lib.2.Sanchez. de matrim. lib.8. diſput.1. ſub
num.4.verſ.inſuper quando, Fontanell. decif.
476.num.13.Cabed.decif.Luſitan.117.num.5
part.2.Franch dec.116.num.8. & decif.544.
num.16. Giurb.decif.203. ſub num. 7. verſic.
maximè in tertij præiudicium, Card.Seraphin.
decif.827 num.1.Rot.diuerſ.dec.537. num.20.
part.3. in rec.dec.531.num.25 part.4.tom.3.
& dec.199.nu.27.part.12.

21 Adhuc ex pluribus ſublata remanet quæ-
libet difficultas, Tum quia conceſſio Portus
immunis importat quidem immunitatem
à qui-

à quibuſcumque Pedagijs, & Gabellis; non
autem poteſt operari, quin res vendendæ
ſint menſurandæ, & ponderandæ; quia
commercia, & negotiationes in emendis,
vendendiſque rebus pro humano vſu neceſ-
ſarijs, ſine pondere, & menſuris expediri nō
poſſe ſatis eſt exploratū, *Borrell. de Magiſtrat.
lib. 3. cap. 15. in princip. Renat. Coppin. de leg.
And. d. lib. 1. cap. 40. num. 1. & ſeqq.*

Tum quia, ſuppoſita eadem neceſſitate
ponderandi, & menſurandi merces venden-
das, immunitas à Principe conceſſa intelli-
gi debet à Gabellis, datijs, & ſimilibus one-
22 ribus; non autem à mercede ponderatori
ſoluenda; exemptio enim ab oneribus, quam-
uis ampla, & lata non comprehendit ea,
quæ pro mercede ſoluuntur, cum ſalarium
non dicatur onus, ſed præmium, merceſq;
laboris, vt in ſpecie *Menoch. conſ. 297. n. 20.
& ſeq.* vbi, concordantes adducit, *Burſatt.
conſ. 161. num. 47. & per tot Galeot. controu.
54. n. 53. lib. 2. Ripoll. de Regal. cap. 20. ex nu.*
23 27. aſſerēs, quòd adſit error in denominan-
do Vectigal, id, quod pro mercede ponde-
ratori ſoluitur, quidquid in contrarium
non rectè ſenſerint *Boſſ. in Praxi titul. de Ve-
ctigal. num. 4. Galeot. reſponſ. fiſcal. 10. num. 32
& ſeqq.*

24 Tum etiam, quia Priuilegium Portus im-
munis emanauit fauore mercatorum, & per
conſequens eatenus habet locum, quatenus
ipſi nelint, *gloſ. in l. vniuerſa reſcripta*, ver-
bo, *prębeatur*, vbi, *Iaſ.* poſt alios ex *num. 2.
Cod. de Precib. Imperat. offerend. Bald. in cap.
quæ in Eccleſiarum. num. 36 de conſtitut. Ti-
raq. in l. ſi vnquam* uerbo *Reuertatur, nu. 10.
Cod. de reuocand. donat. Aretin. conſ. 36. nu. 1.
Dec. conſ 275. aliàs 276. num. 3. Menoch. lib. 2
præſumpt. 46.* per totam, alijſque congeſtis
egregiè ad plura notabilia inferens, *Gon-
zal. ad* Reg. 8. *Cancellar. gloſ. 56. à numer. 48.
vſque ad* 112. Ideóque eiſdem mercatoribus
25 non reclamantibus, non poteſt tertius de eo
opponere, *l. vti frui, ff. ſi ſeruit. vindic. Bart.
in l qui cum hærede, num. 1. ff. de except. rei
Iudic. Oldrad. conſ. 39. num. 7. Soccin. conſ. 13.
num. 24. lib. 1 Gonzal.* ubi proximè *n. 112.*

Tum demum, quia deputatio huius Pon-
deratoris, cum conſueto emolumento, nul-
lo prorsùs Iure referri ualet ad aliquam ſpe-
ciem Gabellæ, etiam ſi huiuſmodi munus à
Communitate gratis non concedatur, ſed
titulo locationis; ſi enim loqui uelimus de
ſola deputatione ponderatoris ſeparata à
ſolo emolumento, & locatione, & nemo di-
xerit, eam eſſe Gabellam, Aerarioque publi-
co utilem; ſed potiùs ad conſulendum pu-
blicæ utilitati, fraudibuſque occurrendum
eligi à Publico uirum ſpectatæ fidei; quam-
26 uis enim cognitio de ponderibus, & men-
ſuris ad Iudices habentes ſaltem mixtum
Imperium pertineat, ut latè explicat *Luc.
de Penna in d. l. modios, num. 2. Cod. de ſuſce-
ptor. lib. 10. Borrell. de Magiſtrat. lib. 3. cap. 15
num. 12.*

27 Nihilominus poteſt à Communitate eligi
peritus in arte, qui actuale officium menſu-
randi, & ponderandi exerceat, ut probat
*Rebuff. in l. quoties, num. 2. & ſeq. Cod. de pon-
der. lib.* 10. ubi in conſimilibus caſibus notat
conſuetudinem aliarum Vrbium; Prout in
Ciuitatibus nō omnes admittuntur ad exer-
cenda officia Cancellariorum, Actuariorū,
& ſimilium; ſed adeſt unus dumtaxat, ſeu
plures à Publico deputati, & nihilominus
hoc non poteſt adſcribi inter onera, & Iure
quidem optimo, quia hoc non præſefert ple-
nam libertatem, exemptionemque, ſed po-
tiùs geritur ad confuſionem in omnibus pu-
28 blicis negotijs euitandam, & potiſſimùm
in exercitio harum ponderationum, quæ
ſunt ſuppoſitæ fraudibus, & admodùm hu-
mano commercio neceſſariæ, prout expen-
dit *Borrell. de Magiſtrat. d. lib. 3. cap. 15. in
principio.*

29 Minus etiam poteſt huiuſmodi merces, &
Salarium aſſumere naturam Gabellę ex ſo-
lutione certæ, determinatæque quantitatis
pro quolibet pondere; hæc enim datur in
recompenſationem laboris, & actualis exer-
citij, prout in his terminis aduertit *Galeot.*
30 *d. controu. 54. num. 53. lib. 2.* & de hac mer-
cede fit mentio in *l. 1. ff ſi menſ. fals. mod. di-
xer in princip.* ibi: *& id, quod datur, ei ad re-
munerandum dari*, & tradit in ſpecie *Ripoll.
de* Regal. *d. cap. 20. num. 13. & 22. Maſſimill.
Fauſt. de Aerar. ordinat.* 1339. Kloch. *cod. tra-
ctat. lib. 2. cap. 17.*

Prędictis uerò omnibus accedit ſubſequu-
ta obſeruantia; nam poſt Priuilegium Por-
tus immunis ſemper Communitas retinuit
ſtateram, & ponderatorem ab eadem ele-
ctum in dicto portu; quinimò ipſemet Ad-
uerſarius, hoc ius ponderandi ab ipſa Cō-
munitate conduxit.

31 Ideòque non ſolùm hinc declaratur uo-
luntas Principis portum immunem conce-
dentis non præiudicandi Communitati, cū
regulare ſit, ut Priuilegia, & exemptiones,
ex obſeruantia ſubſequuta optimè decla-
rentur, *cap. cum dilectus de conſuetud.* Romar.
*conſ 276. & conſ. 89. & conſ. 281. Alex. conſ.
9. num. 3. lib. 5. Surd. conſ. 224 num. 7. & conſ.
275. num. 12. Federic. de Sen. conſ. 61. num. 2.
verſ. præterea conſuetudo*, Menoch. *conſil. 49.
num. 20. & ſeq. & conſ 390. num. 16. Frecc. de
ſubfeud. auctor. 46. num. 11. verſ. & ex hoc ho-
die in* Regno *Thor. vot. 18. num. 27.* Roſa *con-
ſult. 9. num. 39. Molin. de primogen lib 2. cap. 6.
n. 57.* Larrea *alleg. 10. n. 2.* Capyc. *latr. conſult.
48. n. 4. lib. 1. Franch. dec. 56. n 36.* Reuert. *dec.
311*, ibique *de Marin. in obſer. n. 1. & dec. 313.*
in

in med. & deciſ.38.num.2. Card.Mant.dec. 320.num.5.Cardin.Seraphin.deciſ.1410.nu. 16.& ſequ. Rot.*in rec. deciſ.451.num.3.p.5. tom.2.Maſtrill. deciſ.241.num.64.*

Sed vlteriùs Aduerſarius, qui ab Vniuerſitate conduxit ſupradictum ius ponderandi cedendo prætenſionibus, quas antea ex-
32 citauerat, non poteſt ampliùs improbare, quod ſemel approbauit, *leg. Papinianus, §.ſi conditioni, ff.de inoffic.teſtam. l.poſt legatum, ff.de his quib. vt in dign.l.in diem.ff.de acqu. plur.arcend.l.de acceſſionibus, ff.de diuerſ. & tempor.action.Becc. conſ.6.num.18. & ſequ. Surd.conſ.405.num.35.Bieh.deciſ.10.num.3. Rot.in rec.deciſ.485.num.20.part.4.tom.2.*

33 Et in omnem caſum, quatenus verſaremur in dubio, eſſet iudicandum ad fauorem Communitatis; publicè enim intereſt ſimilia pondera non tractari à priuatis inhiantibus lucris illicitis; ſed cuſtodiri à Magiſtratibus Ciuitatis, ad quos ob hanc cauſam Imperatores Honorius, & Theodoſius huiuſmodi curam, ſolertiamque pertinere demandarunt, ne ementes maioribus oneribus, & menſuris prægrauentur, prout habetur in *l.Iubemus 9.* Cod. *de defenſur.* Ciuitat. ibi: *Iubemus cura, ac ſolertia defenſorum minimè poſſeſſores maioribus menſuris, et ponderibus à ſuſceptoribus prægrauari,* & aduertit *Tholoſan. Syntagm.Iur. Vniuerſ. lib.*18. *cap.*18. *num.*5. *verſ. addunt Honorius, & lib.*36. *cap.*1. *num.*17. alijque initio allegati.

ARGVMENTVM.

Bannitum per Principem plenariè reſtitutum recuperare per quamdam ſpeciem Poſtliminij, nedum bona penes Fiſcum exiſtentia; verùm etiam ab eodem Fiſco in alium diſtracta pretio reſtituto, latè pluribus argumentis comprobatur; Reiecta contraria ſententia.

Plenaria reſtitutio ex quibus potiſſimùm clauſulis reſultet, & an, & quando extendi debeat, etiam ad bona, quamuis de illis in Reſcripto ſpecialis mentio non fuerit habita.

Interdictum quorum bonorum, in quo potiſſimùm differat à remedio *leg.fin.C.de edict.Diu.Adr.tollen.*

SVMMARIVM.

1 *Difficilis videtur reſtitutio aduerſus Sacratiſſimum Aerarium.*

2 *Bannitus plenariè reſtitutus, ac reintegratus poteſt per quamdam ſpeciem Poſtliminij recuperare, nedum bona penes Fiſcum exiſtentia.*

3 *Verùm etiam ab eodem Fiſco in alium diſtracta, reſtituto pretio.*

4 *Verba* reintegrauit, & reſtituit, *adiecta in reſcripto Principis plenariam gratiam præſeferunt.*

5 *Præſertim accedente verbo* plenaria.

6 *Simplex indulgentia tollit tantummodò pœnas corporales; non autem inducit reſtitutionem bonorum.*

7 *Plenaria reſtitutio reſultat ex caſſatione, & abolitione ſententiæ, cum omnibus inde ſequutis.*

8 *Prædictæ omnes clauſulæ ſimul iunctæ fortiùs operantur plenariam reſtitutionem*

9 *Reſtitutio non intelligitur per Principem facta ad bona, niſi de illis legatur in reſcripto facta ſpecifica mentio.*

Intellige vt num.11.& ſeqq.

10 *Sed quando gratia eſt plenaria, expreſſio bonorum non requiritur.*

11 *Reintegratio reſtituit quantum Iudicis condẽnatio abſtulit, ita vt reſtitutus, tamquàm poſtliminio reuerſus, recuperet poſſeſſionem bonorum penes alium exiſtentium.*

Quemadmodùm ſententia remanet abolita; ita etiam cæteræ acquiſitiones ab eadem ſententia prouenientes cenſeri debent reſolutæ.

12 *Concluſio, de qua ſupra* num.9. *procedit, vel quoties agitur de bonis priùs fiſco incorporatis, & deinde in alium tranſlatis, vel ex titulo lucratiuo, vel oneroſo.*

Vel quando quis emit à fiſco bona confiſcata, tamquàm fiſcalia.

13 *Secus aſſerendum, quando dominium bonorum Banniti non poteſt dici per Fiſcum tranſlatum in Vxorem.*

Non eſt præſumendum, voluiſſe Principem auferre dominium bonorum alteri quæſitum.

14 *Ad effectum, vt fiſco dicatur quæſitum dominium bonorum, requiritur, quod præuia actuali apprehenſione poſſeſſionis, fuerint bona confiſcata deſcripta inter bona Principis, & cum illis incorporata.*

Incorporatio bonorum fit per impreſſionem titulorum ſeu ſignorum Imperialium.

15 Vermigliolus conſ.191.num.3. *in quo caſu loquutur.*

16 *Bona fiſco Apoſtolico incorporata non poſſunt, recepta compoſitione, dimitti ſine Pontificis aſſenſu.*

17 *Dominium bonorum non dum Fiſco quæſitorum, non poteſt in alium transferri non reportata expreſſa Iuriũ ceſſione, quæ eſt omninò neceſſaria.*

Reprobatur contraria ſententia Paſchalis, & Nogueroli.

Intellectus text.in l.cum alter, Cod de fideiuſſor. & in l.in fraudem, § qui pro alio, ff.de Iur. Fiſc.

18 *Vxor, mortuo ciuiliter Viro bona eiuſdem Iure pignoris poſſidet ratione crediti dotalis, mutata ſibi cauſa poſſidendi*

19 *Prout, viuente viro Bannito, bona eiuſdem poſſediſſe Iure familiaritatis eſt præſumendum, & poſt mortem eiuſdem iure dotium.*

20 *Idemque aſſerendum in fratre Banniti.*

21 *A fiſco non ſunt reſtituenda bona, quæ numquàm fuerunt incorporata,*

22 *Et*

Digitized by Google

22 *Ex abolitione, & caſſatione ſententiæ dicitur facta reſtitutio, etiam ad bona, quamuis de illis non legatur habita ſpecifica mentio.*

23 *Reſcriptum Principis præſumendum conforme ſupplicationi.*

24 *Id tamen non procedit, quando Principis conceſſio ad ſpecialia deſcendit; tunc enim intelligũtur dumtaxat conceſſa ſpecificata in conceſſione, non autem idefinitè in ſupplicatione petita.*

25 *Reſtitutio Banniti, etiam ad bona, ex quibus præſumatur,* & num. ſeqq.

26 *Sine bonis honores, & Dignitates ſordeſcunt ideòque reſtitutio facta ad honores, & Dignitates præſumi etiam debet ad bona.*

27 *Reintegrationes vt plurimùm ſolent potiùs fieri ad bona, ſine quibus mors eſt ſolatium, & vita ſupplicium, quàm ad honores.*

28 *Princeps, quoties in gratijs ſolitus eſt, etiam ad bona reſtituere; tunc benigna interpetratione præſumendum, voluiſſe, vt gratia extendatur, etiam ad bona.*

29 *De voluntate Principis reſtituendi ad bona à tertio poſſeſſa ſatis, ſuperque eſt, quòd tacitè conſtet.*

30 *Gratiæ fiſco damnoſæ in dubio ſunt interpetrandæ, vt minus præiudicent eidem fiſco, quàm ſit poſſibile.*

31 *Gratia à Principe conceſſa ſemper eſt intelligenda, ſaluo Iure, & ſine præiudicio tertij.*

Non eſt præſumendum, Principem voluiſſe reſtituere ad bona alteri quæſita.

32 *Vxori non infertur præiudicium ex reſtitutione Viri Banniti, etiam ad bona; quoties eidem Vxori eſt cautum ſuper dotibus.*

33 *Facultas teſtandi ſpecificè petita in precibus, & à Principe conceſſa, fruſtratoria redderetur, ſi deficeret ſubiecta materia bonorum, de quibus reſtitutus teſtari poſſet.*

34 *Beneficia Principum latiſſimè interpetranda.*

35 *Obſeruantia ſubſequuta poſt gratiam ſuper perceptione fructuum facta ex bonis per Bannitũ reſtitutum, tollit quamcumq; dubietatem, ſi quæ adeſſet, ſuper comprehenſione bonorum in eadẽ gratia,*

36 *Obſeruantia ſubſequuta declarat gratiam dubiam, & interpetratur mentem Principis concedentis.*

37 *Interpetratur indulta, & priuilegia.*

38 *Prout etiam ſaluum conductum.*

39 *Idque, etiam vbi requiritur ſpecialis mentio de re, quæ ſupponitur à Principe conceſſa.*

40 *Regalia, licet non veniant, niſi de eis fiat ſpecifica mentio; nihilominus, ſi emens reperitur in poſſeſſione Regalium, huiuſmodi obſeruantia declarat, ſub venditione fuiſſe comprehenſa.*

41 *Obſeruantia ſubſequuta fortiùs ſuffragatur quando actus, ex quibus reſultat, probantur exequnti, ſciente, & non reluctante eo, de cuius poterat præiudicio agi.*

42 *Immiſſio ex interdicto* quorum bonorum, *eſt concedenda, etiam pro rebus, quæ erant in bonis defuncti, licet ab eo non poſſeſſis ſuæ mortis tempore, ad quæ tamen actionem habebat.*

43 *Interdictum*, quorum bonorum, *in hoc differt à remedio* legis finalis, Cod. de edict. Diu. Adr. tollen. *in quo præciſè requiritur, quòd bona fuerint à Teſtatore ſuæ mortis tempore poſſeſſa.*

Id autem non procedit in Interdicto, quorum bonorum *competente, etiam pro bonis à Teſtatore, tempore ſui obitus, non poſſeſſis, ad quæ tamen actionem habebat.*

44 *Bannitus reſtitutus, quoties recuperat dominium bonorum, recuperat etiam poſſeſſionem eorumdem.*

C A P V T LXXI.

IMMISSIO ex interdicto, *quorum bonorum;* eſt cõcedenda Montanis in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum quondam Petri Montani, quibus, tamquàm proximioribus, fuit delata ſucceſſio, ſoluto Franciſcæ aduerſariæ eadem bona detinenti credito dotali, necnon reſtitutis pecunijs tàm Fiſco, quàm creditoribus dicti Petri eius Viri ab ipſa ſolutis.

Cum enim Petrus ob excidium cum morte Gubernatoris in Ciuitate firmana ſequutum, fuerit bannitus, deindeque plenariè reintegratus, & reſtitutus ad omnia, excepto Magiſtratu, prout in reſcripto Pontificis, & decreto claræ memoriæ Cardinalis Imperialis: Hinc eſt, vt, quamuis difficilis re-
1 ſtitutio uideatur aduerſus Sacratiſſimum Ærarium, ut inquit *Imperator in §. ultimo, inſtit. de vſucap.*

2 Nihilominus recepta ſit Iuris propoſitio, poſſe, nempè, Bannitum plenariè reſtitutum ac reintegratũ per quamdam ſpeciem poſtliminij recuperare, nedum bona penes fiſcum exiſtentia, iuxta Doctrinam *Bart. in l. 1. in princip. & in l. 2. num. 4.* ibique cæteri, *Cod. de ſent. paſs. & reſtitut. & in leg. Gallus, §. & quid ſi tantùm, ff. de liber. & poſth.* ibique ſignanter *Claud. Aquenſ. num. 37. Galiaul. n. 64. Bald. in tit. de pace Conſtantiæ*, in verbo *in plenitudine gratiæ Noſtræ*, Felin. *in cap. inter quatuor, num. 10. verſ. & dixit, de maior. & obedien. Andr Sicul. in cap teſtimonium extra de teſtib. & in cap. eam te, extra de reſcript.* vbi refert, apud Ferrariam ita obtinuiſſe, Rolan. *conſ. 45. num. 20. verſ. ſed maturè, & ſeqq. lib. 4. Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 5. tit. 2. nu. 22. & ſeqq. Farinac. in praxi, qu. 6. num. 28. verſ. limita, & num. 32. 39. & ſeqq. Maſtrill. in commentar. ad Indult. gener. cap. 20. num. 11. & ſeqq. Odd. de reſtit. in integ. qu. 99. art. 4. num. 26. & 31.*

3 Verùm etiam à fiſco in alium diſtracta, reſtituto pretio, *Decius in cap. quia diligentia, num. 8. verſ. limitari tamen poteſt,* ibique *Card. & Imol. de elect. Aquenſ. in dicta l. Gallus, §. & quid ſit tantùm, num. 31. verſ. hanc tamen, ff. de liber. & poſt. Felin. in dict. cap. inter quatuor, num. 6. de maior. & obedien. Soccin. in d. l. Gallus, §. & quid ſi tantùm, nu. 19.* ibique *Alex. num. 20. ff. de liber. & poſthum. Roland, conſ. 45. num. 21, & ſeqq. lib. 4. Camill.*

de

*de Medic.conſ.71 .num.56.Staib in.Seu conſil.
94.num.20.21.& 25. Laderch.conſ.94.nu.4.
Natt.conſ.471. num.2.& 3. Port. Imol.conſ.
48.num.9.Facchin.conſ.15.numer.33. & 37.
lib.1.* Gurb.*conſ.44 ſub num.49.verſ.nec bo-
na,*Guazzin.*de conſiſc.bonor. concluſ. 28. nu.
14.& 15. Capyc.latr. conſult.2. num.27. &
ſeqq. Manſ.conſult.361.num.6.& ſeq.* erudi-
tiſſimus *Altimar. in addit. ad Rouit. conſ.3.
lib.1. Peregrin.de Iur.fiſc.dict lib.5. tit.2. nu.
55.& ſeq.*Lanar*. in repetit.cap.1. de Vaſſall.
decrepit.ætat. num.73. Odd.de reſtitut.in inte-
grit.dicta qu.99. art. 12. num. 108. & ſeqq.
Farin.d.qu.6.num.38. Mart. Medic. deciſ.41.
per tot.Merlin.deciſ.125. num.2.* Card. *Sera-
phin.dec.998.num.8.& 9. Card.*C*aualer.dec.
255.num.1.*Rot.*in rec. deciſ.714. num.1. &
ſeq. & dec.715.num.9.p. 4.tom.3.*

4 Non poteſt autem hæſitari in præſentia,
quin reſtitutio fuerit plenaria, & ampliſſi-
ma, non ſolùm in ſpectis verbis *reintegrauit,
& reſtituit,*de quibus in prædicto reſcripto,
& decreto, quæ plenariam gratiam præſe-
ferunt, *l.1.Cod.de ſenten. paſſ.* ibi: *vt autem
ſcias, quid ſit in integrum reſtituere, honori-
bus, ordini tuo, & omnibus cæteris te reſtituo,
Maſtrill.d.cap.20. num.14.* Farinac. *d.qu.6.
num.32. Guazzin.de confiſc. d.concluſ.28.nu.
9.Manſ. conſult.361. num.6.* de Marin. *lib.1.
quotid.reſolut.cap.68.num.5.verſ.maximè e-
nim differunt, lib.1.Merlin. dicta deciſ.125.
num.4.*

5 Accedente præſertim verbo *Plenariè* in
Decreto contento, *Pariſ.d.conſ.1. num.37.
lib.4.* Roland.*d.conſ.45. num.30.& 32.lib.4.
Brunor. à Sol.qu.19.num.61.Odd.de reſtit. in
integr.d.quæſt.99.num.10.*Maſtrill.*d.cap.20
num.45.*Merlin*. d.dec.125. num.6.* Ad diffe-
6 rentiam ſimplicis Indulgentiæ tollentis tã-
tùmmodò pœnas corporales; non autem
inducentis reſtitutionem bonorum *l.2. Cod.
de ſentent.paſſ.Bart.in l.fin.Cod.eod.tit.Rouit.
dec.37.num.9. Franch.deciſ.213. num.39. &
ſeq.*Merlin.*d.dec.125.nu.1. & ſeqq.*

7 Sed etiam perpenſis alijs poſtremis ver-
bis *Decreti*, ibi: *ſententiamque prædictam cum
omnibus inde ſequutis caſſari, & aboleri, &
pro caſſis habere voluit,*vt in ſpecie poſt *Bald.
in d.l fin.*Cod.*de ſentent.paſſ.* Peregrin.*de Iur.
fiſc.lib.5.tit.2. num.23. Odd.de reſtitut. d.qu.
93.num.16.& ſeqq.* Farinacc.*dicta quæſt.6.
nu.28.& ſeq.* Maſtrill.*d.cap.20.n.13.& cap.
22.n.45. verſ.idem ſi dixiſſet,* Merlin. *d.dec.
125. num.7. verſ.& itidem, & n.ſ.q.* vbi in
terminis de verbis *proceſſum, & ſententiã, &
omnia inde ſequuta aboleri, & caſſari*, aſſe-
rens, quòd quælibet ex prædictis clauſulis
ſit de ſe ſufficiens ad oſtendendum, gratiam
fuiſſe plenariã, multòque magis abſque du-
bio eumdem effectum operari debent, quan-
8 do, prout in præſentia, omnes ſimul ſunt
congeſtæ, *Rot.in rec. d.deciſ.714.num.15. &
ſeq part.4.tom.3.* vbi, quòd per cancellatio-
nem proceſſus cenſeatur quis plenariè reſti-
tutus.

9 Neque aduerſatur obiectum, quòd in
Reſcripto, & Decreto nulla legatur facta
ſpecifica mentio bonorum; atque adeò ad
eadem bona non poſſit intelligi facta reſti-
tutio, *Bart.& Bald.in d.l.fin.Cod.de ſentent.
paſſ Zabarell.in cap.quia diligentia, de elect.
Felin.in cap.inter quatuor,num.4.de maior.&
obed.Plot.in l. quando,num. 9.Cod. vnde vi,
Burſatt.conſ.54.per tot.Menoch.conſ.91.nu.5.
& conſ.492.num.25.Altograd.conſ.98.n.63.
lib.1.Neapod.in conſuet ſi quis, vel ſi qua, in*
verbo *præterquàm, num.192. & ſeq.* dum
voluit deportato delinquente, cui filius ſuc-
ceſſit, cuique demum defuncto ſucceſſerunt
proximiores, qui bona illa alienarunt bo-
na fide, ſi demum fuerit à Principe ſimplici-
ter reſtitutus, bona illa in tertium translata
non recuperabit, *Mart.de ſucceſſ.legal part.
3.quæſt.14.art.1.num.13.& ſeq. Ciarlin.con-
trou.161.num.117.& duobus ſeqq. lib.2. Cy-
riac.controu.310. num.119. & 342. num.5.
Maſtrill.dec.283.num.76. et duob. ſeqq.lib.3*
alijque allegati per *de Marin. ad* Reuerter.
dec.487.num.1.et per Cardin. de Luca in hac
eadem cauſa pro ueritate ſcribentem, *de
Regal.diſc.160.num.37.et ſeq.*

10 Siquidem, quando gratia eſt plenaria,
expreſſio bonorum non requiritur, *Maſtrill.
in comment.ad Indult.gener.d.cap 20. num.3.
& 4* & pro indubitato ſuppoſuit, *Merlin.d.
deciſ.125.in princip verſ quamuis ibi, expreſ-
sè non ſit facta mentio bonorum, & dec.168.
num.10.& ſeq.*

11 Idque ea potiſſimùm ratione, quia *rein-
tegratio reſtituit* quantùm Iudicis condem-
natio abſtulit, itaut *reſtitutus*, tanquàm
poſtlimino reuerſus, poſſeſſionem recupe-
ret bonorum, penès alium exiſtentium, ea-
que ad ipſum reſtitutum, tanquám ad pri-
ſtinum Dominum redeant, cauſa redacta
ad non cauſam; Atque adeó, quemadmo-
dùm ſententia remanet abolita; ita etiam
cæteræ acquiſitiones ab eadem ſententia
prouenientes cenſeri debent reſolutæ, pro-
ut benè *Card Caualer.dec 255 num.1.& ſeq.*
quæ loquitur in ſpecie poſſeſſionis bonorũ
Viri Banniti adeptæ ab Vxore fiſci ceſſio-
naria.

12 Neque aduerſantur auctoritates in con-
trarium allegatæ, quia procedere poſsunt,
Vel quãdo ageretur de bonis priùs fiſco in-
corporatis, & deinde in alium translatis,
uel ex titulo lucratiuo, uel oneroſo, quo
caſu ſubſiſteri ualet concluſio, quòd ad bo-
na alteri quæſita non intelligatur Principem
voluiſſe reſtituere, niſi de illis fuerit in reſ-
cripto facta ſpecifica mentio, in quibus ter-
minis

minis loquuntunt *Iſern.in cap.1. num.5. in tit.de Vaſſall.decrep.ætat.* *Luc.de Penn.in l.1. Cod.de his,qui in exil.dat. lib.10. Afflict.in prælud.conſtit.*Regni, *quæſt.25. num.4. & in cap.1.num.11.in tit.qui ſucceſſ.teneant Lanar. conſ.22.Camill.de Medic.conſ.184.num.40. et ſeq.Peregrin.de* Iur.*fiſc.lib.5. tit.2.numer.34. Baitell.vlt.volunt.dec.96.num.3.et ſeq. Ciarlin.contron.161.num.19.Gaill.de pac.public. part.2.fin.cap.19.num.16.et ſeqq. Capiblanc. de Baron.Pragmat.6.num.178.et ſeqq. Manſ. conſult.361.num.13.et 24. Cardin. de Luca de* Regal.*diſc.148.nu.44. de* Marin.*reſolut.68 lib.1.et in obſernat.ad Reuert.dec.487.num.1. Grammat.dec.103.num.119.Rouit.dec.37.nu.7.et* 8. alijque ex aduerſo allegandi.

Vel, quando quis emit à fiſco bona confiſcata, tamquàm fiſcalia, iuxta diſpoſitionem uulgatæ *l.benè à Zenone, Cod.de quadr. præſcript.* & in hac ſpecie loquuntur *Iſern. Afflict. Rouit. Ciarlin.* aliæque auctoritates proximè laudatæ.

13 Secùs verò dicendum, quando, prout in præſenti themate, Dominium bonorum Viri, ex infra firmandis, nõ potuit dici trãslatum per fiſcum in Vxorem; hoc enim caſu ceſſat potiſſima ratio, cui innititur contraria concluſio, quòd, nempè, non ſit præſumendum, voluiſſe Principem reſtituendo auferre Dominium alteri quæſitum, quam rationem potiſſimùm expendunt quàmplures adducti per *Farinac.in praxi, qu.6. n.33. verſ.ratio autem.*

Quæ omnia nullatenus poſſunt applicari in præſentia; cum Dominium bonorum Viri Banniti, ſtante tranſactione inita per Aduerſariam eius Vxorem cum fiſco, nullo Iure in eamdem fuerit translatum; itaut conſideranda ſit, tamquàm emptrix eorumdem bonorum; atque adeò reſtitutio ad bona alteri quæſita numquàm facta intelligatur; niſi fuerit in precibus petita, & à Principe conceſſa.

Siquidem Vxor nullo modo poteſt dici fiſci ceſſionaria, neque emptrix iurium fiſcalium, prout, neque eidem ſuerunt tradita bona Viri inſolutum pro IuribusDotalibus, itaut Dominium eorumdem bonorum dici poſſit ipſi quæſitum, ſed tantùmmodò, cum expoſuerit, ſe in bonis viri ſuas dotes debere conſequi, eademque bona reperiri grauata ingenti ære alieno, quòd, ſi diſtraherentur, nec quidquám minimum vtilitatis fiſcus perciperet, inſtetit pro admiſſione ad aliquam compoſitionem, cui fiſcus annuendo, receptis ſcutis biſcentum ab eadem Vxore, nihil aliud prorſus egit, quàm ſimpliciter ſe de medio auferre, dimiſſa tantùm
14 poſſeſſione Inſtrumentali bonorum; non autem dominio, quod, quemadmodùm ob non dum ſequutam incorporationem, ſed tantùmmodò ſimplicem adnotationem non poterat dici aliquo modo fiſco quæſitum, cũ ad hunc effectum requiratur, quòd, præuia actuali apprehenſione poſſeſſionis, fuerint bona confiſcata deſcripta inter bona Principis, & cum illis incorporata, iuxta *tex.in l.ſi quando, Cod.de bonis vacan. lib.*10. ibique benè explicat *gloſ.*verbo *Rationales*, ibi: *Quod faciet primò Comes capiendo; ſecundò dando Procuratori Cæſaris, qui poſſet eos in numero, et corpore aliarum rerum fiſcalium, Bart.num.2.Bald.ante num.1.idem Bart. in l.1.§.eligitur,ff.de ventr.in poſſeſſ.mitten. Luc. de Penn.in Rubric. Cod. de bon. vacan.lib.10. ante num.1.* ubi, quòd incorporatio nihil aliud ſit, quàm realis aſſequutio poſſeſſionis, & *num.2.* quòd incorporatio bonorum fiat per impreſſionem titulorum, ſeu ſignorum Imperialium, *Soccin.Iun.conſ.126. nu.5.lib.2.Aret.de malefic.*uerbo *bona publicamus, n.15.Farin.in frag.*uerbo*Bona,n.116.*Guazzin. *de confiſc. cõcluſ.7.* eruditiſſimus *Maſſin.eod. tract.qu.41.nu.5.et ſequ.Seraph.dec.165.n.5. & dec.998.n.7.et ſeq.Rot.poſt* Fenzon.*ad ſtatut. Vrbis, dec.92.in fin.verſ.fuit inſuper*, & in his terminis actualis apprehenſionis poſ-
15 ſeſſionis adeptæ per fiſcum, loquitut *Vermigliol.* ex aduerſo allegatus, *conſ.191.n.3.*

16 Præcipuè, quia, ſi bona fuiſſent incorporata, non potuiſſent, recepta compoſitione, dimitti ſine aſſenſu Pontificis, prout in ſpecie rectè aduertit *Epiſc.Thomat.dec.99.num.35.lib.1.*

17 Ita etiam non potuit eorumdem bonorũ Dominium, non dum fiſco quæſitum, in aduerſariam transferri, *l.nemo plus* Iuris, *ff.de regulis* Iuris, ſignanter, quia á fiſco nullam ceſſionem Iurium expreſſam reportauit, quę alioquin eſſet neceſſaria, vt ſunt Iura in *l.ſi cum pecuniam 3.Cod.de priuileg.fiſc.* quæ in ſpecie loquitur de Vxore, *l.cum alter,*Cod.de *fideiuß.*ibi: *Potuiſti ſanè cum fiſco ſoluere, deſiderare, vt* Ius *pignoris, quod fiſcus habet, in te transferretur,* ibique *Odofred.*Cuiac.*lib.18. obſeruat.cap.*40. & contra Pragmaticos veriorem dicit *Schifordegcr.lib.3.tract.23.q.23 verſ.illud*, eruditiſſimus *Olea de ceſſion* Iur. *tit.5. q.4.n.31.& ſeqq.*Quidquid in contrarium non rectè ſenſerint poſt *Iſern.Surd.cõſ.44. num.19. lib.3.* Peregrin.*de* Iur.Fiſc.*lib.6. tit.7.num.8.Paſchal.*licet remiſsiuè,*de patria poteſt.part.1.cap.8. num.179. Noguerol.allegat.11.num.*58.vt enim optimè ex more aduertit *Olea* vbi ſupra, fruſtrá Imperator de Iurium ceſſione per fiſcum facienda dubitaret, ſi ſoluens ſine ceſſione in Ius fiſci ſuccederet.

Nullatenus aduerſante cõtraria animaduerſione, quód ideò ibi Imperator de Iuriũ ceſſione per fiſcum facienda anteà quæſierint; quia vtiliùs fideiuſſori eſt ceſſas à fiſco

habere actiones; cum ex ceſſione directarum exercitium transferatur, quod vtilius eſt, quàm alijs actionibus, quæ ſine ceſſione cōpetunt, experiri; idem enim Imperator in eodem textu fiſcum quò ad ceſſionis neceſſitatem priuato cuilibet æquiparat, prout liquidò deprehenditur ex illis verbis, ibi: *Quod & in priuatis debitis obſeruandum eſt.*

Neque contrariæ ſententiæ ſuffragatur *text.* cui potiſſimùm innititur, in *l. in fraudē, §. qui pro alio, ff. de Iur. fiſc.* ibi enim Iuriſconſultus Paulus tantùm probat, poſſe eum, qui pro fiſci debitore ſoluit, ceſſionem congruo tempore poſtulare, prout rectè aduertit *Schiſordeger. d. lib. 5. tract. 23. quæſt. 23. verſ. illud, Olea de ceſſione Iur. d. tit 5. quæſt. 4. num. 33.*

18 His igitur firmatis, pernecesſè dicendum, quòd Vxor poſt initam tranſactionem cum fiſco nullum maius Ius ſuper bonis viri quæſiuerit, quàm, quod anteà habebat, vnde ſicut mortuo ciuiliter Viro, bona eiuſdem Iure pignoris poſſidebat ratione crediti dotalis, mutata ſibi cauſa poſſidendi. *Burſatt. conſ. 8. num. 15. & conſ. 9. num. 2. & ſeq. lib. 1. Gratian. diſcept. 959. num. 1. Poſth. de manuten. obſeruat. 54. num. 23. & ſeq.* Rot. poſt eumdem *deciſ. 173. num. 1. Gizzarell. deciſ. 44. num. 3. Achill. dec. 4. ad fin. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Creſcent. deciſ. 3. numer. 3. de reſtit. ſpoliat. Bich. dec. 513. num. 1. Card. Caualer. dec. 284. num. 2. Ludouiſ. deciſ 546. num. 1.* Ita dicendū, eodem modo poſſediſſe poſt Gratiam per Virum á Principe obtemptam.

19 Prædicta verò omnia optimè remanent comprobata ex confeſſione eiuſdemmet Aduerſariæ emiſſa in hoc Iudicio Immiſſionis, quòd, nempè, poſſederit bona viuente marito, Iure familiaritatis, prout de Iure ita eſt præſumendum poſſediſſe, *Bart in l. qui Iure 21.* ibique *Caſtr. & alij, ff. de acq. poſſeſſ. Surd. conſ. 260. num. 17. & duob. ſeqq. Soccin. conſ. 160. num. 4. 5. & 7. lib. 1. Menoch præſumpt. 67. num. 12. lib. 6* & in terminis fratris poſſidentis bona alterius fratris banniti, benè *Epiſc. Thomat dec. 99. num. 38. lib. 1. Card. Mantic. dec. 241. num. 2. verſ. neque etiam,* vbi,

20 quòd mater Vxoris Banniti præſumatur poſſediſſe bona eiuſdem Banniti ſui generi Iure familiaritatis, quod idem eſt, ac ſi declarauerit, ſe poſſediſſe pro Viro, *Gratian. cap. 450. num. 15. in fin. & ſeq. Beltramin. ad Ludouiſ. deciſ. 572. ſub num. 6. verſ. nam poſſidens, Poſth. de manuten. obſeruat. 54. num. 14. Buratt. dec. 169. num. 6.* & poſt mortem Viri cauſa Dotis.

Atque ex prædictis etiam reſultat, vt, cum Vir Bannitus pluſquàm certò ſciret, quòd eius bona ſimpliciter detinerentur per Vxorem Iure pignoris pro credito dotali abſque ulla trāslatione Dominij, utpotè fiſco prius non incorporata, ex ſupra firmatis, utique non fuit neceſſaria expreſſio bonorum in ſupplicatione, neque de illis erat faciend.

21 mentio in reſcripto, quia à fiſco non erant reſtituenda bona, quæ numquàm fuerant incorporata, *Bald. conſ. 145. num. 3. verſ. dum tamen conſtat, lib. 2.* neque eius Vxori poterat dici quæſitum Dominium eorumdem bonorum, cui Principem non eſt præſumendū uoluiſſe præiudicare, dum ſolùm Iure pignoris ſimpliciter detinebantur pro ſuis dotibus, uel Iure familiaritatis, ſtante propria confeſſione eiuſdem uxoris confirmata ex præſumptione Iuris, ex allegatis.

Cæterum uidetur ſublata qualibet difficultas; ſi enim rectè expendantur Preces, fuit apertis uerbis ſupplicatum Pontifici pro reſtitutione, etiam ad bona, dum Bannitus inſtetit pro reintegratione in priſtinum, cū caſſatione ſententiæ, ibi: *Per tanto reintegrarlo in priſtinum con la caſſatione della ſentenza;* atque adeò, quemadmodùm ex abo-

22 litione, & caſſatione ſententiæ dici debet facta reſtitutio, etiam ad bona, quamuis de illis non legatur habita ſpecifica mentio, iuxta theoricam *Bald. in l. fin. Cod. de ſentent. paſſ. Felin. in c. inter quatuor, de maior. & obedient. & in cap. ſuper eo, col. 2. de maior. & obedient. Anebaran. conſ. 408. Gozadin. conſ. 96. num 9. Nell. de bannit. in 3. par. temporis num 4. Farinac. in prax. quæſt. 6. num. 18. & ſeq. Peregrin. de Iur fiſc. lib. 5. tit. 2. num. 2. verſ. idem eſſet, Maſtrill. ad Indult gener. cap. 20. num. 13. & cap. 22. num. 45. verſ. idem ſi dixiſſet; Odd. de reſtitut. in integrum, quæſt. 93. art. 4. num. 16. verſ. in contrarium, Merlin. dec. 125. num. 8. verſ. & itidem, Rot. in recent. dec. 714. num. 16. part. 4. tom. 3.*

23 Ita etiam ex ſupplicatione ſuper caſſatione ſententiæ reſultat petitio reintegrationis ad bona, cui præſumendum, fuiſſe conforme reſcriptum Principis, dum uerbis nimis effrenatis mandauit, reintegrari ad omnia, excepto Magiſtratu; multòq; magis Decreto Card. Imperialis tunc tēporis Gubernatoris, qui benè informatus de toto negotio, prout etiam de mente Pontificis, mandauit, ſententiam caſſari cum omnibus inde ſequutis. *Cap. inter dilectos, circa finem,* ibique *gloſ. uerbo petitionis. Bald. num. 16. de fid. Inſtrum. l. 1.* ubi *gloſ. uerbo interrogatus ff de verbor. obligat. l. 1. Cod. de diuerſ. reſcript.* ibique *Iaſ. num. 7. l. eam quam, Cod. de fideicommiſſ.* ubi *Bald.* inquit, aliud non eſſe Principis reſcriptum, quàm Principis concurſus cum intentione ſupplicantis. *Alex. conſil. 75. num. 12. lib. 5. Gozadin. conſ. 73. numer. 14. Natt. conſ. 98. num. 22 Dec. conſil. 373. num. 11. Pariſ. conſ. 3. num. 56. lib. 4. Crot. conſil. 130. num. 3. lib. 1. Marta conſ. 167. Cephal. conſ. 77. num. 36. lib. 1. Menoch. conſ. 33. num. 14.*

*num.*14.*Bardell.conſ.*94.*num* 17. *in fin. lib.*1.
*Becc.conſ.*55.*nu.*5 egregiè, præ cæteris, *Surd.*
*conſ.*281.*num.*28.*& ſeq.& conſ.*49.*num.*24.
& deciſ. 268. *&* 161. *vtrobique numer.*15.
Honded. conſil. 94. *numer.* 56. *libr.* 1.
Rebuff. *in prax. de reformat. & correct.*
Bullæ , *numer.* 2. *Acacius de priuileg.*
*lib.*2.*cap.*3.*num.*5. Lotter.*de re benefic. lib.*3.
*quæſt.*4.*num.*1. *& ſeqq.* Cyriac.*controu.*57.
*num.*33.*&* 219.*num.*11. *&* 426. *num.*40. *&*
*ſeq.*Larrea *allegat* 50.*num* 95.Caren.*reſolut.*
75.*num.*1.*Ancharan.quæſt.familiar.lib.*3 *qu.*
14.Capyc.Latr.*conſult.*141. *num.*29. *& con-*
*ſult.*145.*num.*102. *& ſeqq. lib.*2. *Dunozett.*
*Iun.dec.*604.*num.*7.Cacheran *dec.*88.*num.*9.
& in his terminis *Cardin.* Caualer. *dec.*255.
*num.*8.

24 Contraria verò procedunr, quando Prin-
cipis conceſſio non ſit indefinitè, ſed ad ſpe-
cialia deſcendit; tunc enim intelliguntur
conceſſa dumtaxat ſpecificata in conceſſio-
ne; non autem indefinitè in ſupplicatione
petita, in quibus terminis procedunt dedu-
cta per ex aduerſo allegatos, *Decian.reſponſ.*
86.*num* 55.*lib.*3.*Natt.conſ.*276.*n.*1. *Lotter de*
*re benefic.quæſt.*4.*num.*9.*lib.*3. & in hoc caſu
rectè procedit concluſio, quòd non debeat
attendi quid petatur, ſed quid in reſcripto
continetur, & conceditur; nam quòd in re-
ſcripto nou reperitur conceſſum, intelligi-
tur neglectum, & denegatum, *Felin.in cap.*
*ſuper literis, num.*10.*in fin.de reſcript. Gemin.*
conſ 65.*num* 29.*Decian.d reſponſ.*86.*num* 52
*& ſeq.lib.*3.Gabr.*cōſ.*28.*num.*24.*lib.*2. Spad.
*conſ.*53 *num.*12.*& conſ.*136.*num* 8 *& conſil.*
143.*num.*4.*lib.*1.*Gambar.de offic.legat.lib* 8.
*num.*197.*Giurb.deciſ.*41.*num.*8.*verſ.& habe-*
tur ratio, Rot.*in recent.deciſ* 621. *num.*2. *p.*2.
& ſeq. quòdque quoties reſcriptum eſt de-
terminatum, non ſumat interpretationem
á petitis; ſed potiùs petita ad limites reſcri-
pti reſtringantur, *Abb. in d.cap. inter dile-*
ctos 6.*ſub num.*4.*poſt med.de fid.inſtrum.Natt.*
*conſ.*726.*ſub num.*1.*Soccin.Iun.conſ.*93. *num.*
44.*lib.*3. Lotter.*de re benefic. lib.*4. *quæſt.*4.
*num.*9.Card *Ottbobon.dec.*165.*n.*4.

Vlteriùs, ex infra dicendis, quæ ſimul iun-
cta debent perpendi, ſatis liquidò remanet
comprobatum, quòd reſtitutio ad bona
fuerit in precibus ſaltem virtualiter expreſ-
ſa, & per Principem tacitè in reſcripto con-
ceſſa.

25 Primò, quia ſatis aberrat à veriſimili, vt
Bannitus noluerit exſoluere fiſco ingentem
quātitatem ſcutorum 1500. pro ſimplici re-
ſtitutione ad honores, & alia in ſupplicatio-
ne expreſſa, quorum impetratio, cū fruſtra-
26 toria quodammodò fuerit, non obtenta
etiam reſtitutione ad bona, ſine quibus ho-
nores, & dignitates ſordeſcunt, teſte Roman.
*conſ.*411.*num.*2.*verſ.conſtat autem*, vbi *Apo-*
*ſtill.*verbo *dignitas, & num.*3. *verſ.ægeſtate*:
Meritò præſumendum, ad eadem bona fuiſſe
per Principem demandatam reſtitutionem,
*Brunor. à Sole quæſt.*19. *num.*41. *iuncto num.*
39.*& ſeq.* & in ſpecie alijs congeſtis, *Fari-*
*nac.in Prax.d.qu.*6.*num.*41.*in fin.*

27 Secundò, quia vt plurimùm huiuſmodi
reintegrationes ſolent potiùs fieri ad bona,
ſine quibus mors eſt ſolatium, & vita ſup-
plicium, vt inquit Imperator in *l.quiſquis* 5.
*§ filijs in fine, Cod.ad leg.Iul.Maieſt.*ibi: *Sint*
poſtremò tales, vt his perpetua egeſtate ſordē-
tibus ſit, & mors ſolatium, & vita ſupplicium,
28 quàm ad honores; Quoties autem Princeps
in gratijs ſolitus eſſet ad bona etiam reſti-
tuere; tunc benigna interpetratione præſu-
mendum, voluiſſe, vt gratia extendatur, etiā
ad bona, ex adductis per *Farinac. d.quæſt.*6.
*num.*31.

29 Tertiò, cum in huiuſmodi materia ſatis,
ſuperque ſit, quòd etiam tacitè conſtet de
mente Principis, quòd voluerit reſtituere
ad bona, etiam à tertio poſſeſſa, *Farinac.d.*
*quæſt.*6.*num.*41.*in fin* profectò de huiuſmo-
di tacita voluntate Pontificis faciliùs vide-
tur conſtare in præſenti, cum nullum valeat
conſiderari fiſci præiudicium, qui ſtante ſpe-
ciali conuentione inita in tranſactione, ſer-
nari debebat omninò indemnis á reſtitutio-
ne ſcutorum biſcentum, quo præiudicio ſub-
lato, ceſſat ratio, quam nonnulli Doctores ex
aduerſo allegati expendunt, dum requirunt
ſpecificam expreſſionem bonorum in reſti-
tutione facta per Principem, quia, ſcilicet
gratię fiſco damnoſæ in dubio ſunt interpre-
30 tandæ, vt minus præiudicent eidem fiſco,
quàm ſit poſſibile, *l.nec damnoſa, Cod.de prec.*
Imperat.offer. & in his terminis hanc ratio-
nem præiudicij Burzæ fiſcalis expendit, *Fa-*
*rinac.dict.quæſt.*6.*num.*33.*verſ.verùm ni fal-*
lor, propè finem.

31 Prout, neque etiam videtur conſiderabi-
lis altera ratio, quæ ab alijs affertur, quòd,
ſcilicèt, gratia à Principe conceſſa ſemper
ſit intelligenda, ſaluo Iure, & ſine tertij
præiudicio, *leg.*2. *§.ſi quis à Principe, ff.ne*
quid in loc.public. quàm rationem in his ter-
minis expendunr adducti per Roland. *dict.*
*conſ.*45.*num.*12.*& ſeqq. & numer.*17. *lib.*4.
alijque congeſti per Farinac.*d.quæſt.*6.*n.*33.
verſ.ratio autem, de Marin.ad Reuerter. dict.
*deciſ.*487.*num* 1.*Ciarlin.d.controu.*161. *num.*
119. *Marta de ſucceſſ.legal. part.*3.*quæſt.*14.
*art.*1.*num.*13.

32 Siquidem benè potuit agnoſcere Prin-
ceps, quòd, ſolutis Vxori Banniti ſcutis biſ-
centum, ſtanteque cautione ſuarum Do-
tium, nullum prorſus eidem inſerebatur
præiudicium ex reſtitutione Viri, etiam
ad bona, prout benè ad propoſitum arguit
*Ruin.conſ.*21.*n.*9 *verſic.& tantò magis, lib.*4.

33 Qnartò, quia in precibus fuit nominatim
petita, & conceſſa facultas teſtandi, quæ
ſanè fruſtatoria fuiſſet, deficiente ſubiecta
materia bonorum, de quibus potuiſſet te-
ſtari.

34 Quintò, qnia Beneficia Principum latiſſi-
mè ſunt interpretanda, *l.fin.* vbi Doctores,
ff.de conſtit.Princip. Bart.in l.fin. ad finem,
num.11.Cod.de ſenten.paſſ.Boſſ.in tit.de remed.
ex ſol.Clement. Princip *num.5.*

Sextó tandem prædicta omnia remanent
mirificè comprobata ex ſubſequuta obſer-
uantia, dum Bannitus poſt gratiam obten-
tam, nedum fuit adeptus poſſeſſionem om-
nium ſuorum bonorum, illa adminiſtrando,
locando, fructuſque percipiendo, ſed vlte-
riùs nonnulla prędia diſtraxit, & ſuper alijs
cenſus impoſuit, aſſerens, ad ipſum pleno
Iure ſpectare, accedente etiam legitimo V-
xoris conſenſu, quæ, adhibitis neceſſarijs
ſolemnitatibus, cum Iuramento aſſeruit, ſe
pro Iuribus Dotalibus eſse tutam ſuper a-
lijs bonis Viri, quæ obſeruantia rem ponit
in claris, & tollit quamcumque dubietatē,
ſi quæ fortè adeſſet ſuper comprehenſione
bonorum in gratia, prout, omiſſis generali-
bus, in terminis *Epiſc.Thomat.dict.dec.99.*
num 42. verſ. quod confirmatur ex obſeruan-
tia ſubſequuta, lib.1. & egregiè Rot. *coram*
Card.Canaler. dict.dec.255.in fin.verſ.quibus
accedebat obſeruantia, vbi in puncto de Viro
Bannito, qui poſt gratiam reſtitutionis ob-
tentam omnia bona adminiſtrauit, fructuſ-
que percepit liberando conductores.

35 Regulare enim eſt, vt obſeruantia ſubſe-
quura declaret gratiam dubiam, *Roman.*
conſ.328.num.5.verſ.tertiò item, & interpre-
36 tetur mentem Principis reſcribentis, *Menoch.*
conſ.192.nu.12.Card. Canaler. *dec.117.nu.6.*
37 Nec non indulta, & priuilegia, *cap.cum di-*
lectus, ibique *Abb num.21.de conſuet. Surd.*
conſ.224.num.7.Roſa conſult.9 num.39 Car-
din.Seraphin.dec.1410.num.16.& ſeq Card.
Mantic.deciſ.320.num.5. Rot.*in rec.dec.451.*
38 *num.3.part.5.tom.2.* Prout etiam ſaluum
conductum, *Menoch.conſ 244.num.28.*

39 Idque, etiam, vbi requiritur ſpecialis
mentio de re, quæ ſupponitur à Principe
conceſsa, prout in ſimili dicitur de Regali-
bus, quæ, licet non veniant, niſi de eis ſiat
ſpecifica mentio, *Biloct. concluſ. feudal.58.*
num.1.& duob.ſeqq. Franch.deciſ.275.nu.5.
& 7. in fin.verſ.nec obſtare, & num.ſequ. &
Nos alibi diximus.

40 Nihilominus, ſi emens reperiatur in poſ-
ſeſſione Regalium, huiuſmodi obſeruantia
declarat, ſub uenditione fuiſse comprehen-
ſa, optimè Rom.*in.conſ.271.num.4.*ubi *Apo-*
ſtill. uerbo *inducit*.

41 Huiuſmodi uerò obſeruantia fortiùs ſuf-
fragari debet in caſu, de quo agitur, quia
probatur, actus eiuſdem obſeruantiæ ſuper
adminiſtratione, & diſpoſitione bonorum,
tamquàm de re propria facta per Virum
reſtitutum, habuiſse effectum, ſciente Vxo-
re, & non reclamante, de cuius præiudicio
poterat agi, *Soccin.Sen.conſ.12.num.10.lib.*
3.Pariſ.conſ 11.nu.39.lib.2. Decian. reſponſ.
87.num.22.lib.2.Menoch.conſ.337.in fin.lib.
4.Coccin.dec.436.num.9.

Quæ omnia eó libentiùs admittenda ab
hoc Sacro, & æquiſſimo Auditorio, quia,
cum Domini de Montanis ſint omninò pa-
rati ſoluere aduerſariæ, nedum creditum
Dotale; ſed etiam pecunias fiſco, credito-
ribuſque Viri ſolutas, nullatenus uidetur
æquitati conſentaneum, quòd Vxor ob Vi-
ri infortunium in turbido integram eius hę-
reditatem expiſchetur.

42 Tandem, quò ad remedium Interdicti
quorum bonorum, cuius uigore fuit petita
immiſſio, non poteſt dubitari, quin illud
competat actoribus, dum conſtat de poſſeſ-
ſione Banniti reſtituti, tempore obitus, ex
ſupra deductis, & nihilominus ſufficeret
ſimplex detentio, *l.item videndum, §.fin. &*
l.ſeq ff de petit.hæred.Bart.in l.1.col.vlt.Cod.
eod. Cyn. in l. 1. ibique *Alberich. in princip.*
Salicet.num.4 & 10.verſ.item differunt.Cod.
quorum bonorum, Bellon.conſ.35 nu.1.Gabr.
conſ.31.num.5.Peregrin.de fideicom. art.46.
nu.14.Buratt.dec.386.nu.2.

43 Quinimò, quando, prout in præſentia,
agitur de immiſſione ex interdicto *quorū bo-*
norū, cōpetēte hæredibus ab inteſtato ſucce-
dentibus aduersùs detentorem bonorum
hæreditariorum defuncti, iuxta diſpoſitio-
nem *text.in l.1.& 2.Cod. quorum bonorum,*
Rofred.de libell.art.2.ſub Rubr.de interd.quor.
bonor.num.1. Altograd. conſ.74 num.1. lib.
1. Gomez. leg.45. Taur. num. 128. Marant.
de ordin.Iudic.part.4. diſtinc.7 nu.2.Menoch.
de adipiſc.remed.1.num.33.qu 4. Rot. *in rec.*
deciſ.115. num.1.part.1.

Immiſſio eſt concedenda etiam pro re-
bus, quæ erant in bonis defuncti, licet ab
eo non poſſideantur ſuæ mortis tempore,
ad quæ tamen actionem habebat, *Menoch.*
de adipiſc.poſſeſſ. remed.4. num. 55. verſ.vn-
44 *decima conſideratio*, rectè aduertens, quòd
Interdictum *quorum bonorum*, in hoc diffe-
rat à remedio *l.fin.Cod.de edict.Diui Adria-*
ni Tollen. in quo præcisè requiritur, quòd
bona fuerint à Teſtatore ſuæ mortis tem-
pore poſſeſſa, quòd non procedit in
Interdicto quorum bonorum competente,
etiam pro bonis à Teſtatore tempore ſui
obitus non poſseſſis, ad quæ tamen actio-
nem habebat.

Præterquàmquòd, quemadmodùm Ban-
nitus, ex ſupra firmatis, acquiſiuit Dominiū
ſuorū bonorum; ita etiam recuperauit poſ-
ſeſſio-

Digitized by Google

ſeſſionem eorumdem, ut in ſpecie *Bald. in l. ſi quos fortè peuult num. 1. poſt princip. verſic. & idem dico in rebannitis, Cod. de poſtlimin. reuerſ.* cuius hæc ſunt ipſiſsima uerba: *Et idem dico in rebannitis, quia rebannitio eſt reſtitutio quadam; ita, quòd, non ſolùm reſtituatur ad Dominia; ſed etiam ad poſſeſſionem facti*, & eſse communem ſententiam teſtatur *Odd. de reſtitut. in integr. quæſt. 99. art. 3. nu. 14. verſ. ſed contra, & n. ſeq.*

Iuxta firmata fuit deciſum per Rotam, pluries cauſa propoſita, in Firmana ſucceſſionis 19. Febr. 1666. coram Claræ memor. Card. Taya, quæ non reperitur adhuc impreſſa, confirmata ſub die 7. Febr. 1667. coram eodem Cardinali, prout in deciſione 25. part. 15. recent. *in quibus Deciſionibus fuit receſſum à prima deciſione contraria impreſſa in* recent. 271. part. 14.

ARGVMENTVM.

Creditor ſeminis, vel pecuniæ ad illud comparandum, an preferri debeat locatori prædij.

Hypotheca, ſiue conuentionalis, ſiue legalis, præcipuè quò ad effectum ordinis temporis, nullum habet legis, vel rationis naturalis fundamentum, neque prouenit à Iure naturæ, vel gentium, ſed eſt quoddam pignus intellectuale ex figmento Iuris Romanorum introductum; ideòque poteſt à Supremo Principe, qui dicitur lex animata, tolli, ſiue moderari.

Annona, an Principem repreſentet, eiuſque Aerarium, & de pluribus ad Annonam, eiuſque Oeconomicam adminiſtrationem pertinentibus; Ad intellectum plurium Iurium de huiuſmodi materia agentium.

In generali ſermone an, & quando perſona Principis locatoris intelligi debeat comprehenſa.

Princeps ex contractu cum ſubdito inito, nedum naturaliter, ſed etiam ciuiliter obligatur.

SVMMARIVM.

1 *Creditori ſeminis, vel pecuniæ ad illud comparandum, competit hypotheca potiori & priuilegiata ſuper fructibus ex ſemine natis aduersùs alios creditores anteriores.*

2 *An antem præferatur locatori prædij agenti pro Terratico, eſt quæſtio controuerſa.*

3 *Affirmatiuam ſententiam nonnulli ſubſtinent.*

4 *Semen mutuans videtur præſtitiſſe cauſam productioni fructuum; cum ſine ſemine naſci nõ poſſint.*

5 *Regulariter creditor, qui eſt magis originaliter in cauſa, quòd res penes debitorem peruenerit, debet in ea præferri, etiam alteri creditori, qui mutuauit ad rem conſeruandam, ſed minus originaliter.*

6 *Negatiuam ſententiam acerrimè alij tuentur.*

Amplia, etiam ſi is, qui in cauſam ſeminis credidit, conuenerit expreſsè, fructus naſcituros ſibi ſpecialiter fore obligatos cum prælatione aduerſus omnes alios creditores.

Huiuſmodi pactum procedere poteſt aduèrsùs alios creditores, ſed non præiudicat locatori, cuius fundus magis confert fructibus, quàm ipſum ſemen.

7 *Fructus ſunt pars fundi.*

8 *Fructus, qui ex re locata naſcuntur, ſunt in ſpecie obligati locatori.*

9 *Omnis fructus non Iure ſeminis, ſed Iure ſoli percipitur.*

In percipiendis fructibus magis corporis Ius, ex quo percipiuntur, quàm ſeminis, ex quo oriuntur, reſpicitur.

Expenduntur Iura ſingularia id comprobantia.

10 *Semen eſt cauſa efficiens fructuum poſt Solum, pluſque impendit Colono, qui dedit fundum ad colendum, quàm is, qui ad ſeminandum frumentum tradidit.*

11 *Eſt controuerſa quæſtio, an creditor pro ſemine præferatur locatori prædij.*

12 *Poteſt Pontifex huiuſmodi controuerſiam in eius edicto dirimere, declarando, Annonam creditricem pro ſemine eſſe præferendam locatori prædiorum.*

13 *Idque, licet probatio verſionis in dictam cauſam priuilegiatam non adſit, prout de Iure præciſè requiritur ad effectum prælationis.*

14 *Frumentum, teſte Ariſtotile, eſt neruus totius Reipublicæ, nihilq; eo ad vitam conſeruandam conuenientius.*

15 *Et in eo publica vtilitas, quæ ſuprema lex dicitur, conſtituta eſt.*

16 *Annonæ præbitio ſemper attenditur, multiſque priuilegijs afficitur.*

17 *Sacrilegij inſtar eſt de ſuprema Principis poteſtate diſputare.*

18 *Principis de poteſtate, qui diſputat, facit ſe ſuperiorem ipſi Principi & ponit Sedem ſuam in Aquilone, tentans eſſe ſimilem Altiſſimo, iuxta Baldum.*

19 *Hypotheca, ſiue conuentionalis, ſiue legalis, præcipuè quò ad effectum ordinis temporis, nullam habet legis, vel rationis naturalis fundamentum, neque prouenit à Iure naturæ vel gentium, ſed à mera conceſſione iuris poſitiui, etiam recentis.*

20 *Continet quoddam pignus fictum, vel intellectuale, ſeu potiùs figmentum Iuris Ciuilis Romanorum.*

21 Cor-

Digitized by Google

21 *Corpus Iuris Ciuilis poſt tot ſæculorum ſepulturam fuit inuentum per claſſem Piſanam in excidio Amalfitanæ Ciuitatis anno 1130. vel 1148.*

22 *Ante huiuſmodi inuentionem ignorabatur, quid eſſet hypotheca, quoſque effectus pareret.*

23 *Princeps, vtpotè lex animata, hypothecæ beneficium poteſt tollere.*

24 *Prout videmus in peruerſione ordinis hypothecæ fauore dotis.*

25 *Necnon in priuilegio fiſci in bonis poſteà quæſitis.*

26 *Princeps, quemadmodùm poteſt tollere effectũ hypothecæ; multò magis poteſt declarare quæſtionem inter Doctores exagitatam ſuper prælatione eiuſdem hypothecæ.*

27 *Annona in Vrbe, an Principem repreſentet, & an ſit idem, ac Camera eiuſdem Principis, &* num. ſeqq.

28 *In Vrbe Annonæ munus demandatur Prælato, qui Annonæ Præfectus nuncupatur.*

29 *Iure cõmuni inſpecto, huiuſmodi munus exercebatur per Decuriones Vniuerſitatum, vel Præfectum Vrbis.*

30 *In generali ſermone perſona Principis loquentis, numquàm dici debet incluſa.*

Idemque procedit in locatione.

Intellige vt num. 47.

31 *Locatio ceſſionem Iuris importat.*

32 *Cedens omnia Iura, non videtur cõtra ſeipſum ceſſiſſe.*

33 *Promittens defendere Dominum cõtra omnes, non intelligitur contra ſeipſum.*

34 *Venditor hæreditatis transferendo omnia eius Iura in emptorem, ſi ipſe eſſet debitor hæreditatis, ab emptore, in quem Iura tranſtulit, conueniri non poteſt.*

35 *Princeps, ſi locat gabellam frumenti, vel ſalis, & deindè ab ipſo Principe ematur frumentum, vel ſal, non tenetur gabellam ſoluere, & de ratione.*

36 *Emens, à Communitate Gabellam, non intelligitur emiſſe, niſi quò ad alios, non quò ad Communitatem, quæ non vendidit ſuam exemptionem.*

37 *Annonam frumentariam Vrbis non eſſe Cameram Pontificis oſtenditur, &* num. ſeqq.

38 *Annona Vrbis non continet aliquod fiſcale emolumentum.*

Sed potiùs eſt prudens Oeconomica administratio demandata Magiſtratibus pro conſeruanda in Ciuitate abundantia Victualium, liberandiſque Ciuibus à Dardanarica oppreſſione.

39 *Princeps, licet aliquando pecunias à Iure frumentarias appellari ſolitas accomodet, nihilominus dicitur purum mutuum, de quo ex eorumdẽ victualium ſolutione reintegrari ſolet.*

40 *Expenduntur nonnulla iura de re Annonaria agentes, illaque loqui oſtenditur.*

41 *Vel in frumento ad Aerarium Principis pertinente, vtpotè ex prædijs fiſcalibus, vel tributis collecto.*

42 *Vel de frumento cui ſolito pro alimentis Militum, & Palatinorum, cuius rei curam gerebant Opinatores.*

43 *Vel de empto pro alimentis Pauperum, ex Principis munificentia clargiendis.*

44 *Vel de recondito in publicis horreis, quod per Præfectum Vrbis Populo in dies pro Annona præbebatur.*

45 *Vel demum de panibus* Gradilibus *nuncupatis à* Gradibus *in vnaquaque Regione exiſtentibus ab eodem Vrbis Præfecto diſpenſandis.*

De Numiſmate veteri, in quo videbatur liberalitatis effigies in Gradibus altis collocatæ hominibus aſcendentibus panem præbere.

46 *Frumentum in Annonæ difficultatibus ſæpe leuiſſimo, & interdum nullo pretio Plebi traditum.*

47 *Annona Vrbis non gaudet priuilegijs fiſci, licet adminiſtretur à Præfectis Annonæ à Pontifice deputatis.*

48 *In generali ſermone, licet perſona Principis locatoris non intelligatur comprehenſa.*

Id tamen intelligendum, vel quoties non adeſt contraria conuentio.

Vel, quoties eſt quæſtio ſuper exemptione Principis locatoris à legibus locationis, quibus cæteri ſunt obnoxij.

49 *Capitula locationis cum Principe locatore inita legis vim obtinent.*

50 *Princeps non poteſt aliquid gerere, tàm directè, quàm indirectè contra legem contractus in perniciem conductorum.*

51 *Princeps omninò tenetur ſtare contractui, cum in illis conſideretur ad inſtar cuiuslibet priuati.*

52 *Iuſtitia commutatiua, & naturalis obligatio exinde proueniens æquè afficit Principem, ac priuatum.*

53 *Princeps ex contractu cum ſubditis inito, nedum naturaliter, ſed etiam ciuiliter obligatur.*

54 *Adeò vt contractus cum ſudditis celebratos reuocare non valeat, neque minuere, etiam ex plenitudine poteſtatis, quæ ad Ius naturale non extenditur.*

CAPVT LXXII.

DVÆ ſunt partes Edicti promulgati ex mandato Pontificis; Altera continens prelationem concedendam Annonæ mutuanti ſemen, vel pecunias ad illud emendum aduersùs quoſcũque alios creditores anteriores, & priuilegiatos, etiam ex cauſa locationis prædiorum; Altera veró, vt eadem Annona ſit præferenda, etiam conductoribus Cameralibus.

Obtemperando igitur mandatis ab Eminentiſſimo D. meo Cardinali Alterio mihi iniunctis, vt quid de viribus huiuſmodi Edicti pro veritate ſentirem, ſcriptis commendarem, ad effectum inſpiciendi, an ſit locus petitæ moderationi.

1 Quò ad primam partem Edicti; licet receptior ſit ſententia affirmans, quòd creditori ſeminis, vel pecuniæ ad illud comparãdum competat hypotheca potior, & priuilegiatà ſuper fructibus ex ſemine natis aduersùs alios creditores anteriores, *Pract. Papien. in act. hypothec. verſ. ſub eadem obligatione, num. 12, Card. Mantic. de tacit. lib. 11 tit. 23.*

23. num. 11. Paſchal. de patr. poteſtat. part. 4.
cap. 6 num. 65. Amat. reſolut. 3. num. 18. par. 1.
Mòlfes. ad conſuetud. Neap. tom. 3. part. 5. de
pignor. & hypothec. quæſt. 25. per tot. Theſaur.
quæſt. Forens. 29. num 6 lib 2. Rodriq. de con-
curſ. credit. part. 1. art. 8. num. 33. Gait. de cre-
dit. cap. 4. quæſit. 11. num. 1557. de Marin. re-
ſolut. 260. num. 5. lib. 1. Caſtill. deciſ. Sicil. 10.
num. 6. lib. 1. alijque plures, qui poſſent lau-
dari.

2 Nihilominus ſatis ardua eſt diſceptatio
inter Interpretes, an idem creditor mutua-
ti ſeminis, vel pecuniæ ad illud comparan-
dum, ſit præferendus ſuper fructibus, ſeu
frumento recollecto locatori prædiorum
agenti, ut uulgó aiunt, pro terratico, & af-
firmatiuam, omiſſis alijs, qui poſſent alle-
gari, neruosè ſubſtinent ex recentioribus,
præ cæteris, Card. Mantic. de tacit. dicto lib.
11 tit. 23. num. 11. & ſeqq. ubi latè ſatisfa-
3 cit omnibus contrarijs, & reſellit Decianum
contrarium ſentientem conſ. infra allegan-
do, Merlin. de pignor. lib. 3 tit. 1. quæſt. 5. nu.
47. & ſeqq. de Marin. d. reſolut. 260. num 5.
lib 1. Pacific. de Saluian. Inſpect. 3. cap. 2. num.
524. Nepit. ad conſuetud. Catan. tit. 35. num. 5.
apud quos cæteri recenſentur fruſtrà in præ-
ſentia tranſcribendi

Idque ea potiſsimùm ratione, omiſſis alijs,
4 quia ſemen mutuans cauſam productioni
fructuum præſtitiſſe uidetur, cum ſine ſemi-
ne eos naſci non poſſe pluſquàm manifeſtũ
ſit; atque adeò creditor ex cauſa ſeminis, ut-
potè originaria, fructuumque productiua,
maiori potiri debeat priuilegio ſuper fru-
ctibus natis ex eodem ſemine quolibet alio
creditore.

Regulare enim eſt, ut creditor, qui eſt
5 magis originaliter in cauſa, quòd res penes
debitorem peruenerit, debeat in ea re præ-
ferri, etiam contra creditores, qui ad rem
conſeruandam mutuarunt; ſed minus ori-
ginaliter, ut poſt Rip. in l. priuilegia, col. 1.
verſ. in ſecunda parte, ff. de priuileg. creditor.
tradunt Amat. reſolut. 3. num. 4. Io. Franc. de
Ponte dec. 34. nu. 11.

6 Contrariam uerò ſententiam negatiuam,
quod, nempè, Dominus Soli ſit præferendus
mutuanti ſemen acerrimè, præ cæteris, tuen-
tur, Decian conſ. 50 lib. 3. Peregrin. conſ. 80.
num. 1. & ſeqq. lib. 3. qui dicit uerisſimam
deciſionem, Anton. de Bellis lib. 5. var. tract.
ſuper Pragm. vnic. tit. 21. num. 8. & ſeq. Muta
ad conſuetud. Panormit. cap. 84. num. 14. Paſ-
chal. de patr. poteſt. part. 4. cap. 6. num. 66. &
ſeq. optimè Gait. de credit. cap. 4. quæſit. 11.
num. 2008. verſ. quibus non obſtantibus, &
ſeqq. Theſaur. lib. 2. qu. Forenſ. 29. num. 3. &
ſeqq. & num. 10. ubi ampliat, id procedere,
etiam ſi is, qui dedit ſemen, ſeu in cauſam
ſeminis credidit expreſsè, conuenerit, fru-
ctus naſcituros ſibi ſpecialiter obligatos fo-
re, cum prælatione omnibus alijs, quia
iſta conuentio prodeſſe ei poteſt aduersùs
alios creditores; ſed non poteſt præiudica-
re locatori, cuius fundus magis confert fru-
ctibus, quàm ipſum ſemen, Acoſt. de priui-
leg. creditor. regul. 1. ampliat. 12. num. 15. Ri-
poll. var. cap. 12. num. 68. & ſeqq. eruditiſsi-
mus Pacion. in Vrbe Aduocatus, de locat.
quæſt. 33. num. 51. & ſeqq. Rodriq de concurſ.
creditor. art. 8. part. 1. num. 34. & deciſum te-
ſtantur Caſtill. deciſ Siciliæ 10. num. 7. lib. 1.
Caualcan. deciſ. 27. part. 2. alijque pro hac
ſententia relegendi penes Amat. d. reſolut. 3.
num. 75. lib. 1.

7 Huic autem opinioni ultra regulam;
per Decian. adductam loco ſuperius citato,
quòd, nempè, fructus ſint pars fundi ex leg.
Herennius Modeſtinus, la prima, ff. de vſuris,
8 quòdque fructus, qui ex re locata naſcun-
tur, ſint in ſpecie obligati creditori, ex leg.
ſi ventri, § in bonis in princip. & verſic. ſed
tamen, ff de priuileg. creditor. fauet etiam
9 expreſſus text. in l. qui ſcit. 25. verſ. quia om-
nes fructus, & in §. in alieno, verſ. quoniam
in percipiendis fructibus, ff. de vſur. ubi Iu-
lianus dicit. Omnis fructus non Iure ſeminis,
ſed Iure Soli percipitur, & inferiùs in dicto
§. in alieno, ibi: quoniam in percipiendis fru-
10 ctibus magis corporis ius, ex quo percipiun-
tur, quàm ſeminis, ex quo oriuntur, inſpici-
tur, & ulteriùs congruit ratio adducta,
potiſsimùm à Gait. d. cap. 4 quæſt. 11. n 2009
11 quòd, nempè, ſemen ſit cauſa efficiens fru-
ctuum poſt Solum. quòdque plus impendat
Colono, qui dedit ſundum ad colendum,
quàm is, qui ad ſeminandum frumentum
credidit.

12 Cum igitur ſententia tribuens prælatio-
nem creditori mutuati ſeminis, uel pecuniæ
ad illud cõparandũ aduersùs alios credito-
res anteriores, ſit magis recepta, & altera
ſententia, quòad prælationem concedendã
eidem creditori pro ſemine, etiam aduersùs
locatorem Prædij, habeat, hine inde aucto-
ritates egregij nominis Interpretum,
adeòut re uera nix dignoſci ualeat, quæ ſit
receptior opinio,

13 Exiſtimo, optimo Iure potuiſſe Pontifi-
cem, conſulendo Annonæ Vrbis indemnita-
ti, huiuſmodi controuerſas quæſtiones diri-
mere, declarando in eius Chyrographo, &
Edicto Annonam creditricem, uel pro ſe-
mine mutuato, uel pro pecunijs creditis ad
illud emendum, eſse præferendam quibuſ-
cumque creditoribus priuilegiatis, ac etiam
locatori prædiorum, licet deficeret proba-
tio uerſionis pecuniarum in dictam cauſam
14 priuilegiatam, quæ alioquin eſſet, inter cæ-
tera requiſita, præcisè neceſsaria, ad effe-
ctum conſequendi prælationem, ex addu-
ctis

ctis, per Spad.conſ.268. num.6. & ſeq. lib.2.
Gratian.cap.25.num.22.Gait.de credit.cap.4
quæſt.11.num.1565. Merlin. de Pignor. lib.3.
tit.1.qu.5.n.66. Vbald. deciſ.176. n.6.& ſeq.

Neque, poſita voluntate Pontificis ita
decernendi ex cauſa publicę neceſſitatis An-
nonæ, quæ vbique præcipua eſt, cum fru-
mentum ſit neruus totius Reipublicæ, nihil-
15 que eo ſit ad vitam conſeruandam conue-
nientius, teſte Ariſtot.lib.6.Politic.c.8. Val-
les.de ſacr.Phyloſoph.c.27. & ex noſtris Laſ-
ſar.de Gabell.p.20.n.7.Bouadil.lib.3. Politic.
16 cap.3.num.6. & in quo publica vtilitas, quę
ſuprema lex dicitur, conſtituta eſt, leg.mu-
lierem 3.ff.de accuſat.l.3. in fin.ff.ad leg. Iul.
de annon. Ideòque Annonæ præbitio ſemper
attenditur, curatur, multiſque priuilegijs
afficitur, de quibus latè Luc.de Penn.in l.1.
num.4. Cod. de quibus muner. vel præſtation.
lib.10.Bald.conſ.406. lib.5. Roland.conſ.80.
num.1.& ſeq. lib.3.Borrell.ad Bellug.in Spe-
cul.Princip.Rubr.1. verſ. præſidere, Azeued.
in l.1.tit.25.lib.5. vbi Mattienz.gloſ.9. nu.1.
Bouadill.in Politic. lib.3.cap.3.ex num.6. &
11.& lib.2.cap.18.num.298. Caſtill.de Tert.
debit.cap.9.num.24. & ſeqq.

17 Dubitari poteſt de poteſtate; Tum quia
de ea diſputare ſacrilegij inſtar eſt, l.ſacrile-
gij, Cod.de diuerſ.reſcript.l.diſputare, Cod.de
crimin.Sacril.Io.Franc.de Pont.conſ.70.n.35.
lib.1.Cephal. conſ.87.n.3.lib.1.Crauett.conſ.
241.lib.3.Burſatt.conſ.452.n.11.& cōſ.334
num.1. Cenall.commun.contra comm.q.906.
Galeot.reſp.fiſcal.23.in princip.Cyriac. contr.
176.num.27.Card.de Luca de Regal.diſc.148.
num.8. vt enim inquit Bald. conſ.359. lib.1.
18 quem refert Crauett.conſ.241.lib.3.qui diſ-
ſputat de poteſtate Principis, facit ſe ſupe-
19 riorem ipſi Principi, & ponit ſedem ſuam
in Aquilone, tentando eſſe similē Altiſſimo.

20 Tum etiā, quia, cum hypotheca, ſiue cō-
uentionalis, ſiue legalis, iuxta effectus, quos
producit, præcipuè, quò ad ordinē tēporis,
nullum habeat legis, vel rationis naturalis
fundamentum, neque proueniat à Iure na-
turæ, vel gentium; ſed á mera conceſſione
Iuris poſitiui, etiam recentis, imò potiùs
contineat quoddam pignus fictum, vel in-
tellectuale, ſeu potiùs figmentum Iuris Ci-
21 uilis Romanorum; adeòut, niſi ſequuta eſ-
ſet iſtius Iuris ciuilis fortuita inuentio facta
per Claſſem Piſanam in excidio Amalfita-
22 næ Ciuitatis poſt tot ſæculorum ſepulturā,
& obliuionem de anno 1130. iuxta vnam
ſententiam, vel de anno 1148. iuxta alte-
ram, quam veriorem exiſtimo, vt teſtan-
tur Borrell.de præſtant.Reg.cathol.cap.78.n.
26.vſque in fin.Valent.Forſter.in hiſtor.Iur.ci-
uil.lib.3 iut.tract.magnos, tom.1.fol.54.col.1.
de loco tamen inuentionis mentionem
non faciens, Card.de Luca de feud. diſc.36.
& de ſeruit.diſc.1.vtrobiq; nu.11. quæ leges
inuentæ eodem belli, & excidij caſu è Piſis
Florentiam fuerunt translatæ, Florentinæ,
proindè appellatæ á quibus iſtarum,
legum vſus in Italia, deindè in alijs Europę
Regionibus, præſertim Occidentalibus in-
ualuit, prorsùs ignoraretur, ne dum quid
eſſet iſta hypotheca, ſed ipſius nomen, quoſ-
23 que effectus pareret, quæ alioquin à mero
Iure ciuili introducta rationi, vel diſcurſui
naturali omninó aduerſari videtur.

24 Ideóque, his attentis, quemadmodùm hę-
ſitandum non eſt, quin Princeps, qui dici-
tur lex animata, Bald.in Auth. hoc amplius
n.10.C.de fideic.Aluar.in Specul.Princ.c.54.
verſ.et lex, Bich.dec.216.n.10. tollere valeat
beneficiū hypothecę, quod cōceſſit, quemad-
modū idē agnoſcimus in peruerſione ordi-
25 nis hypothecæ fauore dotis inductæ ex diſ-
poſitione l.aſſiduis, C.qui potior.in pignor.hab.
26 & priuilegij fiſcalis in bonis poſteà quęſitis,
iuxta textum ſingularem in l.ſi is, qui 28.ff.
de Iure fiſc. ibi: præuenit enim cauſam pigno-
ris fiſcus, de quo, præ cæteris, ex recentio-
ribus agunt Acoſt.de priuileg.credit.regul.2.
ampliat.7.num.268.Gait.de credit.cap.4.quę-
ſit.11.num. 1617. & ſeqq. rectè aſſerens,
quòd nulla ratio reddi poſſit, cur fiſcus cir-
ca bona poſteà quæſita præferatur, niſi, quia
ita Legiſlatori placuit, idemque aduertit
Gizzarell. dec.1.num.34. Merlin. de pignor.
lib.3.tit.2.quęſt.68.num.2.Reuerter.dec.380.
num.4. ibique de Marinis eod.num.

27 Ita multò magis eſt permiſſum eidem
Principi declarare quæſtionem ſuperiùs ad-
ductam adeò inter Doctores agitatam, il-
lamque dirimere, concedendo prælatiuam
hypothecam fauore Annonæ mutuantis ſe-
men, vel pecunias ad illud emendum aduer-
sùs quoſcumque creditores priuilegiatos,
etiam ex cauſa locationis prædiorum.

Quò verò ad alteram partem Chyrogra-
phi, ſeu Edicti, quòd, nempè, Annona pro
credito ſeminis, vel pecuniæ mutuatæ ad il-
lud comparandum præferri debeat, etiam
conductoribus fiſcalibus, ſentio maximam
difficultatem; ideòque exiſtimo, fortaſsè
non eſſe incongruam; ſed potiùs iuri con-
ſentaneam declarationem eiuſdem Edicti
nouiſſimè á conductore generali Dohana-
rum patrimonij petitam.

28 Licet enim pro Annona poſſet motiuari,
quòd, cum illa Principem repreſentet, ſitque
idem, ac Camera eiuſdem Principis, præci-
puè in Vrbe, in qua à temporibus ſanctæ
memoriæ Gregorij XIII. citrà hoc munus
29 demandari ſoleat Prælato per Papam de-
putato, qui Annonæ Præfectus nuncupatur,
ucque exercetur per Decuriones Vniuerſita-
30 tis, vel Præfectum Vrbis, iuxta terminos
Iuris communis, de quibus toto titul ff.ad l.
Iul.

Iul.de Annon. l.1. §.cura carnis, ff.de offic.
Præfect.Vrb.l.2. ff.de adminiſtr.rer. ad Ciui-
tat. pertinen. cum concordantibus adductis
per Cuiac.in l.1.Cod.de Apparit.Præfect.An-
non.lib.12.Petr.Gregor.Tholoſ.Syntagm.Iur.
Vniuerſ.lib.47.cap.35.num.3.Guid.Pancirol.
in comment.ad notitiam vtramque Roman.Im-
per.lib.1.cap.26.& lib.2.cap.4. Amaya in l.
fin.cap.2.num.29.Cod.de Decur.lib.10. Caſtr.
conſ.40.num.3.lib.1. Bouadill.in Politic. tom.
2.cap.3.num.3.& ſeqq. Io.Franc.de Ponte de
poteſt.Proreg.titul.de abundant.Ciuit.in Rub.
§.1.& ſeq.vbi plura ad materiam, Rouit.ſu-
per Rubr.& Pragm.16.de Annon.& conſ.73.
lib.2. & nouiſſimè eruditiſſimus Sadarin.re-
ſponſ.24.num.9.

Ideóque non videatur obſtare eidem An-
nonæ, vtpotè Principem repreſentanti, con-
uentio cum conductoribus fiſcalibus per
Cameram eiuſdem Principis inita in Capitu-
lis Appaltus, in quibus expreſsè legitur cō-
uentum, vt eadem prioritas, & potioritas
Cameræ competens, ſuffragari debeat eiſ-
dem conductoribus Cameralibus habenti-
bus etiam facultatem emendi frumenta, cum
ſit intelligenda in concurſu cum extraneis,
& priuatis; non autem cum ipſomet Prin-
cipe.

Regulare enim eſt, vt numquám in gene-
31 rali ſermone perſona Principis loquentis
dici debeat incluſa, l.inquiſitio, ibique Gloſ.
Cod.de ſolution. Anton.Gabr.commun.concluſ.
lib.6.tit.de verbor.ſignific. concluſ.9 per tot.
Ruin. conſ.137.num.13.lib.1. Dec. conſ 104.
Menoch conſ.182.num.2. Alex.conſ.182.num.
4.lib.2. & conſ.112.num.4.lib.7. Surd. ad
plura inferens, conſ.47.num 20.& ſeq. Ro-
land.conſ.86 num.42.lib.1. Alba conſ.375.
num.16. Altograd.conſ.1.num.45.lib.1. Surd.
dec.13.num.11.& 12. Rot.in recent. dec.412.
num.5.part.1. quam quidem regulam, etiam
in locatione procedere, eſt text.in l.qui Inſu-
lam, §.fin.vbi gloſ.in fin.ff.locat. de Marinis
cap.158.num.2.lib.1.

32 Cumque locatio ceſſionem Iuris impor-
tet, Alex.conſ.107.num.13.vol.3.de Marinis
dict.cap.158.num.3.lib.1.hinc in ſimili vide-
33 mus, quòd cedens omnia eius Iura non vi-
deatur ceſſiſſe contra ſeipſum; ſed contra
alios, l.ſi peculium, §.ſicut, ff.de pecul. legat.
Bald.in l.2. Cod.an ſeru. ex ſuo facto, vbi ait
hoc eſſe notandum, Dec.conſ.104.in princip.
Alex.conſ.149.num.5.& 6.lib.2. Altograd.
conſ.1.num.43 lib.1.de Marinis dict.cap.158.
num.3.lib.1.

34 Ita etiam promittens defendere Domi-
num contra omnes, non intelligatur contra
ſeipſum, iuxta celebrem gloſ.in cap petitio
de Iur. Iur. & in cap.1. §.contra omnes, vbi
Iſern.cæterique feudiſtæ, in tit. hic finit.lex,
Curt.Iun.conſ.188. de Marinis dict. cap.158.
num.2.lib.1.

35 Prout pariter venditor hæreditatis tranſ-
ferēdo omnia eius iura in emptorem, ſi ipſe
eſſet debitor hæreditatis, ab emptore, in
quem iura tranſtulit, conueniri non poteſt,
iuxta theoricam gloſ. ſingularis in l.emptor
C.de hæred. vel action.vend. Alex.conſ.149.
num.7.lib.2. de Marin. dict. cap.158. num.4.
lib.1.

Quibus omnibus accedat, quòd ob eam-
dem rationem ſuperiùs enunciatam, vt, ſci-
licet, à generali ſermone perſona loquentis
ſemper dici debeat excepta, & de extraneis
cenſeatur tantùmmodò cogitatum, eſt rece-
pta iuris propoſitio, quòd ſi Princeps locat
36 Gabellam, putà frumenti, vel ſalis, deindeq;
ab ipſomet Principe ematur frumentum,
vel ſal, non teneatur Gabellam ſoluere,
quia non cenſeatur locaſſe, niſi Ius, quòd
tantùm habebat; ſed exigere á ſeipſo Prin-
ceps non poterat, quia nemo eſt debitor ſui
ipſius, l.hæres à debitore, §.ſeruo, ff.de fideiuſſ.
ergo per Principem non intelligitur transla-
tum in conductorem Ius à ſeipſo exigendi,
quod ipſe Princeps non habebat, vt in ſpe-
cie Din.in l.licitatio, § fiſcus, ibique, præ cæte-
ris, Bart.Bald.Caſtr. & Alberic. aſſerens ita
Pergami fuiſſe iudicatum, ff de publican. &
vectigal.idem Bald.& Salic. in l.emptor, Cod.
de hæredit.vel act.vendit. Alex.conſ.149.nu.
8.lib.2. Bellon.Iun. conſ.87.num.8. Surd.conſ.
20.num.23. Boer. dec.213. num.2. affirmans,
hanc ſententiam veram, & communem eſſe,
Epiſc.Barboſ.axiom.206.num.2. ante finem,
de Marinis d. cap.158. num 5.& ſeqq. lib.1.
Afflict. dec.319.num.8. & ſeq. vbi, quòd
37 emens à Communitate Gabellam, non in-
telligatur emiſſe, niſi quò ad alios, non quò
ad Communitatem, quæ non vendidit ſuam
exemptionem.

38 Verùm prædictis non aduerſantibus, in
ſtricta Iuris cenſura contrarium puto aſſe-
rendum, quód, ſcilicet, Annona frumenta-
ria Vrbis nullo Iure dici valeat Cameræ
Principis; itaut fiſcalibus priuilegijs fruatur,
cum illa non contineat aliquem redditum,
ſeu fiſcale emolumentum, ſed ſit potiùs quę-
39 dam prudens Oeconomica adminiſtratio
demandata Magiſtratibus pro conſeruanda
in Ciuitate abundantia Victualium emendo-
rum à Ciuibus volentibus, & pro illis libe-
randis ab inedia, ſeu Dardanarica oppreſ-
ſione, tot.tit.ff.ad leg.Iul.de Annon.l.1.§ cu-
ra carnis, ff de offic.Præfecti Vrbis, l.2. ff.de
Offic.rer.ad Ciuit.pertin.Caſtren.conſ.40.num.
3.lib.1.Rip.de peſte, & de remed. ad conſer-
uand.ubert.num.1.& ſeqq. Decian.tract.cri-
min.part.2.lib.7.tit.22.de fraudan. Annon.
Coler.de alimen.lib.1 cap.17. Borrell.de Ma-
giſtrat.lib.3.cap.14 Io.Franc.de Ponte de po-
teſt.Proreg.tit.de Abundant.Ciuit. §.1.& ſeq.
Rouit.in Rubric.& pragmat.1.& 16. de An-

Bbbb non.

*non.& conſ.73.lib.2.Bouadill.in Polit.tom.2.
cap.3.num.3.& ſeqq.*

Adeòut in Annona nullum damnum, vel
lucrum Cameræ Principis cõſiderari valeat,
qui,licet aliquando pecunias á Iure frumen-
40 tarias appellari ſolitas, præſtet; nihi-
lominus dicitur purum mutuum, de quo ex
eorumdem Victualium venditione reinte-
grari ſolet, iuxta diſpoſitionem *text. in l.2.
§.quid de frumentaria, & l.fin. §.item reſcri-
pſerunt, ff.de adminiſtration. rer. ad Ciuitat.
pertinent.l.fin. §.qui Annonam, ff de muneri,
& honor.Rip.*vbi ſupra, *num.166. Rouit.dict.
pragm.16.de* Annon.*num.3.& ſeqq.& d.conſ.
73.lib.2.*

41 Nullatenus aduerſantibus Iuribus in *l.1.
& tot.* Cod.*de erogat.Militar.Annon. lib.12.
in tit. de Annon.* Ciu.*lib.11. tit.de condit.in
horreis public.lib.10. tit.de frument.Vrb.Cõ-
ſtantinopol.lib 2.tit.de canon. Vrb.* Rom. *cod.
lib.tit.de Nauicular.lib.10. & tit. vt nem. li-
ceat ab empt.ſpecier.*

42 Siquidem in dictis Iuribus agitur,Vel de
frumento, quod ad Cameram Principis per-
tinet collecto ex eius prædijs fiſcalibus, aut
43 tributis,Vel de frumento per eumdem Prin-
cipem emi ſolito pro alimentis militum,
& Palatinorum, cuius rei curam gerebant
Opinatores,ut *tot.tit.Cod.de erogat.milit.an-
no. lib.10. l.miſſi Opinatores, Cod. de exact.
44 tribut.lib.*10. ſiue tempore penuriæ pro ali-
mentis pauperum ex Principis munificen-
tia elargiendis, uel de illo frumento, quòd
per Vrbis Præfectũ ex publicis horreis in
45 Vrbe exiſtẽtibus Populo in dies pro annona
præbebatur, Vel de panibus *Gradilibus* nũcu-
patis à gradibus in unaquaq; Vrbis Regione
extantibus ab eodem Vrbis Præfecto diſpen-
ſandis, ut teſtantur ex eruditioribus *Lipſ.de
magnit.*Rom.*lib.2.cap.10.ad finem, Demſter.
ad* Roſin.*lib.7.antiquit.cap.38.circa med.Sal-
maſ.ad* Vopiſc.*fol.374.Forner.in notis ad Caſ-
ſiodor. lib.9. Epiſt.5. Buleng. lib.6. de* Imper.
Roman.*cap.14.& 15.ad fin.* & pertinet *Pru-
dentij locus lib.1.contra Symmac.*

Et quē panis alit gradibus diſpenſus ab altis.

Atque ita in ueteri Numiſmate apud
B*aron.tom.2.ann.201.num.1.*inſpicitur Libe-
ralitatis effigies in gradibus altis collocata
hominibus aſcendentibus panes præbere, &
ex noſtris aduertunt *Azeued.in l.9 tit 5.lib.
7.Recompilat.in proem.num.*10. *Cuiac.lib.2.
tit.26 Cod.de condend. in public. horr.lib 2;*
ibique *Amaya num.27. Guid.Pauzirol. loco
ſuperiùs citato cap.4.& 5.lib.2.* quo loci ex
46 Tranquillino notat; frumentum in anno-
næ difficultatibus ſæpè leuiſſimo, & inter-
47 dum nullo pretio plebi datum, optimè *Sa-
darin.*plura alia ad rem referens mira erudi-
tione referta, *dict.reſponſ.24.per tot.* præci-
puè *num.10. & ſeqq.* & poſt *Bald. Ioan.de
Plat.Aleiat.& Rebuff.*benè explicat R*ip.*ubi
ſupra *num.176.Card.de* L*uc. de* R*egal.diſcurſ.*
48 *44.per tot.* ubi in ſpecie, quòd Annona Vr-
bis non gaudeat priuilegijs fiſci, licet admi-
niſtrari ſolita per Præfectos Annonæ à Pon-
tifice deputatos.

Sed nihilominus, quatenus, illæſa ueritа-
te, dici poſſit, Annonam,& Cameram Prin-
cipis eſſe unum, & idem; adhuc, cum condu-
ctores fiſcales abſque controuerſia repreſen-
tent Principem, eiuſdemque Cameram, præ-
cipuè quò ad competentiam prælationis hy-
pothecæ aduersùs alios creditores in exi-
gendis creditis fiſcalibus, ſtante ſpeciali pa-
cto inito in capitulis Appaltus, ibi: *Che per
li detti crediti eſſi Doganieri debbano eſſere
priori, e potiori in quel modo, che ſarebbe la
Camera iſteſſa.*

Hinc reſultat, ut ſi Annonæ, tamquàm
fungenti uicibus Cameræ concederetur prę-
latio aduersùs conductores Camerales, non
ſolùm illi remanerent decepti,& indubitan-
ter læderentur in exercitio pacti prædicti,
eueniente caſu agendi contra communem
debitorem in concurſu cum Annona.

Sed ulteriùs ſequeretur abſurdum,ut Ca-
mera Annonaria haberet prælationem ad-
uersùs conductores habentes eamdem nu-
mero prælationem competentem Cameræ
Principis locatoris, à quo uigore prædicti
ſpecialis pacti cauſam habent; atque adeò
poſſet abſque dubio prætendi per eoſdem
Conductores refectio damnorum,& intereſ-
ſe per Principem,eiuſdemque Cameram fa-
cienda.

49 Atque ex his patet reſponſio omnibus ſi-
milibus adductis in obiecto, quòd, ſcilicet,
in generali ſermone numquàm intelligatur
comprehenſa perſona loquentis,nam id for-
taſsè poſſet procedere, uel ſemoto dicto pa-
cto contrario expreſsè inito inter cõducto-
res, & Cameram, ut, ſcilicet, prælatio eiſ-
dem competat eodem prorſus modo, quo
poſſet eadem Camera experiri.

Vel,quoties queſtio eſſet ſuper exemptio-
ne ipſiuſmet Principis locatoris à legibus
locationis, quibus cęteri ſunt obnoxij,adeò
ut ageretur de Iure, quod numquàm fuit
debitum, nec potuit deberi ab eodem Prin-
cipe, in quibus terminis loquuntur auctori-
tates contrariæ ſuperiùs adductæ.

Secus verò, quando, prout in præſenti
themate, ratione dicti pacti prælatio ad in-
ſtar Cameræ legitur ſpecificè promiſſa con-
ductoribus, atque adeò pernecesſè ſeruan-
50 da, cum capitula locationis vim legis obti-
neant, *l.Cæſar.* ubi, ſignanter *Caſtr.ff de pu-
blican.* hoc enim caſu non poteſt aliquid ge-
ri per Principem, tam directè,quàm indire-
ctè contra legem contractus in perniciem
51 conductorum, iuxta celebre *conſ.Bart.226
inci-*

Digitized by Google

incipien. cauetur ſtatuto Montis Politiani, & egregiè ponderat omninò videnda deciſ. Regię Cameræ Neapolitanę penès Moles.nu. 9.& ſeqq. impreſſa apud de Marin. lib.1.reſol. 158. num.12. & ſeqq. vbi in ſpecie reſpondetur omnibus obiectis, ibidem relegendis.

52 Regulare enim eſt, vt Princeps teneatur omninó ſtare contractui, cum in illis conſideretur ad inſtar cuiuslibet priuati, quia Iuſtitia commutatiua, naturaliſque obligatio exindè proueniens æquè afficit Principem, ac priuatum; cum Princeps præſumatur Iuſtitiæ plenus; ideòque tenetur pacta ſeruare, & ſi enim ſoluatur legibus, non tamen ſoluitur legibus conuentionum, & contractuum, qui ſunt de Iure gentium, prout eleganter ait Bald. in l. 1. in princip. ff. de Conſt. Princip. Iaſ. in l. 1. num. 4 ff de pact. vbi ex aliorum placitis obſeruat, quòd, quamuis Deus ſubiecerit leges Principi; non tamen ſubiecit contractus, vel conuentiones, aliás nemo cum eo contraheret, omniumq; exul eſſet, qui eſt omnium Præſul, vt inquit Bald. in d. l. Princeps, ff. de leg. Gothofred. in not. ad Nouell. 105. cap. 2. in fin. quæ eſt Auth. de conſul. §. ſubiaceat, Amaya in l. 2. num 13. Cod. ne fiſc. rem quam vendid. lib. 10. & in l. fin. num. 3 Cod. de annon. & tribut. eod. lib. 10. & lib. 1. obſeruat. cap. 1. num. 91. & ſeqq. Carol. de Tappia in l. fin. ff. de conſtis. Princip 2. part. cap 9. per tot. Dec. conſ. 291. num. 7. & ſeq. Surd. conſ. 419 Medic. conſ. 118 num. 39. Valenzuol. conſ. 2. num. 51. & ſeqq. Ramon. conſ. 24. num. 68. & pluribus ſequentibus de Pont. conſ. 53. num. 6. & ſeq. lib. 1. Decian. conſ. 25. per tot. lib. 1. Salas. de legib. diſput. 14. ſection 2. num 27. latè Caſtill. lib. 6. controuerſ. cap. 18. nu. 3. 4. & 10. Larrea allegat. 119. nu. 78. Nouar. de grauam. Vaſſall. tom. 1. prælud. 4 num. 9. tom. 2. Noguerol. pluribus adductis, allegat. 5. numer. 25. & ſeqq. latiſſimè alijs congeſtis, Caſtill. lib. 6. tom. 7. controu. cap. 18 num. 4. & ſeqq. Maſtrill. de Magiſtrat. lib 3. cap. 4. ex num. 314. vſque ad num. 364. Petra de poteſt. Princip. qu. 32. à nu. 53. vſque ad 63. & num. 72. & quatuor ſequentibus, egregiè Ramirez. de leg. Reg. §. 30. num. 35. & ſeqq. Dian. reſol. moral. tract. de legib. reſol. 16. Azor. inſtit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 11. numer. 1. Filiucc. tom. 2. tract. 21. dub. 30. num. 6. Sixtin. de Regal. lib. 1. cap. 6. num. 1. & ſeqq. Paſchal. de patr. poteſt. part. 1. cap. 1. num. 42. & 43. et ſeq. & num 90. et ſeq. Alfar. de offic. fiſcal. gloſ. 34. num. 4. vſq. ad 14. Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 1. tit. 3 num. 44. et ſeq. et lib. 6. tit. 1. ex numer. 8. vſque ad 13. Seſſe deciſ. Aragon. 79. num. 11. et ſeqq. et dec. 187 nu. 1. et ſeq.

53 Adeòut ex contractu cum ſubditis celebrato Princeps obligetur, nedum naturaliter; ſed etiam ciuiliter, iuxta veriorem ſententiam, quàm firmat Bald. in l. Princeps legibus, ibique Caſtr. num. 4. Iaſ. num. 5. ff. de legib. idem Bald. conſ. 395. col. 1. Padill. in leg. interpoſitas, num. 33. Cod. de tranſact. Valenz. conſ. 2. num. 51. et 53. Molin. tom. 2. de Iuſt. et Iur. diſp. 261. in fin. verſ. vtrum autem ſi Princeps, Roderic. Suarez. allegat. 10. numer. 2. Menebac. controu. Illuſtr. lib. 1. c. 45. n. 14. Gomez. tom. 2. var. cap. 1. num 1. Peregrin. de Iur. fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 9. Alfar. de offic fiſcal. gloſ. 34. à num. 8. vſque ad 13. aliiſque relatis, Caſtill. d. lib. 6. tom. 7. controu. cap. 18. nu. 7. verſ. è contrariò tamen, et ſeqq. & elegantiſſimè præ cæteris, Ramirez. de leg. Reg. § 30. nu. 35. et ſeqq.

54 Neque contractus cum ſubditis initos, etiam ex plenitudine poteſtatis ualeat reuocare in totum, uel pro parte, neque alterare, modificare, uel diminuere; ſed ad obſeruantiam omnibus remedijs neceſſarijs adſtringatur, Decian reſponſ. 25. numer. 21. lib. 1 Surd. conſ. 419. Roland. à Vall. conſ. 13. num. 33. et conſ. 45. nu. 8. lib. 3. Hippol. Rimin. conſ. 49. n. 88. lib. 1. Menoch. conſ. 264. nu. 14. de Pont. conſ. 53. n. 7. lib. 1. Peregrin. de Iure fiſc. lib. 1. tit. 3. num. 67. et ſeqq. Petra de poteſtat. Princip. qu. 32. num. 56. et ſeqq. Trentacin. var. reſolut. lib. 3. tit. de pact. reſol. 1. num 5. et 12. Mierez. de Maiorat. 4. part. quæſt. 1. n. 268. optimè, præcæteris, Ramirez. de leg. Reg. §. 30 num. 35. et ſeqq. rectè aduertens, quód, cum plenitudo poteſtatis non extendatur ad ius naturale, & frangere fidem, violareque contractum initum Iuri naturali repugnet; non debebit Princeps, quantûuis ſupremus, etiã de plenitudine poteſtatis contrauenire fidei à ſe præſtitæ, conuentioniq; cum ſubdito initæ, cum eius ſimplex promiſſum ſanctius eſſe debeat quouis aliorum Iureiurãdo; ſi enim priuato nõ licet contra factũ, & promiſsũ propriũ uenire; quantò magis indecens erit Principi ſibi ipſi conrradicere, fidemque fallere, Grammat. deciſ. 65. nu. 26. Chriſtin. dec. Belg 53. num. 5. part. 2. Seſſe, dec. Aragon. 79. ex num. 11. et dec 187. num. 1. et ſeqq. Tappia dec. 5 num. 38. et 40. & latiùs ex num. 55. vſq. ad 61.

ARGVMENTVM.

Obligatio aſſignandi frumentum recollectum iu prædijs fiſcalibus conductis, illudque Annonæ vendendi, quatenus indigeat, interpretationem paſſiuam recipit à Iure, deducto, ſcilicet ſemine, victuque neceſſario eiuſdem obligati; Ad ornatum, & intellectum text. in l. 2.

Cod. vt nemin. lic. in emption. ſpecier. lib. 10. cuius ſanctionem procedere, nedum in diſpoſitione legis, vel ſtatuti; ſed etiam in contractu, latè oſtenditur, reiectis contrarijs.

Conuentio cum Principe inita intelligenda, prout de Iure, ſemperque facienda eſt interpretatio contra eumdem Principem, eiuſque Aerarium, reſtringendo verba contractus ad æquitatem.

Promiſſio inita in contractu de tradendis, vel vendendis fructibus, an intelligi debeat, deductis expenſis, vel potiùs integri ſint præſtandi: Declaratur doctrina *Iacob. de Arena in l. fructus, ff. ſolut. matrim.*

Obligatus tradere frumentum, vel aliam ſpeciem, re non tradita, non tenetur ad intereſſe; niſi creditor probet, ſe fuiſſe paratum in loco ad recipiendum, debitoremque certioraſſe; nam alioquin debitor non poteſt dici in mora conſtitutus, nulla habita ratione diei certæ in contractu adiectæ.

S V M M A R I V M.

1 *Intereſſe frumenti non traditi prætendi non poteſt; niſi concurrat debitum, moraque inexcuſabilis, &* num. 37.

2 *Non ſufficit, quòd conſtet de debito; niſi etiam mora concurrat.*

3 *Pactum, quòd intereſſe debeatur ſine mora, non valet.*

4 *Denunciatio frumenti ad quem effectum ſolet à Principe demandari.*

5 *Praxis huiuſmodi denunciationis unde deſumpta.*

6 *Obligatio eſt ſtricti Iuris, neque ex conſequentijs argui, extendique debet.*

7 *Verba indefinitè prolata interpretationem paſſiuam à Iure recipiunt.*

8 *In qualibet conuentione ſemper de Iure vſus proprius cenſetur exceptus, &* num. ſeqq.

Exornatur ſingularis text. in l. 2. Cod. vt nem. lic. in empt. ſpecier. lib. 10.

9 *Durum eſt, & credulitati proximum ex tuis prædijs aquæ agmen ortum, ſitientibus agris tuis, ad alium vſum vicinorum iniuria propagari.*

Expenditur text. in l. Præſes, Cod. de ſeruit. & aqu.

10 *Obligatus tradere frumentum, eam poteſt partem retinere, qua pro vſu proprio indiget.*

11 *Ciues pro indigentiis Ciuitatis coguntur tantùm vendere id, quòd vltra eorum ſupereſt indigentiam.*

12 *Edictum prohibens victualium extractionem non ligat quò ad vſum.*

13 *In caſibus non deciſis à Iure licitum eſt allegare pro deciſione, vel exemplo finitimarum Ditionum leges.*

Prout leges Hiſpaniæ deſumptæ ex legibus ciuilibus deſeruiunt pro interpretatione earũdem legum ciuilium.

14 *Verba contractus cum Principe geſti, quamuis generalia, intelligenda, prout de Iure.*

15 *Bonum, & æquum dant eſſe Principatui iuxta monitum* Bald.

16 *Contractus cum Principe geſtus latam recipere debet interpretationem contra eumdem Principem, eiuſque Aerarium.*

17 *Verba indefinita non æquipollent vniuerſali, quoties adeſt diuerſa ratio.*

18 *Inducta in fauorem non debẽt in odium retorqueri.*

19 *Licentia obligat Principem dantem.*

20 *Non admittit vllam reſtrictionem, neque etiam ſub intellectam, niſi exprimatur.*

21 *Subrogatio non intrat, niſi expreſsè dicatur.*

22 *Reprobatur diſtinctio, quòd deductio rei neceſſariæ procedat in diſpoſitione legis, vel ſtatuti; non autem in conuentione hominis in contractu deductæ, &* num. ſeqq.

23 *De doctrina* Iacobi de Arena, *quòd ſi quis vẽdat dimidiam partem ſuorum fructuum, non deducat expenſas.*

Secus aſſerendum, ſi nomen fructuum proferatur à lege, vel ſtatuto, quo caſu expenſæ ſunt detrahendæ.

Declara vt infra num. 29. & ſeqq.

24 *Gabella fructuum, ſi vendatur, ſi fructus ſunt reales, non fit expenſarum deductio.*

25 *Colonus promittens reſpondere medietatem fructuum, non deducit expenſas.*

26 *Inter contrahentes, ſi fiat mentio de fructibus, intelligi debet, non deductis expenſis, quia in contractu verba ſecũdùm quòd naturaliter proferuntur, ſunt capienda.*

27 *De omnibus fructibus, quando in contractu legitur facta mentio, intelligi debet; non deductis expenſis.*

28 *Præcipuè, quando fit mentio de fructibus in certis prædijs collectis.*

29 *Impenſa non poteſt minuere id, quod eſt certum, determinatumque in ſe.*

30 *Auctoritates firmantes, quòd in contractu fructus non intelligantur deductis expenſis, præſupponunt neceſſariam obligationem eoſdem fructus tradendi.*

31 *Et in his terminis loquuntur* Iacob. de Arena, Bald. & alii in l. fructus. ff. ſolut. matrim.

32 *Dictio,* omnis, *non excludit deductionem, alioquin de Iure competentem.*

33 *Præcipuè ad euitandum abſurdum, ibid.*

34 *Euangelicum Oraculum,* Nè fortè non ſufficiat nobis, & vobis, *locum habet, non ſolùm in legibus, & conſuetudinibus; ſed etiam in pactis.*

35 *Fructus intelliguntur, deductis expenſis, in diſpoſitione Principis, quia æquiparatur legi.*

36 *Contractus cum Principe dicitur lex, vimque legis habet; ideòque dicitur diſpoſitio legis.*

37 *Intereſſe ob frumentum non traditum non eſt præſtandum, niſi concurrat mora, quæ non contrahitur; niſi per interpellationem, oblationemque pretij, vel diem certam conſtitutam.*

38 *Frumenti, vel alterius ſpeciei de conſignatione, quoties agitur, neque dies certa, neque interpellatio ſufficit ad conſtituendum in mora.*

Niſi etiam creditor probet, ſe fuiſſe paratum recipere in loco deſtinato.

Quæ concluſio fortiùs procedit in reo, quidquid ſit in actore.

39 *Vltra interpellationem requiritur oblatio pretij.*

40 *Verbum* dare, *præſefert actualem pretij ſolutionem.*

41 *Emptor non poteſt arguere moram debitoris in tradendo; niſi priùs probet, ſoluiſſe pretium faciendo illud accipientis.*

42 *Debitor ſpeciei obligatus tradere, intelligitur in loco, vbi ſpecies tradenda exiſtit.*

43 *In loco, vbi eſt facienda conſignatio, debet creditor exiſtere paratus, tempore conuento, ad recipiendum.*

44 *Mora non dicitur commiſſa; niſi creditor ſit in loco, vbi conſignatio fieri debet, certiorato debitore.*

45 *Mora, quoties non adeſt, nullum debetur intereſſe.*

46 *Debitor ſpeciei, re perempta ſine eius culpa liberatur.*

47 *Mora excluditur ex quauis probabili cauſa excuſationis.*

48 *Sufficit pro mora excuſanda credulitas, ſe non eſſe debitorem, imò dubitatio.*

CAPVT LXXIII.

CVM inter Cameram Apoſtolicam locatricem, conductoreſque Generales Dohanarum, reperiatur ſpecificè de pluribus facta conuentio.

Primò, ſcilicèt, ut totum frumentum in prædijs Fiſcalibus locatis recolligendum teneantur ſingulis annis conductores denunciare Reuerendiſſimo Præfecto Annonę Vrbis, ad effectum obtinendi ſolitam extractionem.

Secundò, quòd debeat eadem Camera requiri, an uelit frumentum pro Annonæ uſu.

Tertiò, tandem, quòd, quatenus Camera frumentum denunciatum emere decreuerit, teneatur per totum menſem Septembris pretium elargiri.

His igitur in facto præmiſſis, utpotè euidentialibus, dubitari contingit, an, poſtquàm conductores Fiſcales pro exequutione primi capituli locationis denunciauerint integrum frumẽtum ex prædijs Fiſcalibus recollectum, potuerint poſtmodùm ex eadem ſumma denunciata detrahere quantitatem frumenti neceſſariam, tàm pro ſemine futuri anni, quàm pro eorum Victu; Vel potiùs Camera poſſit prætendere intereſſe ob integrum frumentum denunciatum eidem non traditum, conductoreſque omninò abſoluendos eſſe ſuadent inferiùs firmanda.

1 Siquidem intereſſe ob frumentum integrè non traditum prætendi non poteſt; niſi copulatiuè concurrentibus debito, moraque inexcuſabili, prout, omiſſis generalibus, in terminis intereſſe ob frumentum non traditum, firmant *Fab. de Anna conſ. 95. lib. 2. Odd. conſ. 50. n. 11. et ſeq. Gratian. cap. 1000. n. 24. et ſeq. Rot. in rec. deciſ. 219. num. 5. et ſeq. part. 5.*

2 Adeòut, etiam ſi adeſſet debitum, & non conſtaret de mora, quæ, ex infra firmandis, excluditur ob defectũ neceſſarię interpellationis, non poſſet intereſſe prætendi, *l. lecta, verſic. nec antè ſortis, et verſ. ſed cum ſortis,* cum ibi notat. *ff. ſi cert. petat. leg. mora, ff. de Vſuris l. idemque 10. §. 1. ff. mandat. Bart. in leg. ſtipulationes non diuiduntur in 5. quæſt. ff. de verbor. obligat.* Ruin. *conſ. 48. num. 1. lib. 5. et conſ. 55. num 14. lib. 2. Crauett. conſ. 87. in fin. Houded. conſ. 50. num. 21. lib. 1. et conſ. 38. num. 9. lib. 2.* Cyriac. *controu. 540 nu. 49. Gratian. cap. 302. num. 7.* Lupus *de Vſur. §. 6. num. 109. Andreol. controu. 30 numer. 3.* latiſſimè *Giurb. obſeruat. 1. num. 3.* Franch *deciſ. 613. num. 15. verſ. ſecus autem eſt in intereſſe, Ludouiſ. dec. 148. num. 2.* ibique *Beltram. in ad-*
3 *dit. num. 5.* Itaut non ualeat pactum, quòd, mora ceſsãte, intereſse debeatur, *Aretin.* qui teſtatur de communi *conſ 151. col. fin. verſ. ad ſecundum, Aym. conſ. 320. num. 2. Giurb. d. obſeruat. 1. num. 4. Rot. dec. 20. nu 3. poſt Zacch. de oblig. Camer.* Multòque magis prædicta procedunt, ſi deficit, prout in præſentia, vtrumque, quia neque adeſt debitum, neque mora.

Non adeſt debitum; nullibi enim conſtat
de promiſſione conductorum præſtandi aliquam frumenti quantitatem, neque ex denunciatione eiuſdem frumenti poteſt rectè inferri ad obligationem præſtandi; Aliud enim eſt denunciare quantitatem frumenti recollectam, ad quod conductores tenentur ex primo capite locationis; Aliud verò promittere illius traditionem. Siquidem denunciatio eſt facienda ad effectum, vt Princeps, vel Annonæ Præfectus ſciat quantum fru-
4 mentum ſubditi collegerint, vt omnium indigentijs poſſit prouideri, *Bertazol. conſil. Criminal. 166. num. 4. Olaſcb. deciſ. 71. nu. 59.* & probat *text. in §. poſt Natalem de pace tenen. & eius Violator. in vſib. feud.* ex quò textu deſumptam eſſe praxim huiuſmodi de-
5 nunciationum, optimè obſeruat erudititiſſimus, omnique æuo commendandus, *Rouit. in pragmat. 9. num. 1. de Annon.*

6 Sed non indè ſequitur, quòd conductores voluerint ſe obligare ad tradendum, vel vẽdendum frumentum, quia ad hunc finem directè non tendit eorum obligatio; atque adeò non debet ex conſequentijs argui, & extendi, *l. ſi extraneus, ff. de condit. cauſ. dat. l. ſi cum dotem in princip. ff. ſolut. matrim. Ancharan. conſ. 550. num. 4. Card. Mantic. de tacit. lib. 11. tit. 1. num. 19. & ſeq. Puteus. dec. 171. num. 8. lib. 1. Rot. in rec. deciſ. 403. nu. 1. part. 1. Surd. dec. 202. num. 9. Bicb. deciſ. 5. num. 27. Buratt. dec. 740. num. 9.*

Nul-

Digitized by Google

Nullatenus verò debitum induci poteſt
ex denunciatione facta ad effectum haben-
di ſolitam extractionem, quòdque ideò to-
ta integra quantitas denunciata expoſita
fuerit venalis; quia huiuſmodi verba, tam-
7 quàm indefinita, non includunt totum; ſed
interpretationem paſſiuam à Iure recipiũt,
Menoch.conſ.261.num.33.lib.3. deducta, ſci-
licet, rata neceſſaria pro ſemine, & nego-
8 tio perficiendo, vſuque proprio conducto-
rum, ex clara diſpoſitione *text.in l.2. Cod.
vt nem.lic.in emption.ſpecier.lib.* 10. quę lex,
cum eſſet Græcè conſcripta, in aliquibus
Codicibus deſideratur; ſed in emendatio-
ribus habetur, prout in editione *Gottofre-
di, & Cuyacij, Amaia in l.1. hoc eod. tit.nu.*
30. *Durum enim eſt, & crudelitati proximum
9 ex tuis prędijs aquæ Agmen ortum, ſitientibus
agris tuis, ad aliorum vſum vicinorum iniuria
propagari*, inquit eleganter Imperator in
l.Præſes, Cod. de ſeruit. & aqua, ad idem
text.in leg.ſi pẽdẽtes, §.ſi quis, ff.de Vſufruct.
quem in ſpecie ponderat *Felin.in cap.1.n.2.
verſ. idem in habente, de Iudæis*, deſumens
ab eo generalem regulam, quòd obligatus
10 vendere, & tradere frumentum, poſſit eam
partem retinere, qua pro vſu proprio indi-
get, *Bart.in l.1.§.cura carnis, ff.de offic. Præ-
fect vrb. & in l.Annonam ff.de extraordinar.
11 crimin.* qui firmant, quòd Ciues pro indi-
gentijs Ciuitatis cogantur tantùm vendere
id, quod ſupereſt, vltra eorum indigentiam,
latèque comprobant *Giouagn.conſ.45. nu.1.
Gratian.cap.149.num.41. & ſeq.Sola de An-
non.gloſ.6.num.7. & gloſ.9.num.1.* latè *Mol-
pheſ.in ſumma, cap.22.de contractib.num.93.
& duob. ſeqq.*

Idemque habemus in Edicto ſuper ex-
tractione victualium non facienda, quę
non ligat, quò ad vſum, *Theſaur.deciſ.152.*
12 & probatur etiam ex Pragmaticis ſanctio-
nibus Regni Neapolitani, in quibus man-
datur deſcriptio omnium frugum recolle-
ctorum; traditio verò reſtringitur ad quan-
titatem exuberantem, detracto ſemine, vſu-
que proprio; licitum eſt enim in caſibus nõ
13 deciſis allegare pro deciſione, vel exemplo
leges Regnorum, Ditionumq; finitimarum,
prout aduertũt *Iaſon in l.de quibus n.6.ff.de
legib.Coſtant.in l.1.n.36.C de ſil.Offic.lib* 12.
Neuizan.in ſilu.nupt.lib 5.ex num.21.add.ad
Ronit.*in Prag.2. de ceſſion. bonor. verſ. licet
verò, fol.155. Burſatt.conſ 46.numer. 3.lib.1.
Aluar.Valaſch.in prax.tit. & tollat. cap.19.
numer.* 11. ſcribentes apud *Prat.reſponſ.cri-
min.46.num.51.vſq.ad 60.Card.de Luca de
ſeruit.diſc.2.num.19.Boer.dec.293.nu.9.Rot.
in recent.deciſ.357.num.49. & ſeqq.part.11.*

Idemque habemus in legibus Partitarum
Hiſpaniæ benè attendendis pro interpreta-
tione legum ciuiliũ, à quibus fuerunt deſum-
ptæ, teſte *Lopez in l.4.ciertas, tit.7.6.partit.
ſuper verſ.Manoiradas*, ibique *Montal.in gloſ.
in verſ.ciertas, idem Lopez.in l.3.* quę incipit;
Auger, tit.7.5.p.& in ſpecie aduertit *Fraucb.
dec.578.n.14. verſ. & quòd illa ſit ratio, Rot.
in rec.deciſ.27.num.8.part.1.* Cardin.*de Luca
de ſeruit.diſc.72.num.7.*

14 Iſtaque ęquitas uindicat ſibi locum, etiam
in contractu cum Principe geſto, quia eius
uerba intelligi ſemper debent, prout de Iu-
re, etiam ſi generaliter ſint concepta, *Iaſ.
in l.ex facto, num.5.ff.de vulgar.Oldrad. conſ.
268.numer.5.ad med. Surd. deciſ.2.num.24.
& ſeq.*

15 Bonum enim, & æquum dant eſſe Prin-
cipatui; ideòque nulla prorſus Principi fie
iniuria, reſtringendo eius uerba ad limites
æquitatis, iuxta ſingulare, nobileque mo-
nitum *Bald.in l.1.num.2.ff. de conſtitut.Prin-
16 cip.* eiuſque contractus latam interpretatio-
nem recipere debet contra ipſum, eiuſque
Aerarium, *Crauett.conſ.95.num.9.* alijſque
latè congeſtis, *Surd.conſ.431.nu.56. & ſeqq.*
& Nos alibi latiori exarauimus calamo.

17 Cum igitur ex ſupra firmatis in rata fru-
menti detrahenda pro ſemine, uſuque pro-
prio diuerſa militet ratio, uerba indefinitè
concepta in primo locationis Capitulo ſu-
per aſſignatione facienda, ad effectum ſoli-
tam habendi extractionem, non æquipol-
lent uniuerſali, *Calderin. conſ.3. ante finem
tit.de hæretic.Roland.conſ.34. num.38. lib.4.
Surd.conſ.431.num.67.*

18 Præcipuè, quia Ius extrahendi impatti-
tum Dohanetijs eſt facultatiuum; non
uoluntarium, & conceſſum in priuile-
gium; non autem in odium; ideòque non
retorquendum, *l.nulla Iuris ratio, ff. de legib.
l.quod fauore, Cod.eod.cap.quod ob gratiã 61.
de Reg.Iur.in 6.Gratian.cap.651. num.21. &
cap.665.nu.20.Card.Mant.de tacit. & ambig.
conuent.lib.2. tit.12.num.27.Surd. deciſ.195.
num.5.*

Neque ex eo, quòd Dohanerij habeant
facultatẽ extrahendi modios ſexdecim mille
peruecceſsè ſequitur, quòd totam quantita-
tem habuerint, uel uoluerint habere uena-
lem: Multòque magis, quia extractio nihil
prorſus commune habet cum denunciatio-
ne, utpotè ad certam quantitatem reſtricta,
onuſque faciendi denunciationem eſt inde-
finitum de omnibus frumentis recollectis,
quod maxima arbitror animaduerſione di-
gnum.

Vlteriùs, cum à Præfecto Annonæ fuerit
conductoribus impartita licentia retinendi
frumentum pro uſu proprio, non poteſt in
19 dubium ampliùs reuocari, quin licentia
obliget Principem dantem, *Oldrad.conſ.230
num.30.Moliu.de primog.lib.4.cap.3.num.13
in fin.* Atque adeò prætenſa ceſſat ſubroga-

tio

Digitized by Google

tio frumenti, quia conductores aliquid ul-
teriùs Annonæ præſtare non tenebantur,
dum hoc in licentia non fuit expreſſum;
20 ideóq; uindicat ſibi locum concluſio, quòd
licentia nullam admittat reſtrictionem, niſi
exprimatur, quia intelligitur de libera, nul-
loque modo limitata, *Surd. conſ. 294. nu. 25.*
Aleiat. conſ. 16. nu. 3. & 10. lib. 8. ubi refert,
non admittere reſtrictionem ſubintellectã;
Præcipuè, quia ſubrogatio uon uindicat ſi-
21 bi locum; niſi expreſsè dicatur, *Cephal.*
conſ. 615. num. 111. Menoch. conſ. 97. nu. 157.
& ſeqn. Ideòque, cum in caſu noſtro nihil
fuerit de ea dictum, non debet gratuitò
argui.
22 Neque meretur attendi obiectum, quòd
concluſio deſumpta ex *text. in d. leg. 2. Cod.*
vt nem. lic. in emptione ſpecier. lib. 10. ut, nẽ-
pè, ex quantitate frumenti aſſignata fuerit
licitum detrahere portionem pro ſemine,
uſuque proprio, ſit admittenda in diſpoſi-
tione legis, aut, ſtatuti cogentis ad traditio-
nem fructuum; ideòque, ne quis grauetur
contra Iuſtitiam, præſeruatæ cenſeantur le-
gitimæ deductiones, iuxta rationem pon-
deratam á Iuriſconſulto *in d. l. 2.*

Secus aſſerendum, vbi, prout in themate,
de quo eſt ſermo, agitur de hominis diſ-
poſitione, qui in contractu omnes fructus
recolligendos voluntariè deduxit; de hoc
enim lex non curat, quia potuerat ſibi ma-
gis accuratè conſulere, præſeruando por-
tiones neceſſarias; ideòque, ſi vendat fructus
ſui prædij, omnes veniunt abſque deductio-
ne ſeminis, & impenſarum, iuxta ſingula-
23 rem diſtinctionem Iacob. *de Arena in l. fru-*
ctus, num. 1. verſ. idem, ff. ſolut. matrim. ibi: *Si*
aliquis vendat mihi dimidiam partem ſuorum
fructuum, nam non deducet expenſas, cum
vulgariter homines dicant, habui hoc anno tot
fructus, nec ex vulgari expenſa detrahunt,
nam ſtatur in hoc vulgari modo loquendi, vbi
quoque ſubdit eſſe differentiam, *utrum no-*
men fructuum apponatur ab homine in contra-
ctu, & tunc non deducantur expenſæ, aut à
lege, & ſic, ibique comprobat Bald. *ſub num.*
4. per tot. & ſignanter in *verſ. ſi autem profe-*
ratur à Miniſtro, inquiens, hoc certum, vbi
agitur de contractu oneroſo, idem *Bald. in*
l. 1. num. 3. verſ. idem dicas, ibique *Salicet.*
num. 3. poſt med. Cod. de fruct. & lit. expenſ.

Ob quam rationem idem Bald. *in leg. ſi à*
Domino 39. §. fructus, ff. de petit. hæredit. di-
xit: *Si vendatur* Gabella *fructuum, ſi quidem*
24 *ſunt fructus reales, vt frumentum, & ſimilia,*
non fieret deductio expenſarum; ſubditque
num. 1. ex ſententia *Franciſci de Piſis,* quòd
Verbum fructus prolatum in contractu acci-
pitur ſine vlla deductione, vt patet in Colono,
qui promittit reſpõdere medietatem fructuum,
qui non deducit expenſas. Abbas in cap. Paſto-
25 *ralis 28. num. 9. ante finem, verſic. item ex di-*
cto de Decimis, qui poſt *Innocentium* firmat,
quòd ſi inter contrahentes fiat mentio de
26 fructibus, debeat intelligi, non deductis ex-
penſis, quia contrahentes capiunt verba
naturaliter, & ſecundùm quòd naturaliter
proferuntur, cum quo tranſit *Afflict. in Con-*
ſtit. Regni lib. 2. Rubric. 7. Conſtitutione, quæ
incipit, *quantò, num. 20. in fin. & 21.*
27 Quæ declaratio eò fortiùs eſt ſequenda
in hoc caſu, ſtante conuentione inita cum
Camera in primo Capitulo locationis, vt
denunciatio fieri debeat de omnibus frumẽ-
tis, prout in terminis ponderat *Ruin. conſ.*
65. nu. 8. lib. 1. Roland. conſ. 96. num. 48. verſ.
benè facit, lib. 1.
28 Multòque magis, quando, prout in præ-
ſentia, ab homine in ſpecie proferuntur
fructus extantes in fundo, ſeu iam ex certis
agris collecti; tunc enim intelliguntur inte-
gri, prout ſunt, abſque vlla impenſarum
deductione, iuxta primum membrum diſtin-
ctionis *Bart. in d. leg. fructus, num. 7. ff. ſolut.*
matrim. quam ibidem, præ cæteris, ſequuti
ſunt *Bald. nu. 4. ſub verſ. aut ab homine, Alex.*
num. 4. column. 2. verſ. ſecundò limita, Soccin.
Sen. num. 8. Barboſ. num. 22. ſub verſ. expedita,
idemque firmant *Bald. in dict. cap. ex literis,*
num. 7. ante fin. de Iur. Iurand. ibi: *Secus, ſi in*
ſpecie dicam, fructus pendentes in tali fundo,
& in l. 1. num. 18. in princip. ibique *Caſtrenſ.*
num. 2. poſt med. verſ. ſed de Iure etiam, Cod. de
fruct. & lit. expenſ. Abbas in dict. cap. paſto-
ralis, num. 9. circa med. verſ. quandoque, de
decim. Ruin. d. conſ. 65. num. 6. verſ. ſed contra-
rium, cum ſeq. lib. 1. Cephal. conſ. 636. num. 53.
verſ. cum uideatur, & num. 54. lib. 5. Tiraq.
de retract. lignag. §. 15. gloſ. 1. num. 18. Capyc.
dec. 20. num. 16.

Quibus omnibus accedit, quòd concluſio
elicita ex dicta *leg. 2. C. vt nemini lic. in empt.*
ſpecier. lib. 10. recipiatur dumtaxat, vbi lex,
vel ſtatutum cogit ad traditionem omnium
fructuum recollectorum, quo caſu iniquum
videretur portionem non deducere neceſſa-
riam pro victu, & ſemine; nam aliunde co-
geretur mendicare.

At ſecus, vbi prouiſio cadit, prout in præ-
ſentia, ſuper certa quantitate frumenti cõ-
uenta in modijs duodecim mille, pro quibus
extrahendis facultas Dohanerijs tribuitur,
& in quibus Annona, ſoluto pretio, præferri
voluit; tunc enim non deducuntur expenſæ
ſeminis, & aliæ, quæ ſuper reliquo detrahi
29 poſſent; Non enim impenſa poteſt minuere,
quod certum, determinatumque eſt in ſe,
ex receptiſſima ſententia, quam firmat *Bart.*
in dict. leg. fructus, ff. ſolut. matr. num. 2. verſic.
ſed ſi profertur determinatè, ibique *Bald. num.*
4. verſ. aut taxatur quantitas, Alex. num. 4.
verſ. tertio principaliter limita, Claud. Sciſſel.
nu. 13.

num.13.Zaſ num.10. in fin. Barboſ. num.25. verſ.ſit ſecunda concluſio , & num.27. verſic. item limitatur, idem *Bald.in dict.l.1.num.18. verſ.idem ſi certa quantitas exprimatur , Cod. de fruct.& lit.expenſ.Florian.in leg.videamus num.2.poſt med. verſic.ſecus ſi determinatè, ff. de vſuris, Abbas in dict.cap.Paſtoralis, num. 9.poſt med. verſic.ſed ſi refertur determinatè de decim.Tiraquell.de retract.lignag. d.§.15. gloſ.1.num.17* Ba*eza de decim. tutor. Hiſpan. cap.29.ſub num.8.*

Siquidem huiuſmodi obiectum ; in quo ex aduerſo pro Annona tota vis conſtituitur, facillimè proſternitur ex pluribus.

Primò,quia continet manifeſtam petitionem principij , præſupponit enim pro concluſione id , quod eſt principaliter in quæſtione, quòd, ſcilicet, Dohanerij conductores fuerint obligati , vel totum frumentum, vel aliquam certam partem Cameræ pręſtare;cum tamen eorum obligatio ſolummòdo ſit reſtricta ad denunciationem ab ipſis faciendam iam adimpletam ;ſed ex denunciatione non rectè infertur ad venditionem, prout ſuperiori loco eſt comprobatum.

Hoc igitur tamquàm euidentiali præmiſſo , nullo Iure conueniunt ex aduerſo lato calamo congeſta ſuper diſtinctione inter diſpoſitionem legis, aut ſtatuti, & diſpoſitionem hominis,ut, nempè,in hoc ſecundo caſu diſpoſitionis hominis in contractu dedu-
30 ctæ, expenſæ, & ſemen ex fructibus non deducantur ; procedunt enim omnes auctoritates contrariæ cum neceſſario præſuppoſito voluntariæ obligationis , & promiſſionis præſtandi omnes fructus ex certis pręd ijs recolligendos,quæ neceſſaria obligatio in Dohanerijs conductoribus non concurrit,vt ſupra latè fuit oſtenſum.

Præcipuè, quia diſpoſitio legis differt à diſpoſitione hominis,quando quis voluntariè in contractu deducit totum frumentum, exemplo vendentis omnes fructus ſui prędij, quia omnes veniunt abſque deductione ſeminis , & impenſarum , prout in his terminis loquuntur *Iacob.de Aren.Bart.* & alij in contrarium allegati in *leg.fructus , ff. ſolut.ma-*
31 *trim.* Idque ea potiſſimùm ratione , quia contrahens potuit ſibi aliunde conſulere, præſeruando totum id, quod ſibi erat neceſſarium.

At in præſenti themate ſecus eſt aſſerendum, quia,denunciato toto frumento, non poterant Dohanerij conductores aliunde ſibi ipſis conſulere pro ſemine pro Affidatis, vt vulgò aiunt , & pro ſubminiſtrando pane alijs multis, quibus de eo ab ipſis prouideri conſuetum, neceſſariumque erat;unde non poteſt dici,quòd totam quantitatem denunciatam expoſuerint venalem ; ſed, dempta quantitate pro vſu proprio, iuxta interpretationem deductam ex dicta *l.2.Cod.vt nemi. liceat in emption.ſpecier.lib.*10. cum alijs ſuperiùs allegatis.

32 Neque verba, *in tutto,* huic repugnant intellectui; dictio enim,*omnis,*non excludit deductionem de Iure alioquin competentem, vt dicit *Ruin.*latè comprobans, *conſ.62.num. 2.in fin.cum ſeq.lib.1.* qui loquitur in diſpo-
33 ſitione hominis . Præcipuè quando alioquin ſequeretur abſurdum ; quòd quis propriæ neceſſitati non valeret conſulere , *Dec.in l. omnia, num.1.ad fin.ff.ſi cert.petat.Cened.ſingular.25.num.4.*

Ideò neque aduerſantur *Bald.in d.l.fructus, num.4.verſ.aut taxatur quantitas, ff.ſolut.matrim.*ibique *Bart.nu.7. verſ. & hoc verum , Iaſ. num.21.* quia loquuntur , quando prouiſio cadit ſuper certa quantitate præciſa , & determinata ; itaut clara ſit voluntas promittentis nihil deducendi , quod toto Cœlo diſtat à terminis præſentis caſus;conceditur enim Dohanerijs facultas pro extrahendo frumento denunciato , cum prelatione tamen Annonæ,ſoluto pretio; ſed tamen pręlatio intelligitur , quatenus Dohanerij utantur extractione , & extra quantitatem ſibi neceſſariam, & quatenus etiam per requiſitionem , non autem per ſolam denunciationem voluerint totum frumentum venalitati exponere ; prout ex verbis locationis; & nihilominus in re , de qua eſt ſermo, deficit utrumque, quia ultra nō uſum extractionis, ceſſat etiam dicta requiſitio.

Secundò ex aduerſo adducti loquuntur de fructibus, qui intelliguntur,deductis expenſis, non de frumento , cuius venditio , quatenus etiam fuiſſet promiſſa ; adhuc contra-
34 ctus admittit huiuſmodi interpretationem, vt deducatur id , quod eſt neceſſarium promittenti; illud enim Euangelij : *Nè fortè non ſufficiat nobis , & vobis* , haber locum , non ſolùm in legibus , & conſuetudinibus ; ſed etiam in pactis , vt poſt *Couarr.* admonet *Surd. dec.236. num.21.* Quinimò limitatio ex aduerſo adducta , neque etiam procedit
35 in terminis fructuum in diſpoſitione Principis, quia æquiparatur legi, *Capyc. dec.20. num.5.& ſeqq.*

Tertiò prædicta diſtinctio inter diſpoſitionem legis, & hominis non conuenit in
36 præſenti, quia contractus cum Principe dicitur lex, & vim legis habet , atque adeò dicitur diſpoſitio legis , *§.ſed & quod Principi, Inſtit.de Iur.natur.l.Cęſar,* ibique *Bart ff. de public.& vectigal.l.pen.Cod.de donat.inter vir.& vxor.Iaſ.in l.Ciuitas, num.5. ff.ſi cert. petat. Oſuald. ad Donell. lib.12. commentar. cap.22.in notat.lit.Z.Decian.conſ.2. num.120. & ſeqq.lib.1.Menoch.conſ.1.num.241. Ruin. conſ.99.num.11.lib.1.Valenz.conſ.2.num.62. Gratian,cap.310.num.9. Gaill.lib.2. obſernat.*
127.

127. num.8. **Antunez.** *de donat. part.2. lib.1. cap.11. num.17. Larrea allegat.3. num.7. & allegat.119. num.9. Mader. lib. ſingular. animaduerſ. Iuris cap.35.*

Cæterùm, quatenus etiam adeſſet præciſa obligatio præſtandi frumentum denunciatum, quòd, ex ſupra firmatis, nullo Iure ſubſiſtit, hoc tamen non ſufficit ad intereſſe
37 per Annonam prætenſum; niſi etiam concurrat mora, quæ non contrahitur, niſi per interpellationem, oblationemque pretij, vel diem certam, ex ſupra firmatis; Neutrum autem adeſt in re noſtra; nulla enim dies huiuſmodi conſignationi legitur præfinita, neque adeſt interpellatio, cum pretii oblatione, & nihilominus, cum agatur de frumento, quod non niſi cum impenſa, & diligentijs, tradi poteſt, neque dies certa, neque ſimplex interpellatio ſuffificiunt; niſi etiam creditor ſe fuiſſe paratum probet illud recipere in certo loco deſtina-
38 to cum Nauibus, vel Vecturis ad id neceſſarijs, iuxta ſingularem, receptiſſimamque theoricam *Caſtren. in l. item illa, num 13 in fine, Bart. num.23. & cæteri, ff. de conſtit. pecun. Soccin. Iun. conſ.136. in princip. lib.2. Alb. conſ.182. num.23. Menoch. conſ.355. numer 5. lib.4.* & in terminis intereſſe frumenti non conſignati. egregiè, præ cæteris, *Fab. de Annad. conſ.95 lib.1. Odd. conſ.52. n.11. & ſeq.* Rot. *in recent. dec.219. num.6. & ſeq. part.5.* ubi, quòd fortiùs concluſio procedat in reo, quidquid ſit in actore, & *Mediolanen. grani coram Orano*, de qua per *Gratian. cap.* 1000. *poſt num.24. verſ. & ita, cum ſeq.* ubi,
39 quòd, ultra interpellationem, requiratur oblatio pretij, quæ erat omninò neceſſaria, ſtante ſpeciali conuentione inita in tertio capitulo Locationis, ibi: *Se li debba dare il prezzo*, quæ conuentio præfefert actualem pretij ſolutionem, quám ſignificat uer-
40 bum, *dare, leg. vbi autem 75. §. fin. ff. de verbor. obligat.* Soccin. *conſ.9. num.32 in fin. & nu. 34. lib.1.* Ludouiſ. *decif.194. num.15.*

Atque adeò debebat Camera incipere à traditione pretij, quod factum nõ fuit; ideò-
41 que uindicat ſibi locum concluſio, quòd emptor non poſſit arguere moram debitoris in tradẽdo, niſi priùs probet, ſoluiſſe pretium faciendo illud accipientis, *leg.1. ff. de rerum permut. leg. ex empto 11. ff. de action. empt. Anchar. conſ.331 num 3. Abb. conſ.66. nu.1. lib.1 Alex. conſ.39. numer.2. lib.1. Dec. conſil.421. num.10.*

42 Quæ omnia utique erãt implenda per Miniſtros Annonæ in loco conſignationis faciendæ; intelligebatur enim de loco, ubi frumentum reperiebatur, dum agitur de debitore conſignationis, quod nullam habet difficultatem in debitore ſpeciei, ut probatur ex iuribus claris in *leg. quod legatur, verſ. niſi ſit addictum, iuncta gloſ. verb. dolio, ff. de iudicijs, & leg. datio, §. fin. in fine*, ubi *Fulgos, ante num.1. verſ. ſi verò eſſet debitor alicuius ſpeciei, ff. de conſtit. pecun. Alex. in l. vinum, n.90. ff. de reb. credit.* ibique *Curtius* Iun. *n.40. vſq; ad 46.* ubi, quòd ex ueriſimili mente partiũ dicendum ſit, ſenſiſſe de certa ſpecie, quæ tradi debet in loco, ubi reperitur.

43 Vlteriùs ibidem adeſſe debuit, qui ſe exhiberet paratum conſignationem recipere, *Alciat. in leg. vnic. nu.57. Cod. de ſentent. quæ pro eo*, latè *Soccin.* Iun. *d. conſ.136. lib.2. Odd. d. conſ.50. num.11. & duob ſeqq.* qui dicit eſſe impoſſibile, hanc materiam aliter ad praxim deducere, *Menoch conſ.355 nu.5. lib.4.*
44 ubi, quòd mora nou dicatur commiſſa niſi creditor ſit in loco, ubi conſignatio fieri debet, certioremque faciat debitorem.

45 Ideòque, cum ex defectu interpellationis, aliorumque requiſitorum, de quibus proximè, penitùs omnis excludatur mora conductorum, nullum proptereà debetur intereſſe, *leg. idemque §.1. ff mandati, leg. mora, ff. de Vſuris*, Honded. *conſ 50. num.21. lib.1. & conſ 38. num.9. lib.2.* latiſſimè *Giurba obſeruat.1. num.3.* Ludouiſ. *deciſ.148. nu.2.* ibique addentes, *num.5.* cum alijs ſupra allegatis *num.2.*

46 Quibus omnibus accedat, quòd in debitore ſpeciei, re perempta ſine culpa, idem debitor liberatur, *leg. quidam, §. ſi tibi, leg. Titia textores, §.1. ff. de legat.1. leg. ſi ex legati cauſa, cum leg. ſeq.* ibique *Angel.* & alij *ff. de verbor. obligat. Bart. in leg ſi quod te in princip. verſ. vnde in debitore, num.4 ff ſi cert. petat Natt. conſ 86. num.4 Euerard. conſ.174 num.6. verſic. tamen hoc fallit, Gratian. diſceptat.128. num.19.*

47 Frumentum autem fuiſſe bona fide conſumptum controuerti non poteſt ob extractionem modior. 6000. aliorumque 600 cum licentia Præfecti Annonæ, ex quo, etiam ſequitur, ceſſare omnem prætentionem intereſſe, quia mora omnis ex probabili cauſa excuſationis remanet excluſa, *leg quod te 5. ff. ſi cert. petat.* ibique Cagnol. *num.42. l ſi quis ſolutioni 24. ff. de vſur.* Maſcard. *de probat. concluſ.1393. num.32 Menoch. conſ.293. num.10. Pappon. conſ.32.* Franc. *Anton. Coſt. conſ.56. num.30.* Cyriac. *controu.374. nu.22. & duob. ſeqq.* ubi aſſerit, ſufficere credulita-
48 tem, ſe non eſſe debitorem, quinimò dubitationem, *& controu.540. nu.52. Surd. dec. 240. ſub nu.9. verſ. at ſi cauſam.*

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Vectigalis ſolutio, an ſpectet ad emptorem, vel potiùs ad venditorem Mercium, latè agitur, pluribus adhibitis diſtinctionibus decernentibus totam ferè huiuſmodi materiam, alioquin ob diſſidentes Interpretum ſententias inuolutam; Quidue affirmandum, quoties fuit ſpecificè inita conuentio, vt merces venditę ad locum tranſuehi debeant deſtinatum, expenſis, periculoq; eiuſdem Venditoris.

Gabella, an ſit ſoluenda per emptorem; quoties actus introductionis mercium eſt momentaneus, non ordinatus ad introducendum; ſed potiùs ad conſignandas merces recipienti, pro quo ſunt deſtinatæ.

Dohanę vocabulum, tàm apud Iuriſconſultos, quàm latinæ linguæ auctores ignotum, vnde Ethymologiam deducat; Et, an *Ducenarij*, corrupto vocabulo, appellentur *Dohanerij*.

SVMMARIVM.

1 *Gabella ſpectat ad emptorem; non autem ad venditorem.*

2 *Verbum*, liberè, *importat exemptionem à Vectigalibus.*

3 *Gabella ſoluitur à Domino rei gabellabilis.*

4 *Pro Naui gabella ſoluitur à Nauta, pro mercibus verò ab earum Domino.*

5 *Hæres, qui tenetur rem tradere legatario, adſtringitur ſoluere Gabellam rei ipſi inhærentem, quia ante traditionem eſt Dominus.*

6 *Obligatus portare certam frumenti menſuram in genere, tenetur illam portare ſuis expenſis, & Gabellis, quia Gabella eſt onus rei inhærens.*

7 *Debitor portans res dandas creditori, ſoluit Vectigal, quia ſunt ſuæ.*

8 *Quando res traducuntur de loco ad locum, & in delatione ſoluitur Vectigal, tunc huiuſmodi expenſas tenetur facere Dominus rerum.*

9 *Gabella ſoluenda eſt à portante.*

10 *Soluenda eſt à Domino, vbi res exiſtit.*

11 *Res venditæ quoties conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, ante ponderationem menſurationem, & traditionem, non ſolùm dominium, ſed neque etiam periculum in emptorem valet dici translatum.*

12 *Idque, etiam ſi adſit clauſula* conſtituti.

13 *Secus aſſerendum ſi adſit vera traditio.*

14 *Aſſertur contraria ſententia.*

15 *Præcipuè, quando mora emptoris non interceſſit, neque per eum ſtetit, quo minus traditio, ponderatio, & menſuratio ſequatur, & n 31.*

16 *Non videtur ea res vendita, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem tranſeat, ſed hoc, aut eſt locatio, aut aliud genus contractus.*

Intellige vt num. 32.

Expenditur text. in l. cum manu ſata, 80. §. fin. ff. de contrah. empt.

17 *Gabella ſoluenda in Ciuitate, vel extra, in ordine ad acquiſitionem rei, quæ ſine illius ſolutione obtineri non poteſt, ſoluenda eſt ab eo, qui rem acquirendam alteri tradere eſt obligatus, &* num. ſeq.

18 *Hæres, ſi fuerit à Teſtatore grauatus ad tradendum legatario rem in hæreditate non exiſtentem, ſolutio ſpectat ad hæredem, ipſe enim acquirit, vt tradat.*

19 *In hoc caſu intelligendus* Bart. in l. 1. num. 5. ff. de alim. & cibar. legat.

20 *Gabella impoſita pro paſſu per Pontem, vel Cymbam, ſiue ingreſſu alicuius Ciuitatis, eſt ſoluenda per introductorem, ſiue merces in eo loco permanere debeant, ſiue ſint aliò tranſituræ, neque ad illam tenetur emptor, cui merces ſunt tradendæ.*

21 Bald. in l. acceptam, Cod. de vſuris, *aſſerens, Gabellam ſpectare ad introductorem, de hac ſpecie loquitur.*

22 Dohanæ *vocabulum, tàm apud Iuriſconſultos, quàm apud latinæ linguæ auctores, ignotum.*

23 *Nonnulli exiſtimant deriuatum à corrupto vocabulo,* Ducenarii, *quales dicebantur Vectigalium exactores.*

24 *Alij arbitrantur, eſſe vocabulum barbarum à Longobardis, uel Normandis introductum, & vſitari cæptum in Conſtitutionibus Regni.*

25 *Dohana denotat cumulationem quamdam omnium Iurium Regalium in ſententia* Rouiti.

26 *Alio Longobardorum Vocabulo apud feudiſtas inter Regalia enumeratum,* Armaudia, *ſeu* Telonia *nuncupatur.*

27 *De hoc Vectigali agunt Iura in* l. 6. & duob. ſeqq. Cod. de Vectigal.

Venturinus conſ. 39. *de hac etiam ſpecie Vectigalis agit.*

28 *Introductio, ſi fiat per tranſitum, huiuſmodi Gabella non eſt ſoluenda ab introducente in ſtatum, quia tunc introductio eſt momentanea.*

29 *Circa Ius Dohanæ non eſt inſpiciendus locus, per quem res tranſit, ſed ad quem res vadit.*

30 *Vectigalia imponi dicuntur, non ipſis rebus, ſed perſonis pro rebus, ſeu pro earum mercimonio, & vſu.*

31 *Dominium, periculumque rerum conſiſtentium in numero, pondere, & menſura, dicitur in emptorem translatum, quoties per eundem ſtat, quominus menſuratio, vel ponderatio ſequatur; &* num. 15.

32 *Res vendita, cum reſeruatione Dominij, dicitur locata non quo ad periculum, oneraque rei, quæ ſpectant ad emptorem, ſed quò ad alios effectus.*

Expenduntur ſingularia Iura in l. ſicut emptio ff. locati, & in leg. ſerui emptor 16. ff. de peric. & comm. rei vendit.

Reprobatur contraria ſententia Bonifacii, Rugerii, Borgognin. *& aliorum.*

33 *Gabella, non obſtante reſeruatione Dominij, ſpectat ad emptorem, quando verè actum fuit de venditione.*

34 *Introductor ad effectum ſoluendæ Gabellæ non dicitur venditor, ſed potiùs emptor; quoties actus introductionis eſt momentaneus, non ordinatus*

ad

ad introducendum, ſed ad conſiguandum merces recipienti, pro quo ſunt deſtinatæ.

35 *Gabella ſoluenda ab introducente in ſtatum, non habet locum, ſi ducat per tranſitum.*

36 Surd.conſ.239.*licet loquatur de rebus fiſci, ratio tamen ab eodem adducta conuenit omnibus rebus momentaneè introductis, cum deſtinatione, vt alteri tradantur.*

37 Riminaldus conſ.724.*in quo caſu loquatur.*

38 Surd.conſ.309.*loquitur in Gabella ſoluenda ante introitum.*

39 Soccin.Sen.conſ.247.lib.2. *adhibet diſtinctionem, an Gabella ſit impoſita rebus, quæ portantur, an contractui, an legato.*

40 *Gabellæ onus cenſetur ſuſceptum à venditore, qui promiſit ſuis expenſis, & periculo merces introducere, & tradere emptori.*

Contraria ſententia eſt verior, ibidem.

41 *Emens ab Eccleſia, licet teneatur ſoluere Gabellam ſeparatam à contractu; non tamen tenetur ad Gabellam, quando Eccleſia vendens promiſiſſet, ſuo ſumptu, & periculo rem portare.*

42 *Verba* omnibus, expenſis, & periculo, *adiecta in contractu emptionis, & venditionis, intelligi debent de expenſis, & periculis in aſportatione; non autem de Gabella ſoluenda,*

43 Bald. conſ.31. in fin. lib.1. *quomodo intelligendus.*

44 *Ex conuentione inita inter venditorem, & emptorem de certo pretio ſoluendo, colligitur, vēditorem non teneri ad ſolutionem Gabellæ.*

45 *Obſeruantia declarat mentem contrahētium.*

46 *In materia ſolutionis Gabellarum plurimùm eſt deferendum obſeruantiæ, ad effectum inſpiciēdi, quid fuerit comprehenſum.*

47 *Obſeruantia attendi debet ad effectum dignoſcendi, an Gabella pertineat ad emptorem.*

48 *Generalis obſeruantia, & ſtylus mercatorum plurimùm attendi debet.*

CAPVT LXXIV.

1 GABELLA, de qua eſt controuerſia, ſpectat ad emptorem Mercium; non autem ad uenditorem, *leg. debet.26.in fine, ff.de Ædilit.edict. Bald.in l.ſi prædium 4.ſub num.8.Cod.de ædilit.action. Alex.conſ.51.lib.3.Burſat.conſ.56. num.16.lib.1.*Peregrin.con.101.*num.1.lib.3. Cephal.conſ.*488 *nu.34.Rimin. Iun. conſ.722. num.24.& conſ.433.num.17. Venturin. conſ. 39.num.54.Bertazol.conſ.criminal 244.nu.3.* Bertacchin.de Gabell.7.part.princip. num.1. Girond.eod.tract.part.4.§.1.num.1.Glorit.reſponſ.5.num.22. Valaſch.conſult.71. num 14. Gratian.cap.549.num.32. *Parlador.rer. quotid.cap.3.§.7.num.5.Fauſt in conſ.prò Ærar. claſ.12.Ordin.894.circa med.verſic.mirum,* itaque Rocc.reſponſ.32.num.5. lib.1. *Cyriac. contron.69.num.31.* ubi, quòd regulariter is, qui acquirit, ad datium teneatur, *Cappell. Tholoſ.dec.451. n.1.Gamm.decis.Luſit.349.n. 5.Ludouic. dec.Peruſ.113.nu.2.*

2 Huiuſmodi uerò concluſio fortiùs procedit, quando, ptout in hoc themate, reperitur ſpecificè conuentum, ut pretium mercium taxatum in certa ſumma, liberè ſolui deberet uenditori, quod uerbum, *liberè*, importare exemptionem à Gabellis, in terminis firmant uidendi, *Crauett.conſ.122.n. 6.Roland.conſ.2.nu.43.& ſeq.lib.4.* Laderch. *conſ.38.num.3.Oldrad.conſ.234.nu.2.ad med. verſ.patet igitur, Ruin.conſ.100.num.1. in fin. & ſeqq.lib.1.Decian.conſ.5.num.44. lib.4.*

Neque alicuius momenti eſt obiectum, in quo potiſſimùm ex aduerſo contenditur, quòd, cum uenditor in contractu inito in Portu Meſſanæ ſe adſtrinxerit ad introducendas merces in Portum Liburni, illaſque ibidem tradendas emptori, teneatur ſoluere Gabellam, dum idem uenditor erat Dominus, inſpecto tempore introductionis, re-
3 gulareque ſit, ut Gabella á Domino rei Gabellabilis debeatur, iuxta theoricam *Bart. in l.1.§.hic titulus 6. ff.de publican. & vectigal.& in leg.fin.ff.commodat. Strace.de Naut.*
4 *part.3.num.4.* aſſerens, quòd pro Naui Gabella ſoluatur à Nauta, pro mercibus uerò ab earum Domino.

5 Ob quam Dominij rationem idem *Bart. in l.1.num.5.ff.de alim. & cibar. legat.* docuit, quòd hæres, qui tenetur rem tradere legatario, compellatur ſoluere Gabellam ipſimet rei inhærentem, quia ante traditionem eſt Dominus, *Card.Tuſc. lit.G.concluſ. 6.num.6.& ſeq.* & magis in terminis, *Bald. in leg.acceptam ſub num.42. Cod.de vſur.* aſ-
6 ſerit, quòd obligatus portare certam menſuram frumenti in genere, teneatur illam portare ſuis expenſis, & Gabellis, non ob aliam rationem, niſi, quia Gabella eſt onus rei inhærens, quem ſequitur ibidem *Salicet.*
7 *num.15.* docens, quòd debitor portans res dandas creditori, ſoluat Gabellam, quia ſunt ſuæ, *Soccin.Sen. conſ.247. num.3. lib.2.*
8 firmans, quòd, quando res traducuntur de loco ad locum, & in delatione ſoluitur Vectigal; tunc huiuſmodi expenſas teneatur facere Dominus rerum, *Surd.conſ.307.n.8.*
9 ubi, quòd Gabella ſoluenda ſit à portante,
10 *Venturin.conſ.39.n.49.* aſſerēs, quód Gabella ſoluenda ſit a Domino, ubi res exiſtit.

De Dominio autem uenditoris, tempore introductionis, non uidetur poſſe dubitari; cum enim uendiderit merces emptori tradendas, & ponderandas in Portu Liburni longè diſtanti à Portu Meſſanæ, ubi fuit initus contractus, ante dictam traditionē,
11 & ponderationem, non ſolùm dominium; ſed neque etiam periculum in emptorem poteſt dici translatum, quoties res conſiſtunt in pondere, numero, & menſura, *leg. quod ſæpè, §.in ijs.ff.de contrahend.empt.leg.2 Cod.de peric.& comm.rei vendit.Caſtrenſ.in l.ſicut, num.2.Cod.de action.empt. Beccconſil.*

*74.num.2.& conſ.121.num.1.lib.1.Capye.deciſ.14.Cephal.conſ.36.num.21.& ſeq.Gomez.
var.tom.2.cap.2.de empt. & vendit.num.32.
poſt med.verſ.ſi verò*, vbi quòd menſuratio,
vel ponderatio videatur habebere vim traditionis, *Guttier. practic.qu.lib.5. quæſt.95.
num.15.Card.Mantic.de tacit.lib.4.tit.17.n.2*
12 *& ſeqq. vbi num. 3.* etiam ſi adſit clauſula
conſtituti, *Couarr.pract.cap.3.num.6. Card.
de Luca de* Regal.*diſc.*118.*num.3.*

13 Quod ſecùs aſſerendum, facta traditione
per actum verum, in quibus terminis loquũtur *Dec. in l. traditionibus, num.6. verſ. tamen ſi traditio, Cod.de pact.& conſ.179.Angel.& Caſtr.in l.2. Cod.de peric. & commod.
rei uendit.Pariſ.conſ.59.num.10.& 20. lib.1.
Cephal.conſ.643.num.3. Corn.conſ.50. nu.4.
lib.1.Couarr pract.cap.3.nu.6. verſ.quæ quidem concluſio, Vrſill.ad Afflict. deciſ.280.
num.2.verſ.& inſuper,Card.Mant.de tacit. d.
lib.4.tit.17.n.6.Bertazol.de clauſ.clauſ.30.gl.
6.nu.9.Hermoſill.ad Gregor.Lopez tit.5. leg.
24.gloſ.5.num.5.Capyc.deciſ.14.nu.10. verſ.
nam Iura.Benit.deciſ.29.num.5. Theſaur.dec.
197.num.8.Cardin.Seraphin.dec.264.num.9.*
14 licèt etiam in caſu factæ traditionis, quòd
Dominium,& periculum rei ponderandæ,&
menſurandæ non tranſeat in emptorem,
firmant *Curt.in d.l.quod ſæpè, §.in his, nu.5.
ff.de contrab.empt.et conſ.244. n.10. & ſeqq.
lib.3.*Neuizan*.conſ.38.n.27.Alex.conſ.33.n.
6.lib.6.Bart.conſ.74.Roland. conſ.7. num. 14.
lib.3.*quos refert, & ſequitur, *Rot.in recent.
dec.743.num.6.part.3.*

15 Præcipuè, quando, prout in præſentia,
non interceſſit mora emptoris, neque per
eumdem ſtetit, quominus traditio, menſuratio, vel ponderatio ſequatur, *dicta leg.2.
Cod.de peric.et commod.rei vendit.l.ſi per emptorem,& l.illud,ff.eod. Gomez Var. tit.de
empt.& vendit.tom.2.cap.2. nu.32.poſt med.
verſ.quod tamen limita, Medic. de caſib.fortuit.qu.10.part.2.Cardin.de Luca de Regalib.
diſc.118 num.4.*Roſa *conſult.68.n.22.*

Multòque magis, quia ante integram
pretij ſolutionem venditor ex ſpeciali conuentione penes ſe Dominium mercium venditarum retinuit; ideóque vindicat ſibi locum diſpoſitio celebris *text.in leg.cum manu
ſata 80.§.fin.ff.de contrabend.empt.*quòd non
16 videatur ea res vendita, de cuius Dominio
id agatur, ne ad emptorem tranſeat, ſed
hoc, aut locatio ſit, aut aliquod aliud genus contractus,*Monte Sperell. conſ. 225.ſub
num.2. Altograd.conſ.9. num.20. lib.1.* Gratian.*cap.175.num 9.& 10. & cap.206. nu.9.
& ſeqq.& deciſ.*Marcb.*13.num.4. Surd.conſ.
101.n.12.& deciſ.157.n.3.* ibique *Hodierna,
& deciſ.305.n.39.Leotard.de Vſur.q.27.*Larrea *allegat.111.n.25.*Cyriac.*controu.165.n.8
& controu.425.n.60. & ſeq.Bellon.de ijs quæ
ſiunt in continen.lib.1.cap.182.num.2.Magon.
deciſ.*Florent.*91.num.8. & deciſ.92.num.12.
et dec.Lucen.31.num.9.et 10.*Rub.*in annotat.
ad deciſ.666.num.19 part.4. tom. 3. rec.Afflict. deciſ.338.* ibique *Vrſill.* Rouit. *deciſ.7.
num.1.Rot.in recent.dec.284.nu.7.par.13.*

Siquidem pro euertendo huiuſmodi obiecto, & pro tollendis æquiuocis in hoc articulo, an, & quando Gabella ſit ſoluenda
per venditorem, vel potiùs emptorem ſatis
inuoluto ob doctrinas malè intellectas, neque rectè applicatas, plures eſſe diſtinguendos caſus pernecesſè exiſtimo.

17 Primus igitur nobis ſe offert; quoties agitur de Gabella in Ciuitate, vel extra per
ſoluenda in ordine acquiſitionis rei, quæ ſine illius ſolutione obtineri non valeat, vtpotè, exempli gratia, eſt in Vrbe Gabella
Equorum, quos nemo poteſt acquirere; niſi
illa priùs ſoluta; & tunc abſque dubio ſoluenda eſt ab eo, qui rem acquirendam alteri tradere eſt obligatus; ideòque, ſi hæres
18 fuerit à Teſtatore grauatus ad tradendum
Sempronio equum in hæreditate non exiſtentem; adeò ut illum aliundè acquirere
oporteat, ſolutio Gabellæ pertinet ad hæredem tradere obligatum; ipſe enim acquirit,
vt tradat, & hæc eſt propriè ſpecies Gabellæ, de qua loquitur ex aduerſo allegatus,
Bart.in d.l.1.numer.5. ff.de alim.et cib.legat.
19 firmans concluſionem, quòd hæres, qui tenetur rem tradere legatario, teneatur ſoluere Gabellam ipſi rei impoſitam, quia ante traditionem eſt Dominus, & in his etiam
terminis loquitur pariter in contrarium
laudatus, *Soccin.Sen.conſ.247.num.2.et ſeq.
lib.2.Card.Tuſc.lit.G.concluſ 6.num.6.et ſeq.*

Alter caſus eſt, quoties agitur de Gabella, quæ ſolui debet pro mercibus ab alienis
Regionibus in Ciuitatem,uel Prouinciam
introductis, & tunc ſubdiſtinguere oportet
inter introductionem materialem, & momentaneam, & alteram formalem, & permanentem.

20 Primam ſpeciem uerificari poſſe arbitror
in eo Vectigali, quod ſoluitur per tranſeuntem per Pontem; ſiue Cymbam, ſeu locum,
ſiue in ingreſſu alicuius Portæ, quod propriè Noſtrates appellant, *Ius Paſſagij*, quæ
indefinitè eſt ſoluenda, ſiue merces in eo loco permanere debeant, ſiue ſint aliàs tranſituræ, de qua agit *Bart.in ſua celebri quæſt.*
4 quæ incipit. *Publicanus*, ubi de Gabella
ſoluenda Peruſij per capita Animalium uenientium ab Apulia, & per illum Pontem
tranſeuntium, & huiuſmodi Gabella eſt ſoluenda per introductorem, ſeu uectorem,
neque ad eam tenetur emptor, cui merces
tradendæ ſunt in Ciuitate, uel loco deſtinato.

Idque ea potiſſimùm ratione, quia, traditio

ditio

Digitized by Google

ditionis tempore, merces iam tranſitum fe-
cerant per Pontem, uel Cymbam, & de hac
21 Gabella loquitur ex aduerſo adductus, *Bald. in leg. acceptam, num. 42. Cod. de Vſur.* dum
allegat *text. in leg. cum in plures, §. Vehiculũ, ff. locat.* loquentem de Gabella ratione tranſitus de loco ad locum, & explicat in eadem *leg. acceptam. Salicet. num. 11. Soccin. Sen. dict. conſ. 247. num. 3. lib. 2.* & incidenter *Surd. d. conſ. 307. Cobel. ad Bull. Bon. Regim. cap. 47. num. 23.*

Tertia demum eſt ſpecies Gabellę ſoluendæ ob introductionem formalem, & permanentem, quæ propriè dicitur portio illa ualoris mercium Principi perſoluenda, quàm Iura *Vectigal* à uehendo, ſeu *Portorium*, ap-
22 pellãt quã uulgò *Dohanam* nũcupamus, licet hoc nomen Dohanæ, tám apud Iuriſconſultos, quàm linguæ latinæ auctores ignotum;
23 nonnulli exiſtiment deriuatum à corrupto uocabulo *Ducenarij*, quales dicebantur Vectigalium exactores, ut in *l. 1. in princip. Cod. de exactor. tributor. lib. 10.* ibique *Gloſ.* aſſerit, quod Ducenarij ſic fuerint dicti, quia ducentos exigebant, uel quia ipſi tot erant numero, *Alciat. in l. eum qui 16. Rebuff. in leg. qui aeque 48. ff. de verbor. ſignificat. Lexicon. Iuridic.* uerbo *Ducenarij*, quaſi quòd *Ducenarij*, corrupta pronunciatione, *Dohanerij*, fuerint nuncupati.

24 Siue ueriùs illud dicamus uocabulum Barbarum à Lõgobardis, uel Normãdis introductum, uſitarique cęptum in Conſtitutionibus utriuſque Siciliæ, in quibus originaliter ſcriptum reperitur, ut in *Conſtit. Magni Magiſtri Camerarij, et in Conſtit. Honorem*
25 *Noſtri Diadematis*, & in Ritibus Regiæ Cameræ ſub *tit. de Iur. Dohan.* ibi: *Habent Dohanę certa membra, et Iura*, de quibus *Ronit. ad Pragm. in rubric. de offic. Baiul. num. 5.* ubi, quòd, hoc uerbum *Dohana*, ſit Normãdum, cumulationemque, quandam omnium Iu-
26 rium Regalium denotet, quod alio Longobardorum uocabulo, apud feudiſtas inter Regalia enumeratum, *Armandia*, ſeu *Telonia* nuncupatur, vt conſtat apud *Bertacchin. de Gabell. in prælud. num. 2. Guttier. eod. tract. quæſt. 1. num. 8. & ſeqq. Signorol. de Homod. conſ. 185. num. 1. & ſeq.* ac, præ cęteris, latiùs, & meliùs *Balzaran. de feud. in cap. 1. quæ ſint Regalia*, verbo *Vectigalia, num. 2. &*
27 *ſeq.* & de hoc Vectigali loquuntur Iura in *l. 6. 7. & 8. Cod. de vectigal.* & de hac ſpecie Gabellæ agit ex aduerſo allegatus *Venturin. conſ. 39. per tot.* præcipuè *num. 44. & ſeq.*

In hac igitur tertia ſpecie Gabellæ verſatur præſens controuerſia, in qua non debet attendi materialis, & momentaneus introductionis actus; ſed potiùs inſpiciendus effectus, quòd, ſcilicet, illæ merces in ea Ciuitate, vel loco permaneant ibi vendendæ; ita
28 ut introductor in eo loco mercimonium exerceat; nam ſi introductio fiat per tranſitum, huiuſmodi Gabella non eſt ſoluenda ab introducente in Statum, quia tunc introductio eſt momentanea, vt in ſpecie aduertunt *Rota. conſ. 112. num. 4. lib. 5. Alex. conſil. 86. num. 3. lib. 4. Bertazol. conſ. criminal. 54. nu. 8.* ibique addentes *lit. B. Venturin. d. conſ. 39. num. 2. Bertacchin. de Gabellis, part 8. membr. 1. num. 1. Balzaran. de feud in cap. 1. quæ ſint Regal. n. 6.* rectè ad rem noſtram aduertens,
29 quòd circa Ius Dohanæ non ſit inſpiciendus locus, per quem res tranſit, ſed ad quem vadit; idemque poſt *Bald. conſ. 172. poſt num. 3. lib. 1. & conſ. 253. in fin. lib. 4.* aduertit *Montan. de Regal.* verbo *Vectigalia, num. 7. fol. 68.*

His igitur præmiſſis, cum huiuſmodi Vectigalia verè imponi dicantur, non ipſis re-
30 bus, ſed potiùs perſonis pro rebus, ſeu pro earum mercimonio, & vſu, iuxta celebrem theoricam *Bart. in l. 1. §. 1. in fine, ff. de publican. Cephal. conſ. 553. num. 16. Venturin. dict. conſ. 39. num. 47. Bertacchin. de Gabell. in præludiis, num. 16.*

Hinc reſultat, vt, quamuis dominium mercium exiſteret penes venditorem ante ponderationem, traditionemque faciendam in portu Liburni, ex ſupra firmatis; nihilominùs, cum fuerit conuentum, vt ponderatio ſit facienda in littore Maris in ipſo actu exonerationis Nauium, quarum acceſſum ad oras maritimas denunciare ex pacto ſufficiebat, vt emptor per ſeipſum, uel Miniſtros promptus eſſet ad recipiendum; itaut eo in denunciata die non comparente, poſſit uenditor merces in portu Liburni relinque-
31 re, periculo emptoris, in quem Iuris miniſterio translatum dicitur dominium, etiam rerum conſiſtentium in numero, pondere, & menſura; quoties per emptorem ſtat, quominus menſuratio, uel ponderatio ſequatur, ad *text. in l. ſi per emptorem, & in leg. illud, ff. de peric. & commod. rei vendit. & in l. 2. Cod. eod.* ubi *gloſ. & cæt. Gomez variar. reſolut. lib. 2. cap. 2. tit. de emption. & vendit. num 32. Medic. de caſib. fortuit. quæſt. 10. part. 2. num. 106. Roſa conſult. 68. num. 22. Card. de Luca de Regal. diſc. 118 num. 4.*

Meritò ſequitur, quòd in ipſomet actu exonerationis, merces ipſæ fuerint effectæ de Dominio uenditoris, qui illas introducit uendendas mercimonij cauſa.

32 Atque hinc etiam patet reſponſio ad ea, quæ ex aduerſo dicuntur ſuper reſeruatione Dominij, quòd, donec ſoluatur pretium, ſit interim locatio; quia præter quàm quòd iſta procedunt ad alios effectus; non autem quò ad periculum, & onera rei, quæ, nullatenus habita ratione de reſeruatione dominij, ad emptorem pertinent, iuxta ueriorem ſententiam, quam firmant *Boſſ. de remiſſ. merced.*

con-

*conductor. num.*102. ubi dicit, eſſe caſum legis in *leg. ſicut emptio*, ibique *gloſ. & leg. ſeq. ff. locati*, ſubdens, eſſe notandum, nam quilibet non uiſo dicto textu diceret contrarium *Alex. conſ. 121. num. 1. lib. 5.* Ruin. *conſ. 73. nu. 3. lib. 1. Cepoll. caut. 125. ſub num. 1. ad med. Dec. conſ. 311. num. 4. Mangil. de euiction. qu. 148. num. 6. & ſeqq.* Caroc. *de locat. quæſt. 4. de lucr. ceſſant. tit. 4. fol. 43.* Caſtr. *Pal. de Iuſt. & Iur. part. 7. tract. de inſtit. commutat. punct. 14. num. 2.* latè *Altograd. conſ. 9. num. 27. & ſeqq. lib. 1.* Venturin. *conſ. 33. num. 69. & ſeqq. lib. 1.* Gratian. *cap. 523. num. 17. 730. num. 24. 354. num. 48. & 52. 772. num. 7. & ſeqq. & num. 15. Cardin. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 24. num. 18. Bonden. collect. 49. num. 32. & ſeqq.* Vrceol. *conſult. 5. num. 60. Hodieru. ad Surd. dec. 157. num. 12. & ſeq. Surd. deciſ. 198. nu. 28. Larrea dec. Granat 42 ſub num. 6. verſ. tum, & magis ſuadetur,* Card. *de Luca de* Regal. *diſc. 63 num. 12. Epiſc. Sperell. deciſ. 119. num. 43. verſ. imò dico plus*, & eſt optimus *text. in l. ſerui emptor 16. ff de peric. & commod. rei vẽdit.* ibi: *Serui emptor, ſi eum conductum rogauit, donec pretium ſolueret, nihil per eum ſeruum acquirere potuit, quoniam non videtur tradere is, cuius poſſeſſio per locutionem retinetur à venditore, & periculum eius ſerui ad emptorem pertinet, quod tamen ſine dolo venditoris interuenerit.*

Quidquid in cõtrarium dixerint aberrantes à communi ſententia, *Bonif. Ruger. conſil. 18. num. 54. & ſeq. lib. 1.* latè *Iacob. Emilian. conſ. 120. per tot. Cyriac. controu. 164. n. 10. & ſeq. & controu. 425. n. 61. Ciarlin. controu. 157 n. 57. & ſeqq. p. 2. Gratian.* ſibi cõtrarius, *cap. 206. num. 11. & ſeq.* Merlin. *de pignor. q. 41. ſub nu. 58. verſ. imò ſunt, qui opinantur, lib. 4. Borgogn. dec. 9. num. 9. part. 2.*

33 Adhuc animaduertendum, quòd iſta non conueniant reſpectu Gabellæ, quæ, non obſtante reſeruatione dominij, ſpectat ad emptorem, quando verè de venditione fuit actum, vt in ſpecie firmant *Laſſart. de Decim. vendit. cap. 2. num. 60. Guttier. de Gabellis, qu. 41.* optimè *Reuerter. dec. 189. num. 2.*

34 Prædictis omnibus ea accedat animaduerſio, vt introductor in propoſito non poſſit dici venditor, qui nudum officium Vectoris gerit á portu Meſſanæ ad portum Liburni; ſed potiùs emptor, in cuius gratiam fit introductio; adeòut actus introductionis factus á venditore, utpotè merè momentaneus, non ſit habendus in aliqua conſideratione; cum non valeat dici ordinatus ad introducendum; ſed ad conſignandas merces recipienti, pro quo ſunt deſtinatæ; itaut deſtinatum habeatur pro facto, & non attendatur ſolus actus introitus; ſed potiùs voluntas conducentis, prout in terminis firmant uidendi, *Surd. conſ. 239. num. 4. Bertazol. conſ. crimin. 244. num. 3. Franc.* Marc. *dec. Delfinat. 41. num. 1. & ſeq. part. 2.* & deciſum per Regiam Cameram Summariæ Neapolis in ſpecie conſimilis introductionis Ferri teſtatur *Reuerter. d. dec. 189. num. 2.*

Idque optimè remanet comprobatum ex eo, quód in ſimili Doctores affirmant,
35 quòd Gabella ſoluenda ab introducente in ſtatum, non habeat locum, ſi ducat per trãſitum, quia non habet animum introducendi, ut ibi ſtaret; ſed potiùs introductio eſt momentanea, *Ruin conſ. 112. num. 4. & ſeq. lib. 1. Alex. conſ. 86. num. 1. & ſeqq. lib. 4.* Bertazol. *conſ. crimin. 54. num. 8* ibique *addit. lit. B. Venturin. conſ. 39. num. 2. Balzaran. de feud. cap. 1. quæ ſint Regalia, num. 6. Card. de Luca de Regal. diſc. 63. num. 7.*

36 Neque ſatisfacit reſponſio ex aduerſo allata, quòd *Surd. d. conſ. 239.* loquatur de rebus Fiſci, quas Vniuerſitates deferunt, etiã inuitæ ad Ciuitatem, uel Exercitum.

Non enim *Surd.* conſiderat qualitatem delationis, an ſit uoluntaria, uel coacta; ſed potiùs *num. 3. verſ. contrarium, & ſeqq.* rectè aduertit, quòd ſtante deſtinatione tradendi alteri certæ perſonæ, dicatur res introducta á perſona deſtinata; non autem à perſona, quæ conducit, & in fine reſpondet doctrinis ex aduerſo allegatis *num. 2. & 3.* firmans, non applicari, ſtante deſtinatione prædicta, cum deſtinatum habeatur pro facto, & licet loquatur in Fiſco; tamen dicta ratio ab ea adducta, eſt communis omnibus uiuentibus; ideòque eius auctoritas nullo Iure poteſt euitari.

37 Prout, neque etiam aduerſatur *Rimiuald. conſ. 724. num. 64. & ſeqq.* loquitur enim de Caſco introducto pro Monaſterio, & ad ipſum Monaſterium aſportato poſteà conſignato emptoribus; nos autem uerſamur in mercibus conſignandis emptori in ipſomet actu introductionis.

38 Prout etiam ad rem non pertinet *Surdus* pariter ex aduerſo adductus *conſ. 307.* cum loquatur de Gabella ſoluẽda ante introitũ; atque adcò non poteſt adaptari rei, de qua eſt ſermo.

39 *Soccinus* uerò *Senior conſ. 247. lib. 2.* neque etiam contrarium firmat, dum eam adhibet diſtinctionem, an Gabella ſit impoſita rebus, quæ portantur, an contractui, an legato; ſed nullum ex iſtis caſibus conuenit themati, de quo eſt quæſtio, cum Gabella ſit impoſita introducenti; ideóque cardo potiſſimùm difficultatis in eo conſiſtit, an introductor ſit uenditor, qui conducit ad portum Liburni, uel potiùs emptor, cui ſtatim conſignantur merces, quando introducuntur, contracta longè priùs emptione, dum erant extra ſta-

tum,

rum, & iſte caſus in ſpecie deciditur à *Surd. d.conſ.239.*

Quinimò idemmet *Soccin.d.conſ.147.n.3. verſ. aliquando, & tertiò, lib.2.* optimè diſtinguit caſum ſolutionis Gabellæ itineris, de qua agit in principio dicti *numeri*, & caſum introductionis, qua mediante, res alteri acquiritur, de quo diſputat in *d.verſ. aliquando, & tertiò*, per quam rationem idem tenet in legatario, cui res acquiritur in ſequenti verſiculo *aliquando, & quartò*.

40 Minus etiam aduerſatur alterum obiectũ, quòd, cum Venditor, pacto expreſſo, promiſerit merces *omnibus ſuis expenſis, & periculo introducere, tradere, & conſignare emptori in portu* Liburni; in vim dictæ ſpecialis conuentionis cenſeatur in ſe ſuſcepiſſe onus Gabellæ; quamuis aliàs ad ipſum venditorem non ſpectaret, *Bald.conſ.31. in fin.*

41 *verſ porrò in vno caſu*, vbi aſſerit, quòd, licet emens ab Eccleſia teneatur ſoluere Gabellam ſeparatam à contractu, vt ſupra in eodem *conſilio* firmauerat; non teneatur tamen ad Gabellam, quando Eccleſia vendens promiſiſſet ſuo ſumptu, & periculo rem portare, quem ſequitur *Roland.conſ.61.num.20 lib.4. Surd.conſ.307. ſub num.8. verſ. & ideò Baldus, & ſub num.10.*

Appellatione enim expenſarum uenit etiam Gabella, prout ſupponit idem *Bald. in leg acceptam.num.42.Cod.de Vſur.* vbi, quærens, an portans & introducens teneatur ad Gabellam, affirmatiuè reſpondet, quia tenetur portare ſuis expenſis, eodemque argumento utitur, *Soccin. Sen. d.conſ.147. num.3. verſ.vnde,lib.2.* firmans, hæredem teneri ſoluere Gabellam debitam pro re per ipſum emenda, & tradenda legatario, & inter alia probat hoc medio, quia, nempè, emere tenetur ſuis expenſis.

42 Siquidem prædicta verba *omnibus expenſis, & periculo* intelligi debent de expenſis, & periculis in aſportatione; non autem de Gabella ſoluenda prout in terminis tradunt *Alex.conſ.51.num.2.in fine, & num.3. lib.3.* vbi, quòd ſufficiat, nihil dictum fuiſſe de Gabella, ut dicta uerba ad illam non ſint extendenda, quem ſequitur *Rimiuald.Iun.conſ. 369.nu.23.& duob.ſeqq.*

43 Neque refragatur *Bald. d conſ.31. in fin. lib.1.* cum quo cæteri proximè laudati per tranſeunt, nam non dicit, quòd appellatione expenſarum ueniant Gabellæ, & hoc ſufficeret pro reſponſione; non enim ex Doctorum dictis arguitur, tamquàm à textu legum, ſed ſolùm attenditur id, quod expreſſè firmant.

Vlteriùs ſi dictum *Baldi* diligenter examinetur, neque etiam firmat illud, quod ex aduerſo ſupponitur; agit enim de quæſtione, an exemptio Clerici ſuffragetur laico emptori, & hanc adhibet diſtinctionem; Aut Gabella fuit impoſita pro contractu, & ſuffragatur, quia eſt actus poſt contractum, uoluit dicere, poſtquàm eſt tranſlatum Dominium rei, & limitat hoc, quando extrahitur expenſis Eccleſiæ; atque adeò non poteſt dici facta uera traditio Dominij tranſlatiua; ſed remanet in poſſe eiuſdem Eccleſiæ, cuius nomine fit extractio; non autem, quòd appellatione expenſarum ueniat Gabella, ſi hoc enim ſenſiſſet *Bald.* dixiſſet rem, omninò abſurdam, nulloque Iure ſubſiſtentem, quòd ex ſolo iſto pacto poſſet eludi Gabellarius, & explorati Iuris eſt, quòd exemptio Clericorum ſit perſonalis; non realis, neque poſſit ab eis in alias perſonas transferri, quod de tanto Iuriſconſulto, comminique Præceptore non eſt ſuſpicandum.

44 His omnibus ad ſtipulatur conuentio inita inter uenditorem, & emptorem de certo pretio ſoluendo, quæ demonſtrat, uenditorem non teneri ad ſolutionem Gabellæ, ut rectè arguit *Soccin. Sen.* in ex aduerſo allegato *conſilio 247. n.3. poſt med. verſ. primò quia, lib.2.*

Neque urget ratio ibidem adducta per *Soccinum*, quòd promittens factum teneatur facere ſuis impenſis; Nam ponderatio contraria inuoluit manifeſtam petitionem principij; noſtra enim quæſtio eſt, an Gabella ſit ſoluenda ab eo, qui tradere debet in portu, an ab eo, qui ibi recipit, & perficit ibi contractum emptionis.

45 Tandem ſublata remanet quælibet difficultas, nedum ex obſeruantia eiuſdem aduerſarij ſubſequuta in multis actibus conſimilium introductionum mercium, in quibus Gabella ſemper ab eodem fuit ſoluta, utpotè emptore, ideòque ſtandum eſt interpretationi ab eodem iam datæ, *Caſtrenſ. conſil. 363.ſub num.3.lib.1.Surd.conſ.262. num.46. Cyriac.controu.222.num.19.& ſeq.Rot.in recent.deciſ.448.num.4.par.3.& deciſ.38.nu 4. part.8.* & in his ſpecialibus terminis, *Card. de Luca de Regal.diſc.63.num.13.verſ.& vltra obſeruantiam.*

46 Præcipuè in iſta materia ſolutionis Gabellarum, in qua optimè declarat obſeruantia, quid in illa fuerit comprehenſum, quodque à partibus obſeruatum reperitur, eſt attendendum, & exequendum, *l.ſi publicanus §.fin ff de publican.& vectigal.* ibi: *in omnibus vectigalibus, ferè conſuetudo ſpectari ſolet, leg.miſſi opinatores 7.* ibi: *conſuetudine ſeruata, vbi Io. de Platea in tertiò notabil. Cod.de exact. tribut.lib.10. l.vnic.* ubi *Bart. Cod.de aur.coronar. lib.10. Burſat.conſ.186. num.11.& ſeq. et conſ.138. num.42. Marcabrun.conſ.103.num.49.Alex.conſ.211.nu.6. lib.6.Dec.conſ.358.num 3.Surd.conſ.470,nu. 15.et ſeqq.et conſ.297.n.8.Venturin.conſ.39. nu.17.*

Digitized by Google

num.17.et 38.Roland.conſ.29.num.79.ad fin. lib.3.Corn.conſ.181.num.14.lib.3. Natt.conſ. 139 num.18.et ſeq. Cyriac.controu.222.num. 19.et ſeq. et controu.109.num.3. Larrea alleg at.fiſcal.7.num. 22. lib.1. Ciarlin. controu. 22.num.40.tom.1.Rot.poſt tract.Poſthum. de manuten.dec.139.num.10.Card.Ottobon dec. 175.num.10.et ſequ. & in ſpecie, quòd de-
47 beat inſpici obſeruantia, ad effectum videndi, an Gabella ad emptorem pertineat, benè Glorit.reſponſ. 5. num.3. et ſequ. Card.de Luca de Regalib.diſc.63.nu.13.

48 Sed ulteriùs accedit obſeruantia generalis aliorum Mercatorum, quæ valdè eſt attendenda, qui teſtantur de huiuſmodi ſtylo, ut Gabella ſit ſolita ſolui ab emptoribus mercium, non autem à Venditoribus, qui ſtylus ſemper eſt inſpiciẽdus, c.ex literis de conſtitut.Bald.in leg.1.in fin.Cod.quæſit.long. conſuetud. præcipuè inter Mercatores, Bald. conſ.400.num.10.lib.5.Corn.conſ.319.n.12. lib.3.Soccin.Iun.conſ.27.num.22.lib.2. Rocc. reſponſ.14.num.17.lib.1. Ludouiſ. deciſ.126. num.1.

ARGVMENTVM.

Vectigalis fraudati in materia agi non poteſt ſine fragrantia, actualique apprehenſione bonorum, quæ in commiſſum incidiſſe contenditur, cum cauſa fraudatæ Gabellæ ſit criminalis.

Gabellarij non poſſunt prætendere, fuiſſe fraudatam Gabellam; ex quo in Apothecis Mercatorum inuenerint merces non denunciatas, cum debuerint in earumdem introductione debitas adhibere diligentias.

Negatiua ſolutionis Gabellæ non poteſt probari ex libris Datij.

Gabellarijs non eſt permiſſum obſignare merces iam introductas.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio eſt admittenda à Decreto innixo irrationabili ſtatuto, imò aduerſanti Iuris communis diſpoſitioni.*

2 *Vectigalis fraudati in materia procedi non poteſt ſine fragrantia, actualique apprehenſione bonorum, quæ in commiſſum incidiſſe contenditur,* & num.6.

3 *Gabellarij non poſſunt prætendere, fuiſſe fraudatam Gabellam, ex quo in Apothecis Mercatorum inuenerint merces non denunciatas; cum debuerint in ipſarum introductione debitas adhibere diligentias.*

4 *Gabellarij non tenentur denunciare tranſeuntem in ſolutione Gabellæ.*

5 *Sufficit generica mercium denunciatio, ne res incidat in commiſſum; cum Gabellarius debeat inquirere ſpecies.*

6 *Cauſa fraudati Vectigalis eſt criminalis.*

7 *Probationes, vt res incidat in commiſſum, debent perneceſsè concludere, non autem per poſſibile, etiam, quòd agatur de applicanda pœna parti.*

Fraus Vectigalis ex ſcriptura non probatur, etiam ſi ſit inſtrumentum, ſed ex teſtibus.

Reprobatur contraria ſententia Alexandri.

8 *Negatiua ſolutionis Gabellæ non probatur ex libris Gabellarij, & de ratione.*

9 *Fraudes vltra quinquennium peti non poſſunt.*

Idque, etiam ſi commiſſum eſſet occultum, ibid.

10 *Gabellarij, an poſſint obſignare merces iam introductas.*

11 *Commercium inter Mercatores impediri non debet.*

12 *Mercatorum ſecreta non ſunt perſcrutanda.*

13 *Mercatores, vt in Plateis locupletiores appareant, ſatagunt, vt merces alterius in libris Datij, vti propriæ deſcribantur, illaque ſtatim Dominis reſtituuntur.*

14 *Statuta ita debent interpretari, vt non contineant aliquod abſurdũ, & ne à Sapientibus reprehendi mereantur.*

15 *Statuta continentia abſurda publico præiudicialia commercio non merentur exequutionem.*

16 *Publicanorum vexationes in Supremis Tribunalibus non tolerandæ.*

17 *Conſuetudo potiſſimùm attendi debet circa modum ſolutionis Gabellarum.*

18 *Gabella intelligitur locata in eo ſtatu, in quo reperitur, & cum eiſdem conditionibus, cum quibus antecedenter fuit conducta.*

19 *Innouationes in exactione Vectigalium non ſunt permittendæ.*

20 *Nouitates vt plurimùm Rẽpublicam turbãt.*

Nonnun omne, & incognitum quod eſt, ſuſpectum eſt, ex Tertulliano.

Nemo eſt tàm fortis, quin non rei nouitate turbetur ex Cæſare.

21 *Gabellarij, cum ſint ſemper rapaces, negligentia in illis non eſt præſumenda, ſed potius maxima diligẽtia in violẽtiam frequẽter degenerans.*

22 *Statuta condita à Communitate immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecta ſunt nulla, non accedente Pontificis aſſenſu, tàm inſpecto Iure Canonico, quàm Conſtitutione Aegidiana.*

23 *Neque ſufficit confirmatio Legati à Latere.*

24 *Statuta condita contra certas, ſingulareſque perſonas non merentur attendi.*

CAPVT LXXV.

STATVTA additionalia Ariminenſia, quibus potiſſimùm innititur decretum à Gabellarijs extortum, ſunt omninò irrationabilia, quinimò diſpoſitioni Iuris communis aduerſantia, ex infra firman-
1 dis; ideòque eſt omninò admittenda appellatio, idemque decretum eſt reuocandum, Couarr.in regul.poſſeſſor, part.2.§.4 ſub nu.7. verſ.

verſ. nam & ab eo appellari poteſt, *Ruginell. de Appellat.§.2.cap.3.num 889.& ſeqq.Rot. diuerſ.dec.*50.*num.*7.*& ſeq.par.*2. *in rec.deciſ.* 4.*num.*17.*par.*8.

Non poteſt autem hæſitari de irrationabilitate, & iniuſtitia; Si enim contendant Gabellarij, cum prætenſa exequutione eorumdem Statutorum additionalium,vtMercatores teneantur denunciare merces,ad effectum detegendi fraudes forſan commiſſas in ipſarum introductione, & ex earumdem oculari inſpectione probandi negatiuam nō ſolutæ Gabellæ, vtpotè non deſcriptæ in libris Datij, & ſtatuta huiuſmodi omninò aduerſantur diſpoſitioni Iuris communis, quo

2 Inſpecto in materia fraudati Vectigalis procedi non poteſt ſine fragrantia, actualique apprehenſione bonorum, quæ in commiſſum iucidiſſe contenditur, *Clar.in §.fin.quæſt.*82 *ſtatut.*6. *num.*24. ſignanter *in verſ.& generaliter, & ſtatut.*7. *num.*39. *Ant.Gomez ad leg. Tauri* 45.*num.*50.*Giarb.conſ.*98. *nu.*2. *Mart. vot.deciſ.*88. *Manſon.de contraban. poſt.tract. de cauſ.exequut.quæſt.*2.*num.*8.*& ſeq.Maſcatell.in prax.tit.de cognit.ſeu probat.delict.cap. de extract.extra Regn. & contraban. num.*11. *& pluribus ſeqq.& num.*84.

Hinc eſt, vt ex prædictis Gabellarij non poſſint probare, fuiſſe fraudatam Gabellam;

3 ex quo in Apothecis Mercatorum fortè inuenerint merces non denunciatas, cum deberint in ipſarum introductione debitas adhibere diligentias, vt in his terminis firmant egregiè*Craeett.conſ.*969.*num.*6.*& ſeq. lib.*5. *Vermigliol. conſ.*278. *num.*6. quamuis

4 non teneatur Gabellarius denunciare tranſeuntem pro ſolutione Gabellæ, *l.fin.§.Diui*, vbi *Caſtr.ff.de Public. & Vectigal. Farinac. quæſt.*173.*num.*1.17. *& ſeq. Peregrin.de Iur. fiſc.tit.*5.*num.*35.*verſ.nota tamen*, *Bertacc.de Gabell.part.*9.*num.*3. *Annot.ad Paitell.expedit.*49.*num.*11.*& ſeq.*eruditus *Maſſin.de confiſcat.quæſt.*21.*num.*22.*Bondea.collect.*33.*num.* 3.*Card. de Luca de Regal. diſcurſ.*153. *num.*5.

5 licèt alioquin ſufficiat generica mercium denunciatio, ne res incidat in commiſſum, cum Gabellarius ſpecies inquirere debeat, *Craeett.d.conſ.*969. *num.*4. *lib.*5. *Vermigliol. d.conſ.*278.*num.*6.*Bondeu.d.collect.*33. *nu.*7. *Card.de Luca de Regal.diſc.*69.*n.*6.

6 Præcipuè, quia, cum cauſa fraudati Vectigalis ſit criminalis, *leg.fraudari* ff.*de Publican.& Vectigal.* Farinac. *conſ.*85. *num.*50. *vol.*2. *Bertazz.in addit.ad eoaſ.* 110.*ſui Patris*, *lib.*2.*Menoch.de arbitr.Iudic. quæſt.*79. *num.*9.*lib.*2.*Clar.in Prax.crimin.§.fin. qu.*1. *verſ.tertius eſt caſus*, *Gratian.cap.*109. *nu.*1. *Cyriac.controu.*512. *num.*3. *Capyc.latr. conſult.*118.*num.*5.*Rouc.de offic.Rubr.*14. *§.*5.*a.* 56.*&* 61.*Peregrin. de Iur.fiſc. tit.*8. *de mult. & pen.num.*8. idcò probationes, vt res in-

7 cidat in commiſſum,debent pernceeſsè concludere;non autem per poſſibile, *l.fin.C.de probat.Farinacc.quæſt.*86.*n.*6. vbi ampliat, etiam, quòd agatur de pœna parti applicāda, & ex ſcriptura non probatur, etiam ſi ſit Inſtrumentum; ſed ex Teſtibus latiſſimè *Farinac. qu.*84.*num.*1.*& ſeq. & num.*7. *& ſeq.* & in his terminis, *Cyriac.contr.*512. *num.*4.*& ſeqq.& controu.*370.*num.*17. *Bertazzol.conſ.crimin.*36.*num.*1.

Quidquid in contrarium dixerit communiter reprobatus *Alex. conſ.*188. quem ſequuntur *Craeett. conſ.*115.*in princip.Maſcard.concl.*834.*num.*1.31. *& ſeqq. de probat.* alijque adducti per *Farinac. quæſt.*173.*n.*10.

Cumq;poſſibile ſit,quòd multæ merces exiſtētes in apothecis Mercatorū licitè,ſolutoque datio introductæ, non permanſerint perpetuò, apud eoſdem Mercatores introducentes, ſed alijs Mercatoribus fuerint venditæ (prout natura ipſius Mercaturę expoſcit.)

8 Hinc oritur, quòd non ex eo, quòd in libris Datij non legatur aliqua denunciatio de mercibus in Apothecis repertis,fraus dici debeat commiſſa; potuerunt enim eſſe de illis ab alijs introductis, & pro quibus fuit ſolutum debitum Vectigal, poſteàq; venditis, vel alio titulo in Mercatores translatis, quæ ſola poſſibilitas ſufficit,ad hoc, vt omninò perquiſitioGabellarij inanis reddatur, prout in præciſis terminis arguit omninò videndus *Cyriac.controu.*512. *per tot. præcipuè,num.*10.*verſ.cum autem multæ huiuſmodi merces*, & ita fuit in ſpecie Iudicatum per Reu. Cameram Apoſtolicam inter Frāciſcum Rauennam Conductorem Generalem Dohanarum Vrbis, & nonnullos Mercatores, prout teſtatur *Card de Luca de Regal.diſc.*69.*num.*9. *verſic. Iudicatum tamen fuit.*

9 Signanter, quia prætenſæ fraudes vltra quinquennium peti non poſſunt, *leg.neque commiſſum* 2.*C.de Vectigal. & commiſs.* ibi: *neque commiſſum, quod ante quinquennium factum dicitur,ſi lite res anticipata non eſt, vindicari poteſt*, *Bart.in l.commiſſa* 14. *nu.*4. *ff.de public.et vectig. Alex.conſ.*216. *num.*6. *lib.*6.*Bertazol.conſ.crimin.*9.*num.*3.*et conſil.* 175.*num.*6.*Bertacch. de Gabell.part.*9.*qu.*4. *num.*8.*Peregrin.de Iure fiſci.lib.*6.*tit.*3.*n.*38. *Maſcard.de probat.* verbo *Gabella*, *concluſ.* 836.*Guid.Pap.ſingul.*875.*Roman.ſingul.*483 *Henric. Bouer.in ſuis ſingular. in verbo præſcriptio,num.*9.*Marſil.ſingul.*307.*nu.*2.*Perſonal.de Gabell.num.*59.*Sixtin.de Regal. lib.*2. *cap.*6.*num.*186.*Roſental.de feud. cap.*5.*concluſ.*42.*Cyriac.controu.*370. *num.*60. *et ſeqq.* vbi ex *Farinac. quæſt.* 10. *num.* 12. etiam ſi commiſſum eſſet occultum.

10 Si verò contendant Gabellarij merces iā in-

introductas obſignare; & hoc nullo Iure eis indulgendum; cum ad praxim reduci non poſſit: Siquidem merces non poſſunt obſignari, niſi in primo capite exteriori; alioquin enim deuaſtarentur, ſi earumdem fieret reuolutio vſque ad extremum caput, vndè ex prima venditione neceſsè eſt adimere ſignum, ſiue, vt vulgò dicitur, *Ballam*, quod poſteá poſſet ſeruari ad fraudem, applicando alijs mercibus, & mercator poſſet moleſtari pro illis mercibus, à quibus ſignum fuiſſet ademptum cauſa venditionis, ideòque verſarentur Mercatores in continuo periculo vexationis, prout in ſpecie optimè aduertit omninò videndus *Cyriac. d. controu. 512. num. 46.*

11 Vlteriùs, ſi hoc Gabellarijs permittitur, abſque dubio commercium inter Mercatores omninó interuertitur, tàm contra regulas boni regiminis Reipublicæ, quàm contra diſpoſitionem Text. *in leg. 3. §. ae potentiores, ff. de Offic. Præſid. Stracch. de Mercatur. part. 4. nam. 12. verſ. deniqae, Manſou. de contraban. qaæſt. 3. num.* 8. *Philip. Knipſch. de* Iur. *Vniaerſ. lib. 5. cap. 22. nam. 77. ia fin. Klocb. coaſ. 37. num. 360. de Philipp. differt. fiſcal. 30. nam. 15.*

12 Daretur enim occaſio ſub prædicto prætextu Mercatorum ſecreta perſcrutandi, quod non eſt concedendum, iuxta tradita per *Dec. ia cap. 1. num. 125. & 321. de probat. Merlin. dec. 709. aum. 7.* Rota *in* Burgen. *Iuriſdictionis* 4. *Iulij* 1590. *coram* Bubalo.

13 Præcipuè, quia aliquando Mercatores, vt in Plateis locupletiores appareant, ſatagunt, vt Merces alterius in libris Datij, vti propriè, deſcribantur, illæque ſtatim Dominis reſtituantur, vt in ſpecie aduertit *Alberic. in leg. ſi Præſes*, *Cod. de donat.* relatus á *Stracch. in tract. de adiecto 4. part. qaæſt. 12. num. 4. & ſeq. inter tract. diuerſ. de mercatur.*
14 *fol. 555.* atque adeò huiuſmodi ſtatuta additionalia ita debeant interpretari, ne quid abſurdi contineant, *Ruin. conſ. 138. n. 13 & ſeq. lib. 5. Menoch. conſ. 247. num. 17.* & ne á Sapientibus reprehendi mereantur, *Menoch. conſ. 133. num. 6.* meritò exequutionem non
15 merentur, quia continent prædicta abſurda valdè publico commercio præiudicialia, ex adductis per *Cyriac. contr. 370. num. 55.* qui-
16 bus ab hoc Supremo Tribunali eſt occurrendum, à quo huiuſmodi vexationes Publicanorum non ſunt tolerandæ, ut admonet *Bald. conſ. 229. in fine, lib. 5.* Cyriac. *dict. controu. 512. nam. 50. Caren. reſol. 267. ia fin.*

17 Multòque magis, quia, cùm circa modum ſolutionis Gabellarum potiſſimùm attendi debeat conſuetudo, *l. ſi publicanus. §. fin. ff. de Publican.* ibi: *ia omnibus vectigalibas, ferè conſuetado ſpectari debet, l.* Miſſi *opiaatores*, 7. ibi: *conſuetudine ſeraata*, ubi Ioaan. *de Plat. in 3. notabili*, *Cod. de exactor. Tribut. lib. 10. l. 1.* ubi *Bart. Cod. de Aur. coron. lib.* 10. *Burſatt. coaſ. 186. aum. 11. & ſeq. & conſ. 138. nam. 42. Alex. conſ. 111. na. 6. lib. 6. Dec. conſ. 358. aum. 3.* Marcabran. *coaſ. 103. na. 49. Sard. coaſ. 470. nam. 15 et ſeqq. et conſ. 297. nam* 8. *Ferrett. de Gabell. nam. 386.* Perſonal. *codem tract. num. 34. et ſeq. Cyriac. controa. 109. a. 3. et controa. 222. aum. 19. et* 20. *Larrea allegat. fiſcal. 7. aum. 22. lib. 1. Ciarlin. controu. 22. nu. 40. Card. Ottobon. deciſ. 175. nam. 10. et ſeq.*

18 Adeòut, cum Gabella locata intelligatur in eo ſtatu, in quo reperitur, & cum eiſdem conditionibus, cum quibus ab anteceſſoribus fuit conducta, R*uin. coaſ. 74. aum. 1. lib. 1. Surd. conſ. 470. ſub num. 15. Barſatt. conſ. 335. num. 10. et conſ. 190. aum. 26. et 37. Bertacch. de Gabell. par. 2. qaæſt. 31. Caren. reſol. 207. nam. 2. Bondeu. collect. 33. nam. 28. Card. Caualer. deciſ. 60. num. 4.*

19 Nullatenus ſunt tolerandæ nouitates in huiuſmodi materia, quas hodierni Gabellarij introducere contendunt, *d. l. Miſſi opinatores*, *ad med. C. de exactor. tribut. lib.* 10. ubi *Andreas de* Barul. *nam. 4.* Bald. *nam. 2.* Ioau. *de Plat. n. 4. verſ. tertiò nota*, Rebuff. *n. 5. Surd. d. conſ. 470. aum. 15.* Morot. *conſ. 76. nu. 2.* cum
20 ut plurimùm Rempublicam turbent, & in diſcordias ruere faciant, *Salgad. de retent. Bullar. part. 1. cap. 6. num. 3. et ſeqq.* & ut dixit *Tertullian. Nouum omne, et incognitum, quod eſt, ſuſpectum eſt*, et Cæſar de Bell. Gallic. ita ſcribit, *Nemo eſt tàm fortis, quin non rei nouitate turbetur.*

Signanter, quia à Gabellarijs anteceſſoribus huiuſmodi prætenſæ diligentiæ re uera extorſionem redolētes, numquàm fuerūt
21 adhibitæ, & nihilominus, cum Gabellarij ſint ſemper rapaces, meritò negligentia in illis nō eſt præſumenda, ſed potiùs maxima diligentia, quæ ſæpiſſimè degenerat in uim, & aſperitatem, & aliquando in uiolentiam, quā in his Publicanis ſemper ineſſe probat *Text. in l. quaata, 12. ff. de Publican. et Vectigal.* ibi: *quantæ audaciæ, quantæ temeritatis ſint Publicanorum factiones, nemo eſt, qui neſciat*, & paſſim reprehenditur, ut patet ex congeſtis per *Lell. Zecch. lib. 2. de Principe. cap. 1. num. 15.* Gregor. *Tholoſan. de* Republic. *lib. 3. cap. 9. na. 19.* & ex noſtris *Bald. coaſ. 27. aum. 6. lib. 1. Ancharan. coaſ. 264. in fin. Gaſpar* Kloch. *de contribut. cap. 18. n. 263. et duob. ſeqq.* Ioſeph Ladonic. *concluſ. 15. verſ. ſecund. ratio*, ubi, quòd ſint homines peruerſi, uulgò canes publici nuncupati, *annotat. ad* Paitel. *exped. 49. aum. 21. Amat. dec. 35. n. 18.*

22 Tandem eò libentiùs prędicta procedunt quia ſtatuta additionalia, de quibus eſt ſermo, utpotè condita à Deputatis per Communitatem immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiectam, ſunt ipſo Iure nulla, nedum ex diſpoſi-

Digitized by Google

ſpoſitione Iuris cõmunis, ſed fortiùs ex *Cõſtitutione Ægidiana*, non accedente Pontificis beneplacito, *Bald. in l. omnes Populi, ff. de Iuſtit. et Iur.* dicens tenaciter ſeruari in terris Eccleſiæ, ibique *Caccialup. numer. 10. verſ. dicit etiam, et conſ. 407. in princip. et nu. 2. lib. 2. Corn. conſ. 163. num. 15. lib. 1. Card. de Luca de dot. diſc. 22. num 8. verſ. quod clarius, et de teſtam. diſc. 30. num. 9. et ſeq. et de Iudic. diſc. 35. num. 61.* Gratian. *cap. 245. num. 37. et ſeq.* Ludouis. *deciſ. 267. num. 7.* ibique *add. num. 14. Buratt. deciſ. 6. in princip.* Rot. *diuerſ. dec. 536. nu. 1. et dec. 780. p. 1.*

23 Nullatenus attenta prætenſa confirmatione Legati à Latere, *Ludouiſ. d. dec. 267. nu. 3.* ibique *add. num. 14.* Buratt. *dict. deciſ. 6. per tot. Rot. diuerſ. d. deciſ. 780. num. 1. et ſeqq. et num. 11. et ſeq. part. 1. in recent. dec. 438. n. 41. et ſeqq. part. 4. tom. 2.*

24 Præcipuè, cum appareant condita contra certas, ſingulareſque perſonas, quo caſu fortiùs non merentur attendi, *Bart. in d. l. omnes Populi ſub num. 53. ff. de Iuſtit. et Iur. Iaſ. in l. Ciuitas, num. 10. ff ſi certum petatur,* Rot. *diuerſ. deciſ. 50. num. 7. et ſeq. part. 2. in rec. deciſ. 4. num. 17. par. 8.* & cauſa obuiandi fraudibus in ſtatuto expreſſa eſt potiùs colorata, quàm realis, cum huiuſmodi fraudibus poſſit ſatis, ſuperque occurri per Gabellarios, ſi in Mercium introductione diligenter inuigilent, ex ſupra firmatis.

ARGVMENTVM.

Vectigalium in exactione exequutiuè proceditur, potiſſimùm, ſtante priuilegio Manus Regię conductoribus Fiſcalibus impartito.

In ſtipulatione, ſiue conceſſione facta à Principe, quoties aliquid deducitur ex fructibus certi, determinatique fundi præſtandum, ſi fructus non naſcãtur, vel nati fuerint conſumpti ſine culpa promiſſoris, ex alijs non debentur: deſignatio enim certi, determinatique corporis intelligi debet facta gratia limitandæ obligationis, ſiue conceſſionis; idemque procedit in vltimis voluntatibus.

SVMMARIVM.

1 *Vectigalium in exactione exequutiuè proceditur quò ad Fiſcum.*

2 *Idemque aſſerendum quò ad conductores Fiſcales ab eodem Fiſco cauſam habentes.*

3 *Exequutiuè proceditur in materia Vectigalium, reiecta appellatione ſuſpenſiua, ſtante priuilegio manus Regiæ conductoribus Fiſcalibus à Principe locatore conceſſo.*

4 *Exceptio reiecta per ſententiam in Iudicatum tranſactam ampliùs admitti non debet, præcipuè, quando eſt turbida, & altiorem indaginem requirit, quo caſu non eſt admittenda in Iudicio exequutiuo, quouſque ſententia retractetur.*

5 *Introductio ſalis exteri in Statum Eccleſiaſticum eſt prohibita ex conſtitutionibus Pauli III. Gregorij XIII. & Clementis VIII.*

6 *Conditio intelligi debet repetita ob continuationem ſermonis ſub vnica verborum ſtructura.*

7 *Verbum futuri temporis diſpoſitioni appoſitum importat conditionem.*

8 *In ſtipulatione, ſiue conceſſione, quoties aliquid deducitur ex fructibus certi, determinatiq; fundi præſtandum. ſi fructus non naſcantur, vel nati fuerint conſumpti ſine culpa promiſſoris, ex alijs non debentur,*

9 *Si quis centum amphoras vini ex certo fundo ſit ſtipulatus, ſi natum ſine culpa promiſſoris conſumptum fuerit, expectare debet, donec iterum naſcatur, darivè poſſit.*

10 *Legatis ex illo dolio amphoris decem vini, ſi non decem, ſed pauciores inueniantur, tunc tantùm accipietur, quantùm inuenitur.*

11 *Numquàm cenſetur deductum in ſtipulatione, ſiue promiſſione de tradendo id, quod continet delictum, grauiſque pœnæ incurſum.*

12 *Locatio vectigalium intelligi debet facta iuxta ſolitum.*

13 *Subrogatio non ſapit naturam eius, in cuius locum fit ſubrogatio, quando ſubeſt ratio diuerſa in vno, quàm in alio, vel quando in ſubrogato deficit qualitas primi.*

14 *Subrogatio fit quatenus ſubiecta patitur materia.*

15 *Verba ſubſequentia, quamuis Vniuerſalia, & effrenata, reſtringuntur ab antecedenti adiectione loci.*

16 *Principis conceſſio, ſiue priuilegiatiua, ſiue in vim contractus, extendi non debet de re ad rem; neque de loco ad locum.*

CAPVT LXXVI.

1 APPELLATIO eſt tantummodò admittenda in deuolutiuo; quemadmodùm enim pro exactione augmenti ſalis exequutiuè proceditur quò ad Fiſcum, *l. quoniam nonnulli 18.* vbi *Bald. C. de appellat. l. ſacrilegij §. vlt. ff. ad leg. Iul. pecul. l. vlt. ff. de leg. commiſſ. l. miſſi opinatores, Cod. de exact. Tribut. lib. 10* Bald *conſil. 90. lib. 5.* aſſerens eſſe ſingulare priuilegium Fiſci, *Peregrin. dee Iur fiſc. lib 6. tit. 7. num 5.*
2 *et 7.* Ita etiam idem aſſerendum quò ad cõductores Fiſcales ab eodem Fiſco cauſam habentes, *Bald. in l. 1. num. 9. Cod. ſi prop. public. penſitat. Bart. in l. in prouinciali, §. ſi ergo, num. 4. ff. de nou. oper. nunciat.* Ideòque eſt
3 reijcienda quælibet appellatio ſuſpenſiua, potiſſimùm ſtante priuilegio Manus Regiæ eiſdem conductoribus Fiſcalibus à Principe

locatore impartito, *Dec.in cap paſtoralis,*
num.17.& ſeq. de appellat. Bart.in extrauag.
ad reprimendum, in verbo *figura in fine, Nait.*
in clem.ſæpè.§.non ſit tamen,verſ.viſis ſupra
*ſcriptis. num.95.*Bald. *conſ.330. num.7. lib.1.*
Anguiſc.conſ.76 num.12.& ſeq.lib.1.Marche-
ſan.de commiſſ.part.2.fol.421.num.101. Per-
ſonal.de petit.hæredit.nu.561.fol.282. Scacc.
de appellat.quæſt.16.limit.1.num.64. & 76.
Ruginell.cod.tract.§.9.gloſ.2.quæſt.21.nu.60.
Marant.in Speculi Iudic.part.4.diſtinct.9.num.
8. Cornazan. dec.193. ſub num.2. verſ.primò
quia, Rot.in recent.dec.446.n.1.p.2.

Neque meretur attendi unica exceptio
prętenſæ exemptionis vigore Breuis ſanctæ
4 memoriæ Clementis VII. Tum quia ſuit re-
iecta per deffinitiuam ſententiam in iudica-
tum tranſactam, *l.poſt rem iudicatam, ff.de*
re iudic.l.ſi non abſtulit, §.ſi ea conuentione,
ff.eod.l.2. Cod.de exequut. rei iudic. Vel ſal-
tem,cum reddatur turbida,altioremque re-
quirat indaginem, non eſt admittenda in
Iudicio exequutiuo, quouſque prædicta ſen-
tentia retractetur, Bald.*conſ.162.lib.3.Ant.*
de Canar.in tract.de exequut.Inſtrum.qu.161.
Ludouiſ.dec.406.num.17.Rot.poſt Zacch. de
oblig.Camer.dec.155. num.3. Bich.*decis.391.*
num.26.

5 Tumetiam, quia, cum augmenti ſalis ſo-
lutio proportionabiliter facienda ab omni-
bus Vniuerſitatibus Ditioni Eccleſiaſticæ
ſubiectis originem ducat ex frequenti ſteri-
litate ſalinarum Ceruiæ, & Ceſenæ ob aeris
intemperiem, Cœlique vitium, qua ſtante,
ſalis exteri introductio eſt omninò neceſſa-
ria, alioquin ſub grauiſſimis pœnis interdi-
cta ex Conſtitutionibus Pauli III. Grego-
rij XIII. & Clementis VIII.de quibus duabus
anterioribus mentionem facit, Barboſ. *in l.*
diuortio, §.ſi vir, num.29. & ſeq. ff.ſolut.ma-
trimon.

Hinc reſultat, vt Breue Clementis VII.
in quo conceduntur Ciuitati Bononiæ ſacca
4500.*de firmo*,& 1500.vt vulgò aiunt *de reſ-*
pectu pro pretio ſolidorum 24. pro quolibet
ſacco ex ſalibus fabricãdis in Salinis Ceruię,
& PortusCeſenæ,nullo Iure poſſit eidem Ci-
uitati ſuffragari pro dict. augmẽto ſalis pro-
ueniente ex introductione ſalis exteri,idq;
ex quatuor potiſſimùm fundamentis, quæ
ſaltem ſimul iuncta rem extra omnem con-
trouerſiam conſtituunt.

Primò, quia Principis conceſſio legitur
reſtricta ad ſalem percipiendum ex Salaria
Ceruiæ, ſub ea expreſſa conditione,ibi: *Si in*
ea pro Sede Apoſtolica ſal fiet, quæ conditio
6 intelligi etiam debet repetita, quò ad Sala-
riam Portus Ceſenatici ob continuationem
ſermonis ſub vnica verborum ſtructura,
Bald.*conſ.153 lib.5.Crauett.conſ.206.num.6.*
Menoch.conſ.106.num.70. latè *Caſtill. lib.2.*
controu.cap.4.num 94. & ſeq. quibus ſtanti-
bus,dubitari non poteſt, quin prædicta ver-
ba conceſſionis non ſtent demonſtratiuè;ſed
7 potiùs conditionaliter, & taxatiuè, quate-
nus, nempè, ſal in dictis ſalarijs Status Ec-
cleſiaſtici conficiatur, & non alibi, *l.1. in fin.*
vbi ſignanter *Bart.num.35.ff.de condit.& de-*
*monſtrat.*Ruin *cõſ.160.ſub num.11.lib.2. Ro-*
uit.dec.57.num.4.

Secundò, quia, licet eadem conditio à
Principe concedente non fuiſſet expreſſa,ad-
huc inſpecta diſpoſitione Iuris communis
tacitè inerat; quoties enim in ſtipulatione,
8 multòque magis in conceſſione, deducitur
aliquid ex fructibus certi, determinatique
fundi præſtãdum ſub vnica oratione; tunc ſi
fructus non naſcantur, vel nati fuerint con-
ſumpti ſine culpa promiſſoris, ex alijs non
debentur, quia conditio deficit, deſignatio-
que certi corporis intelligi debet adiecta
gratia limitandæ obligationis, ſiue cõceſſio-
nis, *d.l.1.in fin.ff.de condition. & demonſtrat.*
*l.interdum pura 73.ff.de verbor.obligat.*ideò-
9 que, ſi quis centum amphoras vini ex certo
fundo ſit ſtipulatus, expectare debet, donec
vinum naſcatur, & ſi natum ſine culpa pro-
miſſoris conſumptum fuerit, rurſus expecta-
re debet,donec iterum naſcatur,dariue poſ-
ſit, iuxta celebre *Papiniani* reſponſum in
l.inter ſtipulantem 83.§.ſacram, verſ.ſi ſtipu-
pulatus fuero, vbi, præ cæteris, *Bald.num.6.*
verſ.ſi verò, Iaſ.num.27. ff.de verbor. obligat.
idem *Bald.in l ſi quis argentum in princip.nu.*
11.Cod.de donat.

10 Idemque procedit in vltimis volũtatibus;
ſi enim quis legauerit ex illo dolio amphoras
decem, & ſi non decem,ſed pauciores inue-
niantur; tunc tantùm accipietur, quantùm
inuenitur. *l.ſi quis ſeruum 8.§.ſi quis ita, ff.*
de legat.2.& ibi Bart.ſic ſummat, quòd ſi le-
gatur certum corpus,illud debetur, quod ex
illo corpore reperitur, & optimè ad rem
noſtram confert alter textus ſingularis in
l.cum certus numerus 5.ff.de tritic.vin.& oleo
legat. vbi,quòd ſi teſtator legauerit centum
amphoras vini, quod in tali fundo natum
erit,ſi poſteà minus in d. fundo natũ fuerit,
illæ tãtùm debebitur,neque hæres tenebitur
alias præſtare, eo quia dicta verba, *quod*
natum erit,vim taxationis habent, *& in l. ex*
eo 13 ff.eod. ibi: *ex eo vino, quod in illo fun-*
do naſcetur, & l.legatum,§.vini falerni,ff.de
*ann.legat.*ibi: *quod domi naſcetur,*Caſtr.*conſ.*
*338.lib.1.Gratian.cap.258.num. 64.*de Luca
ad Franch.*dec.471.num.1. Caſtill.lib.4. con-*
trou.cap.54 num.18.Staiban.Iun.reſolut.106.
num 60. & quatuor ſeqq.lib.2. alijſque alle-
gatis, *Roſa conſult.61.nu.1.Seſſe dec. Aragon.*
185.num.24. tom 2. Ronit.*deciſ.57.num.11.*
Gizzarell *dec.81.num 15.* Rot.*in antiq. dec.*
21.ſub num.10.circa med.de Teſtam.

Ter-

Tertiò,& hoc potiſſimùm animaduerten-
dum rogo,conceſſio nullo Iure poteſt intel-
ligi de ſale extero ex conſtitutionibus Apo-
ſtolicis introduci prohibito ; numquàm
enim cenſetur deductum in conceſſione,ſiue
11 promiſſione de tradendo id, quod continet
delictum,grauiſque pœnæ incurſum, prout,
omiſſis generalibus, in terminis, quòd con-
tractus initus ſuper traditione Salis intelli-
gatur de illo Ceruiæ, vtpotè ſolito; non au-
tem de extero, poſt *Surd. conſ.563. num.14.
lib.4.* tradit *Card. de Luca de* Regalib. *diſc.*
107. *n.4. verſ.ideòque*.

12 Idque,etiam procedit, inſpecta volunta-
te conductorum, quorum promiſſio circa
Salis conſignationem intelligi debet facta
de ſolito, & eo modo, quo de præterito eſt
conſuetum, *Ruin.conſ.74.nu.1.Burſatt. conſ.
190.num.26.*& meliùs *num.37. & conſ. 335.
num.10. Surd.conſ.470. ſub num.15. Bertac-
chin.de Gabell.in 2.part.quæſt.31. Caren. re-
ſolut.207.num.2. Bondeu.colluct.33.num.28.
Card.Cauuler.dec.60.num.4.* & in his termi-
nis *Card.de* Luca *de Regal.d.diſc.*107. *n.4.*

Quartò tandem, quia, quatenus, ſine ve-
ri præiudicio, Sal exterus dici poſſit ſubro-
gatus loco Salis, qui non potuit fabricari in
Salinis Ceruiæ, & Ceſenæ ; non tamen in
præſenti ſortiri debet eamdem qualitarem,
quò ad obligationem, ſiue conceſſionem de
illum tradendo Ciuitati Bononię ; eſt enim
in Iure abſolutiſſimùm, quòd ſubrogatum
non ſortiatur naturam eius, in cuius lo-
13 cum fit ſubrogatio, quando, prout in præ-
ſentia,ſubeſt ratio diuerſa in vno,quàm in
alio, vel quando in ſubrogato deficit qua-
litas primi ob maiores expenſas erogandas
per Reuerendam Cameram Apoſtolicam,
eiuſque conductores in introductione Salis
exteri, quarum ratione proportionabiliter
demandatur per eamdem Cameram ſolutio
augmenti, *Barbat.in cap.ab excommunicato,
num.33.de reſcript.Bald.in l.certi conditio,n.
6.col.verſ.ſed ſi actio,* ibique *Purpurat.col.9.
ff.ſi cert.petat. Franc.à Sous. in l.fœmina.nu.
229.part.1.Roman.conſ.227. Alex.conſ.106.
col.3.lib.3.Surd.conſ.31.num 41. & ſequ. &
conſ.138.num.21.Becc.conſ.101.num.60.*Ri-
*min.Iun.conſ.113.num.129.Valenz.conſ.190
à num.49.vſq.ad 53.* Menoch.*conſ.784.num.
12.& conſ.235.num.27.& 427.num.8.& de
arbitrar.* Iud.*caſ.54.num.30.32. & 36.* benè
Valenzuol.conſ.63.num.178. vbi, quòd pro-
pter diuerſam qualitatem ſubrogato a-
diectam,ceſſet regula, quia qualitas eſt om-
ninò conſideranda, *Gabriel. lib.6.tit.de re-
gul.Iur.concluſ.2.num.58.68. & 78. Roblez.
de repræſent.lib.1.cap.12.num.68.et ſequent.
Gratian.cap.989. num.23. Merlin. contr. 90.
num 9. lib.2.* Caualean.*deciſ.23.num.24.par.
3.*Monter.*dec.Aragon.25.n.22.Epiſc.Sperell.
deciſ.135.num.96.& ſeq.lib.2.*& ſubrogatio
14 fit, quatenus ſubiecta materia patitur, *Bart.
in l.pater 14.in repetit.num.13. verſ. non ob-
ſtat, quòd Ius agēdi,ff.de inoffic.teſtam.Soccin.
in* verbo *ſubrogatum regul.* 383. in ſecunda
limitatione,*Caſtr.conſ.73. prope fin. verſ.cū
res ſubrogata,Becc conſ.101.numer.59. Natt.
conſ.638.ſub num.41.Surd. conſ.31.ſub n.42.
& conſ.269.nu.30.Cyriac.contr.325.n.7.*

Neque ſuperiùs firmatis aduerſatur, quòd
in eodem Breui Clementis VII. concedatur
Ciuitati Bononiæ prædicta quantitas ſalis
ſine ullo onere impoſitionis Anghariæ, Ta-
xæ, Tractæ, Tranſitus, aut alteriùs cuiuſuis
grauaminis in futurum imponendi.

Siquidem omnia prædicta intelligi debent
retento eodem Themate ſuperiùs expreſſo,
nempè, circa traditionem ſalis conficiendi
in prædictis Salinis Reuerendæ Cameræ A-
poſtolicæ ; cum regulare ſit, vt ſubſequen-
tia verba, quantumuis generalia, effræua-
15 ta, & Vniuerſalia reſtringantur ab antece-
denti adiectione loci, *Oldrad.conſ.8 per tot.
Paul.de Mont.Pic. conſ.23. num.9. ad fin. &
& ſequent. Card.*Mant.*de conect.lib.9.tit.3.
num.13.Creſcent.dec.1.nu.2.de priuileg.*

16 Præcipuè, quia Principis conceſſio, ſiue
priuilegiatiua, ſiue in vim contractus ex-
tendi non debet de re ad rem, neque de lo-
co ad locum,*cap. per exemptionem de priui-
leg.in 6.* Lancell. Gall.*conſ.25. numer.79. &
ſeqq.*Iacob.*Gall.conſ.98.num.5. Burſatt.conſ.
344.lib.4.* Ripa *de diuerſ.reſcript.reſpōſ.14.n.
19.Azeued.ad leg.Hiſpan.lib.6.tit.1. leg.1.n.
25.& ſeqq.* Larrea *allegat.11.num.18.Caren.
reſolut.59.num.50.Bich.deciſ.528.num.9.* ne-
que etiam ex identitate, vel maioritate ra-
tionis.*Ancharan.conſ.151.num.4.Surd.deciſ.
202.nu.9.Buratt.dec.740.n.9.*

ARGVMENTVM.

Ius exigendi Vectigal, vtpotè de Regali-
bus eſt reſeruatum Supremo Principi;
ideòque à priuatis perſonis poſſideri
non poteſt ſine legitimo titulo ex eiuſ-
dem Principis conceſſione quæſito.

Gabella, vtpotè odium redolens, non po-
teſt extendi, neque etiam ex identitat ;
vel maioritate rationis;ſed ſtrictè,quā-
tùm fieri poteſt, intelligēda in eo dum-
taxat caſu, de quo tenor eiuſdem Ga-
bellæ ſpecificè loquitur.

Libris Gabellarij, an ſit plena fides præ-
ſtanda, quò ad probandam ſolutionem
Gabellæ; Declarantur Iura in *l.exem-
plo*

Digitized by Google

plo, Cod.de probat. & in l.fin. Cod.de conuen.fiſc.debit.lib.10.

S V M M A R I V M.

1 Gabellæ exactio eſt de reſeruatis Principi in ſignum Supremæ Poteſtatis.

2 Vectigalis exigendi Ius poſſideri non poteſt;niſi ex legitimo titulo à conceſſione eiuſdem Principis proueniente.

3 Titulus ſuper Regalibus eſt exibendus.

4 Princeps ſuper Regalibus firmatam habet intentionem.

5 Regalium detentores ad titulos exibendos cogi valent,

6 Manutentio in exactione Gabellæ non conceditur, non docto concludenter de titulo.

Idque, etiam ſi doceatur de quaſi poſſeſſione exigendi, quæ ſola pro manutentione in huiuſmodi Regalibus non ſufficit,

7 Verba Conſtitutionis, quoties non conueniunt, non poteſt conuenire eadem Conſtitutio.

8 Gabella, vtpotè odium redolens, ſtrictiſſimè intelligi debet in eo dumtaxat caſu; de quo præcisè impoſitionis tenor loquitur, neque vlteriùs extendenda, etiam ſi adſit identitas, vel maioritas rationis.

9 Sufficit,quòd de Gabella poſſit dubitari,vt contra illam ſit pronunciandum.

10 Partitæ extractæ ex libro conductoris Gabellæ non probant ſolutionem eiuſdem Gabellæ.

Expenduntur Iura in l.exemplo, Cod.de probat.& in leg.final. Cod. de conuent. fiſcal. debit. lib.10.

11 Doctores aſſerentes, credendum eſſe libris Gabellarij, quò ad exactionem Gabellæ, intelligendi, quò ad præiudicium tertij.

12 Libris præpoſitorum Gabellis, vel illorum conductorum fides non eſt præſtāda, quoties principaliter de Gabella dubitari contingit.

13 Cardinali Camerario eſt preſtanda fides in ſpectantibus ad eius officium.

14 Ad Cardinalem Camerarium non pertinet noua imponere Vectigalia, quorum indictio in ſignum ſupræmæ poteſtatis, vtpotè de Regalibus maioribus, Summo Pontifici eſt reſeruata.

15 In reſeruatis cuiuſuis Cardinalis aſſertioni non eſt ſtandum.

16 Referens ſine relato non attenditur.

17 Manutentionis cauſa,quoties à titulo dependet, de illius bono Iure videndum, etiam ad effectum manutentionis.

C A P V T LXXVII.

1 CVM prætenſum Ius Ven.Hoſpitalis Sancti Sixti ſuper exactione Gabellæ controuerſæ ſit de reſeruatis Principi in ſignum ſupræmæ Poteſtatis, Bald.loquens in ſimilibus terminis de pedagijs, & ſalmarijs, conſ.420.num.5.verſ. Speculator, lib.1. Abb.conſ.6.per tot. Roland. conſ.1. num.10. & ſeq.lib.2. Sixtin.de Regal. lib.2.cap.6.num.14.Ripoll.eod.tit.cap.7.num. 11.Bouadill.in Polit.lib.5.cap.5.num.13.Roſental.de feud.cap.5.concluſ.85.num.1. lit.A. Flor.de Men.lib.2.var.quæſt.21.num.11. Antunez de donat.Reg.part.3.cap.1.num.4. quæ,

2 vtpotè de Regalibus acquiri, retinerique non poſſunt,niſi ex legitimo titulo à conceſſione eiuſdem Principis proueniente, l.quicumque, Cod.de fund. limitroph.lib.11. vbi, præ cæteris, Lucas de Penn. cap.1.de feud. Marcb.in vſib.feud.cap.perſonæ de priuileg. in 6.Bald.dict.conſ.429.num.5.lib.1.& conſ.11. lib.2.Iaſ.conſ.45.num.6.& ſeq.lib.1. Roland. conſ.42.num.7.& 8.lib.2.Gramm. conſ.ciuil. 9.Peregrin.conſ.2. num.1. & ſeq. & num.12. lib.1.Galeot.reſponſ.fiſcal.10.num.24.Maſſim. Fauſt.in conſ.pro Ærar.claſ.6.ordin.545.Balzaran.ad tit.quæ ſint Regal.in Rubr. num.18. Maſtrill. de Magiſtrat. lib.1.cap.14.num.3. Larrea allegat.77.num.9.lib.2. Frecc.de ſubfeud.lib.3.formul.2.num.25.& ſeq. Sixtin.de Regal.lib.1.cap.5.n.1.& ſeq. Couarr.practic. quæſt.cap.17.n.6.Ripoll.eod.tract.cap.1.n.17 & ſeq. Card.de Luca de feud.diſc.40.num.2. & de Regal.diſc.138.num.2. Rouit.in Pragm. 1.de Iuriſd.inuic.turband.num.29.& ſeqq.& deciſ.72.nu.38.Menocb.de retin.poſſeſſ.remed. 3.num.590.Leo dec.Valent.82.num.17.lib.1. Koppen.deciſ.32.num.4.Salernit.dec.51. num. 29.Gramm.dec.59.num.15.Capye.dec.77.nu. 7.12.& ſeq.Reuerter.dec.566.num.1. & dec. 299.in fin.

3 Meritò eſſet perneceſsè exibendus titulus ſuper prætenſa exactione dictæ Gabellæ, cap.omnes Baſilicæ 16.quæſt.2. cap.cum contingat 24.ibique gloſ.verbo Rationabilis,cap. dudum 31. §.nos igitur de decim. gloſ. in l.2. verſ.iurata fide, Cod.quando, & quibus, lib. 10.Luc.de Penna in l.2.verſ.fortiùs, Cod.de fund.limitroph. lib.11. Iſern.in cap. Imperialem, §.illud,num.67. de probib.feud. alien.per Federic.ibique Afflict. num.37. idem Afflict. in cap.1.num.32.verſ.ſexto fallit, de controu. in Inueſt.& in cap.Imperialem, §.illud,nu.12 verſ.tertio pro iſta parte, ibique Balzaran.nu. 17.verſ.facit,& num.18.cæterique feudiſtæ, de probib.feud.alien.per Federic.Capye.in Inueſt.feud.verſ.feudatariorū editiones, fol.181. Capiblanc.lib.2.de auct. Baron.cap.77.Frecc. de ſubfeud.lib.2.auctor.17. num.2.in princip. Apont.conſ.97. num.24. lib.1. & de poteſtat. Proreg.tit.de Regal.impoſit.§.6.num.38.Grammat.conſ.9.Roland.conſ.89.nu.24.lib.2. Merlin.controu.13.num.15.& ſeq.lib.1.Peregrin. de fideicommiſſ. art.52. num.139. de Marinis reſol.115.num.16.lib.2.& in obſeru.ad Reuerter. dec.111. num.2. in princip. Cancer.var. part.3.cap.14.num.42. Couarr.practic.quæſt. cap.17.num.6.verſ primum. Roſental.de feud. lib.1.cap.8.concluſ.33.num.9. & lit.G. in annotat.Azeued.lib.4.recompilat.lib.1.tit.1.nu. 16.verſ. & ſi poterit, Gratian.cap.441.per tot. Peregrin.de Iur.fiſc. lib.7.tit.3. num.17. & ſeq.Montan.de regal.verbo Argentariæ,nu. 10.

10.fol.164.Piſtor.quæſt.Iur.lib.2.part.2.q.46. num.2.& ſeq. Petr.Gregor.de feud.part.1. qu. 12.ibique Maſtrill.in addit. lit.E. Cyriac.contron.178.nn.15.16.36.& 52. Bonadill.Polit. lib.2.cap.16.nu.92. Maſtrill.de Magiſtrat.lib. 3.cap.2.num.17.Card.de Luca de Regal. diſc. 14.num.2.& 8.Rot. deciſ.335. num.3. penes Poſth.de manuten.repetita in recent. dec.352. num.3.par.11.

4 Idque ea præcipua ratione; cum enim Princeps ſuper Regalibus firmatam habeat intentionem, cap.1. quæ ſint Regal.cap.1.§. Indices,de pac.ten.Iur. firm. Iſern.in cap.Imperialem, §.illud, num.67.ibique Balzaran. nu.8.de probib.feud.alien.per Federic. Auendan.de exequut.mandat.part.1.cap.4. num.3. Valaſc.de Iur.emphyt.quæſt.8. num.21. Zobbol.inter conſ.Peregrin.conſ.3.num.3.lib.1.

5 Hinc reſultat, vt Regalium detentores ad titulos exhibendos cogi valeant, Palat. Ruu.in cap.per veſtras, num.43. & 48. Belling.in Specul.Princip.Rubr.28. num.1.in fin. & ſeq.in princip.verſ.quoniam,Bonadill.Politic.lib.2.cap.16.num.92.in princ.tom.1. Maſtrill.de Magiſtrat. cap.2.lib.3. num.6.11.& ſeqq.tom.1.Gabed.dec.Luſit.9.num.1. & ſeq. part.2. Reuerter.dec.556.ſub num.1.part.2. alijque proximè allegati.

6 Etiam ſi ex aduerſo doceatur de quaſi poſſeſſione exigendi, quæ ſola pro manutentione in huiuſmodi Regalibus non ſufficit, Florian.in l.ſicut, §.ſi quæratur, num.6. præcipuè in fin.verſ.& ideò,ff.ſi ſeruit.vindicet.Couarr.pract.cap.17. num.6. verſ.præſertim, Menoch.de retin.remed. vlt. num.24. Peregrin.de Iur.fiſc.lib.7.tit.3.num.20. Rouit.in Pragm.1.de Iuriſd.innic. non turban. num.33. Capye.dec.77. num 7. & ſeq. Card.de Luca de Regal. diſc.110.ſub num.10. & diſc.138. num.2.Galeot.reſponſ. fiſcal.12. num.393. & 444.& ſeq.Poſth.de manut obſeru.44.num.25 Rot.poſt eumdem dec.646.nu.9. & duob ſeqq. Buratt.dec.312.num.13.Rot.in rec.deciſ.605. num.8.& deciſ.615.num.5.tom.2.

Multóque magis deficiente, prout in preſenti themate, legitima probatione poſſeſſionis ex infra firmandis; ſine qua, iuxta vulgata Iuris principia, non poteſt dari manutentio.

Neque pro titulo poterit ſuffragari Conſtitutio ſanctæ memoriæ Sixti V. in quà potiſſimùm ex aduerſo inſiſtitur, cum expreſsè loquatur de lignis combuſtibilibus, & de alijs ſcutis quatuor mille annuis expenſionibus ſoluendis per conductores alterius nouæ Gabellæ ſuper attractione, ſeu conductione nauium, & nauicularum, quæ per flumen Tibris attrahuntur cum Bubalis, Iumẽtis, aliiſque animalibus annuatim perſoluẽdis, vt ſunt præciſa verba dictæ Conſtitutionis Sixtinæ; atque adeò, his ſtantibus, remanet omninò excluſa prætenſa ſolutio, quò ad Naues, ſeu Nauiculas appellentes ad portum Ripettæ, cum ad illum non deducãtur, neque cum Bubalis, neque cum alijs ani-

7 malibus; cumque verba dictæ Conſtitutionis non conueniant, non poteſt conuenire eiuſdem diſpoſitio, leg.4. §. toties, ubi præcipuè Caſtrenſ. ff.de damn.infect. leg.1. § loquitur, ff. de aqu. quotid. & æſtiu. leg. ſi Ancillas, ff. de legat. 1. leg. ſeruum, §.non dixi, ff.de acq.hæred.Surd. conſ. 152.num.38.& dec.123.nu.13. Roman.conſ. 442.num.2.Rimin.conſ.25.num.10.Tiraquell. in l.ſi vnquam, verbo liberis, num.2. Cod.de reuocand.donat.Guttierez pract. lib.3. quæſt. 17.num.227.& conſ.1.num.8.& conſ.21.n.1 & ſeqq.Gonzal.ad Reg.8.Cancell.gloſ.5.num. 24.& gl.45.§.1. num.51. Pacific.de Salu.Interd.inſpect.3.cap.1. num.7. Mangil.de imput. quæſt.77.num.71.Rot.in rec. dec.697 num.7. part.1.Menoch.dec.Lucenſ.13.num.33 Oſaſch. dec.Pedem.50.num.9.

8 Potiſſimùm, quia Gabella, vtpotè odium redolens, ſtrictiſſimè, quantùm fieri poteſt, intelligi debet in eo dumtaxat caſu, de quo præcisè tenor loquitur impoſitionis, neque vlteriùs extendenda, etiam ſi adſit identitas, vel rationis maioritas, Bart.in l.ſi pupillus, 21.num.3.ff.ad leg.falcid.Bald.in l.contractus 16.ſub num.3.& 6.Cod.de fid.inſtrum. & in l. 1. num.7. Cod.quæ ſit long. conſuet. Anchar. conſ.264.num.1.& ſeq.Angel.conſ.385. num. 1.Laderch.conſ.38.num.7.Surd. conſ.470. nu. 22.Becc.conſ.96.num.5.in fin.Abb.conſ.83.ſub num.2.lib 2.Venturin.conſ.39. num.100. Cyriac.contron.286.num.3. Bertach. de Gabell. p.1.n.18.Laſsart.de decim.vẽdit.in præfat.ſub num.31. Ioſeph. Ludouic. concl.15.verſic.ſed iſthæc videtur, Cardin.de Luca de Regal.diſc. 72.n.3.Cacheran.dec.Pedem.4.n.7.10. & ſeq. Caroc.deciſ.99.num.15.& ſufficit, quòd poſſit

9 dubitari de comprehenſione, vt contra illam ſit iudicandum, Iaſ.in l.fructus,num.8. in fin.ff ſolut.matrim.Becc.conſ 96. numer.19. Laderch.conſ.38. nu.7.Bertazol conſ 37. n.2. lib.1.in criminal.Perſonal.de Gabell.num.38. Cyriac.contron.265.num 21.& ſeqq. & contron.297.num.55.& ſeq.Ciarlin.controu.245. num.12. Gratian.cap.17.num.17. & ſeqq Sixtin.de Regal.lib.2.cap.6. num. 143. Laſſart. de Gabell.in præfat.nu.31. verſ. itaque ſi Gabella, Guttierez eod.tract. qu.6.nu.10. Larrea allegat.fiſcal.7.nu.23.Epiſc.Riec.in Prax.for. Eccleſ.part.3.reſolut.135.num.7. Card.de Luca de Regal.diſc.62.num.6.& diſc.68.nu.13. Fontanell.dec.265.num.9.& ſeq.Surd. conſil. 307.num.21.& deciſ.96.num.7. & dec. 305. num.44.Chriſtin.dec.Belg.269. num.28. Rot. in rec.dec.118.in fin.par.11.

10 Parumque releuant prætenſæ ſolutiones ex aduerſo exhibitæ, cum partitæ extractæ

ex

ex libris conductorum dictæ prætenſæ Ga-
bellæ nullo Iure probent poſſeſſionem exi-
gendi; Tũ, quia fuerunt exemplatæ ex libro
priuato conductoris à publico nõ deputati;
ideòq; non probant, vt eſt *text.* expreſſus lo-
quẽs in ſortioribus terminis fiſci in *l. exem-
plo*, ibiq; *Bald. et Salicet. C. de probat.* ibi: *exem-
plo perniciosum ſit, vt ei ſcripturæ credatur,
qua vnuſquiſque ſibi adnotatione propria de-
bitorem conſtituit, vnde, neque fiſcum, neque
alium quemlibet ex ſuis ſubnotationibus de-
biti probationem probare poſſe*; in idemque
confert alter *text. in l. fin. Cod. de conueniend.
fiſc. debitor. lib.* 10. ibi: *Iniquum eſſe perſpe-
ximus, vt ſub propria annotationis manu v-
nuſquique ſibi faciat debitorem*, optimè *Gait.
de credit. cap. 2. tit. 1. n. 66. & ſeqq.* vbi per
dicta Iura aduertit, quòd, ſi tributa fiſcalia,
datia, aliæque exactiones publicæ exigantur
à conductoribus, qui dicta tributa, & datia
conduxerunt à Regijs Miniſtris, vel à Ciui-
tatibus, tunc libris ab iſtis cõfectis proſcri-
bentibus, & pro tertiò, aut contra tertium
nullatenus ſit fides præſtantanda.

Idque duplici potiſſimùm ratione; Pri-
mò, quia ad ſui proprium commodum non
creditur, & ſecundò, quia de publico ad
ſcribendum non ſunt deputati, quódque
Interpretes aſſerentes, credendum eſſe li-
11 bris Gabellarij, quòad exactionem Gabel-
læ, cum hac modificatione ſint intelligendi,
idemque benè probant, *Io. Franc. de Pont. de
poteſt. Proreg. tit. de* Regal. *impoſit. §. 8. nu. 23.
& ſeqq. Sola ad Conſtit. Sabaud. tit. de lib. Mer-
cat. gloſ. 2. num. 39. et duob. ſeqq. Genua, lib. 4.
tit de ration. Gabellar. num.* 18. *Card. de* Luca,
de Regal. diſ. 151. *n.* 14. & contraria fortè pro-
cedunt, quoties agitur de præiudicio tertij,
in quibus terminis loquuntur *Bart. in l. quæ-
dam, §. nummularios, ff. de eden. Rimin. Iun.
conſ. 52. num. 102. Ioſeph. Ludouic. cõmun. con-
cluſ. 29. verſ. amplia ſeptimò, Rot. poſt Zacch. de
obligat. Cam. decis.* 251. *num.* 5.

12 Tum, quia in præſenti caſu principaliter
de Gabella dubitari contingit, tũc enim li-
bris Præpoſitorum Gabellis, vel illarum cõ-
ductorum nulla fides eſt præſtanda, vt poſt
*Genuam lib. 4 de ſcript. priuat. tit. de libr. ra-
tion. à public. deput. num.* 35. aduertit *Capyc.
latr. conſult. 66. num. 42. lib.* 1.

Tum demum, quia prætenſæ partitæ in
libro inſcripto *di conſegne*, non continent
ſolutionem, ſed duntaxat denunciationem,
ſeu aſſignationem rerum, quæ fit ad effectũ
inſpiciendi, an adſint merces Vectigali ob-
noxiæ.

13 Neque merentur attendi Edicta Cardina-
lis Camerarij loquentia de prætenſa Gabel-
la; Primò, quia eidem eſt credendum in
ſpectantibus ad eius officium, *Veſtr. in prax.
lib. 2. cap. 2. num. 2. in fin. Rot. diuerſ. deciſ.* 86.
num. 2. & 3. part. 4. Ad officium autem Ca-
merarij non pertinet noua imponere Vecti-
14 galia, quorum indictio in ſignum Supre-
mæ Poteſtatis, vtpotè de Regalibus maio-
ribus, eſt Summo reſeruata Pontifici, *leg.
Vectigalia, ff. de publican. l. non ſolent, Cod. ve-
ctigal. nou. inſtit. non poſſ. Card. de Luca de* Re-
*galibus diſc. 85. num. 3. Rot diuerſ. dec. 34. n. 3.
15 part.* 1. & Nos latiùs diximus *diſp. ſequ.* &
in reſeruatis non ſtatur cuiuſcumque Car-
dinalis aſſertioni, *Dec. conſ* 287. *num. 9. Pa-
riſ. conſ. 2. num.* 174. *lib. 2. Card.* Mantic. *de ta-
cit. lib. 7. tit. 5. num. 5 Franc. Marc. deciſ. 14. n.
4. part. 2. Verall. dec. 93. num. 2. part. 1. Rot.
diuerſ. dec. 133. num. 1. par. 1.*

Secundò, quia eadem Bannimenta ſpeci-
ficam relationem habent ad prætenſam im-
poſitionem Gabellæ indictæ per Sixtum V.
ideòque ex aduerſo eſſet liquidò docendum
de veritate relati comprehenſiui caſus, de
16 quo diſceptatur, nam alioquin referens nõ
attenditur, *l. aſſe toto, ff de hæred. inſtituend.
auth. ſi quis in aliquo, Cod. de edendo, Socc.
Iun. conſ. 57. num. 3. lib. 1. Pariſ. conſ. 94 num.
29. lib.* 1.

His igitur firmatis; cum prætenſus titu-
lus ſuper exactione Gabellæ controuerſæ ex
Conſtitutione Sixtina deprehenſus, non ſub-
ſiſtat, vel ſaltem valdè turbidus reddatur;
cumque poſſeſſio exigendi concludenter nõ
poſſit dici probata ex partitis librorum ex
aduerſo extractis: Meritò nullo Iure eſt exe-
quendum mandatum de manutenendo fa-
uore Hoſpitalis; ſed, vel eſt admittenda
appellatio ſuſpenſiua, ſtante notorio gra-
uamine, vel ſaltem, iuxta commendabilẽ,
ſatiſque Iuridicum Stylum huius ſupremi
Tribunalis Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ,
17 cum agatur de Gabella, quæ eſt de Rega-
libus Principis; ideòque cauſa manutentio-
nis à titulo omninò dependeat, ad Iuridi-
cum examen reuocari debent merita eiuſ-
dem tituli, & de illius bono Iure agendum,
etiam ad effectum manutentionis, *Poſth. de
manuten. obſer. 43. num. 1. & ſeqq. Rot. poſt eũ-
dem deciſ. 9. num. 31. & dec. 215. nu. 34. Lan-
cellott. de attentat. par. 3. cap. 24 quæſt. 19. n. 4.
4. Spada conſ. 79. num. 4 & ſeq. lib. 3. & conſ.
67. num. 5. lib. 2. Ludouiſ. deciſ. 283. num* 5.
ibique *add. num. 8. Card. Seraph. deciſ.* 1278.
*num. 4. verſ quibus ſic ſtantibus. Rot. in recent.
dec. 423. num. 7 par. 2.*

ARGVMENTVM.

Vectigalium indictio, augmentum, & pro-
rogatio ſpectat ad Principem in Supre-
mæ Poteſtatis ſignum, adeòut eorum-
dem

dem prorogatio fieri non poſſit per ciuſdem Principis Miniſtrum.

In Regalibus Principi reſeruatis non eſt ſtandum aſſertioni cuiuſuis ſupremi Magiſtratus, etiam Cardinalis Legati à Latere; niſi tamen agatur de re maximi momenti, de qua ſit præſumendum, eumdem Principem fuiſſe certioratum.

Gabella prorogata, an dici debeat noua Gabella, Et an augmentum factum per Principem ſpectet ad primum conceſſionarium Gabellæ.

S V M M A R I V M.

1 *Ad Principem ſpectat in ſupremæ poteſtatis ſignum Vectigalium indictio, augmentum, & prorogatio.*

2 *Iuſſus Supremi Magiſtratus non ſufficit pro ſubſtinenda prorogatione.*

3 *In Regalibus reſeruatis Pontifici non eſt ſtandum aſſertioni cuiusuis Supremi Magiſtratus, etiam Cardinalis Legati à Latere.*

4 *Miniſtrum in re magni momenti præſumendum eſt certioraſſe Pontificem.*

5 *Conuentio cum Principe inita eſt pro lege ſeruanda.*

6 *Deus, licet leges Principibus ſubmiſerit; contractus tamen minimè ſubiecit.*

Pacta ſeruabo, *fuit vox Dei in ore Pretoris, iuxta* Baldum.

Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam.

7 *In Principe duplex perſona conſideratur, altera legislatoris, altera verò priuati contrahentis, ex quarum vltima ad promiſſa ſeruanda compelli poteſt.*

8 *Huius obligationis nexus in Principe ortum habuit à Iure Diuino ex illo Oraculo.* Sit ſermo veſter eſt, eſt, non, non.

9 *Princeps pro eius fulgenti dignitate fortiori vinculo ad promiſſa ſeruanda adſtringitur, quàm priuatus.*

10 *Affertur elegans dictum Theodorici penes* Caſſiodorum.

11 *Prorogatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus prorogati.*

12 *Adeòut nihil prorſus dicatur immutatum.*

13 *Specialia non ſunt multiplicanda.*

14 *Prorogatio Vectigalium eſt materia odioſa.*

15 *Non eſt præſumendum, Pontificem voluiſſe tacitè derogare Priuilegijs conceſſis ob benemerita alicuius Inclitæ Ciuitatis; dum, neque etiam expreſsè id agere poterit.*

16 *In dubio non eſt præſumendum, Principem Ius tertio quæſitum tollere voluiſſe.*

17 *Quæ præſumptio fortiùs militat in Papa profitente per* Regulam Cancellariæ, *nolle Ius tertij tollere, niſi facta ſpeciali mentione, cum derogatione dictæ* Regulæ.

18 *Gabella prorogata dici debet de nouo impoſita.*

19 *Gabellæ augmentum progreſſu temporis factum per Regem ſpectat ad primum conceſſionarium, cui fuit conceſſa Gabella.*

20 *Releuatio fruſtra petitur, ceſſantibus moleſtijs.*

21 *Conductor poſt legitimè dimiſſam conductionem remanet liberatus.*

22 *Aliud eſt Vniuerſitas, aliud ſinguli de Vniuerſitate.*

23 *Ex actibus particularium non quæritur Ius Vniuerſitati, ſeu poſſeſſio.*

24 *Ob fraudes in ſolutione Vectigalium commiſſas à ſingulis Ciuibus, vel forenſibus, non poteſt præiudicium inferri Communitati.*

Vniuerſitas ex facto particularium pœnam ſubire non debet, neque eius priuilegijs priuari, cum ipſa non deliquerit.

Aliud eſt factum particularium, aliud Vniuerſitatis.

25 *Ordinata charitas incipere debet à ſubiecto, à quo prouenit.*

26 *Obſeruantia eſt optima interpres in quacumque materia.*

27 *Præcipuè in Priuilegijs, & Gratijs.*

C A P V T LXXVIII.

PROVENTVS Gabellarum pertinent ad Regimen Bononiæ, vel ſaltem ex benignitate Pontificis eſt demandanda illorum erogatio pro vrgentibus indigentijs Communitatis.

Siuè enim exactio pecuniarum, de quibus
agitur, fuerit indebita, eò quia Vectiga-
lium conceſſio facta Regimini ad certum
tempus non potuerit prorogari abſque ſpe-
1 ciali mandato Pontificis; ad quem in Supre-
mæ Poteſtatis ſignum, pertinet illorum indi-
ctio, augmentum, & prorogatio, *l.* 1. *&* 2.
ibique, præ cæteris, *Salicet. Cod. non. vectig.
inſtit. non poſſ. Iacob. Butrag. & Bald. in l.* 2. *Cod.
de Iur. aureor. anulor. Altograd. conſ.* 4. *num.* 90.
lib. 2. *Larr. allegat.* 12. *num.* 9. *Capyc. Galeot. reſp.
fiſc.* 10. *num.* 17. *& ſeq. Amaya in l. omnes, num.* 5.
& 6. *Cod. de annon. & tribut. lib.* 10. *Sixtin. de
Regal. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 14. *Ripoll. eod. tit. cap.* 7.
num. 11. *Bonadill. in Politic. lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 13.
Flor. de Men. lib. 2. *var. quæſt.* 21. *num.* 11. *Antu-
nez de donat. Reg. part.* 3. *cap.* 1. *num.* 4. *Aget. de
feud. conſtit. Rubr.* 4. *viſion.* 5. *verſ. nona vectiga-
lia, fol.* 222. *Reuerter. deciſ.* 388 *num.* 2. *Capyc. de-
ciſ.* 148. *Rot. diuerſ. deciſion.* 34. *numer.* 3. *part.* 1.
cum alijs *diſput. antecedenti* laudatis, fruſtrà
in præſenti repetendis.
2 Adeòut pro ſubſtinenda huiuſmodi pro-
rogatione non ſuffragetur iuſſus clar. mem.
Cardinalis Bonaccurſij tunc temporis The-
ſaurarij, *l. vnic. Cod. de ſuperindic. lib.* 10. ibi-
que, præ cæteris, *Luc. de Penn. num.* 2. Cum
3 in Regalibus Supremo Principi reſeruatis
non ſit ſtandum aſſertioni cuiuſcumque Su-
premi Magiſtratus, etiam Cardinalis Lega-
ti à Latere, *Felin. in cap. cum in Iure, num.* 11.
verſ. inſpectantibus, de offic. delegat. Dec. conſil.
287. *num.* 9. *Pariſ. conſ.* 2. *num.* 174. *lib.* 2. *Cardin.
Mantic. de tacit. lib.* 7. *tit.* 5. *num.* 5. *Franc. Marc.
deciſ.* 14. *num.* 4. *part.* 2. *Rot. coram Verall. dec.* 93.
num. 2. *part.* 1. *Rot. diuerſ. dec.* 133. *num.* 1. *p.* 1.
Siue beniguiùs agendo prædictæ exactio-

nes approbentur ob tacitam prorogationē
priorum conceſſionum factam à Miniſtro,
4 quem in re magni momenti præſumendum
eſt, priùs certioraſſe Pontificem, *Speculat. in tit. de probat. §. videndum reſtat, num. 3. in fin. verſ. quid de Auditoribus Palatii*, *Lap. allegat.* 32. & quomodocumq; res ſe habeat; cum dubitari non poſſit, quin huiuſmodi pecuniæ fuerint exactæ ex Gabellis, ſeu datijs Bononiæ eidem priùs conceſſis, quamuis ad tempus limitatum, & ad Reuerendam Camerā Apoſtolicam nullatenus pertinentibus, videntur erogandæ pro ſoluendo ære alieno, quo eadem Communitas præmitur erga Montiſtas, ſubueniendiſque alijs publicis indigentijs, attenta ſatis expreſſa cōuentione inita cum ſan. mem. Nicolao V. quòd omnes introitus, & redditus Ordinarij, & extraordinarij, nec non prouentus dicti Communis diſtribui, expendique debeant in ſuis
5 neceſſitatibus, quæ pro lege eſt ſeruanda; *Caſtr. in l. Cæſar 6. ff. de publican. Corn. conſ. 339. in princip lib. 1. Pariſ. conſ. 82. num. 47. lib. 1. Decian. conſ. 2. num. 120. & ſeq. lib. 1.* licet enim
6 Deus leges Principibus ſubmiſerit; contractus tamen, qui ſunt de Iure gentium, minimè ſubiecit, *Bald. in l. 1. in princip. Cod. de conſtit. Princip. Iaſ. in l. 1. num. 4. ff. de pact. Gothofred. in not. ad Auth. de Conſul. §. ſubiacent nouell. 105. cap. 2. in fin. Amaya in l. 2. Cod. ne fiſcrem, quam vend. num. 13. Kirchou. conſ. ſelect. 1. num. 79. lib. 2. Heirichman. conſ. 36. num. 39. lib. 2. Valenz. conſ. 2. num. 65. lib. 1. Mart. de Iuriſd. lib. 1. cap. 33. num. 104. & ſeq. Card. Mantic. de tacit. & ambig. conuent. lib. 3. tit. 10. nu. 53. Larrea allegat. 3. num. 3. lib. 1. & alleg. 119. num. 10. lib. 2. Arniſe. de poteſt. ſeren. leg. cap. 3. nu. 12. in princip.* latiſſimè *Vaſquez Menchaca lib. 1. controu. Illuſtr. cap. 2. per totum. Kloch. de contribut. cap. 16. num. 154. Marcell. Marcian. Iun. forenſ. exercit. cap. 11. num. 8. de Philipp. diſſert. fiſcal. 21. num. 24. Prat. diſcept. 12. num. 81. lib. 1.*

Illud enim verbum, *Pacta ſeruabo*, fuit vox Dei in ore Prætoris, teſte *Bald. in Rubr. de conſtit.* qui etiam, *conſ. 327. num. 4. lib. 1.* eleganter ex more aſſerit, quòd Princeps debeat habere vnum calamum, & vnam linguam, illique conueniat illud verbum, *Semel loquutus eſt Deus.*

Ac proindè duplicem in Principibus perſonam cōſiderari poſſe, annuit *Daniel. Otton. de Iur. public. cap. 8. verſ. quæritur hoc loco, lit. L. fol. 188. Creſp. de Valdaur. obſeru. 103. num. 67.*
7 vbi rectè admonet, quòd in Principe duplex perſona conſideretur, altera legislatoris, altera verò priuati contrahentis, ex quarum vltima ad promiſſa ſeruanda adſtringi poſſe nemo eſt, qui dubitet, *l. digna vox 4. Cod. de leg. l. donationes 26. C. de donat. int. vir. & vxor. Caſtr. conſ. 317. num. 5. verſ. tum quia, lib. 3. Roman. conſ. 298. num. 1. Vulteius in Paratit. ad tit. de Conſtit. Princip. lib. 1. tit. 4 in fin. Petra de poteſt. Princip. cap. 31. num. 145. Pruchman. conſil. 17. num. 66. lib. 1. Petr. Gregor. de Republ. lib. 22. cap. 11. num. 13. Valēz. conſ. 162. num. 41. Larrea allegat. 19. num. 10. Merlin. controu. 2. num. 30. & controu. 53. num. 7. & 8. lib. 1. Camerat. reſpōſ. 23. num. 3. lib. 1. de Marin. ad Reuerter. deciſ. 54. num. 5. Rocc. reſponſ. 1. num. 22. & reſponſ. 49. nu. 1. & ſeq. lib. 1. Franch. deciſ. 17. num. 6. & deciſ. 673. num. 4. Tappia deciſ. 5. num. 35. Capyc. Latr. dec. 188. num. 9.*

8 Huiuſque obligationis nexum in Principe ortum habuiſſe à Iure Diuino, ex *Matthei* verbis *c. 5.* ibi: *Sit ſermo veſter eſt, eſt, non, nō,* ab Innocentio III. relatis in *cap. et ſi Chriſtus 26. de Iur. Iuran.* in ſpecie monuit *Gaſpar Kloch. de contribut. cap. 16. num. 156.*

9 Imò fortiori vinculo, præ eorum fulgenti maieſtate, Principes adſtringi, quàm priuatos, Iure merito docuit *Bald. conſ. 279. lib. 3. Valenz. conſ. 2. num. 59. & ſeq. lib. 1. Kirchou. conſ. 1. num. 71. & ſeq. lib. 2. Gaſpar Kloch. de contribut. dict. cap. 16. num. 159. Ganauer. deciſ. 20. num. 3.*

10 Ideòq; Theodoricus Rex Romulo reſcribens penes *Caſſiodorum* conciuem meum *variar. lib. 3. cap. 35.* elegantiſſimè iuxtá morem inquiebat: *Liberalitatem Noſtram firmā decet tenere conſtantiam, quia inconcuſſum debet eſſe Principis votum, nec pro ſtudio malignorum conuelli, quòd Noſtra noſcitur præceptione firmari.*

Idque, etiam apertè deprehenditur, inſpecta tacita voluntate ſanctæ mem. Alexandri VII. qui demandando vlteriorem exactionem Gabellarum Communitati priùs conceſſarum iuxta antecedentem modum, & formam conſuetam, præſumendum eſt, voluiſſe, vt pecuniæ ex illis in poſterùm exigēdæ ſortiri deberent eamdem naturam, quò ad erogationem pro neceſſitatibus publicis eiuſdem Communitatis, prout priùs reperiebantur conceſſæ; Id ipſum ſuadente natura prorogationis, quæ intelligi debet fa-
11 cta cum omnibus qualitatibus prorogati, iuxta monitum *Bald. in cap. translato, extra de conſtitut. Felin. in cap. de cauſis, num. 1. vſque ad ſextum,* ibique *Dec. num. 7. extra de offic. de legat. Iaſ in l. lecta, num. 8. & ſeqq. ff. ſi cert. petat.* Gabr. *de dilation. concluſ. 2. num 4. & ſeqq.* adeòut nihil
12 prorſus dicatur immutatum, *l. ſed, & ſi manente, ff. de precario. gloſ. in Clement. ne Romani,* vbi præcipuè *Ancharan. de election. Bald. in l. ſi conſtante, Cod. de Donat. ante nuptias, Card. Iacobat. de Concil. lib. 10. art. 6. num. 19.*

13 Præcipuè ne ſpecialia multiplicentur, cōtra diſpoſitionē *text. in l. 1. C. de dot. promiß.* quòd, nēpè, Pontifex noluerit dicta datia prorogare, quæ eſt materia ſatis odioſa, *Ruin. conſ. 112. n. 14. lib. 5* *Laderch. conſ. 38. n.*
14 *7. Venturin. conſ. 39 nu. 10. Cyriac. controuer. 370. num. 46. & controu. 286. num. 3 Oſaſch.* de-

Digitized by Google

deeiſ.4.num.7.10.& ſeq. Et ulteriùs adiece-
rit formam, nedum omninò diuerſam; ſed
poſitiuè repugnantem notorijs, uſuque
paſſim receptis priuilegijs à diuerſis Ponti-
ficibus conceſſis ob benemerita adeò Incli-
15 tæ Ciuitatis, pro ſubueniendis indigentijs
publici Ærarij, quibus nullo Iure eſt præ-
ſumendum, Pontificem tacitè uoluiſſe de-
rogare, dum, neque etiam expreſsè id de
Iure agere potuerit, Caccialup. in leg. omnes
populi, num.181.& 182. ff. de Iuſt. & Iur. Ri-
min. Iun. conſ.556.num.127. Cephal. conſ.342
num.6. Decian. conſ.51. num.24. 25. & 27.
Natt. conſ.397.nu.10.& ſeqq. Surd. conſ.419.
num.68. Mart. vot.217. Valenz. conſ.2.nu.68.
Menoch. conſ.461. num.12. Tamburin. de Iur.
Abbat. tom.1. diſput.16. quæſt.12. num.9.
Oſaſch. deeiſ.139. num.23. Afflict. deciſ.128.
num.10. Sanchez. de matrim. lib.8. diſput.33.
num.3. Buratt. deciſ.391. num.8. Rot. in rec.
deciſ.339.num.15. part.9. Card. Seraph. dec.
1082.nu.3.
16 Multòque magis, quia in dubio non eſt
præſumendum, Principem uoluiſſe tollere
Ius tertio quæſitum ex priuilegio, eidem-
que inferre præiudicium, l.2.§. ſi quis à Prin-
cipe, ff. nè quid in loc. public. quæ præſum-
17 ptio fortiùs procedere debet in Papa profi-
tente per Regulam Cancellariæ de Iure ter-
tio quæſito nõ tollẽdo, nolle tollere Ius tertij;
niſi facta ſpeciali mẽtione, cum ſpeciali de-
rogatione dictæ Regulæ, Gabr. de Iur. tertio
quæſito non tollend. concluſ.3.num.18. Gomez
in proem. ad eamdem Regulam in princip. Car-
din. Seraph. dec.1082.nu.7.
18 Quæ omnia procedunt, etiam ſi Gabel-
læ antecedenter Communitati conceſſæ ad
certum tempus ob demandatam proroga-
tionem dici debeant de nouo impoſitæ, iu-
xta theoricam Salicet. in l.2. num.1. ad med.
verſic. & dicuntur noua, Cod. noua Vectigal.
inſtit. non poſſ. Eugen. conſ.72. num.8. verſ. in
terminis, lib.2. Dec. conſ.4.num.2. Antibol. de
munerib. num.198. Gregor. Lopez. ad l. Hiſpa-
niæ, part.5. tit.7. leg.9. num.1. ff. ad med. Re-
nerter. deciſ.258.num.2. ibique de Marin. in
obſeruat.
Quia, adhuc ſequuta prorogatione, &
non conſtito, ex ſupra deductis, de contra-
ria Principis uoluntate, ſpectare debent ad
primum conceſſionarium, prout in proxi-
mis terminis, quòd augmentum Gabellæ,
19 temporis progreſſu factum per Regem ad
primum ſpectet conceſſionarium, cui Gabel-
la reperitur conceſſa, benè firmant Bald. in
l. vtrum tàm in prima, quàm in ſecunda lectu-
ra, ff. de petit. hæredit. Angel. in l. at vbi, ff.
eodem titul. Dec. in cap. cum M. num.5. ibique
Felin. num.105. Ripa num.36. de cõſt. Fab. de
Anna conſ.61.num.20. & ſeqq. lib.1. Soccin.
conſ.39.num.13. lib.4. Menoch. conſ.34. nu.15.
lib.1. & conſ.201.num.150. lib.3. Peregr. de
Iur. fiſc. lib.6. tit.5. num.34. Galeot. lib.2. con-
tron.54. num.23. de Marin. ad Renerter. d. de-
ciſ.258. Boer. dec.180. num.7.
Neque ex dictis pecunijs exactis cõſulen-
dum eſt indemnitati Reuerendæ Cameræ
Apoſtolicæ prætendentis libras decem, &
octo mille annuas aſſignandas Theſaurario
Vini dictæ Communitatis, nec non refe-
ctionem damnorum, quæ fuerunt paſſa in
exactione augmenti Gabellæ Salis.
Siquidem, quò ad libras decem, & octo
mille Congregatio deputata per S. Memor.
Clementem Nonum iam decreuit, illas non
deberi, neque à Camera Apoſtolica, neque
ab Ærario Bononiæ, quod Decretum reſpe-
ctu eiuſdem Cameræ Apoſtolicæ fuit con-
firmatum; ideóque, cum eadem Reuerenda
Camera, ſtantibus prædictis geminatis reſo-
lutionibus, nullatenus à prædicto Theſaura-
rio moleſtari poſſit, fruſtrà petit ex dictis
20 pecunijs exactis releuationem ſibi facien-
dam, Alex. conſ.65.num.5. lib.5. Natt. conſil.
267.num.4. Honded. conſ.30. numer.33. lib.1.
alijſque relatis, Mangil. de euiction. qu.38. nu.
1. & ſeqq.
Quò uerò ad damna paſſa ſuper augmen-
to Salis irreleuans pariter detegitur præ-
tenſa releuatio; cum enim Regimen Bono-
niæ Vectigal prædictum à Reuerenda Ca-
mera per ſexennium conduxerit, & ad ube-
riorem cautelam, antequàm expiraret cõ-
ductio, diſdictam iam admiſſam denuncia-
uerit, fueritque demandata adminiſtratio
dicti augmenti Officialibus deputatis ab ea-
dem Reuerenda Camera; abſque dubio Ci-
21 uitas poſt conductionem legitimè dimiſſã
omninò liberata remanſit, l. item quæritur,
§. qui impleto, l. qui ad certam, ff. locati, leg. le-
gum, Cod. eod. Rimin. Iun. conſ.111.nu.6. Card.
Mantic. de tacit. lib.12. tit.15. num.7. Rot. in
rec. dec.432. num.1. p.9.
Nullatenus uerò meretur attendi, quód
poſtmodùm ob fraudes introducentium Salẽ
exterum in Territorium Bononiæ, exactio
prędicti Vectigalis ualdè fuerit diminuta.
22 Cum enim aliud ſit Vniuerſitas, aliud
ſinguli de Vniuerſitate, gloſ. in l. ſicut, § ſi
quid, ff. quod cuiuſque Vniuerſit. nomin. cap. cũ
omnes, vbi Canoniſtæ de conſtitut. l. in tantùm
§. vniuerſitatis, ff. de rer. diuiſ. l. ſed ſi hac, §.
qui manumittitur, ff. de in ius uocand. Gabr. in
tit. quòd cuiuſque Vniuerſit. nomin. concluſ.1.
in princip. Abb. conſ.6. lib.1. Roland. ad plura
inferens conſ.53. num.6. & ſeq. lib.4. Crauett.
conſ.454. num.6. Surd. conſ.28. num.2. & dec.
236. num.10. Berou. conſ.19. num.31. & conſ.
92. num.16. lib.1. & conſ.8. num.22. lib.3. Va-
lenz. conſ.167. num.4. latè Loſſeus de Iur. Vni-
uerſit. par.1. cap.1. nu.28. Cancer. var. part.3.
cap.4. num.104. & cap.17. nu.181. Maſcard.

*de probat. concluſ.*1465. *num.*5. Fontanell.*de pact.nupt.tom.*1.*clauſ.*4.*part.*1.*gloſ.*10.*n.* 31. *& part.*2.*num.*57.*& dec.*109 *num.*19.*Burat. dec.*285.*num.*4. ibique *add.lit.A.* Adeòut ex
23 actibus particularium Vniuerſitati, neque Ius, neq; poſſeſſio quęratur, *l peu.* §.*municeps, ff.de acq.poſſeſſ.Bald. conſ.*438.*nu.*1. *& ſeqq.lib.*1.*Cranett.conſ.*1317.*n.*4. *&* 5. *Corn. conſ.*299.*num.*7.*lib.*1. *Pariſ.conſ.*104. *num.* 132.*lib.*1. Bertrand. *conſ.*43.*libr.*2. *Honded. conſ.*79.*num.*27. *& ſeq. lib.*1. *Cancer.Var.d. part.*3.*cap.*4.*num.*105. *Card.Mant.deciſ.*259 *num* 6.*add.ad* Buratt. *deciſ.*284.*lit.A.*

24 Meritò ob fraudes etiam commiſſas à ſingulis Ciuibus, multòque fortiùs à Forenſibus, nullum omninò Vniuerſitati inferri ualuit pręiudicium, *l.ſicut, ff.quod cuiuſque vniuerſ.nomin.* benè *Cranett. conſ.*21.*num.*8. aſſerens, quòd Vniuerſitas ex facto aliquorum particularium pœnam ſubſtinere non debeat, neque eius priuilegijs priuari; cum ipſa non deliquerit, *Beron.dict.conſ.*19. *num.*31. *lib.* 1. ubi, quòd aliud ſit factum particularium, aliud factum Vniuerſitatis, *Gabr.in tit.quòd cuiuſq vniuerſ. nomin. concl.* 1.*num.*16. *Fontanell.deciſ.*546.*num.*7. *lib.*2. Rot.*in rec.deciſ.*774.*num.*3.*in fin.p.*3. & in ſpecie Vniuerſitatis Bononiæ, *Buratt.deciſ.* 285.*num.*1.*&* 4.

25 Prędicta uerò omnia ſuadere debet, tum ordinata charitas, quę ab eo ſubiecto incipere debet, à quò pecuniæ elargiendę proueniunt, *l.Præſes, Cod. de ſeruit. & acqu.l. qui ſeruandarum, ff de præſcript.verb.cap.niſi ſpecialis,* ubi *gloſ.*uerbo *eligemus, de author. et Vſu pall.cap.dilecto de præbendis, Piccard. in* §.*Iuris præcepta, num.*29. *Inſtit.de* Inſt. *& Iur.*Bald.*conſ.*412. *num.*3. *libr.*4. *Aucharan. conſ.*436.*in princip.*Roman.*conſ.*364. *num.*2. *Calcan.conſ.*7.*num.*19.Marc.*Antonin.var.reſolut.lib.*3.*reſol* 42.*num.*9.Surd *de alim.tit.*1. *qu.*94.*num.*1.*Guttier.de Tutel.part.*3.*cap.*12. *num.*1.*in fin. Afflict.deciſ.*290.*num* 6.*Seſſe, deciſ.Aragon.*36.*num.*6. *Card.*Mantic. *deciſ.* 10.*num.*7.

Tum etiam incontrouertibilis obſeruan-
26 tia Summorum Pontificum, á quibus uacantes datiorum prouentus fuerunt benignè elargiti in beneficium Publici Ærarij Bononiæ, quæ obſeruantia eſt optima interpres in quacumque materia. Honded.*conſ* 92 *num.*30.*lib.*1. *Becc.conſ.*20.*num.*11.*lib.*2. *Caren.reſolut.*102.*num* 9. Leo *deciſ.* Valent. 29. *num* 8.*& ſeqq.add.ad* Ludouiſ.*deciſ.*184.*n* 8. *Card.Ottobon deciſ.*165. *num.*20. Archiepiſc. Royas *deciſ.*343. *num.*11. Pręcipuè in priui-
27 legijs, & gratijs, *Bald conſ.*242.*lib.*3. *Cranett.conſ.*333 *num.*10. *Roman. conſ.*49. *nu.*7. *&* 328. *num.*5 *Franc.Ant.Coſt conſ.*50.*num.* 10.*Caſanat.conſ.*35. *num* 22. Menoch.*conſil.* 392.*num.*20. *Ramon.conſ.*65.*num.*14. Larrea *allegat.*10.*num.*2. *Anna allegat* 52. *Roſa conſult.*9.*num.*39. *et ſeq.* Maſtrill.*dec.*241.*nu.*64. Muta *deciſ.*81.*num.*24. Rot.*in rec. deciſ.*451. *num.*3.*part.*5.*tom.*2.

ARGVMENTVM.

Statuta ſuper Gabellis, vtpotè odium redolentia, ſunt ſtricti Iuris, ideòque nullatenus extendenda vltra caſum, de quo loquũtur, & loquentia in caſu ſimplici non ſunt trahenda ad mixtum.

Gabella, an ſit ſoluenda in diſtributione frumenti facta per Vniuerſitatem inter Piſtores, quoties fuit ſoluta in actu emptionis.

Gabella vnica, an debeatur, quoties primus contractus transfunditur in ſecundum, vel ſecundus emanauit in exequutionem alterius.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ſuper Gabellis, vtpotè ſtricti Iuris, non ſunt extendenda vltra caſum, in quo loquuntur.*

2 *Adeòut, neque etiam trahi poſſint à caſu ſimplici ad mixtum.*

3 *Mixtum non continetur appellatione ſimplicis, maximè in odioſis, & pænalibus.*

4 *Statutum loquens de emptione facienda intra Statum, non poteſt trahi ad emptionem factam extra ſtatum.*

5 *Quando quis promiſit traducere merces emptas ad Portum, omnibus ſuis periculis, & expenſis. Gabella debetur ex contractu; non autem ex traditione.*

6 *Gabella non eſt ſoluenda per Vniuerſitatem pro diſtributione frumenti facta inter Piſtores.*

7 *Negotiatio ceſſat, quando fit cum damno, ſolùmque vindicat ſibi locum, quando geritur pro lucro conſequendo.*

8 *Gabella vnica debetur, quando duo ſunt contractus, & primus transfunditur in ſecundum.*

9 *Vnica Gabella debetur, quando ſecundus contractus emanauit in exequutionem alterius.*

Idque etiam ſi ſecundo contractui aliquid addatur, ibidem.

10 *Gabella non debetur de contractu fideiuſſionis, ſtante ſtatuto, quòd de quolibet contractu gabella ſoluatur.*

11 *Obſeruantia eſt concludenter probanda in caſu præciſo, cum omnibus circumſtantijs, & qualitatibus.*

12 *Obſeruantiæ actus eſt probandum habuiſſe effectum ſcientibus illis, & non reclamantibus, in quorum præiudicium agebatur.*

13 *Gabellæ pro excluſione omnis poſſibilis interpretatio capienda eſt.*

14 *Imo ſufficit, quod poſſit quouis modo de comprehenſione dubitari, vt ſit contra Gabellam iudicandum.*

CA-

CAPVT LXXIX.

GABELLA, de qua in præſenti eſt cõ-
trouerſia, poteſt in triplici actu con-
ſiderari. Primó, in frumenti intro-
ductione in Ciuitatem; Secundò, in
emptione eiuſdem; Tertiò demum in
diſtributione facta Piſtoribus.

De primo introductionis actu uulla pror-
ſus debetur Gabella, quia per Gabellarium
numquàm poteſt oſtendi, illam fuiſſe impo-
ſitam; cum enim ſtatuta non loquantur de
introductione, ad eam trahi non poſſunt,
cum ſint ſtricti Iuris, neq; extendenda ultra
1 caſũ, in quo loquuntur, Bald. in l. contractus
16. ſub num. 3. & 6. Cod. de fid. Inſtrum. & in l.
1. num. 7. Cod. quæ ſit long conſuetud. Bart. in l.
ſi pupillus 21. num. 3. ff. ad leg. falcid. Angel.
conſ. 385. num. 1. Ancharan. conſ. 264. num. 1.
& ſeq. Socein. conſ. 302. num, 2. verſ. quoniam
ad hoc lib. 2. Gabr. conſ. 20. num. 7. Surd. conſil.
470. num. 22. Ventur in. conſ. 39. num. 100. Cy-
riac. contron. 286. num. 3. Conciol. allegat. 58.
num. 20. Bertacchin. de Gabell. part. 1. num. 18.
Laſſart. de decim. vendit. in præfat. ſub nu. 31.
Cacheran. deciſ. 4. num. 7. 10. & 11. Chriſtin.
dec. Belgic. 269. num. 28. & ſeq. Caroc. dec. 99.
2 num. 15. Adeòut neque etiam trahi poſſint
á caſu ſimplici ad mixtum, Alex. conſ. 82. nu.
17. & ſeq. lib. 3. Soccin. conſ. 302. num. 2. verſ.
probatur etiam, lib. 2. cum ſit regulare, ut
3 mixtum non contineatur appellatione ſim-
plicis, præcipuè in odioſis, & penalibus, leg.
cum paſſam, §. præſcriptione, ff. de adult. ſcri-
bentes in l. 2. ff. de verb. obligat. Idemque
etiam reperitur ſpecificè cautum in Statuto
40. eiuſdem Gabellæ, in quo diſponitur, ut
ſolui non debeat; niſi in caſibus, & rebus ab
eodem Statuto expreſſis.

4 Quò uerò ad ſecundum actum emptionis
eiuſdem frumenti, eatenus debetur Gabel-
la, quatenus emptio fiat intra Statum, prout
in eodem ſtatuto expreſsè diſponitur, ideò-
que non poteſt trahi ad emptionem factam
in Ciuitate Cotronienſi extra Statum, Gabr.
dict. conſ. 20. ſub num. 1. lib. 1. alijque ſuperiùs
laudati.

Nullatenus aduerſante prætenſo pacto
transferendi frumentum emptum ad Terri-
torium eidem ſtatuto ſubiectum; quia Ga-
bella non eſt onus contractus, ut patet ex
tenore ſtatuti; atque adeò nullo prorſus Iu-
re eſt attendenda huiuſmodi traditio poſteá
ſubſequuta, neque ubi fuerit effectuata. pro-
ut in fortioribus terminis, quando quis pro-
5 miſit traducere ad Portum, omnibus ſuis pe-
riculis, & expenſis, quòd adhuc Gabella de-
beatur ex contractu, non autem ex traditio-
ne, latè firmant Alex. conſ. 51. per tot. lib. 3.
Rimin. Iun. conſ. 369. num. 23. & ſeqq. Gabr. d.
conſ. 20. num. 9. ad med. lib. 1. ubi de communi
Gratian. cap. 11. num. 1. & ſeqq. Coccin. deciſ.
133. num. 9.

Tandem quò ad actum diſtributionis per
Vniuerſitatem factam Piſtoribus nullibi
in ſtatuto cauetur, quòd pro huiuſmodi di-
ſtributione Gabella debeatur, ergo adhunc
actum extendi non debet, ex ſupra allegatis,
6 & in terminis terminantibus tradunt omni-
nò videndi Guttierez. de Gabell. qu. 33. nu. 4.
& ſeqq. Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 3. §. 2.
num. 53. Laſſart. de Decim. cap. 19. numer. 8. Bo-
uadill. in Politic. lib. 3. cap. 3. nu. 58.

Neque ſubſiſtit, quòd emptio, & vendi-
tio frumenti fiat ab Vniuerſitate pro vtili-
tate, & lucro; atque adeò ſit ſoluenda
Gabella.

Siquidem abſolutiſſimum eſt, huiuſmodi
prætenſum mercimonium, & negotiationẽ,
neque etiam per umbram adeſſe; quinimò
ſatis luculenter remanet in facto comproba-
tum, Vniuerſitatem ex proprio ære ingen-
7 tem iacturam facere, vt particularibus pro-
uideatur; Negotiatio autem ceſſat, quando
fit cum damno, ſolùmque vindicat ſibi lo-
cum, quando geritur pro lucro conſequen-
do, Guttier. de Gabell. qu. 93. num. 16. & in
ſpecialibus terminis diſtributionis factæ
Piſtoribus, tradunt auctoritates proximè al-
legatæ; non enim dici poteſt negotiatio; ſed
potiùs diſtributio pro vtilitate publica,
manutenendiſque alimentis Populi.

Prędicta verò procedunt, quò ad emptio-
nem frumenti extra Statum; ſed reſpectu fru-
menti empti intra Statum vnica Gabella de-
betur pro emptione, ſed quò ad diſtribu-
tionem factam Piſtoribus militant ſuperiùs
firmata, etiam huic caſui conuenientia;
quinimò alia etiã ſubingreditur ratio, quòd,
nempè, emptio fuerit facta ad hunc effectũ,
prouidendi, ſcilicet, Piſtoribus, atque adeò
vnica eſt ſoluenda Gabella, ex quo ſecun-
dum negotium fuit geſtum pro exequutione
8 primi, prout in ſortioribus terminis, quan-
do duo ſunt contractùs, & primus traſfun-
ditur in ſecundum, vnica tantùm debetur
Gabella, Bald. in l. cum Dotem circa fin. Cod.
de Iure dot. Rimin. Iun. conſ. 163. nu. 7. & ſeq.

9 Prout etiam Gabella duplex nõ debetur,
quando ſecundus contractus emanauit in
exequutionem alterius; ſed vnica tantùm
debetur, Rimin. Iun. d. conſ. 163. num. 7. Aldo-
brand. conſ. 51. num. 4. lib. 2. Card. Mant. de Ta-
cit. lib. 2. tit. 3. num. 22. Surd. deciſ. 305. nu. 22.
Monach. dec. Florent. 11. num. 6.

10 Idque, etiam ſi ſecundo contractui aliquid
addatur, vt ſingulariter firmat Burſatt. cõſ.
408. num. 1. & ſeq. lib. 4. hinc Bald. in l. cum
dotem in fin. Cod. de Iur. dot. docuit, quòd de
contractu fideiuſſionis Gabella nõ ſoluatur
ſtante Statuto, quòd de quolibet cõtractu ſit
ſoluenda.

Fru-

Fruſtrà autem recurritur ad prætenſam obſeruantiam, quæ nullatenus probatur, & 11 nihilominus eſſet concludenter probanda in caſu præciſo, nedum cum omnibus circumſtantijs, & qualitatibus, *Alex. conſ. 6. per tot. lib. 5. Caſtr. conſ. 340. circa fin. verſic. ſupereſt lib. 2. Roland. conſ. 80. num. 10. et ſeqq. lib. 1. Surd. conſ. 354. num. 26.* Honded. *conſil. 87. num. 50. libr. 1. Gratian. cap. 909. num. 11. Cyriac. controu. 460. num. 35.* Card. *de Luca de Paroch. diſc. 38. num. 19. Ludouiſ. deciſ. 451. num. 7. Rot. in rec. dec. 157. n. 31. part. 6.* Prout idem dicitur de conſuetudine, *Aym. conſ. 96. num. 4. Oldrad. conſ. 237. Anebaran. conſ. 339. num. 8. Surd. conſ. 74. nu. 13. lib. 1. & conſ. 371. num. 2. & conſ. 354. num. 26.* Cæſar. *de Graſſ. deciſ. 6. num. 5. de præbend.* Ludouiſ. *dec. 162. num. 2. Card. Caualer. deciſ. 172. numer. 5.* Card. Mant. *dec. 357. num. 4. Buratt. deciſ. 129. num. 6. & dec. 895. nu. 4.*

12 Sed etiam eſſet probandum, actus obſeruantiæ habuiſſe effectum, ſcientibus illis, & non reclamantibus, in quorum præiudicium agebatur, *Soccin. Sen. conſ. 12. num. 10. lib. 3 Pariſ. conſ. 11. num. 39. lib. 2 Decian. reſp. 87. nu. 22. lib. 2.* Menoch. *conſ. 337. in fin. lib. 4. Cocciu. dec. 436. nu. 9.*

13 Præcipuè, quia agitur de Gabella, pro qua excludenda, vtpotè odium redolente, omnis poſſibilis interpetratio capienda eſt, latè *Laderch. conſ. 38. num. 7. Bertazol. conſil. crimin. 37 num. 2. lib. 1. Surd. conſ. 307. num. 2. Cyriac. contron. 265. num. 21. & ſeq. & conſil. 297. num. 55. & ſeq.*

14 Imò ſufficit, quòd poſſit quotiis modo de comprehenſione dubitari, vt ſit contra Gabellam iudicandum, Bart. *in l. ſi pupillus 21. in princip. num. 3. ff. ad leg.* Falcid. *Surd. conſil. 305. num. 44.* Becc. *conſ. 96. num. 19. Perſonal. de Gabell. num. 38. Gratian. cap. 17. num. 17. et ſeqq. Cyriac. controu. 265. num. 21. & ſeq. & contron. 297. num. 55. & ſeq Ciarlin. controu. 94. num. 5. Larrea allegat. fiſcal. 7. nu. 23. Surd. deciſ. 96. num. 7.* Fontanell. *deciſ. 265. num. 9.* Chriſtin. *dec. Belg. 269. num. 28.* cum alijs allegatis in præcedenti *diſp. nu. 9.*

ARGVMENTVM.

Dominium rei; quæ incidit in commiſſum, ſtatim quæritur Gabellario; adeò ut exequutiuè ſit permiſſa rerum captura, neque citatio partis requiratur; cum non ſit ſententia; ſed potiùs quoddam mandatum exequutiuum iuſtificatum in ſeipſo propter naturam negotij.

Confeſſio qualificata in ſpecie fraudatæ Gabellæ poteſt ſcindi, Præcipuè, quando continet diuerſa facta in diuerſis locis, & temporibus, habetque præſumptionem contra ſe ex negatiua ſolutionis, vtpotè in libris datij non deſcriptæ.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio ſuſpenſiua admittitur à reuocatione exequutionis; cum ſit ſuper petitorio.*

2 *Quoties exequutio eſt conſumata, etiam in Iudicio exequutiuo, non niſi per tres conformes retractanda, ibid.*

3 *Euicta ſi fuerit res addicta uia exequutiua pro ſolutione crediti vigore rei Iudicatæ, non poteſt ampliùs creditor agere via exequutiua; quia iam fuit extinctus effectus exequutionis.*

4 *Reprobatur* Franch. deciſ. 136.

5 *Dominium rei, quæ incidit in commiſſum, ſtatim quæritur Gabellario.*

6 *Adeòut exequutiuè ſit permiſſa rerum captura.*

Non reperirentur conductores Vectigalium, ſi lites, ſeruatis ſeruandis, agere deberent.

7 *Citatio partis non requiritur, cum non ſit ſententia; ſed potiùs quoddam mandatum exequutiuum iuſtificatum in ſeipſo propter naturam negotij.*

8 *Confeſſio qualificata ſcindi debet in ſpecie fraudatæ Gabellæ, præcipuè, quando contiaet diuerſa facta in diuerſis locis, & temporibus.*

9 *Confeſſio qualificata ſcindi debet, quando habet præſumptionem contra ſe.*

10 *Quæ præſumptio reſultat ex negatiua ſolutionis, vtpotè in libris Gabellæ non deſcriptæ.*

11 *Edicta edita de ordine Papæ efficiuntur Papalia.*

12 *Ideòque non expirant ob mortem Pontificis, cum Papatus, eiuſque Conſtitutiones durent in perpetuum, neque Succeſſoris confirmatione egeant.*

13 *Bannimenta edita à Barone, an durent, durante ſua Inueſtitura.*

14 *Bannimenta promulgata à Cardinali Legato à Latere ſunt perpetua.*

15 *Regulæ Cancellariæ expirant ob mortem Pontificis, ſtante expreſſa proteſtatione, quòd, tempore Pontificis ea promulgantis, ſint tantùmmodò duratura.*

16 *Secus aſſerendum, quando exarantur Conſtitutiones ſuper eis, quæ dicuntur Regulæ ſecundæ editionis, quæ ſunt perpetuæ.*

17 *Bannimenta expirant, finito officio Conductoris illius temporis.*

18 *Intellige, quando Bannum eſt reſtrictum ad tempus illius conductionis.*

19 *Bannimenta, quæ emanarunt vigore generalium Capitulorum, durant, etiam in ſequentibus conductoribus, niſi expreſsè immutentur.*

C A P V T LXXX.

1 ADMITTENDA appellatio ſuſpenſiua à decreto reuocationis exequutionis factæ à Gabellariis pro Bobus, qui inciderunt in commiſſum ob non factam denunciationem contractus,

Digitized by Google

ctus, cum ſit ſuper petitorio; & quoties exe-
2 quutio eſt conſumata, etiam in Iudicio exe-
quutiuo, non niſi per tres conformes retra-
ctatur, vt tradunt *Iacob. de Sancto Georg. in l. fin. num. 56. Cod. de edict. Diu. Adr. Tollend. Guttier. quaeſt. ciuil. lib. 1. quaeſt. 146. num. 6. & ſeqq. Scacc. de appell. quaeſt. 17. limit. 9. nu. 58. Ceuall. comm. contra comman. tom. 4 q. 897 & in tract. de cognit. per viam violent. 2. p. 9. quaeſt. 24. num. 75. Gonzal. ad Reg. 8. Cancell. gloſ. 6. num. 208. & 219.* vbi, quòd ita ſer-
uetur in Curia, *Parlador. rer. quotid. lib. 2. c. fin. 5 part. §. 15. num. 4. Pax in prax. 1. tom. 4. p. conſ. 2. num. 38. Gratian. in addit. ad ſuas deciſ. March. 220.* quæ additiones reperiuntur
impreſsæ poſt 1. *lib. diſcept. & cap. 224. & ſeq. Rouit. in Pragm. 2. num. 8. de appellat.* vbi poſt
Crot. quòd non ſemper à pari procedat po-
teſtas condemnandi, & abſoluendi, *Paſchal. de patr. poteſt. part. 1. cap. 8 num. 145. verſ. verùm de hac deciſione*, latè reſpondens contra-
rijs, *Carleual. de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſp. 8. num. 18. Beltram. ad Ludouiſ. deciſ. 581. num. 10. verſ. in Curia tamen.*
3 Idque optimè probat *text. in l. à Diuo Pio, 15. § ſi poſt addictam, ff. de re iudic.* in quo re-
peritur ſancitum, quòd ſi res addicta via
exequutiua creditori pro ſolutione ſui de-
biti vigore rei iudicatę, euicta fuerit; non
poſſit ampliùs creditor agere via exequuti-
ua, quia iam fuit extincta vis, & effectus exe-
quutionis, ibique notat *Bart. num. 1. Imol. num. 17. Iaſ. num. 1. & ſeq. Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. 5. part. §. 16. num. 19. & duobus ſeqq.*
4 Ideòque omninò cauendum exiſtimo à
Franch. ex aduerſo allegato, *deciſ. 136.* qui
in terminis ſententiæ Iudicis inferioris
pronunciantis, aſſiſtentiam eſſe denegan-
dam, contrarium ſentit, vt, ſcilicet,
exequutionem paratam habeat, non obſtan-
te appellatione interpoſita ad Sacrum Con-
ſilium; quemadmodùm eadē via exequutiua
impartitur à *Ritu* Magnę Curię Vicarię 259.
confirmato in *Pragmat. 3. de Aſſiſteat.* quem
ſequuntur *Nouar. in collect. 13. num. 4. ad dict. Pragm. Tappia ad eamdem Pragmat. de aſſiſtent. num. 5. lib. 3. Iuris* Regni *Neapol.* Rubr.
40 *Intrigliol. ſingul. 173. num. 83. Maſcatell. in Prax. lib. 1. part. 7. gloſ. condemnando, n. 114. Prat. obſeru. 59. Salerait. dec. 25. Viu. dec. 236. num. 8.* cum prædictam deciſionem *Franch.*
egregiè reprobent vtpotè inſubſiſtentem,
Ceuall. Rouit. Paſchal. & Parlador. in locis
proximè laudatis, & præ cæteris, optimè
Carleual. de Iudic. d. tom. 2. lib. 1. tit. 2. diſput. 8. num. 18. & ſeqq. reſpondens contrarijs, &
potiſſimùm argumento per *Franch.* adducto,
quòd actor, & reus non debeant ad imparia
iudicari.

Præcipuè, quia eſt iniuſta reuocatio exe-
quutionis, dum de fraude Gabellæ conſtat
ex ipſamet Aduerſarij confeſſione, qui faſſus
fuit, Boues ad conſeruandum recepiſſe, &
dediſſe ad experiendum, quo caſu debebatur
Gabella pro huiuſmodi contractu dationis,
& iuxta formam Edictorum intra decem
dies erat præcisè denunciandus Gabellario
5 ſub pœna commiſſi, quo incurſo, ſtatim do-
minium fuit quæſitum Gabellæ, *l. commiſſa 14. ff. de Publican. & Vectigal.* Adeòut ſtatim
6 ſit exequutiuè permiſſa rerum captura; nam
alioquin non reperirentur conductores Ve-
ctigalium, ſi lites, ſeruatis ſeruandis, agere
deberent, vt rectè inquit *Bald. conſ. 238. n. 1. lib. 1. & conſ. 434. num. 1. lib 3. Boſſ. in prax. tit. de Vectigal num. 12. Mar. Burg. in tract. de modo proced. ex abrupt. centur. 1. quaeſt. 5. nu. 11.*
alijque congeſti per *Manſon. de cauſ. exequut. ampl. 30. num. 21.*
7 Neque in ijs materijs citatio requiritur
partis; nō enim eſt propriè ſētētia, ſed potiùs
quoddam mandatum exequutiuum iuſtifica-
tum in ſeipſo propter naturam negotij, vt
dixit *Bald. dict. conſ. 238. num. 5. lib. 1. & conſil. 434. num. 1. lib. 3. Marant. in prax. part. 3. tit. de citat. num. 6. fol. 307. Aſin. in praxi part. 7. cap. 5. limit. 33. Azeued. ad lib. 4. recompilat. tit. 21. l. 14. num. 2. Gaſpar. Klocb. de contribut. cap. 18. num. 3. Oſaſch. dec. 86. ſub num. 4. ad medium.*

Parumque releuat, quòd Aduerſarij con-
feſſio fuerit qualificata ſuper denunciatio-
ne Bouum habitorum ad conſeruandum,
ſufficit enim non denunciaſſe, eos tradidiſ-
ſe ad experiendum, vt incurratur pœna
commiſſi, quæ pro huiuſmodi etiam ſolo
contractu eſt appoſita.
8 Præterea eadem confeſſio ſcindi debet,
etiam quòad hanc qualitatem, vt in ſpecie
Gabellæ firmat *Bertazol. conſ. criminal. 199. num. 14.* Signanter, quia continet di-
uerſa facta in diuerſis locis. & tempori-
bus, iuxta Theoricam *Abbatis in cap. bonæ* il primo, *num. 29. ad med. verſ. ſecus eſt, quando confeſſio de poſtulat. Prælat. Bart. in l. Aurelias. § itē quaeſiit. n. 1. ff de liber. legat. Bald. in l. ſi quidam num. 2. Cod. de tranſact.* Felin. *in cap. dilecti, num. 8. de accuſat. Cepoll cautel. 60. Mareſc. variar. reſolution. lib. 2. cap. 45. Scacc. de Iudic. tom. 2. cap. 11. numer. 91. verſ. primus eſt,* Caren. *reſolut. 42. nu. 7. Boer. deciſ. 339. num. 3. & ſeq. Card. Serap. dec. 1359 num. 10.* Rot. *poſt* Cenc. *de cenſ. dec. 113. nu. 6. Narnien. pecuniaria pœnès Marcheſ. de commiſs. par. 2. fol. 576. nu. 1.*
9 Præcipuè, quia eadem confeſſio præſum-
ptionem contra ſe habet, *Crauett. conſ. 150. n. 5. Purparat. cōſ. 242. n. 7. Alex. cōſ. 39. Vulpell. conſ. 44. num. 4. & ſeq. Altograd. caſ. 6. num. 40. & ſeq. lib. 1. Menoch. de arbitr. caſ. 93. num. 37. Poſth. de manut. obſer. 83. num. 63.*

verſ.

verſ.quamuis, *Paitel.exped.19.num 6.in annotat.* Farinac.*quæſt.81.num.110. Sol.ad.decret.Saband.lib.3.tit.16.depoſit.gloſ.21.nu.3. Mareſc.var.lib.2.cap.45.num.10. Ludouiſ.deciſ.458.num.5.& ſeqq.& deciſ.92.num.8* ibique *add.num.10. & 351.num.18. Archiepiſc. Carrill. deciſ.284. num. 2.* & in his terminis *Bertazol.d.conſ.199. num.10.Card.Seraphin. deciſ.204. num.1.& deciſ.644.num.2.* dum
10 habet contra ſe præſumptionem libri, in quo huiuſmodi denunciatio non legitur deſcripta; atque adeó reſultat negatiuæ probatio, *Bart.in l.fin.nu.2.& ſeq.* ibique *Bald. num.5.C.de reb.credit.Dec.conſ.496. num.7. Natt.conſ.627.num.4.Pacian.de probat.lib.1 cap.44.nu.8.Manſon.de cauſ.exeeut. ampliat. 30.num.37.*

Neque meretur attendi, quòd Bannimenta ſuper huiuſmodi Gabella contractus edita per Cardinalem Camerarium ex ordine Papæ expirauerint mortuo Pontifice,& mutato Officiali.
11 Cum enim ſint effecta Papalia, vt benè ſubſtinet *Farinae.conſ.150. num.30. & ſeqq.*
12 meritò non expirant ob mortem Papæ,cum Papatus, eiuſque Conſtitutiones durent in perpetuùm,neque egeant ſucceſſoris confirmatione, *Gemin.in cap ſicuti num.3. de Præbend.in 6.Bald.in l.1.circa princip.ſub num.3. verſ.& hoc verum*, ibique *Iaſ. num.13.ff.de Conſtit Princip.idem Bald.conſ.10.numer.21. lib.3.Brun. conſ.feudal.1.num.26. Alex.conſ. 33.num. 16. verſ.& non eſt curandum ,lib.5. Natt.conſ.122.num.18.Surd.conſ.419.nu.25. ante fin.& ſeq.Cyriac. contron.204. num.87. & 95.& ſeqq. Frecc.de ſubfeud.lib.2. qu.27. num.2.fol.213.* in noua impreſſione, *Schrad. de feud.par.4.cap.1.num.21. Acac.de priuil. lib.3.cap.11.num.1.4.& 5.Intrigliol.de feud. cent.2.art.6.num.120.Gabr.de Iur.quæſit.non tollend.concluſ.5.nu.12.*
13 Nullatenus,verò applicantur auctoritates ex aduerſo adductæ firmantes, quòd Bãnimenta promulgata à Barone durent, durante ſua Inneſtitura; Nam non aſſerunt, quod ſi à Barone Bannimenta fuerint prolata ex ordine Regis, non durent,etiam tem-
14 pore ſucceſſoris, ideòque Bannimenta promulgata à Cardinali à Latere ſunt perpetua *Gratian dec. Mareb.84.num.6.*
15 Prout, neque etiam adaptatur ſimile de Regulis Cancellariæ;in iſtis enim adeſt proteſtatio in principio Regularum, quòd tempore Pontificis eas promulgantis ſint tantummodò duraturæ, quæ ſi non adeſſet,vtique eſſent perpetuæ, prout ſunt, quando
16 exarantur Conſtitutiones ſuper eis,quæ dicuntur Regulæ ſecũdę editionis,vt rectè aduertũt *Gonzal.ad reg.Cãcell § 5.in proœmio, num.1. & ſeqq. Gomez in Proœm. Regul.qu. 1.num.2.Pariſ.conſ.49.nu.8.lib.4.Flamin.Pariſ.de reſignat.lib.11.qu.2.num.31.Puteuſ.deciſ.92.num.3.lib.2.*
17 Minus etiam aduerſatur, quòd eadem Bannimenta expirauerint finito Officio cõductoris illius temporis, ex adductis per *Bertazol.conſ.77.*
18 Siquidem hic Anthor loquitur de Banno reſtricto ad tempus illius conductionis, ſed
19 Bannimenta,de quibus agitur, emanarunt vigore generalium Capitulorum, quæ durant, etiam in ſequentibus conductionibus, niſi expreſsè immutentur, vt aduertunt *Bertacch.de Gabell.part.2.num.11. Burſatt conſ. 335.num 10.Surd.conſ.470.num.15. Guttier. de Gabell.qu.86.num.14.*

A R G V M E N T V M.

Gabella an ſolui debeat ex Materiato, quoties ex aliqua parte conflatur ex Materia ſuppoſita Gabellæ, Pręcipuè, quoties id, quod ex Materia conficitur Gabellabili, ad eamdem materiam, ſuaq; initia ampliùs reuerti non poteſt.

Gabella, vtpotè odioſa, ſtrictiſſimè eſt interpreranda in eo dumtaxat caſu,& reſpectu illius Materiæ, de qua eiuſdem Gabellæ tenot literaliter loquitur.

S V M M A R I V M.

1 *Gabellæ non poteſt dici ſubiecta illa materia, cui verba eiuſdem Gabellę non conueniunt.*
2 *Gabella, vtpotè odioſa, non extenditur, ſed ſtrictiſſimè eſt interpretanda in eo dumtaxat caſu, et reſpectu illius materiæ, de qua tenor eiuſdem Gabellæ literaliter loquitur.*
3 *Gabella pro excluſione ſuper aliqua re ſufficit, quòd ſtatutum, ſiue Bannimentum de ea litteraliter non loquatur, licet de materia alioquin Gabellabili eadem res in totum, vel in parte conficiatur.*
4 *Statutum prohibens extractionem Vini non comprehendit Acetum.*
5 *Quoties id, quod conficitur ex Materia alioquin Gabellabili, non poteſt redigi ad eamdem Materiam ſuaque initia ampliùs reuerti, tunc ſub Gabella non continetur.*
6 *Salis introductione prohibita, non dicitur prohibita introductio Muriæ licet Muria ex ſale, & aqua conficitur.*
7 *Gabella exigenda ſuper quibuſcumque rebus ſale conditis non eſt exigenda à Sagimine, ſeu Lardo, quæ Artocreatum maxæ miſcetur.*
8 *Gabella non eſt ſoluenda ex materiato, quamuis ex aliqua parte conficiatur ex materia Gabellabili.*
Gabella non poteſt prætendi, niſi proportionabiliter pro materia gabellabili admixta.
9 *Gabellæ de comprehenſione ſufficit, vt aliquo modo dubitari poſſit, ad hoc vt contra eam om-*

nia

Digitized by Google

nis benigna interpretatio capi debeat.
10 *Gabellariorum nouitates nullatenus toleraudæ.*
31 *Gabella impoſita oleo ſoluitur pro rata olei in ſapone implicati.*

CAPVT LXXXI.

GABELLA non debetur, quia cum materia omninò fluida vulgò *Aequarella* nuncupata, non componatur ex oleo virgine, & cineribus oliuarum, ex quibus conficitur ſapo, ſed potiùs ex rebus omninò diſtinctis, nempè ex aqua tepefacta admixta cum aliqua portione cineris, oleique excremento, nullo Iure ſubſiſtit noua Gabellarij prętenſio ſuper exactione Gabellæ, quæ, cum ſit impoſita ad rationem vnius quadrantis pro libra ſuper ſapone, qui vulgò dicitur *di ſpurgo* inferioris qualitatis; hinc eſt, vt non poſſit extendi ad dictam Materiam Aquarellæ, quæ nullo Iure
1 eſt gabellabilis; Tum, quia verba impoſitionis Gabellæ eidem non conueniunt, *l.4.§.toties*, ubi *Caſtr.ff.de damn. infect. Alex.conſil. 17.num.2.lib.1.Surd.conſ.152.num.38.& deciſ.112.num.13.Roman.conſ.442.num.2. Rimin.conſ.25. num.10. Guttierez. practicar. lib.3. quæſt.15. num.227. Oſaſcb.deciſ.50. num.9.Menoch.dec.Lucenſ.13. num.33.*& in terminis Gabellarum, *Cyriac.controu.286. num.2.*

Tum etiam, quia Gabella, tamquàm odioſa non extenditur vltra id, quod Bannimen-
2 ta diſponunt, ſed ſtrictiſſimè eſt interpretāda in eo dumtaxat caſu, & reſpectu illius materiæ, de qua literaliter loquitur, *Bart. in l.ſi pupillus 21.num.3.ff.ad leg.falcid.Bald. in l.contractus 16.ſub num.3. & 6.Cod.de fid. Inſtrum.& in l.1.num.7.Cod.quæ ſit long.Cōſuetud.Angel.conſ.385.num.5.Ancharan.conſ. 264.Decian.conſ.48.col.fin.verſ.hinc eſt, Abb. conſ.83.ſub num.2.lib.2.Surd.conſ.470.nu.22. Laderch.conſ.38.num.7.Bertacc.de Gabell.q. 1.num.18.Boſſ.in prax.tit.de Vectig.num.10. Laſſart.de decim.vendit.in præfat.ſub num.31 Gratian.diſcept.17.num.18.& ſeq.Cyriac.d. controu.286.num.2.& ſeq.Conciol.alleg.58. num.20.Caroec.dec.99.nu.15.Caeheran.dec. 4.num.7.10.& ſeq.Chriſtin.dec.Belg.269.nu. 28.& ſeq.*

3 Adeòut ſufficiat pro excluſione Gabellæ ſuper aliqua re, quòd de ea literaliter non loquatur, quamuis ex materia alioquin Gabellabili conficiatur, vel in totum, uel in parte, pront in fortioribus terminis, ſi adſit
4 Statutum, ut non poſſit extrahi Vinum ab aliquo loco, ſi ex uino fiat acetum, poteſt extrahi abſque ſolutione gabellæ, ſicuti argumenro *text. in l.ſi quis vinum, §.ſi acetum*, ubi *gloſ.Bart.*& *alij, ff.de tritic.vin.& oleo legat.* in ſpecie *Bald.in l.2.num.3.Cod.de peric. & commod.rei vendit.Rip.de peſt.ſub tit. de remed.ad conſeruand.vbert.num.63.Raudenſ. de Analog. lib.1. cap.31. num.98. Giurb.obſeru.50.num.9. verſ.idem dicimus, Cobell.ad Bull.Bon.Regim.q.47.n.67.*

5 Regulare enim eſt, vt quoties id, quod conficitur ex materia, alioquin ſuppoſita Gabellæ non poteſt redigi ad eamdem Materiam, ſuaque initia ampliùs reuerti; tunc ſub Gabella non contineatur, iuxtà receptam theoricam *Bart.poſt Cyn.in l.quæſitum §.illud, ff. de leg.3.* ibique *Odofred. Albert. Gandin.in tract.maleſic.Rubr.de reb.quæſt.4. verſ.item pone, Afflict.ſuper feud.tit. quæ ſint regal.§.Vectigalia, num. 115.* & magis in proximis terminis conueniunt deducta per *Stracc.in tract.de mercat.part.4.num.32.*vbi,
6 quòd prohibita ſalis introductione, non dicatur prohibita introductio Muriæ, *Rouit. ſuper Pragm. in Rubric. de Sale vendend. per Vniuerſ.num.2.*

Idque non ex alia ratione, niſi quia eſt diuerſa à ſale, vt ex nomine demonſtratur, quamuis enim Muria conficiatur ex ſale, & aqua; tamen per additionem aquæ, mutatur forma ſalis, quæ forma in aliud corpus rem transfert, propriæque rei ſubſtantiam interimit, *leg. Iulianus, §.ſi quis rem, ff.ad exhibend.*

7 Prout etiam optimè confert aliud ſimile adductum latè per *Giurb.obſer.50.num.5.& ſeq.& num.14.* qui egregiè firmat, quòd Gabella exigenda ſuper quibuſcumque rebus ſale conditis, non ſit exigenda à ſagimine, ſeu lardo pro ea rata, quæ Artocreatum maxæ commiſcetur, & implicatur; quoniam actio fit à prædominante, à qua ſpecies vocabulum aſſumit, iuxta cuius naturam eſt regulanda.

Quæ omnia fortiùs probant, Gabellam non eſſe ſoluendam in pręſenti caſu, dum Aquarella non componitur ex eadem Materia, ex qua conficitur ſapo, ſed ex omninò
8 diuerſa, ideòque eò magis procedunt ſuperiùs deducta, quæ firmant, Gabellam non eſſe ſoluendam ex materiato, quamuis ex aliqua parte eſſet conflata ex materia Gabellabili.

9 Et in omnem caſum ſufficit, quod poſſet dubitari de comprehenſione Gabellæ, vt cōtra eam ſit capienda omnis benigna interpretatio, *Bart.in l.ſi pupillus 21.in princip.n. 3.ff. ad leg.Falcid.Riminald.Iun. conſ.163.nu. 12.lib.2. Becc.conſ.96. nu.19. Dec.conſ.457. num.8.Guttierez.de Gabell.qu.6. nu.10.Coru. conſ.181.num.16. lib.3. Perſonal. de Gabell. num.38.Ferrett. eod. tract. numer.340. in fin. Gratian.diſcept.17.num.17.& ſeqq. Sixtin. de Regal.lib.2.cap.6. num.143. Larrea alleg. 7.num.23.lib.1.Ioſeph.Ludouic.de Gabell.con-*

cluſ. vnic. col. 2. verſ. ſed eſt hæc, Cyriac. contr. 265 num. 21. et contr. 297. nu. 55. et ſeq. Ciarlin. controu. 54. num. 5. Conciol. allegat. 58. nu. 19. Rocc. reſponſ. 32. num. 6. lib. 1. Card. de Luca de Regal. diſc. 72. num. 3. Thor. vot. 49. n. 27 Surd. deciſ. 96. num. 17. et 19. et deciſ. 305. nu. 44. Fontanell. deciſ. 265. num. 9. Chriſtiu. dec. Belg. 269. num. 28. Rot. in recent. deciſ. 118. in fin. part. 11. huiuſmodi enim nouitates Ga-
10 bellarij nullatenus ſunt tolerandæ, *leg. miſſi opinatores ad med. Cod. de exact. tribut. lib. 10.* ibique *Bald. num. 2. Io. de Plat. num. 4. verſic. tertiò noto,* Morotius *conſ. 76. nu. 2. Surd. conſ. 470. num. 15.*

11 Tandem in omnem caſum, quatenus prędicta poſſint aliquam pati difficultatem, non valet prætendi Gabella, niſi proportionabiliter pro materia Gabellabili admixta, prout optimè firmat *Camill. de Medic. conſil. 97.* vbi, quòd Gabella impoſita oleo ſoluatur pro rata olei in ſapone implicati, *Hodiern. ad Surd. dec. 139. num. 5. Cyriac. contr. 468. num. 28. Cobell. ad Bull. Bon. Regim. quæſt. 47. num. 66.* licèt de huiuſmodi ſententia, vtpotè nimis dura dubitet, *Giurb. obſeruat. 50. num. 13.*

In huiuſmodi cauſa Reuerenda Camera Apoſtolica decreuit; Gabellam deberi pro rata.

ARGVMENTVM.

Forenſes, inſpecta diſpoſitione iuris communis, ab Vniuerſitatibus collectari non poſſunt ex Iuriſdictionis defectu; Idque, etiam ſi poſſideant bona in Territorio.

Facultas collectandi forenſes occupata à Ciuitatibus Italiæ ex generali conſuetudine non ſuffragatur, niſi ſit immemorabilis; quia agitur de reſeruatis Supremo Principi, neque vindicat ſibi locum in Caſtris, & Villis.

Forenſis, quò ad ſolutionem collectarum, non dicitur Ciuis alterius Caſtri ſubiecti Ciuitati.

Forenſes non poſſunt ab Vniuerſitatibus collectari in maiori ſumma, quàm Ciues.

SVMMARIVM.

1 *Forenſes ab Vniuerſitatibus collectari non poſſunt ex defectu Iuriſdictionis.*

2 *Idque, etiam ſi forenſis poſſideat bona ſub dominio collectantis.*

3 *Collecta imponitur perſonæ pro rebus.*

4 *Perſona cum ſit dignior rebus; attendi potiùs debet perſona, quàm res.*

5 *Forenſes poſſunt ab Vniuerſitate collectari, ſtante ſpeciali priuilegio conceſſo à Principe.*

6 *Ciuitates Italiæ ex generali conſuetudine occuparunt facultatem collectandi forenſes pro bonis in loco poſſeſſis.*

Huiuſmodi conſuetudo transfert onus probandi contrarium in forenſes.

7 *Facultas collectandi forenſes ex dicta generali conſuetudine occupata à Ciuitatibus Italiæ non habet locum in Caſtris, ſeu Villis.*

8 *Conſuetudo prædicta, ad hoc vt ſuffragetur, requiritur immemorabilis, quia agitur de reſeruatis Supremo Principi.*

9 *Reprobatur contraria ſententia* Alex. *& aliorum affirmantium, ſufficere tempus 30. vel 40. annorum.*

10 *Conſuetudo prædicta eſt probanda in loco, de quo agitur, & in ſpecie caſus controuerſi.*

11 *Forenſis dicitur veniens de foris, hoc eſt extra Territorium.*

Ideòque non dicitur forenſis Ciuis alterius Caſtri ſubiecti eidem Ciuitati.

Secus, quando ſunt duę Ciuitates diuerſæ ſubiectæ eidem Principatui.

12 *Qui ex Vico ortus eſt, eam Patriam intelligitur habere, cui Reipublicæ Vicus ille reſpondet.*

Expenditur text. in l. qui ex Vico 30. ff. ad municipal.

13 *Ciuilitas vera inducitur, non autem ficta, quoties Princeps, vel Vniuerſitas creat aliquem Ciuem.*

14 *Forenſes non poſſunt compelli ad ſoluendam maiorem collectam, quàm Ciues.*

15 *Collecta debet eſſe æqualis, aliàs eius impoſitio eſt nulla.*

16 *Declarantur* Curt. Iun. conſ. 129. & Decian. conſ. 44. lib. 2.

17 *Facultas collectandi non poteſt conſiderari in Ciuitatibus recognoſcentibus ſuperiorem, multòque minus in Caſtris.*

18 *Principis confirmatio intelligitur ſine præiudicio tertij.*

19 *Collectarum indictio eſt de Regalibus.*

CAPVT LXXXII.

COLLECTA à Caſtro aduerſario impoſita nullo prorsùs Iure poteſt exigi à noſtro Principali, tamquàm Forenſi, ex pluribus, quæ ſaltem ſimul ponderanda rem extra omnem controuerſiam conſtituunt.

1 Primò, quia ſi ius commune inſpicere velimus, Forenſes ab Vniuerſitatibus collectari non poſſunt; cùm enim ſatis, ſuperque ſit exploratum, collectam eſſe munus, quod perſonæ pro rebus imponitur, *Bart. in l. reſcripto 6. § ſciendum, num. 4. verſ. collectæ, ff. de mun. & hono. Rip. in Reſponſ. ad Cod. tit. nou. Vectig. Decer. ſeu Statui non poſs. reſponſ. vnic. numer. 6. verſ. quia ſciendum eſt, Brun. conſ. 91. numer. 1. Tondut. tom. 2. quæſt. ciuil. cap. 195. num. 3.*

Si

Si perſona non ſit ſubdita ; vel ratione domicilij, vel originis, non poteſt ei imponi ex defectu Iuriſdictionis ; vt notat *Bart. in l.libertus, §.ſola ratio, num.1. ff.ad* Municip. vbi dicit, omnes itá ſentire, & in *d.leg. reſcripto, §.fin.num.4.verſ.collectæ, ff.de muner.*Parpal.*in l.placet, num.56.Cod.de Sacroſanct.Eccleſ.Felin.in cap.Eccleſiæ* Sanctæ *Mariæ,num 76.verſ.& hoc de conſtit.Fedcr.de Sen.conſ.151.col.2.verſ.et alia dicuntur,Dec. conſ.285.num.4.verſ.tertiò comprobatur,Alciat.conſ.39.tom.2.lib.5. Alex.* aſſerens, eſſe concluſionem in Iure veriſſimam, *conſ. 52. num.10.verſ.nec obſtat, lib.6.*Natt.*conſ.150. num.4.lib.1.*Cornel.*conſ.22.verſ.& licet, lib. 1.Roland.conſ.32.num.8.lib.1. Corn. conſ.22. col.2.verſ.& licet.lib.1.*Cut.*Inn.conſ.81. lib. 1.Gabr.de Iur.immunit.concluſ.2.nu.1. & ſeq. in fin.Gratian.cap.29.num.7.*Card.de *Luca de* Regal.*diſc.77.& diſc. 92.* vtrobique *num. 2. Seſſe deciſ.Aragon.7.num.11.et 14. Epiſ.Sperell.deciſ.35 num.17.Rota poſt Cenc. de cenſ. dec.3.num.1. & in Ariminen.Gabellæ 25. Iunij 1657. in princip.coram* Reuerendiſſimo *Beuilacq.*

2 Quod procedit, etiam ſi Forenſis poſſideat bona ſub dominio collectantis, *Bart.in l.1.n. 3.C.de Mulier.& in quo loc.lib.10.Corn.conſ. 22.col.2.verſ.& licet lib 1.Alex.conſ.68.nu. 2.lib.2.et conſ.52.in princip.lib.5.*Rimin.*Sen. conſ.415.num.28.lib.3.Rot.per* Cenc. *de cenſ. d.deciſ.3.num.2.*

3 Idque ob eã potiſſimùm rationem, quam tradit ſubtiliter ex more communis Præceptor, B*ald.in l. vnic. num.44. verſ.dicimus etiam, Cod.de eo, quod intereſt,* quia ideò collecta imponitur perſonæ pro rebus, quia

4 obligatio dirigitur in perſonam; licet cauſa finalis ſit ipſa res; cumque perſona ſit dignior rebus, attendi potiùs debeat perſona, quám res, vt poſt Io.*And. & Oldrad.* tradit N*att.conſ.105.num.4.lib.1.*Rot.*poſt Cene. de cenſ.d.dec.3.nu.3.*

5 Niſi tamen à Principe Communitas habuerit priuilegium collectandi Forenſes eidem Principi ſubiectos, *Bart.in l.1. num.28. verſ.item fallit in Ciuitate, Cod.de* Mulier. *& in quo loc.lib.10.& in l.formam,§.illam,n.2. Cod.de Cenſ.& in l.eum, neque in fin. Cod. de* I*ncol.lib.10.Parpal.in d.l.placet,nu.57. verſ. fallit primò,*Cod.*de Sacroſ.Eccleſ.Alex.conſ. 68.num.8.verſ.nec dubium, libr.2. Curt.Iun. conſ.60.num.8.verſ.ſuccedit igitur, & conſil. 61.num.10.ad fin.*

6 Et licet ex generali conſuetudine Ciuitates Italiæ occupauerint facultatem collectãdi Forenſes pro bonis in loco poſſeſſis; prout teſtatur *Bart.in l.vnic.nu 34.Cod.de Mulier.& in quo loc. lib.10. Bald.in l.etiam, ſub num.28.verſ.præterea,Cod.de exequut.rei Iudic.Iaſ.in l.placet, num.4.* ibique *Parpal.nu. 56.Cod.de Sacroſ.Eccleſ. Aret.conſ.132.* affirmans, huiuſmodi conſuetudinem transferre onus probandi contrarium in Forenſes, R*uin.conſ.126.num.1.lib.5.Natt.conſ.389 ſub num.6. Marcabrun. conſ.40. num.123.& & 148.Bertacch.de Gabell.part.7.* verbo *incidenter, Gabr.de Iur.Immunit.concluſ.2.n.8. Mſinger.obſer.27.cent.3.* G*uid.Pap. deci.87.* M*agon.dec.Florent.66.num.2. Ludouiſ. deciſ. 279. num.15.Cobell.ad Bull.*Bon.R*egim.cap. 35.num.31.Card.de* L*uca de* R*egal. diſc. 92. num.3.* alijſque pluribus relatis, latè *Marott. de collect.ſeu Bonatenent.cap 9.nu.1.*

7 Nihilominus, præterquàm quòd facultas collectandi Forenſes, quám dicit *Bartol.* fuiſſe ex generali conſuetudine occupatam à Ciuitatibus Italiæ, non habet locum in Caſtris, ſeu Villis, vt in ſpecie optimè firmant uidendi, R*uin. conſ.111. num.2. lib.5.Berett.conſ.84.nu.4.Gall.conſ.68.n.28. Natt.conſ.160.num.11.in fin.*

8 Adhuc, ſine ueri præiudicio, prædicta cõſuetudine admiſſa, ad hoc ut ſuffragetur, requiritur immemorabilis, quæ in caſu, de quo agitur, nullo prorſus iure probatur, iuxta magis receptam ſententiam, quam in terminis firmat B*art. in l.cum neque in fin. C. de incol.lib.10.& in l.1.n.28. verſ.item fallit in Ciuitatibus, Cod. de mulier. & in quo loc. lib.10.Iaſ.in dict.l.placet in 2.lectur.num.5.in fin.Cod.de* Sacroſ.*Eccleſ. Corn. conſ.22. col.2. verſ.tamen non videtur, lib.1. Alex.conſ.78. num.14.& 16.lib.6.& conſ.52.num.3.verſic. hoc præſuppoſito, lib.5. & conſ.136. num.17. verſ.ſed ad hæc, lib.2.Aretin.conſ.132.col.4. in princip. verſ.ſecundò reſpondeo, Alciat.reſponſ.36.num.2.tom.2.lib.5.Dec.conſ.285.nu. 6. Ruin.conſ.116.num.12.lib.4. & conſ.111. num.23. lib.5.* optimam aſſerens rationem, quia agitur de reſeruatis Supremo Principi, N*att.conſ.160.num.14. poſt princip. lib.1. & conſ.447.num.8.& 11.lib.2.* Soccin.*Iun. conſ. 49.num.23.lib.1.*Rot.*dec.3.num.7.& duobus ſeqq.poſt* Cene.*de cenſ.*

9 Quidquid in contrarium aberrantes à communi ſenſerint, A*lex.* ſibi contrarius, *conſ.68.nu.13.verſ.& clarum eſt, lib.2.* Curt. *Iun.conſ.61.num.6.verſ.cum igitur, lib.1.* alijque congeſti per *Pariſ.conſ.25.nu.58. & ſeq. & num.82. &* 101. aſſerentes triginta, uel quadraginta annos ſufficere, quos iure meritò reprehendunt Auctores proximè laudati.

10 Quinimó eſſet probanda huiuſmodi conſuetudo in loco, de quo agitur, *Aretin.dict. conſ.132.col.3.* N*att.conſ.160. num. 14. lib.1. Dec.conſ.185. num.7.* & in ſpecie caſus controuerſi, *Oldrad.conſ.137.col.1. Alex.conſil. 196.col.3.verſ.quia dicto, lib.2. Aym.conſil. 96.num.4.*Rot.*dict.deciſ.3. nu.10 & ſeq. poſt* Cene.*de cenſ. & in dict.Ariminen.Gabellæ 25.*

Iunij 1657. §. non obſtet in fin. coram Beui-
laqna.

Secundò, retenta diſtinctione trium ſpe-
cierum taxæ, ſeu collectæ impoſitæ à Com-
munitate Aduerſaria, quod, nempè, maior
ſit impoſita Forenſibus, media Oppidanis, &
minor Ciuibus, quatenus noſter principalis
ad alicuius collectæ ſolutionem teneretur;
adhuc non potuiſſet grauari, uti Forenſis, ex
quo eſt Ciuis oriundus, & incola alterius Ca-
11 ſtri ſubiecti Ciuitati Firmanæ; nam Forenſis
dicitur ueniens de foris, hoc eſt extra Terri-
torium; ideòque non dicitur Forẽſis ciuis al-
terius Caſtri ſubiecti eidem Ciuitati, ut in
terminis firmat *Corn. conſ. 147. num. 2. & ſeq.*
lib. 3. quem ſequuntur *Surd. conſil. 313. num.*
30. Decian. conſ. 33. num. 37. & ſeq. lib. 1. ubi
ſecus dicit eſſe, quando ſunt duæ Ciuitates
diuerſæ ſubiectæ eidem Principi, quia in ca-
ſu noſtro uiuunt eiſdem legibus Ciuitatis,
Valenz. conſ. 79. num. 77. & ſeqq. lib. 1. Brun.
in tract. quod ſtant. maſcul. art. 6. num. 24. Lan-
cell. Gall. ad Conſuet. Alexandr. præfat. 8. nu-
mer. 67. verſ. quia imò, nec in aliquo, Antolin.
ſuper Bulla Piſtor. num. 15. & ſeqq. Napod. in
proem. cõſuet. in gloſ. verbo *Vniuerſitatis, verſ.*
an hæ conſuetudines. Peregrin. deciſ. Patau. 86
ſub num. 5. Gratian. *dec.* Marcb. *154. num. 4. &*
deciſ. 217. num. 9. & ſeqq. Francb. *deciſ. 604.*
num. 1.

12 Idque optimè probatur ex nobili *text. in*
l. qui ex Vico 30. ff. ad municip. ibi: *Qui ex Vi-*
co ortus eſt, eam patriam intelligitur habere,
cui Reipublicæ *Vicus ille reſpondet*, ideòque
oriundi ex iſtis Caſtris dici debent Ciues fir-
mani, atque adeò non poſſunt eſſe Forenſes
in eiſdem Caſtris.

Accedente potiſſimùm Statuto Firmano
Apoſtolica auctoritate cõfirmato, *ſub rub. 49*
lib. 2. in quo expreſsè reperitur ſancitum,
Quòd omnes de Caſtris, ſeu Villis communis
Firmi, *qui in eis habitant, pro Firmanis ciuibus*
defendantur, ſicut Ciues Firmani, *& ſint, &*
habeantur in omnibus, & per omnia, quibus
13 verbis concurrentibus eos eſſe verè, & pro-
priè ciues, tradunt in ſpecie *Iaſ. in l. Ruffinus*
4. ſub num. 6. ff. de milit. teſtam. & in l. 1. § fin.
num. 14. ff. quod quiſq. Iur. *Corn. conſ. 189. nu.*
5. lib. 2. Alex. conſ. 41. nu. 4. lib. 7. & conſ. 148.
num. 7. lib. 6. Dec. conſ. 283. num. 8. ad fin. &
ſeq. Cephal. *conſ. 451. num. 28. & ſeqq. Berta-*
zol. conſ. ciuil. 85. num. 1. & ſeqq. Zuccard. con-
ſil. 75. num. 78. & 81. Roman. conſ. 62. num. 9.
Honded. conſ. 5. num. 3. lib. 1. pulcrè,
& latè *Aldobrandin. conſil. 2. numer. 56.*
& 63. lib. 1. Decian. *conſil. 16. num. 79.*
lib. 4. Rimin. Inn. *conſ. 23. num. 113. & 129.*
Menocb. conſ. 378. num. 6. Io Baptiſt. *Coſt. inter*
conſ. eiuſdem Menoch. *conſ. 678. num. 1. Rouit.*
conſ. 62. num. 1. verſ. & quod procedit lib. 2. de
Ponte conſ. 107. poſt num. 3. lib. 2. Gratian. cap.
559. num 21. Petr. Gregòr Syntag. Iur. *vniuerſ.*
lib. 18. cap. 13. num 17. Muta ad conſuet. Pa-
norm. cap. 30. num. 2. Mar. *Antonin. lib. 2. re-*
ſolut. 42. num. 2. Boſſ. de Princip. num. 361. Cy-
riac. contron. 203. num. 31. & ſeq. Epiſc. Tho-
mat. deciſ. 7. num. 4. Boer. deciſ. 13. num. 20. Seſ-
ſe, deciſ. Aragon. 90. num. 2. part. 1.

14 Tertiò, etiam admiſſo, illæſa veritate,
quòd noſter principalis non eſſet Ciuis, ſed
Forenſis; adhuc non debuiſſet compelli ad
maiorem quantitatem collectæ, quàm Op-
pidani, & alij ſoluunt, *Thomat. de collect. §.*
ſane ſi negotium, num. 20. fol. 471, firmans,
quòd malè faciãt Vniuerſitates, quę ſub cer-
ta quantitate imponunt collectas ſuis Ciui-
bus, ac Forenſibus eiuſdem quantitatis ter-
tium de pluri; quódque ſi Vniuerſitas dice-
ret, ſe habere dictum modum indicendi mu-
nera Forenſibus ex conſuetudine, illa non
procedat, tamquàm contra rationem, le-
giſque inſtitutum, latè C*onciol.* plures alios
referens apud eumdem relegendos, *allegat.*
28. Card. de Luca de Regal. diſc. 77. referens
deciſum per Sacram Congregationem Boni
Regiminis.

15 Regulare enim eſt, vt collecta debeat eſ-
ſe æqualis; aliàs eius impoſitio eſt nulla,
l. omnes, Cod. de oper. public. Roland. conſ. 66.
num. 11. lib. 1. Crauett. conſ. 308. num 2. verſ.
ſecundò reſpondeo, Ruin. conſ. 116. lib. 4. Pur-
purat. conſ. 594. num. 6. Polidor. *Rip. obſer. 278*
num. 1. verſ. in tantùm cum ſeq. Marant. reſp.
10. num. 19, part. 2. Ioſeph. Ludouic. deciſ. 47.
num. 8.

16 Neque prædictis aduerſatur, C*urt. Iun.*
conſ. 129. Decian. conſ. 44. num. 102. lib. 4. quia
loquuntur de Statuto faciente deteriorem
conditionem Forenſium, ideòque præſup-
ponunt validam facultatem Statuentis, quæ
quidem non poteſt conſiderari in Ciuitati-
17 bus recognoſcentibus Superiorem, multó-
que minus in Caſtris, vt in ſpecie obſeruat
Ruin. d. conſ. 121. num. 23. poſt med. lib. 5. eiſ-
demque contrarijs auctoritatibus, benè ſa-
tisfacit C*onciol. d. allegat. 28.*

Præterquamquód C*urt. Iun.* & *Decian.* a-
gunt de quæſtione ſuper validitate ſtatuto-
rum plus Forenſes, quàm Ciues grauan-
tium in terminis diuerſis, quando, nempè,
Statuto aliqua iuſta, honeſta, rationabiliſ-
que cauſa aſſiſtet, vtpotè ſi inhabilitet Fo-
renſes ad acquiſitionem bonorum in loco;
ſiuè concedat Ciuibus, & incolis prælatio-
nem; huiuſmodi enim Statuta principaliter
emanaſſe videntur, potiùs in gratiã, & pri-
uilegium Ciuium; atque in compenſationem
onerum, quibus, Ciues, & incolæ ſubiacent,
non autem Forenſes, & quia ipſamet ratio
naturalis docet, vt fructus, quos in eo loco
natura producit, potiùs eiuſdem incolas
nutriat, & foueat, quam exindè ad extra-
neos

Digitized by Google

neos alendos extrahantur.

Tandem nullo Iure meretur attendi, quòd Sacra Congregatio boni Regiminis confirmauerit Tabellas Collectarum à Communitate aduerſaria impoſitarum; cum enim non fuerit narratum præiudicium particularium, nihil contra eos operatur, ex quo Princeps ſuppoſuit, neminem fuiſſe læſum, prout de confirmatione Principis tradit

18 *Molin de Primog. lib 4. cap, 9. num. 33. Rot. in recent. deciſ. 610. nu. 9. & ſeqq. part. 5.* eedemque Tabellæ non diſponunt, ſed ſupponunt collectas validè ab habente poteſtatem impoſitas, neque diſponere poſſent, quia col-

19 lectarum indictio eſt de Regalibus, *l. 1. et 2. Cod nou. vect. impon. non poſſ. Sixtin. de Regal. lib. 2. cap. 14. num. 17. et ſeqq.* Montan. *eodem tract. §. Vectigalia, num. 4. poſt. med. verſ. non igitur, fol. 67. in fin. Aget. de feud.* Conſtit. *Rubric. 4. Viſiou. 5. lit.* B. *verſ. an antem*.

Ideòque Sacra Congregatio boni Regiminis eaſdem collectas admiſit ſub ſuppoſito, quod præceſſerit neceſſaria licentia ab habente poteſtatem; non autem intellexit; ex tunc dare licentiam eo modo collectas indicendi, *Socc. conſ. 92. n. 20. in fin. et ſeq. et conſ. 99. nu. 6. lib. 3.*

ARGVMENTVM.

Immunitas conceſſa Ciuibus, ſuffragatur etiam allectis ex Priuilegio, qui rectè, ac propriè dici debent Ciues, non minus, ac originarij; Idque, etiam ſi in Ciuitate incolatum non gerant.

Ciuilitas, etiam per ſpiritualem natiuitatem acquiritur; itaut in illo loco quis dicatur ortus, vbi ſalutari Lauacro Sacri Baptiſmatis fuit ablutus.

Soluens intereſſe, vel pœnam, dicitur obſeruate contractum.

De pluribus effectibus reſultantibus ex ſimplici adicctione pœnæ à lege, vel ſtatuto indictæ.

SVMMARIVM

1 *Immunitas conceſſa Ciuibus, ſuffragatur, etiam Ciuibus allectis ex priuilegio, qui verè, ac propriè dici debent Ciues non minus, ac originarij.*
Idque, etiam ſi priuilegium ſit conceſſum à Ciuitate.

2 *Signanter ad effectum gaudendi beneficijs Statutorum.*

3 *Eademque Ciuilitas tranſit in filios alibi quoque natos, licet de illis non fuerit facta mentio in priuilegio.*

4 *Ciuilitas, etiam per ſpiritualem natiuitatem acquiritur; itaut in illo loco quis dicatur ortus, vbi ſalutari Lauacro Sacri Baptiſmatis fuit ablutus.*

5 *Ciues ex priuilegio non gaudent Immunitate, quoties incolatum non gerunt in Ciuitate.*

6 *Contraria ſententia eſt verior, etiam ad effectum gaudendi immunitate à ſolutione Vectigalium.*
Idque, etiam procedit in Ciue, quia non ſolùm non habet, ſed neque etiam ſit Municeps, ferens, ſcilicet munera, & onera.

7 *Habitatio non eſt neceſſaria ad retinendam Ciuilitatem.*

8 *Soluens intereſſe, vel pœnam in contractu appoſitam, dicitur obſeruare contractum, quia illa ſolutio ſuccedit loco obſeruantiæ, vel implementi.*

9 *Statutum pœnale in caſu contrauentionis in non habitando, quando vlteriùs non progreditur, ſoluta pœna, Ciuis ex priuilegio liberatur, neque ad aliud tenetur.*

10 *Lex, quando reſiſtit actui cum pœna; nihil tamen ſuper eius inualiditate diſponens aduersùs traſgreſſorem, pœna quidem committitur; actu tamen valido remanente.*

11 *Idque, etiam procedit in pœna ſtatutaria.*

12 *In caſu non ſolutionis Canonis ſi ſit adiecta pœna, intelligi debet ſublata pœna caducitatis.*

13 *Pœnæ adiectio alterat negotium, nouumque Ius reddit; itaut noua dicatur diſpoſitio.*

14 *Quando tollitur pœna, quæ adeſt in diſpoſitione antiqua, intelligitur eſſe nouum Ius, & non ampliùs antiquum.*

15 *Obſeruantia eſt optima interpres, nedum priuilegiorum.*

16 *Sed etiam Immunitatis à ſolutione Vectigalium.*

17 *Imò obſeruantia ſubſequuta ampliat priuilegium, etiam contra verba priuilegij.*

18 *Ciuis, etiam creatus cum onere habitandi, ciuilitatem non amittit, niſi fuerit interpellatus adimplere.*

19 *Imò requiritur Iudicis declaratio, & quòd interpellatus contumax fuerit, & per annum ſteterit adimplere.*

20 *Modus impleri debet per compulſionem ad differentiam conditionis, quæ impleri debet per expulſionem.*

CAPVT LXXXIII.

SENTENTIA eſt infirmanda, nam cum attento Statuto Ceſenæ, Gabella contractus non ſit ſoluenda à Ciuibus, abſque dubio huiuſmodi Immunitas ſuffra-

1 gari debet, etiam Ciuibus allectis ex priuilegio, quales ſunt Domini de Tarchis, qui verè, ac propriè diei debent Ciues, non minus, ac originarij, *l. 1.* ibi: *recepti in Ciuitatem*, & rurſus, ibi: *niſi forte priuilegio*, vbi *gloſ. & Bart. num. 16. ff. ad* Municip. *l. Ciues 7.* Cod. de Incolis, *lib. 10. Bart. in l. ſi is, qui pro emptore, num. 34.* ibique *Iaſ. num. 291. ff. de vſucap. & in l. ſi maritus, § legis Iuliæ, ſub num. 1. ff. de adult. Bald. in l. 3. §. hæc verba, num. 2. ff. de negot. geſt. Aretin. in l. 2. in princip. verſ. nam ſi* Ciuis *creatus. ff. de verbor. obligat. Dec. conſ. 282. ſeu 283. nu. 10. lib. 2.* Ca-

ſtrenſ.

ſtrenſ.conſ.37.lib.1.Ruin.conſ.227.num.2.lib.1.Cephal.conſ.451.num.16.27.30.& 60. Riminald.Iun.conſ.23.num.112.& ſeqq.& conſ.790.num.7.Deciau.conſ.2.num.112. lib.2.& conſ.44.num.13.Surd.conſ.313.& 461. vtrobique *num.6.Buccafer.conſ.108.num.36.Paſetb.conſ.18.num.2.Malnaſ.conſ.93.num.47.& ſeqq.Spad.conſ.73.num.107.lib.3. Rouit.conſ.62.per tot. lib.2.* vbi in ſpecie de priuilegio conceſſo á Ciuitate, & in *Pragmat.1. de Immunit. Neapolit. num.9. Girond. de priuileg.& exempt.interpret.quæſt.151.nu.823.& ſeq.Nonar.de elect.& variat.for. ſect.vlt. quæſt.63.num.9.& ſeq. Thor.in 4. part. compend. dec.Reg.verb.Priuilegium conceſsũ Ciuibus originarijs, Bouadill.in Polit.lib.3. cap.1. nu.24.Anna ſingul.365.Carpan.ad Statut.Mediol.cap.218 num.112. part.2.* Cyriac. *contr.295 num.56.& duob.ſeqq.Gaill.lib.2.obſ.35. num.5.*Locter.*de re beneſic. lib.1.quæſt.25.nu.78.& ſeqq. Merlin.de legit.lib.3.tit.1.qu.18. num.56.& ſeq.Caren reſolut.239.num.6. Altimar.ad Rouit.conſ.48.lib.1.* Ro,a *conſult.9. num.33.*Manſ.*conſult.236. numer.6.* eruditus *Caſtaldus conſult.15. num.16. & ſeqq.* & latiùs *conſult.53.num.1.& ſeqq.Epiſc.Thomat.deciſ.7.num.5.& ſeqq.Seſſe deciſ.Aragon.90. num.2. Sanfelic. deciſ.75 num.5.Gananer.dec.36.num.29.Rot.Bonon.dec.34.num.37.*Rot.*in rec.deciſ.292.num.8.part.6.* vbi præcipuè ad
2 effectum gaudendi beneficijs Statutorum, *Archiep.Royas deciſ.332.num.7.& dec.355. num.5.& ſeq.& num.12.verſ.minus in fine, Card.Cerrus deciſ.73.num.9.* quæ eſt repetita in *recent.dec.127.n.9.part.9.*

3 Eademque Ciuilitas tranſit in filios alibi quoque natos, licet de illis non fuerit facta mentio in cõceſſione,*l.aſsũptio,§.filius,ff.ad municipalẽ,*& clariùs in *l.libertis, §.patris,ff.eod.l.filios,C.de municip.& incol.lib.10.Bald.in l.non plures, Cod. de Sacroſ.Eccleſ. Bart.in d.l.libertis, §.Patris, ff.ad Municipal. Luc.de Penn.in l.Ciues, Cod.de* Incolis,*libr.10. Menoch. conſ.165.num.6.lib.2. Rouit,* referens deciſum, *conſ.62.num.3.in fin.lib.2. Peregr.conſ.126.num.2.lib.5.Honded.conſ.5. num.6. lib.1.* latè M*acerat. var.reſolut. lib.2. cap.4. num.9.*Manſ.*d.conſult.236.num.8. Cobell.ad Bull.bon.*Regim.*cap.19 numer.35.* Carpan.*ad* Conſtit,Mediol.*§.collegijs,num.228.Caren.d.reſolut.239.nu.7.verſ.tum quia, Ciarlin.controu.37.num.16.lib.1.*Capyc.*latr.conſult.50. num.68.& duob.ſeqq. lib.1. Cyriac. contron.450.num.21. Ludouis.dec.372.numer.6. Rot.poſt tract.*Poſth.*de manuten.dec.600. in fine, Epiſc.Thomat.dec.7.num.8.& 11.*Moles *dec.manuſcript.56. art.6.*

4 Præcipuè, quia Domini de Tarchis fuerũt Ceſenæ baptizati, licet poſtmodùm Venetijs incolatum geſſerint, cum ciuilitas, etiã per ſpiritualem natiuitatem acquiratur; ita ut in illo loco quis dicatur ortus, vbi ſalutari lauacro Sacri Baptiſmatis fuit ablutus, quia Baptiſmus eſt natiuitas ſpiritualis,& de ea ad naturalẽ validũ eſt argumentum, *cap.debitum de Baptiſm.iuncto cap.inter corporalia de translat. Epiſc.* & in ſpecie firmant *Luc.de Penna in l. Ciues, num.3.& 47. Cod.de incol. lib.10.* ibique *Amaia num.47. Azened.in l.19.nu.11.tit.3.lib.1. recompilat. Gratian.cap.75. num.16,* vbi, quòd id procedat, nedum quò ad ſpiritualia; ſed etiam quò ad temporalia, *Paſchal. de patr. poteſt. p.3.cap.2.n.34.in fin.Ciarlin.cap.149.nu.12. Merlin contr.Iur.c.32.n.22.lib.2.* Gonz*al. in* Reg.8.*Cancellar.gl.9.§.1.n.106.et ſeqq.*Bar*bos.de Offic.*Paroch.*cap.7.num.5 Carleual.de Iudic.tit.1.diſp.2.num.111. Oter.de Paſc.cap.4 num.9. Rebuff.de pacif.poſſeſſ.num.17. Nouar.* pluries iudicatum referens in Senatu Neapolitano in *Pragm.1.de Immun.Neapolit.collect.2.num.14. Antunez de donat.*R*eg.lib.1.part.2.cap.15.numer.5.Caſtald. d.conſult.53.num.3.* eruditiſſimus *Altimar.ad* Rouit.*conſ.48. numer.11.lib.1.*

Neque aduerſatur vnicum obiectum, quòd, inſpecto Statuto Ceſenæ, Ciues ex priuilegio non gaudeant immunitate, quoties incolatum non gerunt in Ciuitate, ponderatis verbis Statuti, ibi: *quòd eſſe intendit, & ſit perpetuus Ciuis, & habitator Ceſenæ,* & inferiùs, ibi: *noui propterea Ciues diſcedere,*
5 *vel recedere non audeant de Ciuitate, vel eius diſtrictu cauſa ſe transferendi ad alium locũ.*

Idque, etiã procedere, attenta diſpoſitione Iuris, firmant *Caſtren.in l.omnes Populi in fin. ff. de Iuſtit. & Iur. Bald. conſil. 60. num.3. lib.1. Ancbaran.conſ.169. ſub num.2. verſ.quinimmò deſcripti, Soccin.Sen.conſ.24. num.5.verſ.quinimò, Incola lib.2.Soccin.Iun.conſ.49.ſub nu.2.& 5.& conſ.80 nu.5.lib.4. Ruin.cõſ.200.ſub n.12.lib.3.Roland.cõſ.79.n.30.lib.3.Surd.conſ.313.num.56.& 437.n.17. Canagnol.conſult.57.num.24.* R*edenaſch.conſ.91. num.20.& ſeq. Afflict. deciſ.384. num.8.* Rot.*in recent.dec.160.num.28. part.6. & poſt Merlin.de legit.dec.24.num.6.Card.Cerrus deciſ.8.num.51.*

6 Nam, præter quám quòd, etiam Ciuis ex priuilegio, quamuis non habitet, adhuc tamen gaudet Beneficio Ciuium, quó ad Immunitatem à ſolutione Vectigalium; cum habitatio non ſit de ſubſtantia Ciuilitatis, quæ in ſolo Iure conſiſtit, vt in ſpecie conſimilis Statuti loquentis de Ciue, & habitatore, optimis Iuribus, rationibuſque ſubſtinent poſt *Bart.in l.1.ff.ad municip.Soccin.Sen.conſ.35 ante num.8. verſ.quartò probatur, lib.1.Alex.conſ.157.num 13.lib 2.Bertazol.conſil.ciuil.55.num.14.& conſ.ſeq.num.20. Decian.dict.conſ.44. num.37.& ſeqq.* præcipuè *num.62.vſque ad 71. lib.4.* & in eodem caſu

Ceph.

Cepb. dict. conſ.451. num.104. & ſeqq. lib.4.
qui inducit ad id text. in l. incola 19. ff. ad
municipal. Peregrin. conſ.126. per tot. lib.5.
Surd. conſ.346. num.11. Eugen. conſ.18. nu.60.
in fin. lib.1. Menoch. conſ.1129. num.55. Cy-
riac. controu.292. num.40. & 543. num.54. Ca-
rauit. in Rit. Magnæ Curiæ Vicariæ 301. ſub
num.19. & 20. aſſerens, ob id fuiſſe prouiſum
Neapoli, ne quis recipiatur in Ciuem; niſi
cum expreſſo onere habitandi, ibique domũ
habendi, Dondeus conſult.39. num.12. & ſeq.
Thor. in compend. dec. tom 2. verbo Ciuis alien-
ius Ciuitatis, qui loquuntur in fortioribus
terminis, nempè Ciuis, qui non ſolùm
non habitat, ſed neque etiam eſt Municeps;
ferens, ſcilicet munera, & onera; cum regu-
7 lare ſit, vt habitatio ad retinendam ciuili-
tatem non ſit neceſſaria, Paſchal. de patr. po-
teſtat. part.3. cap.2. num.32. Caſtald. d. conſult.
53. num.6. Dondeus d. conſult.39. num.12. &
ſeq. alijque proximè laudati.

Adhuc ſublata videtur difficultas, ea po-
tiſſimùm animaduerſione adhibita, quòd,
quamuis prædictũ Statutum diſponat, quòd
noui Ciues Ceſenæ non audeant recedere à
Ciuitate, & á Comitatu; non tamen in caſu
contrario illos priuat immunitate iam per
priuilegium ciuilitatis quæſita; ſed tantùm-
modò tranſgreſſoribus indicit ſoluendam
pœnam lib.100. ibi: Noui propterea Ciues di-
ſcedere, vel recedere non audeant de Ciuitate,
vel eius diſtrictu cauſa ſe transferendi ad aliũ
locum, & ibi domicilium, & habitationem
conſtituendi, & mutandi, & Ciuitatem, & Do-
micilium Ceſenæ deſerendi, imponendo pœnam
100. lib. pro quolibet, & pro dictis pœnis in-
telligantur omnia bona obligata.

Qua diſpoſitione ſtatutaria præmiſſa, ad
ſummum ob non continuatam habitationẽ
non poſſet eſſe locus, niſi ſolutioni pœnę in-
dictæ à Statuto, ſuper qua non eſſet agendũ
cum Aduerſario, qui non eſt conductor pę-
narum, ſed Gabellarum contractus; huiuſ-
modi enim pœnæ indictio, eiuſque ſolutio
ſuccedit loco obſeruantiæ eiuſdem Statuti,
alioquin in alijs ſuis partibus requirentis
continuatam habitationem Ciuium ex priui-
8 legio; Prout in ſimili habemus, quòd ſoluens
intereſſe, vel pœnam in contractu appoſitã,
dicatur obſeruare contractum; illa enim ſo-
lutio ſuccedit loco obſeruantiæ, vel imple-
menti, iuxta ſingularem, receptamque
theoricam Bald. in l. cum proponas, la ſeconda
num.1. in fin. verſ. quia ſatisfactio pœnæ, ibiq;
Alex. Dec. & alij, Cod. de pact. & in l. Iuris
gentium 7. §. quinimo, ſub num.19. ff. eod. Bart.
in l. ſtipulationes non diuiduntur 72. in princ.
ſub num.40. verſ. præterea ſi petitur pactum,
ff. de verbor. obligat. Dec. conſ.380. ſub num.3.
verſ. ſecundò, quia ſi aliter; Surd. conſ.331. nu.
24. & conſ.389. num.16. lib.3. Cyriac. controu.
129. num.30. optimè Rot. coram Card. Caua-
ler. dec.217. num.6.

Cumque Statutum ſit ſimpliciter pœ-
nale in caſu contrauentionis in non ha-
9 bitando, neque vlteriùs progrediatur;
meritó, ſoluta pœna, Ciuis ex priuilegio libe-
ratur, neque ad quidquám aliud tenetur,
benè in proximis terminis Bero. conſ.57. n.5.
& 6. vbi de pœna ſpecialiter impoſita in
aliquo caſu contrauentionis, Burſatt. conſil.
14. num.17. lib.1. vbi ſatis ad propoſitum,
10 quòd, quando lex reſiſtit actui cum pœna;
nihil tamen ſuper eius inualiditate diſponit
aduerſùs tranſgreſſorem, pœna quidem cõ-
11 mittitur, actu tamen valido remanente,
& in ſpecie pœnæ ſtatutariæ, benè Rot. co-
ram Card. Caualer. dec.7. num.4.

12 Idque habemus in materia emphyteu-
ſis, vt ſi in caſu non ſolutionis Canonis ſit
adiecta pœna, intelligi debeat ſublata pœ-
na caducitatis, ex adductis per Decian. conſ.
48. num.15. & ſeq. lib.1. Bero. d. conſ.57. nu.5.
& ſeq. Altograd. conſ.16. num.6. lib.2.

13 Regulare enim eſt, vt adiectio pœnæ al-
teret negotium, nouumque Ius reddat; ita
vt noua dicatur diſpoſitio, Gratian. diſcept.
509. num.36. Prout è conuerſo, quando tol-
litur pœna, quæ adeſt in diſpoſitione anti-
14 qua, intelligitur eſſe nouum Ius, & non
ampliùs antiquum, iuxta doctrinam gloſ. in
Clem.2. verbo ſanctionis de vit. & honeſt. Cle-
ricor. Menoch. conſ.35. num.10. & 30. verſ. ac-
cedit. lib.1.

Quæ omnia optimè remanent compro-
bata ex ſubſequuta obſeruantia, dum ea-
dem Ciuitas ſemper recognouit noſtros
principales, tamquàm veros Ciues, & ſi Ve-
15 netijs incolarum degentes, illos allibrando
in Cataſtro, ſeu Æſtimo, quæ obſeruantia
eſt optima interpres, nedum priuilegiorum,
Bald. conſ.242. lib.3. Crauett. conſ.333. nu.10.
Roman. conſ.49. num.7. lib.1. Caſanat. conſ.35
num.22. Franc. Ant. Coſt. conſ.4. numer.64. &
conſ.50. num.10. Thor. voto 18. num.17. Ma-
ſtrill. dec.241. num.64. Marta deciſ.81. n.24.
Card. Seraphin. dec.1410. num.16 & ſeq. Rot.
in rec. deciſ.451. num.3. p.5. tom.2. & in ſpe-
cie priuilegij ciuilitatis, Roſa d. conſult.19.
num.38. & ſeq.

16 Sed etiam Immunitatis á ſolutione Ga-
bellarum, Caſtr. conſ.347. num.4. lib.1. Alex.
conſ.211. n.6. lib.6. Natt. conſ.139. n.18. Cra-
uett. conſ.211. n.8. Cyriac. controu.141. n.50.
Larr. allegat.7. n.22. lib.1. Card. Mant. dec.320
n.5. Card. Ottobon. deciſ.175. n.10. & ſeqq.

17 Imò eadem obſeruantia ſubſequuta am-
pliat priuilegium, etiam contra verba pri-
uilegij, Anna poſt alios relatos, allegat.52.
verſ. & hac, Menoch. conſ.392. num.20.
Ro-

Roman.conſ.65.num.14. Roſa dict. conſult.9. num.40.

18 Præterquàm quòd Ciuis etiam creatus, cum onere habitandi, ciuilitatem non amittit, niſi fuerit interpellatus adimplere, *Menoch. conſ.131. num. 5. & ſeq.* ibique *Decian. in ſubſcriptione, quæ eſt inter eius reſponſ.11. lib.2.* qui vlteriùs *num.8.* ait, non ſolam interpellationem, verùm etiam Iudicis declaratoriam neceſſariam eſſe, & in eadem cauſa, *Bero.conſ.153.lib.3.* Cyriac.*contron.153.num.56.Pignat.ad ſtat.*Ferrar. *Rubric.98. num.54. Andreol.contron 239. nu.6. Manſ.conſult.236. num.22. & ſequ.* Caſtald. *conſult.15.num.21.& conſult.53.nu.9. Cara. de Luca de praeminent.diſc.37. numer.10. & ſeq.* quos refert, & ſequitur eruditus *Gobius*

19 *conſult.116. num. 96.* vbi, quòd vlteriùs requiratur Iudicis declaratio, & *nu.* 100. & quòd inſuper interpellatus contumax fuerit, & per annum ſteterit adimplere, *gloſ.in §. ſi quis autem non implens,* verbo *admonitus auth.de hæredi, 6.& Falcid. Aleiat. reſpon.12.num.3. et ſeq. et reſponſ. 13. num. 6. lib.4.* Cyriac. *contron.153. numer. 57.* An*dreol.contron.239. num.6.* Gobius *d.conſult. 116.num.97.*

30 Idq; ex ea communi ſenſu recepta ratione, quia modus impleri debet per compulſionē, ad differentiam conditionis, quæ impleri debet per excluſionem, ut in ſpecie *Bald. in cap.dudum,54.n.45. de elect. Soccin.Iun.conſ.78.num.12.lib.3.Decian. reſp.11.num.20. et ſeq. Molin. de Primog.lib.2.cap.15.numer.28. Surd. de alim.quaeſt.21.tit.9.num.26. Menoch. d.conſ.131.num.11. Gratian.cap.44. num.11.* M*anſ.conſult.236.num.27.et ſeq.Gobius dict. conſult.116. num.98.* & eſt regularis differētia inter modum, & conditionem, prout eſt textus in *auth. hoc ampliùs*, Cod. *de fideic.* & tradit Galganet.*de condit.part.2. cap.3.q. 10.num.4.et 5.* Cravett.*conſ.59.num.7.Gabr. conſ.5.num.12.et ſeq.lib.1.Ruin.conſ.100.nu. 4.lib.5.* benè Menoch.*conſ.131.num.11.Surd. conſ.437.num.10.Gratian.cap.798.numer.10. Molin.de Primog.d.lib.2.cap.14. ex num.13. vſque ad 24.* Manſ.*conſult.69.num.33.lib.1.*

ARGVMENTVM.

Immunitas à ſolutione collectarum præſcribitur ex ſolo lapſu longiſſimi temporis, etiam ſine titulo, & bona fide.

Præſcriptio, an, & quando currat in Iuribus negatiuis; Ad intellectum *text. in leg. hæc Iura,* ibique *Gloſ.* verbo *habuerit, ff. de ſeruitut.vrban.præd.*

Molendina non ſolent collectari, vtpotè exiſtentia in continuo periculo, & obnoxia ingentibus expenſis pro conſeruatione.

Conſtitutiones Principis derogatoriæ exēptionum ſunt intelligendæ de Gratioſis, non autem de competentibus ex diſpoſitione Iuris communis, quales dici debent quæſitæ ex legitima præſcriptione, vel ex titulo oneroſo, etiam reſultante ex immemorabili.

SVMMARIVM.

Molendinum probatur immune à ſolutione collectarum, ex quo non reperitur aduotatum in Cataſtro Vniuerſitatis.

2 *Ex ſolo temporis lapſu quatraginta annorum præſcribitur libertas à ſolutione collectarum, etiā ſine titulo.*

3 *Collecta ex Molendino ſolitæ præſtari, ſi ſpatio quatraginta annorum non fuerint ſoluta, præſcripta dicitur libertas ampliùs non ſoluendi.*

4 *In aliquorum ſententia ſufficit lapſus triginta, vel viginti annorum, imò decennium reſpectu Forenſium.*

5 *In hoc caſu non eſt probanda negatiua ſolutionis; ſed ſufficit probare curſum quatraginta annorum, & allegare ſolutionem non factam.*

6 *Molendina fructum naturalem non reddunt, ſed potiùs opera molentium, & Inſtrumenta quæ deputantur, vnà cum domo, & ſitu, præbent redditum,*

7 *Molendina ſunt in continuo periculo, & obnoxia ingentibus expenſis pro illorum conſeruatione erogandis, & quotidiè deteriorantur.*

8 *Obſeruantia eſt optima interpres in quacumque materia, potiſſimùm in exemptione à ſolutione collectarum.*

9 *Bonafides ex curſu longiſſimi temporis eſt præſumenda pro Immunitate à collectis.*

10 *Libertas à ſolutione collectarum legitimo Iure præſcribitur, etiam ab eo, qui non ignorat, ſe ad illas teneri.*

11 *In Iuribus negatiuis in poſſeſſione quis eſſe non dicitur, niſi à tempore contradictionis, & acquieſcentiæ aduerſarij.*

12 *Contraria opinio eſt verior, cum ſtante lapſu quatraginta annorum abſque ſolutione collectarum, nullo Iure ſit neceſſaria interpellatio ad præſcribendam Immunitatem.*

Rebrobatur Alex.conſ.136.nu.19.lib.2.

13 *Iura affirmantia, quòd in Iuribus negatiuis præſcriptio non currat ſine præcedenti interpellatione, & contradictione procedunt, vbi agitur de præſcribendo Iure negatiuo aduerſus actus meræ facultatis.*

Declaratur text.in l.hæc autem Iura, ff.de ſeruit.Vrb.prædior.

14 *Secus, quando agitur de Iure negatiuo aduerſus actū poſitiuum, qui non ſit meræ facultatis; ſed cū dicto actu neceſſario ſit coniuncta actio, quæ Iuris facultas dicitur.*

15 *Quando quis in vim præſcriptionis vult acquirere nouum Ius; tunc præſcriptio non currit*

rit ſine præcedenti interpellatione, & contradictione prohibiti.

Secus, quando vtitur præſcriptione ad extinguendum Ius alteri competens, & ad ſe defendendum contra alterius actionem.

16 *Ex immemorabili reſultat quicumque melior titulus.*

17 *Neque hoc caſu requiritur bona fides, vel ſi requiritur, non eſt probanda, ſed præſumenda vnà cum titulo ob lapſum tanti temporis.*

18 *Conſtitutiones Pontificiæ exemptionum reuocatoriæ intelligi debent de Immunitatibus gratioſis; non autem competentibus ex Iuris communis diſpoſitione, quales ſunt quæſitæ ex legitima præſcriptione.*

19 *Stante immemorabili competit facultas allegandi quemcumque meliorem titulum benè viſum.*

20 *Conſtitutiones reuocatoriæ exemptionum non procedunt in quæſitis ex titulo oneroſo, etiam præſumpto ex immemorabili; niſi fiat ſpecifica mentio.*

21 *Immunitas à ſolutione collectarum, quoties reperitur generaliter præſcripta in omnibus Molendinis adiacentibus ob expenſas neceſſarias erogandas, dicitur quæſita ex titulo oneroſo commenſurando Immunitatem cum incommodis, & oneribus.*

22 *Generalis reuocatio Immunitatum facta à Principe non comprehendit Molendina, vtpotè habentia cauſam oneroſam ratione expenſarum, tàm in illis conſtruendis, quàm conſeruandis.*

CAPVT LXXXIV.

PROFERENDA eſt ſententia abſolutoria; quia de immunitate Molendini, de quo agitur, á prætenſa ſolutione Collectarum, non ſolùm conſtat, ex quo
1 non reperitur adnotatum in Cataſtro Communitatis Aduerſariæ, quod ſufficit ad effectum probandi libertatem, prout in terminis Collectarum, firmant *Crauett. conſil. 111. num. 13. & ſeq. lib. 1. Surd. conſ. 234. num. 8. & 23. verſ. ſecundò reſpondeo*, Menoch. *cõſ. 21. num. 23. & conſ. 75. num. 10. lib. 1.* Mandel. *conſ. 290. num. 4. lib* 2. Fab. de Anna *conſ. 59. num. 56. lib. 1.* Feſtaſ. *de collect. par. 4. cap. 4. num. 33. & ſeq.*

Sed etiam, quia concludentiſſimè remanet comprobatum, ex prædicto molendino
2 ſpatio quadraginta annorum, & vltra numquàm Communitatem collectam exegiſſe, ex quo ſolo temporis lapſu præſcribitur libertas à ſolutione collectarum, etiam ſine titulo, vt in terminis contra Communitatem reſponderũt poſt *Bart. in l. licitatio, §. earum, ff. de publican. & vectigal. Crauett. dict. conſ. 111. per tot.* ſignanter *num. 11. lib. 1. & de antiquit. temp. par. 4. §. circa præmiſſa, num. 36. & ſeq. Natt. conſ. 627. num. 3. Corn. conſil. 142. num. 12. lib. 3. Alex. conſ. 16. nu. 27. verſ. tertiò conſideratur, & conſ. 30. num. 12. lib. 5. Bald. conſ. 112. col. fin. in quarto puncto, & cõſ. 257. lib. 2. Caſtr. conſ. 363. num. 3. verſ. vltimò videtur lib. 1.* Roman. *conſ. 225. in quarto dubio, Pariſ. conſ. 25. num. 28. lib. 1. Surd. conſ. 234. num. 14. Fab.* de Anna *conſ. 79. num. 57. lib. 1.* Rimin. *conſ. 574. n. 14. lib. 5.* Gallia. *conſ. 54. per tot. Treutac. conſ. 3. n. 15. & ſeq. lib. 1. Giouagn. conſ. 15. num. 14. vol. 1. Menoch. conſ. 21. n. 19. lib. 1. Anna allegat. 128. nu. 8. par. 2.* Balb. *de præſcript. part. 2. quintæ partis princip. quæſt. 5. Couarr. in regul. poſſeſſor. §. 2. num. 8. de regul. Iur. in 6. Couarr. lib. 3. var. reſolut. cap. 4. num. 137.* Theſaur. Iun. *lib. 1. quæſt.* For. 8. *nu. 6. & 9. Sola tit. de* Iur. *emphyt.* decreto, licèt *gloſ. 2. 3. part. num. 12. Caſtr. de fact. ſcient. & ignor. cent. 2. diſt. 86. nu. 4. Andreol. contro. 324. num. 5. Tondut. lib. 2. quæſt. ciuil. cap. 151. num. 7.* Rodobald. *de* Gabell. *part. 2. num. 116.* & pluribus alijs allegatis, *Conciol. allegat.*
3 *14. num. 32.* Et in præciſis, imò fortioribus terminis, quòd ſi collectæ ex Molendino ſolitæ præſtari ſpatio 40. annorum non fuerint ſolutæ, dicatur præſcripta libertas ampliùs non ſoluendi, egregiè *Cephal. conſ. 129 num. 1. & ſeq. lib. 1.*

4 Quinimò in aliquorum ſententia ſufficit lapſus triginta annorum, *Crauett. dict. conſ. 111. num. 12.* Curt. *conſ. 40. & 177. Cephal.* alijs citatis, *conſ. 528. num. 51. lib. 5.* vbi, quòd reſpectu Forenſium ſufficiat decenniũ. *Fab. de Anna, d. conſ. 59. num. 58.* quodque anni viginti ſint ſufficientes, tradit *Barbat. inter conſ. Alex. conſ. vlt. nu. 12. lib. 4.* Fab. *de Anna d. conſil. 59. nu. 60.*

5 Neque hoc caſu eſſet probanda negatiua ſolutionis, ſed ſufficit probare curſum 40. annorum, & allegare ſolutionem non factã, prout tradunt *Corn. conſ. 142. col. pen. verſic. accedat, lib. 4. Surd. d. conſ. 234. num. 35. Natt. conſ. 446. num. 14. Angel. de Caſtr. inter conſ. Caſtr. conſ. 293. col. 4. in quarto dubio, & conſ. 298. col. fin. lib. 2. Bald. conſ. 315. col. 1. lib. 3. Crauett. conſ. 111. numer. 11. Menoch conſ. 75. num. 1. Cephal. conſ. 528. num. 52. lib. 5. Fab. de Anna d. conſ. 59. num. 64. lib. 1. Theſaur. Iun. d. lib. 1. qu.* For. 8. *num. 6. in fin. verſ. & ſufficit allegare non factam ſolutionem.*

Præcipuè, quia, neque etiam videtur deficere in præſentia titulus, ſaltem coloratus, pro non ſoluendis collectis, huiuſmodi enim Immunitas potuit habere initium ſa-
6 tis, ſuperque rationabile, eò quia Molendina fructum naturalem non reddunt, ſed potiùs opera molentium, & inſtrumenta, quæ deputantur, vnà cum domo, & ſitu, præbent redditum, vt poſt *Corn. conſ. 289. numer. 12. lib. 1.* aduertit *Hering. de Molend. quæſt. 46. numer. 4.* Laderch. *conſ. 165. num. 1. & ſeq. Altograd. conſ. 102. num. 72. lib. 2.* Card. de Luca *de decim. diſc. 18. num. 15*
7 Sunt enim in continuo periculo, & obnoxia ingentibus expenſis ſatis notis erogan-

dis pro illorum conſeruatione, Angel. in l.
non ſolùm in fin. ibique Fulgoſ. ff. de petit. hæ-
redit. Tiraq. de retract. ligniag. §. 1. gloſ. 7. n. 92.
poſt med. Cyroce. diſcept. 66. num. 30. Rot. in
recent. deciſ. 303. num. 2. part. 2. vbi, quòd
Molendina, vt docet experientia, pluribus
egeant expenſis, & reparationibus, quia
quotidie deteriorantur, & in ſimilibus ter-
minis, optimè arguit Cyriac. contron. 693.
num. 11. verſ. hoc autem non deficit, iuncto
num. 10. verſ. quæ conſuetudo. Et ex eiſdem
etiam rationibus cætera Molendina adia-
centia eſſe immunia à ſolutione collectarum
8 docet obſeruantia optima interpres in qua-
cumque materia, & potiſſimùm in præſenti,
de qua agimus, prout, omiſſis generalibus,
in ſpecie poſt Bald. conſ. 107. in fine, lib. 3. mo-
net Hering. de molendin. quæſt. 22. nu. 14. Card.
Tuſch. lit. M. concluſ. 303. n. 2.

9 Prout, neque etiam deficit bona fides;
Tum ex quo illa ex curſu longiſſimi tempo-
ris eſt præſumenda, Balb. de præſcript. in 2.
part. 5. part. principal. quæſt. 7. in fine, Bart. in
l. fin. num. 17. ibique Alex. in add. lit. C. vbi de
lapſu triginta annorum, Barboſ. in rubr. de
præſcription. 30. vel 40. annorum num. 327. &
ſeq. latè Alex. conſ. 24. num. 18. lib. 5. Peregr.
de Iur. fiſc. lib. 6. tit. 8. num. 10. ante fin. verſic.
operatur tamen diuturnitas temporis, & in
terminis collectarum, Surd. d. conſ. 234. num.
31. verſ. & in terminis, & in hac præciſa
ſpecie Cephal. d. conſ. 129. nu. 11. lib. 1.

Tum etiam quia, eum ex cæteris Molen-
dinis exiſtentibus in Ciuitatibus, & Caſtris
adiacentibus collectæ numquàm fuerint ex-
actæ; Iure meritò noſtri Principales, eorum-
que Authores iuſtiſſimè potuerunt credere,
ad eaſdem collectas ſe non teneri.

10 Præterquámquòd, neque etiam bona
fides eſt neceſſaria, quia libertas á col-
lectis legitimo Iure præſcribitur, etiam
ab eo, qui non ignorat, ſe ad illas teneri, vt
in ſpecie Bald. conſ. 257. in fin. verſ. item liber-
tas, lib. 2. quem ſequitur, alijs congeſtis, Surd.
conſ. 234. nu. 29. 35. & 36. lib. 2. Theſaur. Iun.
quæſt. forenſ. 8. num. 9. lib 1. Gall. conſ. 54. Coſt.
conſ. 58. num 5. Bim. conſ. 47. Guidobon. aduoc.
44. Coſt. de fact. ſcient. cent. 2. diſtinct. 86. nu. 4.
Rodobald. de Gabell. p. 2. num. 116. Andreol.
controu. 324. num. 5.

11 Neque pro excludenda præſcriptione po-
terit obijci, quòd ad effectum acquirendi im-
munitatem à collectarum ſolutione eſſet ne-
ceſſaria Vniuerſitatis interpellatio ad ſol-
uendum, cum poſitiua contradictione inter-
pellati, quòdque poſteà tempus ad præſcri-
bendum effluxerit neceſſarium; cum in Iuri-
ribus negatiuis in poſſeſſione quis eſſe non
dicatur, niſi à tempore contradictionis, &
acquieſcentiæ Aduerſarij, ad Text. in l. hæc
autem Iura, vbi gloſ. verb. habueris, ff. de ſer-
uitut. Vrb. prædior. Alex. conſ. 136. num. 19.
vol. 2. quem ſectantur Antibol. in tract. de mu-
nerib. part. 2. §. reſtat num. 16. Bellon. conſ. 15.
num. 1. Brun. conſ. 32. num. 8. Rimin. Sen. conſil.
31. num. 52. Rimin. Iun. conſ. 589. à num. 47.
vſq. ad 58. & conſ. 10. num. 34. & ſeqq. lib. 1.
Coſt. de rat. rat. quæſt. 235. num. 13. verſ. atta-
men, in tanta, fol. 298.

Siquidem prædicta opinio communi Do-
ctorum ſenſu eſt reprobata, cum ſtante la-
12 pſu quadraginta annorum abſque ſolutio-
ne, nullo Iure ſit neceſſaria interpellatio ad
præſcribendam immunitatem, prout in ter-
minis, reprobato Alex. dict. conſ. 136. nu. 19.
lib. 2. firmant, omiſſis innumeris alijs, qui
poſſent allegari, Crauett. dict. conſ. 111. num.
20. & 21. vbi quòd Alex. audacter fuerit lo-
quutus, & conſ. 775. col. pen. & de antiquit.
tempor. par 4. cap. circa præmiſſa, num. 36. &
38. Natt. conſ. 446. nu. 15. & conſ. 406. & conſ.
486. num. 11. & 13. optimè Ruin. conſ. 217.
num. 13. verſ. non obſtat etiam, lib. 1. Roland. à
Valle conſ. 5. num. 61. lib. 1. Cephal. conſ. 528.
num. 51. lib. 5. Berett. conſ. 128. num. 3. Caſtill.
de tertijs cap. 29. num. 9. Fab. de Anna conſ. 59.
num. 67. & ſeq. lib. 1. Purpurat. conſ. 536. præ-
cipuè num. 11. Menoch. conſ. 887. nu. 54. lib. 9.
Surd. conſil. 234. nu. 33. & ſeq. lib. 2. Schenard.
conſ. 32. num. 4. & 5. vbi, quòd ſententia Ale-
xandri communiter reprobetur, optimè Cã-
cer. var. part. 3. cap. 4. de ſeruit. num. 238. &
ſeqq. Couarr. in cap. poſſeſſor, §. 2. num. 8. fol.
468. Girlen. de præſcript. part. 1. cap. 6. nu. 178.
fol. 101. Valaſc. conſult. 140. num. 4. et ſeqq.
Balb. de præſcript. in 2. part. 5. part. quæſt. 7. in
fin. Theſaur. Iun. lib. 1. quæſt. forenſ. 8. numer. 6.
verſ. et quamuis, Gratian. diſcept. 89. in fin.
Feſtaſ. de collect. part. 4. cap. 4. num. 19. Garz. de
de nobilit. gloſ. 19. num. 2. Auendan. de cenſib.
Hiſpan. cap 8. num. 23. et ſeq. Caſtill. cõtrou.
tom. 7. de tertijs, cap. 29. num 8. et ſeq. Conciol.
allegat. 14. num. 38. et ſeqq. Roſa conſult. 9. nu.
19. et conſult. 12. num. 41. et ſeq. & in his præ-
ciſis terminis Cephal. dict. conſ. 120. num. 6. et
duob. ſeqq. vbi ſignanter, quãdo prout in præ-
ſenti, collectæ ex molendino, nullo vnquàm
tempore fuerunt ſolitæ exigi.

Idque ea potiſſimùm ratione, quia iura
contraria, ex quibus deſumitur concluſio,
13 quòd in iuribus negatiuis præſcriptio non
currat ſine præcedenti interpellatione, &
contradictione, procedunt, vel vbi agitur
de præſcribendo Iure negatiuo aduersùs a-
ctum meræ facultatis, in quibus terminis lo-
quitur text. in d. l. hæc autem Iura, ff. de ſerui-
tut. vrban. prædior. Exemplo fit res manife-
ſtior, putá, ne quis altiùs ædificet; tunc enim,
quia actus ædificandi eſt in mera libertate
ædificare volentis; meritò is, qui aduersùs
hanc facultatem præſcribere intendit ſerui-
tutem negatiuam, ſeu prohibitiuam, non

po-

Digitized by Google

poteſt dici conſtitutus in poſſeſſione huiuſmodi ſeruitutis, ex eo quòd quis per mille annos non ædificauerit; cum enim ſit actus meræ facultatis,& ad hoc quis cogi non poſſit ex eo, quód non ædificauerit, nullum Ius tribuit Aduerſario, qui propterea non potuit eſſe in poſſeſſione dictæ ſeruitutis negatiuæ, ſeu prohibitiuæ, niſi à tempore,quo ædificare volentem prohibuerit, *Couarr.in Regul.poſſeſſor.2.part.relect.§.4.num.6. Balb. de præſcript.part.4.quintæ part.principal.qu. 5.num.3.Surd.dict.conſ.234. num.24. Auendan.de cenſ.cap.8.num.23. in fin. Gaill.pract. obſeru.lib.2.obſeru.69. num.9. Gomez tom.2. var.cap.15.num.28. verſ.item adde, Garz.de nobilit.Hiſpan.gloſ.12.num.68.et ſeq. Fontanell.de pact.nupt.clauſ.4.gloſ.17.nu.46. Raudenſ.dec.Piſan.9.num.6.*

14 Secus, quando agitur de præſcribendo Iure negatiuo aduerſus actum poſitiuum, qui non ſit meræ facultatis; ſed habeat annexam obligationem præſcribere volentis; adeòut cum dicto actu neceſſariò ſit coniuncta actio, quæ facultas Iuris dicitur; hoc enim caſu tali facultati præſcribitur; ideòque ad rem, de qua agitur, licèt actus colligendi dici poſſit merè voluntarius reſpectu Vniuerſitatis Collectam imponentis;tamen,cum in tali facultate ſit coniuncta actio ad compellendum omnes ad ſolutionem Collectarum impoſitarum, ſi ex tempore, ex quo collecta eſt impoſita, quadraginta anni labantur,& numquàm per dictum tempus reperiatur quis collectatus, dicitur inducta præſcriptio libertatis à ſolutione earumdem collectarum abſque vlla interpellatione,prout optimè arguit in terminis collectarum, *Cancer.d.cap.4.de ſeruitut. n.143. & ſeq.Oliban.de action.lib.3.cap.3. num.86. Roſa d.conſult.9.num.19. & ſeq.& conſultat. 12.num.41.& ſeq.* vbi affert optimum ſimile in debitore præſcribente creditum aduerſus creditorem abſque vlla interpellatione; aliæque auctoritates allegatæ,*nu.12.*

15 Vel, quando quis mediante præſcriptione vult acquirere nouum Ius; ſecus tamen, quando vtitur præſcriptione ad extinguendum Ius alteri competens, & ad ſe defendendum contra alterius actionem; tunc enim præſcriptio perficitur ex ſolo curſu temporis, & negligentia non petentis abſque aliqua poſſeſſione, in qua quis conſtituitur, quando interpellatus contradicit, cum aliàs numquàm præſcriberetur contra actionem, prout optimè explicat *Surd.conſ.73.num.48 & ſeq.lib.1. Caren. reſolut.234. ſub num.13. Rot.deciſ.45.num.9.poſt tract.Poſt.de manut.* & in his terminis, *Crauett.d.conſ.111. n.20. verſ.rurſus, Surd.conſ.73. num.* 49. & latiſſimè *Conciol.d.allegat.14.num.41.& ſeq.*

16 Cæterùm ſublata videtur quælibet difficultas, quia non ſolùm fuit probata non ſolutio collectarum per longiſſimum tempus quadraginta annorum, quod ex ſupra allegatis ſatis, ſuperque ſufficit, ſed etiam per immemorabile,ex quo reſultat quicumque melior titulus, ex latè adductis per *Caſtill.de tertijs, cap.29.num.8.& ſeq.* & omiſſis generalibus, in his terminis collectarum, firmant *Crauett.d.conſ.111.nu.25.Surd.conſ. 234.num.12.& 33.& ſequ.lib.2.*

17 Neq; hoc caſu requiritur bona fides, *cap. 1.circa fin.de præſcript.in 6.Coler.c.de quarta,extra de præſcript. Alex.conſ.74.n.7.lib.4. Gabr.eod.tit.concluſ.1.num.44.46.& 55.Cyriac.controu.622.num.30.Maſcard.de probat. concluſ.1219.nu.45.Vaſq.controu. lib.2. cap. 81.num.10.Surd.d.conſ.234. nu.33. Facchin. cōtrou.Iur.lib.5.c.26.* Vel ſi requiritur, attamen non eſt probanda, ſed præſumenda, vnà cum titulo ob lapſum tanti temporis, *Barboſ.in Rubr.codic.de præſcript.30.vel 40. annor.num.327. & ſeq. Gabriel.* vbi ſupra, *num.56.Maſcard.d.concluſ.1219.num.54.& ſeq.Menoch.conſ.887.num.54.lib.9.Surd.cōſ. 234.num.35.Curt.Iun.conſ.61.Purpurat.conſ. 547.num.29.& ſeq.Peregrin. conſ.19. nu.15. lib.1.Roland.conſ.89.num.28. & ſequ.lib.2. Valenz.conſ.8. num.12. Cyriac. controu.622. num.30. lib.4.Cardoſ.in Prax.verbo præſcriptio, num.19. Garz.de Nobilit.gloſ.19.nu.2. Guttierez.pract.lib.3.quæſt.14.num.72.in fin. Auendan.de cenſib.cap.8.n.23.& ſeqq. Conciol.d.allegat.14. num.44. Roſa d.conſultat.9. num.18.Caſtill.controu.Iur.tom.5. cap. 93.§. 8.num.39.* & in terminis terminantibus *Cephal.d.conſ.129.per tot.lib.1.* qui optimè firmat, quòd ſi pro Molendino numquàm fuerit ſoluta collecta Communitati, & lapſum ſit etiam tantùm tempus, quòd hominum memoria non ſit in contrarium, Dominus Molendini nullo Iure poſſit cogi à Communitate ad huiuſmodi ſolutionem.

18 Tandem non releuant Conſtitutiones Pōtificiæ exemptionum reuocatoriæ; Tum, quia loquuntur de Immunitatibus Gratioſis, non autem competentibus ex diſpoſitione Iuris Communis, quales ſunt quæſitæ ex legitima præſcriptione, quibus non intelligitur per Principem derogatum, *Feliu.in cap. 1.num.12.& in cap.nonnull.nu.26.de reſcript. Roman.conſ.498. num.15.Rebuff.conſ.15.nu. 3.Maudel.conſ.8. num.22. in fin.& ſequ. Sanchez.conſ.Moral.lib.7.cap.1.dub 21.ſub nu.6. verſ.probatur minor, Gomez in proem.Regular. Gonzalez ad Regul.8.Cancellar.gloſ.36.num. 34. Koccbier. de Iuriſd.ordin. part.3. quæſt.9. num.1.& ſeq. Card.de Luca de Regal.diſcurſ. 55. numer.6. Cabed. deciſ.Luſit.94. numer.5. part.2.*

19 Tum etiam, quia ſtante immemorabili datur facultas huic parti allegandi, quem-

Digitized by Google

cumque meliorem titulum ſibi benè viſum, l.hoc Iure, §.ductus aquæ, ff.de aqu.quotid. & æſtiua, cap.ſuper quibuſdam, §.præterea, ibiq; gloſ. verbo non extat memoria, de verb.ſignificat.l.hoc Iure, §.ductus a quæ ff.de acq. quotid.& æſtiu.Iſern in cap.Imperialem, §.illud, n.50.de prohib.feud.alienat.per Federic.optimè præ cæteris, Barboſ. in l.omnes, num.39. & ſeq.Cod.de præſcript.30.vel 40.annorum, Menoch.conſ.90.num.65.& conſ.80. num.43. & ſeq. & præſumpt.131.num.44.lib.3.Pariſ. conſ.111.num.43. lib.1.Gabr.conſ.164. n.13. & ſeqq. lib.1.Roland.conſ.66.num.40. verſic. ſecundò, eſt concluſio, lib.2.& conſ.42.n.28. verſ.quia à parit.& ſeq. lib.1. Gabr. commun. concluſ.lib.5 tit.de præſcript.concl.1.num.43. & ſeq.Gonzal.ad Regul.8.gloſ.33.num.4 Couarr.lib.1.var.cap.17.num.5.verſ.ſed ſi dubitetur, Guttier.pract.q.lib.3.quæſt.14. nu.21. Gratian.cap.578.num.11. latè Theſaur. Iun. quæſt.Forenſ.cap.27.num.17.& ſeqq. libr.2. Garz.de nobilit.gloſ.12.num.66.Marcian.Iun. diſput.65.num.28.lib.2.Rouit.in Pragm.1. de priuileg. Vniuerſ. num.6. Fontanell. de pact. nupt.tom.1.clauſ.4.gloſ.17.nu.30.et ſeq.Bich. dec.97.num.2. Buratt. deciſ.673.in fin.Card. Celſ.dec.32. num.6. Rot. in recent. deciſ.101. num.31.part.10.& Nos alibi latiori exarauimus calamo; atque adeò etiam allegandi titulum onero ſum, Bald. conſ.313.col.2. lib.3. Cranett.conſ.10.num.11. Roland. conſ. 66.num.401.lib.2.Surd. conſ.262. ſub nu. 24. Epiſc.Sperell.dec.37.num.8.Franch.dec.166. num.1.Fontanell. dec.217.num.17. Card.de Luca de Regal. diſc.47. num.2. Afflict. deciſ. 239. in fin. quo caſu nullatenùs procedunt
20 dictę Conſtitutiones reuocatorię exemptionum, niſi fiat ſpecifica mentio, Cardin.conſil. 147.per tot.Decian.conſ.35.num.61.lib.2.Roland.conſ.13.num.28.lib.3. Gabr.conſ.195.n. 2.lib.1.Mareſcott.var.lib.2.cap.40. num.28. Lotter.de re benefic.lib.2.quæſt.8.nu.26.Card. de Luca de feud.diſcurſ.4. num.8. Card Seraphin.dec.499.in fin.Card.Ottbobon.deci.229. in fin.

21 Præcipuè, quia Immunitas à ſolutione collectarum reperitur generaliter præſcripta in omnibus Molendinis adiacentibus ob expenſas, quas Domini pro illorum manutentione erogare tenentur; ideòque re vera dicitur præſcripta Immunitas á ſolutione earumdem Collectarum ex titulo oneroſo, commenſurando Immunitatem cum incommodis, & oneribus, tám pro conſtruẽdis Molendinis, quàm pro illis conſeruandis, Bald.in l.qui ſe Patris, num. 14.verſ hoc ſcias, C.vnde liber.Boſſ.de Princip. num.323. & ſeq. & in ſpecie, quòd generalis reuoca-
22 tio Immunitatum facta á Principe non cõprehendat Molendina, vtpotè habentia cauſam oneroſam ratione expenſarum, tàm in illis conſtruendis, quàm conſeruandis, benè Bero.conſ.146.num.1.28.& duob.ſeqq.& pręcipuè, num.30.lib.3.

Iuxta allegata fuit deciſum per Sacrã Congregationem ſuper leuaminibus.

ARGVMENTVM.

Obſeruantia potiſſimùm attendi debet in ſolutionibus, & contributionibus collectarum, nihilque contra illam innouandum, eodemque modo collectas ſolui oportet, quo diſtributæ ab antiquo tempore reperiuntur, & Vniuerſitas ſi intra annum à lege præſcriptum non reclamauerit, ampliùs non audienda; Ad ornatum *l.qui grauatos 5. Cod. de Cenſ.& Cenſitor.lib.11.*

Vnio Caſtrorum facta Ciuitati intelligi debet quò ad caput, & Regimen, remanente alioquin partitione publicorum onerum cum eiſdem Caſtris inita in ſuo robore.

SVMMARIVM.

1 *Obſeruantia, & conſuetudo immemorabilis in ſolutionibus, & contributionibus collectarum, & onerum eſt ſeruanda.*

2 *In præſtationibus cenſuum nihil innouari debet contra antiquam Conſuetudinem.*

3 *In huiuſmodi materia conſuetudini ſicut Matri reuerentia debetur, & ut Regina attendi debet.*

4 *Collectam eo modo oportet ſolui, quo ab antiquiſſimo tempore diſtributa reperitur.*

5 *Subſidij triennalis à repartitione regulari debent cætera ſucceſſiua onera.*

6 *Taxatio voluntaria facta per Vniuerſitatem iuxta numerum focularium præſumitur iuſtè proceſſiſſe.*

7 *Vniuerſitas, ſi in repartitione onerum fuiſſet grauata, eidem non conſenſiſſet; ſed potiùs reclamaſſet.*

8 *Vniuerſitas, quæ infra annum à lege præſcriptum non reclamauit, ampliùs audiri non debet.*

9 *Querela ſuper reuiſione Cataſtri & Allibrationum poſt lapſum annum reijcitur.*

10 *Iuri petendi retractationem compartiti inter duas Communitates initi ſpatio quadraginta annorum præſcribitur.*

Reprobatur Raudenſ.& Claper.

11 *Lex ſemper loquitur.*

12 *Focis auctis, quemadmodùm non poteſt Camera fiſcalis prætendere augmentum onerum; ſed taxatio ſemper vniformis eſt ſeruanda.*

13 *Ita etiam illis diminutis non poteſt peti reductio collectæ, ſeu taxæ.*

14 *Tempore ſanctæ memoriæ Pauli III. fuerunt tranſmiſſi Commiſſarij per totum Statum Eccleſiaſticum pro repartiendis oneribus ſubſidij triennalis.*

15 *Alleuiatio onerum fieri debet in damnum Fiſci.*

16 *Nouitates reuiſionum, cum receſſu ab antiqua obſeruantia, ſunt valdè periculoſæ Reipublicæ, multùmque præiudiciales Principis Aerario; ideòque à lege damnantur.*

17 *Omnis nouitas præſumitur mala contra tentantes innouare aduersùs Regimina Ciuitatum.*

18 *Querelæ ſuper reuiſione onerum pluries reiectæ iterum audiri non debent.*

19 *Vnio Caſtrorum facta Ciuitati intelligi debet quò ad Caput, & Regimen tantùm.*

20 *Vnione facta æquè principaliter quòad Caput, & Gubernium tantùm vnius Eccleſiæ alteri Eccleſiæ; tunc vtraque Eccleſia remanet in ſuo primæuo Statu, cum proprijs Iuribus, & priuilegijs.*

21 *Caſtra, licet ſint vnita Ciuitati; quoties tamen habent diſtinctum Cataſtrum, & Territorium, neque ad inuicem in oneribus contribuunt; tunc non eſt facienda noua repartitio inter eadem Caſtra, & Ciuitatem.*

C A P V T LXXXV.

VETVSTISSIMA eſt querimonia aliquorum Caſtrorum Ciuitati Firmanæ ſubiectorum ſuper non æqua onerum Cameralium repartitione, quæ ſicuti, tamquàm friuola, fuit pluries reiecta, præcipuè à ſact. mem. Paulo V. qui vſque ab anno 1606. Commiſſionem in Signatura Gratiæ à Caſtris porrectam lacerari mandauit; Ita in præſenti omninò reijcienda, vtpotè nullam Iuris ſubſiſtentiam habentem, atquè adeò perpetuum ſilentium imponendum; idque ex pluribus.

Primò, quia ſufficeret Ciuitati pro Victoria ſola obſeruantia, & cõſuetudo immemo-
1 rabilis repartiẽdi onera Cameralia ad formã
antiquæ taxæ ſubſidij Triennalis, quę in ſolutionibus, & contributionibus collectarum, & onerum eſt ſeruanda, *l. miſſi opinatores*, ibi: *Conſuetudine ſeruata Regionum*, vbi *Bart.* & alij, *Cod. de exactor. Tribut. lib.* 10. idem *Bart. in l. 1. C. de aur. coronar. eod. lib.* 10. *Bald. conſ. 433. in princip. lib.* 1. vbi, quòd, ſicut hactenus obſeruatum eſt in ſoluendo collectas per longiſſima tempora, ita in poſterùm ſit obſeruandum, *Pariſ. conſ. 25. num. 54. & ſeq. lib. 1. Sim. de Pret. conſ. 84. num. 14. Anguſciol. conſ. 5. n 6. lib. 7. Reuſner. conſ. 2. n. 47. et 52. lib. 1.* benè *Peregrin. conſ. 202. num. 2. & ſeq. lib. 1. Gaill. lib. 2. obſeruat. 52. num. 18. & ſeq. Cobell. ad Bullam boni Regiminis cap. 50. num. 252.* cum alijs latè adductis per *Klocb. de contribut. cap. 5 num. 115.*

In præſtationibus enim cenſuum nihil in-
2 nouari debet contra antiquam conſuetudinem, *l. cum ſatis 22. verſ. caueant*, *Cod. de Agricol. & cenſit. lib. 11.* ibi: *Et ſic veterem conſuetudinem in redditibus præſtandis eis obſeruare*, *Roland. conſ. 79. nu. 81. & ſeqq. lib. 3.*
3 Cum in huiuſmodi materia conſuetudini ſicut Matri reuerentia debeatur, ut poſt *Bald.* aduertit *Peregrin. dict. conſ. 101. num. 12. in fin. lib. 1. Angel. conſ. 9.* atque eam uti Reginã attendendam admonet, *Petra de poteſt. Princip. cap. 4. part. 1. per tot.* & ita oporteat ſol-
4 ui collectam, prout, & eo modo, quo diſtributa ab antiquiſſimo tempore reperitur, *Bald. conſ. 433. in princ. fol. 1.*

Secundò, quia partitio ſubſidij triennalis,
5 à quo regulari debent cętera ſucceſſiua onera, teſte *Cobell. ad Bull. bon. Regim. cap. 12. nu. 16.* fuit confecta anno 1543. tempore, quo Caſtra Aduerſaria à ſanct. mem. Paulo III. fuerant omninò diſmembrata à Ciuitate Firmana; adeòut, tamquàm omninò diuiſa, & independentia abſque ulla participatione cum eadem Ciuitate, ſe concordauerint cum Miniſtris Cameralibus ſuper ſolutione
6 onerum ad eadem Caſtra ſpectantium, prout re uera, adhuc durante ſeparatione, fuerunt ſoluta; ideòque præſumendũ eſt, aſſignationẽ prædictã uolũtariè factam ritè, ac rectè proceſſiſſe, *l. Herennius, §. Caia, ff. de euict.* & in his terminis benè *Menoch. cõſ. 1144. n. 9.* neq; debent Caſtra conqueri, dum leguntur deſcripta, & taxata, iuxta numerum focorum ab ipſa narratorum, vt in terminis, *Crauett. conſ. 265. num. 6. ante fin. verſic. ſecundò colligitur.*

7 Tertiò, fortiùs prædicta ſibi locum vindicant, quia, ſi Caſtra fuiſſent indebitè, iniuſtèque grauata, prout conqueruntur, partitioni non conſenſiſſent; Verùm etiam reclamaſſent, prout in his terminis benè aduertit *Menoch.* videndus dicto *conſ.* 1144. *num. 9. verſ. & ſi repartitio*; Cumque intra annum á lege præſcriptum non reclamauerint, ampliùs audiri non debent, prout eſt
8 *text.* apertiſſimus in *l. qui grauatos 5. Cod. de cenſib. & cenſitor. lib. 11.* ibi: *qui grauatos ſe eſſe à peræquatoribus conqueruntur, & iniuncto oneri impares eſſe proclamant intra annum poſt Codicum oblationem, quo videbitur de iniuſto onere conquerantur, & iniquitatem peræquatoris accuſent*, ibique *Io. de Plat. & Luca de Penna, Bart. in l. forma, §. ſi quis veniam, ff. de cenſib.* ibique *addit. & in l. ambitioſa, num. 31. ff. de Decret. ab ordin. faciend. Bald. conſ. 382. lib. 3.* egregiè *Menoch. d. conſ. 1144. num. 78. & ſeqq. qui num. 80.* benè aduertit, quòd diſpoſitio *d. l. qui grauatos*, habeat locum etiam contra Vniuerſitatem, &
9 in his terminis in ſimili controuerſia exorta intra Ciuitatem Piſauri, & eius comitatiuos, quòd, nempè, poſt lapſum anni excludatur, & reijciatur querela ſuper reuiſione Cataſtri, ſeu allibrationis reſponderunt

Caſtr.

Caſtr.conſ.427.propè fin.verſ.non videò,lib.2. & latiùs *Sim.de Petr. d.conſ.84. num.23. in fin. verſ. qui, & ex alia ratione, & num. 24.* quos ſequitur *Menoch. d.conſ.1144. num.78. & ſeq.* & conferunt deducta in fortioribus, etiam terminis per *Crauett. conſ.265.num.6. ante fin. verſ.ſecundò colligitur*, vbi, quòd
10 Iuri petendi retractationẽ compartiti inter duas communitates initi præſcribatur ſpatio quadraginta annorum.

11 Neque audiendi ex aduerſo allegati, *Raudenſ.var.reſolut.cap.73.num.16. Claper.conſ. 36.quæſt.2.num.18.* affirmantes, quòd diſpoſitio *text.in d.l.qui priuatos* nõ ſit in uſu, cũ id gratis omninò afferant, lex enim ſemper loquitur, *l.Arriani,Cod.de Hæretic.Franc.in cap.vnic.num.1.* ibique *Gemin.num.8. de exceſſ.Prælat.in 6.Caſtr.conſ.235.ſub nu.1. poſt med.verſ.reſtat,reſpondere lib.1.Bieb.dec.133. num.27.*

12 Quartò,quia quemadmodùm, ſi foci fuiſſent aucti, non poſſet Camera ab eiſdem Caſtris prætẽdere augmentum reſpectu ſubſidij triennalis, à quo certum eſt, regulari alia onera ſucceſſiuè impoſita, vel imponẽda; ſed taxatio ſemper vniformis eſſet ſeruanda, prout reuera ſeruatur, iuxta benè deducta per *Io.Franc.de Pont.de poteſt. Proreg.tit.4. de Regalib. impoſit. §.1. nnmer.18.* vbi, quòd numeratione facta, & vnaquaque Terra, numeratis ſuis focis, taxata in certa quantitate, non detur ampliùs ipſius reuiſio, quia, cum id, quod particulares ex ſoluere debeant,translatum ſit ad onus Terræ, & ipſa remaneat taxata in quantitate certa; hinc fit, vt ex diminutione Ciuium non detur alleuiatio, ſicuti, ſi augetur numerus focorum non grauatur maiori ſolutione, qua taxata reperitur; ſemper enim eadem elt Terra.

13 Ita etiam, cum ex prædicta vniformitate taxæ poſſint eadem Caſtra, non obſtante augmento familiarum, conſequi lucrum; eò magis eſt inniolabiliter obſeruanda, neque eſt locus petitæ reuiſioni, quia Caſtra, quæ petunt diminui collectam,ſeu taxam ab initio ipſis conſentientibus impoſitam, non poſtularent contrarium, ſcilicet, augeri, quando, nempè, familiæ eſſent auctæ, vt in his terminis *Petr. Antibol.de muner. §.2.nu. 56.inter tract.diuerſ.tom.12. fol.35. à tergo, Io.Franc.de Pont.d.tit.4. de Regalibus impoſitionibus, §.1.num.17.& ſeq.* & in ſpecialibus terminis, optimè ratiocinatur *Sim.de Petr. d.conſ.84.num.23.verſ.de his quoque.*

14 Quintò, quia cum Caſtra ſpontè ſe obligauerint ad ſolutionem onerum ſubſidij Triennalis, à quo, vt ſupra eſt dictum, regulantur alia onera vſque in præſentem diẽ impoſita,eademq; obligatio emanauerit cũ Commiſſarijs tranſmiſſis,tempore San. me: Pauli III. per totum Statum Eccleſiaſticum ad effectum recipiendi huiuſmodi obligationes à ſingulis Communitatibus, vt refert *Cobell.ad Bull.bon.Regim.cap.12. numer.22. & ſeq.*

Hinc fit, ut Caſtris nulla prorſus competat actio contra Ciuitatem ad dennó partiendum dictum ſubſidium, aliaque onera, quia Ciuitas ſuam ratam, diſtinctam tamen à Caſtris ſoluere ſe obligauit; Ideóque nil habet agere cum Caſtris, à quibus Ciuitas poſt eadem Caſtra ſibi reſtituta ex titulo oneroſo, vtpotè ſimpliciter gerens vices Cameræ, exigit ſubſidium triennale, quod eadem Ciuitas poſtmodùm Cameræ perſoluit.

Quòd ſi fortè eadem Caſtra uelint contẽdere,fuiſſe grauata in taxis ſubſidij Triennalis, à quo regulantur alia onera ſucceſſiuis temporibus indicta; Præter quàm quòd id nõ ſubſiſtit, neque ſunt ampliùs in tempore ad conquerendum, & petendam reuiſionem, ex ſupra firmatis,officium Iudicis pro prætenſa reuiſione poſſet ad ſummum implorari contra Cameram; non autem contra Ciuitatem; cum alleuiatio fieri debeat in dam-
15 num Fiſci,ex adductis per *Bald.in l.1.§.quòd ſi nemo, col.2.circa med.ff.quod cuiuſque uniuerſit.nomin.Io.Franc.de Ponte de poteſt.Proreg.tit.4.de Regal.impoſit.§.1.num.6. & ſeqq. Capiblanc. de Baron. Pragmat.10. numer.26. tom.1.*

16 Prædicta uerò omnia eò libentiùs admittenda, quia huiuſmodi uouitates reuiſionum, cum receſſu à tàm antiqua obſeruantia ſunt ualdè periculoſæ Reipublicæ, & ſi admitterentur, eſſent Seminarium litium in toto Statu Eccleſiaſtico, & peſſimi exempli, multùmque præiudiciales Ærario Principis; ideóque à lege damnantur, *cap.quis neſciat 11.diſtinct.cap.tum conſuetudines,de conſuet.* ibique *Cardin.in 2.notab.Bald.in l.in rebus, ff. de conſtit. Princip.* ubi, quòd omnis nouitas
17 præſumatur mala contra tentantes innouare contra Regimina Ciuitatum, *Alciat.de præſumpt.reg.2 præſumpt.30 Io.de Licier.lib. 2.de primog.quæſt.14.num.8. Neuizan.conſil. 12.num.21. Marc.Mantua apud Menoch.conſ. 52.num.154. Peregrin.*latè *conſ.11. num.23. & ſeq.lib.3.Viu.dec.255.num.26.*

18 Multòque fortiùs, quia iſtæ querelæ Caſtrorum fuerunt Iure meritò pluries reiectæ, ideòque non debeant iterum audiri, *l.1. & fin.Cod.ſi ſæp.in integr. reſtit.* & in puncto egregiè *Sim.de Petr.d.conſ 84.num.24.*

Tandem non aduerſatur obiectum, quòd, cum Caſtra prædicta, ſtante Breui ſanct. mem. Gregorij XIII. fuerint unita Ciuitati Firmanæ, unum corpus conſtituant; ideòque onera impoſita,& imponenda pro æquis portionibus diuidi debeant.

Siquidem animaduertendum, quòd unio præ-

prædicta intelligi debeat quò ad Caput, &
19 Regimen tantùm, quò caſu Caſtra hoc modo unita Ciuitati abſque dubio remanſerũt in primæuo ſtatu, prout reperiebantur ante unionem, cum diſtinctis, ſcilicet, Collectis, Taxis, Cataſtro, & Territorijs, *gloſ. in cap. & temporis*, verbo *vnire*, *verſ. tertio modo 16. quæſt. 1. Valenzuol. conſ. 79. num. 39. & conſ. 82. num. 30. Seſſe deciſ. Aragoniæ 113 num. 20. part. 2 Leo. dec. Valent. 2. num. 34 part. 1. Pereir. dec. 2. num. 2. Zarate dec. 22. n. 16.*

Idemque in ſimili habemus in materia beneficiali, ut, nempè, facta vnione æquè prin-
20 cipaliter quò ad caput, & gubernationem tantùm unius Eccleſiæ alteri Eccleſiæ; tunc vtraque Eccleſia remaneat in ſuo primæuo ſtatu, cum ſuis proprijs bonis, Iuribus, & priuilegijs ſeparatis, & diſtinctis prout erant ante unionem, *gloſ. & ſcribentes in cap. & temporis, cap. præcipimus 16. quæſt. 1. gloſ. in clement. per literas de præbend.* ibique *Card. Imol. & Abb.* latèque tradunt *Gonzalez ad Regulam octauam Cancellar gloſ. 5. § 7. num. 26. & ſeqq.* ſignanter *num. 29. & num. 112. & ſeqq. Mandoſ. in Regul. 12. de vnion. q. 1. num. 4. & conſ. 27. num. 1. & ſeq. Ferrett. conſ. 242. num. 13. Petr. Vbald de vnion. cap. 2. num. 12. & ſeqq. Rebuff in tit. de vnion. num. 15. Tamburin. de Iur. Abbat. tom. 3. diſput. 15. quæſt. 5. num. 4. à Ponte conſ. 12. num. 46. & ſeqq. lib. 2. Garzia de beneficijs, part. 12. cap. 2 ſub num. 7. & ſeqq. & num. 37. Gratian. cap. 892. num. 1. Cardin. Caualer. dec. 330. num. 1. verſ. viſum fuit.*

Præcipuè, quia Caſtra habent diſtinctum
21 Cataſtrum, & Territorium, neque ad inuicem contribuunt in oneribus eiuſdem Ciuitatis, prout rectè aduertit *Calcan. conſ. 34. num. 1.* [illegible] *quod autem illa, & ſeqq.* Ideòque ex prædicta vnione Caſtrorum ad fauorem Ciuitatis nullo Iure poteſt inferri, quòd ſit faciendum nouum repartimentum inter Ciuitatem, & Caſtra, cum, ex ſupra firmatis, debeat attendi inalterabilis taxa ſubſidij triennalis, à qua cæteræ regulantur impoſitiones; quidquid ſit, ſi eadem Caſtra, nouam diſtributionem taxæ per æs, & libram inter ſuos particulares Ciues prætendere uelint, de quo in præſentia non eſt agendum.

Iuxtà allegata fuit deciſum per Sacram Congregationem boni Regiminis.

ARGVMENTVM.

Cumulatio poſſeſſorij cum petitorio, ex quibus cauſis ſit concedenda, latè agitur in præſenti, Plureſque adhibentur animaduerſiones totam ferè huiuſmodi materiam complectentes.

Proteſtatio emiſſa in prima ſolutione per metum extorta, intelligi debet repetita in ſequentibus ſolutionibus; ſecus aſſerendum in Iudicialibus.

Contra Communitatem non poteſt dici quæſita quaſi poſſeſſio ex ſolutione collectatum facta à particularibus, ſed requiritur ſcientia, & patientia eiuſdem Communitatis congregato Conſilio.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,* Arbitrio, *intelligi debet prout de Iure.*

2 *Poſſeſſorium non poteſt cum petitorio cumulari, altera parte inuita, ne poſſidens ſuæ poſſeſſionis commodo priuetur.*

3 *Præcipuè, quando agitur de poſſeſſorio ſummariiſſimo.*

4 *Clauſula,* Arbitrio, *quoties emanauit à Signatura Gratiæ Principem repreſentante, temperando Iuris rigorem, operatur, vt ſit facienda cumulatio poſſeſſorij cum petitorio, alioquin redderetur inanis, ſi reduceretur ad terminos Iuris Communis.*

5 *In Tribunalibus Supremis faciliùs admittenda cumulatio poſſeſſorij cum petitorio.*

6 *Quando eſt quæſtio inter duas Communitates, ne litium expenſis exhauriantur, eſt concedenda cumulatio poſſeſſorij cum petitorio.*

7 *Aequitate ſuadente, eſt concedenda cumulatio.*

8 *Contra Communitatem ſuperiorem, & potentiorem vrget præſumptio violentiæ in exigendis collectis à Communitate inferiori.*

9 *Supremi Magiſtratus non debent attendere in huiuſmodi materia exactionis collectarum poſſeſſionem Maiorum. non guſtato de titulo.*

10 *Cumulatio poſſeſſorij cum petitorio non datur, ne ſcilicet poſſeſſor grauetur onere probandi.*

11 *Poſſeſſor, vbi ſemel aggreditur petitorium, non poteſt ampliùs ad illius ſuſpenſionem conuolare.*

12 *Decretum irritans, & clauſula ſublata inficit titulum, poſſeſſionemque, & operatur, vt non poſſit dari manutentio contrà claram illius diſpoſitionem.*

13 *Ius collectandi eſt de Regalibus.*

14 *In Regalibus non datur manutentio ſine titulo habito à Principe.*

15 *Duplex eſt effectus, & vtilitas Interdicti poſſeſſorij, alter, vt lite pendente fructus percipiantur; Alter, vt releuetur ab onere probandi.*

16 *Præiudicium non poteſt dici magnum in ſola temporis dilatione conſiſtens.*

17 *Cumulatio poſſeſſorij cum petitorio eſt facienda, quoties poſſeſſio eſt turbida.*

18 *Poſſeſſio manutenibilis non poteſt dici quæſita ex actibus geſtis poſt litem motam.*

19 *Actus extorti per vim compulſiuam cum Repreſalijs, & extorſionibus, ſpretis inhibitionibus, non conſtituunt in aliqua poſſeſſione.*

Expenditur text. in l. Cura 4. ff. de muner. & honor.

20 Prò-

Digitized by Google

20 *Proteſtationes emiſſæ, tàm ante ſolutionem, quàm in actu ſolutionis, operantur, vt exigens quaſi poſſeſſionem manutenibilem acquirere non poſſit.*

21 *Idem aſſerendum in proteſtatione facta in actu depoſiti.*

22 *Prima proteſtatio ſufficit, quæ debet intelligi repetita in ſecundis ſolutionibus, quoties durat cauſa metus.*

23 *Proteſtationis actus ſemper durat, donec fiat actus contrarius.*

24 *Proteſtatio in extraiudicialibus ſufficit, ſi ſemel fiat, neque eſt neceſsè, quòd repetatur.*

25 *Secus aſſerendum in Iudicialibus.*

26 *Proteſtatio facta in vltimis ſolutionibus non tollit effectum priorum ſolutionum ſine proteſtatione factarum.*

27 *Ex ſolutionibus Collectarum factis à particularibus non infertur præiudicium, neque acquiritur aliqua poſſeſſio contrà Communitatem.*

28 *Aliud eſt Vniuerſitas, aliud ſinguli homines illius.*

29 *Ex actibus ſingulorum Vniuerſitati non poteſt dici quæſita quaſi poſſeſſio.*

30 *Contra Communitatem nõ poteſt acquiri quaſi poſſeſſio in exactione collectarum ſine ſcientia, & patientia eiuſdem Communitatis.*

31 *Scientia, & patientia ad effectum præiudicij debet eſſet totius Communitatis congregato Cõſilio, neque ſufficit ſcientia, & patientia particularium.*

CAPVT LXXXVI.

1 EST locus arbitrio pro cumulatione poſſeſſorij cum petitorio, ſtante clauſula *Arbitrio*, quæ, licet intelligi debeat, prout de Iure *l. qualem*, verbo *videtur, ff. de recept. arbitr. l. fin. §. ſed, & ſi* ib. que *Bart. num. 16. Cod. commun. de legat. l. 1. ff. de Vſur.* ibi: *Arbitrio* Iudicis *vſurarum modus conſtituitur, ita tamen, vt legem non offendat, Bart. in extranag. ad reprimendum,* verbo Videtur*, num. 8. Pariſ. conſ. 56. nu. 5. lib. 1. & conſ. 8. nu. 21. lib. 4. Soccin. Iun. conſ. 49. numer. 20. Alex. conſ. 33. numer. 3. lib. 1. Gratian. cap. 462. numer. 32. Gabr. conſ. 27. num. 6. lib. 1. Menoch. caſ. 42. nu. 20. de arbitr. quæſt. 8. & 14. de Marinis reſolut. 81. numer. 7. lib. 1. Tondut. lib. 2. quæſt. beneſic. cap. 146. num. 17. Merlin. contro. 52. num. 32. lib. 2. Carlenal. de Iudic. lib. 1. tit. 2. diſp. 4. num. 27. verſ. verum illud arbitrium, Cyriac. controu. 302. num. 79. Larrea allegat. fiſcal. 41. n. 79. Marta de clauſ. part. 1. clauſ. 13. n. 1. & 14. Epiſc. Ricc. collect. deciſ. 1064. part. 4. Capye. latr. deciſ. 101. n. 32. Epiſc. Sperell. dec. 101. n. 47. Poſth. de manut. obſer. 7. n. 60. Rot. poſt eumdẽ dec. 163. num. 1. Card. Seraphin. dec. 29. nu. 4. & deciſ. 1429. num. 1. Ludouiſ. deciſ. 189. nu. 3* ibique *add. num. 8. Duran. deciſ. 5. num. 3. Penia dec. 270. in fin. Bich. dec. 236. num. 2. Card. Caualer. dec. 11. num. 2.*

2 Quò Iure inſpecto, poſſeſſorium non poteſt cum petitorio cumulari, altera parte inuita, ne poſſidens commodo ſuæ poſſeſſionis priuetur, *l. ſi de vi 37. ff. de Iudic. l. ordinarij 13. C. de rei vindicat. §. retinendæ inſtit. de interdict.* Dec. *conſ. 588. num. 8. Grat. conſ. 10. num. 24. Menoch. conſ. 139. num. 3. & conſ. 791. num. 1. & de retin. poſſeſſ. remed. vlt. num. 30.* Giouagn. *conſ. 8. num. 174. Vant. de nullit. ex defect. proceſſ. nu. 49. Couarr. pract. quæſt. cap. 17.* Boccac. *de Interdic. cap. 5. nu. 2. & cap. 9. num. 2. et 8. part. 2. Poſth. de manut. obſeruat. 7. num. 15. verſ. cum ordo Iuris ſit, Buratt. dec. 686. num. 2. Bich. dec. 542. num. 1. Ant. Fab. in Codic. lib. 8. tit. 4. defin. 1. Capyc. latr. dec. 101. num. 1. lib. 2.*

3 Præcipuè, quando verſamur, prout in præſentia, in poſſeſſorio Summariſſimo, *Contard. ad* Rubr. *Cod. ſi de momcnt. numer. 7.* Neuiz. *conſ. 80. num. 10. Poſth. de manut. dict. obſeru. 7. num. 17. Ant. Fab. in Cod. lib. 8. tit. 4. defin. 1. Capy. latr. dec. 101. num. 29. & ſeqq. lib. 1. Card. Caualer. deciſ. 185. num. 2. & dec. 474. ſub num. 1.*

4 Nihilominus, cum prædicta clauſula, *Arbitrio*, emanauerit à Signatura Gratiæ, quæ diſpoſitioni Iuris adhærere nullatenus eſt adſtricta, pleniùs interpetratur, iuriſque rigorem relaxat, ne alioquin reddatur omninó inanis, ſi ad rigoroſos terminos Iuris reduceretur, *Gratian. cap. 374. num. 51. & cap. 737. num. 36. & cap. 738. num. 73. Mart. clauſ. 13. num. 3. part. 1. Lotter. de re benef. lib. 3. quæſt. 11. num. 118. & 122. Epiſc. Ricc. collect. 1297. in fin. Cyriac. controu. 327. nu. 92. Poſth. de manut. obſeru. 7. num. 66. Card. de Luca de Iudic. diſc. 18. num. 15. Card. Seraph. deciſ. 1098. num. 9. Card. Caualer. dec. 11. nu. 1. Duran. deciſ. 5. num. 1. Buratt. dec. 15. num. 3. & deciſ 261. num. 10. verſ. quæ tantò magis*, ideòque præſtat Iudici facultatem, vt ſit facienda cumulatiò petitorij cũ poſſeſſorio, ſubſiſtente aliqua rationabili cauſa, licet leui, vt in ſpecie *Lancellott. de attent. part. 3. cap. 24. qu. 19. num. 4. Poſth. de manut. d. obſeru. 7. num. 74. & 79. & ſeq. Rot. poſt eumdem deciſ. 540. num. 6. & ſeq. et dec. 611. num. 4. Add. ad Buratt. dec. 522. num. 15. idem Buratt. dec. 686. num. 4. & ſeq. Card. Caualer. dec. 284. num. 1. & 4. & 474. num. 1. & ſeq.*

5 Signanter, quia prædictum reſcriptum fuit directum Reu. Cameræ Apoſtolicæ, quæ eſt Tribunal Supremum ipſum repræſentans Principem, in quo cum procedatur, inſpecta veritate facti, bonumque ius attendatur, faciliùs fit cumulatio, *Mſinger. obſeru. 93. num. 3. cent. 3.* vbi in terminis Cameræ Imperialis, *Dec. conſ. 449. num. 21. Crauett. conſ. 299. ſub num. 8. verſ. quartò reſpondeo,* Menoch. *conſ. 2. num. 184. & 190.* Rimin. Iun. *conſ. 545. num. 25. Honded. conſ. 94. num. 63. lib. 1. Cyriac. controu. 10. num. 57. & ſeq. Add.*

ad

Digitized by Google

ad dec.14. Bonon.diuerſ.in fin.

6 Non poteſt autem hæſitari, quin plures
concurrant cauſę huiuſmodi cumulationem
ſuadentes. Initio igitur illa nobis ſe offert,
quia quæſtio eſt inter duas Communitates,
quarum facultates intereſt Principis expen-
ſarum litibus non exhauriri, præcipuè, cum
ſint pauperes, alijſque oneribus Fiſcalibus
grauatæ; ideóque huiuſmodi lites debent
breui compendio expediri, facta cumulatio-
ne petitorij cum poſſeſſorio, argum. *text. in
cap. dilectus de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Poſth.
de manut. d. obſeru. 7. n. 88. Capyc. Latr. deciſ.
101. num. 13. verſ. quod tantò magis, & ſequ.
lib. 1. Coccin. dec. 278. in fin.*

7 Secundò, ſtante æquitate eſt concedenda
cumulatio, prout cauetur in *cap. Paſtoralis
de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* Æquitas autem
non poteſt eſſe maior, quàm ad fauorem
Communitatis inferioris contra Ciuitatem
aduerſariam longè ſuperiorem, potentio-
8 remq; contra quám preſumptio vrget vio-
lentiæ in exigendis collectis controuerſis,
*Guid. Pap. conſ. 1. num. 11. & ſequ. & conſ. 65.
num 4. Pariſ. de Put. de Sindicat.* verbo Iu-
dices, cap. 7. nu. 18. fol. 109. Garz. *de expenſ.
& meliorat. cap. 9. num. 3.* Roſental. *de feud.
cap. 12. concluſ. 12. nu. 125. poſt med.* Roderic.
de ann. reddit. lib. 1. qu. 15. nu. 65. & ſeqq.

9 Ideòque Supremi præſertim Magiſtratus
in huiuſmodi rebus non debent attendere
poſſeſſionem Maiorum, non guſtato de ti-
tulo, prout rectè ex prædictis admonent,
Add. ad Alex. conſ. 124. Roderic. *de ann. redd.
d. qu. 15. n. 65. ad fin. lib. 1. Gregor. Lop. part. 4.
tit. 25. leg. 6. col. 3. illius gloſ. ante med. Garz.
de expenſ. d. cap. 9. num. 3.*

Tertiò faciliùs vindicat ſibi locum cumu-
latio; cum Ciuitas aduerſaria fuerit aggreſ-
ſa petitorium, teſtibuſque examinatis, cau-
ſa iam reperiatur inſtructa, ex quo duplex
inſurgit ratio huius cumulationis admiſſiua,
Altera, quia, cum ſint factæ probationes, ceſ-
10 ſat potiſſima ratio, ob quam, inſpecto Iu-
ris rigore, non datur cumulatio poſſeſſorij,
cum petitorio, ne, ſcilicet, poſſeſſor onere
probandi grauetur, *Miſinger. obſer. 93. nu. 2.
cent. 6. Rot. in rec. dec. 698. part. 2.* Coccin. *dec.
278. ſub num. 1.* Card. Caualer. *dec. 454. nu. 6.*
Rot. *poſt. tract. Poſth. de manuten. deciſ. 540.
num. 25.*

11 Altera verò, quia, vbi poſſeſſor ſemel peti-
torij diſputationem aggreditur, non poteſt
ampliùs ad illius ſuſpenſionem conuolare,
*Menoch. de retin. rem. 3. n. 545. & ſeq. Giouag.
conſ. 8. num. 96. lib. 1. Veſtr. in Trax. lib. 4. cap.
vlt. ſub num. 2. verſ. omni tamen caſu.* Poſth. *de
manut. d. obſer. 7. num. 89.*

Quartò poſſeſſorium in hoc caſu pendet
à petitorio; quia Communitas noſtra
principalis fundatam habet intentionem
in duobus; Alterùm, nempè, quòd non
poſſit collectari, neque pro oneribus Came-
ralibus; iuxta concordiam á San. Mem. Pio
IV. confirmatam, *cum decreto irritanti, &*
12 *clauſula ſublata*, quæ inficit titulum, poſſeſ-
ſionemque, & operatur, vt contra claram
illius diſpoſitionem dari non valeat manu-
tentio, *Giouagn. conſ. 28. num. 26. & 41. lib. 2
Lancellott. de attent. part. 3. cap. 24. qu. 1. num.
77. Gratian. cap. 113. num. 72. & cap. 288. n 5.
Lotter. de re benefic. tom. 1. lib. 2. qu. 46. n. 63.
64. & 70.* Viuian. *de Iur. patronat. part. 3. lib.
13. cap. 8. num. 172. Poſth. de manut. obſer. 46.
num. 5. & 7. Rot. poſt eumdem dec. 215. nu. 15.
& duob. ſeqq. Put. dec. 183. num. 2. & ſeq. lib. 2
Buratt. dec. 527. nu. 3.*

Alterùm verò, quòd eadem Ciuitas ad-
uerſaria cõferre teneatur pro ſubſidio one-
rum Cameralium prouentus Gabellarum
reſpicientes totum Comitatum, iuxta re-
ſolutionem iam captam, quæ in præſenti
diſputatione eſt ſupponenda, ex quibus
perneceſsè ſequitur, quòd manutentio om-
ninò dependeat à redditione computorum,
an, & quid importent prouentus Gabellarũ
conferendi; ſi enim onera Cameralia exce-
dunt, manutentio non poteſt dari, etiam
millies admiſſa poſſeſſione, ſi non excedunt,
non niſi pro rata deficiente poteſt imparti-
ri, ideòque vanum eſt prætendere, quòd de-
tur manutentio pro exactione collectarum
ad libitum Ciuitatis aduerſariæ imponen-
darum; quia hoc eſſet contendere manuten-
tionem in Iure collectandi contra formam
dictæ concordiæ, & ſine titulo, quod eſſe
13 non poteſt, quia ius collectandi eſt de Re-
galibus, *Valenz. conſ. 99. num. 19. Sixtin. de
Regal. lib. 2. cap. 14. num. 17. & ſeqq.* Montan.
eod. tract. §. Vectigaliæ, num. 4. poſt. med. in
14 quibus ſine titulo habito à Principe manu-
tentio dari non poteſt, *Menoch. de retin. re-
med. vlt. ſub num. 24. Poſth. de manut. obſer. 44
num. 25. Card. de Luca de feud. diſc. 40. num. 2.
Buratt. deciſ. 312. num. 12. & ſeq.* & Nos alio
in loco latiùs diximus.

15 Præcipuè, quia, vt rectè ad propoſitum
ratiocinatur, *Rota in rec. deciſ. 524. num. 17.
& ſeqq. part. 5. tom. 2.* duplex eſt effectus, &
vtilitas huius Interdicti poſſeſſorij, Iudicij-
que ſummariſſimi manutentionis per Ciui-
tatem aduerſariam petiti. Primus, ut lite
pendente, fructus percipiantur; Secundus,
vt ab onere probandi releuetur.

Quò ad primum intereſſe partis non ha-
betur in conſideratione; ſed ex clauſula,
Arbitrio, intrat cumulatio, quod enim dif-
fertur, non aufertur, neque præiudicium
poteſt dici magnum, tamquàm in ſola tem-
16 poris dilatione conſiſtens, *l. debitoribus ff.
de re Iudic.*

In ſecundò ſtat difficultas, quia, ſi onus

probandi ad non poſſidentem pertinet, mul-
tum intereſt, ut detur manutentio; at quan-
do ſemper onus probandi ſpectat ad acto-
rem, etiam ſi poſſideat; tunc cumulatio nō
eſt deneganda; hæc diſtinctio rectè con-
gruit rei, de qua eſt ſermo; onus enim pro-
bandi ſemper ſpectat ad Ciuitatem aduer-
ſariam, cum, ex ſupra firmatis, non poſſit
in hoc Caſtro imponere collectas; niſi pro
oneribus Cameralibus, & quatenùs eiuſdē
Ciuitatis redditus deficiant; quos ſuper
abundare ſatis liquidò conſtat ex Tabella,
ideòque caſum omiſſi ſubſidij ſemper pro-
bare debet Ciuitas aduerſaria.

Quintò denique ſine ulla prorsùs contro-
uerſia eſt locus cumulationi, cum prætenſa
quaſi poſſeſſio Ciuitatis aduerſariæ ſuper
Iure collectandi non ſit alicuius releuantię,
neque vllo iure mereatur attendi; cum ni-
hilominus ſatis, ſuperque ſit, illam eſſe du-
17 biam, poſſeque offuſcari, & circà illam ali-
quam uerſari difficultatem; ut cumula-
tio poſſeſſorij ſit cum petitorio facienda,
*Gratian.cap.450.num.41.Cyriac.contron.10.
num.61.Gonzal.de alternat.gloſ.45.part.2.tit.
38.& ſeq.Poſth.de manuten.obſer.7.num.80.
Rot.*poſt eumdem *dec.540.num.1.& 8.Card.
Caualer.dec.284.num.1.& 4.& deciſ.474.
num.3.Verall.dec.200.p.2.*

18 Actus enim, ex quibus prætenſa quaſi
poſſeſſio deducitur, ſunt facti poſt litem mo-
tam; ideòque nulla ex eis poteſt dici quæſita
poſſeſſio manutenibilis, *Menoch.conſ.2.num.
241.Couarr.pract.quæſt.cap.15.num.7.* Lan-
*cellott. de attentat. part.3.cap.31.num.200.
Poſth.de manut.obſeru.48.num.7.& ſeqq.Rot.
poſt eumdem dec.166.num.32.& 41.Cardin.
Mant.dec.207.num.10.& dec.322.ſub nu.11.
Cardin.Seraphin.dec.1262.num.3.Buratt.de-
ciſ.504.num.10.& 488.n.5.*

Vlteriùs omnes ferè ſolutiones collecta-
rum fuerunt extortæ per uim compulſiuam
cum repræſalijs, alijſque extorſionibus, om-
19 ninò ſpretis inibitionibus Cameralibus;
ideòque non conſtituunt in aliqua poſſeſſio-
ne, *Bart.in.l.ſequitur 4.§ ſi viam ſub num.6.
ff.de vſucap.Soccin.conſ.187.ſub num.21.verſ.
confirmatur iſta opinio,lib.2.Cephal.conſ.441
num.36.lib.3.Bertazzol.conſ.ciuil.1.num.88.
Surd.conſ.419.ante num.35.verſ.reſpondeo ſe-
cundò,lib.3.Ruin.conſ.111.num.20.lib.5.Ma-
reſc.var.lib.1.cap.22.num.22.Cyriac.contron.
155.num.7.& 8.Poſth.de manut.obſeru.35.
num.38.& ſeq.Oſaſch.dec.91.num.19 Buratt.
dec.691.num.12.*& in ſpecie eſt *text.in l.cura
4.ff.de muner.& honor.* ibi: *Nec ſi per vim
extortum munus fuerit, excuſationem, quam
habet, ab alijs muneribus aufert.*

20 Signanter, cum plures fuerint emiſſę pro-
teſtationes, tàm ante ſolutionem, quam in
actu ſolutionis, & depoſitorum, quæ ope-
rantur, vt exigens poſſeſſionem manuteni-
bilem acquirere non ualeat, *Roman.conſil.
364.num.14.Mareſcott.var.lib.1.cap.22.nu.
22.Lotter.de re benefic.lib.1.quæſt.38.num.
205.Gratian.cap.310.num.30.& 38.& cap.
113.num.10.& duob.ſeqq. Garz.de benefic.
lib.1.cap.5.num.452.& ſeq.Cenc.de cenſ.qu.
93.num.19.Staiban.Inn.reſol.101.num.52.&
ſeq.lib.2.*alijſque relatis, *Poſth.de manut.ob-*
21 *ſeru.35.nu.37.41.& ſeq.* & in terminis pro-
teſtationis factæ in depoſito, *Poſth.*ubi pro-
ximè, *num.37.in fin.Rot.*poſt eumdem, *dec.
442.num.2.& 4.*& poſt *Cenc.de cenſ.dec.233.
ſub num.1.Verall.dec.331.num.3.part.2.*

22 Multòque magis, cum ſint plures proteſta-
tiones, & nihilominus ſufficeret prima, quæ
in omnibus ſequētibus ſolutionibus intelligi
debet repetita, cū adhuc cauſa metus perſe-
ueret, *Bart.in l.1.num.2.Cod.de his.qui ſpon-
tè, lib.*10. ubi, quòd ita in praxi deduxit in
facto proprio, *Bald.& Angel. in l.pacta no-
uiſſima, Cod.de pact.Aretin.in l.Titia,§.1.ff.de
verbor.obligat.Rip.in cap.cum.Marcus* Ferra-
*rienſis.num.101.verſ.contrarium,& num.102.
& ſeq. extra de conſtit.* ibique Dec.*num.30.
verſ.ſed tamen,* Marſil.*in tract.de fideiuſſor.*
ſumpto ex repetitione ipſius ad *Rubric.ff.de
fideiuſſor.* impreſſo inter tractatus magnos
de mercatura, *num.162. Altograd.conſ.45.
num.43.lib.2.Gratian.cap.310.nu.40.et cap.
981.num.41.et 43.et cap.573.num.32.Lotter.
de re benefic.tom.1.lib.1.quæſt.38.num.210.
Add.ad* Ludouiſ.*dec.365.num.4.verſ ſufficit
autem, quòd ſemel ab initio, Poſth.de manut.
obſeru.35.num.52.* Ricc. *collect.259.865.et
2005.Achill.de Graſs.deciſ.423.Capyc.Latr.
deciſ.197.num.33.lib.2.*rectèque conferunt
deducta per *Rot.in recent.dec.365.num.32.et*
23 *ſeq.par.9.tom.2.* ubi, quòd actus proteſta-
tionis ſemper duret, donec fiat actus con-
trarius.

24 Regulare enim eſt, quòd proteſtatio in
extraiudicialibus ſufficiat ſemel fieri, neque
ſit neceſsè, quòd repetatur, *Gration.cap.959.
num.2.Poſth.de manut.dict.obſeru.35.nu 52.
verſ. cum proteſtatio in extraiudicialibus.*

Quinimò ſtantibus dictis coactionibus, ne-
que etiam proteſtationes fuiſſent neceſſarię,
*l.cura.ff.de muner.et honor. Surd.conſ.419.
ante num.35.Roman.conſ.252.num 5.Menoch.
præſumption.41.num.14.lib.1.Cyriac.contron.
155.num.6.*

25 Et contraria procedunt in Iudicialibus,
ad notata in *l.nō ſolū,§.morte,ff.de non.oper.
nunciat.* in quibus terminis loquuntur ex ad-
uerſo allegati, *Contard. in l.vnic.limit.2. in
princip.num.13.et 16.Cod.ſi de moment poſſeſſ.*
Altograd.*conſ.97.num.36.lib 2. Gratian.cap.
76.num.20.Cirocc.diſcept.78. num.98.Mart.*
Medic.*exam.35.num.41.* Mobedan. *deciſ.2.de
Iudic.Ludouiſ.dec.44.num.8.Cardin.Seraphin.
dec.*

Digitized by Google

dec.1057.num.2.et dec.502.uum.3.Put.deciſ. 218.lib.2.

26 Vel quando proteſtatio fuit facta in ultimis ſolutionibus, quæ non tollit effectum priorum ſolutionum ſine proteſtatione factarum; in quo caſu procedunt deducta per *Gratian.cap.310.uum.39. & 40. Lotter. de re beneſic.tom.1.lib.1. quæſt.38.nu.210. add. ad Ludouiſ.dec.365. num.4. verſ.iſta autem proteſtatio,Poſth.de manut.obſeru.35.num.52* Rot.*poſt eumdem dec.163.num.11. Card.Seraphin.dec.1411.num.4.Bich. dec.306.nu.16.* Rot.*in Oſcen.Penſionis* 25.Maij 1618. *coram Pirouano.*

27 Cæterùm ſublata omninò remanet quælibet difficultas; prætenſæ enim exactiones collectarum ſunt factæ à particularibus, ex quibus non infertur præiudicium, neque aliqua acquiritur poſſeſſio contra Communitatem,ut in ſpecie *Buratt. deciſ.285. nu.4.* ibique *add. & dec.312.num.10. Card.*Mantic.

28 *dec.259. unm. 7.* cum aliud ſit Vniuerſitas, aliud ſinguli homines illius, iuxta monitum *gloſ.in l.ſicut, §.ſi quid, ff.quod cuiuſque vniu. nomin.*Federic.*de Sen.conſ.15.iu princip.verſ. præterea aliud,Roland. conſ.53. nnm.6.libr.4. Gabr.concluſ.vnic. nnm. 6. & ſeq. quod cuiuſque Vniu.nom.Surd.conſ.28.num.104.& dec. 236.uum.10. & ſeq.*

29 Quemadmodùm è conuersò ex actibus ſingulorum Vniuerſitati non poteſt dici quęſita quaſi poſſeſſio, *Bald.conſ.438. num.1.in fin.& ſeqq.lib.1.Corn.conſ.299.num.7.lib.2. & conſ.46.nu.11.& ſeq.lib.3.Pariſ.conſ.104. num.132.lib.1.Add.ad* Bnratt.*dec.285.nu.6. verſ.ſicut, neque ex actibus ſingulorum, Put. dec.28.lib.2.* in correctis, *Card.Mant. deciſ. 259.ſub num.6.ad med.*

30 Præcipuè, cum non probetur ſcientia, & patientia Communitatis; quinimò illius poſitiuus diſſenſus, ſine qua non potuit cōtra eam aliqua acquiri quaſi poſſeſſio in exactione collectarum, *Io.Andr.iu cap. bonæ memoriæ* il ſecondo, *ſub num.17. verſ. ſecus ſi is, de poſtulat.Prælat.Calderin. conſ.12. de Iure patronat.prope ſin.* & in ſpecie *Feſtaſ. de collect.part.3.num.12.Buratt.d.dec.285.n.1.*

31 dictaque ſcientia,& patientia debet eſſe totius Communitatis, congregato Concilio, neque ſcientia, & patientia particularium ſufficit,*Surd.conſ.28.numer.105.& conſ.323. num.12. Valenz. conſ. 167. uum.15.& ſeqq.* Poſth.*de manut,obſeru.36. nnmer.20. Add.ad Buratt.d.dec.285.lit.A. Card.Mant.dec.259. num.6.*

ARGVMENTVM.

Xenia, ſiue Munera dari ſolita per Cardinales promotos Cubicularijs Participantibus, an ſpectent ad Cubicularios tempore Promotionis Pontifici inſeruientes, vel potiùs ad nouos Cubicularios Participantes Pontificis ſucceſſoris, quoties eorumdem Munerum diſtributio eſt facienda per Præfectum Cubiculi eiuſdem Pontificis ſucceſſoris.

Fructus, qui diſtribuuntur,certo anni tempore, an ſpectent ad Canonicos, qui tempore diſtributionis non ſunt ampliùs Canonici, licet tales fuerint tempore recollectionis eorumdem fructuum.

Pœnæ maleficiorum, an ſint debitæ ei, qui eſt Officialis, vel conductor tempore confiſcationis, ſeu condemnationis, vel potiùs tempore delicti, ſeu inchoati proceſſus.

SVMMARIVM.

1 *Xenia, ſeu munera dari ſolita per Cardinales promotos non ſunt debita ſingulis Cubicularijs, ſed Cameræ Pontiſicis, tamquàm conſtituenti Collegium, ſeu Vniuerſitatem.*

2 *Collegio relictum remanet penes hæredem, ſi fuerit diſſolutum.*

3 *Legatum factum Sacerdoti, & Hierophylati ſpectat ad ſubrogatum, vtpotè factum Templo.*

4 *Donatio elargita contemplatione alicuius qualitatis, ſeu dignitatis, intelligitur facta,quatenus tempore diſtributionis faciendæ duret illa qualitas, ſiue dignitas contemplata.*

5 *Qualitas Cameræ, cuius intuitu eſt donatum, determinat verbum,à quo donatio ſumit effectū.*

6 *Ideòque nou poteſt intelligi donatum Cameræ iam diſſolntæ,tempore diſtributionis faciendæ,ſed potiùs nouæ Cameræ exiſtenti, tempore diſtributionis.*

7 *Qualitas admiſſiua, ſiue excluſiua eſt attendenda tempore actualis acquiſitionis.*

8 *Fructus,qui diſtribuuntur,certo anni tempore, ſpectant ad Canonicos exiſtentes tempore diſtributionis, etiam,quòd tempore recollectionis non eſſent Canonici.*

Non autem ad illos, qui,tempore eiuſdem diſtributionis,non ſunt ampliùs Canonici,etiam ſi tales fuerint,tempore recollectionis.

Expenditur Calderin. conſ.21. de præbend. aliàs 242.

9 *Canonicus nou facit fructus ſuos,niſi collectos, ſuſceptos, & reconditos; ideòque præcisè attenditur tempus diſtributionis.*

10 *Fructus, qui hoc anno diuiduntur, debentur, etiam Canonicis nouis, etiam, quòd ſint de anuis præcedentibus eorum receptionem,quia debentur vti Capitulo, non vti ſingulis.*

11 *Fructus obuenti Capitulo debent diſtribui nouis Canonicis, tempore diſtributionis viuentibus; licet Capitulo obuenerint, antequàm ipſi fuerint noui Canonici, quia Capitulum ſemper eſt idem.*

Canonici noui tenentur ad onera, quæ imponuntur Capitulo, etiam ſi præterita reſpiciant.

12 *Diſtributiones debent fieri inter illos, qui ſunt de Collegio, tempore exactionis, licet annis præcedentibus maturauerint.*

13 *Doctrina* Calderini *aſſerentis, eſſe admittendos, tàm antiquos, quàm nouos Canonicos, eſt intelligenda cum præſuppoſito, quatenus, nempè, antiqui ſint de Collegio, tempore diſtributionis; aliàs ſecus.*

14 *Inter Capitulum, & emphytheutam, ſi fuerit conuentum ſuper ſolutione laudemij, ſi contingat, nouum recipi Canonicum ante ſolutionem, ille particeps erit de laudemio, quia tempus ſolutionis inſpicitur.*

15 *Eſt conſiderandū tēpus perfectionis cōtractus alienationis, & laudationis noui emphytheutæ.*

16 *Pœnæ maleficiorum debentur ei, qui eſt Officialis, ſiue conductor, tempore confiſcationis, ſiue ſequutæ condēnationis; non autem tempore delicti, ſeu incohati proceſſus.*

17 *Idque, non ob aliam rationem, niſi quia, antequàm ſequatur condemnatio, pœnæ numerantur inter fructus pendentes, ſed non adhuc perceptos.*

18 *Fructus pœnæ contentæ in condemnatione dicitur ſeminatus non exactus.*

19 *Bona, quæ ceciderunt in commiſſum, applicantur ei, qui erat conductor, vel tempore declaratæ caducitatis, vel exequutionis factæ; non autem ei, qui erat conductor, tempore, quo pœna caducitatis fuit commiſſa.*

20 *Penſiones, & quæcumque obuentiones debitæ propter aliud, quàm propter Fructus naturales, numquàm dicuntur perceptæ, niſi, quando actualiter fuerunt exactæ.*

21 *Xenia, ſeu munera prædicta reputari debent tamquàm fructus pendētes; quouſque fiat actualis eorumdem diſtributio.*

22 *Obſeruantia eſt optima interpres in quacumque materia, etiam ſi intellectus ex eadem obſeruantia deductus eſſet minus verus, & aberraret à regulis Iuris.*

C A P V T LXXXVII.

XÈNIA, ſiue munera controuerſa ſolita dari per Cardinales promotos Cubicularijs participantibus abſque dubio, ſpectant ad Cubicularios participantes Sanctiſſimi Domini noſtri Clementis X. non autem ad Cameram ſanct. mem. Clementis IX. ex pluribus.

1 Primò, quia, cum illa ſint debita, non ſingulis Cubicularijs; ſed Cameræ Pontificis, vtpotè conſtituenti Collegium, ſiue Vniuerſitatem, vt in his præciſis terminis præmiſit Rot. *in recent. dec. 322. in princip. & num. 2. part. 4. tom. 2.* repetita apud *Coccin. dec. 1839.* vbi de conſimili controuerſia inter Cameram Pauli V. & Gregorij XV.

Hinc neceſſariò reſultat, vt, cum per obitum Clementis IX. Camera eiuſdem fuerit omninò diſſoluta. Meritò eidem prædicta Xenia nullo Iure ſint debita; ſed potiùs nouæ Cameræ ſubrogatæ, argumento *text. in l. Pater 36. §. Tuſculanus, ff. de legat. 3.* vbi,
2 quòd relictum Collegio remaneat penes hæredem, ſi idem Collegium fuerit diſſolutum, & in *l. annua 20. §. Attia, ff. de ann. legat.* vbi,
3 quòd legatum factum Sacerdoti, & Hierophylaci ſpectet ad ſubrogatum, cum dicatur datum templo, & confert in idem *text. in l. quod Principi 58 ff. de legat. 2.* ibi: *Quod Principi relictum eſt, qui antequàm dies legati cedat, ab hominibus ereptus eſt, ex conſtitutione Diui Antonini ſucceſſori eius debetur.*

Secundò, quia, cum munera fuerint elargita per Cardinalem Buglionum Cameræ Secretæ; non autem ſingulis Cubicularijs, quibus non poteſt fieri ſolutio; niſi pecuniæ donatæ priùs deponantur in Æde publica pro illis diſtribuendis per Illuſtriſſimum Præfectum Cubiculi; adeò ut ante huiuſmodi diſtributionem nullum Ius dici poſſit quæſitū, ſaltem ſingulis.

Ex hoc pernecesſè oritur, quòd diſtributio ſit facienda inter nouos Cubicularios exiſtentes tempore diſtributionis; non autem inter præteritos, quorum Camera, vtpotè diſſoluta per mortem Pontificis, non reperitur ampliùs in rerum natura.

Tum, quia, cum Cardinalis Buglionus prędictorum munerum elargitionem fecerit Cameræ Secretæ non intuitu particularium perſonarum ab ipſo nullatenus cognitarū; ſed potiùs contemplatione ipſius Cameræ Pontificiæ conſideratæ, vti quid Vniuerſum, & Collegiale.

Hinc fit, vt, etiam, inſpecta voluntate
4 ipſius Cardinalis Donantis, eatenus videatur facta donatio, quatenus tempore diſtributionis faciendæ duret illa qualitas, ſiue dignitas contemplata, iuxta theoricam *Cumani in l. ex facto, num. 3. ff. de vulgar.* & in proximis terminis, Rot. *diuerſ. dec. 70. nu. 2. in fin. verſ. & vbi Princeps, & ſeqq. par. 1.*

5 Tum etiam, quia qualitas Cameræ, cuius intuitu, vt ſupra, fuit donatum, determinat verbum, à quo Donatio ſumit effectum; ideòque nullatenus poteſt intelligi donatum Cameræ iam diſſolutæ, tempore
6 diſtributionis faciendæ, vt in ſpecie ponderauit *Rot. in rec. d. dec. 322. n. 10. p. 4. tom. 2.*

Sed potiùs eadem Camera debet præcisè adeſſe tempore exequutionis, ſiue actualis diſtributionis, *l. 1. & 2. ff. de aur. et argent. legat. Bart. in l. Centurio, num. 31. verſ. ſi verò ponitur,* ibique *Rip. num. 143. ff. de vulgar. et pupill. Marian. Soccin. num. 2. & 3. lib. 2.* optimè Præceptor meus *Arias de Meſa var.*
7 *lib. 2. cap. 29. n. 15.* vbi, quòd qualitas admiſſiua, ſiue excluſiua ſit attendenda tempore actualis acquiſitionis.

Ter-

Digitized by Google

Tertiò prædicta omnia, optimè remanēt
8 comprobata ex recepta theorica *Calderin. conſ.21. de præbend. aliàs 242.* firmantis,
quòd fructus, qui diſtribuuntur certo anni
tempore, ſpectent ad Canonicos exiſtentes
tempore diſtributionis, etiam, quòd tempo-
re recollectionis nō eſsētCanonici; nō antē
ad illos, qui tēpore eiuſdem diſtributionis
non ſunt ampliùs Canonici, etiam ſi
tales fuerint tempore recollectionis; Idque
ob eam potiſſimùm rationem ab eodem
Calderin. benè adductam per hæc verba:
*Obuentiones prædictæ obueniunt Capitulo, et
percipiūtur à Capitulo, et iure Capituli, et non
Iure particularium Canonicorum; ita, quòd
nullus Canonicus in illis ius habet, ſed ſolùm
Capitulum; cum ergo prædicti redditus veniāt
Capitulo, et nomine Capituli illi autem, qui
nunc ſunt, dicantur de Capitulo, ergo inter
inter eos diuidi debent*, ſubdens ulteriùs ad
rem noſtram, quòd Canonicus non faciat
9 fructus ſuos; niſi collectos, ſuſceptos, &
reconditos; ideòque attendatur tempus di-
ſtributionis; idemque *conſ. Calderin.* omiſſis
pluribus, qui poſſent allegari, ſequuntur
*Felin. in cap. eam te, num. 13. verſic. per iſtam
differentiam de reſcriptis*, ibi: *Fructus, qui
hoc anno diuiduntur, debentur, etiam Canoni-
cis nouis, etiam, quòd ſint de annis præceden-
tibus eorum receptionem, quia debentur Capi-
pitulo, vt Capitulo, non vti ſingulis, et in cap.
Iacobus num. 1. de Simon.* vbi, quòd, ſi hoc an-
no contigit, diuidi fructus, qui percepti
fuiſſent annis præcedentibus, Canonici no-
uiter creati his diebus, percipient partem
ſuam, *Nauarr. conſ. 9. num. 6. lib. 5. de ſentent.
excom.* vbi, *quòd fructus obuenientes Capi-
tulo debeant diſtribui nouis Canonicis viuenti-
bus, tempore diſtributionis faciendæ; licet ob-
uenissent Capitulo, antequàm ipſi fierent no-*
10 *ui Canonici, quia Capitulum ſemper eſt
idem, Garz. de benefic. part. 3. cap. 2. nu. 429.*
ibi: *ex quo eſt, quòd fructus annorum præce-
dentium, qui hoc anno diuiduntur, debentur
Canonicis, qui nunc ſunt, et qui non erant il-
lius anni, quia, cum tunc non fuerint diuiſi, &
diſtributi non debentur illis, ſed Capitulo, quod
ſemper eſt idē, Mandoſ. in reg. 34. Cancell. q. 51*
11 *ſub nu. 3. verſ. vbi propterea*, benè *Gonzal.
ſuper regul. 8. gloſ. 37. num. 26. verſ. propterea
conſuluit* Calderinus. *Card. Tuſc. lit. O. concl.
130. num. 11.* egregiè *Tond. ut. Selcnger. qu. et
reſolut. benefic. lib. 1. cap. 68. num. 16. et ſeqq.*
qui rectè aduertit poſt *Calderin.* loco proxi-
mè laudato, quòd ob eamdem rationem
noui Canonici teneantur ad onera, quæ im-
ponuntur Capitulo, etiam ſi præterita reſ-
piciant, *Rot. in rec. deciſ. 418. num. 23. par. 9.
tom. 2.* vbi, quòd diſtributiones debent fieri
inter illos, qui ſunt de Collegio de tempo-
12 re exactionis; quamuis annis præcedentibus
maturauerint, *et dec. 377. num. 11. part. 12.*
& in his terminis *Rot. in rec. d. dec. 322. nu. 7.
et ſeqq. part. 4. tom. 2. repetita coram* Coccin.
deciſ. 1839. Card. de Luca, poſt hęc ſcripta
in lucem editus in *annot. ad diſc. 124. de* Re-
*gul. in fin. verſ. ad hanc materiam, tom. 16. ſup-
plementi, part. 1.*

Neque obijciatur, quòd, iuxta doctrinā
Calderini, aliorumque ſupra allegatorum
obuentiones, ſiue fructus debeantur, ne-
dum Canonicis, & alijs modò exiſtentibus;
ſed etiam illis, qui aderant, tempore re-
collectionis fructuum; ideòque ſaltem de-
beant etiam eſſe participes cubicularij San.
mem. Clementis IX.

Huic enim obiecto ſatisfacit *Rot. in rec. d.
dec. 422. num. 9. part. 4. tom. 2.* benè ad rem
aduertens, quòd, quàmuis *Calderinus* firmet,
13 eſſe admittendos, tàm antiquos, quàm no-
nos Canonicos; hoc tamen intelligit cum
præſuppoſito, quatenus, nempè, antiqui ſint
de Collegio tempore diſtributionis; aliàs ſe-
cus, prout manifeſtè deprehenditur ex ver-
bis eiuſdem *Calderini*, ibi: *illi autem qui nunc
ſunt dicantur de Capitulo, ſicut, & antiqui,
ergo inter eos diuidantur*; Idemque ſupponit
Garz. de benefic. d. part. 3. cap. 2. num. 429. vbi,
quòd huiuſmodi fructus debeantur Canoni-
cis, qui nunc ſunt, & non qui erant illius an-
ni, quia, cum tunc non fuerint diuiſi, & di-
ſtributi, non debentur illis, ſed Capitulo,
& comprobat, *Rot. in rec. d. dec. 418. num. 23.
p. 9. to. 2.* vbi poſt *Calderin.* vbi ſupra allega-
tum, quód diſtributiones debeant fieri inter
illos, qui ſunt de Collegio de tempore exa-
ctionis, & diſtributionis, quamuis annis
præcedentibus maturauerint.

Quibus ſtantibus, cum Cubicularij San-
ctæ memoriæ Clementis IX. tempore huius
diſtributionis faciendæ nullo Iure poſſint
dici de Camera Papæ, quæ per obitum eiuſ-
dem Clementis IX. fuit omninò diſſoluta,
ſtante noua Camera ſubrogata, ſiue erecta,
quæ actu inſeruit Pontifici; Meritò applica-
tur ſimile deductū ex doctrina *Calder.* admit-
tētis ad diſtributionem obuentionū Canoni-
cos de recenti admiſſos, prorſus excluſis an-
tiquis non exiſtentibus de corpore Collegij,
ſiue Capituli, tempore diſtributionis.

14 Quartò prædicta remanent optimè com-
probata ex alio ſimili; ſi enim inter Capitu-
lum, & Emphytheutam fuerit conuentum
ſuper Laudemio ſoluendo, ſi contingat, nouū
recipi Canonicum ante ſolutionem, ille par-
ticeps erit de Laudemio, quia inſpicitur tē-
pus ſolutionis, & agitur de ſumma debita
Capitulo; atque adeò omnes, qui tempore
ſolutionis ſunt de gremio Capituli, partem
habere debent, benè *Surd. conſ. 84. per tot.
præcipuè à num. 4. cum ſeqq.* quem ſequitur
licet corruptè in meo Cod. allegет *Burg. de*

Lan-

15 *Laudem.part.1.inſpect.7.num.27.* vbi, quòd
ſit conſiderandum tempus perfectionis con-
tractus alienationis, & laudationis noui
Emphytheutæ, *Tondut.ſcleger.lib.1.quæſt.*
beneſic.cap.68.num.20.
16 Quintò accedit, quòd quemadmodùm,
iuxta ſententiam ſatis probabilem pœnæ
maleficiorum, non ob aliam cauſam debeā-
tur ei, qui eſt Officialis, ſiue conductor tē-
pore ſequutæ confiſcationis, ſiue condem-
nationis; non autem tempore delicti, ſiue
incohati proceſſus; niſi, quia, antequàm ſe-
17 quatur condemnatio, ædem pœnæ nume-
rentur inter fructus pendentes; ſed non
adhuc perceptos, iuxta doctrinam *Imol.in*
l.Diuortio, §.ſi viro in fundo, ff.ſolut.matrim.
qui vult, quòd fructus pœnæ contentæ in
18 condemnatione dicatur ſeminatus non ex-
actus, & poſt eum *Soccin.Sen.conſ.100.n.2.*
verſ.ſed his non obſtantibus,lib.1. qui loquens
de condemnationibus iam factis, licet non
exactis, concludit, eas numerari inter fru-
ctus pendentes; ſed non exactos, *Surd.d.conſ.*
84.num.4.& ſeq.Peregr.de Iure *fiſc.lib.6.tit.*
5.num.44.verſ.contra verò, aſſerens, quód
hæc ſententia ſit verior, latè pluribus Iuri-
bus expenſis, & auctoritatibus allegatis *Lar-*
rea, reſpondens coutrarijs, *allegat.fiſcal.37.*
nu.8.& ſeqq. & in his terminis ſpecialibus,
Card.de Lura in annot.ad diſc.124.de Regal.
in fin.in ſupplem.tom.16.part.1. qui eiſdem
ſimilibus vtitur, rectèq; cōferūt adducta per
Crauett.conſ.212.num.8. vbi, quòd bona,
19 quæ ceciderunt in commiſſum, applicentur
ei, qui erat conductor tempore, vel decla-
ratæ caducitatis, vel exactionis factæ; non
autem ei, qui erat conductor tempore, quo
pœna caducitatis fuit commiſſa; quia ob-
uentio illa computatur inter fructus pen-
dentes, antequàm fuerit exacta, *Bero.conſil.*
133.num.9.libr.2. firmans, penſiones, &
20 quaſcumque obuentiones debitas propter
aliud, quàm propter fructus naturales, nū-
quám dici perceptas, antequàm fuerint a-
ctualiter exactæ.

Ita etiam dicendum in propoſito, quòd
Xenia, ſiue munera controuerſa reputari
debeant quodammodò, tamquàm fructus pē-
21 dentes; adeòut tunc ſolùm intelligi de-
beant percepta per Cameram Pontificis,
quando, nempè, fit actualis diſtributio co-
rumdem munerum inter Cubicularios ab Il-
luſtriſſimo Domino Præfecto Cubiculi, pro-
ut in ſimilibus terminis arguit *Surd.d.conſ.*
84.num.4.& ſeq.lib.1.

Sextò tandem concurrit obſeruantia ſub-
ſequuta in conſimili caſus contingentia,
quæ eſt optima interpres in quacumque ma-
teria, etiam ſi talis intellectus ex obſeruan-
22 tia deductus eſſet minus verus, & non tenē-
dus; imò aberraret à regulis Iuris commu-
nis, *l.ſi de interpetratione, ff.de legibus.Surd.*
conſ.382.num.12.Honded.conſ.92.numer.30.
lib.1.Caren.reſolut.102.num.9.add.ad Gre-
gor.deciſ.184.num 8.Hier.de Leo dec.Valent.
29.num.8.& ſeqq.Rot.diuerſ.deciſ.256.nu.6.
part.2.Buratt.deciſ.944.num.6.Arrhiep.Ro-
yas dec.343.num.11.Card.Ottobon.deciſ.165.
num.20.Card.Celſ.dec.135.nu.6.

Huiuſmodi controuerſia poſt nonnullas diſputationes habitas in cōtradictorio Iudicio coram quatuor Cardinalibus Delegatis, fuit tranſacta diuiſis Xenijs inter Cubicularios S.Mem.Clementis Noni, & Clementis X.

ARGVMENTVM.

Ius deputandi Officialem in Caſtro exiſtente ſub Iuriſdictione temporali Archiepiſcopi, tamquàm Batonis, ſpectat ad Capitulum, Sede Vacante; non autem ad Reuerendam Cameram ratione Spolij, ad quàm tantùmmodò pertinet emolumentorum perceptio, dempto tamen congruo ſalario Officialis, & expenſis: Ad intellectum *Cap.verùm de for.compet.*

Ex conceſſione fructuum, nullatenus cenſeri debet conceſſa Iuriſdictio, cum ſint res omninò diuerſæ; non enim eſt incompatibile, vt Iuriſdictio penes vnum exiſtat, fructus autem, & emolumenta Iuriſdictionis penes alium.

SVMMARIVM

1 *Capitulum, Sede Vacante, ſuccedit in omni Iuriſdictione Ordinaria Epiſcopi, non ſolùm ſpirituali, ſed etiam temporali.*
Adeòut valeat Officiales pro eius libito conſtituere, quemadmodùm poterat in humanis exiſtens ipſe Epiſcopus.
2 *Idque procedit, non ſolùm in Iuriſdictione Ordinaria; ſed etiam in contentioſa.*
Reprobatur contraria ſententia Io. Andreæ.
3 *In Iuriſdictione, quæ competit Epiſcopo de Iure ſpeciali, & ex priuilegio, vel ratione feudi, Capitulum, Sede Vacante, ſuccedere non valet.*
Intellige vt num.8.
4 *Caſtrum à Principe laico ſimpliciter Eccleſiæ donatum, Apoſtolica confirmatione accedente, ad eamdem Eccleſiam pleno Iure ſpectat, nullaque cenſetur penes donantem reſeruata Iuriſdictio.*
5 *In Iuriſdictione Ordinaria competente Archiepiſcopo in Caſtro donato, non ſolùm tamquàm Domino; ſed etiam tamquàm Archiepiſcopo, ſuccedit*

Digitized by Google

cedit Capitulum, ſede Vacante.

6 *In Germania Capitulum, Sede Vacante, ſuccedit in Iuriſdictione Prælati Principis defuncti.*

7 *Epiſcopus, ſi habeat Iuriſdictionem, etiam temporalem in laicos, Capitulum, Sede Vacante, in illa ſuccedit, exercendo eamdem Iuriſdictionem Criminalem per laicos ab eodem Capitulo eligendos.*

8 *Iuriſdictio Iure ſpeciali, ſeu accidentali competens Epiſcopo non tranſit in Capitulum, quoties competit de Iure ſpeciali Delegato, ſeu ex commiſſione Epiſcopo directa, ſeu Iure accidentali; ſecus de Iure Ordinario ſpeciali; eò quia non ſit commune omnibus Epiſcopis.*

Reprobatur contraria ſententia Suarez, Alterii, Bonacinæ, *& aliorum.*

9 *Iuriſdictio ſemper dici debet ordinaria, & tráſit in capitulum, quoties non eſt conceſſa perſonæ, ſed Dignitati, vel Officio, cui perpetuò eſt annexa.*

De intellectu Cap. verum de for. comper.

11 *Capitulum cognoſcere non valet de cauſa feudali ſpectante ad Epiſcopum defunctum; quoties quæſtio eſt de cauſa verè feudali inter feudatarios ſuper Iure ipſius feudi.*

12 *Prælatus, quoties agitur de cauſa verè feudali, non eſt Iudex, vtpotè Ordinarius, & Prælatus; ſed tamquàm Dominus, & in hoc caſu verſatur intereſſe ipſius Prælati ſucceſſoris, ne cogatur habere Vaſſallum, quem nolit.*

13 *Capitulo non eſt permiſſum iudicare in cauſis, in quibus agitur de intereſſe, & præiudicio ipſius Capituli.*

14 *Fructus, qui de Iure communi ſpectabant ad ſucceſſorem, applicantur, & conceduntur, ſede Vacante, Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ pro eius indigentijs ſubleuandis vigore conſtitutionū Beati Pij V. & Sixti V.*

15 *Fructuum ex conceſſione nullatenus cenſeri debet conceſſa Iuriſdictio, cum ſint res diuerſæ.*

In Iure non eſt incompatibile, vt Iuriſdictio penes vnum exiſtat, fructus verò, & emolumenta ex eadem Iuriſdictione prouenientia penes alium.

16 *Capitulum ex Iuriſdictionis exercitio non lucratur emolumenta; ſed potiùs illa reſeruare debet Reuerendæ Cameræ, ſiue eius Subcollectoribus, dempto tamen congruo Salario, & expenſis Officialis.*

17 *Obſeruantia optimè declarat Conſtitutiones Apoſtolicas, ipſarumque ſenſum, & intellectum.*

CAPVT LXXXVIII.

CONSVLTVS pro ueritate, an Ius deputandi Gubernatorem in quodam Caſtro exiſtente ſub Iuriſdictione temporali cuiuſdam Archiepiſcopatus, eueniente caſu uacationis eiuſdem, ſpectet ad Reuerendum Capitulum, uel potiùs ad Reuerendam Cameram Apoſtolicam, ſeu ſubcollectores Spoliorum, pro Capitulo reſpondendum eſſe exiſtimo.

1 Recepta eſt enim Iuris propoſitio, quòd Capitulum, Sede Vacante, in omni Iuriſdictione Ordinaria Epiſcopi, non ſolùm ſpirituali; ſed etiam temporali ſuccedat, exceptis caſibus in Iure expreſſis, non quidem ex aliquo priuilegio, uel ſpeciali delegatione, ſed ex ratione Iuris accreſcendi, uel non decreſcendi; Eò quia Eccleſia Cathedralis efformatur coniunctim ab Epiſcopo, & Capitulo, ab illo, ſcilicet, tamquàm Capite, ab iſto autem tamquàm reliquo Corpore, Eccleſiaſtica Iuriſdictione penes totum Corpus habitualiter reſidente; exercitio autem in pleriſque competente Capiti, adeòut idem Capitulum ualeat Iudices, alioſque Officiales pro eius libito conſtituere, quemadmodùm poterat in humanis exiſtens ipſe Epiſcopus, prout ſunt Iura apertiſſima in *cap. cum olim*, ubi, præ cæteris, *Abbas num. 2. Bald. in princip. de maior. & obed. cap. vnic. eod. tit. lib. 6. Cap. pen. & fin. de supplend. neglig. Prælat. eod. lib. 6. extrauag. execrabilis, verſ. cæterùm de præbend. Bart. in l. vbi adſunt, ff. de tutor. & curat. dand. Federic. de Sen. conſ. 16. num. 2. Nauarr. conſ. 44. num. 1. de tempor. ordinat. Rub. Alex. conſ. 131. num. 1.* ubi de deputatione Caſtellani, *Alberic. conſ. 60. num. 8. Purpurat. conſ. 77. Valenzuol. conſ. 107 num. 11. & ſeqq. Pauin. de offic. & poteſt. Capit. Sed. Vacant. q. 1. num. 3. & ſeqq. & quæſt. 5. num. 2. verſ. item regulariter, part. 1. Molin. de Iuſt. & Iur. tract. 5. diſput. 11. num. 5. Suar. de cenſur. diſput. 7. ſect. 2. num. 4. Epiſc. Ricc. in prax. part. 2. reſol. 130. num. 1 Campanil. in diuerſ. Iur. Canon. Rubric. 12. cap. 13. num. 75. Guttier. canon. quæſt. lib. 1. cap. 11. num. 10. Moneta de commut. vlt. volunt. p. 5. n. 414. & ſeqq. Epiſc. Barboſ. de Iur. Eccleſ. vniuerſ. lib. 1. cap. 32. num. 61. & de Canon. & dignitat. cap. 42. num. 61. Marchett. de Vicario Capitul. par. 2. tit. 12. nu. 1. & ſeqq. Epiſc. Genuenſ. in prax. Cur. Archiep. c. 87. n. 1. Epiſcop. Sperell. deciſ. 111. num. 39 lib. 2. Cardin. de Luca de Regular. diſc. 64. num 18. Merlin. deciſ. 84. num. 1. & ſeq. Rot. in recent. deciſ. 166. num. 1. part. 3. & dec. 108. n. 5. p. 17.*

2 Huiuſmodi uerò concluſio procedit, non ſolùm in Iuriſdictione uoluntaria; ſed etiam in contentioſa, *Federic. de Sen. conſ. 16. num. 2. Nauarr. conſ. 44. num. 1. de tempor. ordinat. Giurb. conſ. 74. num. 18. Pauin. de poteſt. Capit. Sed. Vacant. part. 1. quæſt. 5. Rebuff. in prax. tit. de deuolution. num. 58. & ſeq. Suar. tom. 5. in 3. part. diſput. 50. ſect. 6. Sanchez lib. 2. de matrim. diſput. 40. & lib. 8. diſput. 2. num. 10. Garz. de benefic. part. 5. cap. 7. num. 2. Sbrozz. de Vicar. lib. 1. quæſt. 15. Fuſc. de Viſitat. lib. 1. cap. 15. n. 31. Epiſc. Genuenſ. in praxi c. 85. Guttier. can. quæſt. lib. 1. cap. 11. n. 10. Molin. tract. 5. de Iuſtit. & Iur. diſput. 11. nu. 5. Epiſc. Ricc. reſolut. 118. in princip. et reſolut. 305. n. 4. et deciſ. 753. n. 4.* quos refert, & ſequitur, *Dian. p. 8. tr. 4. de poteſt. cap. Sed. Vacan. reſolut. 3.* quibus addendi *Ep. Barboſ. de poteſt. Ep. allegat. 45. n. 27. in fin. Azor. inſtitut. Moral. lib. 3. cap. 37. qu. 6.*

q.6.p.2.Marchet.de Vic.Capit.p.2.tit.12.n.4 Quintan.lib.1. Eccleſiaſt.cap.5.num.6. Epiſc. Sperell.dec.111.num.40.lib.2. Rot.in recent. dec.166.num.5.part.2.

Quidquid in contrarium reſpectu Iuriſdictionis voluntariæ dixerint *Io. Andr.in cap.vnic. de maiorit. & obedient.Boer. de Synod.Epiſc.tertia part.num.134. Petr. Gregor. de Benefic.cap.38.num.3.Pariſ.de reſignat.qu. 23.num.13.35.& ſeq.*

3 Nullatenus aduerſante obiecto, quòd fortaſsè poſſet excitari, quòd, nempè, in Iuriſdictione, quæ competit Epiſcopo de Iure ſpeciali, & ex priuilegio, vel ratione feudi, Capitulum Sede Vacante ſuccedere non valeat, per textum in *cap.verùm*, vbi Canoniſtæ, ſignanter *Abbas num.9. de foro competenti, Innoc.in cap.eum in cunctis, nu.7. de elect.*

4 Siquidem Caſtrum, de quo agitur, Eccleſia Archiepiſcopalis à nullo recognoſcit in feudum, ſed ad ipſam pleno Iure, cum omnimoda Iuriſdictione pertinet in vim Donationis ſimpliciter ſactæ á Principe laico Diplomate poſtmodùm Pontificio comprobatæ, qua ſtante in Eccleſiam donatariam omne dominium dici debet translatũ, nullaque cenſetur penes donantem retenta Iuriſdictio, *Innoc.in d.cap.verùm, num.2. de de foro competenti*, ibi: *Si Baroniæ prædictæ non concedantur in feudum; ſed ſimpliciter, tunc Eccleſia in nullo teneatur donatori, nec etiam de alijs muneribus, quæ priùs habebat Baronia*; ibique *Hoſtien.num.1.circa fin. verſic.ſin autem, Io.Andr.num.3.Collectar.nu.11. et 25.Bellamer.num.6.in 3.quæſt.* dicens, hęc perpetuò eſſe menti commendanda, quia valdè faciunt pro Eccleſijs, latè, & egregiè præ cæteris *Fagnan.in d.cap.verùm, num.16. & ſeqq. num.28.verſ.ex parte Epiſcopi*, vbi in ſpecie de conſimili Donatione Caſtrorũ facta ab Imperatoribus Eccleſię Sarſenaten. & latè etiam firmat *Spad.conſ.5.et 6.per tot. lib.1.*

5 His igitur præmiſſis, in eadem Iuriſdictione ordinaria competente Archiepiſcopo, in dicto Caſtro non ſolùm, tamquàm Domino, ſed etiam tamquàm Archiepiſcopo, ſuccedit Capitulum, Sede Vacante, *cap.1.de maiorit. & obed.lib. 6. Fermoſin.in cap.cæterùm, qu.22.num.4.de iudic.Mandell. conſ.61.num.9.Eugen.conſ.30.lib.1. Mart. de Iuriſd.part.4.caſ.197.num.9. Gaill.obſeruat. 30.num.10. & ſeq. lib.1.* qui teſtatur, quòd
6 in Germania Capitulum, Sede Vacante, ſuccedat in Iuriſdictione Prælati Principis defuncti, illumque in omnibus repræſentet.

7 Et in ſpecialibus terminis, quòd ſi Epiſcopus habeat etiam Iuriſdictionem temporalem in laicos, Capitulum Sede Vacante in illa ſuccedat, exercendo eamdem Iuriſdictionem criminalem per laicos ab eodem Capitulo eligendos, optimè firmant poſt *Pannin.& Vgolin.Merol.tom.3.diſput.7.cap. 7.dub.1.num.9.Rodriq.in ſumma, tom.1.cap. 71.num.2.Dian.d.part.8.tract.4.de poteſt.Capit.Sed. Vacant. reſolut.16. per totam, Marchett.de Vic.Capit. d.part.2. tit.12. num.22. & ſeqq.*

8 Illud autem, quod in obiecto aſſeritur, quòd, nempè, Iuriſdictio de Iure ſpeciali, ſeu accidentali Epiſcopo competens non tranſeat in Capitulum, eſt intelligendum, vt tantummodó procedât, quando competit de Iure ſpeciali delegato, ſeu ex commiſſione Epiſcopo directa, ſeu Iure accidentali; ſecus de Iure Ordinario ſpeciali, eó, quia non ſit communis omnibus Epiſcopis; competat tamen, vti Ordinario, & nomine proprio; atque adeò in illo Epiſcopo ſit ordinaria, prout optimè declarant *Abb. in d. cap.verùm, num.9.de foro competenti, Felin.in cap.eam te, num.17.de reſcript. Roman.conſ. 506.num.14. Henriq.in ſumm.lib.6. cap.16. §.1.& lib.14.cap.20.§.1. Sayr.in florib.dec. ſub tit.de tempor.ordinat.dec.31.& in Clau. Reg.lib 6.cap.11.num.84. Rodriq.qu. Regular.tom.1. quæſt.61. artic.9. Beia reſponſ.caſ. conſcient.part.4.caſ.37. verſ.tandem Garz.de Benefic.part.5. cap.7.num.40.& ſeq.* egregiè præ cæteris, *Sanchez de matrim.lib.8.diſp.2. ſub num.10. verſ.at verius exiſtimo, & ſeqq. Monet.de commutat.vltim.volunt.cap.5.num. 42.Epiſc.Barboſ.de Iur.Eccleſiaſt. vniuerſ.lib. 1.cap.32. num.107. & de Canon. cap.42. nu. 82.* referens, ita deciſum per Sacram Congregationem Epiſc. *Ventriglol. prax. tom.2. annotat.15.§ 1.nu.10.Epiſc.Sperell.dec.111. n.43. Epiſc.Ricc.in prax for. Eccleſiaſt.deciſ. 533.in primog.edit.aliàs reſolut.466.in 2.edit.* & hæc eſt vera ſententia.

Quidquid in contrarium malè ſenſerint, *Suar.de cenſur.diſp.41.ſect 2.num.13. Alter. eod tit tom.2.diſp.8.de ſuſpenſ.cap.3. verſ.ex eodem, Bonacin.de cenſur.tom.2.diſput.7. q.5. punct.1.* quos meritò reprehendit, *Epiſcop. Sperell d.dec.111.num.43. in fin. lib.2.* & ita patet reſponſio ad dubitationem *Philipp. Simonett.in addit ad Felin.in cap. at ſi Clerici ſub num 13. lit.B. de Iudic.* qui circa hoc reſolutionem cupiebat.

9 Regulare enim eſt, ut Iuriſdictio ſemper dici debeat ordinaria, ac tranſeat in Capitulum, quoties non eſt conceſſa perſonæ; ſed dignitati, vel Officio, cui perpetuò eſt annexa, *Sanchez de matrim. d. lib.8.diſput.2.num.10.verſ.poteſtas enim, & lib.2.cap.40.num.14. Couarr. var.reſolut.lib. 3 cap.20. numer.6. & 10. Monet.de commut. vltim.volunt.d.cap.5.num.422.& 424. verſ. tum ex eo, & cap.5.num.187.*

10 Neque prædictis applicantur deducta in

dict.

dict. cap. verùm de for. compet. quòd, nempè, Capitulum cognoſcère non ualeat de cauſa feudali; ſpectante ad Epiſcopum defunctum.

11 Id enim procedit, quoties quæſtio eſt de cauſa verè feudali inter feudatarios ſuper Iure, & ſubſtantia ipſius feudi, vt rectè explicat *Cyriac. contron. 381. num. 17. & ſeqq.* tunc enim Capitulum triplici poriſſimùm ratione cognoſcere non poterit: Tum quia
12 Prælatus non eſt Iudex in huiuſmodi cauſa, vtpotè Ordinarius, & Prælatus, ſed tamquàm Dominus.

Tum, & rectiùs, quia verſatur intereſſe ipſius Prælati ſucceſſoris, ne cogatur habere Vaſſallum, quem nolit, vt optimè ratiocinatur *Abbas in dict. cap. verùm, num. 8. verſic. ne Epiſcopus Vaſſallum*, ibique *Hoſtienſ. num. 5. verſ. Epiſcopus, Io: Andr. nu. 9.* & egregiè *Fagnan. num. 4. in fin. de for. compet.*

13 Tum demum, quia non eſt permiſſum Capitulo iudicare in cauſis, in quibus agitur de intereſſe, & præiudicio ipſius Capituli, *Abb. in d. cap. verùm, num. 12. de foro compet. Pannin. de poteſt. Capit. Sed. Vacant. part. 2. quæſt. 9. Dian. part. 8. tract. 4. de poteſt. Capit. Sed. Vacant. reſolut. 10. per tot.* quæ omnia nullatenus adaptari poſſunt in præſenti themate, vtpotè omninò extranea, prout patet ad ſenſum.

14 Parumque releuaret obiectum forſan excitandum à Subcollectoribus Spoliorum, quòd, nempè, ex notiſſimis Conſtitutionibus B. Pij V. 32. & Sixti V. 110. *Bullar. non. tom. 2.* fructus, qui de Iure communi ſpectabant ad ſucceſſorem, applicentur, & concedantur Cameræ Apoſtolicæ pro illius indigentijs ſubleuandis.

15 Siquidem abſolutiſſimum eſt in Iure, quòd ex conceſſione fructuum nullatenus cenſeri debeat conceſſa Iuriſdictio; cum ſint res diuerſæ; non enim eſt in Iure incompatibile, vt Iuriſdictio penes vnum exiſtat; fructus autem, & emolumenta ex eadem Iuriſdictione prouenientia penes alium, iuxta receptam doctrinam *Baldi in cap. 1. § è contrario, num. 4.* ibique *Aluarot. cod. num de Inueſtitura de re alien. fact.* quam, præ cæteris, ſequuntur *Caſtr. conſ. 56. num. 2. lib. 2. de Rubeis* penes *Spad. conſ. 4. num. 7. lib. 1. Hieron. de Mont. de finibus Regund. cap. 11. num. 14. Grattan. cap. 839. num. 21. & ſeq. Menoch. lib. 3. præſum. 97. num. 3. & ſeq. Cabot. lib. 1. quæſt. ca. 18. Roſental. de feud. cap. 5. concluſ. 6. Anna allegat. 104. Amichangel. de Regal. Offic. quæſt. 11. poſt nu. 27. Salon de Pace ad leg. Taur. in proœm. à nu. 59. vſque ad 63. Card. Mantic. de tacit. lib. 4. tit. 11. num. 19. Tondut. lib. 1. quæſt. ciuil. cap. 84. n. .5. Cyriac. contron. 401. num. 50. Card. de Luca de feud. diſc. 62. num. 7. & ſeq. Capyc. deciſ. 27. num. 36. Maſtrill. deciſ. 114. num. 3. Rot. in recent. dec. 83. num. 2. & deciſ. 260. nu. 6. part. 14. & dec. 100. num. 14. & ſeq. p. 9.*

16 Fortiùs, quia Capitulum ex huiuſmodi Iuriſdictionis exercitio nullatenus lucraretur emolumenta ex eadem Iuriſdictione prouenientia; ſed potiùs illa reſeruare deberet Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ, ſiue eius Subcollectoribus, dempto tamen congruo Salario, & expenſis, *Rub. Alex. dict. conſ. 131. per tot. Vulp. in prax. iudic. for. Eccleſ. cap. 44. num. 13. & ſeq.* referens deciſum per Sacram Congregationem Concilij, *Barboſ. de Canonic. & Dignit. dict. cap. 42. nu. 136. de Magiſtr. in prax. tom. 1. lib. 1. cap. 6. num. 75.*

17 Cæterùm ſublata remanet quælibet difficultas, ſi ſubſiſteret in facto ſubſequuta obſeruantia, quòd Camera Apoſtolica euenięre caſu vacationis in exercitio Iuriſdictionis, etiam temporalis, numquàm ſè ingeſſerit; ſed ſolùmmodò ſub Collectores pro recolligendis fructibus, & redditibus deputauerit, ex qua obſeruantia optimè declarantur dictæ Conſtitutiones Apoſtolicæ, ipſarumque ſenſus, & intellectus, *l. ſi de interpretatione, ff. de legib. Bald. conſ. 292. lib. 3. Cranett. conſ. 332. num. 10. Roman. conſ. 49. num. 7. lib. 1. Caſanat. conſ. 35. num. 22. Soccin. conſil. 145. n. 2. lib. 1. Honded. conſ. 92. n. 30. lib. 1. Roſa conſult. 9. num. 39. Addent. ad Ludouiſ. dec. 184. num. 8. Card. Mantic. dec. 59. num. 12. & ſeq. Dunozett. Iun. dec. 966. num. 17. Muta dec. Sicil. 81. num. 24.*

ARGVMENTVM.

Prorogatio Officij facta per Principem, adhuc durante primo termino, non præſefert nouam electionem, ſed dicitur idem officium prorogatum, & extēſum, perindè, ac ſi ab initio ita fuiſſet conceſſum, ideòque, cum non agatur de tollendo Iure quæſito; ſed ſolùm quærendo, citatio partis non requiritur.

Alternatiuæ electioni non infertur præiudicium, quoties Papa præueniendo vacationem, impedit, labi tempus, eamdemque electionem ſemel factam prorogat.

Ad Epiſcopatum promoto, ſi concedatur beneficiorum, & penſionum retentio, nullum dicitur illatum præiudicium Patronis laicis, quia Papa per diſpenſationem preuenit, & impedit vacationem.

SVMMARIVM.

1 *De poteſtate Pontificis ſacrilegnm eſt diſputare.*

2 *Gratia, qnoties emanauit Motn proprio, & ex certa ſcientia, obreptio, & ſnbreptio conſiderari in illa non poſſunt.*

3 *Prorogatio Officij facta per Principem, adhuc durante primo termino, non præſefert nouam electionem; ſed dicitur idem officium prorogatũ, & extenſum, perindè, ac ſi ab initio ita fuiſſet conceſſnm.*

4 *Alternatiuæ electioni non infertur præindicinm, qnoties Papa præneniendo vacationem impedit labi tempns, eamdemqne electionem ſemel factam prorogat.*

5 *Idemqne aſſerendnm in alternatiua ſuper electione Sindici ex pluribus Sedilibus in ingreſſu Proregis.*

6 *Tertius, qnando non acquirit Ius, niſi finito tempore, & actu, prorogatio operatur, vt dicatnr idem tempns, idemque actus, non obſtante prætenſione tertij.*

7 *Princeps, qnando prorogat officinm, adhuc durans, non agitnr de Iure quæſito tollendo; ſed tãtùm quærendo; ideòqne non eſt habendum in conſideratione.*

8 *Per prorogationem, vel nihil dicitur immutatum.*

9 *Vel ſuſpenditur, aut differtur per aliquod tempus Iuris conſiderabilis acquiſitio.*

10 *Prorogatio facta, durante adhnc primo tempore, cnm fiat ante Ius quæſitnm, citationem partis non requirit.*

11 *Ad Epiſcopatum promoto, ſi concedatur beneficiornm, & penſionum retentio, nullnm dicitur illatum preiudicium Patronis laicis, quia Papa per diſpenſationem prænenit, & impedit vacationem.*

12 *Ad Epiſcopatum promotus, ſi obtineat prorogationem ad conſecrationem faciẽdam, non amittit ſna beneficia ante tempns prorogatum.*

13 *Præcipuè, quando prorogatio fuit Motu proprio conceſſa.*

14 *Derogatio ampliſſimis verbis concepta tollit qnæcnmqne impedimenta, qnæ gratiæ poſſunt obſtare.*

15 *Per clauſulam*, non obſtantibus quibuſcumque facultatibus & indultis, *ſuſpenditnr effectns alternatiuæ conceſſæ Epiſcopo.*

16 *Clauſula*, quorum tenores, & pro expreſſis, *fuit inuenta, vt aperiretur via, qua Papa poſſit, etiam derogare gratijs præcedentibns non cognitis.*

17 *Ex clauſnlis prædictis, iuncto* Motu proprio, & ex certa ſcientia, *manifeſtnm redditur, Papam voluiſſe tertio præiudicare.*

CAPVT LXXXIX.

1 BREVE Sanctiſſimi ſubſtinetur, de poteſtate enim ſacrilegum eſt diſputare, *l. ſacrilegij, C. de diuerſ. reſcript. l. diſputare, Cod. de crimin. ſacrileg. Bald. conſ. 359. lib. 1. Cephal. conſ. 87. num. 3. lib. 1. Burſatt. conſ. 452. num. 11. & conſ. 334. num. 1. Io. Franc. de Pont. conſ. 70. num. 35. lib. 1. & conſ. 15. lib. 2. Cyriac. contron. 176. n. 27. Galeot reſp. fiſcal. 23. in princip.* Cardin. *de Luca de Regal. diſc. 148. num. 8.* Cumque Gratia emanauerit: *Motu proprio, & ex certa ſcien-*
2 *tia*, ſubreptio, & obreptio conſiderari in illa non poſſunt, *cap. ſi motu proprio, de præben. in 6. Becc. conſ. 56. num. 48. Monet. de commutat. vltimar. volnntat. cap. 6. num. 557. Sanchez de matrim. lib. 8. diſput. 21. num. 47. Noguerol. allegat. 32. num. 211.*

Defectus autem intentionis in Summo Põtifice ex prætenſo præiudicio Alternatiuę electionis pariter ceſſat; quia, etiam admiſſo decreto prædictæ Alternatiuæ edito in Comitijs Generalibus, & à Papa confirmato, quòd, nempè, Commiſſarius Generalis citra Montes eligatur alternatiuè vna vice ex Reformatis, altera verò ex Obſeruantibus, dictum tamen Decretum intelligi debet ſequuta vacatione in caſu, quo fuiſſet factus locus nouæ electioni; In propoſitò autem Pontifex non conceſſit gratiam poſt finitum triennium, atque adeò poſt Ius quæſitum Obſeruantibus pro noua electione; ſed durante adhuc triennio primę electionis factę de Reuerendiſſimo Patre Bonauentura Caballo in pręſentia meritiſſimo Epiſcopo Caſertano, maximoque Eleemoſynario, eidem officium Commiſſariatus Generalis vſque ad proximè futurum Capitulum Generale extendit, & prorogauit per verba ſimplicis prorogationis, prout in breui, ibi: *Extendimus, & prorogamus*; Quæ
3 prorogatio facta, durante adhuc primo termino, non dicitur noua electio, ſeu nouum officium; ſed idem officium prorogatum, & extẽſũ, perindè, ac ſi ab initio ita fuiſſet cõceſſum, prout eſt optimus *text. in l. ſed & ſi manente 5. ff. de præcario, leg. cum dies, ff. de Arbitr. l. Valerianus 10. ff. de Prætor. ſtipulat. l. fiſcus 6. in fin. ff. de Iure fiſc. l. eiſdem, Cod. de aduc. diuerſ. Iudic. Bart. in l. dies caution. nu. 3. verſ. quæro de qnæſtione*, ibiq; *Bald. & Alex.* & præ cæteris, *Caſtr. n. 2. verſ. & aduertendũ, Romanus num. 3. ff. de damn. infect. Bald. in l. eum qui, §. 1. num. 2. ff. de Iuriſdict. omn. Iudic. & in l. meminiſſe, ff. de offic. Proconſul. Caſtrenſ. conſ. 229. colum. fin. verſ. tertiò probatur, lib. 1. Alex. conſ. 151. num. 2. lib. 6. & in cap. de cauſa, num. 46. de offic. delegat* ibique *Felin. Dec. conſ. 497. num. 2 Gabr. conſ. 144. num. 39. lib. 2 Mandell. conſ. 262. num. 9. Decian. conſ. 72. nu. 15 lib. 2. Bero. conſ. 156. num. 1. lib. 3. Natt. cõſ. 57. n. 3. lib. 1. Surd conſ. 302. n. 8. & 9. Rouit. d. conſ. 104. n. 12. lib. 2. Spad. conſ. 72. n. 5. lib. 3. Altograd. cõſ. 68. n. 29. lib. 2. Valenz. conſ. 160 Mandoſ. in Regnl de Annal. qnæſt. 76. n. 10. & ſeq. Noguerol. allegat. 21. num. 14. & ſeq. Tiraqu. de retract. conuent. §. 1. gloſ 7. num. 26. Gabr. de dilat. concluſ. 2 num. 21. Card. Tuſch. tom. 6. lit. P. concluſ. 921. num. 14. 18. 19. & ſeq.*

ſeq.Gratian.cap.791.num.9.Salgad.in Labyr.
credit.par.2.cap.27. num.62. Larrea allegat.
22.num.30.& ſeqq. allegat.50. num.108. &
*ſeqq.*Io.*Frãc.de Pont.de poteſt.proreg.tit.10.*
de diuerſ.proniſ.de poteſt. ſubſtit.in offic. nn.6.
& ſeq.Manr. Iun.*in allegat.10. num.5. & 9.*
Maſtrill.*de* Magiſtrat.*lib.1. cap.28. nu.66. &*
ſeq.& lib.6.cap.5. nn.40.& ſeq. Staiban.Inn.
*reſolut.59.num.40.lib.1.*Franc.*Marc.dec.647*
num.4. tom.2. Boer.dec.284. num.12. Caſtill.
dec.Sicil.1.num.1.Renerter. deciſ.235.num.3.
*de Xart.deciſ.Sardin.66.num.21.*Maſtrill.*dec.*
*35.num.2.part.1.*Rot.*in noniſ.dec.21.num.8.*
de præben.in rec.dec.505.num.1.in fin.par.3.
& dec.357.num.2.par.12. Pen.dec.994. n.4.
Priol.dec.83.nu.25.& ſeq.

4 Propterea non cenſetur per dictam pro-
rogationem præiudicatum, & controuen-
tum Alternatiuæ; cum enim, ex ſupra firma-
tis, Alternatiua, & Ius Obſeruantium intret
ſolùm finito triennio, per prorogationem
Officij, Papa præueniendo Vacationem, im-
pediuit labi tempus triennij, nec non offi-
cium vacare, & finiri, ideòque nullam pror-
ſus læſionem, nullumque intulit præiudi-
cium Obſeruantibus, & Alternatiuæ, prout
in præciſis terminis reſpondit omninò vi-
dendus, *Epiſ.Barboſ.vot.47.num.91.& ſeqq.*
vbi de Alternatiua Prouincialatus à Sede
Apoſtolica confirmata, *lib.* 2. idemque fir-
mauit in ſuo caſu *Marcell. de Manr. allegat.*
10.*num.9.* vbi de Alternatiua ſuper electio-
5 ne Sindici ex pluribus Sedilibus Neapolita-
nis in ingreſſu ProRegis, optimè aduertens
6 quòd, quando tertius non acquirit Ius, niſi
finito tempore, & actu, prorogatio opera-
tur, vt dicatur idem tempus, idemque actus,
ſeu officium, non obſtante tertij præten-
ſione.

7 Quando enim Princeps prorogat officiũ
adhuc durans, non agitur de Iure quæſito
tollendo; ſed tantùm quærendo, quod non
eſt habendum in conſideratione, cum per
8 prorogationem, vel nihil dicatur immuta-
ri dicta *l.ſed,& ſi manente,ff.de præcar.Bald.*
in l.ſi conſtante, Cod.de Donat. ante nupt. gloſ.
in Clement. ne Romani, vbi *Ancharan. de*
elect.Innoc.in cap.1.& cap.requiſiti de appel-
lat.Card.Iacobat.de Concil.lib.10 art.6.n.29.
*inter tract.*Magn.*tom.13.part.1.fol.356.*cum
facilior ſit prorogatio, quàm noua conceſ-
Card. Tuſchus ad plura inferens verbo *pro-*
rogatio concluſ.920. per totum, Mandos. *ad*
regul.de Annal.quæſt.76.numer.7. Peregrin.
conſ.45. num.23.lib.6. Bero. conſ.556. nu.1.
lib.3. Galeot.*contron.45.num.18.lib.2.Boer.*
deciſ.283.nn.11.& 294.num.2.8. & 9.

9 Vel ſuſpenditur, aut differtur per aliquod
tempus Iuris conſiderabilis acquiſitio, *Al-*
tograd.conſ.68.num.23.propè fin.lib.2.Manr.
dicta allegat.10.num.9.Caſtill.d.dec.1.num.5.
benè Rot.*d.deciſ.21. n. 5.* & 8. iuncto prin-
cipio *de præbend.in noniſ.*

10 Ideòque ex hac eadem ratione proroga-
tio facta, durante adhuc primo tempore,
cum fiat ante Ius quæſitum citationem
partis non requirit, *Bald. in l. de cauſis in*
princip.verſ.ſed quæro,ff.de offic.delegat. Ra-
land.de Innent.*queſt.81.num.6.verſ.quia nunc*
valet, & in ſpecie *Altograd.d.conſ.68.n.23.*
lib.2.Caſtill.d.dec.1. nu.3. & ſeq. Priol.dicta
dec.83.num.30.

11 Prædicta verò omnia optimè remanent
comprobata à ſimilibus; ſi enim promoto
ad Epiſcopatum concedatur Beneficiorum,
penſionũq; retentio, nullum dicitur illatum
præiudicium Patronis laicis, quamuis be-
neficia ſint de Iure Patronatus laicalis, &
etiam Regalis, quia Papa per diſpenſatio-
nem præuenit, impeditque vacationem, &
conſequenter Ius quæri ipſis Patronis, *Co-*
uarr. practic.quæſt.cap.36. num.12. Valenz.
conſ.51.num.27.& ſeqq. præcipuè, num. 58.
Epiſc.Barboſ.d.vot.47. numer.49. lib.2.Spad.
conſ.69.num.1.& ſeqq. per totum, & conſil.
72. & ferè pariter per totum *lib.3. Rot.dict.*
deciſ.21.de præbend.in noniſ.& dec.787.nu.
3.part.4.diuerſ.

12 Prout etiam promotus ad Epiſcopatum,
ſi obtineat prorogationem ad conſecratio-
nem faciendam, non amittit ſua Beneficia
ante tempus prorogatum, *Dec.poſt.Io.Andr.*
in cap.cum in cunctis,§.cum verò, numer.12.
& ſeq. ibique *Abbas numer. 7. de elect. in 6*
Manr.d.allegat.10.num.9.Staphil.de Gratia,
& expectat.in Rubric.de var.mod.vacat.num.
48.& duob.ſeqq.inter tractatus magnos,to.15
fol.278.Rot.dec. vnic.de tẽpor.ordinat.in an-
13 *tiq.* vbi ſignanter, quando prorogatio fuit
conceſſa Motu proprio ipſius Papæ.

14 Cæterùm ſublata remanet quælibet diffi-
cultas ex derogatione ampliſſima in Breui
Pontificio appoſita omnibus, & quibuſcum-
que in contrarium facientibus, & in ſpecie,
etiam conſtitutionibus Religionis à Sede
Apoſtolica confirmatis, & indultis, ſeu
priuilegijs Ordini; & ſuperioribus, & per-
ſonis tàm in genere, quàm in ſpecie conceſ-
ſis, per quam derogationem cenſetur dero-
gatum omnibus his, quæ Gratiæ prædictæ
quouis modo obſtare poſſent, ex adductis
per Mar.*Ant.var.reſolut.lib.1.reſolut.46.nu.*
7.& 11.Gonzal.ad regul.8 gloſ.9.§.2. nu.56.
*& ſeqq.*Tambur.*de Iur.Abbat.tom.1. diſput.*
18.queſt.6.num.36.Card.Ottobon.deciſ.22.nu.
10.& 13.Rot.in rec.deciſ.506.num.5.part.1.
15 & in proximis terminis, quòd per clauſu-
lam *non obſtantibus priuilegijs facultatibus,*
& indultis, ſuſpendatur effectus Alternatiuæ
conceſſæ Epiſcopo, *Rot.coram Mohedan.dec.*
1.de conceſſ.præbend.

16 Iuncta maximè clauſula, *quorum tenores,*

Iiii 2 *& pro*

Digitized by Google

& pro expreſſis, quæ ideò eſt inuenta, vt aperiatur via, qua Papa poſſet etiam derogare gratijs præcedentibus, de quibus notitiam non habet, & vt ignota etiam comprehendantur, abſque eò, quòd de illis fieret ſpecifica mentio, *Butr. conſ. 2. aliàs 49. nu. 5. & ſeq. Gemin. conſ. 65. num. 28. Dec. conſ. 381. num. 1. Crauett. conſ. 126. num. 7. Burſat. conſ. 392. num. 17. & ſeq. Becc. conſ. 56. num. 50. & ſeq.* Gonzal. *ſuper regul.* 8. *gloſ. 36. numer. 30. Tamburin. de* Iur. *Abbat. tom. 1. diſput. 16. qu. 8 num. 3. et diſput. 18. qu. 6. num. 41. et ſeq.* Mo-*hedan. dec. 1. de reſcript. Caſſador. deciſ. 10. et 38. ſup.* Regul. *Card. Ottobon. d. dec. 22. nu. 14.* Rot. *in rec. d. dec. 506. ſub num. 5. verſ. præſertim, part. 1. et dec. 407. nu. 7. et 8. par. 3.* Qui-
17 bus etiam clauſulis, & alia *Motu proprio, et ex certa ſcientia*, manifeſtum fit, Papam voluiſſe tertio præiudicare, ut aduertit *Becc. d. conſ. 56. ſub n 48. verſ. et quod per has clauſulas, et ſub nu. 49.*

ARGVMENTVM.

Prouiſio, ſiue conceſſio facta de officio vacaturo, an, & quando ſubſiſtat; Affertur diſtinctio, pro qua comprobanda expenduntur Iura in *l. fin. Cod. de pactis, & in l. 3. §. de illo, ff pro ſocio*; Eorumdemque traditur intellectus.

SVMMARIVM.

1 *Iure communi non reperitur cautum, quòd officia vacatura concedi non poſſint; ſed id tantùmmodò deducitur ex ſimilibus, de quibus infra.*
2 *Gratia expectatiuæ Beneficij vacaturi à Iure Canonico improbatur.*
3 *Pactum futuræ ſucceſſionis damnatur à Iure ciuili, idque, non ob aliam rationem; niſi quia induceretur votum captandæ mortis, & ob eamdem rationem à Iure Canonico improbantur Gratiæ expectatiuæ ſuper beneficio vacaturo.*
4 *Per Principem non poſſunt concedi Gratiæ expectatiuæ ſuper officijs vacaturis.*
5 *Affertur diſtinctio, vt conceſſio officij vacaturi per obitum certæ, determinatæque perſonæ improbetur ob votum captandæ mortis,*
6 *Secus verò, ſi conceſſio fuerit generalis ſuper officio vacaturo incerti hominis ob ceſſantem rationem voti captandæ mortis.*
7 Socc. in. Sen. conſ. 53. lib. 3. *in quo caſu loquatur.*
8 *Expenditur ſingularis* text. in l. 3. §. de illo, ff. pro ſocio, *in quo cauetur, vt valeat pactum ad fauorem ſocietatis ponendi in ea hæreditatem obuenturam.*
9 *Diſpoſitio* leg. fin. Cod. de pact. *improbans pacta ſuper futura ſucceſſione ſibi locum non vindicat, quando perſona, ob cuius mortem fit pactum, eſt incerta iuxta ſententiam* Bartoli.
10 *Renunciatio generalis quarumcumque hæreditatum, non ob aliam cauſam ſubſiſtetur; niſi quia ceſſat votum captandæ mortis certæ perſonæ, &* num. 13.
11 Text. in leg. 3. §. de illo, ff. pro ſocio *oſtenditur, non fuiſſe derogatum per* l. fin. Cod. de pact. *eiuſdemque intellectus traditur.*
12 Text. in d. l. fin. Cod. de pact. *loquitur de hæreditate certi hominis; non autem incerti.*
13 *Renunciatio in genere quarumcumque hæreditatum, ob quam cauſam ſubſiſtat, &* n. 10.
14 *Intentiùs conſideratur votum captandæ mortis in perſona certa, quàm incerta.*
15 *Nemo poteſt inſidiari vitæ illius, qui eſt incognitus.*
16 *Valet pactum de perſona incerta, licèt incertitudo illa eſſet inter perſonas certas, vt puta ſi aliquis ex cognatis meis relinquat mihi hæreditatem, illam tibi promitto.*
17 *Concilium, ſiue Congregatio particularium perſonarum alicuius Vniuerſitatis non poteſt aliquid decernere; niſi doceatur, vel de ſpeciali facultate, vel de approbatione Concilij Generalis.*
18 *Electio alicuius canonicè facta in Officialem Vniuerſitatis in Concilio Generali non poteſt ex interuallo ab eodem Concilio reuocari in præiudicium Iuris eidem electo irreuocabiliter quæſiti.*

CAPVT XC.

ELECTIO Ioſephi in Confalonerium omninò ſubſiſtit, nullatenus attento vnico obiecto, quòd tàm inſpecta Iuris communis diſpoſitione, quàm etiam particularibus Statutis, & Decretis Vniuerſitatis Apiri Prouiſio facta de officio vacaturo ſit nulla.

1 Quò enim ad Ius commune, cum nullibi reperiatur in eo cautum, quód officia vacatura concedi non poſſint, prout deſumentes argumentum à feudo, quod poteſt concedi quando ad Dominum reuertitur ex *cap. morbus ſi de feud. fuer. controuerſ.* firmãt in ſpecie Bolognett. *in l. fin. num. 35. C. de pactis*, ibique *Alciat. num. 46.* Barboſ. *in cap. ad nullam de conceſſ. præbend. num. 5. Bouadill. Polit. lib. 1. cap. 2. n. 18. Giurb. de feud.* § 1. *gl. 15. n. 5. verſ. inde eſt*, & poſt plures allegatos aduertit Melchior *Pheb. deciſion. Luſitan. 2. num 9.*

2 Solùm que contraria Doctorum proximè laudandorum concluſio innitatur ſimilibus deſumptis ex diſpoſitione *cap. 1. de conceſſ. præbend.* ibi: *Qui viuorum Sacerdotum loco ponuntur*, inquit Pontifex, *ſunt ab Eccleſiaſtica communione pellendi, & in cap. in primis 2. quæſt. 1. cap. non ſatem, & cap. cum qui 7. quæſt. 1.* idemque latiùs probatur ex Concilio Lateranen. celebrato tempore Alexandri III. relato in *cap. 2. de conceſſ. præbend.* ibi: *Nulla Eccleſiaſtica Miniſteria, ſeu etiam Beneficia, vel Eccleſiæ tribuantur alicui, ſeu promittantur antequàm vacent, ne deſiderare quis* mor-

Digitized by Google

mortem proximi videatur, in cuius locum, & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum: Cum enim in ipſis etiam legibus Gentilium inueniatur inhibitum, turpe eſt, & Diuini plenum animaduerſione Iudicij, ſi locum in Eccleſia Dei futuræ ſucceſſionis expectatio habeat, quam ipſi etiam Gentiles condemnare
3 curarunt. Idemque reperitur ſancitum in leg. final. Cod. de pactis, vbi à Iuſtiniano improbantur pacta futuræ ſucceſſionis; idque non ob aliam rationem in vtroque Textu Canonico, & Ciuili expreſſam, niſi quia votum captandæ mortis induceretur, prout in dicto cap. 2. de conceſſ. præbend. ibi: Ne deſiderare quis mortem proximi videatur, in cuius locum, & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum; & in dicta leg. final. Cod. de pact. ibi: Sed Nobis omnes huiuſmodi pactiones odioſæ videntur, & plenæ triſtiſſimi, & perieuloſiſſimi euentus; ibique Gloſ. in verbo euentus, declarat, propter inſidias, quæ parantur vitæ illius, ſuper cuius bonis paciſcuntur.

4 Quibus potiſſimum fundamentis moti ſunt Doctores ad firmandum per Regem, aut Principem minimè poſſe concedi huiuſmodi officiorum expectatiuas, prout, præ cæteris, aduertunt Cagnol. in dict. leg. final. numer. 58. Cod. de pactis, Iſern. in cap. 1. qui ſucceſſ. teneant. Roſental. de feud. cap. 4. concluſ. 9. numer. 3. Soccin. Sen. conſil. 53. numer. 4. lib. 3. Salern. conſil. 10. §. 1. numer. 3. vbi probat, vtroque Iure, tàm Canonico, quàm Ciuili reprobari ſimiles conceſſiones, Rebuff. in Conſtit. Regn. franc. vt benefic. ante vacat. gloſ. 2. Petr. Gregor. de conceſſ. feud. quæſt. 3. numer. 9. & ſeq. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 25. numer. 10. Græue ad Gaill. obſeru. 155. lib. 2. conſiderat. 1. numer. 6. Capyc. Latr. conſult. 145. numer. 31. Bottilier. de ſucceſſ. Theorem. 44. cap. 2. num. 6. Roſa conſult. 64. numer. 4. per tot. Rocc. de offic. Rubric. 1. numer. 1. Cardinal. de Luca de Regal. diſcurſ. 3. Afflict. dec. 192. numer. 4. Fontanell. dec. 212. per tot. & dec. 213. num. 11. Franc. Marc. dec. 1364. n. 4.

5 His igitur firmatis, pro tollendis æquiuocis in hac materia, duos caſus diſtinguere oportet: Aut enim agitur de conceſſione, ſiue prouiſione officij vacaturi per obitum certæ, determinatæque perſonæ, & tunc, quia inducitur votum captandæ mortis illius, ob cuius prædeceſſum officij vacatio contingere debet, atque adeò militat eadem ratio, ob quam à Iure gratiæ expectatiuæ in beneficijs, & pacta futuræ ſucceſſionis improbantur; Meritò non ſubſiſtit concesſio, & in his terminis expreſsè loquuntur Auctoritates proximè allegatæ ſignanter Soccin. Sen. dict. conſ. 53 lib. 3. à quo mutuarunt Roſa dict. conſultat. 64. per tot. Cardinal. de Luca de Regal. diſcurſ. 3. eruditiſſimus Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 20. num. 69. verſ. non tamen.

6 Si verò conceſſio fuerit generalis ſuper officio vacaturo incerti hominis, in quo themate præſens verſatur diſputatio, dum fuit conceſſus primus locus vacaturus ob mortem ex pluribus Confalonerijs, & in hoc caſu, cum ceſſet præcipua ratio voti captandæ mortis certæ perſonæ, prouiſio omninò ſubſiſtere debet, ut in ſpecie firmant Cagnol. in dict. leg. final. numer. 58. & 130. Cod. de pact. ibique Bolognett. numer. 35. Greue ad Gaill. dict. obſeru. 155. numer. 6. lib. 2. Roſent. de feud. cap. 4. concluſ. 9. numer. 4. Solorzan. de Iur. Indiar. tom. 2. lib. 2. cap. 6. num. 29. Gregor. Lopez. leg. 13. tit. 5. part. 5. gloſ. vltim. Maſtrill. de Magiſtrat. lib. 1. cap. 25. qui ponit exemplum in conceſſione primi officij vacaturi in Senatu, vlteriùs aduertens poſt Dec. in dict. leg. fin. numer. 3. Cod. de pact. quòd
7 dictum conſil. Soccin. Sen. 53. lib. 3. procedat in conceſſione officij vacaturi poſt mortem certæ perſonæ, in quo caſu militat votum mortis captandæ, Capyc. Latr. conſult. 145. num. 146. & 148. Rocc. de offic. Rubric. 1. numer. 7. Torre de pact. futur. ſucceſſ. lib. 1. cap. 20. numer. 69. Melchior Pheb. dicta dec. Luſitan. 2. num. 16. Fontanell. dict. dec. 213. nu. 10. & ſeqq. Valaſc. dec. Luſit. 72. part. 1.

8 Idque optimè comprobat ſingularis text. in l. 3. §. de illo, ibiq; gl. verb. iuxta, ff. pro ſocio, in quò reperitur ſancitum, quòd valeat pactum ad fauorem Societatis ponendi in ea hæreditatem obuenturam, quaſi tunc dicatur agi de hæreditate incerti hominis, ibique etiam aduertit, Ant. Fab. in Rational. ad dictum text. in fin. ex quo, Text. rectè per
9 DD. deducitur, quòd prohibitio, dict. leg. fin. Cod. de pact. ſibi locum non vindicet; quando perſona, ob cuius mortem fit pactum, eſt incerta, iuxta receptam theoricam Bart. in dict. leg. fin. num. 10. & 17. in prima lectura, Cod. de pact. ibique Bald. num. 22. Dec. num. 17. poſt med. Din. num. 2. Petr. de Bellapert, & Odofred. num. 4. Alberic. num. 7. Salicet. num. 9. & 10. Alciat. num. 42. Cagnol. numer. 52. Iaſ. num. 8. Roman. num. 12. Curt. Iun. num. 63. Bolognett. num. 42. & 82. Barboſ. numer. 7. Formoſin. ad cap. 18. de Iu. Iurand. qu. 10. num. 9. Craſs. in §. ſucceſſio ab inteſtato, quæſt. 9. n. 16. Hunn. de pact. cap. 5. quæſt. 3. verſ. cæterùm, Hartm. Piſtor. lib. 4. qu. 1. num. 22. Merlin. de Pignor. & hypoth. lib. 2. tit. 1. quæſt. 40. num. 24. Add. ad Molin. de Hiſpan. Primog. lib. 2. cap. 3. num. 2. verſ. limitatur primò, Minad. conſ. 25. numer. 8. Gomez ad leg. 22. Taur. num. 31. verſ. limita; Gratian. cap. 692. num. 47. & duob. ſeqq. Sanch. ad præcept. Decalog. lib. 7. cap. 2. num. 31. & reſponſ. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 34. num. 63. Græ-

ne.

Digitized by Google

ne. ad Gaill.concl.127.lib.2. Paſchal.de patr.
poteſt.part.3. cap.7. num.19.Carpzou. defin.
17.part.2. conſt.35. Capon.de pact. quæſt.47.
num.2. et quæſt.49. num.2. et ſeqq.Donad.de
renun.cap.2. num.67. latè Torre de pact.fu-
tur.ſucceſs.lib.1. cap.26.num.1. Cutell.de do-
nat.contemp.matrimon. tom.1. tract.1. diſc.2.
particul.6. num.93. et ad fin. eiuſdem tom.
num. 124. Capyc.decis.159. num.10. Chri-
ſtin.decis.277. num.6. lib.1. Milan. decis.18.
lib.1. Epiſcopus Thomat. decis. 124. optimè
Buratt. decis.366. num.2. vbi, quòd ob hanc
eamdem rationem renunciatio generalis,
10 quarumcumque hæreditatum ſubſtineatur,
neque intret diſpoſitio dict. leg. fin. Cod. de
pact. & in his terminis ex prædicto textu
in dict. leg.3. §.de illo, ff.pro Socio aduertunt
Torre de pact.futur. ſucceſſ. libr. 1. cap. 20.
num.69.verſ.eſſet enim in fin. Melchior.Pheb.
dicta decis.2. in fin. Fontanell. dict.decis.213.
num.12.
11 Nullatenus verò ſubſiſtit obiectum, quòd
Text. in dict. leg.3. §.de illo, ff.pro Socio fue-
rit derogatus per leg.fin.Cod.de pact.Id enim
eſſe diuinatorium, & apertè falſum rectè
firmant, Hunn.de pact. cap.5. quæſt.3.Capon.
eod. tract. quæſt. 49. num.4. verſ.ſed contra-
ria, Torre de pact futur.ſucceſs.lib.1.cap.26.
num. 22. et duobus ſeqq. In dicta enim l. fin.
12 fit ſermo de certi hominis hæreditate, id-
que ſatis liquidò deprehenditur, tum ex ra-
tione, ibi: ſed nobis omnes huiuſmodi pactio-
nes odioſæ videntur, et plenæ triſtiſſimi, et
periculoſiſſimi euentus, quæ minimè adapta-
ri poteſt ad caſum incerti hominis.
Tum etiam, ponderatis illis verbis, ibi: ſi
ille mortuus fuerit, & inferiùs, quare enim
quodam viuente, et ignorante de rebus eius,
quidam paciſcentes conueniunt.
Tum demum, quia ſi Imperator valida
decernit, ibi: pacta, accedente conſenſu illius,
de cuius hæreditate agitur; vtique non po-
teſt verificari iſte conſenſus in perſona in-
certa; erit autem ſemper incerta, ſi igno-
ratur, quis is ſit, qui conſenſum interpo-
nere debeat, prout optimè arguit Torre de
pact.futur.ſucceſs.lib.1.cap.26. num.22. et
duobus ſeqq. vbi, quòd prædictus Text. in
leg. 3. §. de illo, ff. pro Socio, loquatur de
hæreditate obuentura, non verò de iam ob-
uenta, dum idem Text. vtitur dictione ob-
uenerit, denotante tempus futurum.
Neque obijciatur, quòd ratio voti cap-
tandæ mortis adhuc procedat, licet fuerit
facta conceſſio Officij vacaturi per obitum
incerti hominis inter plures.
Cum enim ex morte plurium officij vaca-
tio contingere valeat, non videtur veriſi-
mile, captari mortem alicuius perſonæ
particularis; ideòque ceſſat ratio, & præ-
ſumptio dictæ leg. fin., vt in proximis ter-
minis pro ſubſtinenda renunciatione gene-
rali quarumcumque hæreditatum, in ſpecie
13 hanc rationem expendunt Salicet. in dicta
leg.fin.num.10. verſ.et eſt ratio, Fulgoſ. et Ia-
cobin. num.40. Curt. Iun. numer.26. Cagnol.
num.55. verſ.quemadmodùm ſcribit hic Sali-
cet. Gratian. dicto cap. 692. num. 47. Buratt.
d.decis.366.num.2. verſ.ratio eſt, quia cum
ex morte plurium.
14 Præcipuè, quia, vt rectè admonet Bologn.
in dict. leg. fin. num. 42. Cod. de pact. inten-
tiùs conſideratur votum captandæ mortis
in perſona certa, quàm incerta, eamdem-
que rationem ſequitur ibidem Cagnol. num.
52. et 55. & latiùs Artm. Piſtor. dict. lib.4.
quæſt.1. numer. 22. circa med. Torre de pact.
futur. ſucceſs. lib.1. dict.cap.26. num.2.
15 Nemo enim poteſt inſidiari vitæ illius,
qui eſt omninò incognitus, Hunn. de pact.
cap.5. quæſt.3. verſ.cæterùm, Modeſt. Piſtor.
conſ.8. quæſt.2. num.18. & latiùs, Capon.de
pactis, cap.49. num. 3. Torre de pact. futur.
ſucceſs.lib.1.cap.26. num.4. et ſequent. Ideò-
16 que valet pactum de perſona incerta, licèt
incertitudo illa eſſet inter perſonas certas,
vt ſi aliquis ex cognatis meis relinquat mi-
hi hæreditatem, illam tibi promitto, Bolo-
gnett.in dict. leg. fin. numer.82. Cod. de pact.
Sanchez. ad praecept. Decalog. lib. 7. capit. 2.
num.36. propè fin.nu.82. Capon.de pact.dict.
cap.49. num. 5. Torre de pact. futur. ſucceſs.
d.cap.26. nu.6.
17 Quò verò ad decretum factum à particu-
lari Concilio Terræ Apiri, in quo cauetur,
ut aſſignari non poſſit locus uacaturus, il-
lud nullo Iure uidetur poſſe obſtare, ne-
que de eò eſt habenda aliqua ratio, potiſ-
ſimùm aduertendo, quòd prædictum decre-
tum detegatur omninò nullum ex defectu
poteſtatis, cum prædicta particularis Con-
gregatio conflata ex duodecim tantùm
Conſiliarijs non habuerit facultatem gratis
in eodem Decreto ſuppoſitam faciendi di-
ctum decretum, eſſetque ex aduerſo docen-
dum, uel de prædicta ſpeciali facultate, uel
ſaltem de ſubſequuta approbatione Gene-
ralis Concilij, quæ omnia non ſolùm non
exhibentur, ſed potiùs conſtat de contra-
ria obſeruantia, dum ab eodem Generali
Concilio anni 1654. fuerunt conceſſi duo
loci uacaturi, cum ſubſequuta effectuatio-
ne, quæ referri debet ad prædictam con-
ceſſionem, quouſque ex aduerſo per li-
quidas probationes doceatur de contrario,
Crauett.conſ 91.n.9 et conſ.106. nu.10. Surd.
conſ.460. nu.22.et conſ.202. nu.17.
18 Neque meretur attendi contrarium Scru-
tinium factum in Concilio Generali; Nullo
enim Iure fuit permiſſum Concilio Genera-
li irritare praecedentem electionem noſtri
Principalis canonicè factam in Confalo-
nerium,

Digitized by Google

nerium, eueniente caſu primæ uacationis in præiudicium Iuris irreuocabiliter iam quæſiti, etiam cum ſubſequuta poſſeſſione adepta, ut ſunt Iura notiſſima in *cap. cum inter Canonicos de electione*, & meliùs in *cap. publicato* 58. cum ibi notatis per *gloſ.* & ſcribentes *eodem tit gloſ. in cap. quia propter verb. publicent, eodem tit. Bart. in l. abſenti col. 1. verſ. et pro declaratione, ff. de donat.* ibique *Caſtr. col. 1. verſ. et hoc,* Imol. *ibid. col. 1. verſ. ad de dictis, Cuman. verſ. Bart. inducit, Abb. cõſ. 47. Thor. in verbo electi, part. 1. Lotter. de re benefic. lib. 3. quæſt. 17. num 57. Molin. de Primogen. lib. 2. cap. 4. num. 37. Caſtill. lib. 2. controu. c. 26. n. 46. Epiſc. Riec. in prax. reſol. 370. num. 6. Barboſ. de* Iur. *Eccl. lib. 1. cap. 19. n. 217* Card. *de Luca de* Regular. *diſc. 11. nu. 2. Franc.* Marc. *dec. 1344. nu. 6.* Rot. *in rec. dec. 14. num. 49. part. 9. Franc. dec. 539 num. 1.*

ARGVMENTVM.

Suppreſſio, ſeu translatio officij venditi; quoties euenit ex mandato Principis, an Venditor teneatur releuare indemnem emptorem, pretiumque ſolutum reſtituere, & in quo caſu competat actio contra Principem pro conſequutione pretij ſoluti, vel contra venditorem, ſi eidem pretium Princeps perſoluit: Ad ornatum nobilis *Pauli* reſponſi in *l. Lucius Titius* 11. *ff. de euiction.*

Venditor, qui noluit teneri de euictione, niſi pro dato, & facto ſuo tantùm, an, re euicta, ſaltem teneatur ad reſtitutionem pretij: Et an venditor poſſit conuenire emptorem pro pretio adhuc non ſoluto.

Emptor ſcienter emens rem ſuaptè natura euictioni obnoxiam ex cauſa præexiſtente, an poſſit agere de euictione, vel ſaltem ad pretij reſtitutionem; Quidue aſſerendum, ſi euictio legatur promiſſa in forma Iuris. Ad intellectum *l. ſi fundum ſciens. Cod. de euiction.* Quidue pronunciandum, ſi res viliori pretio fuerit vendita, promiſſa euictione per emptorem de dato, & facto ſuo tantùm.

SVMMARIVM

1 *Venditor, qui noluit teneri de euictione, niſi* pro dato, & facto ſuo tantum, *re euicta, tenetur ad reſtitutionem pretij.*

Multòque magis agere non poteſt contra emptorem pro pretio adhuc non ſoluto.

2 *Venditor non tenetur ex Iuris diſpoſitione emptorem releuare, quando, ſcilicet, de facto res aufertur.*

3 *Adeò ut, neque emptor habeat actionem pro reſtitutione pretij.*

4 *Idque, licet venditor promiſerit defendere emptorem.*

5 *Caſus fortuitus poſt perfectam venditionem pertinet ad emptorem.*

6 *Suppreſſio, ſeu translatio officij, quoties euenit ex mero facto Principis ita iubentis, venditor non tenetur releuare emptorem.*

Imò poteſt agere ad pretium, ſi illud adhuc non fuerit ſolutum.

Licet venditor pro pretio conſequendo poſſit habere actionem contra Principem.

7 *Euictio, quoties contingit ex cauſa præcedenti, tunc factum Principis poſt venditionem peractã ſuperueniens nullatenus excuſat ab euictione.*

8 *Factum Principis de abſoluta poteſtate procedentis reputatur caſus omninò fortuitus, cuius imperio reſiſti non poteſt.*

9 *Obligatus ad manutenendum, ſeu defendendum, non tenetur, neque intelligitur obligatus manutenere, & defendere contra factum Principis.*

10 *Licet quis ſuſceperit omne periculum, omnemque caſum fortuitum, non tamen cenſetur ſe ad eum caſum obligaſſe, qui ex facto Principis dependet.*

In qualibet diſpoſitione Superioris authoritas cenſetur excepta.

11 *Licet quis cum iuramento ſe obliget ad caſum, qui ex Principis poteſtate, & facto ſequitur, adhuc non tenetur.*

12 *Retractus Iure quoties res vendita poſſeſſori à vicino, vel conſanguineo aufertur, non datur actio de euictione.*

13 *Euictio ex nouis legibus, & edictis ſequuta, poſt emptionem ad venditorem non pertinet.*

14 *Quoties quis noluit teneri de euictione; niſi pro* dato, & facto ſuo tantùm, *in cæteris caſibus, neque etiam ad pretij reſtitutionem tenetur.*

15 *Promittens euictionem* ex ſolo dato, & facto proprio, *non tenetur de euictione ex alia cauſa ſequuta.*

16 *Clauſula,* non aliàs, *adiecta euictioni promiſſæ* ex dato, & facto ſuo tantùm operatur, *vt quoties accidit euictio ex alia cauſa, quàm expreſſa, neque etiam ad pretij reſtitutionem venditor teneatur.*

17 *Officij emptor, quoties non ignorat, illud ſuaptè natura eſſe obnoxium periculo ſuppreſſionis, ſtante huiuſmodi ſcientia, excluſa remanet euictionis exceptio.*

18 *Venditor, ſtante ſcientia prædicta, neque ad euictionem præſtandam, neque ad pretij reſtitutionem tenetur.*

19 *Imò poteſt venditor emptorem ad ſolutionem pretij conuenire.*

20 *Idque procedit, non obſtante generali euictione promiſſa* in forma Iuris.

Non ſufficit generalis promiſſio; quoties ex vitio ipſius rei venditæ euictio contingit.

Explicatur textus in l. ſi fundum ſciens, C. de euiction. *excipiens caſum, quoties eſt promiſſa euictio.*

21 *Emens rem ſatis viliori pretio, an teneatur de euictione, quoties illa à venditore fuit promiſſa* pro dato, & facto ſuo tantùm.

CAP.

CAPVT XCI.

QVÆSTIO eſt in præſentia, an Pagano Venditori officij Menſuratorum Vrbis petenti reſiduum pretij conuenti, ſeu fructus recompenſatiuos à Fontana emptore, obſtet exceptio euictionis rei venditæ reſultans ex ſuppreſſione dicti officij facta per Reuerendiſſimum Theſaurarium in exequutionem ſpecialis Chyrographi SS. D. N. Alexandri Papæ VII.

Et re diligenter perpenſa, conſideratiſque clauſulis appoſitis in inſtrumento venditionis, omiſſis generalibus, ſtrictèque reſpondendo quò ad articulum prætenſæ euictionis, ſeu potiùs releuationis emptoris, exiſtimo Paganum Venditorem legitimo Iure reſiduum pretij conuenti poſſe petere ab emptore, reiecta exceptione ſuppreſſionis, ſeu translationis prædicti Officij in alium factæ ex mandato Principis.

1 Quamuis enim regulariter Venditor, qui noluit teneri de euictione; niſi *pro dato, & facto ſuo tantùm*, prout in præſenti themate actum legitur; re tamen euicta, ſeu ablata, adhuc ad pretij reſtitutionem teneatur, multòque magis agere non ualeat contra emptorem pro pretio adhuc non ſoluto, iuxta *text. in l. emptorem* 12. *§. fin. ff. de action. empt. Bald. et Angel. in l. non dubitatur*, *Cod. de euict. Corn. conſ.* 227. *nu.* 6. *lib.* 2. *Tiraquell. de retract. lignag. §.* 12. *gl.* 1. *ſub nu.* 10. *Iaſ. conſ.* 211. *col.* 5. *in princip. verſ. item qui conuenit, lib.* 2. *Roman. ſing.* 387. *Aufrer. ad* Cappell. *Tholoſ. dec.* 361. *verſ. quid ſi eſt factũ, Repuff. ad* Conſtit. *Regu. tom.* 2. *fol.* 347. *in fin. num.* 54. *Petra de fideicom. quæſt.* 14. *num.* 57. *Theſaur. Iun. qu.* 77. *num.* 7. *lib.* 1. & in terminis euictionis promiſſæ à Venditore pro dato, & facto ſuo tantùm, firmant *Corn. conſ.* 226. *num.* 6. *lib.* 2. latè *Surd. conſ.* 36. *nu.* 25. *Spad. conſ.* 220. *num.* 5. *lib.* 3. *Card.* Mantic. *de tacit. lib.* 4 *tit.* 24. *num.* 4. *Theſaur. d. qu.* 77. *num.* 3. *de Marinis ad Reuerter. dec.* 170. *nu.* 2. *Burat. dec.* 399. *num.* 4. ubi, quòd ſit concluſio indubitata, & *deciſ.* 507. *num.* 1. alijque adducti per *Mangil. de euict. qu.* 11. *n.* 33.

Nihilominus in caſu, de quo agitur, exiſtimo ex duplici potiſſimùm fundamento concluſionem ſuperiùs firmatam non procedere; Tum quia prædictum Officium reuera non poteſt dici, quód fuerit euictum, fuit enim de facto ſuppreſſum per Pontificem, Motu proprio, ideòque uerſamur in caſu aperto, in quo uenditor non tenetur emptorem releuare ex diſpoſitione Iuris, quando, ſcilicèt, de facto res aufertur, prout eſt
2 *Text. in l. fin. Cod. de action. empt. Bart. in leg. Stipulatio iſta, col fin. ff. de verbor. oblig. Bald. in l. non ſolùm, §. ſi ſtatus, ff. de procurat. Butr. Imol. & Abb. in c. fin. de empt. & vendit.* egregiè, præ cæteris, videndus *Natta* in celebri *conſ.* 181. *num.* 2. *& duob. ſeqq lib.* 1. ubi, quòd
3 neque emptor actionem habeat pro reſtitutione pretij, *Gramm. conſ.* 22. *num.* 6. *Roland. conſ.* 45. *num* 19. *& ſeq. lib.* 3. ubi, licet uen-
4 ditor promiſerit defendere emptorem, aliiſque relatis *Mangil. de euict. quæſt.* 17. *num.* 1. *& ſeqq.*

5 Idque ea potiſſimùm ratione, quia caſus fortuitus poſt perfectam Venditionem ad emptorem pertinet, *l.* 1. *C. de pericul. & commod. rei vendit.* cum alijs uulgatis.

Tum etiam, quia, cum ſuppreſſio, ſeu translatio proceſſerit, ex mero facto Pontificis ita iubentis, cum ſpeciali Chyrographo, nullo prorſus Iure tenetur Venditor releuare emptorem, neque pretium ſolutum reſtituere, quinimò poteſt agere ad pretium, ſi illud adhùc non fuerit ſolutum, licet uenditor pro pretio conſequendo actionem poſſit habere contra eumdem Principem, uel contra Venditorem, ſi illi pretium Princeps ſoluiſſet, prout eſt *Text.* celeberrimus in hac materia tàm in Scholis, quàm in Foro in *leg Lucius Titius* 11. *ff. de euict.* in in quo *Text.* pretium non erat adhùc integrè ſolutum Venditori, & nihilominus, quia euictio predij euenerat ex plenitudine poteſtatis Imperatoris, ibi deciditur, futuros caſus euictionis poſt contractã emptionem ad Venditorem non pertinere, & ita hoc recipit omnis Interpretum Schola, uti uidere eſt ex *Bart. Salicet. & Caſtren. in l.* 1. *Cod. de peric. & comod. rei vendit. Abb. in cap. fin. num.* 7. *de empt. & Vendit. Bald. conſ.* 460. *lib.* 4. *Roman. conſ.* 501. *ante num.* 4. ibique *Mandoſ. Natta d. conſ.* 181. *num.* 1. *& ſeqq. lib.* 4. *Surd. conſ.* 15. *nu.* 27. *& ſeq. et conſ* 70. *n.* 18. *lib.* 1. *Pereyr. de empt. et vendit. cap.* 31. *n.* 101. *Caballin. de euict. §.* 5. *num.* 57. *Guſman. eod. tract qu.* 52. *num.* 69. *et ſeq. Boccac. de interd. vti poſſid. cap.* 18. *num.* 29. Mangil. pariter *de euict. d. qu.* 17. *num.* 8. *et duob. ſeqq. et quæſt.* 200. *num.* 30. *et ſeq. Coſt. de fact. ſcient. et ignorant. inſpect.* 28. *Gregor. Lopez. part* 5. *tit.* 5. *leg.* 37. *gloſ. vlt.* ibique doctiſſimus *Hermoſill.* qui cæteros refert in *add. ad dict. Gloſ. vlt Gregor.* Lopez *d. l.* 37. *tit.* 5. *part.* 5. quę eſt *tom.* 2. ſuorũ operũ. *Gratian. cap.* 520. *n.* 23. *et ſeq.* ubi in ſimili de reductione Locorum Montium, *Caſtill. lib.* 2. *contr. cap.* 28. *et lib.* 4. *cap.* 42. *num* 68. *Theſaur. Iun. lib.* 4. *qu.* 10. *n.* 5. *Leotard. de vſur. quæſt.* 80. *num.* 31. *Olea de ceſs. Iur. tit.* 7 *qu.* 3. *nu.* 34 Tondut. *lib.* 1. *quæſt. ciuil. cap.* 49. *numer.* 54. *et ſeq. Roſa conſult.* 7. *num.* 89. *et ſeqq.* egregiè *Puteus deciſ.* 381. *per tot. lib.* 3. in correctis, *Verall. dec.* 318. *part.* 1. ubi, quòd ſit agendum contra Principem, *Card. Canaler. dec.* 618. *num.* 23. *Rot. in recent. dec.* 18. *n.* 6. *et ſeqq. part.* 4. *tom.* 2. *et dec.* 143. *n.* 10.

num.10.& duob.ſeqq.part.6. vbi in proximis terminis de officio Notariatus euicto per Cameram admittitur concluſio, licet motiuum ibi euitetur ex facto, quia, nempè, euictio contigerat ex causa præcedenti, quo caſu,
7 quamuis factum Principis poſt peractam uenditionem ſuperuenerit, non uindicat ſibi locum diſpoſitio *dict leg. Lucius Titius,* prout rectè explicat *Caſtrenſ.in.ſi fundus, num.2. ff.locati, Tiraquell.de retract.lignag § 1. gloſ. 9.num 36. Oſaſc.dec.47. num 7.* egregiè *Rot. dict decıſ.18. num.11. & ſeq. part.4 tom.2. recent.*

8 Factum ſiquidem Principis de abſoluta poteſtate procedentis reputatur caſus omnimò fortuitus, cuius imperio reſiſti non poteſt, *item ſi verberatum.§.item ſi fortè,ff.de rei vind.l apud Iulianum,§ conſtat,ff.de leg.1. Bald.in l.ſi filſus,num.3 Cod de furtis. Ruden. conſ 9 ſub num 4. in fin. lib 2. Roſa conſult.7. num.89.*

9 Quinimò obligatus ad manutenendum, ſeu defendendum non tenetur, neque intelligitur obligatus manutenere, & defendere contra factum Principis, *Roland.conſ.45. lib. 3.Mangil de euict.d.quæſt 17. num.8. & ſeqq. Caren.reſol.1 8.num.5. Cyriac. controu.458. num.26.Theſaur.quæſt.for.lib 1.cap.77.nu.8. Gratian.cap.520.num.21. & ſeq. Guſman.de euict. quæſt.30. num 32. & ſeq. & numer.54. & ſeqq.*

10 Licet enim omne periculum, omnemque caſum fortuitum quis ſuſceperit; non tamen cenſetur ſe ad eum caſum obligare voluiſſe; qui ex Principis facto dependet, quia in qualibet diſpoſitione ſuperioris authoritas cenſetur excepta, *l.fin.ubi Iaſ.nu.6.ff.qui ſatiſd. cogan.* idem *Iaſ in l.ſi quis maior, C.de tranſact.Gratian.cap.520.nu 26. Mangil.d. quæſt. 200.num.32. Guſman dict. quæſt.52. num 75. Roſa dict.conſult.7. num.89. verſ.etenim licet omne periculum.*

11 Imò, & ſi quis cum Iuramento ſe obligaret ad caſum, qui ex Principis poteſtate, & facto ſequitur, adhuc non teneretur, ut ait *Bald.conſ.395. lib.2.* quem ſequitur *Crauett. conſ.96.num 1.in fine Roſa conſult.7.num.89. in fin,verſ imò & ſi quis.*

12 Atque hinc etiam emanat ratio communis illius propoſitionis, quòd, ubi res uendita poſſeſſori à Vicino, uel conſanguineo retractus Iure aufertur, actio de euictione non datur, quia, ſcilicet, ea cauſa uenditionem non antecedit, ſed ſubſequitur, *gl in l.ſi minor,ff.de euict.Decian.conſ.105.num.2.& ſeq. lib.3.Afflict.in Conſtit.Regni ſancimus,§.2.nu. 37.fol.107.Gratian.cap.205. num 4. & ſeqq. Ruginell.pract.quæſt.cap.31.per tot.Maxill.ad Conſuet.Baren.rubr.de Iure prothom.§.ſi è cōfinibus, Caſtill.lib.5. contron. part.4. cap.86. in fin.de Marin.reſol.108. nu.17. verſ.per quæ Iura lib.2. & obſeruat. ad Reuerter. dec.170. num.10 Roſ.conſult.7.num.34. Giurb dec.55. num.6.*

13 Prout etiam pertinet id, quod dixit *Bald. conſ.460.num.4.lib.4.* quòd, nempè, euictio ex nouis legibus, & edictis ſequuta poſt emptionem ad uenditorem non pertineat, *Leotard.de vſur. quæſt.70. num 31. in fin. Roſa dict.conſult.7.num.35. Mangil.de euict. quæſt. 17. num.9.*

Prædicta uerò omnia eò libentiùs amplectenda, quia Venditor, prænidendo ſuppreſſionem, quę fieri poterat á Principe, cautè ſe
14 geſſit, dum ſpecificè noluit teneri de euictione, *niſi de dato, & facto ſuo tantùm;* Vnde in cæteris caſibus, neque ad pretij reſtitutionem tenetur; promiſſio enim euictionis fuit ad certam cauſam reſtricta, *gloſ.in l qui libertatis,*verbo *non tenebitur,*quam ibidem vti ſingularem ſequuntur *Bart. Bald Angel. & Salicet. ff.de euiction.* idem *Bald. in l.1. num.9. verſ.tertiò non operatur. qui dicit menti retinendum, C.de peric. & commod.rei vendit.Caſtren.in l.emptorem § fin circa fin ff. de action. empt.* aſſerens ſic limitari illum *Textum, Afflict.in Rubr.de Inueſt de re alien. fact.num 17.*benè *Natta dict conſ 181.n.7.Tiraquell de retract.lignag § 12.gloſ.1.num.14.* Rebuff.*ad Conſtit. Gall.tom 3. tt .de dilat.art. 5.gloſ.1.num.51.& duobus ſeqq. Couarr.var. lib.3. cap.17. num.2. verſ.ego non diffiteor, Cald.de emption.& vendit.cap 31. ſub numer. 112.poſt princ.*latè *Guſman.de euict. quæſt.2. num.75 & ſeqq & quæſt.42.num 8.de Marin. ad Reuerter.decıſ.170.num.2. Card. de Luca de fend.diſc.65.num.5. Cardin Mantic. decıſ. 109.num.6.* rectèque conferunt deducta per *Card.Cerr.dec.4.& 13.*quæ ſunt repetitæ in *recent dec.453.& 469.par.9.tom 2.*vbi, quòd
15 promittens euictionem *ex ſolo dato, & facto proprio,*non teneatur de euictione ſequuta ex alia cauſa.

Multòque magis, quia non ſolum fuit promiſſa euictio *pro dato, & facto ſuo tantùm;*
16 ſed vlteriùs fuit addita clauſula, *& non aliàs* quæ operatur, vt quoties accedit euictio ex alia cauſa, quàm expreſſa neque ad pretij reſtitutionem Venditor teneatur, prout poſt *Surd.conſ.36.num.22.circa med.*benè *Mangil. de euict dict.quæſt.11.num.27.*

Vlteriùs non eſt locus prætenſæ exceptioni releuationis, ſeù euictionis pro retardanda ſolutione reſidualis pretij, ſi duo potiſſi-
17 mùm ponderentur; Alterum, nempè, quòd emptor benè ſciebat, vel ſaltem ſcire debebat, dictum munus Caporalatus poſſe per Reuerendam Cameram Apoſtolicam, quandocumque ad libitum amoueri, ſubiectumq; eſſe ſuppreſſionis periculo, vndè eò magis, ſtante huiuſmodi ſcientia, excluſa remanet euictionis exceptio, *l.ſi fundum ſciens 47. C.*

de euiction. Bald.*in l.non dubitatur, num.2. C. eodem, Gozadin.conſ.24. num.7. verſ.quarto eſt textus, Panzirol. conſ.1 12. num.25. Bero. conſ.2.num.12.15.& 17.lib 1. Natta d.conſil. 181.num.8.lib.1. Surd.conſ.150. num.22. & dec.265.num.36. Mangil.de euict. quæſt.151. num.4.& ſeq.& quæſt 162. num.23. Facchin. controu.Iur.lib.2.cap.40.in princ. Rot Ianuen. dec.190.num.16.verſ.nec officit, & num.ſeq. Magon.dec.Floren.51. num.7. Seſſe dec.Aragon.14.num.2.Card.Cerr.dec.13.num.2.& ſeq.* repetita *in rec.decíſ.457.num.2.par.9 tom.2.*

18 Adeòut, data ſcientia oneris, ſeù periculi in emptore, Venditor, neque ad euictionem præſtandam, neque ad pretium reſtituendum teneatur *d.leg.ſi fundum ſciens 47.* ibi: *pretium, quod ſoluiſti, petere non potes, C.de euict.Caſtren.in d.l.emptorem, qui autem, num.3 ff.de action.empt.Natt.d.conſ.181.n.8. Couarr.lib.3.var.cap.17 ſub num.2.Caballin. de euict.§ 3. num.166. & §.4.num 50.* & latiſſimè, & egregiè teſtàs de veriori, & reſpondens omnibus contrarijs, *Card. Cerrus, decíſ.4.num 14.& ſeq.& decíſ.13. num.2 & duob.ſeqq & decíſ.30. num.3. & ſeqq.* quæ ſunt repetitæ *in rec.decíſ 453.num.14 verſic. nec vrget, & ſeq.& decíſ.457.num.2.& duobus ſeqq. & decíſ.469.num.16.& ſeqq.part. 9.tom.2.*

19 Quinimò poteſt emptorem ad ſolutionem pretij conuenire, prout argumento Textus in *l.cum ea conditione 68 ff.de euict.* bene firmant *Petrus de Bellapert. in d. l.ſi fundum ſciens in fin.* ibique, *Alberic. & Salicet. num 2.C.de euict Gomeſ.var.tom 2. cap 2.nu. 42.verſ.quod extende, poſt princip. Cald.de empt.& vendit cap 31.31.ſub num.105.in fin. Magon.decíſ.Florent.80.n.1.et ſeq.Card.Cerr. dec.13.nu.3.*

20 Idque non obſtante generali euictione promiſſa *in forma Iuris*, quatenùs ex clauſulis ampliſſis in Inſtrumento adiectis poſſit deprehendi, licèt enim Textus in *d.leg.ſi fundum ſciens, C.de euict.* excipiat caſum, quando eſt promiſſa euictio, ibi: *neque quidquàm de euictione conuenit*; non tamen ſufficit generalis promiſſio euictionis, quæ non extenditur ad caſum, quo euictio contingit ex vitio rei, cuius emptor ſcientiam habuit; ſed requiritur ſpecialis, *Bart. in l. ſi familia 14.nu.2 verſ.vide iſtam gloſ.Cod famil. Herciſcun.Guſman.de euict.qu.46.num.12.Caren. reſolut.124.nu.8. verſ.quod enim Larra decíſ. Granat.74.numer.19.verſ.quod ita intelligendum,tom.2.*

21 Alterum verò, quia emptor emit dictum officium non iuſto pretio, ſed ſatis viliori, quo ſtante, aſſerendum videtur, quòd, ex quo venditor noluit teneri ad defenſionem, & euictionem, niſi pro ſuo dato, & facto tantùm, & non aliàs, iſto caſu, non ſolùm non teneatur ad intereſſe pro euictione ſed, neque etiam ad reſtitutionem pretij. quia videtur ceſſare ratio æquitatis, quam aſſignat Iuriſconſultus in *d.leg emptorem,§ fin ff.de action.empt.* videlicèt, quòd ubi conuentum eſt, ut venditor non teneatur de euictione, tamen teneatur ad reſtitutionem pretij; Id enim non conuenit contractui bonæ fidei, quòd emptor ſimùl amittat, & rem, & pretium, nàm illud rectè conuenit, quando res emitur iuſto pretio, prout in præſenti themate, ceſſat inconueniens, quia nihil graue, alienumque à bona fide tunc patitur emptor, ſi ob lucrum, quod facit emendo rem pretio deteriori, ſubijciat ſe fortunæ, & dubio periculoſo, vt elegantèr his præciſis uerbis arguit *Natt.* ſæpius citato *conſ.181.nu.8. verſ poſtremò conſidero, & ſeq. lib.1.* quem ſequitur *Surd.d.conſ.36.num.6.* & admittit, *Buratt.dec.399.nu.9.*

AMice Lector, correctiones omiſſas credis? Non omiſi, Typos domum tranſtuli, vt Typographo præſenti præſens adeſſem, & errata in cunis expungerem, ſeu potiùs, antequàm naſcerentur; Serò ſapiunt, qui Typographiam accuſant in calce librorum; cum experimento didicerim, magnorum Voluminum vitia legi, caſtigationes non legi; Si quę tamen ſuperſunt labeculæ, aut etiam labes, facilè agnoſces, facilè ignoſces, iiſdemque, vel hoc nomine veniam benignè impertics.

F I N I S.

TABVLA

TABVLA
VERBORVM.

Sub quibus Concluſiones, & Materiæ præſentis Indicis ſunt extenſæ.

A

Ablatiuum.
Abſens.
Abſurdum.
Acceſſorium.
Acetum.
Acquiſitio.
Actio.
Actor.
Actus.
Ademptio.
Aditio.
Adminiſtrator.
Adulter.
Æſtimum.
Agnatio.
Alienatio.
Alimenta.
Allodialitas, Allodialia.
Alternatiua.
Annona.
Aperitio.
Apoſtilla.
Appellatio.
Approbatio.
Aqua.
Arbitrium, Arbitraria verba.
Argumentum.
Arma.
Arma, ſeu Inſignia.
Aſcendentes.
Aſſenſus.
Aſſiſtentia.
Augmentum.

B

Bannimentum.
Bannitus.
Baptiſmus.
Baro.
Beneplacitum.
Bona.
Bulgari conſuetudo.

C

Caducitas.
Canonicus.
Capitula.
Capitulum.
Cardinalis.
Caſtrum.
Caſus.
Cataſtrum, vide Æſtimum.
Cauſa.
Cautela.
Cautio.
Cenſus.
Centenaria.
Charitas.
Ciuilitas.
Ciuis.
Clauſulæ diuerſæ.
Clauſula codicillaris.
Clauſula omni meliori modo.
Clauſulæ præſeruatiuæ.
Codicilli.
Collecta.
Collectiuè.
Collegium.
Colluſio.
Comites.
Commercium.
Commiſſoria lex.
Commiſſum.
Communitas.
Computa.
Concluſio.
Conditio.
Conditio *ſi ſine liberis*.
Conductor.
Confeſſarius.
Confeſſio.
Confinia.
Confirmatio.
Confiſcatio.
Conſenſus.
Conſequens.
Conſilium.
Conſtitutio.
Conſtitutum, vide Clauſula Conſtituti.
Contractus.
Contrarietas.
Contrauentio.
Contributio.
Contumax.
Copula.
Correlatiua.
Creditor, Creditorum concurſus.
Crimen.

D

Damnum.
Darius.
Datio in ſolutum.
Debitor.
Declaratio.
Decretum irritans.
Defenſio.
Delictum.
Depoſitarius.
Derogatio.
Deſcendentes.
Deſtinatio.
Deuolutio.
Dictiones diuerſæ.
Dignitas.
Dilatio.
Diminutio.
Diſpoſitio.
Diſpoſitiua.
Diſtributiones.
Diuiſio, Diuidens.
Dohana.
Dolus.
Dominium.
Dominus.
Domus.
Donatio.
Donans.
Donatarius.
Dos.
Ducenarij.

E

Dicta.
Electio.
Emancipatio.
Emphyteuſis, Emphyteuta.
Emptio, Emptum
Emptor.
Enunciatiua verba.
Epiſcopus.
Euangelium.
Euictio.
Exequutio.
Exequutor teſtamentarius.
Expenſæ.
Expreſſio, expreſſum.
Extenſio.

F

Fabrica Sancti Petri.
Facultas.
Falcidia.
Falſitas.
Familia.
Familiaritas.
Fauor.
Feudum, Feudalitas.
Feudatarius.

Fictio.
Fideicommiſſum.
Fideiuſſor, Fideiuſſio.
Fiduciarius hæres.
Filius, filiatio.
Filij in conditione poſiti.
Filiusfamilias.
Fiſcus.
Fœdus.
Fœmina.
Forenſis.
Forma.
Frater.
Fraus.
Fructus.
Fur.
Furnus.

G

Gabella.
Generatio
Geminatio.
Genus.
Gradus.
Gratia.
Grauatus.

H

Habitatio.
Hereditas
Hæres.
Hæreticus.
Horreum.
Hortus.
Hypotheca.

I

Identitas.
Illiquidum.
Immemorabilis
Immiſſio.
Immunitas.
Impedimentum
Imperator.
Implementum.
Incendium.
Incluſio.
Inæqualitas.
Infinitum.
Inſignia.
Inſinuatio.
Inſtitutio.
Inſtrumentum.
Interdictum.
Intereſſe.
Inuentarium.
Inueſtitura.
Iudicium.
Iuramentum.
Iuriſdictio, Iuriſditionale.
Ius accreſcendi, Ius non decreſcendi.
Ius patronatus.

L

Laudemium
Laudum.
Legatum.
Legatarius.
Legitimus.
Legitimatio.
Legitimitas.
Liberatio.
Libri.
Libripendes.
Licentia.
Ligæ.
Linea.
Locatio.
Locator.
Lucrum.

M

Magiſtratus.
Maieſtas.
Manumiſſio.
Maioratus.
Mancipes.
Manumiſſio.
Manutentio.
Maritus.
Maſculus.
Maſculinitas.
Maſculinum.
Mater.
Matrimonium.
Melioramenta.
Menſura.
Mercator.
Metus.
Miniſter.
Minor.
Mixtum.
Modus.
Molendinum.
Moleſtia.
Monacus.
Moneta.
Monialis.
Montiſtæ.
Mora.
Mors.
Mulier.
Muria.

N

Natura.
Nauis.
Negatiua.
Negotiatio.
Nepos.
Nominatio.
Notarius.
Nouatio.
Nouerca.
Nouitij.

Nuptiæ.

O

Obligatio.
Obligatio Cameralis.
Obſeruantia.
Odium.
Officium.
Oldradus.
Oleum.
Onus.
Opinatores.

P

Pactum.
Pactum futuræ ſucceſſionis.
Panes Gradiles.
Paria.
Parocus.
Partita.
Pater.
Patria poteſtas.
Patrimonium.
Patronus.
Patruus.
Penſio.
Penſionarius.
Permiſſio.
Permutatio.
Perſona.
Petitorium.
Pia cauſa.
Pignus.
Pluralitas.
Plurium vocatio
Pœna.
Pondus, Ponderator.
Pontifex.
Portio.
Portus.
Poſſeſſio.
Poſſeſſor.
Poſſeſſorium.
Poſthumus.
Poteſtas.
Prata.
Præceptum.
Prædium.
Præſcriptio.
Præſens.
Præſeruatio Præſeruatiuà.
Præſumptio.
Preces.
Presbyter.
Pretium.
Primitiua.
Primogenitura.
Primogenitus.
Primus acquirens.
Princeps, Principatus.
Principium.

Priuilegium.
Proceſſus.
Productio.
Promiſſio.
Prorogatio.
Proteſtatio.
Proximior.
Proximitas.
Publicatio.

Q

Qualitas.

R

Refutatio.
Regalia.
Regnum.
Regula.
Reintegratio.
Relatio, Relatum, Referens.
Relatiuum.
Religioſus.
Renouatio.
Renunciatio.
Renuncians.
Renunciatarius.
Repetitio.
Repreſentatio.
Repudiatio.
Reſcriptum.
Reſeruatio.
Reſignatio.
Reſtitutio.
Retentio.
Retractus.
Retrotrac tio
Reus.
Rubrica.

S

Sacerdos.
Sal, Salinæ.
Saluianum.
Scriptura.
Semen.
Senior.
Sententia.
Separabile.
Separatio bonorum.
Seruus pœnæ.
Signatura.
Simulatio.
Singula.
Singularitas, vide Pluralitas.
Societas.
Soror.
Specialia.
Species.
Statera, vide Pondus.
Status.
Statutum.
Stipulatio.
Subinfeudatio.
Subreptio.
Subrogatio.
Subſidium Triennale.
Subſcriptio.
Subſtitutio, ſubſtitutus.
Succeſſio.
Succeſſor.

T

Tempus.
Theodoricus.
Teſtamentum.
Teſtator.
Teſtis.
Titulus.
Tranſactio.
Tranſmiſſio.
Trebellianica.
Tutela.
Tutor.

V

Vectigal, vide Gabella.
Venditio.
Venditor.
Verba.
Verbum.
Veritas.
Vetuſtas.
Via exequutiua.
Vicus.
Viduitas.
Vigeſima.
Villa.
Vinum.
Vltima Voluntas.
Vngariæ Regnum.
Vnio.
Vniuerſitas.
Voluntas.
Votum.
Vſus.
Vſusfructus.
Vſufructuarius.
Vtile.
Vxor.

X

Xenia.

I N D E X
LOCVPLETISSIMVS
RERVM NOTABILIVM, ET SENTENTIARVM.

Ablatiuum.

Ablatiuum abſolutum in conditionem reſoluitur, cap.64 num.16. fol.510.

Abſens.

Abſentis bona, de cuius vita dubitatur, proximiori ab inteſtato ſucceſſuro in cuſtodiam, adminiſtrationemq; adiudicanda, c.46.n.10. fol.311.

Idque etiam procedit in muliere minore proximiore, quamuis à cura repellatur. ibidem.

Abſurdum.

Abſurdo pro euitando omnis poſſibilis eſt capienda interpretatio, præcipuè in vltimis voluntatibus; etiam ſi oporteat à propria verborum ſignificatione recedere, cap.27.n.18. fol.197.

Acceſſorium.

Acceſſorium rei principalis qualitates aſſumit, quando illud non poteſt per ſe ſubſiſtere, cap.57.num.34. fol.449.

Secus, ſi eſt ſeparabile à principali, & acceſſio eſt diſcreta, non concreta ibid.

Acetum.

Acetum non comprehendit Statutum prohibens vini extractionem, cap.81.num.4. fol.593.

Acquiſitio.

Acquiſitiones ab animo acquirentis robur accipiunt, cap 49.num.11. fol.338.

Acquirere nemo cogitur, licet non acquirendo præiudicium inferat creditoribus, cap.49. num.26. fol.341.

Actio.

Actio perſonalis contra tertium non datur, ſed perſonã ſequitur obligatã.c.51.n.16 fol.377.

Actio vtilis negotiorum geſtorum competit cuilibet pro alio ſoluenti, qui, ſi ſolidum ſoluat, efficitur creditor alterius pro rata ad ipſum pertinente, cap.6.n.15. fol.59.

Actor.

Actoris intentio, quando eſt dubia, pro reo, & poſſeſſore pronunciandum, cap.42.n.15. fol.288.

Actus.

Actus quilibet intelligi debet iuxta naturam rei, de qua agitur. cap.49 n.83. fol.349.

Actus inchoatus per ſimplicem deſtinationem habetur pro conſumato, & perfecto in ſui ipſius initio, cap.20.num.13. fol.158.

Actus regulariter non ſolet qualificari per ea, quæ veniunt in conſequentiam, & ſecundariò, cap.57.num.78. fol.455.

Actus ad tempus reſeruationis retrotrahitur, cap. 20.num.12. fol.158.

Ademptio.

Ademptio, vtpotè odium redolens, quantùm fieri poteſt reſtringenda, neque vltra terminos, de quibus ſpecificè loquitur, extendi valet, cap. 25.num.19. fol.185.

Ademptio fideicommiſſi non eſt præſumenda, niſi liquidò probetur; mutatio enim voluntatis, vnde debet illa prodire, non præſumitur, cap.25. num.27. fol.185.

Ademptione pro excludenda omnis poſſibilis eſt capienda interpretatio, ibidem.

Ademptum ſub vna conditione, cenſetur ſub contraria conceſſum. cap.22.n.26 fol. 171.

Adimere, quod poteſt, ſi quis non adimit, donare videtur, cap.1.num.78. fol.16.

Ademptio Legati, vide Legatum.

Aditio.

Adita hæreditas non dicitur ampliùs hæreditas; ſed proprium adeuntis patrimonium, cap.49. n.40. fol.342. & cap.47.n.25. fol.324.

Aditione ſequuta, hæres, verus, legitimuſque dominus hæreditatis efficitur; iureque dominij fructus percipit, cap.49.n.39. fol.342.

Ex aditione hæres quaſi contrahere dicitur cum creditoribus, c.50.n.12. & ſeqq fol.362.

Adeundi Ius non eſt in bonis noſtris, niſi quò ad ius tranſmiſſionis, cap.49.n.20 fol.340.

Aditionis hæreditatis ius nõ eſt in bonis debitoris repudiantis hæreditatem, ſed dicitur mera facultas, & potentia, ibidem num.19.

Ante aditionem hæres nullum ius habet in bonis, vel ad bona, quod ſit in eſſe formatum, licet illi ius competat adeundi, quod eſt ſolum acquirendi, non autem rei quæſitæ, c.49.n.22. f.340.

Aditio tacita hæreditatis reſultat ex actibus, qui citra ius, nomenque hæredis fieri non poſſunt, cap 30 num.33. fol.220.

Aditio hæreditatis inducitur in hærede ex ipſo reſtitutionis actu, c.49.n.35. fol.342.

Aditio hæreditatis inducitur ex ipſo reſtitutionis actu; quoties quis eſt rogatus, ſtatim hæreditatem reſtituere, aut poſt mortem, & occultatur acceptationis actus, quem tamquàm neceſſarium præcedere ſupponitur, ibid.n.35.

Vide Hæres.

Adminiſtrator.

Adminiſtrator doloſus, an actione teneatur hypothecaria, et à quo die incipiat, cap.50 nu.23. & ſeqq.fol. 363. & n.41. fol.364.

Vide Hypotheca tacita.

Adulter.

Adulter non poteſt Adulteræ legare, cap.43. num.15. fol.296.

Præcipuè, ſi ſit vir Illuſtris, & Miles, ibid. num.16.

Adulteri quis non præſumitur filius; ſed potiùs viri, vide Filius.

Acti-

I N D E X

Æſtimum.

Æſtimi liber probat, bona fuiſſe illius, ad cuius fauorem ſunt d ſcripta, cap. 10. n. 51. fol 93.

Præcipue, quoties non apparet, quòd eo tempore, eadem bona reperiantur deſcripta ad æſtimum alterius, ibidem num. 52.

Æſtima, & Cataſtra ſatis, ſuperque probant identitatem bonorum, ſignanter, quando verſamur in antiquis vltra centum annos. cap. 10. num. 53. fol. 93.

Æſtimi, & Cataſtri reuiſio poſt lapſum annum reijcienda, cap. 85. num. 9. fol. 605.

Agnatio, Agnatus.

Agnationis, & cognationis qualibet differentia iure nouiſſimo inſpecto, fuit penitus ſublata, cap. 63. num. 28. fol. 501.

Agnatio per ſolos maſculos conſeruatur; non autem per fœminas, quæ ſunt illius finis, & annihilatio, cap. 19. n. 4 fol. 149. & n. 13. fol. 150.

Præcipuè, quando fœmina reperitur nupta in aliena familia, ibid. num. 5. fol. 149.

Agnatio, etiam per Sacerdotem, ſeu Monacum retinetur, cap. 4. num. 8. fol. 45.

Quid ſi fuerit vocatis iniunctum onus aſſumendi Nomen, & Inſignia Teſtatoris ibidem.

Agnationis conſeruandæ ratio dicitur habita ex ipſamet Maioratus inſtitutione, cum ob hanc potiſſimùm cauſam ſoleat ordinari, cap. 2. num. 35. fol. 26.

Agnationis conſeruationi repugnat fœminæ ſucceſſio, cap 19. num. 3. fol. 149.

Vide Fœmina.

In agnatione perpetua bonorum conſeruatio impediretur, ſi fœminæ in medio ſucceſſionis Agnatos maſculos excluderent, & bona in alienas deferrent familias, cap. 19. n. 15. fol. 150.

Agnationis ratione non dicitur inſtitutus Maioratus, quoties poſt Maſculos vocantur fœminæ; cap. 3. num. 33. fol. 37.

Aſſertur contraria ſententia, ibidem.

Intellige, vt hæc ſententia, quatenus ſubſiſtat, procedere poſſit, quouſque duret Agnatio vſque ad vltimum maſculum Maioratus poſſeſſorem.

Secus, vbi poſt mortem omnium maſculorum defecit omninò Agnatio, ibidem num. 35.

Agnationis conſeruandæ ratio dicitur habita ex longa ſubſtitutionum diuerſarum perſonarum, graduum, & ordinum ſerie in infinitum protracta, cap. 2. num. 36. fol. 26.

Agnationis conſeruandæ ratio dicitur habita ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, cap. 19. num. 7. fol. 149.

Agnationis conſeruandæ principaliter contemplaſſe rationem cauſatiuam preſeferre videtur maſculinitatis qualitas ſæpiùs repetita in toto inſtitutionum, ſubſtitutionumque contextu, tàm in partibus diſpoſitiuis, quàm conditionalibus; non autem ſimplicem, & primariam ſexus prædilectionem, cap. 2. n. 38. fol. 27

Agnationis conſeruandæ rationem fuiſſe habitam denotat onus ſpecificè à teſtatore iniunctũ filijs maſculis fœminarum aſſumendi Cognomen, & Inſignia familiæ eiuſdem teſtatoris, deficientibus tranſuerſalibus maſculis, cap 2. num. 39. fol. 27.

Agnationis contemplatio ſublata non remanet, ex quo, deficientibus maſculis, fœminæ vocantur; non enim excluditur, quòd inter maſculos, donec ſuperſint, contemplata dicatur agnationis conſeruatio; itaut, eiſdem maſculis deficientibus, ad fœminas bona tranſire debeant, cap. 15. num. 13. fol 125. & 126.

Agnationis ratio dicitur habita, ex eo, quòd teſtator maſculos in perpetuum, & in ſempiternum, illoſq; per reiteratas vices fœminis prætulerit, cap. 15. num. 12. fol. 125.

Agnationis conſeruandæ ratio dicitur habita ob excluſionem Religioſorum à fideicommiſſo, c. 19. num. 6 fol. 149. & num. 10. fol. 150.

Agnationis pro manutentione, & propagatione à fideicommiſſis ordinatis Monaci excludantur, licet agnationem, donec viuant, conſeruent, cap. 19. num 11. fol. 150.

Præcipuè, quando teſtator in Monacorum excluſione vſus fuit verbis maſculinis, ibidem num. 12.

Agnationis conſeruandæ ratio dicitur habita ex perpetua Illegitimorum excluſione, per quos agnatio non conſeruatur, c. 19. n. 8 fol. 149.

Agnationis conſeruandæ votum reſultat ex vocatione proximiorum de familia, cap. 19. numer 9. fol. 150.

Agnationis conſeruandæ ratio dicitur habita ex verbis in donatione adiectis, quòd Domus, & familia donantis conſeruentur, quòdque domus non labatur, cap. 22. num. 8. fol. 174

Accedentibus præcipuè dictionibus perpetuitatem denotantibus ibidem.

Agnationis conſeruandæ ratio in donatione expreſſa, quoties eſt generalis, ad certas perſonas non reſtringitur, cap. 22. num. 21. fol. 175

Agnationis, & familiæ conſeruandæ ratio expreſſa, quoties non ſtat principaliter, & de per ſe ad inducendum nouum fideicommiſſum; ſed eſt appoſita dependenter, & acceſſoriè ad veſtiendam, & cohoneſtandam excluſionem Monacorum, non extenditur ad præcedentes ſubſtitutiones cap. 19. num. 23. fol. 151.

Præſertim, accedente dictione, vt ſupra, ex qua deprehenditur, rationem conſeruandæ agnationis ſtare acceſſoriè, & dependenter, ideòque non poſſe præcedentes ſubſtitutiones qualificare, ſed potiùs ab illis eſſe regulandam, ibidem num. 24.

Intellige, quando ratio conſeruandæ agnationis conſequutiuè, & dependenter adijcitur in medio orationis vni ſubſtitutioni potiùs, quàm alteri ad illam qualificandam.

Secus verò, quando poſt completas omnes ſubſtitutiones teſtator per modum regulæ ſuum patefecit votum independenter, & in ſeparata

ora-

oratione ſuper conſeruatione bonorum in familia; hoc enim caſu qualificat omnes ſubſtitutiones præcedentes,c.19.n.25.& ſeqq. fol.152.

Agnationis conſeruandæ ratio expreſſa, quoties non aſſertur ad effectum extendendi fideicommiſſum ad nouas perſonas, ſed potius ad declarandam mentem Teſtatoris; an voluerit fœminas excludere, hoc caſu eadem ratio ſuffragatur; quamuis acceſſoriè, & reſtrictiuè ad certas perſonas fuerit adiecta,c.19.n.27.fol.152.

Agnationis ad conſeruationem, quando Teſtator reſpexit cõditio ſi ſine liberis, *concurrentibus præſertim coniecturis, intelligi debet de maſculis tantùm, cap.19 num.36. fol.153.*

Agnatus non eſt frater vterinus ſorori vterinæ; itaut poſſit illius conſeruare agnationem, cap. 56.num.9. fol.436.

Vide Familia, Fideicommiſſum, Subſtitutio, Donatio.

Alienatio.

Alienationes quaſcumque bonorum Iuriſdictionalium ſine aſſenſu prohibent Conſtitutiones Apoſtolicæ in Statu Eccleſiaſtico, cap.60.numer. 1. fol 474.

Alienando ei non poteſt præiudicari, neq; etiam poteſt præſcribendo,cap.7.n 5. fol.63.

Alienari quæ non poſſunt, præſcribi non valent, cap.61 num.17.& ſeq. fol.485.

Alienatione probibita, intelligitur etiam prohibita tranſactio cap.2.n.49. fol.28.

Alienationis probibitio, quoties non eſt facta fauore probibiti, ſed alterius, valet, & obligat, cap.52.num.63. fol.406

Alienationis probibitio non comprehendit hypothecam, præcipuè generalem, cap.57 numer. 57. fol.452.

Alienationis ſub nomine non venit hypotheca generalis, neque propriè, neque impropriè, neque impropriiſſimè,cap 57 n.58. fol.453.

Signanter, quando Conſtitutio, ſeu Statutum eſt correctorium, & exorbitans à Iure communi ibidem num.59.

Alienatione probibita bonorum Eccleſiæ; licet in aliquorum ſententia intelligatur etiam probibita hypotheca, ſaltem quò ad nullitatem actus, quidquid ſit ad effectum euitandi pœnas à Cõſtitutione Paulina indictas, cap.57. num.72. fol.454.

Non indè tamen dici poterit interdicta generalis hypotheca bonorum, ſed tantummodò ſpecialis, ibid.num.73.

Alienatio rei ſpecialiter obligatæ, quoties per pactum eſt probibita, non poteſt in alium ipſius dominium transferri,cap.57.n.70. fol.454.

Si tamen ſit generaliter obligata, dominij translatio non dicitur prohibita.ibid.

Alienationis probibitio, an, & quando inducat fideicommiſſum, vide Fideicommiſſum, Subſtitutio.

Alienationis prohibitio dicitur valida, quoties eſt veſtita adiectione pœnæ nullitatis, & caducitatis,cap.10.n.13. fol.87.

Alienationis probibitio dicitur valida, quoties fuit demandatum, vt pars alienata, & obligata applicetur non alienanti, neque obliganti, & in quo caſu contraria procedant ibidem.

Poſt alienationis probibitionem aliundè veſtitam, quoties à Teſtatore additur ratio generalis, quia voluit eius bona remanere in Agnatione maſculina, ne ſapiat ſuperfluitatem inducitur abſolutam, perpetuumque fideicommiſſum inter omnes de Agnatione, cap.10. num. 15. fol.88.

Idque, etiamſi probibitio Alienationis eſſet dependenter, & conſequentiuè ad præcedentes ſubſtitutiones, ibid.

Alienationis probibitio ſtat conſequentiuè; non autem independenter; quoties oratio incipit per participium Prohibens,*c.10.n 6. fol.86.*

Intellige, quando adeſt participium Prohibens; *ſecùs verò, quando vlteriùs legitur dictio* Inſuper, *tunc enim nouum inducit fideicommiſſum, ibidem num.7.*

Alienationis probibitio ad effectum, vt non dicatur acceſſoria, ſed independens, conſideratur intermedia diſpoſitio inter probibitionem, & ſubſtitutionem,cap.16.n.23. fol.132

Alienationis in probibitione, quoties adeſt verbũ relatiuum Dictis, *tunc cenſetur ſtare acceſſoriè, & reſtringitur ad terminos præcedentis ſubſtitutionis cap.10.n.11. fol.87.*

Id tamen non habet locum, quando probibitio eſt magis ampla, quàm ſit præcedens ſubſtitutio, ibidem num.12.

Alienationis probibitio fauore præcedentium ſubſtitutorum præſumitur facta, cap.10 num. 14. fol.88.

Vide Fideicommiſſum.

Alimenta.

Alimentorum cauſa duplicationem non recipit; idque ſemel præſtanda,c.44.n.9. fol.301.

Alimenta, an, & quando cenſeantur relicta per virum vxori, iuxta Bulgari *conſuetudinem,* vide Vſusfructus vxori relictus.

Alendi ab onere, ad onus dotandi valet argamentum,cap 37.n.7. fol.255.

Alimenta præſtanda, lite pendente ſuper filiatione adulterina, leuiores requirunt probationes,cap. 43.num.28. fol.298.

Alimenta neceſſaria debita filio adulterino, vel naturali ex æquitate canonica prudentis Iudicis *arbitrio, ſunt taxanda,c.43.n.38. fol.299.*

Alimenta, vt debeantur filio ſuper bonis fideicõmiſſo obnoxijs, requiritur concludens filiationis probatio,cap.43.num.37. fol.299.

Alimentorum onus priùs ſpectat ad Auum paternum, quàm ad matrem c.37.n.6. fol.255.

Alimentorum fauore contra vnum ex pluribus hæredibus poteſt in ſolidùm agi, cap.51.n 43. & ſeq. fol.381.

Reprobatur contraria ſententia, num.45.

Allo-

I N D E X

Allodialitas, Allodialia.

Allodialia, & libera præſumi debent omnia bona iuxta primæuum ſtatum naturæ; etiam ſi intra fines feudi exiſtunt, cap. 58. n. 1. fol. 459.

Pro allodialitate bonorum Iuris præſumptio militãs, transfert onus probandi Iuriſdictionalitatem uctiuam eorumdem bonorum in Aduerſurium contendentem prohibitionem hypothecæ ſine Apoſtolico aſſenſu, cap. 57. numer. 45. fol 451.

Allodialium bonorum pro qualitate dignoſcenda ſummoperè eſt deferendum obſeruantia ſtãtibus alienationibus ſequutis ſine aſſenſu Principis, cap. 57. num. 43. fol. 451.

Pro Allodialibus, & hæredituriis deſumitur obſeruantia in Caſtris ex emptione eorumdem factis pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *cap. 57. num. 95. fol. 457.*

Necnon ex alienatione eodem modo per emptorem in alium facta ibid.

Allodialia præſumuntur bona ex eorumdem longæua poſſeſſione penes hæredem poſt ſequutam deuolutionem. cap 58. num 8. fol. 460.

Pro allodialitate plurimùm confert qualitas bonorum conſiſtentium in prædijs ruſticis, quæ, Iure prorſus priuato poſſideri poſſunt in Allodium à Barone, & Domino Caſtri Iuriſdictionalis, cap. 57 n. 41. fol. 450.

Allodialia præſumi debent prædia ruſtica; non autem Iuriſdictionalia; licet ſint intra fines Caſtrorum Iuriſdictionalium, ciſdemque adhæreant, cap. 57. num. 10. fol. 447.

De Allodio Vaſſallus non poteſt facere feudum, neque de feudo Allodium, etiam in feudi augmentum ſine Domini aſſenſu, cap. 57. num. 36. fol. 449.

Alternatiua.

In Alternatiuis ſufficit ſi vna tantùm qualitas concurrat, neque omnium expoſtulat concurſum, cap. 42. num. 46. fol. 293.

Alternatiua electio, vide Electio.

Alternatiua Epiſcopo conceſſa effectus ſuſpenditur per clauſulam, non obſtãtibus quibuſcumque facultatibus, & Indultis, *cap. 89. num. 15. fol. 619.*

Annona.

Annona in Vrbe, an Principem repreſentet, & an ſit idem, ac Camera eiuſdem Principis, cap. 72. num. 28. & ſeqq. fol. 560.

Annonæ munus in Vrbe demandatur Prælato, qui Annonę nuncupatur Præfectus, ibid. num. 29.

Annonæ munus, Iure communi inſpecto, exercebatur per Decuriones Vniuerſitatum, vel Vrbis Præfectum, ibidem num. 30.

Annonam frumentariam Vrbis non eſſe Cameram Principis oſtenditur, cap. 72. n. 38. fol. 561.

Annona Vrbis non continet aliquod Fiſcale emolumentum, cap. 72. num. 39. fol. 561.

Sed potiùs eſt Oeconomica adminiſtratio Magiſtratibus demandata pro conſeruanda in Vrbe abundantia Victualium, liberandiſque Ciuibus à Dardanarica oppreſſione, ibid.

Annona Vrbis non gaudet priuilegijs Fiſci, licet adminiſtretur à Præfectis Annonæ à Pontifice deputatis, cap. 72. num. 48. fol 562.

Annona in difficultatibus frumentum Romæ ſæpe leuiſſimo, & interdum nullo pretio Plebi traditum, cap. 72. num. 47. fol. 562.

Aperitio.

Aperitio Teſtamenti clauſi, & ſigillati, quas requirat ſollemnitates, cap. 39. nu. 21. fol. 266.

Apoſtilla.

Apoſtillæ non ſcriptæ, neque ſubſcriptæ manu Notarij nullam prorſus fidem merentur, cap. 35. num. 26. fol. 241.

Limita, ſi Apoſtilla à Notario non ſcripta, neque ſubſcripta fuerit à contrahentibus approbata, cum exequatione contentorum in eadem Apoſtilla, ibid. num. 27.

Apoſtilla probat, quando conſtaret de veritate Apoſtillæ ex alio Inſtrumento, ibidem num. 28.

Apoſtilla probat, quando fuerit in aliquo contractu inſertus totus Inſtrumenti tenor, in quo aderat Apoſtilla, & contrahentes illud approbarunt, ibid. num. 28. & ſeq.

Apoſtilla, an, & quando ſit falſa, vel de falſitate ſuſpecta, vide Falſitas.

Apoſtilla interlinearis, marginalis, ſeu additionalis ſcripta manu Notarij probat, etiam abſque alia approbatione eiuſdem Notarij, cum ſufficiat clauſula, Actum, *appoſita in calce Inſtrumenti, ſeu teſtamenti, cap. 35. n. 10. fol. 239.*

Apoſtilla, quando ignoratur, à quo fuerit facta, approbatio Notarij tunc ſolùm eſt neceſſaria; ſed conſtito, quòd ab eodem Notario fuerit conſcripta, vlterior non requiritur approbatio, ibidem num. 11.

Reprobatur contraria ſententia affirmans, ſpecialē requiri approbationem Notarij; quamuis Apoſtilla fuerit ab eodem Notario conſcripta, ibidem num. 12.

Prædicta ſententia poteſt procedere, vel quotiescx inuerisſimilitudine, alijſque circumſtantijs Apoſtilla poteſt videri ſuſpecta de falſo, cap. 35. num. 15. fol. 240.

Vel, quando ex præcedentibus, & ſubſequentibus colligi poteſt contraria Teſtatoris, vel contrahentium voluntas omninò Apoſtillæ repugnans, ibid. num. 16.

Vel, quando ſcriptura, concurrentibus etiam alijs adminiculis ſuſpicionem falſitatis ſuadentibus, eſt recentior in Apoſtilla, quàm in corpore, ibidem n. 17.

Vel demum, quando Apoſtilla non rectè cohæret cum orationis conſtructione, materięque proportione, ibid. num. 18.

Apoſtillæ probant, ſemotis contrarijs coniecturis, quando Notarius de Matrice rogatus, dum Inſtrumentum in nitidum reduxit, Apoſtillas, & additiones propria manu conſcriptas in corpo-

re Inſtrumenti inſeruit, cap.35.n.19. fol.240.

Apoſtilla, & additiones, quando apparēt conſcripta manu Notarij, præſumuntur appoſita ex Teſtatoris voluntate, cap.35.n.20. fol.240.

Apoſtilla, & additiones, licet non ſint ſcripta manu propria Notarij, ſed ab eo fuerint ſubſcripta, & approbata, probant, cap.35.num.21. fol.240.

Apoſtilla ſufficit, quòd fuerit à Notario approbata, etiam in calce Inſtrumenti, neque requiritur approbatio in margine, c.35.n.22. fol.240

Apoſtillæ cum ſint extra corpus ſcripturę, non recipiunt robur à generali ſubſcriptione; ſed particulari indigent approbatione, cap 35.nu. 23. fol.240.

Idque, etiam ſi Apoſtilla ſit ſcripta eadem manu, qua eſt ſcriptum totum ſcripturæ corpus, ibid.num.24.

Apoſtilla ad roborandam fidem generalis ſubſcriptio, & approbatio reſultans ex clauſula, Actum, *non poteſt extendi, quamuis probetur ſcripta eadem manu, qua fuit ſcriptum totum corpus ſcripturæ; ſed requiritur ſpecialis approbatio, cap.35.num.31 fol.241.*

Apoſtillam Notario atteſtanti ſe interlineaſſe, vel feciſſe, tunc fides eſt adhibenda, ſi interlineatura fuerit de corpore ſcripturæ, ante, ſcilicet, ſignum, vel ſubſcriptionem eiuſdem Notarij, cap.35.num.25. fol.240.

Secus, ſi in margine, vel poſt ſubſcriptionem, tunc enim requirit diem, vel teſtes, quia potuit Notarius ex interuallo falsò addidiſſe, ideòque ei non eſt credendum, ibid.

Apoſtilla, ſi eſt conſcripta diuerſa manu, falſitatis arguitur ſuſpicio, cap.35.n.30. fol.241.

Apoſtilla, quando apparet recentiùs ſcripta, quàm in corpore, non caret falſitatis ſuſpicione, cap.35.num.17. fol.240.

In Apoſtilla additionali circa ea, quæ ſunt ſubſtantialia, faciliùs præſumenda falſitas, & cautiùs per Iudicem eſt agendum, quàm in alijs, quæ non ſunt magni momenti, cap.35.numer. 32. fol.242.

Apoſtilla, an, & quando præſumatur falſa, Vide Falſitas.

Appellatio.

Appellatio ſuſpenſiua admittitur à reuocatione exequutionis, cum ſit ſuper petitorio, cap.80. num.1. fol.590.

Appellatio eſt admittenda à decreto innixo irrationabili Statuto, imò aduerſanti diſpoſitioni Iuris communis. cap 75.n.1. fol.576.

Approbatio.

Approbatum non poteſt improbari, cap.70.num. 32. fol.550.

Aqua.

Aquę agmen ex tuis prædijs ortum, ſitientibus agris tuis, ad alium vſum vicinorum iniuria propagari, durum eſt, & crudelitati proximum, cap.73 num.9. fol.566.

Arbitrium, Arbitraria verba.

Arbitrio ab alieno Teſtatorum voluntates, hęredumque inſtitutiones, pendere non debent, cap. 28.num.18. fol.203.

Ab Arbitrio hæredis, an poſſit legatum pendere, Vide Legatum.

Arbitrio ab alieno, & voluntate fideicommiſſum conditionale dependens, eſt compatibile, quòd non ſubſiſtat, & nihilominus hæredis inſtitutio pura, & libera ſuſtineatur, c.1.n.90.fol.18.

Arbitraria verba absolutè, quando Teſtator adhibuit, tunc non niſi ordo, & diſtributio cenſetur hæredi commiſſa, cap.1.n.83. fol.17.

Si verò fuerit vſus verbis liberam præſeferentibus facultatem, tunc, ſiue præceſſerit, nec ne diſpoſitio, vtroque caſu dici debet commiſſa diſpoſitionis ſubſtantia, cap.1. num.83. fol.17.

Arbitrium effrænatum, licet alioquin verba redoleant; nihilominus, quoties ſunt prægnantia, & geminata, liberam, abſolutamque præſeferunt voluntatem, ibid.num.84.

Vide Clauſula Arbitrio.

Argumentum.

Argumentum valet ab Emphyteuſi ad feudum, cap.68.num.10. fol.536.

A Statuto ad Teſtatorem, & è contra, cum Statuta, vltimęque voluntates æquiparentur, cap.25.n.18. fol.184.

A lege ad Teſtatoris voluntatem, cap.57. num.85. fol.456.

Ab onere alendi ad onus dotandi, cap.37. num.7. fol.255.

Arma.

Arma Infidelibus deferentes ſunt puniendi, tamquàm Hæretici, & Foro Sanctæ Inquiſitionis ſubijciuntur, cap.1.n.33. fol.10.

Arma, ſiue Inſignia.

Arma, & nomen familiæ onus aſſumendi, ſi Teſtator fideicommiſſario iniunxit ſub pœna priuationis, data vnius contrauentione, omnes ſubſtituti dicuntur priuati, licet ſint parati Arma, & Inſignia aſſumere, cap.1 n.68. fol.15.

Armis, ſeu Inſignibus *additiones Raſtri appoſitæ denotant impedimentum Secundogenitis præſtitum in ſuccedendo, cap.2 n.20. fol.24.*

Vide Familia, Agnatio.

Aſcendentes.

Aſcendentium appellatione comprehenditur tàm pater, quàm mater, cap.37.n.24. fol.259.

Aſſenſus.

Aſſenſus interpoſitus ſuper eo, quod aliàs abſque aſſenſu facere quis poteſt, eſt tamquàm ſi diceret: Arma, virumque cano, *cap.60. num.22. fol.477.*

In Aſſenſu cenſetur omiſſum, quod eſt omiſſum in precibus, quia regulatur à petitione, cap.61. num.42. fol.494.

Aſſenſui præſumitur conformis conceſſio, cap.67. num.34. fol.531.

In Aſſenſu ſuper prohibitis attendi debet, quid cogitauerit Princeps, non autem impetrās, cap.

I N D E X

cap.1.num.44. fol.11.

Aſſenſus eſt diſpenſatio, quæ à vento ex leui fronde conteritur, & proſternitur, cap.62.num.44. fol.494.

Aſſenſus Principis impetratio conſiſtit in facto cap.62.num 7. fol.488.

Aſſenſus Principis impetrandi conditio, vtpotè in facto conſiſtens, numquàm deficere cenſetur, niſi tantum temporis ſpatium effluxerit, in quo obligatus Aſſenſum expedire potuerit, & nihilominus neglexerit, cap.62.n.8. fol.488.

Aſſenſus Principis conditio, ad hoc, vt defeciſſe non dicatur, ſatis, ſuperq; eſt, quòd idem Princeps fuerit requiſitus, vt velit præſtare conſenſum, ibidem num.10.

Aſſenſus in expeditione moræ purgatio admittitur per ſubſequens implementum, quoties non eſt adiecta dies cum pœna, ſed dies ſola conuentionalis, cap.62.num.11. fol.488.

Intellige, quoties partis non intereſt, neque tempore expeditionis Aſſenſus, eius Ius eſt effectum deterius. ibidem num.12.

Vide Implementum, Tempus.

Aſſenſus ſuperueniens retrotrahitur ad tempus celebrati contractus, perindè, ac ſi ab initio fuiſſet purus, cap.62.num.26. fol 490.

Aſſenſus, cum ſit gratia, in tertij præiudicium non retrotrahendus, cap.62.num.29. fol.491. & num.45. fol.494.

Aſſenſus impetratio dicitur conditio mixta, cum pendeat non à ſola contrahentium voluntate, qui illum petunt; ſed ex facto Principis, qui concedere debet, cap.62.num.27. fol.490.

Aſſenſus Regius eſt neceſſarius, quoties agitur de interuertendo ordinem ſuccedendi in Maioratu Regia facultate munitum, cap.2.n.50. fol.28.

Aſſenſus conceſſus feudatario ſuper alienatione feudi non extenditur ad Ius luendi, cap.60.nu 4. fol 475.

Aſſenſus, licet adſit in eo, quod eſt plus, non confirmat contractum in eo, quod eſt minus, vel è contra, cap.60.num.5. fol.475.

Aſſenſus, ſi ſit impetratus ſuper venditione feudi, & non ſuper pacto de retrouendendo ſimultaneè inito, eſt etiam nulla ipſa venditio, cap.60.num. 4. fol.475.

Nam vtile per inutile vitiatur in feudis, ibidem.

Aſſenſus nouus non requiritur ſuper actu, quoties eſt conſequutiuus, & naturalis alteri actui, ſuper quo idem aſſenſus fuit præſtitus, cap.60.numer.12. fol.476.

Aſſenſus nouus non eſt neceſſarius in pacto, vt detur regreſſus in re permutata euicta, quoties alioquin idem aſſenſus reperitur præſtitus in ipſo permutationis contractu, cap.60.n.14. fol.476.

Aſſenſus nouus non requiritur in venditione feudi, cum pacto reſeruationis Dominij, pendente ſolutione pretij, cum, tamquàm naturale eidem contractui, ſufficiat, aſſenſum fuiſſe præſtitum in ipſo contractu venditionis feudi, cap.60. nu.15. & ſeqq. fol.476.

Aſſenſus præſtitus à Prorege in venditione feudi, abſque mentione pacti ſuper reſeruatione Dominij, quouſque pretiũ fuerit integrè ſolutum, conualidat contractum, cap.60.n.26. fol.477.

Aſſenſus Principis feudi alienationem informat, illamque animat, cap.1.n.42. fol.11.

Aſſenſum Rex præbens feudi alienationi, illamque confirmans cum qualitate alterante, cenſetur reuocare, quatenus qualitas alterans importet, cap.1.num.43. fol.11.

Aſſenſus non requiritur in alienatione ſimplicis commoditatis fructuum, tamquàm nudi facti nõ tangentis feudi ſubſtantiam, cap.60. numer.27. fol.477.

Aſſenſus requiritur in reſeruatione fructuum feudi in toto, vel in parte, cap.60.n.28. fol.477.

Aſſenſus Domini directi fortiùs requiritur, quoties ſuper feudo vendito non fuit reſeruata vna pars fructuum; ſed omnes, & quicumque fructus, cap.60.n.35. fol.478.

Vide Vſusfructus.

Melioramenta.

Melioramenta, Emphyteutæ culpa ſemota, pactoque contrario, quoties eſt linea finita, non deuoluuntur, ſed tranſeunt ad hæredes, etiam extraneos, eiſdemque ſunt reficienda. cap.63.num.57. *fol.505.*

Præcipuè, quoties melioramenta conſiſtunt in ædificijs, quæ ſunt extra emphyteotici contractus naturam, cum ſolùm intelligi debeat de melioramentis in agrorum cultura.ibid.n.58.

Melioramenta magni valoris ſunt reficienda, quoties Emphyteuſis deuolutio non contigit ex culpa, ſed ob lineam finitam. cap.65. num.33. *fol.516.*

Idque etiam ſi tale pactum eſſet contra naturam contractus. ibid.

Melioramenta, quòd refici non debent, quando ſimpliciter fuit conuentum; tunc in aliquorum ſententia, ſeruata diſpoſitione Iuris, pactum eſt intelligendum, eueniente caſu deuolutionis culpoſæ, & quatenus melioramenta ſint modica. cap.65.num.35. *fol.517.*

Adeò ut prædictum pactum diſpoſitionem Iuris non mutet, cum ſit diſpoſitio eius, quòd tacitè ipſi Emphyteotico contractui inerat.ibid.

Melioramenta non ſunt reficienda Emphyteutæ, quoties in dolo malo verſatus facit exceſſiuas expenſas in meliorando, rectè ſciens directum Dominum, eueniente deuolutionis caſu, non eſſe ſoluendo ad illas reficiendas. cap.65. num.38. *fol.518.*

Melioramenta conſiſtentia in ædificijs, & fabricis conſtructis, an poſſint ab Emphytheutæ hærede amoueri.cap.65.num.38. *fol 518.*

Meliorationes factæ per Emphyteutam in area ab Eccleſia conceſſa, ex quorum ſolutione, eueniente caſu deuolutionis, valdè oneraretur Eccleſia; tunc eadem Eccleſia liberatur, ſoluendo id, quod hæres Emphyteutæ ex ædificio diruto percipere poſſet. cap.65.n.40. *fol.518.*

Melioramenta poſſunt ab Emphyteuta hypothecari, & cenſus ſuper illis impoſitus ſubſiſtit, quamuis in Inueſtitura reperiatur prohibita fundi ſine ſuperficiei obligatio.c.65.n.36.fol.517

Melioramenta, quòd non poſſint hypothecari, ſi fuerit ſpecificè conuentũ, tunc pactum eſt omninò ſeruandum.cap.65.num.37. *fol.517.*

Menſura.

In menſura, quoties res venditæ conſiſtunt, ante menſurationem, non ſolùm dominium, ſed neque etiam periculum in emptorem dici valet translatum.cap.74.num.11. *fol.571.*

Idque etiam ſi adſit clauſula conſtituti. ibid. num.12. *fol.572.*

Secus aſſerendum, ſi adſit vera traditio. cap. 74.num.13. *fol.572.*

Affertur contraria ſententia. ibid.n.14.

Præcipuè, quando mora emptoris non interceſſit, neque per eum ſtetit, quominus menſuratio ſequatur. cap.74. num.15. fol.572. & num. 31. *fol.573.*

In menſura conſiſtentis venditæ rei periculum dicitur in emptorem translatum, quoties per eundem ſtat, quò minus menſuratio ſequatur. cap.74. num.31. *fol.573.*

Menſurarum Ius, Vide Pondus.

Mer-

Digitized by Google

Mercator.

Mercatores præſumuntur diligentiſſimi in exigendo; ideòque pecunias inexactas, & otioſas retinere non ſolent. cap. 39. n. 51. fol. 270.

Mercatores, vt in Plateis locupletiores appareãt, ſatagunt, vt merces alterius in libris Datij, vti propriæ deſcribantur, illæque ſtatim dominis reſtituantur. cap. 75. num. 13. fol. 578.

Mercatorum commercium non impediendum. cap. 75. num. 11. fol. 578.

Mercatorum ſecreta non præſerntanda. cap. 75. num. 12. fol. 578.

Mercatorum obſeruantia, & ſtylus plurimùm attendendus. cap. 74. num. 48. fol. 576.

Metus.

Metus vxori illatus à viro ad extorquendam inſtitutionem non præſumitur; ſed concludentiſſimis eſt probandus argumentis. cap. 36. num. 35. fol. 252.

Metus eſt probandus in ſpecie; non autem in genere, hoc eſt, quòd fuerit vxori à viro illatus ad extorquendam inſtitutionem. ibid. n. 36.

Metum actus inferentes in ſpecie debent manifeſtè à teſtibus explicari. cap. 36. n. 37. fol. 252.

Metum directum ad extorquendam inſtitutionem viri non probat teſtis ignorans cauſam, ob quam vxor malè à viro haberetur. c. 36. n. 42. fol. 252.

Metum ad probandum non ſufficit, quòd minæ præceſſerint; ſed omninò requiritur, quòd actus, per quem fuerunt illatæ, incontinenti fuerit ſequtus. cap. 36. num. 38. fol. 252.

Metus à viro illati ad extorquendam inſtitutionem excluſio comprobatur ex teſtamento liberè ab vxore iam condito. cap. 36. n. 46. fol. 253.

Miniſter.

Miniſter in re magni momenti eſt præſumendum, quòd Principẽ certiorauerit. cap. 78. n. 4. f. 586.

Minor.

Minoris perſona cum ſuo Curatore contrahentis non integratur ex eiuſdem Curatoris auctoritate, & conſenſu. cap. 28. n. 56. fol. 208.

Mixtum.

Mixtum, quoties aſſumit naturam ſimplicis, aſſumit naturam eius, quod eſt fauorabilius. cap. 14. num. 24. fol. 121.

Mixtum non continetur appellatione ſimplicis, maximè in odioſis, & pœnalibus. cap. 79. numer. 3. fol. 589.

Modus.

Modus impleri debet per compulſionem ad differentiam conditionis, quę per excluſionem impleri debet. cap. 83. n. 20. fol. 600.

Molendinum.

Molendina fructum naturalem non reddunt; ſed potiùs opera molentium, & inſtrumenta, quæ deputantur, vnà cum domo, & ſitu, redditum præbent. cap. 84. n. 6. fol. 601.

Molendina ſunt in continuo periculo, & obnoxia ingentibus expenſis pro illorum conſeruatione erogandis, & continuò deteriorantur. cap. 84. num. 7. fol. 601.

Molendina non veniunt, Caſtro conceſſo. cap. 58. num. 4. fol. 460.

Molendina, non viſi poſſeſſa per ipſum concedentem, veniunt, Caſtro conceſſo. ibid. n. 5.

Clauſula generalis, cum Molendinis, Pertinentijs, Prædijs, &c. *intelligi debet reſpectu Iuriſdictionis; non autem Dominij, niſi apertè probetur, quòd Dominus directus inueſtiens tunc temporis ea poſſideret. cap. 58. n. 3.* fol. 460

Molendina, non ex eo, quòd Dominus Caſtri poſſideat, valet conſequentia, quòd ad eumdem Dominum pertineant, quia, tamquàm priuatus, Iureq; diuerſo à Territorio poſſidere poterat. cap. 58. num. 6. fol. 460.

Ad molendum Ius cogendi vaſſallos non tribuitur feudo, ſed Iuriſdictioni; ideòque iuridica eſt, non feudalis prærogatiua. cap. 58. numer. 16. fol. 461.

Molendina ex Iure cogendi non poſſunt dici feudalia. cap. 58. n. 17. fol. 461.

Ad molendum Ius cogendi Vaſſallos tunc præſumendum feudale, quando eſt Caſtro annexum. cap. 58. num. 20. fol. 462

Molendina, quoties priuati in eodem Caſtro poſſident, ſignum eſt euidens, illa non eſſe feudalia. cap. 58. num. 7. fol. 460.

Molendina bannalla, ſeu bannerata habentia Ius cogendi ad molendum in aliquorum ſententia præſumuntur feudalia. cap. 58. n. 10. fol. 460.

Vel ſaltem habere Iuriſdictionem annexam. cap. 58. num. 11. fol. 461.

In Molendinis Vniuerſitatis, vel Baronis, quòd teneantur Ciues, vel Vaſſalli, molere, & non alibi, Vniuerſitas, vel Baro non poſſunt ſtatuere. cap. 58. num. 12. fol. 461.

Limita, ſi Ciues, Vel Vaſſalli probibitioni acquieuerint, elapſumque ſit tempus ad præſcribendum neceſſarium, ibidem. n. 13.

Idemque aſſerendum, ſi Vniuerſitas Molendina habeat propria, illorumque redditus in publicam conuertat vtilitatem. ibid. n. 14.

Molendinis in quibuſuis, quòd Ciues, & Incolæ molere debeant; dummodò ex Territorio non exeant, poteſt Vniuerſitas ſtatuere. cap. 58. numer. 15. fol. 461.

Molendina in flumine publico ſine Principis licentia ædificari non valent. cap. 58. num. 22. fol. 462.

Aſſertur contraria ſententia, in flumine præcipuè non nauigabili. ibid. n. 23.

Molendinum probatur immune à ſolutione collectarum, ex quo in Cataſtro Vniuerſitatis adnotatum non reperitur. cap. 84. n. 1. fol. 601.

Ex Molendino collectæ ſolitæ præſtari, ſi ſpatio 40. annorum ſolutæ non fuerint, præſcripta dicitur libertas ampliùs non ſoluendi. cap. 84. num. 3. fol. 601.

In aliquorum ſententia ſufficit lapſus 30. vel 20. annorum, imò decennium reſpectu Forenſium ibid. n. 4.

Molendinis in omnibus adiacentibus Immunitas *à ſolutione collectarum, quoties reperitur generaliter præſcripta ob expenſas neceſſarias erogandas, dicitur quæſita ex titulo oneroſo, commenſurando Immunitatem cum incommodis, one-*

Digitized by Google

oneribuſque.cap.84.num.21. *fol.604.*

Molendina non comprehendit generalis reuocatio Immunitatum facta à Principe, vt poſt eam ſam habentia oneroſam ratione expenſarum, tàm in illis conſtruendis, quàm conſeruandis. cap.84.num.22. *fol.604.*

Moleſtia.

Moleſtia ab vno ex hæredibus vxori illata contra conditionem à Teſtatore appoſitam, operatur, vt inſtitutio, & ſubſtitutio quò ad omnes deficiat.cap.1.num.67. *fol.15.*

Moleſtijs ceſſantibus, fruſtrà petitur releuatio. cap.78.num.20. *fol.587*

Monacus.

Monaci, & Regulares, eorum vita durante, paſſim à fideicommiſſis ordinatis pro conſeruatione, & propagatione Agnationis cenſeatur excluſi, licet illam, donec viuunt, conſeruent. cap. 19.num.11. *fol.150.*

Præcipuè, quoties Teſtator in Monacorum excluſione vſus fuit verbis maſculinis. ibid. num.12.

Monaci, quò ad Agnationem conſeruandam, Vide Agnatio.

Vide Religioſus.

Monialis.

Monialium renunciationes. Vide Renunciatio.

Moneta.

Monetas cudendi facultas eſt de Regalibus Maioribus.cap.69.num.24. *fol.544.*

Montiſtæ.

Montiſtarum conditio æſtimari debet æqualis, nulla temporis ratione habita, ſtante Pontificis voluntate cap 48 num 14. *fol.371.*

Nam aliàs ſi les læderetur publica, liberumque eorundem locorum commercium in maximum Reipublicæ detrimentum impediretur. cap.48.num.18. *fol.332.*

Mora.

Mora, quoties non adeſt, nullum debetur intereſſe. cap.73.num.45. *fol.569*

Mora excluditur ex quanis probabili excuſationis cauſa.cap.73.num.47. *fol 569.*

Mora pro excuſanda ſufficit credulitas, quinimò dubitatio.ibid.n.48.

Mora, quoties agitur de traditione ſpeciei, non contrahitur, niſi per interpellationem. oblationemque pretij, vel diem certam conſtitutam. cap.73.num.37. *fol 569.*

Imò, neque res certa, neque interpellatio ſufficit ad conſtituendum in mora; niſi etiam creditor probet, ſe fuiſſe paratum in loco deſtinato ad recipiendam.cap.73.n.38. fol.569.

Quæ concluſio fortiùs procedit in reo, quidquid ſit in Actore.ibid.

Morã ad contrahendam in traditione ſpeciei, vltra interpellationem, requiritur pretij oblatio. ibid.num.39.

Moram debitoris in tradendo emptor non poteſt arguere, niſi priùs probet, pretium ſoluiſſe, faciendo illud accipiẽtis.cap.73.n.41 fol.569

Mora non dicitur commiſſa, niſi creditor ſit in loco, vbi conſignatio fieri debet, certiorato debitore.cap.73 num 43.& ſeq. *fol 569.*

Mora purgari poteſt ex æquitate canonica, vbicumque Ius alterius non eſt effectum deterius. cap 62 num.12. *fol.488.*

Mora purgari poteſt ex æquitate canonica, etiam ſi terminus fuerit ab homine præfixus.cap.62. num.13. *fol.489.*

Præcipuè, quando non agitur de actione acquirenda, ſed potiùs de conſeruanda. ibid. num.14.

Intellige ampliationem, quando implementum conſiſtit in dando, vel faciendo id, quod facere non eſt difficile; ſecus, quando factum eſt ſucceſſiuum, difficileque ad perficiendam. ibidem num.14.

Mora purgatio, quò ad expeditionem aſſenſus. Vide Aſſenſus.

Mors.

Mors antiqua, & non de recenti leniores admittit probationes.cap.46.n.59. *fol 319.*

Mortis de ſubſtantia probanda, quoties non agitur; ſed tantùmmodo de qualitate actus, nempè, de tempore mortis, leniores requiruntur probationes ibid.n.60.

Mors Teſtatoris probatur per ſolutionem legati, cum legata, non niſi poſt mortem debeantur. cap 46.num.58. *fol.319.*

Mortuus præſumi debet Iuuenis bellicoſus, ſi poſtquàm cœpit per mundum vagari, & de eius vita dubitetur, ſit elapſum quinquennium, nulluſque nuntius de eius ſalute ſit habitus. cap. 56 num.57. *fol.318.*

Votum captandæ mortis, Vide pactum futuræ ſucceſſionis, Officium.

Mulier.

Mulier non indiget præſentia, vel conſenſu viri ad integrandam eius perſonam ad teſtandam. cap 36 num.18. *fol.250.*

Vide Statutum.

Mulieres de facili ad legata pia præſtanda induci ſolent.cap.36.num.17. *fol.249.*

Muria.

Muriæ introductio non dicitur prohibita, licet fuerit prohibita ſalis introductio; licet Muria ex aqua, & ſale conficiatur. cap.81. num.6. *fol.593.*

Natura.

N*Aturam ad priſtinam res faciliùs reuertitur, cap.52.num.6.* *fol.397.*

Nauis.

Nauis leuandæ gratia, ſi iactus mercium fuerit factus, contributione omnium refici debet damnum; quòd pro omnibus eſt factum. cap.6. num.12.& ſeq. *fol.58.*

Nauis à Piratis ſi fuerit capta, contribuendum eſt ab omnibus pretium redemptionis. cap.6. num.12. *fol.58.*

Ne-

Digitized by Google

I N D E X

Negatiua.

Negatiua ſolutionis optimè remanet comprobata ex diligentijs adhibitis in libris, in quibus adnotata non reperitur. cap.68.n.3. *fol.534.*

Idque, etiam procedit in ſpecie negatiuæ ſolutionis Canonis, vel Liuelli.ibid.n.4.

Negatiua ſolutionis Gabellæ, an probetur ex libris Gabellarij, in quibus non reperitur adſcripta. cap.75 num.8. *fol.577.*

Negatiua ſolutionis Collectæ probatur, ex quo in Cataſtro Vniuerſitatis non reperitur deſcripta.cap.84.num.1. *fol.601.*

Negatiua Inſinuationis non probatur ex lectura Inſtrumenti, cum potuerit diuerſo tempore, & ab alio etiam Notario fieri. cap.10. num.41. *fol.91.*

Negatiuam non coarctant teſtes, quoties loquuntur per verba dubia, ſiue reuocantia rem ad poſſibilitatem ſcientiæ, quod probationi negatiuæ aduerſatur.cap.36 n.34. *fol.251.*

Negotiatio.

Negotiatio ceſſat, quando fit cum damno, ſolùmque vindicat ſibi locum, quando geritur pro lucro conſequendo.cap.79.n.7. *fol.589.*

Nepos.

Nepotes ſuccedunt Patruo, vel alteri collaterali in ſtirpes, & non in capita, ceſſante concurſu cum Patruis, vel Auunculis, itaut non habeat locum repreſentationis neceſſitas, iuxta ſententiam Azonis *contra* Accurſium. *cap.13.num.28.* *fol.114.*

Idemque etiam procedit in terminis ſucceſſionis fideicommiſſariæ.ibid.n.29. *fol.115.*

Nepos, an, & quando poſſit contendere, ſe vocatum ad fideicommiſſum coniunctim cum patruis ex propria perſona, ſtantibus clauſulis, de vno in alium, ordine ſucceſſiuo, ſeruata ſemper prærogatiua graduum. *cap.9.n.43.* *fol.82.*

Nepotes excluduntur à ſucceſſione Aui, licet ex propria veniant perſona, quoties eorum Mater præmortua, recepta dote, hæreditati renunciauit paternæ.cap.56.n.15. *fol.436.*

Nepotes an veniant filiorum appellatione, eſt quæſtio grauiſſima in ſententia Fuſarij.*cap.27 num.25.* *fol.198.*

Authoris diſtinctio, cum qua diſſidentes ſententiæ conciliantur.ibid.n.26.

Nepotes veniunt, vocatis filijs, ſaltem lato ſumpto vocabulo.cap.27.n.21. *fol.197.*

Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando alioquin ſequeretur abſurdum, quod, excluſis nepotibus proximioribus, admitterentur ſubſtituti remotiores in gradu, multòque magis extranei. cap.27.num.16. *fol.197.*

Nepotes veniunt filiorum appellatione, quoties teſtator vſus eſt verbis perpetuitatem denotantibus cap.12.num.24. *fol.107.*

Nepotes veniunt appellatione filiorum, quando diſpoſitio eſt facta ſub conditione futurum euentum reſpiciente.cap 27.n.8. *fol.195.*

Idque, etiam procedit in Nepotibus natis poſt obitum Teſtatoris.ibid.

Reprobatur contraria ſententia reijciens coniecturam deſumptam ex diſpoſitione reſpiciente futurum, incertumque euentum. cap.27. num.11. *fol.196.*

Declara, vt prædicta contraria ſententia fortaſsè poſſit procedere, quando in futurum ſolùmmodò tempus filiorum ſubſtitutio reijcitur; ſecus, ſi in remotiſſimum tempus fuit collata, vel in infinitum filiorum facta vocatio. cap.27.num.12.& ſeq. *fol.196.*

Nepotes regulariter non veniunt filiorum appellatione in fideicommiſſis, vel Primogenituris. cap.27.num.1. *fol.194.*

Contrarium verius.ibid.n.10. *fol.196*

Nepotes non veniunt filiorum appellatione, ſi Teſtator diſcretiuè loquutus fuit de filijs, & deſcendentibus.cap.27.n.2. *fol.194.*

Nepotes ex filiorum vocatione non cenſentur vocati, quando agitur de fideicommiſſo tranſuerſali.cap.27.num.4. *fol 194.*

Contrarium cap.27.n.22. *fol 198.*

Nepotes non comprehenduntur ſub nomine filiorum, quoties ſunt vocati filij alicuius taxatiuè per verba perſonaliſſima, putà filij ipſius Bertæ.cap.27.num.5. *fol.194.*

Declara, vt filiorum vocatio non dicatur reſtrictiuè, ſeu taxatiuè facta, adeòut non veniant nepotes, ſed potiùs demonſtratiuè, quoties fuerunt ſimpliciter nominati filij alicuius, & de ratione.cap.27.n.23. *fol.198.*

Reſtrictiuè tunc dicitur facta vocatio, ſi fuiſſet adhibita mentio de filijs prædictis, vel alio modo demonſtraretur, de filijs præcisè primi gradus Teſtatorem intellexiſſe. cap.27. num.23. *fol.198.*

Nepotes veniunt filiorum appellatione, ne detur inæqualitas in ſuccedendo inter deſcendentes fratrum.cap.27.num.19. *fol.197.*

Nepotes cenſentur vocati, quoties Teſtator vocauit natos, & naſcituros poſt ipſum. cap.27. num.9. *fol.195.*

Nepotes continentur appellatione deſcendẽtium. cap.27.num.15. *fol.196.*

Nominatio.

Nominatio facta vigore præcedentis reſeruationis dominium trãsfert in nominatũ, & vnicus dicitur contractus reſeruatio, & nominatio. cap.20.num.15. *fol.158.*

Nominanda pro perſona, quamuis fuerit facta emptio, ſequuta demum nominatione, non indè præſumitur facta emptio ex proprijs pecunijs perſonæ nominatæ.cap.39.num.25. *fol.267.*

Nominanda pro perſona facta emptio ante nominationem ipſimet emptori dicitur quæſita.cap.39.num.27. *fol.267.*

Nominatione non ſequuta, emptio non reſoluitur; ſed pro ipſo emente ſubſiſtit. cap.39. numer.28. *fol.267.*

Vide Emptio.

Nominatio perſonæ incertæ de certis eligendæ quo-

quoties à Teſtatore eſt in hæredem collata; tunc, cum electio nomine defuncti facta dici debeat actus neceſſarius, reuocari nō poteſt. cap.43.num.31. fol.298.
Nominatus dicitur Ius habere ab ipſo hærede diſponente; non autem à Teſtatore, quoties ſimplex facultas à Teſtatore eſt data hæredi legandi vni, vel pluribus omnino incertis. cap. 43.num 32. fol.298.
Nominatio, quoties eſt legitimè reuocata, nullum Ius poteſt dici quæſitum nominatis, idque non obſtante iuramento.cap.43.n.34. fol.298.

Notarius.

Notarius dicitur exercere officium publicum.cap. 42.num 39. fol.292.
Notarios creandi facultas præſefert maximum, merumque Imperium.cap.69.n.25. fol.544.
Notario debet eſſe cognitus Teſtator, ſeu contrahens, nedum attenta Reformatione S.M.Pauli V. ſed etiam inſpecto Iure communi.cap.35. num.33.& ſeq. fol.242.
Reprobatur contraria ſententia.ibid.
Notarius cenſetur rogatus apponere clauſulas conſuetas.cap.40.n.35. fol.277.
Notarius, an cenſeatur rogatus apponere clauſulam codicillarem. cap.40.num.37 fol.277.& num.39. fol.278.
Notarius pro donatario abſente, an poſſit ſtipulari.cap 28.num.40. fol.206.
Notarius connumeratur in numero teſtiū, quando non agitur de probando teſtamentum per ſcripturam, ſed per teſtes cap.40.n.2 fol.272
Notarius faciliùs poteſt errare in tranſcriptione ſimplicis narratiuæ inſtrumenti, quàm in referendo ſtipulationis, & inſtrumenti ſubſtantium, quòd accuratè conficitur. cap.67. num. 18. fol 530.
Notarius ad petitionem Teſtatoris, an poſſit lacerare primum teſtamentum; ſi teſtator fecit ſecundum, reuocando primum. c.39.n.20.f.266.
Notarij ſubſcriptio, eiuſque ſignum eſt de ſolemnitatibus requiſitis ad perfectionem Matricis. cap.35.num.2. fol.238.
A Notario clauſula, Actum, ſi adſit appoſita manu propria eiuſdem Notarij in ſcriptura reperta inter alia Inſtrumenta rogata exiſtentia in faſciculis, poteſt Iudex mandare, vt ſcriptura in Authenticam formam redigatur. cap. 35.num.3. fol.238.
Notarij ſubſcriptionem, ſignum, & rogitum, habet clauſula, Actum, quæ denotat conſumationem, perfectionemque actus.cap.35.n.4. fol.238.
Præcipue, quādo eſt appoſita in fine Inſtrumenti.cap.35.n.5. fol.239.
Notarij ſubſcriptionem, & rogitum non operatur clauſula, Actum, vel quando manu Notarij non fuit ſcripta, vel ſubſcripta.cap.35.n.6. fol.239.
Vel, quando eadem ſcriptura clauſulam prædictam continens fuit reperta extra faſciculos, vel locum, vbi aſſeruari ſolent Inſtrumenta rogata, tunc enim ceſſat præſumptio publicationis, & perfectionis actus.ibid.n.6.
Per Notarium non eſt veriſimile teſtamentum, ſeu Codicillos, quæ ſunt magni momenti, non conſeruari cum alijs ſcripturis authenticis. cap. 35.num.7. fol.239.
Notarij ſæpè credentes, ſe rogandos de teſtamentis, vel codicillis, ſeu alia ſcriptura faciunt notam perfectam continentem clauſulam, Actum, diem, locum, & teſtes, poſtmodùm publicaturi, quod ob aliquod accidens non euenit.cap.35.n.8. fol.239.
Notarij, etiam in Minutis, ſeu ſcripturis præparatis aliquando teſtes adijcere ſolent, vt ex inde Amanuenſis, qui ſcripturam in nitidum eſt redacturus, actum perfectum facere valeat. cap. 35.num.9. fol.239.
Ideòque ex hac circumſtantia pernecesſè non infertur ad perfectionem, & Matricitatē. ibid.
Notarij non ſufficit generalis ſubſcriptio, etiam reſultans ex clauſula, Actum, appoſita in fine Inſtrumenti, Teſtamenti, vel Codicilli. cap.35. num.23. fol.240.
Notario, an ſit credendum, quoties in margine Inſtrumenti ſcripſit: Cancellatum de voluntate partium.cap.35.num.14. fol.240.
Notarij Apoſtillæ, Vide Apoſtilla.

Nouatio.

Nouatio dicitur inducta in tranſactione, quò ad Iura dimiſſa, ad effectum, ne tranſigens ad illa ampliùs redire valeat.cap.57.n.1. fol 440.
Secus, quò ad Iura non dimiſſa, quæ integra remanent in primæuo anterioritatis, ſeu potioritatis ſtatu. ibid.num.2.
Nouatio extinctiua prioris obligationis non oritur ex laudo, ſed illi accumulatiua.c.57 n.7 fol.447.
Nouatio prorſus remanet excluſa ex clauſula, citra aliquam innouationem priorum obligationum, ſignanter reſpectu anterioritatis temporis.cap.57.num.8. fol.447.
Præcipuè, quò ad conſequendam anterioritatem reſpectu Iurium, quæ in tranſactione non fuerunt dimiſſa, quidquid ſit quò ad Iura dimiſſa. ibid.num.9.

Nouerca.

Nouercæ relictum lex non applicat filijs prioris coniugij; ſed tantummodò reuocat, tamquàm non ſcriptum illud plus, quod Nouercæ eſt relictum.cap.53.num.17. fol.410.
Nouerca, tamquàm hæres, dempto illo pluri filijs prioris matrimonij applicando, poteſt petere immiſſionem.cap.53.n.18. fo..411.

Nouitas, Nouum.

Nouitates, vt plurimùm Rempublicam turbant. cap. 5 num.20.fol.578.& cap.85.n.16. fol.606.
Nouitas omnis præſumitur mala contra tentantes innouare aduersùs Regimina Ciuitatum. cap.85. num.17. fol.606.
Nemo eſt tàm fortis, quin non rei nouitate turbetur ex Cæſare.cap.75.n.20. fol.578.
Nouum omne, & incognitum, quod eſt, ſuſpectum eſt, ex Tertulliano.cap.75.n.20. fol.578.

Nouitij.

Nouitiorum renunciationes in actu profitendi non ſubiacent ſolemnitatibus ſtatutarijs. cap.56. num.57.& ſeq. fol.441.
Nouitiorum contractus vltrò, citroque obligatorij facti pro implemento propriæ obligationis, nō ſunt obnoxij ſolemnitatibus Sacri Concilij Tridentini. cap.56.num.54. fol.441.

Digitized by Google

I N D E X

Vide Renunciatio.

Nuptiæ.

A Nuptijs conditio abſtinendi reijcitur in legato. cap.22.num.18. *fol.170.*

Nuptiæ hominibus ſexagenarijs lege Iulia, & Papia interdicebantur.cap.59.n.26. *fol 467.*

Obligatio.

OBligatio eſt ſtricti Iuris, neque ex conſequentijs argui, extendique debet.c.73.n.6.f.565.

Obligatio aliqua oriri non poteſt ex facto à Iure improbato cap.62.num.34. *fol.491.*

Obligationem, an præſeferat aliquid à Teſtatore iniunctum, non per viam præcepti, ſed ſimplicis admonitionis.cap.44.n.16. *fol.302.*

Obligationes indiuiduæ, aliæ ſunt indiuiduæ petitione, & ſolutione, aliæ verò indiuiduæ petitione; ſolutione verò diuiduæ.cap.51.n.12. *fol.376.*

Obligatio, quoties ab initio eſt diuiſa pro rata inter omnes, vnuſquiſque tantùm obligatur pro parte ipſum tangente, & non pro parte alterius. cap.51.num.23 in fin. *fol.378.*

Obligatio Cameralis.

Obligationis Cameralis formula eſt, cõtrahentes obligant ſeipſos, ſuos hæredes, ac ſua, & hæredum, & ſucceſſorum ſuorum bona. *cap. 50 num.60.* *fol.366.*

Obligatio Cameralis regulariter comprehendit, etiam bona hæredum cap.50.n.61. *fol.366.*

Intellige, vt id procedat, niſi ex natura contractus, ſubiectaque materia, necnon ex facti circumſtantijs conſtet, quòd obligans ad bona propria ſe reſtringere voluerit. cap.50.num.62. fol.366. & num 68. *fol.367.*

Obligatio Cameralis, licet regulariter comprehendat bona hæredum, id tamen intelligi debet quãdo apparet de voluntate promittentis, obligatio enim Cameralis eſt variabilis ad ſenſum contrahentium. cap.50.n.62. fol.366. & n.68 fol.367.

Obligatio Cameralis, ſi eſt tota in Imbreuiatura, puta ſi fuerit dictũ, quod debitor obliget in forma Cameræ ſeipſum, hæredes, & ſucceſſores, ac omnia, &c. *tunc veniunt bona hæredum. cap 50.num 69.* *fol.367.*

Idemque aſſerendum, ſi fuerit dictum, pro quibus, &c. ſe in forma Cameræ obligauit, &c. *ibid.*

Obligatio Cameralis per donantem adiecta pro obſeruantia donationis, an, & quando dici debeat reſtricta ad ea bona, quæ ſaltem in contractu veniebant, & non ad bona hæredum. cap.50.num. 65. *fol.367.*

Sub obligatione Camerali, quoties debitor ſeipſum, eiuſque hæredes, & omnia & ſingula bona, &c. obligauit, an intelligi debeat de bonis mobilibus, & ſemouentibus.cap.50.n.68. *fol.367.*

Sub obligatione Camerali hypotheca bonorum hæredis comprehenſa, an capiat bona, non ſolum immediati, ſed etiam mediati hæredis. cap.50. num.71. *fol 367.*

Ab obligatione Camerali reſultans hypotheca non oritur ab explicita defuncti voluntate; ſed potiùs per fictionem, vel præſumptionem. cap.50 num.80. *fol.368.*

Obſeruantia.

Obſeruantia eſt concludenter probanda in caſu præciſo, cum omnibus circũſtantijs, & qualitatibus; cap.79 num.11. *fol.590.*

Obſeruantiæ actum eſt probandum, habuiſſe effectũ, ſcientibus illis, & non reclamantibus, in quorum agebatur præiudicium.cap.79.n.12.fol.590

Obſeruantia ſubſequuta fortiùs ſuffragatur, quando actus, ex quibus reſultat, probantur exequuti, ſciente, & non reclamante eo, de cuius præiudicio agebatur.cap.71.n.41. *fol.556.*

Obſeruantia eſt optima interpres in quacumque materia.cap.78.num.26. *fol.589.*

Obſeruantia ſubſequuta qualem demonſtrat, talis dicitur adeſſe ſenſus in verbis.cap.39.n.39.f.269.

Idque, etiam ſi eſſet minus verus, imo aberraret à regulis Iuris communis.cap.39.num.40. fol.269. & cap.87.num.22. *fol.614.*

Obſeruantia declarat mentem contrahentium. cap. 74.num.45. *fol.575.*

Obſeruantia declarat qualitatem contractus. cap. 67.num.6. *fol.527.*

A deòut recipi debeat ille intellectus, quem obſeruantia dedit, quamuis alioquin verborum proprietati non ſit omninò conformis. ibid.

Obſeruantia præſefert cõfeſſionem partis non ſecus ac ſi ita fuerit ab initio conuentum.cap.39.n.41. *fol.269.*

Imò habet vim nouæ conuentionis.ibid.

Obſeruantia ſubſequuta, eò quia poſt mortem hæredis grauati ſubſtituti fuerint cõſequuti omnia bona fideicommittentis, excluſis creditoribus, probat, eadem bona fideicommiſſo fuiſſe ſuppoſita cap.10.num.22. *fol.89.*

Obſeruantia eſt vera Statutorum interpres.cap.37. num.37. *fol.258.*

Quidquid ſit, quoties agitur de derogatione. ibid num.38.

Ad obſeruantiam Statuti inducendam, ſufficit, quòd fuerit aliquando obſeruatum, neque longitudo requiritur temporis.cap.37.n.39 fol.458.

Et duo, aut tres actus ad ſummum ſufficiunt, quos non eſt opus, fuiſſe in contradictorio Iudicio diſcuſſos, finalique ſententia deciſos, ſed ſatis eſt, quòd ij, de quorum intereſſe agebatur, ſic obſeruandum, & interpretandum eſſe ſtatutum cenſuerint. ibid num 40.

Obſeruantia præſumitur in Statuto honeſto, & rationabili, Iurique communi conformi. cap.38. num.16. *fol.261.*

Obſeruantia Statuti præſumitur, & probatur, eò ipſo, quòd reperitur inſertum in volumine Statutorum cap.38.num.16. *fol.261.*

Obſeruantia eſt optima interpres immunitatis à ſolutione Vectigalium.cap.83.n.16. *fol.599.*

Obſeruantiæ plurimùm eſt deferendum in materia ſolutionis Gabellarum, ad effectum inſpiciendi quid fuerit comprehenſum.cap.74.n.46. fol.575.

Obſeruantia attẽdi debet ad effectum dignoſcendi, an Gabella pertineat ad emptorem. cap.74. num 47. *fol.576.*

Obſeruantia eſt optima interpres pro exemptione à collectis. cap.84. num.8. fol.602. & cap.85. num.1. *fol.605.*

Obſeruantiæ ſummoperè eſt deferẽdum pro dignoſcenda qualitate bonorum allodialium, ſtantibus alienationibus ſequutis ſine Principis aſſenſu. cap.57.num.43. *fol.451.*

Obſeruantia ſuper hæreditarijs, & allodialibus deſumitur in Caſtris ex emptione eorumdem facta pro ſe, ſuiſque hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.*cap.57.n 95.* *fol.457.*

Ob.

I N D E X

Obſeruantia, & conſuctudo alterat naturam feudi, illudque fit alienabile & reducitur ad inſtar patrimonialium. cap. 57. n. 43. fol. 451.

Obſeruantia declarat ſub venditione fuiſſe Regalia compreheuſa, licet non veniant, niſi de eis fiat ſpecifica mentio ſiemens in Regalium poſſeſſione reperiatur. cap. 71. n. 40. fol. 556.

Obſeruantia, etiam modici temporis, optimè declarat, an Regalia fuerint conceſſa in inueſtitura; cumque ſit interpretatiua, non diſpoſitiua, ſufficit etiam vnicus actus. cap. 69. n. 39. fol. 545.

Obſeruantia familiæ, quòd fœminæ non ſuccedant, ſed maſculi de agnatione præferantur, præſumitur, Teſtatorem ſubſtituentem filios ſe conformem reddere voluiſſe. cap. 19. n. 20. fol. 151.

Obſeruantia declarat fideicommiſſa & ſatis eſt ita aliquando fuiſſe obſeruatum. cap. 19. num. 22. fol. 151.

Obſeruantia ſubſequuta optimè declarat Priuilegia & exemptiones. cap. 70. n. 31. fol. 549.

Obſeruantia declarat Conſtitutiones Apoſtolicas, earumque ſenſum cap. 88. n. 17. fol. 617

Interpretatur Gratiam dubiam, mentemque Principis concedentis. cap. 71. num. 39. fol. 556. & cap. 78. num. 27. fol. 588.

Obſeruantia interpretatur Indulta, & Priuilegia. cap. 71. num. 37. fol. 556. & cap. 78. num. 27. fol. 585 & cap. 83. num. 15. fol. 599.

Imò ampliat Priuilegium, etiam contra verba Priuilegii. cap. 83. n. 17. fol. 599.

Obſeruantia declarat Saluum conductum. cap. 71. num. 38. fol. 556.

Idque, etiam, vbi requiritur ſpecialis mentio de re, quæ à Principe conceſſa ſupponitur. ibid. num. 39.

Obſeruantia ſubſequuta poſt Gratiam ſuper perceptione fructuum facta ex bonis per Bannitum reſtitutum, tollit quamcumque ambiguitatem, ſi quæ adeſſet ſuper comprehenſione bonorum in eadem Gratia cap. 71. n. 34. fol. 556.

Obſeruantia generalis, Mercatorum plurimum attendi debet cap. 74. n. 48. fol. 576.

Odium.

Odium præſumitur ordinatum iuxta ſcripturæ ordinationem cap. 6. num. 28. fol. 60.

Ex Odio ordinato proceditur ad pœnas; quemadmodum ex ordinata affectione ad fauorem. ibid. num. 28.

Officium.

Officia vacatura, quòd concedi non poſſint, Iure communi non reperitur ſancitum, ſed id tantummodo ex ſimilibus deſumitur. cap. 90. num. 1. fol. 620.

Officii vacaturi per obitum certæ, determinatæque perſonæ, Gratia expectatiua conceſſa per Principem, improbatur à Iure ob votum captandæ mortis, cap. 92. n. 4. & 5. fol. 621.

Secus, ſi conceſſio fuerit generalis ſuper Officio vacaturo ob mortem incerti hominis, ob ceſſantem rationem voti captandæ mortis, ibidem num. 6.

Officii ſuppreſſio, ſeu translatio, quoties euenit ex mero facto Principis ita iubentis, venditor non tenetur releuare emptorem cap. 91. n. 6. fol. 625.

Imò poteſt agere ad pretium, ſi adhuc non fuerit ſolutum, ibid. n. 6.

Licet venditor pro pretio conſequendo habeat actionem contra Principem, ibid. n. 6.

Officii prorogatio facta per Principem, adhuc primo termino durante, nouam non præſefert electionem; ſed dicitur idem Officium prorogatum, & extenſum, perindè, ac ſi ab initio ita fuiſſet conceſſum cap. 89. n. 3. fol. 618.

Officium adhuc durans, ſi Princeps prorogat, non agitur de Iure quæſito tollendo, ſed tantum quærendo, ideòque non eſt habendum in conſideratione. cap. 89. n. 7. fol. 619.

Oldradus.

Ab Oldradi conſilio 21. paſſim receditur ex coniecturis. cap. 16. n. 9. fol. 129.

Ab Oldradi conſilio receditur ex digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus, ſignanter aliis concurrentibus coniecturis. ibid. n. 10.

Necnon ex arctiſſima alienationis prohibitione, non conſequutiua ad præcedentes ſubſtitutiones; ſed independente, vtpote in ſeparata oratione appoſita. cap. 16. n. 11. fol. 130.

Prout etiam ex perpetua vocatione maſculorum ſuperſtitum, fœminis ſemper excluſis, concurrentibus præcipuè aliis coiecturis. cap. 16. num. 12. fol. 130.

Ab Oldradi conſilio receditur, quando onus reſtituendi legatum reperitur iniunctum, nedum primis nepotibus; ſed etiam eorum filiis, & deſcendentibus in infinitum ibid. n. 13.

Oldradi conſilium procedit, vbi fideicommiſſum eſt momentaneum, & temporale; non autem perpetuum, & ſucceſſiuum. cap. 16. num. 13. fol. 130.

Oleum.

Oleo impoſita Gabella ſoluitur pro rata olei in ſapone implicati, cap. 81. n. 11. fol. 594.

Onus.

Onere aliquid faciendi grauatus in caſu, quo aliquis illud nō adimpleat, dicitur in neceſſarium antecedens honoratus, onere impleto. cap. 22. num. 24. fol. 171.

Onere translato, cenſetur etiam translatum emolumentum. cap. 22. n. 25. fol. 171.

Onus pro non ſcripto habetur, vbicumque conditio pro nō ſcripta habetur in perſona illius, cui onus adiungitur. cap. 13. n. 18. fol. 113.

Opinatores.

Opinatores curam gerebant frumēti emi ſoliti pro alimentis Militum, & Palatinorum. cap. 72. num. 43. fol. 562.

Pactum.

Pactum, quando verſatur circa id, quod de Iure communi eſt diſpoſitum, adeò alterat, vt producat actionem, quæ alioquin, Iure communi inſpecto, non præſtabatur. cap. 59. numer. 34. & ſeq. fol. 469.

Pacta ſeruabo fuit vox Dei in ore Prætoris, iuxta Baldum. cap. 78. n. 6. fol. 586.

Pactum ſuper reſeruatione dominii temporale, quouſque pretium ſoluatur, ſubſiſtit. cap. 60. num. 24. fol. 477.

Secus ſi ſit perpetuum. ibid.

Vide Venditor.

Pactum reſolutiuum, eueniente aliquo caſu, adiectum in tranſactione, illam reſoluit, perindè, ac ſi, eodem veniente caſu, non fuiſſet inita. cap.2.num.53. fol.29.

Pactum de retrouendendo Feudum ſimultaneè initum cum venditione feudi indiget aſſenſu, illoque non impetrato, eſt etiam nulla venditio, licet ſuper ea fuerit habitus aſſenſus; nam in feudis vtile per inutile vitiatur. cap 60.num. 4. fol 475.

Pactum futuræ ſucceſſionis.

Pactum futuræ ſucceſſionis damnatur à Iure Ciuili ob votum captandæ mortis. cap.90.numer.3. fol 621.

Pactum futuræ ſucceſſionis lex improbans non vindicat ſibi locum, quando perſona, ob cuius mortem eſt initum pactum, eſt incerta, in ſententia Bartoli *cap 90.n.9. fol 621.*

Pactum valet de perſona incerta; licet incertitudo illa eſſet inter perſonas certas, vtpotè ſi aliquis ex cognatis meis relinquat mihi hæreditatem, illam tibi promitto. cap 90.num 16. fol 622.

Pactum ſucceſſionis non ob aliam rationem improbatur à Iure, niſi quia aufert liberam teſtandi facultatem.cap.14.n.16. fol.120.

Ideòque ſubſtinetur, ſtante reſeruatione diſponendi de bonis poſtmodùm acquirendis. ibidem.

Sed hæc ratio à nonnullis improbatur. ibid. num.17.in fine.

Pactum ſucceſſionis in aliquorum ſententia, licet reperiatur conceptum per verba vniuerſalia de omnibus bonis, intelligi tamen debet de præſentibus tantùm; non autem de futuris, adeòut libera remaneat facultas teſtandi de acquirendis.cap.14.num.17. fol 120.

Pactum de ſuccedendo ſuper certis bonis fortiùs ſubſtinetur, quoties legitur factum inter fratres pro decore, & conſeruatione familiæ.cap. 14.num 18. fol.120.

Pactum reciprocum de ſuccedendo inter fratres initum, ob quam rationem merum præſeferat lucrum.cap.14.n.22. fol 121.

Pactum futuræ ſucceſſionis, etiam reciprocum nõ ſubſtinetur; quoties eſt de tota hæreditate, vel illius quota cap.14.n.5. fol.117.

Duplex affertur ratio.ibid.

Pactum dici debet de futura ſucceſſione reſpiciens quotum hæreditatis, atque adeò non ſubſiſtens, quoties de portione fuit habita mentio. cap. 14.num.6. fol.117.

Pactum de futura ſucceſſione, quando non præſeferat conuentio; ſed potiùs de bonis particularibus, cum obligatione ſtatim effectum ſortitura, licet differatur exequutio. cap.10,num. 35. fol 90.

Pactum ſucceſſionis omninò ſubſiſtit, quando cõuentionis verba fundantur in perſona promittentium ſub conditione poſt mortem extitura; adeòut, eueniente caſu, in perſona hæredum incipiat obligatio.cap.10.n.36. fol.90.

Idque, etiam ſi pactum fuerit poſt mortem collatum.ibid.n.37.

Pactum futuræ ſucceſſionis improbatum à Iure redolent conuentionis verba, quoties non fundantur in perſona promittentis; ſed potiùs obuentionem denotant bonorum. cap.14.num.7. fol.117.

Quid, ſi fuerit conuentum, vt acquirenda non cadant ſub fideicommiſſo conditionali. cap. 14.num.8.& ſeqq. fol.118.

Pactum ſuper ſucceſſione in certis bonis non comprehendit hæreditatem, quæ ex noniter quærendis augeri poteſt.cap.14.n.10. fol.118.

Pactum ſucceſſionis, quoties reſpicit certa bona particularia, eſt validum, irreuocabile, & omninò ſeruandum.cap.14.n.11. fol.118

Dicitur autem de certare, quando eſt de bonis præſentibus, vel per paciſcentes tunc temporis poſſeſſis ibid.

Idque, etiam ſi verba denotent obuentionem bonorum, ſiue promittentis obligationem poſt mortem collatum, quoties deprehenditur, contrahentes non ſenſiſſe de hæreditate, ſeu de eius quota; ſed potiùs de certis rebus particularibus.cap.14.num 12. fol.119.

Amplia, etiam ſi ſit facta mentio de hæreditate, quia interpretari debet pro bonis; cum in contractibus mens potiùs, quàm verba inſpici debeant.ibid.num.13.

Accedente potiſſimùm clauſula omni meliori modo.*cap.14.n.14. fol.119.*

Vel Iuramento.cap.14.n.15. fol.120.

Reprobatur contraria ſententia, & in quo caſu amplectenda.ibid.nu.13.

In pacto de ſuccedendo, ſi conuentio fuerit concepta per viam donationis, ſubſtinetur, quia pactum donationis eſt ſepàrabile ab ipſo pacto de ſuccedendo.cap.10.n.38. fol.91.

Idque, etiam ſi fuerit conceptum per viam obuentionis bonorum, quoties non eſt de tota hæreditate, neque de eius quota, neque de omnibus bonis, ſed de rebus particularibus. ibid. num.39.

Panes Gradiles.

Panes Gradiles nuncupantur à Gradibus in vnaquaque Regione exiſtentibus ab eodem Vrbis Præfecto diſpenſandis.cap.82.n.45. fol.562.

De Numiſmate veteri, in quo inſpiciebatur Liberalitatis effigies in Gradibus altis collocata hominibus aſcendentibus panē præbens.ibid.

Paria.

Paria ſunt, eſſe ab initio, vel eſſe, & tolli per actum, qui retrò fingatur eſſe. cap.49. num. 25. fol.341.

Parochus.

Parochi de fide in Teſtamento Ius Canonicum plurimùm confidit.cap.40.n.33. fol.277.

Ideòque ſatis eſt, quòd de eius fide poſſit aliquo modo dubitari.ibid.

INDEX

Parochus eſt ſubrogatus loco Notarij in Teſtamentis in Ditione Eccleſiaſtica conditis. cap. 40.num.38. fol.278.

Vide Teſtamentum.

Partita.

Partitarum confuſio, quoties prouenit ex facto, & culpa illius, à quo diſtinctiùs erant diſpungendę, eidem incumbit onus diſtinctionem eõ eludenter probandi, & interim non poteſt contendere, neque etiam in obulo, ſe eſſe creditorem. cap.57.num.101. fol.458.

Pater.

Pater grauatus filio hæreditatem reſtituere non poteſt cogi ad reſtituendum vſque ad mortem, cum vſque ad eam non cogatur filium emancipare. cap 49.n.54. fol.345.

Pater nomine filij, an poſſit recuperare rem ab ipſo nulliter diſtractam. cap.51. num.127. fol.392.

Pater binubus.

Pater ad ſecunda vota tranſiens tenetur reſeruare proprietatem ex primo Matrimonio quæſitam filijs eiuſdem Matrimonij. cap.55. num. 54. in fin. & ſeq. fol.425.

Adeòut, cum huiuſmodi proprietas ſit ipſo Iure quęſita filijs prioris coniugij, competat eiſdem, adhuc patre viuente, immiſſio, & reliqua interdicta poſſeſſoria in ſententia Antonij Fabri. *ibid. num.55. & ſeq.*

Pater binubus non tenetur reſeruare filijs prioris Matrimonij, id, quod eſt conſequutus ex mediata ſucceſſione; ſed ſolùm ex immediata, cap. 50.n.91. fol.369. & cap.55.n.78. fol.428.

Per Patrem binubum proprietas filij prioris Matrimonij reſeruanda capit, etiam legitimam, quoties ſupereſt filia ex priori Matrimonio. cap. 55.num.84. fol.429.

Idq; locum habet, ſiue ſecundæ nuptiæ præcedant, ſiue ſubſequantur mortem, ſucceſſionemque filiorum primi matrimonij. cap.55. num.85. fol.430.

Idque, ſiue validę, ſiue inualidæ ſint nuptiæ. ibidem.

Licet contrarium ſit aſſerendum in bonis aliundè, quàm ex ſubſtãtia primæ vxoris quæſitis, in quibus parenti binubo debetur ſucceſſio, atque adeò legitima pleno Iure. *ibid.n.86.*

Amplia principalem concluſionem, ſiue filius deceſſerit inteſtatus, ſiue cum teſtamento, itaut ſi in eò minus legitima matri, vel patri reliquerit, agere parentibus liceat ad legitimæ ſupplementum. cap.55.n.87. fol.430.

Amplia ſecundò, etiam ſi in Teſtamento filius prohibuiſſet parenti, ne plus peteret; cap. 55.num.88. fol.431.

Patri binubo, an debeatur legitima, ſiue eius ſupplementum, quoties minus legitima fuerit relictum, inſtituto penitus extraneo, eſt quæſtio admodùm controuerſa. cap.55.n.89. fol.431.

Aſſertur vtraque ſententia. ibidem num.90. & ſeqq.

Defenditur ſententia affirmatiua. ibid. nu.91. & ſeqq.

Patria Poteſtas.

Patria poteſtas in his, quæ publici Iuris ſunt, non expectatur. cap.28 n.21. fol.203.

Patria poteſtas operatur, vt mater non poſſit relinquere hereditatem filio ſub patria poteſtate conſtituto, quin patri acquiratur. cap.49. num. 49. fol.344.

Patrimonium.

Patrimonium, non niſi vnicum datur in Paganis, cap.6.num.8. & ſeq. fol.57.

Patrimonium non diminuit, qui non vult acquirere. cap.49.num.2. fol.336.

Patronus.

Patronus, non obſtante repudiatione heredis, poteſt vindicare partem ſibi debitam. cap.49. numer.13. fol.338.

Patruus.

Patruo, vel alteri collaterali ſuccedunt Nepotes in capita, & non in ſtirpes, ceſſante concurſu cum Patruis, vel Auunculis, itaut non habeat locum repræſentationis neceſſitas, iuxta ſentẽtiã Azonis *contra* Accurſium. *cap.13. num.28. fol.114. & cap.9 num.28. & ſeq. fol.80.*

Idque, etiam procedit in terminis ſucceſſionis fideicommiſſariæ. cap.13. num.29. fol.115.

Patrui ad hæreditatem, an, & quando filij in conditione poſiti cenſeantur vocati, Vide Filii in conditione poſiti.

Patrui ad hæreditatem ab inteſtato ſine liberis defuncti eſt admittenda pro virili neptis ex altero fratre prædefuncto, vnà cum Matre eiuſdem patrui. cap.18.n.28. & ſeqq. fol.146.

Idque Iure nouiſſimo Authen. vt fratruum filii *corrigente alteram Authenticam excludentem filios fratrum præmortuorum, ſolùmque admittentem Aſcendentes, & fratres vtrinque coniunctos. ibid.n.29.*

Dicta Authentica vt fratruum filij, *iuxta intellectum* Alberici *non procedit, exiſtente tantùmmodò Matre, & nepote ex filio præmortuo, quòdque in hoc caſu ſoli Matri ſucceſſio deferatur excluſo nepote. ibid.n.30.*

Sed contrariam ſententiam Iacobi de Beluiſo *oſtenditur eſſe veriorem, vt etiam non exiſtentibus alijs filijs nepotes cum Auo, ſiue Auia concurrant per inſcriptionem dictæ Authenticæ. ibid. num.31. & ſeq.*

Cum patruis coniunctim, an, & quando nepos poſſit contendere ſe vocatum ad fideicommiſſum ex propria perſona, ſtantibus clauſulis de vno in alium ordine ſucceſſiuo, ſeruata ſemper prærogatiua graduum. *cap.9.n.43. fol.82.*

Penſio, Penſionarius.

Penſionis commoditas, tamquàm nudi facti, poteſt cedi, vendi, & hypothecari, & in ſolutum dari creditoribus, & in concurſum venire, durante vita penſionarij, abſque Apoſtolico beneplacito. cap.49.num.101. fol.352.

Penſionis venditio ceſſio, vel tranſlatio fieri non poteſt abſque Apoſtolica Authoritate, cum ratione Iuris non ſit in commercio penſionarij. cap. 49.num.99. fol.351.

Penſio ſuper duobus indiſtinctè beneficijs, ſi à Papa fuerit impoſita, ſi poſtmodùm per mortem beneficiati ad plures perueniunt, contributio pro rata datur inter plures poſſeſſores beneficij. cap. 6.num.10. fol.58.

Pen-

Penſio ex natura rei perit per mortem ; tam naturalem , quàm ciuilem Penſionarij , per contractum Matrimonij , & ingreſſum in Religionem. cap. 49. num. 89. fol. 350.

Penſio, in quo differat ab vſufructu. cap. 49. num. 85. fol. 350.

In quo conueniat cap. 49. n. 97. & ſeqq. ſol. 351.

Penſionarius , an æquiparetur vſufructuario , ſignanter ad effectum inferendi præiudicium Creditori, vel ceſſionario, cum extinctione voluntariè facienda. cap. 49. num, 98. ſol. 351.

Penſionarius , an poſſit extinguere penſionem in præiudicium ſui creditoris, vel ceſſionarij, ſignàter conſtituti Procuratoris in rem propriam , eſt quæſtio controuerſa. cap 49 num. 82. ſol. 349.

Penſionis extinctio in Authoris ſententia fieri non valet in creditorum præiudicium, Reprobata contraria opinione Rotæ. cap. 49. num 86. & ſeq. ſol. 350,

Penſionarius non poteſt extinguere penſionem fiduciariam in præiudicium Commodatarij cap. 49. num. 87. ſol. 350.

Penſionarius, ſi ſimpliciter conſignauit ſuo Creditori fructus, commoditatemque penſionis, vt ex eis ſatisfiat. an poſſit extinguere penſionem , accedente Apoſtolico beneplacito in præiudicium Creditoris ſimplicis conſignatarij non habentis hypothecam. cap 49. n. 107. ſol. 353.

Penſionarius non poteſt extinguere penſionem in præiudicium Creditoris in actione perſonali, quoties, data opera , & in fraudem extinguit . cap. 49. num. 108. ſol. 353.

Præcipuè , ſi penſionis extinctio fuit facta ex cauſa merè lucratiua , in quo caſu poteſt à Creditore. ſiue Ceſſionario conueniri Titularis. ibid. num. 109.

Multoque magis , ſi idem Titularis ſciens penſionem alteri ceſſam , & poſtquàm ceſſionarium agnouit in Creditorem . extinctionem cum penſionario cedente affectauit, non ſine ſuſpicione , fraudiſque vehementis præſumptione . ibidem num. 110.

Permiſſio .

Permiſſum vbi eſt aliquid, cenſentur etiam permiſſa omnia , per quæ ad illud deuenitur , cap. 57. num. 54. ſol. 452.

Permutatio.

Permutatio facta videtur , quando res fideicommiſſaria alienatur , & ex pretio alia comparatur. cap. 45 num. 47. ſol. 316.

Vide Subrogatio.

Permutatum feudum nouum cum antiquo , antiquum euadit , prout res permutata cum antiqua eius loco ſubrogatur. cap. 45. n. 49. ſol. 316.

Perſona,

Perſona, cum ſit dignior rebus, attendi potiùs debet perſona, quàm res cap. 82. n. 4. ſol. 591.

Perſona in eadem vices , & Iura duorum conſiſtere valent abſque confuſione . cap. 51. num. 126. & ſeq. ſol. 392.

Affertur illatio de Patre recuperante rem filij nulliter diſtractam , de Prælato reuocante alienationem rerum Eccleſię à ſe factam , & de Marito vindicante fundum dotalem ab ipſo alienatum ibid.

Perſonarum formalium diſtinctio in vna , eademque perſona materiali eſt in Iure reprobata in his, quę conſiſtunt in obiecto intellectus . cap. 51. num. 131. ſol. 393.

Ideòque non poteſt quis vnum eligere tamquàm meliorem nomine proprio , & alium nomine ſui Domini ibid. n. 132.

Prout non poteſt quis, tamquàm Iudex delegatus ferre vnam ſententiam , & tamquàm ſubdelegatus aliam. ibid. n. 133.

Neque valet quis, tamquàm teſtis vnum aſſerere , & tamquàm principalis aliud . ibidem num. 134.

Perſonam duplicem non poteſt quis repreſentare in actibus voluntarijs in vtrinſque perſonæ commodum intendentibus, in quibus , ſi ex vna aliquis ſe vno modo determinauerit, nõ poteſt ex alia difformiter velle. cap. 51. n. 136. ſol. 393.

Perſona duplex feudatarij, Vide Feudatarius.

Perſonas plures repreſentans, vnam tantùm habet conſcientiam. cap. 51. n. 135. ſol. 393.

Perſona extrinſecus non debet ſubintelligi , vbi verba referri poſſunt ad perſonas expreſsè vocatas. cap. 24 n. 2. ſol. 179.

Perſona Principis loquentis nunquàm debet intelligi incluſa in generali ſermone. cap. 72. numer. 31. ſol. 561.

Idque, etiam procedit in locatione. ibid.

Limita , quoties adeſt pactum contrarium. cap. 72. num. 49. ſol. 562.

Vel , quoties eſt quæſtio ſuper exemptione Principis locatoris à legibus locationis , quibus cæteri ſunt obnoxij. ibid.

Perſona duplex in Principe conſideratur , altera Legiſlatoris, altera verò priuati contrahentis, ex quarum vltima ad promiſſa, ſeruanda compelli poteſt. cap. 78. n. 7. ſol. 586.

Perſonæ induſtria , quoties eſt electa in aliquo munere, illud non tranſit ad hæredem , vtpotè perſonale. cap. 57. n. 96. ſol. 457.

Præcipuè , quando eſt facta conuentio de triennio in triennium ad beneplacitum contrahentium. ibid. n 97.

Petitorium .

Petitorium vbi ſemel poſſeſſor aggreditur , non poteſt ampliùs ad illius ſuſpenſionem conuolare. cap. 86. n. 11. ſol. 609

Petitorij cum poſſeſſorio cumulatio , Vide Poſſeſſorium.

Pia cauſa .

Pia cauſa eiſdem gaudet priuilegijs , imò fauorabilior eſt quàm cauſa liberorum, excepta legitima. cap. 52. n. 33. ſol. 402.

Pignus.

Pignus appellatum eſt à pugno, quia res, quæ pignori dantur, manu traduntur , cap. 57. num. 47. ſol. 452.

Pignus in propria ſignificatione ſumptum valdè differt ab hypotheca. cap. 57. num. 47. & ſeqq. ſol. 452.

Pignus propriè dicitur , cuius poſſeſſio in Creditorem tranſit, quod ſecus eſt in hypotheca, quæ poſſeſſionem in Creditorem non transfert ; ſed debitor ſine vlla traditione , nuda conuentione tenetur. cap. 57. num. 48. ſol. 452.

Expenduntur Iura hoc diſcrimen conſtituen-

tentia. ibidem num.49.

De pignore loquens ſtatutum non habet locum in hypotheca.cap.57.n.52. *fol.452.*

Poſt verbum Pignus *. quoties in Conſtitutione, vel Statuto legitur immediatè adiectum verbum* precarium, *denotat, fuiſſe intellectum de pignore, cum actuali poſſeſſionis translatione; non autem de ſimplici hypotheca. cap 57.numer.53.* *fol.452.*

Pignoris ſola conuentio pignoratitiam actionem, ſiue directam, ſiue vtilem inducere valet cap. 50.num.4. *fol.361.*

Pignus per ſucceſſionem confirmatur, ſi defunctus bona propria hæredis expreſsè obligauerit, & pro eo de rato promiſerit. cap 50. num.11. *fol.362.*

Pignus confirmat ratificatio expreſſa; licet obligatio ratum habentis nomine facta non fuerit. cap 50 num.9. *fol.362.*

Secus tamen tacita.ibid.n.10.

Pluralitas.

Pluralitas reſoluitur in ſingularitates ex præſumpta Teſtatoris voluntate, vbi ſupereſt perſona magis dilecta ex deſcendentibus quæ ſubſtitutum remotiorem excludere debeat. cap. 22.num.13. *fol.170.*

Pluralitas reſoluitur in ſingularitates, etiam ad excluſionem Iuris accreſcendi, ſeu non deſcreſcendi, quoties inſtitutus eſt in pari gradu cum ſubſtituto, neque ſit de deſcendentibus Teſtatoris; ſed tranſuerſalis, neque ab inteſtato ſuccedat in totum, ſed vnà cum fratribus.cap. 22.num.14. *fol.170.*

Pluralitas, etiam in conditionibus ex præſumpta Teſtatoris voluntate eſt reſoluenda in ſingularitates.cap.34.n.8. *fol 236.*

Pluralitas eſt reſoluenda in ſingularitates, ſi quis fuerit ſubſtitutus in caſu, quo hæredes inſtituti vxorem non ducerent; nam, altero ex iiſdem hæredibus decedente innupto, admittitur. cap. 22.num 4. *fol.169*

*Pluralitatis reſolutionem in ſingularitates, an impediat dictio,*caſu quo.*cap.22.n 6.fol.169. & num 9.& ſeq.* *fol.170.*

Pluralitatis reſolutionem in ſingularitates impedit coniunctio re, & verbis hæredum inſtitutorum.cap.22.num.8. *fol.170.*

Præcipuè, vbi non adeſt reciproca ſubſtitutio inter primos vocatos.ibid.n.10.

Pluralitas, an ſit reſoluenda in ſingularitates, quoties inter primos vocatos expreſſa legitur reciproca ſubſtitutio.cap 22.n.15. *fol.170.*

In Pluralitatem non reſoluitur ſubſtitutio; ſed in ſingularitates, quando eſt facta pluribus, & in cuiuſque perſona locum habebit. cap.22. num.21. *fol.171.*

Pluralitas, quando reſoluitur in ſingularitates ex coniecturis, tunc ſubſtitutio dicitur fideicommiſſaria.cap 22.num.19. *fol.171.*

Ideoque ſubſtitutus ſuccedit cuicumque decedenti, nō expectata morte omnium, ex quo fideicommiſſaria plures reſpicit effectus. ibid.

Plurium vocatio.

Plurium vocatio collectiuè intelligi debet ordine ſucceſſiuo; præcipuè, ſtantibus clauſulis, Salua gradus prærogatiua, *& quòd ſuccedi debeat* in ſtirpes,& non in capita. *cap.9. num.44.* *fol.82.*

Plures, quoties ſunt ſubſtituti per copulam, inter quos cadit ordo charitatis, & affectionis, nulla tamen concurrit præciſa inſtituendi neceſſitas, cenſentur vocati ordine ſimultaneo; non autem ſucceſſiuo.cap.29.n.1. *fol.211.*

Reprobatur contraria ſententia.ibid.n.4.

Plurium ſubſtitutio, ſeu vocatio, quoties eſt facta ſub nomine collectiuo plurium perſonarum, & graduum, pernecceſsè intelligi debet ordine ſucceſſiuo; non autem ſimultaneo. cap.29.numer.5. *fol.211.*

Plurium ſubſtitutio, ſeu vocatio in diſpoſitionibus tractum habētibus ſucceſſiuum, ſemper intelligi debet ordine ſucceſſiuo. cap.29.n.13. fol.212.& n.14. *fol.213.*

Vide latiùs Subſtitutio plurium.

Pœna.

Pœnam ſoluens in contractu appoſitam dicitur obſeruare contractum, quia illa ſolutio ſuccedit loco obſeruantiæ, vel implementi. cap.83. num.8. *fol.599.*

Cum pœna, quando lex reſiſtit actui, nihil tamen ſuper eius inualiditate diſponens aduerſus tranſgreſſorem, pœna quidem committitur, actu tamen valido remanente. cap.83. numer.10. *fol.599.*

Idque, etiam procedit in pœna ſtatutaria. ibid.num.11.

Pœnæ adiectio alterat negotium, nouumque Ius reddit, ita ut noua dicatur diſpoſitio. cap.83. num.13. *fol.599.*

Pœna, ſi ſit adiecta in caſu non ſolutionis Canonis, intelligi debet ſublata pœna caducitatis. cap.83.num.12. *fol.599*

Pœna, quando tollitur, quæ adeſt in diſpoſitione antiqua, intelligitur eſſe nouum Ius, & non ampliùs antiquum. cap.83.n.14. *fol.599*

Pœnæ ſecundò nubentium ex rationis identitate communes ſunt utrique parenti. cap.55.num. 49. *fol.423.*

Amplia, ſiue nuptiæ præcedant, ſiue ſubſequantur mortem, ſucceſſionemque filiorum primi matrimonij.cap.55.num.51. *fol.424.*

Pœnæ ſecundo nubētium, aliæ odium ſecundarum nuptiarum infra annum luctus principaliter reſpiciunt, aliæ fauorem filiorum primi matrimonij. cap.55.num.52. *fol.424.*

Pœnæ ſecundò nubentium odium ſecundarum nuptiarum redolentes omninò fuerunt abrogatæ, tàm à Iure Canonico, quàm à Sacro Concilio Tridentino, ob dictum Apoſtoli: Mulier, mortuo viro, cui vult nubat in Domino. *cap 55.num.53.* *fol.424.*

Pœnæ ſecundò nubentium reſpicientes principaliter

Digitized by Google

ſiter fauore filiorum primi matrimonij non fuerunt abrogatæ, ſed exiſtunt in viridi obſeruantia. ibidem num.54.

Vide Pater binubus, Mulier, Conſenſus, Lucrum.

Pondus, Ponderator.

Pondera conſtituendi Ius ad Iuriſdictionem pertinet. cap.70.num.6. fol.547.

In Ponderibus, & Menſuris cognitio ſpectat ad Iudices habentes ſaltem mixtum Imperium. cap.70.num.26. fol.549.

Ponderationes, alioquin humano commercio neceſſariæ, ſunt obnoxiæ fraudibus. cap.70.num.28. fol.549.

Ponderum, Menſurarumque iuſtitiam expoſtulat publici commercij neceſſitas, Iure Diuino, Canonico, & Ciuili id demandante. cap.70.num.1.& ſeq. fol.547.

Pondera Ius cuſtodiendi, quòd ſint iuſta, ſpectat ad Deputatos in vnaquaque Ciuitate, ceſſante Principis concurſu. cap.70.num.3. fol.547.

Ponderum, menſurarumque ordinatio ſpectat ad Principem; ſed poſtquàm pondera, & menſuræ ſunt ab eodem Principe inſtituta, pertinent ad Conſules Locorum. ibid.n.4.

Circa pondera, & menſuras præſumptio ſtat pro repreſentantibus Vniuerſitatē. c.70.n.8 f.547.

Circa pondera, cura, & ſolertia ſpectat ad Magiſtratus Ciuitatis. cap.70.n.33. fol.550.

Ponderum, menſurarumque Ius poteſt acquiri præſcriptione. cap.70.n.11. fol.548.

Ponderatorem publicum ſtatuere facultas conſtituendi, cum conſueto emolumento loco mercedis, ad Communitatem pertinet. cap 70.numer 9. fol.547.

Ponderatori publico ſalarium eſt ſoluendum ex mercium ponderatarum valore. cap.70.numer.10. fol.548.

Ponderatori publico id, quod pro mercede ſoluitur, Vectigal denominari non poteſt, cum detur in compenſationem laboris. cap.70.num.23.& 29. fol.549.

Ponderatori publico debetur merces, & ſalarium, non obſtante conceſſione Portus immunis. cap.70.num.21. fol.548.

Ponderandi, ſeu menſurandi officium habentem poteſt communitas eligere Peritum. cap.70.num.27. fol.549.

Pontifex.

Pontificis de poteſtate ad inſtar Sacrilegij eſt diſputare. cap.48.num.15.fol.331. & cap 72.num.17. & ſeq. fol.560. & cap.89.num.1. fol.618.

Pontifex poteſt in totum moderari, diminuere, vel in totum tollere Ius hypothecæ. cap.48.num.16. fol.331.

Vide Princeps, Hypotheca.

Portio.

Portionem contrauenientis, in quo caſu Iure fideicommiſſi cupiat Teſtatoris obtemperās præcepto. cap.22.num.20. fol.171.

Portionis certæ deductio à Teſtatore ſi fuerit demandata hæredi, illa non deducta, præſumitur, hæredem defuncti voluntatem pinguiùs impleuiſſe, vt integra hæreditas ad ſubſtitutū deueniat. cap.1.num.81. fol.17.

Portus.

Portus immunis priuilegium à Principe conceſſum, intelligi debet ſine tertij præiudicio. cap.70.num.17. fol.548.

Portus immunis conceſſio importat immunitatem à quibuſcumque Pedagijs, & Gabellis; nō autem poteſt operari; quin res vendendæ ſint pōderandæ, vel menſurandæ. c.70.n.21 f.548

Poſſeſſio.

Poſſeſſio capta cum expreſſione horæ, præſumitur anterior altera poſſeſſione ab aduerſario eadem die apprehenſa ſine hora. cap.66.n.2. fol.519.

Poſſeſſio poſterior non eſt manutenibilis. cap.66.num.3. fol.520.

Poſſeſſio manutenibilis non poteſt dici quæſita ex actibus geſtis poſt litem motam. cap.86.numer.18. fol.610.

Poſſeſſionis cauſa mutata, vxor, mortuo ciuiliter viro, bona eiuſdem iure pignoris poſſidet ratione crediti dotalis cap.71.n.18. fol.554.

Poſſeſſor.

Poſſeſſor vincit ex defectu potioris Iuris actoris. cap.42.num.15. fol.288.

Pro poſſeſſore, & reo eſt iudicandum, dum intentio actoris remanet dubia. ibid.

Poſſeſſorium.

Poſſeſſorium non poteſt cum petitorio cumulari, altera parte inuita, ne poſſidens ſua poſſeſſionis commodo priuetur. cap.86.n 2. fol.608.

Præcipuè, quando agitur de poſſeſſorio ſummarijſſimo. ibid.n.3.

Poſſeſſorij cum petitorio eſt facienda cumulatio, ſtante clauſula arbitrio, quæ, cum emanauerit à Signatura Gratiæ Principem repreſentante, redderetur alioquin inanis, ſi ad terminos Iuris communis reduceretur. cap.86.num.4. fol.608.

Poſſeſſorij cum petitorio faciliùs admittenda cumulatio, quoties res in Supremis agitur Tribunalibus. cap.86.n.5. fol.608.

Poſſeſſorij cum petitorio eſt concedenda cumulatio, quando eſt quæſtio inter duas Vniuerſitates, ne litium exhauriantur expenſis. cap.86.num 6. fol.609.

Poſſeſſorij cum petitorio eſt admittenda cumulatio, quoties æquitas id ſuadet. ibid.n.7.

Poſesſorij cum petitorio eſt facienda cumulatio, quoties poſſeſsio eſt turbida. cap.86.num.17. fol.610.

Poſthumus.

Poſthumi ex natiuitate ignoranter præteriti teſtamentum dicitur ruptum, vel ſaltem nullum, ex quo idem Poſthumus non fuit nominatim inſtitutus, vel exhæredatus. c.41.n.3. f.280.

Idque, etiam ſi de Poſthumo fuerit facta expreſſa mentio in Teſtamento. ibid.n.4

Po-

I N D E X

Poſthumus, ſi ſcienter fuit præteritus in teſtamento, illud ſubſtinetur vigore clauſulæ codicillaris; cum videatur purè, non autem ſub conditione grauatus hæreditatem hæredibus in teſtamento ſcriptis reſtituere, detracta vnica quarta.cap.41.n.6. *fol.281.*

Præcipuè, quando clauſula codicillaris legitur concepta per verba futuri temporis, vel preteriti imperfecti, vel ſubiunctiui, vtpotè, ſi non ualeret. *ibid.n.7.& ſeq.*

De Poſthumo naſcituro præſumitur, Teſtatorem ſaltem in genere cogitaſſe, proſpiciendo aduersùs cauſas teſtamentum rumpentes, quando clauſula codicillaris futurum complectitur tempus.cap.41.num.9. *fol.281.*

Poſthumus dicitur ſcienter præteritus, licet Teſtator de illo in ſpecie non cogitauerit, ſtante clauſula codicillari concepta in futurum tempus, vel præteritum imperfectum, vel ſubiunctiuum, quæ in hoc caſu ſubſtinet Teſtamentum. cap.41. numer.10. *fol.282.*

Idque, etiam ſi Teſtator de illo in ſpecie non cogitauerit.ibid.

Quid, ſi fuerint inſtituti hæredes extranei. cap.41.num.15. *fol.283.*

De Poſthumo naſcituro præſumitur, Teſtatorem cogitaſſe, eumdemque ſcienter præteriiſſe, quoties cogitauit caſum, in quo vxor ſine filijs decederet.cap.41.n.12. *fol.282.*

Poſthumus ad effectum, vt dicatur ſcienter præteritus, ſufficit, quòd Teſtator ſaltem in genere, & implicitè cogitauerit de filijs, quorum appellatione, venit etiam Poſthumus. cap.41. num.13. *fol.282.*

Poſthumum minus dilectum, vtpotè non cognitum, dicendum eſt, Teſtatorem voluiſſe grauare, dum filios natos grauauit.cap.41. num.14. *fol.283.*

Poſthumus, quando obijt in pupillari ætate, tunc vigore clauſulæ codicillaris, cenſetur ſaltem moriens tranſmittere hæreditatem in Amitam à Patre inſtitutam; adeò ut, caſu mortis eueniente, cenſeatur rogatus inſtitutis à Patre hæreditatem reſtituere.cap.41.n.16. *fol.283.*

Poſthumum, quando veriſimiliter pater fuiſſet grauaturus ad commodum inſtitutorum, vtpotè, quando inſtituti eſſent Agnati, tunc per clauſulam codicillarem cenſebitur grauatus reſtituere ſaltem poſt mortem. cap.41. num. 17. *fol.283.*

Poſthumo inſtituto, ſi ille non naſcatur, cæteræ ſubſtitutiones caducant.c.13.n.17.fol.113.

Poteſtas.

Poteſtatis Supremæ ratio, cum quæritur, quare quid non dederit, alia non eſt, niſi quia dare noluerit, neq; aliam habet decidendi rationem. cap.28.num.16. *fol.203.*

Prata.

Prata deſtinata pro vſu alicuius fundi, an veniant ſub legato eiuſdem fundi. cap.33.num. 17. *fol.233.*

Præceptum.

Præceptum Teſtatoris, vt ſit obligatorium, non autem ſimplex conſilium, eſt ſemper capienda interpretatio.cap.52.n.59. *fol.406*

Præcepto Teſtatoris obtemperans, in quo caſu capiat iure fideicommiſſi portionem contrauenientis.cap.22.n.20. *fol.171.*

Præceptum Teſtatoris regulariter in dubio cenſeri debet factum fauore ſubſtitutorum, quando adſunt ſubſtituti in caſu mortis.cap.52.numer.58. *fol.406*

Preces.

Precibus præſumendum reſcriptum Principis cõforme.cap.71.n.23. *fol.554.*

Vide Aſſenſus.

Prædium.

Prædia ruſtica circumadiacentia Caſtro dicuntur quid omninò ſeparatum ab ipſo Caſtro.cap.57 num.10. *fol.447.*

Idque, etiam ſi Caſtrum fuerit conceſſum cum Terris, Pratis, & Nemoribus.ibid.n.11.

Vide Allodialia, Iuriſdictio.

Presbyter.

Presbyter, ſi filius efficiatur ſub conditione facta ſubſtitutio, an purificetur, ſi deceſſerit ſine filijs.cap.25.n.44. *fol.187.*

Vide Sacerdos.

Præſcriptio.

Præſcribendo præiudicari non poteſt, cui non poteſt præiudicari alienando.cap.7.n.5. *fol.63.*

Præſcribi non poſſunt, quæ alienari non valent, cap.61.n.17. *fol.485.*

Præſcribi vbi lex prohibet, prohibet etiam alienari.ibid.n.18.

Præſcriptio, neque etiam immemorabilis, non valenti agere non currit.cap.61.n.16. *fol.484.*

Præſcriptio non poteſt currere contra fideicommiſſarios agere non valentes, vtpotè nõ natos alienationis tempore.cap.7.n.1. *fol.63.*

Totque requiruntur præſcriptiones, quot ſunt perſonæ, & gradus.ibid.

Præſcriptio non ſolùm lõgiſſimi temporis, ſed neq; etiam Centenaria, & Millenaria non poteſt currere contra fideicommiſſarios.ibid.n.2.

Præſcriptio immemorabilis, & centenaria in huiuſmodi materia non differunt, Reprobata contraria ſententia Hiſpanorum. cap.7.num.3. fol. 63.& num.7. *fol.64.*

Præſcriptio immemorabilis centum, & vltra annorum non cadit in Iure patronatus Gentilitio; quia negligentia anteceſſorum non præiudicat ſucceſſoribus.cap.7.num.4. *fol.63.*

Præſcriptio immemorabilis, an legitimum præbeat titulum poſſeſſoribus feudi ex pacto; & prouidentia alienatis ad effectum excludendi Agnatos non valentes agere, vtpotè non dũ natos.cap. 61.num.12. *fol.484.*

Præſcriptio, quæ obſtat alienanti feudum, vel Ius de præſenti in eo habenti, non nocet Agnatis futuris ſucceſſoribus non dum natis; atque adeò agere non valentibus.cap.61.n.15. *fol.484.*

Præſcriptio nunquàm datur feudi pacti, & prouidentiæ contra Agnatos, etiam ſi fuerint elapſi centum, pluresque anni.ibid.

Præſcriptio 30.annorum, in aliquorum ſententia, non nocet Agnatis; ſecus verò immemorabilis, quæ facit præſumi facultatem præceſſiſſe alienandi, etiam in præiudicium ſucceſſorum. cap.61.num.19. *fol.485.*

Contrariam ſententiam eſſe veriorem oſtenditur. ibid num.20.

Præſcriptio immemorabilis, quamuis habeat vim legis, pacti, præſumptioniſque Iuris, & de Iure. cap 61.num.21. *fol.485.*

Id tamen non procedit, vbi præſcriptio poteſt conſiderari decurſa, quia, ſcilicet, aduerſùs vnum currere inceperit, & aduerſus ſuccedentem in locum, & Ius illius continuauerit. ibid.

Secus verò, quando Agnato non fuit aperta actio ad ſuccedendum in feudo. cap.61. numer.22. *fol.485.*

Præſcriptiones tot currunt in feudis, quot ſunt vocatorum gradus. cap.61.n.23. *fol.485*

Vide Immemorabilis.

Præſcribitur libertas à ſolutione Collectarum ex ſolo lapſu 40.annorum, etiam ſine titulo. cap. 84.num.2. *fol 602.*

In aliquorum ſententia ſufficit lapſus 30. vel 20.annorum, imò decennium reſpectu Forenſium. ibid.n.4.

Præſcribitur legitimo Iure libertas à ſolutione Collectarum, etiam ab eo, qui non ignorat, ſe ad illas teneri. cap.84.n.10. *fol.601.*

Ad præſcribendam libertatem à ſolutione collectarum non eſt neceſſaria interpellatio; ſed ſufficit lapſus quadraginta annorum. cap.84. num.12. *fol.602.*

Vide Collecta.

Præſcriptio in Iuribus negatiuis non currit ſine præcedenti interpellatione, & contradictione prohibiti, vbi agitur de præſcribendo Iure negatiuo aduerſùs actum meræ facultatis, cap. 84.num.13. *fol 602.*

Secus, quando agitur de Iure negatiuo aduerſùs actum poſitiuum, qui non ſit meræ facultatis; ſed cum dicto actu neceſſariò ſit coniuncta actio, quæ Iuris facultas dicitur. cap. 84.num.14. *fol 603.*

Præſcriptione, quando quis vult acquirere nouum Ius, tunc præſcriptio non currit ſine præcedenti interpellatione, & contradictione prohibiti. cap.84 num 15. *fol.603.*

Secus, quando vtitur præſcriptione ad extinguendum Ius alteri competens, & ad ſe defendendum contra alterius actionem. ibid.

Præſcriptio centenaria, Vide Centenaria, Immemorabilis.

Præſens.

Præſentia magis efficiunt. cap.51.n.54. fol.405.

Affertur Claudiani *locus. ibid.n.55.*

Præſeruatio, Præſeruatiua.

Præſeruatio Iurium, nedum præteriti, & præſentis, ſed etiam futuri temporis tribuit nouum Ius præſeruanti, quatenus antea non competiſſet. cap.1.num.62. *fol.14.*

Præſeruatiuæ natura eſt nihil dare, vel tollere, ſed conſeruare id, quod inuenit in ſuo ſtatu, præſupponendo ſubiectum iam exiſtens conſeruabile. cap.59.n.10. *fol.465.*

Præſeruatiua ſub aliqua ad fauorem concedentis, ſeu permittentis, quoties diſpoſitio ab initio reperitur concepta, primo non implente, deficit conditio, ſeu diſpoſitio quò ad omnes ſucceſſiuè vocatos. cap.1, numer.66. & ſeq. *fol.14. & ſeq.*

Præſeruatiua clauſula, Vide Clauſula præſeruatiua, Reſeruatio.

Præſumptio.

Præſumptio, quamuis ſit à lege approbata, veritati cedere debet. cap.7.n.16. *fol.64.*

Pretium.

Pretium ſuccedit in locum rei hæreditariæ venditæ. cap.46.n.32. *fol.314.*

Ex pretio rei hæreditariæ alienatæ à poſſeſſore bonæ fidei hæreditatis; ſi alia res comparetur, non tenetur reſtituere vero hæredi rem comparatam, ſed pretium. cap.46.n.39. *fol.315.*

Vide latiùs Subrogatio.

Pretium in dote ſuccedit loco eiuſdem dotis. cap. 46.num.33. *fol.314.*

Primitiua.

Primitiua infecta, inficitur etiam deriuatiua, neque in cauſato plus virtutis eſſe poteſt, quàm ab influenti potentia cauſæ procedat. cap.67. num.16. *fol.529.*

Primogenitura.

Primogenituras conſtituendi præcipua ratio alia non eſt, niſi vt bona vnita, & indiuiſa in vnum perſeuerent pro dignitate familiæ, perpetuaq; bonorum in eadem conſeruatione. cap.4. numer.9. *fol.45.*

In Primogenitura vni tantùm priuatiuè eſt debita ſucceſſio. cap.4.num.2. *fol.44.*

Primogenitura, ſeu Maioratus dicitur conſtitutus ex vocatione Primogeniti in Primogenitum in infinitum. cap 3.num.1. *fol.32.*

Primogenitura, ſeu Maioratus cenſetur inſtitutus, quoties vocantur ſeniores de Familia de Primogenito in Primogenitum. cap.4.num.3. & ſeq. *fol.44.*

Præcipuè, quando vocatur ad ſucceſſionem Primogenitus ſenior, ſeu antiquior de Domo, Familia, aut linea, per nomen collectiuum. ibid.num.4.

Multòque magis, quando reperitur diſpoſitum, vt bona tranſeant ad ſeniorem. ibidem num.5.

Primogenitura non intelligitur conſtituta ſi Teſtator demandauit, vt Prædium indiuiduum ad vnum ex Nepotibus perueniret, ſed tantùm hæredis electione, vel ſorte. cap.3.n.3 fol.32.

Primogenituræ Ius, quoties eſt conſtitutum, quilibet ex filijs diuerſum gradum ab alijs conſtituit. cap.3.num.56. *fol 41.*

Primogenitura, neque momento temporis in aliquo-

I N D E X

quorum ſententia poteſt ſtare in ſuſpenſo. cap. 42 num. 34. fol. 291.

Primogeniturę qualitas in vltimis ſubſtitutis nō expreſſa, an, & quando in eiſdem cenſeatur repetita. cap. 3. num. 43. fol. 38.

In Primogenituris, & Maioratibus Sacerdotium non impedit ſucceſſionem, quoties perſonę Ecclesiaſticę non reperiuntur expreſsè excluſę, neque fuit iniunctum onus nubendi pro conſeruatione Familiæ, & Agnationis. cap. 4. numer. 6. fol. 44.

Primogeniturę qualitatem ſufficit, quòd Pater aliquo habuerit tempore; licet ante delatam ſucceſſionem moriatur, vt filius ſuperſtes ex Primogeniturę qualitate ad ſe tranſmiſſa, Patruum excludat. cap 3. n. 60. fol. 41.

Declara vt ibid. num. 64. & 65.

Primogenitus.

Primogenitus, ſeu natu maior ad effectum inſpiciendi quis ſit, tempus delatæ ſucceſſionis attendendum. cap. 4, num. 14. fol. 45.

Primogenitus, ſeu natu Maior is debet nuncupari, qui tēpore, quo ſucceſſio aperitur, primus in rerū natura exiſtit. c. 4. n. 1 f. 43. & n. 14. f. 45.

Primogenitus, qui ſucceſſit, ſeipſum, ſuamque includit lineam, reliquis omnibus, qui ex ea non ſunt, omninò excluſis. cap. 3. n. 7. fol. 33.

Primogenitis ab Inſtitutore vocatis, non ſolùm Primogenitus, ſed eius linea, ſeu gradus, nempè, omnes deſcendentes ex eo in perpetuum vocati eſſe cenſentur. cap. 3. n. 57. fol. 41.

Idque, non ſolùm ex euidenti Teſtatoris voluntate, ſed etiam ex vera tranſmiſſione Iuris ſuccedendi. ibid. n. 58.

Primogenito ſtatim nato, acquiritur ſpes certa, & incommutabilis, formataque ad ſuccedendum in Maioratu ſuo loco, & tempore. cap. 3. num. 59. fol. 41.

Adeòut, ſi contingat, ipſum ante patrem mori, dictum Ius ſuccedendi, & ſpem formatam ad ſuum tranſmittat Primogenitum. ibid.

Primogenito ex filio neptis repreſentat, nedum Patrem, ſed perſonam, & Ius Primogenituræ. cap. 3. num. 61. fol. 41.

Declara, quando Ius Primogenituræ fuit omninò radicatū in perſona Primogeniti. ibid. & num. 65. fol. 42.

Ex Primogenito filia ſuperſtes, licet præmortuo, ad Primogenituræ ſucceſſionem eſt reintegranda ob deficientiam maſculorum lineæ admiſſæ, etiam in pręiudicium Sororis vltimi poſſeſſoris. cap. 3. num. 62. fol. 41.

Contrariam ſententiam, fauorabilem fœminæ, ſiue filiæ, ſiue ſorori vltimi poſſeſſoris Maioratus eſſe veriorem latè oſtenditur. cap. 3. num. 5. & ſeqq. fol. 33. & 34. & n. 63. fol. 41.

Præcipuè, quando non adeſt concurſus maſculi agnati. ibid. n. 63. & in fin. n. 68. fol. 42.

Ex Primogenito præmortuo fœmina deſcendens, in quo caſu poſſit excludere filiam; ſiue ſororem vltimi poſſeſſoris Maioratus. cap. 3. numer. 64. fol. 41.

Primogenitus, qui Ius Primogenituræ non acquiſiuit, Primogenitus dici non poteſt, præcipuè, ſi fuerit præmortuus, Patre adhuc viuente. cap. 3. num. 66. fol. 42.

Primogenito in Patre præmortuo neceſsè eſt, vt fuerit radicatum aliquod Ius ſuccedendi in Primogenitura de præſenti firmum, & inuariabile; ad hoc, vt ex eodem Iure tranſmiſſo, filius ſuperſtes qualitatem Primogenituræ ſui Patris repreſentare valeat. cap. 3. num. 70. fol. 42.

Vide Maioratus, Linea.

Primus acquirens.

Primus acquirens dicitur de nouo Inueſtitus de Emphytheuſi iam deuoluta, & à Domino directo acceptata. cap. 68. num. 15. fol. 537.

Primus acquirens in noua emphyteuſi poteſt ſuis deſcendentibus pręiudicium inferre. cap. 68. num. 16. fol 537.

Reprobatur contraria ſententia, quæ ſolùm poteſt procedere, quoties agitur de expreſsè vocatis, & æquè principaliter contemplatis in Inueſtitura. ibid.

Primus acquirent in Emphyteuſi ex titulo oneroſo quęſita poteſt ſucceſſiuè vocatis in Inueſtitura præiudicium inferre. cap. 68. numer. 20. fol 538.

Primi acquirentes mater, & pater, an poſſint filijs emancipatis præiudicare. cap. 68. num. 21. fol. 538.

Primus acquirens non poteſt dici Emphyteuta, ſi per fraudem ceſſauit ſoluere canonem, vt nouam acquirat Inueſtituram, neque pręiudicat comprehenſis in eadem Inueſtitura. cap. 68. num. 22. fol. 538.

Vide Emphyteuſis.

Princeps, Principatus.

Principis de poteſtate diſputare ad inſtar Sacrilegij eſt. cap. 48. num. 15. fol. 331. & cap. 74 nu. 17. & ſeq. fol. 560. & cap. 89. n. 1. fol. 618.

Principis de poteſtate, qui diſputat, facit ſe ſuperiorem ipſi Principi, & ponit ſedem ſuam in Aquilone, tentans eſſe ſimilem Altiſſimo iuxta Baldum. cap 72. n. 18. fol. 560.

Princeps debet habere vnum calamum, & vnam linguam, iuxta monitum Baldi. cap. 78. num. 6. fol. 586.

Principem in re magni momenti fuiſſe à Miniſtro certioratum eſt præſumendum. cap. 78. num. 4. fol. 586.

Princeps poteſt tollere Ius hypothecę. cap. 72. num. 24. fol. 560.

Principatui bonum, & ęquum dant eſſe, iuxta Baldum. cap. 73. n. 15. fol. 566.

Principum beneficia latiſſimè interpretanda. cap. 71. num. 34. fol. 556.

Principi, quę affertur iniuria omninò aliorum Principum iniuria eſt, quia non tàm perſona, quàm Dignitas læditur. cap. 1. n. 23. fol. 8.

Principum omnium defenditur cauſa in vindican-

I N D E X

dis pœnis per legem Iuliam inflictis aduerſùs reos læſæ Maieſtatis.cap.1.n.22. *fol.8.*

Principis à voluntate, quod dependet, impoſſibile reputatur.cap.54.n.6. *fol.412.*

Principis factū de abſoluta poteſtate procedentis dicitur caſus fortuitus. cap.91.n.8. *fol.625.*

Principis ex facto ad eum caſum, qui dependet, non cenſetur quis ſe obligaſſe, licet ſuſcipiat in ſe omne periculum, omnemque caſum fortuitum.cap.91.num.10. *fol.625.*

Principis contra factum non intelligitur obligatus manutenere, & defendere, qui alioquin eſt obligatus ad manutenendum, & defendendum. cap 91.num.9. *fol.625.*

Principis factum in qualibet diſpoſitione cenſetur exceptum.cap.91.n.10. *fol.625*

Principis ex poteſtate, & facto ad caſum ſi quis ſe obligauit, adhuc non tenetur. cap.91.num. 11. *fol.625.*

Principem non eſt præſumendum, voluiſſe auferre bonorum dominium alteri quæſitum. cap.71. num.13. *fol.553.*

Principem in dubio non eſt præſumendum voluiſſe tollere Ius tertio quæſitum. cap.78. num. 16. *fol.587.*

Præcipuè in Papa profitente per Regulam Cancellariæ, nolle Ius tertio quæſitum tollere, niſi facta ſpeciali mentione, cum derogatione dictæ Regulæ. ibid.num.17.

Principem non eſt præſumendum voluiſſe tacitè derogare Priuilegijs conceſſis ob benemerita alicuius Inclitæ Ciuitatis, dum, neque etiam expreſſè id agere poterit.c.78.n.15.fol.587.

Principis loquentis perſona, an comprehendatur ſub generali ſermone.cap.72.n.31. *fol.561.*

Principem dantem obligat licentia.cap.72. num. 19. *fol.566.*

Principem non eſt præſumendum velle vti abſoluta poteſtate ad ſubuertendum pacta inter contrahentes inita.cap.62.num.49. *fol.495.*

Principi omnia Deus ſubiecit, præter contractus; qui propter conſenſum ſunt de Iure naturali, quem Princeps ſupplere nequit. cap.62.num. 50.fol.495.& cap.78.n.6. *fol.586.*

Cum Principe verba contractus geſti intelligi debent, prout de Iure.cap.73 n.14. *fol.566.*

Cum Principe inita conuentio pro lege ſeruanda. cap 78.num.5. *fol.586.*

Princeps non poteſt aliquid gerere, tàm directè, quàm indirectè contra legem contractus. cap. 72.num.51. *fol.562.*

Princeps omninò tenetur ſtare contractui, cum in illis ad inſtar cuiuslibet priuati conſideretur. cap.72.num.52. *fol.563.*

Princeps ex contractu cum ſubditis inito, nedum naturaliter, ſed etiam ciuiliter obligatur; nam alioquin omnium exul eſſet, qui eſt omnium Præſul. cap.72.num.53. *fol 563.*

Adeòut contractus cum ſubditis celebratos non valeat reuocare, neque minuere, etiam ex poteſtatis plenitudine, quæ ad Ius naturale non extenditur ibid.n.54.

Principem æquè afficit, ac priuatum Iuſtitia commutatiua, naturaliſque obligatio ex illa proueniens.cap.72.num.52. *fol.563.*

Cum Principe contractus geſtus latam recipere debet interpretationem contra eumdem Principem.cap.73.num.16. *fol.566.*

In Principe duplex perſona conſideratur, altera Legislatoris, altera verò priuati contrahentis, ex quarum vltima ad promiſſa ſeruanda compelli poteſt.cap.78.num.7. *fol.586.*

In Principe obligationis nexus ortum habuit à Iure Diuino ex illo Oraculo: Sit ſermo veſter eſt, eſt, non, non.*cap.78 n.8.* *fol.586.*

Princeps pro eius fulgenti dignitate fortiori vinculo ad promiſſa ſeruanda adſtringitur, quàm priuatus cap.78.n.9. *fol.586.*

Aſſertur elegans dictum Theodorici *penes* Caſſiodorum.*cap.78.n.10,* *fol.586.*

Principis conceſſio, ſiue priuilegiatiua, ſiue in vim contractus extendi non debet de re ad rem, neque de loco ad locum.cap.76.n.16.fol.581.

Principium.

Principijs præſuppoſitis, neceſſè eſt omnia etiam principiata confiteri.cap.5.n.19. *fol.50.*

Priuilegium.

Priuilegium dicitur nouum, quoties eidem aliquid additur, vel diminuitur. cap.68. num. 13. *fol.536.*

Priuilegia contra concedentem latiſſimam, ſtrictiſſimamque interpretationem contra tertium recipiunt.cap.70.n.20. *fol.548.*

Priuilegium fauore alicuius conceſſum, catenus habet locum, quatenus priuilegiatus eo vti velit.cap.70.n.24. *fol.549.*

Ideòque tertius non poteſt de eo opponere. ibid.num.25.

In priuilegijs Principis *ſubintelligi debet clauſula* ſine præiudicio tertij.*c.70.n.17 fol.548.*

Priuilegijs conceſſis ob benemerita alicuius inclitæ Ciuitatis non eſt præſumendum, Principem tacitè derogare voluiſſe, dum neque etiam expreſſè id agere poterat.cap.78.n.15. fol.587.

Proceſſus.

Proceſſus copia dari non ſolet in crimine læſæ Maieſtatis, ne Regnorum pandantur arcana. cap.1.num.39. *fol.10.*

Præcipuè, quando delictum eſt ſatis, ſuperque notorium.ibid.num.40.

Productio.

Producere quoties quis recuſat ſcripturas in Archiuio conſeruatas, præſumptio eſt, quòd faciat contra eumdem recuſantem producere. cap 67.n.20. *fol.530.*

Productio tarda ſcripturæ arguit præſumptionem falſitatis, vehementiſſimæque ſuſpicionis. cap. 46.num.16. *fol.312.*

Producens ſcripturam cenſetur fateri, omnia in ea contenta eſſe vera.cap.42.n.8. *fol.288.*

Idque, etiam ſi productio fiat per compulſum, vel in parte, & partibus, quoties produ-
cen-

I N D E X

cens in ea fundat ſuam intentionem .Ibid n.9.

Productio per campulſum, & in parte, & partibus in quo caſu ſuffragetur.ibid.n.10.

Promiſſio.

Promiſſio de vendendo feudum ſub reſeruatione Aſſenſus Principis habet implicitum ſtatum validitatis.cap.62.num.24. fol.490.

Promiſſio de vendendo feudum, eum habeat implicitum ſtatum validitatis, ſuperueniente aſſenſu, non requiritur nouus conſenſus; ſed ad initium promiſſionis ſit retrotractio. cap.62. num.38. fol.492.

Promiſſio de vendendo feudum, eum non pariat, niſi ſimplicem actionem perſonalem ad adimplendum, neque ſuper feudo ius tribuat, non indiget aſſenſu.cap.62.n.40. fol.493.

Ex promiſſione de vendendo feudum dicitur quæſita perſonalis actio contra promiſſorem pro implemento.cap.62.num.41. fol.494.

Prorogatio.

Prorogatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus prorogati cap.78.n.11 fol.586.

. Adeout nihil prorsùs dicatur immutatum. ibid. num.12.

Prorogatio operatur, vt dicatur idem tempus, idemque actus, quanda tertius, non niſi, finita tempore, & actu, ius acquirit. cap.89.num.6. fol.619.

Per prorogationem, vel nihil dicitur immutari. cap.89.num.8. fol.619.

Vel ſuspenditur, aut differtur per aliquod tempus iuris conſiderabilis acquiſitio. ibidem num.9.

Prorogatio facta, durante adhuc primo tempore, eum fiat ante Ius quæſitum, citationem partis non requirit.cap.89.num.10. fol.619.

Vide Epiſcopus.

Prorogatio Gabellæ eſt materia odioſa. cap.78 numer.14. fol.586.

Prorogata Gabella dicitur de nouo impoſita. cap. 78. num.18. fol.587.

Prorogatio officij, Vide Officium.

Proteſtatio.

Proteſtatio emiſſa, tàm ante ſolutionem, quàm in actu ſolutionis operatur, vt exigens quaſi poſſeſſionem manutenibilem acquirere valeat.cap.86. num.20. fol.610.

Idem aſſerendum in proteſtatione facta in actu depoſiti.ibid.

Proteſtatio prima ſufficit, quę debet intelligi repetita in ſecundis ſolutionibus, quoties durat cauſa metus.cap.86.num.22. fol.610.

Proteſtationis actus ſemper durat, donec fiat actus contrarius.ibid.num.23.

Proteſtatio in extraiudicialibus ſufficit. ſi ſemel fiat neque eſt neceſsè, vt repetatur. cap.85.num.24. fol.610.

Secus aſſerendum in Iudicialibus. ibidem num.25.

Proteſtatio facta in vltimis ſolutionibus non tollit effectum priorum ſolutionum, ſine proteſtatione factarum.cap.86.n.26. fol.611.

Proximior.

Proximior in gradu vltimo morienti, Iure communi inſpecto, debet ſuccedere.cap.3.n.42. fol.38.

Proximiores de agnatione, vel illi de Familia in feudalibus, quoties ſunt vocati, non veniunt, niſi illi, qui ſunt de ſanguine, & parentela primi acquirentis.cap 63.num.22. fol.501.

Proximitas.

Proximitas ſola ſanguinis regulanda ex perſona vltimi deficientis; non autem primi acquirentis inſpici debet in ſucceſſione feudorum, in aliquarum ſententia cap.63.n.14.& ſeq. fol.500.

Proximitas vltimi ſucceſſoris; non autem primi acquirentis eſt attendenda in ſucceſſione Emphyteotica.cap.64.n.2. fol.508.

Proximitas Teſtatoris; non autem pupilli in ſubſtitutione pupillari eſt inſpicienda. cap.5.num. 22. fol.51.

Proximitas reſpectu vltimi poſſeſſoris; non autem reſpectu Inſtitutoris eſt attendenda in Primogenituris, & Maioratibus.cap.3.n.37. fol.38.

Idque procedit, non ſolùm in aſcendentibus, ſed etiam in tranſuerſalibus; præcipuè, quando agitur de fideicommiſſo habente tractum ſucceſſiuum.ibid.num.38.& duob.ſeqq.

Proximitas, præter gradus prærogatiuam eſt ſpectanda in fideicommiſſis.cap.9.num.16. fol.78.

Proximitas grauati, non autem grauantis attendi debet in fideicommiſſis, quoties agitur de fideicommiſſio agnatitio perpetuo per plura ſæcula poſſibiliter duraturo.cap.9.num.38. fol.81.

Proximitas grauati, non grauantis attendi debet, quoties Teſtator id apertè diſpoſuit, cap.9 num. 40. fol.82.

Proximitas grauati, non grauantis attenditur, quoties fit tranſitus de linea ad lineam inter tranſuerſales, vel de vno perſonarum genere ad aliud.cap.9.num.41. fol.81.

Secus aſſerendum, quando agitur inter deſcendentes comprehenſos ſub eadem fideicommittentis linea, neque fit tranſitus de linea ad lineam inter tranſuerſales.cap.9.n.41. fol.82.

Vel quoties agitur de fideicommiſſo in remotiſſimum tempus contracto.cap.3.n.48. fol.39.

Proximitas grauati; non autem grauantis attenditur in fideicommiſſo, præcipue tranſuerſali, quando Teſtator in vltimis ſubſtitutis diſpoſuit, vt ſeruari debeat modus in ſuccedendo à iure præſcriptus cap.3 num.44. fol.39.

Publicatio.

Publicatio bonorum à Iuriſdictione prouenit, tamquàm ab eius cauſa.cap.1.num.3. fol.5.

Vide Confiſcatio.

Qualitas.

Qualitas adiecta verbo debet intelligi iuxta tempus verbi.cap.47.num.38. fol.325.

Qualitatis alicuius contemplatione elargita donatio intelligitur facta, quatenus duret illa qualitas contemplata. cap.87.numer.4. fol.612.

Qualitas, cuius intuitu eſt donatum, determinat verbum, à quo donatio ſumit effectum. cap. 87.num.5. fol.612.

Qualitas admiſſiua, ſiue excluſiua eſt attendenda, tempore actualis acquiſitionis. cap.87. num.6. fol.612.

Qualitas, putà Doctoratus, quoties à Teſtatore fuit adiecta pro conſequutione hereditatis, extraneus ſubſtitutus non admittitur, donec ex-

tet

tet aliqnis ex deſcendentibus, qui Doctor fieri poſſit.cap.42.n.29.& ſeqq. fol.291.

Qualitate pro iuſtificāda, putà Doctoratus, ſufficit, vt quis poſt lauream ſuſceptam exhibuerit ſe paratum exercitio, cum potentiali habitudine exercendi, quoties ſe offerat occaſio. cap.42. num.38. fol.292.

Qualitas, licèt non fuerit adiecta, quam Teſtator adiecturum ſe dixit, valet legatum.cap.23. num.26. fol.176.

Qualitas per Teſtatorem requiſita, quouſque impleatur, fideicommiſſum poteſt ſtare in ſuſpenſo.cap.42.num.35. fol.291.

Qualitates, quòd quis non habeat à Teſtatore requiſitas, negatiua eſt probanda ab actore, quoties eſt fundamentum ſuæ intentionis, illaque deducitur pro remouendo iam admiſſo, & poſſeſſore.cap.42.num.36. fol.292.

Qualitatis repetitio, Vide Repetitio.

Refutatio.

Refutatio feudi in proximè ſucceſſurum fieri poteſt ſine aſſenſu cap 60.n.6. fol.475.

Refutatio, quòd valeat, cętera pacta nō, iuxta celebrem theoricam Iserniæ, quomodo intelligendum.cap.60.num.8. fol.476.

Refutatio, cum ſit prauentiua ſucceſſionis ſpecies, implicat, velle aliquod Ius ſuper feudo refutato reſeruare.cap.60, num.10. fol.476.

Per refutationem non poteſt quis eodem tempore, tollere ſe de medio, & in medio eſſe per reſeruationem, ideòque actus peccaret in forma. cap.60.num.10. fol.476.

A refutante, ſi ad ſui commodum eſt reſeruatus vſusfructus, & ſuper eadem reſeruatione non fuerit impetratus aſſenſus, corruit etiam ipſa feudi refutatio.cap.60.n.7. fol.475.

Regalia.

In Regalibus Princeps firmatam habet intentionem.cap 77.num.4. fol.583.

Regalia à priuatis poſſideri nō poſſunt, niſi ex cōceſſione Principis, vel ex immemorabili conſuetudine.cap.69.n.14. fol.542.

In Regalibus non datur manutentio ſine titulo à Principe obtento.cap.86 n.14. fol.609.

In Regalibus titulus eſt exhibendus.cap.77.num. 3. fol.582.

Regalium detentores ad titulum exhibendum cogi valeat.cap.77.n.5. fol.583.

In Regalibus reſeruatis Pontifici non eſt ſtandum aſſertioni cuiuſuis Supremi Magiſtratus, etiam Cardinalis Legati à Latere.cap.78.n.3.fol.585 & cap.77.n.15. fol.584.

Regalia maiora ſunt affixa oſſibus Principis in Supremæ Poteſtatis ſignum; adeòut ab eius Perſona diuelli non valeant.cap.69. num.34. fol.544.

Regalium in materia, quando agitur inter Principem, & Vaſſallos, & inter feudatarium, & Vaſſallos traditur differētia.c.69.n36.fol.545

Regalia contra Principem cū ſubditis præſcribi non valent, niſi tempore immemorabili.cap.69. num.44 fol.546.& cap.70.n.15. fol.548.

Sed, quando non agitur contra Principem, ſed contra priuatum, ſufficit præſcriptio triginta, vel quatraginta annorum.cap.69. num.45. fol.546.& cap.70 n.16. fol.548.

Regalium conceſſio probari poteſt ex coniecturis. cap.69.num.20. fol.543.

Regalia, an veniant ſub conceſſione meri, & mixti Imperij.cap.69.n.17. fol.543.

Regalia omnia, præcipuè minora, comprehenduntur, quoties in Inueſtitura fuerunt conceſſa omnia Iura vniuerſalia cap.69.n.19 fol.543.

Contraria poſſunt procedere in Regalibus Maioribus, n 35. fol.544.

De Regalibus eſt collectarum indictio.cap.82.nu. 19.fol.597.& cap.86.n.13. fol.609.

De Regalibus Supremis, & Maioribus Supremo Principi reſeruatis eſt facultas in Inueſtitura conceſſa faciendi ligas, & confœderationes, cum etiam Ius belli, paciſque includat.cap 69. num.21. fol.543.

Regalium cōceſſio ſuper ligis, & fœderibus incundis eſt adeò potens, vt ex ea dicatur quæſitum Ius liberi, abſolutique Principatus.c.69.num. 22. fol.543.

Adeòut multæ Ciuitates Germaniæ ex hoc priuilegio fuerint effectæ liberæ.ibid.

De Regalibus Maioribus eſt facultas cudendi Monetas.cap.69.n.24. fol.544.

De Regalibus Maioribus eſt facultas legitimandi Spurios, creandique Notarios. cap.69.num. 25. fol.544.

Regalibus aliquibus conceſſis, quoties additur clauſula generalis, ac omnia, & ſingula alia, etiam præmiſſis maiora faciendi, veniunt omnia alia Regalia, etiam maiora, multòque magis minora, vel ſaltem æqualia. cap.69. num.26. fol.544.

Regalia contenta in cap.vnic.quæ ſint Regalia, non computantur inter Regalia Maiora reſeruata Supremo Principi, & veniunt in generali conceſſione.cap.69.n.35. fol.544

Regalia, licet non veniant, niſi de eis fiat ſpecifica mentio; nihilominus, ſi emens reperiatur in poſſeſſione Regalium, huiuſmodi obſeruantia declarat, fuiſſe ſub venditione comprehenſa, cap.71.num.40. fol.556.

Regalia, an fuerint conceſſa in Inueſtitura, obſeruantia, etiam modici temporis declarat; cumque ſit interpretatiua, non diſpoſitiua, ſufficit etiam vnicus actus.cap.69.n.39. fol.545.

Regnum.

Regnorum arcana pandi non debent.cap.1.num. 39. fol.10.

Regula.

Regulæ Cancellariæ expirant ob mortem Pontificis, ſtante expreſſa proteſtatione, quòd tempore Pontificis eas promulgantis ſiat tantùmmodò duraturæ cap.80.num.15. fol.592.

Secus aſſerendum, quando exarantur Conſili-

Digitized by Google

ſtitutiones ſuper eis, quæ dicuntur Regulæ ſecundæ editionis, quæ ſunt perpetua. ibid. n. 16.
Regulæ eſt ſtandum, donec ex adverſo de contrario doceatur. cap. 63. n. 67. fol. 506.

Reintegratio.

Reintegratio fideicommiſſi, & an pro ea competat hypotheca. Vide Hypotheca.

Relatio, Relatum, Referens.

Relatio eſt facienda ad ea, quibus ratio recti ſermonis magis convenit, quamuis, inſpecto verborum ordine, ſit remotior. cap. 42. numer. 40. fol. 292.
Præcipuè pro contrarietate effugienda. ibid. & cap. 67. num. 30. fol. 531.
Relatio ſemper eſt intelligenda, præterquam in expreſſis, & ne detur contrarietas. cap. 67. num. 31. fol. 531.
Relatio nunquam intelligitur facta ad ea, quæ ſpecialem habent proviſionem. cap. 20. num. 21 fol. 158.
Relatio excluditur pro abſurdo evitando. cap. 20. num. 26. fol. 159.
Relatio applicari non poteſt ad illud, quod non reperitur. cap. 20. n. 29. fol. 160.
Relatio ad fideicommiſſum, quod non reperitur conſtitutum ſuper bonis donatis, non facit cõditionem. cap. 20. num. 28. fol. 160.
Relatum eſt in referente, vel quotieſcumque apparet relata diſpoſitio, quo caſu referens ad terminos relati reſtringitur. cap. 20. num. 30. fol. 160.
Vel, quando referens nihil in ſe certum, perfectumque diſponit; ſed abſque declaratione alius, quod in relato continetur, ad illud abſolutè ſe refert. ibid. n. 31.
Sine Relato referens non attenditur. cap. 77. num. 16. fol. 584.
Referenti magis eſt ſtandum, quàm relato, in eo, quod ab illo eſt diverſum, quoties liquidò apparet, contrahentes aliter diſponere voluiſſe, quàm in relato continetur. c. 67. n. 32. fol. 531.

Relatiuum.

Relatiuum quæ determinatiuè poſitum ſine copula reſtringit totum ſuum antecedens, ad quod refertur. cap. 20. num. 17. fol. 158.

Religioſus.

Religioſo profeſſo ex teſtamento, vel ex Apoſtolica diſpoſitione permittitur vſus alicuius annuæ præſtationis, ſub conditione tacita erogandi in pios vſus, vel proprios Religioſo Statui convenientes. cap. 44. num. 21. fol. 302.
Idque, etiam attenta diſpoſitione Sacri Cõcilij Tridentini. cap. 44. num. 24. fol. 303.
Religioſo relictum legatum, facta prohibitione, ne Religioni quæratur, debet interpretari eo modo, quo de Iure poteſt ſubſiſtere, vt, nempe, nihil facti ad Religionem pertineat; ſecus de Iure. cap. 44. num. 26. fol. 303.
Vedi Monacus.

Renouatio.

Renouatio ob lineam finitam præſefert quamdam prorogationem, ſeu fictam cõtinuationem primæ Inveſtituræ, perindè, ac ſi illa non terminaſſet. cap. 63. num. 8. fol. 499.
Renouatio dicitur ficta ſucceſſio. ibid. n. 9.
Renouatio Emphyteuſis Eccleſiaſticæ eſt facienda Agnatis ab Eccleſia Domina directa, quoties non vult, vel ex conſuetudine non poteſt pro ſe retinere, non ex ſtricta legis cenſura, quæ potiùs reſiſtit. cap. 63. n. 1. fol. 498. & num. 48. fol. 504.
Sed ex quadam æquitate legis comprobata à Bartolo. cap. 63. n. 2. fol. 498.
Renouatio non eſt concedenda proximioribus ab Eccleſia, niſi cum eiſdem conditionibus oblatis à remotioribus. cap. 63. num. 56. fol. 505.
Renouatio non eſt facienda ab Eccleſia, niſi cum eiſdem conditionibus conceſſis in Inveſtitura alteri facta. cap. 63. num. 61. fol. 506.
Renouandi æquitatiua neceſſitas potiſſimùm innititur antecedenti dominio bonorum penes anteceſſores exiſtenti. cap. 63. n. 6. fol. 499.
Renouationis petendæ Ius eſt regulandum iuxta ordinem ſucceſſionis ab inteſtato. cap. 63. num. 25 fol. 501.
Intellige, vt ſit habenda ratio inteſtatæ ſucceſſionis inter illos de eodem genere primi acquirentis. cap. 63. num. 26. fol. 501.
Secus aſſerendum, quando is, qui eſt de ſanguine prorſus extraneo, & extra genus vocatum, ob accidentalem coniunctionem cum vltimo moriente contendit excludere illos de ſanguine, ſeu genere non vocato. ibid. n. 27.
Renouatio in ſententia Romani non eſt debita Matri, vltimi Emphyteutæ, quæ non eſt agnata; ſed, potiùs Patruo, vtpotè agnationis vinculo coniuncto, tàm cum vltimo Emphyteuta, quàm cum primo acquirente. cap. 62. n. 3. fol. 498.
Reprobatur ſententia Romani. ibid. num. 10. & ſeqq. fol. 499.
Renouationis petendæ Ius eſt regulandum ab ea qualitate, quæ ſuccedendi præſtare valet poteſtatem. cap. 63. n. 4. fol. 498. & n. 29. fol. 501.
Ideòque agnatus renouationem petẽs eſt præferendus omnibus alijs cognatis. cap. 63. num. 5. fol. 498.
Renouationem petendi Ius, etiam in Emphyteuſi pactionata eſt hæreditarium. cap. 63. num. 11. fol. 499.
Contrarium veriùs oſtenditur in ſententia Rotæ affirmantis, vt in Emphyteuſi pacti, & providentiæ, ad effectum obtinendæ renouationis ſola qualitas ſanguinis, & proximitatis ſit attendenda, nulla qualitatis hæreditariæ ratione habita. ibid. n. 12.
Renouationem petens debet eſſe de vtroque ſanguine, & progenie, tàm vltimi deficientis, quàm primi acquirentis. cap. 63. num. 15. fol. 500.
In renouatione ſpectanda eſt proximitas, quæ ſit de ſanguine, tàm acquirentis, quàm morientis. cap. 63. num, 16. fol. 500.
In renouatione Emphyteuſis, eiuſdemque ſucceſſione proximitas eſt attendenda primi acquirentis. cap. 63. num. 24. fol. 501.
Renouatio in Emphyteuſi hæreditaria, quemadmodùm eſt facienda hæredibus quamuis extraneis. cap. 63. num. 30. fol. 501.
Ita etiam ſunt renouandi agnati, quando emphy-

phyteuſis eſt agnatitia, & pactionata. ibid.

In renouationis prælatione inſpectio ſublata differentia agnationis, & cognationis poteſt conſiderari: quando omnes contendentes prælationem in renouatione eſſent de eodem genere, ſeu ſanguine vocato. cap. 63. num. 31. fol 501.

Secus, quando ſunt de ſanguine omninò extraneo, vtpotè eſt Mater. cap. 63. n. 32. fol. 502

Renouationis prælatio eò libentiùs eſt concedenda agnatis, quoties, vltra qualitatem agnatitiam, concurrit, etiam hæreditaria vigore ſubſtitutionis pupillaris. cap. 63. n. 33. fol. 502.

Renouatio, etiam Emphyteuſis Eccleſiaſticæ, eſt regulanda à Statutis laicalibus, non quidem vigore Statuti; ſed potiùs præſumptæ voluntatis contrahentium. cap. 63. n. 39. fol. 503.

Renouatiò eſt debita fratri, & non ſorori per Statutum excluſæ. cap. 63. n. 40. fol. 503.

Ideòque fœmina excluſa à ſucceſſione intelligitur etiam excluſa à Iure petendi renouationem. ibid. num. 41.

Saltem temporaliter, donec exiſtant maſculi. ibid. num. 42.

In renouatione eſt preferendus is, qui meliorauit, cap. 63 num. 54. fol. 505.

Renouatio eſt potiùs danda hæredi, quàm cæteris, quoties Dominus nolit ea reficere. cap. 63. num. 55. fol 505.

Pro renouatione debetur laudemium Eccleſiæ Dominæ directæ. cap. 63. n. 63 & 66. fol. 506.

Præcipuè, quando Eccleſia non conſueuit renouare, niſi laudemio ſoluto; quidquid ſit ſemota conſuetudine. ibid. n. 64. & 66.

Renouatio, quoties ab altero obtinetur, laudemium non ſolutum non eſt reſtituendum. cap. 63. num. 65. fol 506.

Pro renouatione in prælatione perſonalis actio ad factum competit proximiori contra Dominum directum ad renouandum; non autem contra inueſtitum. cap. 63. num. 69. fol. 507.

Renunciatio.

Renunciatio, cum ſit ſtricti Iuris, vtpotè odioſa, ſufficit, quòd in aliquo verificari valeat, vt minus præiudicet renuncianti, quàm fieri poſſit. cap. 55. num. 44. fol. 423.

Præcipuè, quando eſt facta à muliere nubente in ſæculo. ibid. num. 45.

Renunciatio ſufficit, vt quid minimum operetur, ad impediendam illius extenſionem. cap. 55. num. 46. fol. 423.

Renunciatio, quando aliquid eſt operata, reſtringi debet, vt minus lædat renunciantem, quàm ſit poſſibile. cap. 55. n. 47. fol. 423

Renunciatio qualibet pro omni eo, quod prætendi poſſit quouis modo, intelligi debet ex cauſa de præterito, vel de preſenti; non autem de futuro. cap. 55 num. 17. fol. 419.

Renunciatio Iuris futuri eſt intelligenda de Iure de futuro, ex cauſa tamen de præſenti; non autem extenditur ad Ius futurum ex cauſa de futuro, non habens ſpem de præſenti. cap. 55. num. 18. fol. 419.

Secus aſſerendum in aliquorum ſententia, ſi renunciatio ſit concepta verbis nimis effrænatis ſuper omnibus Iuribus quomodocumque, & qualitercumque ex quauis cauſa competituris. ibid. num. 18. propè fin.

Renunciatio Iuris quærendi faciliùs datur, quàm quæſiti. cap. 55. num. 16. fol. 419.

Renunciatio tacita non debet plus operari, quàm expreſſa. cap. 55. num. 34. fol. 422.

Renunciaſſe nemo præſumitur Iuri, quod ſibi competere ignorat. cap. 55. num. 64. fol. 426.

Renunciatio, neque etiam iurata, ad ignorata eſt trahenda. ibid. num. 65.

Renunciatio, & quietantia apud Interpretes cõfunduntur, cum quietantia contineat tacitam renunciationem. cap. 55. n. 33. fol. 421.

Renunciatio generalis quarumcumque hæreditatum, non ob aliam cauſam ſubſtinetur, niſi quia ceſſat votum captandæ mortis certæ perſonæ. cap 90. num. 10. & 13. fol. 622.

Renunciatio, an ſit realis, perſonalis, vel mixta, ex quibus potiſſimùm dignoſcatur, cap. 56. num. 8. fol. 436.

Renunciatio in dubio præſumenda perſonalis; non autem realis. cap. 55. num. 35. fol 422.

Idque, etiam ſi fuerit facta recipienti pro ſe, & hæredibus. *ibid. n. 36.*

Renunciatio videtur perſonalis, quoties legitur facta fauore certarum perſonarum. cap. 55. num. 37. fol. 422.

Renunciatio realis adeò tollit renunciantem de medio, vt pro mortuo habeatur. cap 54. num. 5. fol. 417.

Renunciatio non efficitur perneceſsè realis per dotationem, quoties agitur de dote recepta à patre, vel fratribus conſanguineis de Iure ad dotandum obligatis. cap. 56. n. 16. fol. 436.

Vel, quando dotis receptio non fuit cauſa vnica, & finalis receptionis, ſed alia concurrunt cauſa. ibid.

Renunciatio, licet contineat clauſulas realitatem præſeferentes; ſi tamen non ſint perpetuò, ſed ad tempus duratura, deficientibus perſonis contemplatis, datur renuncianti regreſſus ad bona renunciata, excluſis hæredibus extraneis renunciatarij præmorientis. cap. 56. numer. 7. fol. 435.

Renunciationis realitas reſultat ex pregnantia, & generalitate verborum, putà ſi fuerit dictũ, alia quauis de cauſa, alia quauis ſucceſſione, vel quomodolibet competentia, & competitura in futurum quomodocumque. *cap. 56. num. 37.* fol. 439.

Renunciatio præſumi debet realis, quoties eſt facta ad fauorem renunciatarij acceptantis pro ſe, & hæredibus quibuſcumque. *cap. 56. num. 18. & ſeq.* fol. 437.

Adeò ut cenſeantur eſſe tot ſtipulationes, quot perſonæ, voluiſſeque renunciantem fauere hæredibus renunciatarij, nedum ex teſtamento, ſed etiam ab inteſtato. cap. 56. num. 18. fol. 437.

Iſtoque caſu, in ſententia Antonij Fabri, *nulli dubitationi relinquitur locus, quin, etiam*

pro

pro extraneis hæredibns renunciatarins fuerit ſtipulatus.cap.56.n.20. *fol.437.*

Renunciatio, an dici debeat realis, quoties legitur facta fauore familię dumtaxat, & ſimpliciter cum clauſula, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus.*cap.56.num.21.* *fol.437.*

Renunciationis realitas, alioquin reſultans ex clauſula, pro ſe, hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *an remaneat exclnſa, quoties prędicta verba non fuerunt prolata à renunciante; ſed ſolùm leguntur in acceptatione renunciatarij.cap.56.n.22.& ſeqq.* *fol.437.*

Renunciationis realitas reſultat ex pacto expreſſo de nnnquàm petendo, neque per ſe, neque per alios bona renunciata, quod habet vim pacti obligatorij de nunquàm petendo in futurum. cap.56.nnm.40. *fol.439.*

Idque, etiam procedit, ſi pactum de non petendo virtualiter ſubintelligatnr.ibid.

Rennnciationis realitas reſultat ex clauſulis, quam renunciationem,&c. promiſit ſemper habere ratam, & ſemper attendere. *cap.56. nnm.41.* *fol.439.& ſeqq.*

Rennnciatio dicitur facta, etiam fauore hæredum extraneorum quoties meneio de hęredibus, & ſucceſſoribus quibnſcumque legitur facta, nedum in acceptatione renunciatarij; ſed etiam in verbis diſpoſitiuis renunciationis facta, nedum rennncianti, ſed etiam hęredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.cap.56.n.26.f.438.

Pręcipuè, accedente ſtipnlatione Notarij, pro abſentibus, eorumque hæredibus quibuſcumque.*ibid.n.27.*

Rennnciatio dicitur ſtipulata à Notario pro hęredibns quibuſcumque, iuxta voluntatem renunciantis, quoties legitur facta erga dictos nius fratrem, & eins hęredes, cum dictio, dictos, repetat adiectiuum, quibuſcumque, *in pręcedenti ſtipulatione Notarij appoſitum. cap.56.num.28.& ſeqq.* *fol.438.*

Renunciatio facta per filiam de bonis paternis, materniſque, non pręſtat impedimentum, quominns eadem renuncians ſuceedat fatri ab inteſtato.cap.56.num.60. *fol.442.*

Renunciatio generalis, ac effręnatis verbis concepta, comprehendit, etiam bona fraterna, licet de eis ſpecifiea non fuerit facta mentio. cap.56.num.61. *fol.442.*

Præcipuè, exiſtentibus verbis, cuiuſuis ſucceſſionis, & ex quauis alia ſucceſſione, *quæ, non ſolùm ſunt ampliatina, quò ad modum ſuccedendi perſonis expreſſis, quibns non fnit renunciatum.ibid.n.61.*

Sed vlteriùs pro ſuperfluitate euitanda importāt renunciationem Iuris ſuccedēdi alijs perſonis non expreſſis.ibid.

Multòque fortiùs, quando in ſuperiori parte renunciationis legitur renunciatum omnibus hæreditatibus Aſcendentium, ampliata poſtmodùm diſpoſitione in illis verbis, & cuiuſuis ſucceſſionis, *quæ in alio verificari non valent, quàm in tranſuerſalibus.cap.56.n.62.* *fol.442.*

Renunciatio non comprehendit bona futura, quando verba renunciationis non ſunt adeò effrænata, & vniuerſalia, vt ex eis neceſſariò renunciatio hæreditatis fraternæ reſultet. cap.56. num.65. *fol.443.*

Vel, quando non fuit ſtipulata pro hæredibus quibuſcumque. *ibid.*

Renunciatio non comprehendit bona futura, quoties legitur poſitiuè reſtricta ad bona paterna, & materna, cum clauſulis ad oculum eadem bona demonſtrantibus.cap.56 n.66. *fol.443.*

Renunciatio non extenditur ad bona futura quando verba renunciationis non ſunt generalia, & apta comprehendere extenſionem, ſed potiùs ſint reſtricta ad hæreditates ſpecificè expreſſas. ibid.num.67.

Vel, quādo renūciatio eſt facta patri acceptāti pro ſe,& ſuis hæredibus, & ſucceſſoribus, *quo caſu in aliquorum ſententia eſt perſonalis. ibid.num.68.*

Renunciationis factæ à Moniali, cum præcipnus effectus ſit Deo ſeruire, ad hunc effectum alio non indiget, quàm dote congrua ſolita dari Monaſterio. cum ſumptibus ingreſſus, & profeſſionis.cap.56 num 55. *fol 441.*

Renunciatio facta à Moniali, dote congrua recepta, etiam opulentiſſimæ hæreditati delatæ, vel deferendæ, non ualet prætextn læſionis reſcindi. cap.56.num.56. *fol 441.*

Renunciatio facta à Moniali eſt latè interpretanda.cap.56.n.63. *fol.443.*

Renunciatio ampliſſima, & Iurata facta à Moniali in ingreſſn Religionis operatur, perindè ac ſi eadem Monialis in rerum natura non exiſteret.cap.56.num.3. *fol.434.*

Renunciatio dici debet realis, abdicatiua, & extinctiua, quoties non eſt facta à muliere nubente in ſæculo; ſed à Moniali, itaut etiam præmoriente renunciatario ab inteſtato ſine liberis, ad ſucceſſionem admitti debeant ipſius hæredes extranei, excluſa Moniali renunciante. cap.56. numer.17. *fol.436.*

Sub renunciatione facta à Moniali, & ſtipulata pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, non poteſt intelligi comprehenſum Monaſterium ex perſona Monialis. cap.56.n.32. *fol.438.*

Renunciatio, ſi fuerit facta à Moniali, ſi renunciatarius ab inteſtato prædecedat abſque liberis, nō poteſt dici Monialis tacitè vocata ad inteſtatam ſucceſſionem.cap.56.n.34.& ſeqq. *fol.438.*

Renunciatio Monialis eſt nulla, deficiente Ordinarij licentia.cap.56.num.45. *fol.440.*

Huiuſmodi licentia poteſt probari ex teſtibus. ibid.num.46.

Quid ex fide Notarij teſtantis, ſe illam vidiſſe. ibidem.

Licentia, an requiratur in ſcriptis. ibidem num.47.

Renunciatio facta à Moniali non gratuita; ſed potiùs, remuneratoria ob dotem ab eo receptam, non ſubiacet ſolemnitatibus Sacri Concilij Tridentini.cap.56.num.49. *fol.440.*

Conciliaris diſpoſitio non habet locum in contractibus vltrò, citròque obligatorijs factis à Nouitijs pro implemento propriæ obligationis. cap.56.num.54. *fol.441.*

In renunciationibns factis à Nouitijs in actu pro-

ſtendi ſolemnitates indictę à Statuto Laicali non requiruntur. cap.56.num.57. fol.441.

Renunciatio facta à filia contemplatione dotis congruæ à Patre receptæ præſumitur realis.cap.54. num.1. fol.417.

Renunciatio ob dotem habitam,cum dicatur qualificata ob portionem receptam, filia dotata, Ius futurum,pro portione habita vendidiſſe cenſetur. cap.54 num.2. fol.417.

Adeò vt dicatur ſuper eodem Iure tranſegiſſe, renunciando totam ſucceſſionem ad eam pertinentem.ibid.num.3.

Renunciatio facta à filia ob dotem receptam prohibet, ne filia poſſit ſuccedere cuicumque hæreditati ex quauis cauſa illi ſucceſſio deferatur. ibid.num.4.

Renunciatio facta à filia bonis, vel ſucceſſioni paternæ,illam excludit à ſucceſſione immediata; non autem mediata; ideòque ſuccedit fratri, etiã in bonis, quæ in ipſum à patre obuenerunt.c.50. num.92. fol.370.

Renunciatio facta à filia dotata à patre bonis fraternis, illam excludit à ſucceſſione fratris ab inteſtato decedentis. cap.55.n.6. fol.417.

Adeò vt excludatur à prædicta ſucceſſione fraterna, perindè, ac ſi non eſſet in rerum natura.ibid.num.7.

Ideòq; dicitur renunciaſſe ſucceſſioni vnde agnati,vnde cognati.cap.55.n 8. fol.417.

Præcipuè, accedente pacto de non petendo, vel acceptilatione,vel Aquiliana ſtipulatione, ex qua tollitur Ius de futuro. ibid.

Contrariam ſententiam eſſe veriorem oſtenditur, quòd,ſcilicet,ſub generali renunciatione Ius ſuccedendi fratri ab inteſtato non poſſit dici comprehenſum. cap.55.n.19. fol.420.

Nam Ius ſuccedendi fratri ab inteſtato eſt Ius de futuro ex cauſa omninò de futuro, ſine vlla ſpe probabili de præſenti, nulloque Iuris fomite munitum.cap.55.num.19. fol.420.

In Renunciatione facta per ſororem non eſt præſumendum, fuiſſe cogitatum caſum mortis fratris ante Patrem, turbato ordine naturæ. cap.55. num 23. fol.420.

Renunciatio generalis facta à filia dotata pro omni eo, quod quouis modo poſſit prætendere ſuper bonis fraternis, eſt apta comprehendere quamcumque ſucceſſionem ab inteſtato.c.54.n.9.f.418.

Præcipuè, quando renunciatio facta à ſorore Iuri ſuccedendi in bonis fraternis in alio verificari non poteſt, quàm in Iure ſuccedendi fratri ab inteſtato.ibid.num.10.

Declara,vt ibid.n.43. fol.423.

Renunciatio filiæ dotatæ ſuper bonis fraternis ſolet per Patrem procurari,vel vt de bonis fraternis renunciatis diſponere valeat,proprium augendo patrimonium.cap.54.num.11. fol.418.

Vel, vt proſpiciat Agnationi pro conſeruatione bonorum in Familia.ibid.n.12.

Renunciationes huiuſmodi reſpiciunt patris vtilitatem, & pater in eis agit de ſua ſucceſſione amplianda.ibid.n.13.

Renunciationes prædictæ procurantur à parentibus, ne filiæ renunciantes ſuccedere valeant. cap.54.num.14. fol.419.

Renunciatio facta à ſorore bonis fraternis intelligitur intuitu, & contemplatione fratris vtrinque coniuncti, non autem conſanguinei. cap.55. num.24. fol.420.

Idque procedit, tàm ſi renunciauerit poſt tranſitum patris ad ſecunda vota, quàm etiam ante. ibid.

An autem cõcluſio procedat, quoties renunciatio non eſt facta ad fauorem fratris tantùm, ſed etiam patris.cap.55.n.28. fol.421.

Renunciatio, cum ſit regulanda, iuxta affectionis ordinem, præſumitur, renunciantem magis dilexiſſe fratres vtrinque coniunctos, quàm conſanguineos.cap.55.num.25. fol.420.

Amplia, etiam ſi renunciatio ſit facta patri acceptanti pro ſe, & hæredibus. ibidem. num.26.

Renunciatio ſorori non obſtat, deficientibus fratribus vtrinque coniunctis. cap.55. num.27. fol.421.

Renunciatio fraternæ hæreditatis facta patri, pro ſe, & filiis, ſiue pro ſe,& hæredibus, adhuc intelligitur pro fratribus vtrinque coniunctis.cap.55.num.30. fol.421.

Idque,etiam ſi filia renunciauerit poſt tranſitum patris ad ſecunda vota.ibid.

Quid aſſerendum, ſi renunciatio fuerit facta per filiam in manibus patris.ibid.n.31.

Renunciatio facta à ſorore ad fauorem fratrum poſt ſecundas nuptias patris, intelligi debet etiam de conſanguineis ex ſecundo matrimonio, quoties,tempore renunciationis, vnus tantùm frater vtrinque coniunctus extabat. cap. 55.num.32. fol.421.

Renunciatio facta à filia dotata cuilibet ſucceſſioni, tàm delatæ, quàm deferendæ ad beneficium patris ſtipulantis pro ſe,& hæredibus quibuſcumque, illam excludit à qualibet ſucceſſione.cap.55.num.38. fol.422.

Vel, quoties agitur de ſucceſſione dotantis; præcipuè, vbi viget Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos.ibid.n.39.

Renunciatio facta à filia ob dotem receptam à Patre ex bonis fraternis, non comprehendit fraterna, ex quibus non fuit dotata.cap.55.n. 40. fol.422.

Renunciationem factam à ſorore Moniali fauore fratris vterini, eſt præſumendum fuiſſe factam non gratuitò animo donandi, ſed potiùs debitum perſoluendi erga fratrem vterinum dotare non obligatum, eidem cedendo Iura ſuper bonis maternis, à quibus dos erat conſequenda.cap.56.num.52. fol.441.

Renunciatio facta à ſorore ob dotem receptam à fratre vterino dici debet realis, cum perpetua excluſione renunciantis, etiam in concurſu cum hæredibus extraneis renunciatarij. cap. 56.num.10. fol.436.

Renunciatio facta à dotata dici debet ſucceſſiua quò ad ipſam dotatam ratione ſeruandæ correſpectiuitatis cum obligatione dotantis. cap.56. num.10. fol.436.

Neque hoc caſu eſt opus recurrere ad coniecturas.ibid.num.11.

Re-

I N D E X

Renuncians.

Renunciantis tacita vocatio ad ſucceſſionem renunciaturij ab inteſtato poteſt procedere, vel, quoties contrariæ concurrunt coniecturæ, videlicet ſi defecerint cauſæ, vel perſonæ in renunciatione contemplatæ. cap.56.n.34. *fol.*438.

Vel, quando renunciatio eſt facta à nubente in ſeculo, ſecus à Moniali contemplatione ingreſſus in Religionem, ibidemque profeſſionem emittendi. ibid.num.35.

Affertur diſcriminis ratio. ibid.

Renuncians dici debet tacitè vocatus ad ſucceſſionem renunciatarij ab inteſtato decedentis, quando non legitur ſtipulatio pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque; *ſed ſimpliciter* pro hæredibus, & ſucceſſoribus. *cap.56 num 36.* *fol.*439.

Renuncians, quoties à ſe abdicat quæcumque Iura, etiam in futurum competentia, cum expreſſione cauſæ non temporaliter; ſed perpetuò duraturæ, præmoriente renunciaturio abinteſtato ſine liberis, remanet renuncians perpetuò excluſus. cap.56.n.5. *fol.*435.

Renunciatarius.

Renunciatarius, quoties inteſtatus ſine liberis prædecedit Sorori Moniali renuncianti, ſuperſtite Matre, quæ pariter inteſtata deceſſit, an poſſit Monaſterium ex perſona Monialis ſuccedere, excluſis hæredibus extraneis abinteſtato eiuſdem renunciatarij c.56.n.4. *fol.*435.

Repetitio.

Repetitionis materia tota pendet à veriſimili, & coniecturata mente diſponentis. cap.42. num. 26. *fol.*290.

Repetitio tacita, iuxta monitum Baldi *procedit, vel ratione copulæ, vel quia oratio regitur ab eodem verbo, vel ex identitate rationis. cap. 31.num.25.* *fol.*226.

Quando duæ concurrunt regulæ, vna affirmatiua, propter quam fieri debet repetitio, altera verò negatiua, ob quam fieri non debet, præualet negatiua. cap.42.n.28. *fol.*290.

Repetitæ qualitatis regulæ procedunt in fauorabilibus; non autem in odioſis. cap.31. num.23. *fol.*226.

Potiſſimùm, vbi agitur de pœna, & caducitate. ibid.num.24.

Repetitioni non eſt locus, quoties, illa admiſſa, ſequeretur abſurdum. cap.42.n.25. *fol.*290.

Repetitio nunquàm datur, quando alioquin ſecunda diſpoſitio eluſoria redderetur. cap.66. num.39. *fol.*524.

Repetitionis excluſiua coniectura reſultat, quoties Teſtator non expreſſit in parte conditionali qualitatem, quemadmodùm expreſſerat in præcedenti diſpoſitione. cap.42.n.27. *fol.*290.

Repetitio qualitatis poſitæ in diſpoſitiua non fit ex diuerſitatis ratione in parte conditionali. cap 42.num.20. *fol.*290.

Repetitio qualitatis ceſſat, concurrente aliqua probabili ratione differentiæ, cur magis in vno caſu, quàm in alio qualitas fuerit expreſſa. cap.42.num.19. *fol.*289.

Repetitio qualitatis præcedentis non admittitur, quando ambæ diſpoſitiones continent orationes ſeparatas cum ſuis verbis principalibus omni ex parte perfectis, intermedijs diuerſis diſpoſitionibus. cap.42.n.22. fol.290. & cap.31. num.21. *fol.*226.

Repetitio qualitatis præcedentis non datur, quando ſubſequens oratio ita eſt ſeparata à præcedenti, vt ſine repetitione ſtare poſſit. cap.42. num. 23. *fol.*290.

Repetitionem ad excludendam dicitur oratio ſeparata, etiam ſi adſit dictio, Et, *quæ videtur ſtare inceptiuè, ſeu continuatiuè; non autem copulatiuè cap.42.num.24.* *fol.*290.

Repetita intelligi debet conditio ob continuationem ſermonis ſub vnica verborum ſtructura. cap.76.num.6. *fol.*580.

Repetitio conditionis viduitatis, Vide Viduitas.

Repetitio legitimitatis, Vide Legitimitas.

Repreſentatio.

Repreſentatio à voluntate potiſſimùm Teſtatoris dependet, & ab ea eſt omninò regulanda; adeòut dici debeat materia merè coniecturalis. cap.9.num.19. *fol.*78.

Repreſentatio eſt ordo fictus, ſeu legis fictio. cap. 9.ante num.25. *fol.*79.

Repreſentatio, ſiue ſubingreſſio in veriori ſententia locum habet in infinitum in fideicommiſſis aſcendentium, regulando fideicommiſſariam ſucceſſionem, iuxta ordinem inteſtatæ ſucceſſionis. cap.9.num.1.fol.75. & cap.18.num. 18. *fol.*144.

Adeòut, non ſolùm filij; ſed etiam omnes alij deſcendentes in infinitum gradum patris ſubingrediantur, & concurrant in ſtirpes cum Patruis, prout de Iure communi ab inteſtato eſſent ſucceſſuri. cap.9 num.1. *fol.*75.

Reprobatur contraria ſententia Baldi. *cap. 9 num.2.fol.75.& cap.18.n.19.* *fol.*144.

Affertur duplex ratio, cui dicta ſententia Baldi *innititur. cap.9.num 36.* *fol.*81.

Repreſentatio legalis dicitur literaliter expreſſa in Teſtamento, ſtantibus verbis, quòd filius locum patris ingrediatur reſpectu aſcendentis, & patrui; cap.9.n.3. *fol.*76.

Repreſentationi non eſt locus, quoties, pluribus inſtitutis, ſi aliquis ſine liberis deceſſerit, ſubſtituuntur ſuperſtites; tunc enim non eſt locus repreſentationi. cap.18.n.20. *fol.*144.

Præcipuè, quando à Teſtatore filij fuerunt nominatim inſtituti, filij verò eorum, & nepotes reſpectiuè in conditione poſiti nominati ſub nomine collectiuo. ibid.n.21. *fol.*145.

Repreſentatio non excluditur ex clauſula de vno in alium, *cum per prædicta verba videntur, Teſtatorem reſpexiſſe ordinem ſuccedendi, non autem ordinem naturæ. cap.9.n.5. fol.76.*

Repreſentationi non repugnat clauſula, ordine ſucceſſiuo, *quia vocati. ordine ſucceſſiuo cen-*

ſentur eo ordine vocati, prout ab inteſtato eſſent ſucceſſuri. cap.9.n.6. fol.76.

Aſſeritur contraria ſententia affirmans, vt repreſentatio non habeat locum in fideicommiſſis, quando vocatio deſcendentium legitur facta ordine ſucceſſiuo. ibid.n.7.

Priorem opinionem eſſe veriorem oſtenditur; præcipuè, quando Teſtator, antecedentes declarando ſubſtitutiones, diſpoſuit, vt in ſtirpes, & non in capita ſucceſſio deferri deberet. ibid. num.8.

Repreſentationi non obſtat clauſula, Salua ſemper prærogatiua graduum, quæ obſtaret, ſi filius ex propria perſona ſuccedere vellet; ſecus verò patrem repreſentando. cap.9.num.9. fol.77.

Satis enim dicitur ſeruata gradus prærogatiua, qui non corrumpitur, neque alteratur. ſed repreſentatur, dum filius patris locum ſubingreditur ibid.

Repreſentatio, nedum non dicitur per Teſtatorem ſublata per dictam clauſulam, Salua gradus prærogatiua, ſed potiùs confirmata. cap.9. num.10. fol.77.

Ex eadem clauſula, licet ſolùm capere coniecturam, Teſtatorem voluiſſe in ſucceſſione cum diſpoſitione Iuris communis ſe conformem reddere. ibid.num.11.

Repreſentationem eò fortiùs dicta clauſula non excludit, quoties ſubſequitur clauſula, in ſtirpes, & non in capita. cap.9.n.12. fol.77.

Dicta clauſula, Salua gradus prerogatiua, dici debet à Teſtatore appoſita ad declarandum, quod, quando vocauit liberos, & deſcendentes, non omnes ſimul, & collectiuè vocauerit; ſed ordine ſucceſſiuo, eodemque modo, quo ab inteſtato eſſent ſucceſſuri cap.9.n.13. fol.77.

Repreſentatio excluditur per clauſulam, Salua gradus prærogatiua, in ſententia Bart. cap. 9.num.14. fol.77.

Clauſula, Salua gradus prærogatiua, & quòd ſucceſſio deferatur in ſtirpes, & non in capita, inſimul à Teſtatore appoſitæ, ſibi inuicem aduerſantes, quomodò ad concordiam reduci valeant. cap.9.num.27. & ſeqq. fol.79. & 80.

Repreſentationis ex legali priuilegio, quando filius ſubrogatur in locum Patris. Patruus, qui contendit nepotem, vti remotiorem excludere, non remanet proximior; ſed in æquali gradu cum nepote; gradus enim non corrumpitur, ſed repreſentatur. cap 9.num.15. fol.77.

Repreſentationi fortiùs eſt locus, quando à Teſtatore cuiuslibet hæredis linea eſt diſtributiuè conſiderata. cap.9.num.17. fol.78.

Repreſentationis Iure, nepotes ſubingrediuntur gradum paternum in fideicommiſſo, quando in teſtamento ſuperſtites, eorumque liberi reperiuntur vocati. cap.9.num.18. fol.78.

Repreſentationem, quoties Teſtator in certis caſibus perſonis, & gradibus admiſit, cenſetur etiá ab eadem noluiſſe abnorrere in cæteris caſibus. cap 9.num.34. fol.80.

In contrarium, quòd argumẽtum vti brocardicum retorqueatur; quòd, cum repreſentatio fuerit demandata in certo caſu, cenſeatur in aliis caſibus excluſa. cap.9.num.35. fol.81.

Repreſentatio, ob quam cauſam, inſpecta diſpoſitione Iuris communis, non poſſit dari in Maioratibus. cap.3.num.71. fol.42.

Repreſentare duplicem perſonam, an, & quando quis poſſit, Vide Perſona.

Repudiatio.

Repudiare, an poſſit debitor hæreditatem, & legatum in creditorum præiudicium. cap.49. num.6. & ſeqq. fol.337. & ſeqq.

Vide Debitor.

Repudiare poteſt filius legitimam, eiuſque ſupplementum in creditorum præiudicium, etiam cum hypotheca, ante Agnationem, & aditionem expreſſam, ſiue tacitam cap.49.n.15. fol.339.

Adeòut filius, adhuc patre viuente, valeat præſtare conſenſum grauamini ſuper legitima impoſito, quem Creditores reuocare non valent. ibid num.16.

Repudiare non poteſt hæres legatarij Ius agnoſcendi legatum ad ipſum tranſmiſſum in Creditorum præiudicium, licet legatarius defunctus id agere potuerit. cap.49.n.13. fol.338.

Repudiatione hæreditatis non obſtante. poteſt Patronus vindicare partem ſibi debitam. cap.49. num.13. fol.338.

Reſcriptum.

Reſcriptum Principis præſumendum precibus conforme. cap.71.num.23. fol.554.

Id tamen non procedit, quando Principis conceſſio ad ſpecialia deſcendit; tunc enim intelliguntur dumtaxat conceſſa ſpecificata in Reſcripto, non autem in precibus indefinitè petita. cap.71. num.24. fol.555.

Reſeruatio.

Reſeruatio Iurium contraria facto nihil operatur. cap.21.num.37. fol.167.

Reſeruatio non eſt referenda ad id, cui iam contrahentes per clauſulas generales renunciauerunt. cap.21.num.41. fol.167.

Reſeruatio ſpecialis in aliqua re denotat in reliquis remiſſionem. cap.21.num.44. fol.167.

Reſeruationis ad tempus actus retrotrahitur. cap. 20 num.12. fol.158.

Reſeruatio Iurium, Vide Præſeruatiua.

Reſignatio.

Per reſignationem in caſu, quo vacet beneficium datum mandatum non extenditur ad caſum, in quo vacet per mortem cap 25.n.26. fol.185.

Reſtitutio.

Reſtitutio aduerſus Sacratiſſimum Ærarium difficilis videtur cap.71.num.1. fol.551.

Reſtituere voluiſſe Principem ad bona alteri quæſita, non eſt præſumendum. cap.71 n.31. fol.555.

Reſtitutionem bonorum banniti non inducit ſimplex Principis indulgentia, quę ſolùm pœnas tollit corporales. cap.71.num.6. fol.552.

Reſtitutio plenaria reſultat ex caſſatione, & abolitione ſententiæ, cum omnibus inde ſequutis. cap.71.num.7. fol.552.

Reſtitutio non intelligitur per Principem facta ad bona, niſi de illis in reſcripto ſpecifica mentio legatur facta. cap.71.n.9. fol.552.

Sed, quando gratia eſt plenaria, expreſſio non requiritur bonorum ibid.n.10.

Intellige concluſionem, de qua ſupra num.9. quo-

Digitized by Google

I N D E X

quoties agitur de bonis priùs Fiſco incorporatis, deindèque in alium, vel ex titulo lucratiuo, vel oneroſo translatis.cap.71.n.12. fol 552.

Vel,quando quis emit à Fiſco bona confiſcata, tanquàm Fiſcalia.ibidem.

Secus aſſerendum, quando dominium bonorum banniti non poteſt dici per Fiſcum in alium translatum. cap,71.n.13. fol.553.

Reſtituit reintegratio, quantum Iudicis condemnatio abſtulit; itaut reſtitutus tamquàm poſtliminio reuerſus, poſſeſſionem recuperet bonorum penes alium exiſtentium.cap.71.n.11. fol.552.

Adeòut, quemadmodùm ſententia abolita remanet, ita etiam cæteræ acquiſitiones ab eadē ſententia prouenientes cenſeri debeant reſolutæ. ibidem.

Reſtitutio dicitur facta per Principem, etiam ad bona,ex abolitione.& caſſatione ſententiæ,quamuis de illis ſpecifica non legatur habita mentio. cap.71.num.22. fol.554.

Reſtitutio banniti etiam ad bona ex quibus præſumatur.cap.71.n.25.& ſeqq. fol.555.

Reſtitutio facta ad honores, & dignitates, præſumi etiam debet facta ad bona, cum ſine illis honores,dignitateſque ſordeſcant.c.71.n.26.fol.555

Reſtitutiones, & reintegrationes vt plurimùm, potiùs fieri ſolent ad bona,quàm ad honores,ſine quibus mors eſt ſolatium, & vita ſupplicium. cap.71. num.27. fol.555.

Reſtituere, etiam ad bona, quoties Princeps eſt ſolitus in Gratiis, tunc benigna præſumendum interpretatione voluiſſe,vt Gratia etiam ad bona extendatur.cap 71.num.28. fol.555.

Reſtituendi ad bona, etiam à tertio poſſeſſa,de voluntate Principis ſatis, ſuperque eſt,quòd tacitè conſtet.cap.71.n.29. fol.555.

Reſtitutio præſumitur facta,etiam ad bona,ſtante facultate teſtandi petita in precibus, & à Principe conceſſa.cap.71.num.33. fol.556.

Reſtitutio præſumitur etiam facta ad bona ex ſubſequuta obſeruantia, ſtante perceptione fructuū facta à bannito poſt gratiam. cap.71.num.35. fol.556.

Ex reſtitutione viri banniti, etiam ad bona, non infertur Vxori præiudicium, quoties eidem ſuper dotibus eſt cautum.cap.71.n.32. fol.555.

Retentio.

Retentio competit creditori anteriori ad excludendum poſteriorem.cap.53.n.8. fol.409.

Retractus.

Retractus Iure, quoties res vendita poſſeſſori à vicino, vel conſanguineo aufertur,non datur actio pro euictione.cap.91.n.12. fol.625.

Retrahendi Ius habens tenetur indemnem ſeruare primum emptorem.cap.63.n.68. fol.506.

Retrotractio.

Retrotractio actus datur ad tempus reſeruationis cap.20.num.12. fol.158.

Retrotractio euentus conditionis ad diem contractus admittitur,perindè,ac ſi ab initio fuiſſet ſimpliciter factus.cap.54.n.10. fol.412.

Retrotractio datur conditionis mixtæ quandocumque purificatæ ad diem diſpoſitionis. cap.62. num.28. fol.491.

Retrotractio aſſenſus, Vide Aſſenſus, Matrimonium.

Reus.

Reus vltimo affectus ſupplicio pro crimine, pro quo de Iure bona confiſcantur, vbique eſt ſeruus pœnæ, neque hæredes poteſt habere. cap.1. num.17.& ſeq. fol.8.

Reprobatur contraria ſententia.ibid.

Reus, qui ſuccubuit in ſua exceptione deducta, plenèque cognita in Iudicio exequutiuo, non poteſt ampliùs eamdem exceptionem deducere in Iudicio ordinario; nam, deperdita exceptione, perit quoque actio.cap.21.n.1 fol.162.

Vide Exceptio.

Pro reo, & poſſeſſore præſumendum contra actorem, præcipuè, quando eiuſdem actoris intentio remanet dubia.cap.42.n.15. fol.288.

Vide Poſſeſſor.

Rubrica.

Rubrica continens orationem perfectam poteſt allegari. cap.18.num.31. fol,146.

Rubrica Statuti non poteſt allegari ad deciſionem cauſarum, quoties non habet orationem perfectam,neque certa ſtatuentium voluntas ex eius verbis ſine vlla ſuppletione colligi poteſt. cap. 37.num.25. fol.257.

Rubrica ad hoc, vt poſſit allegari, requiritur, quòd ſit deciſiua, quòdque verbo non careat, & loquatur per verba negatiua. ibid.n.26.

Rubrica, quoties eſt indefinita, licet habeat orationem perfectam, ſtatur Nigro definito. cap. 37. num.27. fol.257.

Sacerdos.

Sacerdos non poteſt dici ſubditus Ciuitati, neque de eius corpore.cap.4.n.19. fol.46.

Sacerdos, an ſit capax ſuccedendi in Maioratu, Vide Maioratus, Primogenitura.

Sacerdos, quò ad agnationem, Vide Agnatio.

Salarium.

Salarium non eſt onus, ſed merces laboris; ideòque exemptio ab oneribus, quamuis ampla, non comprehendit ea,quæ pro mercede ſoluuntur. cap.70. num.22, fol.549.

Salinæ, Sal.

Salinarum Ius in locis publicis, vel Fiſcalibus exiſtentium eſt de Regalibus Principis.cap.69. num.1. fol.541.

Salinæ in locis priuatis exiſtētes reſpectu proprietatis ſunt eorum, quorum ſunt prædia.cap 69. num.2. fol.541.

Pro Salinis reſpectu certæ præſtationis, quæ fiſco perſoluitur, quod Ius Vectigal appellatur, dicitur de Regalibus.cap 69.n.3. fol.541

Ex Salinis Principes optimum Vectigal capere volentes, introduxerunt Ius priuatiuum ſal vendendi. ibid num.4.

Salinæ omnes ex generali conſuetudine omnium Principatuum ad ſolum Principem pertinent, etiam in priuatis locis exiſtentes,ſaltem reſpectu Vectigalis ab eis exigendi, cap.69.num. 13. fol.542.

Salinarum Ius ex conſuetudine eſt apud omnes ferè

Digitized by Google

ferè Dominos Terrarum.cap.69.n.30.fol.544

Salinæ omnes, antiquiſſimo tempore, ſpectabant ad Reges, idque oſtenditur ex libro Maccabeorũ, & alijs.cap.69.num.5. fol.542.

Salinas propè Oſtia Tiberina Ancus Martius Tertius Romanorum Rex inſtituit, vt ſalis Cõgiarium Populo daret.ibid.num 6.

Salinarij nomen fuit tributum Marco Liuio Cenſori, Regibus Romanorum expulſis, eò quia introduxerit Salis Vectigal cum Iure priuatiuo vendendi. ibid.n.7.

Salinarum Ius in aliquorum ſententia eſt ſimplicis Iuriſdictionis.cap.69.n.27. fol.544.

Salinarum Ius non eſt de Regalibus Maioribus, ſed minoribus, & continetur ſub conceſſione Regalium ſimplicium, quoties à Principe non eſt reſeruatum.cap.69.n.28. fol.544.

Salinarum Ius eſt leuiſſimum reſpectu aliorum Regalium. cap.69. n.29. fol.544.

Salinarum Ius Regale dicitur conceſſum ex conceſſione meri, mixtique Imperij, & omnimodæ Iuriſdictionis.cap.69.n.15. fol.543

Salis priuatiuum Ius vendendi includunt verba in Inueſtitura appoſita, cum omnibus Iuribus, & pertinentiis, præcipuè additis verbis, ſpectantibus, & pertinentibus.cap.69. num. 18. fol.543.

Salinæ intelliguntur conceſſæ, quoties, Regalibus aliquibus conceſſis, additur clauſula generalis, ac omnia, & ſingula alia, etiam præmiſſis maiora faciendi. cap.69.n.26. fol.544.

Salis modium Rex Ferdinãdus, expulſis hoſtibus, Regnique Neapolitani adepta poſſeſſione, ad Populi leuamen pro qualibet familia ad Ducatum decreuit. cap.69. n.8. fol.542.

Salis modium in Regno, cum Rex eſſet obligatus ex conuentione inita cum Alphonſo Primo dare ſingulis Focis pro certo pretio, deindè Regnum elargitum fuit Regi hanc præſtationem ſalis, cum facultate vendendi ſal carolenis decem pro modio. cap.69.n.9. fol.542

Sal priuatiuè Ius emendi, & vendendi quò ad alios, à nonnullis Monopolium licitum ſalis appellatur. ibid. num.10.

Expenditur Ariſtotelis locus ſuper iſto Iure priuatiuo à Ciuitatibus introducto ad pecuniam parandam ibid. n.11.

Sal vendendi Ius priuatiuum exercebant antiquitùs Romani per Mancipes, qui ſoli ſal vendere poterant. cap 69. n.12. fol.542.

Sal, quòd Vaſſalli teneantur potiùs emere à Salinario per Dominum eligendo, quàm ab alijs, nullum Vaſſallis infertur præiudicium, præcipuè, quando pretij adeſt æqualitas. cap.69. num.31. fol.544.

Sal, vt ematur à Salinario Vniuerſitatis, poteſt eadem Vniuerſitas decernere, ſi ex huiuſmodi ordine, nullum, vel modicum præiudicium Ciuibus inferatur.cap.69. n.32. fol.544.

Affertur egregia ratio per Barboſam adducta. ibid. num.33.

Salis Vectigal Ius exigendi, quòd in ſubditis firmetur, vtilius eſt Domino directo. cap.69. numer.37. fol.545.

Salis Vectigal cum feudatario introductum, feudo ad Dominum directum deuoluto, an finiatur. cap.69. num.38. fol.545.

Sal vendendi Ius priuatiuum impoſitum de conſenſu ſubditorum redditur validum, etiam ſi alioquin conceſſio poſſit dici dubia. cap.69. num.40. fol.445.

Salis exteri introductio in Statum Eccleſiaſticum eſt interdicta ex Conſtitutionibus Pauli III. Gregorij XIII. & Clementis VIII. cap.76. num.5. fol.580.

Salis introductione prohibita, non dicitur prohibita introductio Muriæ, licet Muria ex aqua, & ſale conficiatur. cap.81. n 6. fol.593

Saluianum.

Saluianum ex hypotheca competit. cap.48. numer.1. fol.329.

Scripturam.

Scripturam præciſam; quoties lex ad aliquem actum non requirit; tunc poteſt fieri verbo.cap. 56. num.48. fol.440.

Scripturam producens cenſetur fateri, omnia in ea contenta eſſe vera.cap.42.n.8. fol.288.

Idque, etiam ſi productio fiat per compulſum, vel in parte, & partibus.ibid.n.9.

Vide Productio.

Scripturas in Archiuio conſeruatas, quoties quis recuſat exhibere, præſumptio eſt, quòd in contrarium faciant. cap.67.n.20. fol.530.

Semen.

Semen mutuans creditor, vel tradens pecuniæs ad illud comparandum, an præferendus ſit locatori prædij agenti pro terratico.cap.72.nu. 2.& ſeqq. fol.558.& ſeq.

Vide Creditor.

Non Iure Seminis, ſed Iure ſoli fructus percipiuntur. cap.72. num.9. fol.559.

Semen eſt cauſa efficiens fructuum poſt ſolum, pluſque impendit colono, qui dedit fundum ad colendum, quàm is, qui ſemen tradidit. cap. 72. num.11. fol.559.

Senior.

Senioribus de Familia vocatis, illi debetur ſucceſſio, qui ex tota deſcendentia vocata natu maior exiſtat, eueniente ſucceſſionis caſu. cap.4. num.1. fol 43.

Sententia.

Sententia non meretur attendi in verbis enunciatiuis, ſiue narratiuis; ſed tantùm in diſpoſitiuis. cap.67. num.39. fol.532.

Sententiæ verba enunciatiua ſcribuntur à Notario iuxta partium aſſertionem, ſine vlla cauſæ cognitione. cap.67. num 40. fol.532.

In Sententia Exequutoris Apoſtolici potiùs diſpoſitiua, quàm narratiua eſt attendenda, præcipuè, ſi detegatur erronea, & diſcordans à beneplacito Papæ, & à ſtipulatione Inſtrumenti. cap.67. num.38. fol.532.

Vide Diſpoſitiua.

Sententia condemnatoria Iudicis in crimine laſæ Maieſtatis ſolùm deſeruit pro ſimplici criminis declaratione, vt ad confiſcationis exequutionem deueniri valeat. cap 1. n.10. fol.7.

Sententiæ condemnatoriæ Inſtrumentum ſufficit ad criminis comprobationem, quoties non in contumaciam, ſed potiùs ex veris probationibus reperitur prolata. cap.1. n.35. fol.10.

Sententia ſine actis probat, quoties confiſcatio prouenit à Iure communi, præcipuè, quando ſententia fecit tranſitum in rem iudicatam. cap.1. num.36. fol.10.

Sententia probat, etiam ſine actis in crimine laſæ Maieſtatis, cum copia ſententiæ dari non ſoleat, ne Regnorum aperiantur arcana. cap.1. num.39. fol.10.

Sententia probat etiam ſine actis, quando delictum eſt notorium. cap.1. n.40. fol.10.

Vide Tranſactio.

Separabile.

Separabilium rerum, ſeparabile eſt dominium. cap.57. num.35. fol.450.

Separatio bonorum.

Separationis bonorum beneficium non habet locum in feudis. cap.57. n.90 fol.457.

Contrariam ſententiam eſſe veriorem oſtenditur. ibid. num.91.

Seruus pœnæ.

Seruus pœnæ vbique efficitur, neque hæredes poteſt habere reus vltimo affectus ſupplicio pro crimine, pro quo de Iure bona confiſcantur, Iuribus antiquis remanentibus incorrectis quò ad mortem ciuilem. cap.1. n.17. & ſeq. fol.8.

Serui pœnæ efficiuntur, neque hæredes poſſunt habere condemnati ad mortem naturalem ob crimen laſæ Maieſtatis in primo capite, ſed Fiſcus occupat bona, tamquàm vacantia. cap.1. num.20. fol.8.

Euadunt inteſtabiles, & perdunt Ciuitatẽ, libertatem, & omnia, quæ liberis hominibus competere valent. cap.1. num.21. fol.8.

Signatura.

Signaturæ Reſcripta intelligi debent prout de Iure, ideòque auferre non poſſunt Iura partibus quæſita cap.21. num.7. fol.163.

Simulatio.

Simulatio propria conſtituitur, quando, nempè, contractus extrinſecus quidem celebratur; ſed re uera agitur inter partes, vt nihil actum intelligatur. cap.46. num.1. fol.309

Simulatus contractus dicitur depictus, ſeu coloratus, carens ſpiritu, & ſubſtantia, inſtrumentumque ſuper eo celebratum non eſt inſtrumentum intellectualiter, ſed ſolùm ſuperficialiter. cap.46. num.2. fol.309.

Simulatio eſt difficillimæ probationis; cum ſoleat ita occultè velari, vt maxima cum difficultate detegi valeat. cap.46. n.6. fol.310.

Maximè, quando ſimulatio probatur per tertium, qui non ſit de contrahentibus. ibidem num.7.

Simulandi cauſa ſufficit veriſimilis, imò etiam à partibus opinata. cap.46. n.4. fol.310.

Ad ſimulationem probandam duæ coniecturæ ſufficiunt, data cauſa ſimulandi. cap 46. numer.5. fol.310.

Imò, etiam vnica ſufficit in aliquorum ſententia. ibid.

Ad ſimulationem detegẽdam coniecturæ probantur, non ſolùm ex præcedẽtibus, & ſubſequẽtibus; ſed etiã ex tota facti ſerie. cap.46. num.8. verſ. plures, fol.310. & num.9. fol.312.

Simulationis detegendæ in materia coniecturæ, facti circumſtantiæ, totiuſque negotii ſeries, inſimul prudentis Iudicis arbitrio perpendendæ. cap.46. n.21. fol.312.

Simulatio arguitur, quando quis non adhibuit ſolitam diligentiam, & cautelam, rem ſegniùs agendo, quàm par erat, vtpotè, ſi fuerit facta ſolutio, ſpreta proteſtatione. c 46. n.11 f.311.

Simulatio deprehenditur ex nimia facilitate in pecunijs credendis abſque debitis cautelis. cap. 46. num.12. fol.311.

Simulatio reſultat ex inueriſimili. cap.46. nu.13. fol.311.

Simulatio arguitur ratione loci, in quo clandeſtinè celebratur contractus. c.46. n.14 f.312.

Simulationis, & fraudis præſumptio reſultat, quoties Inſtrumentum occultè geritur, potiſſimùm aliqua ſimulandi cauſa concurrente. cap. 46. num.15. fol.312.

Simulationis, & falſitatis præſumptio oritur ex tarditate in producendo inſtrumentum. cap.46 num.16. fol.312.

Simulatio præſumitur ex eo, quòd inſtrumentum diù fuerit occultatum. cap.46. n.18. fol.312.

Præcipuè, quia, ſi ab initio fuiſſet productum, vtique produxiſſet victoriam. ibid. n.19.

Simulatio præſumitur, quoties Inſtrumentum fuit productum, poſtquàm teſtes in eo deſcripti deceſſerint, vel expectato obitu eorumdem, quibus negotij ſeries innoteſcebat. cap.46. num. 20. fol.312.

Simulationis manifeſta reſultat probatio ex agnitione, & confeſſione bonæ fidei. cap.46. num. 22. fol.313.

Simulatione probata per confeſſionem, non eſt opus probare cauſã ſimulãdi. c.46. n.23 f.313

Simulatio arguitur ex ſcriptura priuata confecta coram eiſdem teſtibus, qui Inſtrumento interfuerunt ſtipulato. cap.46. n.24. fol.313.

Ad ſimulationem contractus occultãdam ex cautelis, & præuentionibus factis, eò magis eadem arguitur ſimulatio. cap.49. n.25. fol.313.

Simulatio, ne detegatur, timor cogere ſolet contrahentes ad excogitandas ſubtiles cautelas. cap.46. num.26. fol.313.

Simulatum, ſiue falſum, quoties quis facere intẽdit, omnia ita ſubtiliter curat ordinare, ne falſitas detegatur. cap.46. n.27. fol.313.

Simulationem occultare, quò magis partes ſtudẽt, tantò magis fit illa manifeſtior. ibid. n.29.

Sin-

I N D E X

Singula.

Singula ſingulis congruè referenda. cap.67.num. 29. *fol.531.*

Singularitas.

In Singularitatem reſoluitur, & in cuiuſque perſona locum habet ſubſtitutio, quando eſt facta pluribus.cap.22.num.21. *fol.171.*

Vide Pluralitas.

Societas.

Societatis ad fauorem valet pactum ponendi in ea hæreditatem obuenturam. cap.90. num.8. *fol.621.*

Solutio.

Solutionis negatiua. Vide Negatiua.

Soror.

Soror excluditur ab hæreditate matris propter fratres, attento Statuto Vrbis. cap.56.num. 42. *fol.440.*

Specialia.

Specialia non ſunt multiplicanda. cap.78. numer.13. *fol.586.*

Species.

Species plures, quoties numerantur, & poſteà ſequuntur verba generalia, hæc non reſtringunt ad ſpeciem anteà expreſſam, ſed comprehendunt alios ſub genere contentos; atque adeò, etiam extraneos.cap.66.n.29. *fol.524.*

Per ſpeciem generi derogatur. cap.32.num.14. *fol.229.*

Debitor ſpeciei obligatus tradere, intelligitur in loco, vbi ſpecies exiſtit tradenda. cap.73. numer.42. *fol.569.*

Et in loco, vbi eſt facienda conſignatio, debet creditor exiſtere paratus tempore conuento ad recipiendum, ibid.num.43.

Vide Mora.

Speciei debitor, re perempta ſine eius culpa, liberatur.cap.73.n.46. *fol.569.*

Statera, Vide Pondus.

Status.

Status implicitus validitatis operatur, vt, quamuis actus ſit imperfectus, quò ad exequutionem ante aſſenſum obtentum.c.62.n.25.f.490.

Reputetur tamen perfectus, quò ad illud, vt ab eo non ſit licitum reſilire. ibid.

Contrarium, inſpecta Conſtitutione Regni, incipiente: Diuæ memoriæ. *ibid.*

Statutum.

Statuti verba, quoties non conueniunt, neque etiam illius diſpoſitio. cap 5.n.40. *fol.52*

Præcipuè, ſi Statutum Iuris communis ſit correctorium. ibid. n.41.

Statuta ad caſus fictos non pertinent. cap.5. numer.54. *fol.54.*

Neq; ad caſus improprios ſunt trahẽda.ibid.

Signanter, quando non verſamur in materia fauorabili, quæ ad Ius commune reducat, ſed potiùs odioſa, eiuſdemque Iuris correctoria. ibid.num.55.

Statuta ità interpretanda, vt aliquod non contineant abſurdum, & ne à Sapientibus reprehendi mereantur. cap.75. n.14. *fol.578.*

Statuta continentia abſurda publico commercio præiudicialia non merentur exequutionem. cap.75.num.15. *fol.578.*

Statuta condita contra certas, ſingulareſque perſonas non ſunt attendenda. c.75.n.24. f.579.

Statutum conforme diſpoſitioni Iuris communis præſumitur à Principe confirmatum. cap.38. num.13. *fol.261.*

Præſertim, ſtante lapſu longiſſimi temporis. ibid.num.14.

Statutorum confirmatio facta ab vtilibus Dominis, an ſufficiat.cap.38.n.15. *fol.261.*

In Statuto honeſto, & rationabili, Iurique communi conformi, obſeruantia eſt præſumenda. cap.38. num.16. *fol.261.*

Vide Obſeruantia.

Statuti obſeruantia præſumitur, & probatur eò ipſo, quòd Statutum reperitur inſertum in Volumine Statutorum.cap 38.n.16. fol.261.

Statuta condita à Communitate immediatè Sedi Apoſtolicæ ſubiecta ſunt nulla, Pontificis non accedente Aſſenſu, tàm inſpecto Iure Communi, quàm Conſtitutione Ægidiana. cap.75. numer.22. *fol.578.*

Neque ſufficit confirmatio Cardinalis Legati à Latere. cap.75. n.23. *fol.579.*

Statutum laicale non comprehendit bona Eccleſiæ in ratione ſubiectiua; ſecus autem fauorabili, & priuilegiatiua, pro tuenda Eccleſiæ libertate ſuper cõceſſione bonorum, cui voluerit. cap.63.num.51. *fol.504.*

Vide Emphyteuſis.

Statuto laicali poteſt, ſi velit, Eccleſia ſe iuuare; licet eidem Statuto non ſit ſubdita. cap.63. num.51. *fol.504.*

Vide Lex.

Statutum, quoties diſponit; vt plures pro alio teneantur, adſtringi primariò debent proximiores, & in ſubſidium remotiores; itaut iſti ab illis indemnes releuentur, cap.6.n.29. *fol.60.*

Idem aſſerendum in cautione de non offendendo. ibidem.

Vel vt Banniti non ingrediantur Statum, vel quòd emantur bona confiſcata. ibid.n.29.

Statutum, vel Conſuetudo, quòd conſanguinei teneantur fideiubere pro Bannito, intelligi debent de proximioribus, qui, ſcilicet, ab inteſtato poſſint ei ſuccedere, pro quo fideiubere debent. cap.6. num.30.verſ ſi quidem. *fol.60.*

Statutum, vt conſanguinei, vel habitatores teneãtur reſarcire damnum à Bannitis illatum, ob quam cauſam dici debeat conditum, & an in abſentibus locum habeat. ibid.n.31.

Vide Bannitus.

Statuta prædicta ceſſant, quoties non adeſt ſpes ſucceſſionis, & releuationis. ibid.n.32.

Statutum Ianuæ commendatur, quòd non valeant debitores nolle acquirere Iura, & bona eis delata, quæ pro agnitis, & acquiſitis ipſo Iure habeantur. cap.49. n.5. *fol.337.*

De Statuto Rauennæ *excludente fœminas propter Agnatos vſque ad decimum gradum, nullis exiſten-*

Digitized by Google

INDEX

ſcentibus deſcendentibus, neque Aſcendentibus maſculis, reſeruata ſolùm matri legitima. cap. 63. num. 34. fol. 502.

De Statuto Rauennę in Rubr. 15. vt etiam, Emphyteuſi finita ob finem temporis, vel lineæ, nemo audeat, ſe inueſtiri facere de rebus Emphyteoticis in præiudicium poſſeſſorum, ſeu hæredum deſcendentium. cap. 63. n. 50. fol. 504.

Statutum loquens de emptione facienda intra Statum, non poteſt trahi ad emptionem factam extra Statum cap. 79. n. 4. fol. 589.

Statutum, quòd maſculinum concipiat fœmininum, intelligi debet in caſibus, in quibus de Iure maſculinum concipit fœmininum. cap. 37. num 28. fol. 257.

Vide Maſculinum.

Statutum prohibens alienationem in Forenſes, intelligi debet de hypotheca ſpeciali; non autem generali. cap. 57. n. 76. fol. 454.

Sub Statuto prohibente alienationem in Forenſes, non intelligitur prohibita hypotheca, præcipuè generalis. cap. 57 n. 82. & ſeq. fol. 456.

Potiſſimùm, quoties agitur de Conſtitutione odioſa, Iuriſque communis correctoria. ibidem num 84.

Statutum ſuper Gabellis, præcipuè Iuris communis correctorium, ſtrictam recipere debet interpretationem, neque extendendum ad caſum, de quo non loquitur. cap. 5. num. 38. fol. 52. & cap 79 num 1. fol 589.

Statutum ſuper Gabellis non extendendum de caſu ſimplici ad mixtum. cap. 5. num. 39. fol. 52. & cap. 79. num. 2. fol. 589.

Sub Statuto Gabellæ de comprehenſione ſufficit, vt aliquo modo poſſit dubitari, ad hoc, vt contra Gabellam ſit pronunciandum, præcipuè, ſi Statutum ſit Iuris communis correctorium. cap. 5. num 44. fol. 52.

Statuta loquentia de Gabella ſoluenda de relictis, & diſpoſitis, ſucceſſionem non capiunt vniuerſalem. cap. 5. num. 42. fol. 52.

Statuta imponentia Gabellam pro ſucceſſione, & hæreditatibus, non comprehendunt filios, ſi ſint hæredes. cap 5. num. 43. fol 52.

Statutum loquens de Gabella ſoluenda de quolibet Teſtamento, non poteſt intelligi de ſubſtitutione pupillari, quæ non niſi fictè, & impropriè dicitur impuberis Teſtamentum, adeoque vnica debetur Gabella. c. 5 23. n & 35. f. 51. & 52. & n. 56 f. 55.

Reprobatur contraria ſententia. ibid. n. 57. f. 55

Statutum loquens de Gabella ſoluenda pro legatis, non comprehendit, niſi primos ſucceſſores tantùm; non autem ſubſtitutos. cap. 50. n. 100. fol. 370

Stante Statuto, quòd de quolibet contractu Gabella debeatur, non debetur de contractu fideiuſſionis. cap. 79. n. 10. fol 589. & cap. 5. n. 26. fol. 51.

Statutum expoſcens requiſitionem, ſiue præſentiã Mariti in Teſtamento ab Vxore condito, an ſubſiſtat. cap. 36. num. 4. & ſeqq. fol. 248.

Statuto prædicto dicitur ſatisfactum per præſentiam viri, valentis genericè præſtare conſenſum, vt Vxor liberè teſtetur; quamuis ipſe fuerit hæres inſtitutus. cap. 36. n. 5. fol. 248.

Statuti prædicti vigore abſonum eſſet, ſi Mulier virum non poſſet inſtituere cap. 35 n. 7. fol. 248.

Statuta prohibentia mulieribus, ne poſſint teſtari, ſiue contrahere abſque requiſitione, vel præſentia virorum, habent principalem reſpectum ad præiudicium, & intereſſe eorumdem. cap. 36. num 9. fol 248.

Ideòque retorqueretur fauor in odium, ſi Maritus non poſſet ab Vxore hæres inſtitui, eſſet enim deterioris conditionis quolibet alio extraneo. ibid. num. 10. fol. 249.

Statutum prædictum intereſſe, & præiudicium filiorum potiſſimùm reſpicit, dum in caſu inobſeruantiæ mandat, bona deuenire ad maritum, & filios. cap. 36. num. 19. fol. 250.

Statuta prædicta potiſſimùm præiudicium ipſius viri reſpiciunt, tàm ſi filij exiſtant, quàm ſi non exiſtant ob ſpem illos ſuſcipiendi. cap. 36. num. 12. fol. 249.

A Statuto, ſtante intereſſe prædicto, conſenſus viri non requiritur ad integrationem, ſollemnitatemque actus teſtandi, ſed potiùs ratione præiudicij cap. 36. num. 13. fol. 249.

Statutum; ſi requirat conſenſum, præſentiamque duorum propinquorum in Teſtamento mulieris, poteſt propinquus conſentire, vt ipſe ſubſtituatur. cap. 36. num. 6. fol. 248.

Statuta prædicta præſumuntur, noluiſſe fragilitati muliebris ſexus prouidere, ſed potiùs fauere maritis, quoties nullo alio ſtatuto mulieribus præcipitur, vt cum aliqua ſolemnitate teſtentur. cap. 36. num. 15. fol 249.

Statutum, ſi interuentum viri in Teſtamento mulieris ob ſexus exoptaſſet fragilitatem, eamdem ſolemnitatem in cuiuſcumque mulieris etiã innuptæ, Teſtamento demandaſſet. cap. 36 num. 16. fol. 249.

Statutum, quoties requirit conſenſum, vel præſentiã, non ad integrandã perſonã; ſed ratione ipſius præiudicij, etiam ad proprium commodum licitum eſt auctorare actum. cap. 36. n. 14. fol. 249.

Statutum prædictum, quoties conſenſum viri requirit ad integrandam perſonam mulieris ad contrahendum ſiue teſtandum, an tunc maritus poſſit præſtare conſenſum, vt Vxor ad ſui cõmodum teſtetur. cap. 36. num. 20. & ſeq. fol. 250.

Stante prædicto Statuto, non poteſt maritus in indiuiduo præſtare conſenſum, vt ipſum Vxor inſtituat. cap. 36. num. 21. fol. 250.

Statutum, quoties non loquitur de Teſtamento clauſo, attendi debet diſpoſitio Iuris communis permittens vxori liberè abſque viri præſentia, vel conſenſu teſtari. cap. 36. num 24. fol. 250.

Statuta reſtringentia liberam teſtandi facultatem non debent extendi ad ea, de quibus nõ loquuntur. cap. 36. num. 25. fol 250.

Præcipuè, quia in aliquorum ſententia non ſubſiſtunt, ibid.

Statutum, quoties in Teſtamento Vxoris non requirit conſenſum viri, ſed ſolùm præſentiam, in aliquorum opinione, illa poteſt præſtari, etiam ad proprium commodum; Quidquid ſit, quando requiritur præſentia, & conſenſus. cap. 36. n. 23. fol. 250.

Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos, cum tacitam exhæredationem fœminarum contineat, meritò non ſeruatur, niſi quo ad bona ſuper quibus nominatim fit expreſſio. cap. 37. num. 18. fol. 256.

Statutum excludens fœminas propter filios, vel nepotes maſculos ab hæreditate Patris, vel Aſcenden-

I N D E X

dentis, intelligi debet de Aſcendente in eodem genere maſculino, non autem fœminino. cap. 37. num. 2 & ſeqq. fol. 254.

Statutum loquens de Patre, vel Aſcendente, qui habeat filium, vel filias maſculas, aut nepotes in numero ſingulari, intelligi debet de Aſcendente in genere maſculino, & de ratione. cap. 37. numer. 3. fol. 254.

Præcipuè, quando Statutum à genere incipit maſculino, nempè à Patre, & non à Parente, & ſemper in eadem proſequitur genere maſculino, loquens de filio, vel filijs maſculis, aut nepotibus cap. 37. num. 4. fol. 255.

Statutum, quoties excludit fœminas ab hereditate Aſcendentis ratione dotium eiſdem debitarum, intelligi debet de Auo, ad quem ſpectat onus dotandi neptem ex filia; non autem de Matre, quæ dotari non cogitur. cap. 37. n. 5. fol. 255.

Statutum excluſiuum, quoties loquitur de hæreditate Patris, vel Aſcendentis in genere maſculino, non poteſt verificari, niſi in maſculo. cap. 37. num. 33. 258.

Statuta excluſiua fœminarum propter maſculos non habẽt locum in hæreditate materna, niſi tamen ſpecificè exprimatur, prout in Statuto Vrbis 145. de ſucceſſ. ab inteſtato. cap. 28. num. 70. fol. 210.

Necnon in Conſtitutione Regni Neapolitani, quæ incipit, in aliquibus, loquente de parentibus. cap. 37. num. 14. fol. 256.

Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos, loquens de ſucceſſione parentum, complectitur hæreditatem maternam. cap. 37. num. 14. fol. 256.

Statutum excluſiuũ fœminarũ propter maſculos à ſucceſſione patris, vel Aui, non poteſt trahi ad ſucceſſionẽ in bonis maternis. c. 37. n. 17. fol. 256.

Vide Maſculinum.

Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos eſt correctiuum Iuris communis, à quo, vnà cum maſculis fœminæ admittuntur. cap. 37. num. 15. fol. 256.

Ideoque interpretari debet, vt minus, quàm poſſit, lædat Ius commune. ibid. num. 16.

Statutum Iuris communis correctorium, non extenditur ad excluſionem ab hæreditate perſonæ in verbis formaliter non expreſſæ cap. 37. num. 18. fol. 256.

Statutum loquens de fraterna hæreditate non extenditur ad hæreditatem ſororis à Statuto non expreſſam. cap. 37. num. 20. fol. 257.

Statutum excludens matrem, non extenditur ad ſucceſſionem filiæ cap. 37. n. 21. fol. 257.

Statuta excluſiua fœminarum propter maſculos, cum dici debeant condita ob vnicam rationem conſeruandæ agnationis; hinc reſultat, vt mens fuerit ſtatuentium velle conſeruare hæreditates Agnatorum inter Agnatos; non autem Cognatorum inter Agnatos. cap. 37. num. 12. fol. 255. & n. 13. fol. 256.

Statuto excluſiua fœminarum propter maſculos, præſumitur, Teſtatorem etiam forenſem voluiſſe ſe conformem reddere, quoties teſtamentum eſt conditum in loco, vbi idem viget Statutum. cap. 19. num. 21. fol. 151.

Declara, vt cap. 12. num. 13. fol. 105.

Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos tacitam habet conditionem, quatenus ſoli maſculi velint ſuccedere. cap. 49. num. 79. fol. 346.

Statutum excludens ſorores propter fratres, quoties reſultat fauore maſculinitatis & ſexus, etiã in Statutis agnationẽ reſpiciẽtibus appellatione fratris, venit etiam vterinus. c. 56. n. 43. fol. 440.

Idque potiſſimùm procedit reſpectu excluſionis à ſucceſſione materna, in qua alia non poteſt conſiderari ratio, niſi maſculinitatis. ibidem num. 44.

Statutum, quoties in fœminarum excluſione non habuit reſpectum ad perſonam alicuius maſculi in ſpecie, ſed tantùmmodò ad ſimplicem familiæ, & ſtirpis conſeruationem, tunc filia dotata excluditur à ſucceſſione fratris per Patruum. cap. 38. num. 2. fol. 259.

Statutum, quoties indiſtinctè fauore Agnationis excludit fœminas, ipſamet Agnatio cenſetur à Statuta vocata. cap. 38. n. 4. fol. 259.

Amplia, etiam ſi ratio conſeruandæ Agnationis à Statuto non fuerit expreſſa. ibid.

Statutum excluſiuum fœminarum ob Agnatos nõ procedit, Matre exiſtente in medio. cap. 38. numer. 5. fol. 259.

Intellige, ſuppoſita habilitate Matris in ſuccedendo, inſpecta diſpoſitione Iuris communis; Secus, quando ab eodem Statuto reperitur expreſsè excluſa à ſucceſſione. cap. 38. num. 9. fol. 260.

Subintellige, & amplia, etiam ſi mater ex aliquo impedimento proueniente à Iure communi minimè ſit ſucceſſura; cum ſufficiat ſola ipſius exiſtentia, & de ratione. cap. 38. n. 6. fol. 260.

Amplia, etiam ſi Mater velit Iuri ſuo renunciare, ſiue etiam nolit luctuoſam filij ſucceſſionem agnoſcere. ibid. n. 7.

Exiſtens in medio, & omiſſus à Statuto, an præſit ad agnatorum excluſionem. cap. 38. n. 8. fol. 260.

Statutum excluſiuum fœminarum fauore agnatorum dicitur iuſtum, & rationabile, vel ſaltem non odioſum odio irrationabili. cap. 38. num. 11. fol. 260.

Imò dicitur conforme Iure duodecim Tabularum, & Prætorio. ibid.

Præcipuè, quando ratio Agnationis legitur à Statuto expreſſa, non autem eſt tacitè ſubintellecta. ibid.

Statutum excluſiuum fœminarum propter maſculos intelligi debet conditionaliter, temporaliter, & ſuſpenſiuè; non autem in perpetuum; quoties Statutum loquitur per ablatiuum abſolutum, videlicet ſuperſtitibus filijs maſculis, quod reſoluitur in conditionem. cap. 64. n. 16. fol. 510.

In Statuto, quoties fœminæ, deficientibus maſculis expreſsè vocantur, ſuſpenſiuè dicuntur excluſæ. cap. 64. num. 17. fol. 510.

Statutum excludens dotatam regulariter debet intelligi ſolùm excludere ab hæreditate illius, qui de Iure dotare compellitur. cap. 37. num. 8. fol. 255.

Statuti diſpoſitio, quoties refertur ad ſucceſſionem, & hæreditatem dotantis, filia non dicitur excluſa ab hæreditate matris. cap. 37. n. 9. fol. 255.

Statutum excludẽs fœminas ab hæreditate Aſcendentis, intelligitur de Auo, quoties loquitur de dotatione, quæ ad eumdem pertinet. cap. 37. num. 18. fol. 255.

Statutum excludens fœminas à ſucceſſione Aſcẽdentium ſimpliciter in plurali numero, extantibus

Digitized by Google

bus maſculis, non intelligitur voluiſſe excludere ab hæreditate materna, ob rationem expreſſam, quòd fœminæ ſint dotatæ. cap. 37. num. 11. fol. 255.

Stipulatio.

Stipulatio recipit reſtrictionem ab ipſo contractu, eidemque famulatur. cap. 23. n. 35. fol. 177

In ſtipulatione ſuppleri non debet, quod ex verbis concipi non valet. cap. 65. n. 30. fol. 516.

Multòque magis in ſtipulatione Emphyteotica. ibid. num. 31.

Stipulatio non obligat, niſi in eo, quod promiſſor reſpondit, etiam ſi latior ſit, & ad plures perſonas extendat ſtipulatoris interrogatoria. cap. 56. num. 25. fol. 437.

Stipulationis indefinita acceptatio includit perneceſsè conſenſum in omnes qualitates à ſtipulatore expreſſas. cap. 56. n. 30. fol. 438.

Et ſufficit, formam interrogationis placuiſſe promittenti, vel in actu reſponſionis, vel paulò poſt. ibid. n. 31.

Stipulatio, quando eſt clara, debet per ſe conſiderari, etiam, quando à capitulis diceretur per illam receſſum. cap 67 n. 26. fol. 531.

In ſtipulatione, ſeu promiſſione nunquàm cenſetur deductum id, quòd continet delictum, ſeu grauis pœnæ incurſum. cap 76. num. 11. fol. 581.

Sub ſtipulatione pro hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque, *non poteſt intelligi comprehenſum Monaſterium ex perſona Monialis. cap. 56. num. 32.* fol. 438.

Subinfeudatio.

Subinfeudatio, Iure communi inſpecto, eſt Feudatario permiſſa ſine Domini aſſenſu; licet Iure nouiſſimo reperiatur prohibita omnis feudorum alienatio. cap. 59. n. 15. fol. 465.

Subinfeudationem Iura feudalia permittentia non fuerunt abrogata per text. in cap. Imperialem, de prohibit. feud. alienat. per Federic. *cap. 59. num. 16.* fol. 466.

Eadem Iura fuerunt abrogata in Regno Neapolitano per Conſtitutionem Diuæ Memoriæ. *ibid. num. 16.*

Subinfeudatio de Iure eſt permiſſa, etiam in feudis ab Eccleſia Romana conceſſis, dummodò non ſit feudum decimale. cap. 59. num. 17. fol. 466.

Subinfeudatio ad ſui validitatem tria requirit; Primum, vt Vaſallus illam faciat ſincerè, & bona fide.

Secundum, vt ſubinfeudet æquali.

Tertium, vt ſubinfeudatio fiat ſub eiſdem legibus, pactis, & conditionibus, ſub quibus feudatarius feudum habebat. cap. 59. num. 18. fol. 466.

Subinfeudatio facta cum diuerſis pactis à prima Inueſtitura non eſt nulla, ſed ſolùm pacta, quæ non ſunt conformia, vitiantur. cap. 59. num. 19. fol. 466.

Subinfeudatio gratis, & ſine pretio fieri debet, per quod differt ab alienatione, quæ fit, recepto pretio, & à Iure improbatur. cap. 59. numer. 20. fol. 467.

Subinfeudationem non vitiat pretij receptio, quando palàm fit, & non excedit medietatem, & ratione etiam meritorum legitur facta conceſſio. cap. 59 num. 21. fol. 467.

Subinfeudatio fieri non poteſt cum pactis diuerſis à prima Inueſtitura, receptoque pretio, & à Vaſſallo decrepitæ ætatis. cap. 59. num. 2. fol. 464.

Subinfeudatio facta à Vaſſallo ſenio iam confecto, & ad liberos procreandos inhabili, eſt nulla, tãquàm facta in fraudē imminentis deuolutionis feudi. cap. 59. num. 23. fol. 467.

Subinfeudatio facta à ſenio iam confecto, & deſtituto ſpe liberos procreandi, eſt nulla, quoties prouenit ex ſimplici Iuris communis facultate; ſecus ex facultate expreſsè à Domino tributa. cap. 59. num. 33. fol. 468.

Intellige, vt id procedat in aſſenſu particulari, qui datur ad ſubinfeudandum fauore certæ perſonæ; ſecus, quando aſſenſus eſt generaliter conceſſus cap. 59. n. 36. fol. 469.

Contrariam ſententiam eſſe veriorem oſtenditur, etiam in aſſenſu generali ibid. n. 37.

In ſubinfeudante nulla poteſt conſiderari fraus in præiudicium Domini ſuper deuolutione, ſtante habilitate in generandis filijs. cap 59. num. 29. fol 468.

In ſubinfeudante ad præſumendam fraudem non ſolùm requiritur, quòd non habeat filios, ſed quod ſpe illos ſuſcipiendi ſit omninò deſtitutus. cap. 59 num 30. fol. 468.

In ſubinfeudante deſperato de filijs fraus eſt ſolùm conſiderabilis quò ad præiudicium agnatorum; non autem Domini, cuius reſpectu fraus ſolùm attenditur, ſi fiat ſubinfeudatio inæquali ſub diuerſis pactis. cap. 59. num. 31. fol 468.

Subinfeudationem, etiam nulliter factam dicitur Principem approbare, remittendo Feudatario omnes caducitates, tàm in omittendo, quàm in committendo. cap. 59. num. 3. fol. 464. & num. 22. fol 467.

Subinfeudationem nullam conualidat ſuperueniens Domini aſſenſus. cap. 59. n. 22 fol 467.

Subinfeudantis Iure reſoluto ob eius lineam finitam, non reſoluitur ſubinfeudatio, etiam extincta linea ſubinfeudantis. cap 59. n. 40. fol. 469

Subinfeudatio nō reſoluitur, etiam extincta linea ſubinfeudantis, ſtante expreſſa facultate ſubinfeudandi. cap. 59. n. 42. fol. 470.

Subinfeudatio facta cum Domini aſſenſu, durat, etiam poſt extinctam lineam ſubinfeudantis, non obſtante clauſula præſernatiua Iurium Domini. cap. 59 n. 47. fol. 471.

Subreptio.

Subreptio oritur, quoties non fuerunt Principi expreſſa ea, quæ illum ab aſſenſu retraxiſſent, aut ſaltem difficiliorē reddidiſſent ad aſſentiendum,

dum. cap.62. num.42. *fol.494.*

Subreptio, an oriatur ex litis mentione omiſſa, eiuſque ſtatu.cap.62.nu.47 fol.494.& n.48. *fol.495.*

Vide Aſſenſus.

Subreptio, an oriatur in Gratia ob non factam mentionem pacti de non alienando. cap.62. num.51. *fol.495.*

Subreptio, & obreptio conſiderari non poteſt in Gratia, quoties emanauit Motu proprio. cap. 89. num.2. *fol.618.*

Subreptio aſſenſus, Vide Aſſenſus.

Subrogatio.

Subrogatio non vindicat ſibi locum, niſi expreſsè dicatur. cap.73.num.21. *fol.567.*

Subrogatum non ſapit naturam eius, in cuius locum ſit ſubrogatio, quando ſubeſt diuerſa ratio in vno, quàm in alio, vel quando in ſubrogato deficit qualitas primi. cap.76. num. 13. *fol.581.*

Subrogatio ſit, quatenus ſubiecta patitur materia. cap.76. num.14. *fol.581.*

Subrogatus, quoties quis eſt in locum alterius ad ducendam vxorem, ab altero vxore non ducta, dicitur per fideicommiſſum vocatus ad portionē decedentis innupti.c.22.n.22.& ſeq.f.171

Subrogatæ, an dicantur loco fideicommiſſi res fideicommiſſariæ diſtractæ ab hærede, ſi ex illarum pretio alia comparentur. cap.46.n.31.& ſeq. *fol.314.*

Quid aſſerendum, ſi verſemur in dubio. ibid.num.38. *fol.315.*

Subrogationem, quoties hæres expreſsè non declarat, ſe nolle fieri, ſemper lex præſumit animum ſubrogandi, etiam in dubio. cap.46.numer.40. *fol.315.*

Vide Pretium.

Subrogatur loco fideicommiſſi res, etiam nomine proprio empta ab hærede grauato; quoties non verſamur in pecunia immediatè reperta, ſed potiùs in re immobili alienata fideicommiſſo obnoxia, ex cuius pretio alia comparatur.cap.46.num.46. *fol.316.*

Subrogatur loco rei permutatæ res permutata, ideòque venit in reſtitutione fideicommiſſi; nam in permutatione non cadit diſtinctio, an emptio facta per hæredem grauatum fuerit facta nomine proprio, vel potiùs hæreditario. cap.46. num.48. *fol.416.*

Subrogatio datur loco rei alienatæ, quoties rem reſtituere obligatus illam alienat, & ex pretio aliam comparat. cap.46.num.51.fol.317.

De ſubrogatione tacita conſtare dicitur, quoties è incontinenti ex pretio rei fideicōmiſſariæ alia comparatur ad effectum, vt res empta in fideicommiſſi locum ſuccedat.c.46.n.52. fol.317.

Idque, etiam ſi emptio fuerit facta cum clauſula, præſenti,&c. *ſolita extendi* pro ſe, & hæredibus, *cum debeat intelligi acquiſitio nomine proprio, quatenus fideicommiſſi caſus non eueniat, vel illud caducetur. ibidem num. 53.* *fol.318.*

Subrogatio fortiùs datur loco fideicommiſſi, & nomine hæreditario præſumitur res empta, ſtante mala fide hæredis alienantis prædium fideicommiſſarium, & ex eius pretio alia empta. cap.46.num.54. *fol.318.*

De ſubrogatione tacita ex emptione alterius rei incontinenti facta ex pretio rei fideicommiſſariæ diſtractæ, quoties conſtat, non vindicat ſibi locum celebris diſtinctio Bartoli *ſuper re, qua ad hæredem grauatum peruenit per circulum. cap.46.num.56.* *fol.318.*

Subſidium Triennale.

Subſidij Triennalis à repartitione regulari debent cætera ſucceſſiua onera in ditione Eccleſiaſtica. cap.85. num.5. *fol.605.*

Subſidij Triennalis pro repartiendis oneribus, tempore S. M. Pauli III. *fuerunt tranſmiſſi Commiſſarij per totam Ditionem Eccleſiaſticam. cap.85. num.14.* *fol.606.*

Subſcriptio.

Subſcribens omnia in ſcriptura contenta confirmat. cap.39.num.5. *fol.264.*

Subſtitutio, Subſtitutus.

Subſtitutio de te non loquitur, iuxta nobile dictum Io:Andreæ ad Speculat. *poteſt opponi aduersùs agentem ad fideicommiſſum. cap.2. num.15.* *fol.23.*

Subſtitutio vna ab alia declarationem recipit. cap.3.n.45.fol.39.& cap.16.n.24. *fol.132.*

Subſtitutionum contrarietas operatur, vt neutra ſubſiſtat.cap.42.n.11. *fol.288.*

Subſtitutio pro non facta habetur, conditione deficiente. cap.13.num.14. *fol.113.*

Subſtitutione prima ex defectu conditionis deficiente, integra vinculi ſtructura, cæteræque omnes corruunt ſubſtitutiones. cap.13 nu.16. *fol.113.*

Subſtitutionis caducitas differt à conditionis defectu.cap.13.num 9. *fol.113.*

Subſtitutionis medius gradus, quoties, nedum in cauſam caduci fuit redactus, ſed vlteriùs pro non ſcripto habitus, tunc ſequentes omnes ſubſtitutiones caducantur, vtpotè in poſthumo primo loco inſtituto non nato. cap.13. num. 17. *fol.113.*

Subſtitutionem puram ab initio importat vniuerſalitatis qualitas, adiecto verbo directo, hæredes.*cap 30 num.25.* *fol.219.*

Subſtitutio intelligitur facta in omnibus bonis Teſtatoris, licet non fuerit adiectum ſignum aliquod vniuerſale, quoties conſtat de enixa voluntate conſeruandi bona in agnatione.cap. 10.num.18. *fol.88.*

Subſtitutione facta, vt bona in agnatione conſeruentur, intelligi debet indiſtinctè de omnibus. cap.10. num.19. *fol.88.*

Præcipuè, quando Teſtator loquutus eſt de bonis, addito pronomine poſſeſſiuo, ſuis, *quo caſu indefinita vniuerſali æquipollet. ibidem num.20.*

Subſtitutioni appoſita conditio attendi debet, nedum

dum reſpectu fideicommiſſariæ ſubſtitutionis; ſed etiam vulgaris, quæ illi tacitè ineſſe dicitur. cap.13. num.11. fol.113.

Subſtitutio concepta ſub negatina conditione non exiſtentiæ proximiorum, expirat, aliquo proximiore exiſtente. cap 42. n.16. fol.289.

Idque, etiam ſi proximior non eſſet ſucceſſibilis, quia in conditionibus attenditur nudum factum exiſtentiæ; non autem Iuris effectus. ibid. num.17.

Subſtitutio ſub conditione, ſi filius inſtitutus efficiatur Presbyter, an purificetur, ſi decedat ſine filijs. cap.25. num 44. fol.187.

Vide Extenſio.

Subſtitutio, ſi fiat, ſi linea fuerit defecta, omnes de linea cenſentur grauati. cap.16. num.30. fol.133.

Subſtitutus ſubſtituto, dicitur ſubſtitutus primo hæredi. cap.18. num.8. fol 142.

Subſtitutio, ſi fuerit facta in caſu, quo hæredes inſtituti vxorem non ducerent, altero ex eiſdem hæredibus decedente innupto, admittitur ſubſtitutus, & pluralitas reſoluitur in ſingularitates. cap.22. num.4. & ſeqq. fol.169.

Subſtitutio, quoties eſt facta de pluribus per copulam, inter quos cadit ordo charitatis, & affectionis; nulla tamen concurrit præciſa inſtituendi neceſſitas, cenſentur vocati ordine ſimultaneo; non autem ſucceſſiuo. cap.29 num. 1. fol.211.

Reprobatur contraria ſententia ibid. n.4.

Subſtitutio, ſeu vocatio plurium, quoties eſt facta ſub nomine collectiuo plurium perſonarum, & graduum, perneceſſè intelligi debet ordine ſucceſſiuo; non autem ſimultaneo. cap.29. num.5. fol 211.

Subſtitutio, quoties reſpicit tempus futurum, & remotiſſimum, deſcendenteſque ſunt vocati cũ clauſulis perpetuitatem præſeferentibus in hoc caſu ſubſtituti, & inſtituti ordine ſucceſſiuo; non autem ſimultaneo intelligi debent vocati. cap.29. num.13. fol.212

Subſtitutio, ſeu vocatio plurium in diſpoſitionibus tractum habentibus ſucceſſiuum, ſemper intelligenda ordine ſucceſſiuo. cap.29. num.12. fol.212. & num 14. fol.213.

Subſtitutio, ſiue vocatio in materia ſucceſſiua ſicuti eſt Feudũ, ſiue operæ libertorum, ſemper ordine intelligitur facta ſucceſſiuo. cap.29. num. 16. fol.212.

Idemque aſſerendum in Maioratuum ſucceſſione. ibid. num.15.

Subſtitutio plurium collectiuè vocatorum intelligenda ordine ſucceſſiuo, præcipuè ſtantibus clauſulis, Salua gradus prerogatiua, & quòd ſuccedi debeat in ſtirpes, & non in capita. cap.9. num.44. fol.82.

Subſtitutio, quando eſt facta pluribus, tunc reſoluitur in ſingularitatem, & in cuiuſque perſona locum habebit. cap.22. n.21 fol.171.

Subſtitutio à Teſtatore facta fratris, eiuſque filiorum, & nepotum, intelligi debet ordine ſucceſſiuo. cap.29 num.6. fol.211.

Reprobatur contraria ſententia, & in quo caſu amplectenda. ibid. num.7.

Subſtitutio, ſeu vocatio facta à Teſtatore tranſuerſali ſub nomine collectiuo filiorum, & deſcendentium alicuius, eorumque filiorum, perneceſſè eſt intelligenda ordine ſucceſſiuo; non autem ſimultaneo, & de ratione. cap.29. numer.8. fol.212.

Præcipuè, quando, tempore conditi teſtamenti, nulli reperiebantur concepti, neque nati filij hæredis tranſuerſalis inſtituti, qui Teſtatori potuerint eſſe cogniti. cap.29. numer.9. fol.212.

Vide Plures.

Subſtitutio facta nepotibus donatarijs, eorumque deſcendentibus, eueniente caſu obitus ſine filijs maſculis, expirat, ſi ijdem nepotes donatarij, ſuſceptis maſculis, deceſſerint. cap.16. num. 7. fol.129.

Limita, accedentibus contrarijs coniecturis. ibid. num.9. & ſeqq.

Subſtitutio dicitur compendioſa, quoties legitur facta ſub mortis commemoratione. cap.13. num.1. fol.111.

Idque, etiam ſi non fuerit appoſitum verbum quandocumque. ibid. num.2.

Subſtitutio compendioſa reſultat, quoties legitur ordinata per verba de futuro, etiam ſi deficiat verbum quandocumque, cum præſeferat tractum temporis ſucceſſiuum. cap.16. num.27. fol.133.

Subſtitutionem compendioſam ad inducendam ſufficit, adeſſe verba ſuaptè natura tractum temporis ſignificãtia, qualia ſunt verba ſi deceſſerint ſine liberis. cap.13 n.3. fol.112.

Præcipuè, quando reperitur concepta per verbum commune, vtpotè eſt, ſubſtituo. cap. 13. num.4. fol.112.

Subſtitutione ſub compendioſa comprehenditur vulgaris anomala ſequentes gradus à caducatione præſeruans, quæ alioquin ex præcedentis gradus corruptione ſequeretur. cap.13. num.5. fol.112.

Subſtitutio compendioſa, ſeu ſimplex fideicommiſſaria non cõprehẽdit vulgarem anomalam, quoties eſt concepta per verba omninò, & ſemper obliqua. cap.13. num.6. fol.112.

Vel quoties concurrunt contrariæ coniecturæ ſuadentes excluſionẽ comprehenſionis iſtius vulgaris anomalæ ſub compendioſa, de quibus ibid. num.8. & ſeqq. fol.112. & ſeqq.

Subſtitutione ſub compendioſa in vim vulgaris anomalæ comprehenſa ſequentes non admittuntur gradus, quando vltra medij gradus caducitatem, conditionis etiam concurrit defectus, ſub qua ſubſtituti fuerunt vocati. cap.13. num.8. fol.112.

Adeòut adimpleri debeat conditio antecedenti adiectæ ſubſtitutioni, quę non caducatur,

Digitized by Google

tur, licet gradus caducetur. ibidem.

Nam, aliud eſt, quando conditionis defe-ctus obijci poteſt, aliud verò, quando ſubſtitutus prædeceſſerit, ſitque caducata ſubſtitutio. cap.13. num.9. fol.113.

Amplia concluſionem, de qua num.8. vt procedat, non ſolùm quando, vltra caducitatem, medij gradus, deficit conditio adiecta de primo hærede inſtituto ad primum inſtitutum.

Sed etiam, quando, vltra caducationem medij gradus, adeſt etiam defectus conditionis obiectæ de primo ſubſtituto ad ſecundum. cap.13. num.10. fol.113.

Vide Subſtitutio vulgaris Anomala.

Subſtitutio reciproca ſuaptè natura eſt odioſa, præcipuè de linea ad lineam, ne fideicommiſſa multiplicentur; proindéque omnis benigna eſt capienda interpretatio ad illius excluſionem. cap.17. num.15.& ſeq. fol.137.

Subſtitutio reciproca ad hoc, vt dicatur inducta, ſufficit mens dubia Teſtotoris. cap.17. num. 17. fol.137.

Subſtitutio reciproca faciliùs ordinatur inter deſcendentes, quàm inter tranſuerſales. cap.17. num.19. fol.138.

Subſtitutio reciproca inducitur ex verbo Inuicē. *cap.15. num.6. fol.124.*

Contrarium. cap.17. num.8. fol.136.

Declara, vt verbum Inuicem *operetur reciprocam ſubſtitutionem, quando legitur appoſitum poſt ſubſtitutionem filiorum, & deſcendentium. cap.17. n.9. fol.136.*

Vide filij in conditione poſiti.

Subſtitutio reciproca facta primis inſtitutis, non eſt ſubaudienda ad nepotum fauorem. cap.17. num.2. fol.135.

Subſtitutio reciproca reſultat, quoties deſcendentes ab aliquo maſcula fuerunt grauati, illiſque ſubſtitutæ aliæ perſonæ de eadem familia, poſtquàm adiuerint, & ſine filijs maſculis defecerint cap.16. num.29. fol.133.

Subſtitutio reciprocè facta per tranſuerſalem inter primos hæredes maſculos, cum perpetua fœminarum excluſione, operatur, vt cæteri, etiam deſcendentes maſculi excludere debeāt fœminas alterius lineæ. cap.15. n.5. fol.124.

Subſtitutio reciproca tacita non inducitur, niſi verba, vel coniecturæ illam pernecesſè inſerant. cap.22. num.16. fol.170.

Et coniecturæ debent eſſe vrgentiſſimæ, & pernecesſè concludentes. cap.17. n.23. fol.138

Subſtitutio tacita reciproca non inducitur, niſi tribus concurrentibus requiſitis, quòd, nempè, omnes ſint honorati, quòd ſubſtitutio ſit facta in tota hæreditate, quòdque ſit facta vltimo morienti. cap.15. num.2. fol.123. & cap.17. num.21. fol.138.

Subſtitutio tacita reciproca fideicommiſſaria, adhuc linearis reſultat, etiam ſine dictis tribus requiſitis, ſtante Teſtatoris voluntate. cap. 15. num.3. fol.124. & cap.17. n.22. fol.138.

Idque, etiam ſi agatur de fideicommiſſo tranſuerſalis. cap.15. n.3. fol.124.

Nihilominus coniecturæ debent eſſe vrgentiſſimæ, & pernecesſè concludentes. cap.17. num.23. fol.138.

Imò quælibet de per ſe debet eſſe apta ad reciprocam inducendam. cap.17. n.24. fol.138.

Præcipuè, quando agitur de reciproca de linea ad lineam, quidquid, ſit ſi agatur de reciproco fideicommiſſo in eadem linea, quo caſu ſufficiunt coniecturæ leniores. cap.17. num.25. fol.138.

Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria, præſertim de linea ad lineam, regulariter inducta non cenſetur. cap.15. num.1. fol.123.

Subſtitutio reciproca fideicommiſſaria, præſertim de linea ad lineam pro excludenda, ſufficit allegare, illam non legi expreſſam in teſtamento; cum enim fideicommiſſa ſint odioſa, non ſunt multiplicanda. cap.17. num.1. fol.135.

Subſtitutio reciproca de linea ad lineam ideò excluditur, quia faciliùs præſumendum, Teſtatorem grauaſſe filios, & deſcendentes reſtituere portionem filijs ſuis proprijs, quàm alterius. cap.17. num.18. fol.138.

Subſtitutio reciproca linearis non dicitur inducta, quoties Teſtator, pluribus inſtitutis hæredibus eorum liberos, deſcendentéſque ſubſtituit, ſed ſolùm oritur fideicommiſſum deſcenſiuum in qualibet deſcendentia; non autem reciprocum lineare. cap.16. n.8. fol.129.

Limita, ſtantibus contrarijs coniecturis. cap. 16. num.14. & ſeqq. fol.130

Subſtitutio deſcendentium, data conſtitutione plurium linearum ab initio, intelligenda diſcretiuè in filijs, & deſcendentibus vniuſcuiuſque lineæ inter ſe; non autem reciprocè de linea ad lineam, præcipuè in tranſuerſalibus. cap.16. num.8. fol.129.

Limita, ſtante digreſſu ad plures ſubſtitutionum gradus. cap.16. num.10. fol.129

Secundò limita, ſtante arctiſſima alienationis prohibitione non conſequutiua ad præcedentes ſubſtitutiones; ſed independente, vtpotè appoſita in ſeparata oratione. cap.16. num. 11. fol.130.

Idemque aſſerendum, quando onus reſtituendi legitur iniunctum, nedum primis inſtitutis, ſed eorum filijs, & deſcendentibus in infinitum cap.16. num 13. fol.130

Subſtitutio deſcendentium non poteſt intelligi diſcretiuè in ſingulis lineis; ſed de linea ad lineā inter inſtitutos, quoties ex coniecturis inſimul coniūgendis, licet ſingulę alioquin non ſufficiāt, deprehendi poteſt, diſponentem reciprocam ſubſtitutionem inter omnes vocatos, etiam de linea ad lineam, inſtituere voluiſſe. cap.16. num.14. fol.130.

Adeòut ad hunc effectum in aliquorum ſententia vnica ſufficiat coniectura. ibid.

Idque etiam procedit in fideicommiſſa à tran-

Digitized by Google

tranſuerſali ordinato.ibid.num.15.

Subſtitutionem reciprocam linearem inducit plurium perſonarum, graduumque vocatio ſub nomine collectiuo, accedentibus verbis perpetuitatem denotantibus.c.16 n.17. fol.131.

Subſtitutionem reciprocam linearem inducit digreſſus ad plures ſubſtitutionum gradus, cum clauſula, in perpetuum. cap,16.n.19 fol.131.

Idemque aſſerendum, quoties fuit habita Agnationis conſeruandæ ratio ob pluries repetitam maſculorum vocationem, fœminis perpetuò excluſis.cap.16.n 20. fol.131.

Subſtitutio reciproca linearis dicitur inducta ex alienationum, detractionumque probibitione ampliſſimis concepta verbis, non acceſſoriè, & conſequutiuè ad præcedentes ſubſtitutiones, ſed independenter in ſeparata prorsùs oratione. cap.16.num.21.& ſeq. fol.131.

Ex ſubſtitutione reciproca, licet adiecta in certo caſu, arguitur linearis in alijs bonis, cum vna ſubſtitutio rectè declaret aliam. cap.16. num.24. fol.132.

Subſtitutio reciproca de linea ad lineam nō inducitur; ſed ſolùm perpetuum, deſcenſiuum fideicommiſſum in ſingulis lineis ex clauſula in infinitum. cap.17 n.11.& 17. fol.137.

In quo caſu contraria procedant ibid.

Eadem clauſula in infinitum poteſt æquè benè operari effectum inducendo fideicommiſſum deſcenſiuum in eadem linea, ideòq; non debet trahi de linea ad lineam. cap 17. numer.17. fol.137.

Subſtitutio reciproca linearis non inducitur ob expreſſam rationem Agnationis conſeruandæ, quæ operatur reſpectu deſcendentium in vnaquaque linea.cap.17.n 12. fol.137.

Niſi tamen aliæ accedant coniecturæ in ſimul coniungendæ. cap 16. num.16. & ſeqq. fol.131.

Subſtitutio reciproca de linea ad lineam non cenſetur inducta ex diſpoſitione, quòd bona tranſire debeant de hærede in hæredem, quæ ſolùm præſeferunt fideicommiſſum reciprocum deſcenſiuum. cap.17.n.13.& ſeq. fol.137.

Subſtitutionem reciprocam linearem ad inducendam, non eſt ſufficiens coniectura alienationis prohibitio, cum regulari debeat iuxta terminos fideicommiſſi deſcenſiui antecedenter conſtituti; nō autem quòd quis ſit probibitus alienare fauore deſcendentium alterius lineæ.cap. 17. num 26. fol.139.

Idemque aſſerendum de expreſſa Agnatorum ſubſtitutione, vt bona in familia remaneant. ibid. num.27.

Subſtitutio reciproca linearis fortiùs ex prohibita alienatione nō reſultat, quoties eſt acceſſoria, & continuatiua ad roborandum fideicommiſſum deſcenſiuum in ſingulis lineis iam conſtitutum cap.17.num.28. fol.139.

In dubio alienationis probibitio cenſetur appoſita dependenter, & conſequutiuè, præcipuè, quando non incipit oratio ſuper prohibitione per dictionem Item, ſed per dictionem Et. quæ ſtat copulatiuè ad præcedentes ſubſtitutiones. cap.17.num.29. fol.139

Vide Alienationis prohibitio.

Subſtitutio reciproca linearis poteſt reſultare ex prohibita alienatione, quando eſt ſimpliciter facta, nullo præcedente fideicommiſſo, iuxta quod ſit regulanda; ſecus ſi fideicommiſſum præcedēs eſt deſcenſiuum in eadem linea; tunc enim ex alienationis prohibitione nullatenus ſubſtitutio reciproca linearis eſt inducenda. cap.17.num.30. fol.139.

Subſtitutio reciproca linearis inter omnes vocatos inducitur ex alienationum, detractionumque prohibitione ampliſſimis verbis in perpetuum concepta, vocatis ſemper maſculis, perpetuòque fœminis excluſis. cap.16. num.21. fol.131.

Præcipuè, quando alienationis probibitio non eſt acceſſoria, & conſequutiua ad præcedentes ſubſtitutiones; ſed potiùs independent in prorsùs ſeparata oratione.ibid.n.22.

Subſtitutio reciproca de linea ad lineam reſultat, cum perpetua excluſione fœminarum, etiam alterius lineæ, ſtantibus verbis excluſiuis fœminarum perpetuitatem denotantibus cap.15 nu.8. fol.125.& cap.16.num.21. fol.131.

Neque in hoc caſu intelligi poteſt conceſſa maſculorum prælatio fœminis diſcretiuè in ſingulis lineis, & de ratione. cap.15. num.8. & ſeq. fol.125.

Præcipuè, quando Teſtator vocauit fœminas per ſubſtitutionem in tempus remotiſſimū conceptam, & poſt penitus lineam maſculinam extinctam; in quo caſu diſcretiua vocatio in ſingulis lineis non procedit.ibid.n.10.

Subſtitutio, ſeu fideicommiſſum perpetuum reciprocum lineare inter omnes maſculos reſultat, excluſis omninò fœminis ex eadem linea recta; quoties Teſtator hæredes inſtitutos conſiderauit, vtpotè vnicam conſtituentes lineam. cap.15. num.14. fol 126.

Et in hoc caſu linea maſculina incepta non eſt interrumpenda per alteram fœmininam; & faciliùs ſibi locum vindicat reciproca linearis maſculina.ibid.

Vide Fideicommiſſum.

Subſtitutio reciproca linearis remanet excluſa ex vocatione Eccleſiæ in caſu contrauentionis in alienando.cap.17.n.31. fol.139.

Subſtitutio dicitur potiùs perpetua, & per fideicommiſſum, quàm per vulgarem; quoties fuit habita ratio conſeruationis bonorum in Agnatione ob qualitatem maſculinitatis ſæpiùs repetitam, cum perpetua fœminarum excluſione. cap.16. num.28. fol.133.

Præcipuè, ſtantibus pluribus ſubſtitutionibus ſubſequentibus tempus reſpicientibus remotiſſimum. ibid.

Subſtitutioni vulgari anomala poteſt eſſe locus

quo-

Digitized by Google

quoties adeſt vlterior ſubſtitutionum progreſſus inter filios, & deſcendentes hæredum, qui primo loco fuerunt inſtituti, ſeu reciprocè ſubſtituti. cap.18. num.17. fol.144.

Secus, quando ſubſtitutio reciproca facta inter filios primo loco inſtitutos vlteriùs non progreditur. ibid.

Subſtitutio vulgaris anomala non procedit, quoties deficiens conditio, etiam ſecundo ſubſtituto repugnat; tunc enim, medio gradu caducato, caducantur etiam ſequentes. cap.13. num. 12. fol.113.

Subſtitutioni vulgari anomalæ eſt locus, quando vltimus ſubſtitutus eſt vocatus ad eamdem rem, & hæreditatem, in qua primus fuit ſubſtitutus; ſecus, ſi in re diuerſa, vel particulari. cap.13.num.22. fol.114.

Affertur ratio. ibid.num 23.

Subſtitutio vulgaris anomala non vindicat ſibi locum, quando ſubſtitutio fuit collata poſt quæſitam hæreditatem gradui præcedenti. cap.13. num.24. fol.114.

Subſtitutio vulgaris anomala non procedit, quando deprehenditur, Teſtatorem voluiſſe ordinare fideicommiſſum graduale de primô in ſecundum, & de ſecundo in tertium. cap.13, num.25. fol.114,

Subſtitutio vulgaris anomala non habet locum, quando Teſtator ſubingreſſionem filij in locum patris expreſsè prohibuit, dum voluit regulare ſubſtitutionem ad formam ſucceſſionis ab inteſtato, & à proximitate grauati; non autem grauantis. cap.13.n.26. fol.114.

Subſtitutio vulgaris anomala non procedit, quoties Teſtator expreſsè, & nominatim declarauit caſus, in quibus filij in patris locum ſubingredi debeant. cap.13.n.27. fol.114.

Subſtitutio vulgaris anomala ſub compendioſa comprehenſa, an operetur, vt nepos ſubingrediendo in locum patris prædefuncti ex propria perſona ad fideicommiſſum ſuccedere valeat, & capere immediatè à grauato totum id, quod patri, ſi viueret, deberetur. cap.9, num.48. fol 83.

Quid aſſerendum, quoties ſubingreſſio in locum patris fuit à Teſtatore prohibita, & ad certum caſum paritatis graduum reſtricta. ibid.num.49.

· Vide filij in conditione poſiti.

Subſtitutiones, vel Tabulæ pupillares, quas eruditiores ſecundas, vel inferiores Tabulas appellant, olim in ima cera fieri conſueuerunt. cap.5. num.60. fol.55.

Subſtitutio pupillaris moribus Romanis fuit introducta, ne pupillus inteſtatus decedat. cap.5. num.1. fol.48.

Subſtitutio pupillaris debet præcedere patris teſtamentum. cap.5.num.58. fol 55.

Poteſt tamen pater ex interuallo pupillariter ſubſtituere. ibid.num.59.

Subſtitutio pupillaris ad fauorem, honoremque pupilli pertinet, vt cum teſtamento decedat, illumque habeat hæredem, quem ei Pater ſtatuit. cap.5.num.3. fol.48.

Subſtitutio pupillaris eſt admodùm pupillo fauorabilis. cap.5.num.31. fol.51.

Subſtitutionem pupillarem improbãs pupillo aduerſatur. cap.5.n.4. fol.48.

In ſubſtitutione pupillari Pater diſponit de rebus filij, cum alioqum ex lege duodecim Tabularum, non niſi de rebus ſuis diſponere poterat. cap.5.num.2. fol.48.

Subſtitutio pupillaris verè quò ad diſpoſitionem dici debet teſtamentum patris patrio confectum nomine, neque niſi fictè, & impropriè dici valet teſtamentum filij impuberis; licet quò ad materiam plures ſint hæreditates. cap. 5.numer.5.& ſeqq. fol.48. & ſeq.

Subſtitutio pupillaris nuncupatur pars, & ſequela paterni teſtamenti, eiuſdemque portio. cap.5.num.24. fol.51.

Subſtitutio pupillaris ſtrictè, proprièque loquendo dicitur teſtamentum patris, licet impropriè, & fictè dicatur teſtamentum filij. cap.5. numer.7. fol.49.

Subſtitutio pupillaris vnicum teſtamentum dicitur, quia vnus, & idem Teſtator eſt, vna forma, vna ſolemnitas, vna obſeruatio. ibidem num.8.

In ſubſtitutione pupillari patris teſtantis attenditur perſona; non autem pupilli, & vnum patris eſt teſtamentum, cuius pars quædam, & acceſſio eſt pupillaris. cap.5.n 9. fol.49.

In ſubſtitutione pupillari quatuor ſunt conſideranda, videlicet, cauſa efficiens, formalis, materialis, & finalis. ibid. n.10.

Subſtitutio pupillaris reſpectu cauſæ efficientis, & formalis vnicum eſt teſtamentum patris, & filij, reſpectu verò materialis, & finalis duo videntur teſtamenta, cum duæ ſint hæreditates. cap.5. num.10. fol.49.

Subſtitutio pupillaris, in quo ſenſu à Iure nuncupetur duplex teſtamentum, vel duplices tabulæ. ibid.num.11.

Subſtitutio pupillaris vnum dicitur teſtamentum duarum cauſarum, ideſt duarum hæreditatum. ibid.num.12.

In ſubſtitutione pupillari pater non teſtatur pro filio, nomineque filij; ſed tantùm nomine patris, eiuſque perſonæ, licet ex Iuris priuilegio, & in vim patriæ poteſtatis teſtetur, etiam de rebus filij cap.5.n.14. fol.49.

Subſtitutio pupillaris, licet diuerſis reſpectibus interdum patris, interdum filij teſtamentum à Iure nuncupetur. ibid.num.15 fol.49.& num. 28. fol.51.

Re tamen vera patris teſtamentum eſt; ipſe enim patrio teſtatur nomine; non autem filius. cap.5.num.15. fol.49.

In ſubſtitutione pupillari vna tantùm detrahitur Falcidia, quia vnicum eſt patris teſtamentum.

Digitized by Google

cap.5. num.27. fol.51.

Subſtitutionem pupillarem verè, ac propriè eſſe teſtamentum filij, qui Auctores aſſerant. cap. 5. num.45. fol.53.

Contrariam ſententiam eſſe veriorem latè oſtenditur. ibid. & num.ſeqq.

Subſtitutio pupillaris aliud eſt, quòd ſit filij teſtamentum. quia, nempè, filius diſponat, quòd omninò eſt falſum. cap 5.n.53. fol.54.

Aliud verò, quòd, eatenus dici valeat filij teſtamentum, quatenus pater de eius diſponat hæreditate. ibid.n.53.

Subſtitutionem directam factam filio impuberi in Feudis proprijs eiuſdem impuberis, ob quam rationem aſſenſus patri datus ad teſtandum nõ comprehendat. cap.5.n.17. fol.50.

Subſtitutio pupillaris, cum ſit verè, ac propriè teſtamentum patris, quò ad diſpoſitionem, excluſa omninò remanet mater, etiam à legitima. cap.5.num.18. fol.50.

In ſubſtitutione pupillari, ob quam cauſam in Baldi ſententia, mater excludatur à legitima. ibid.num.20.

Ex ſubſtitutione pupillari quæſitá, mater ad ſecunda tranſiens vota filijs prioris coniugij reſeruare tenetur, cum re vera illa ex viri teſtamento, & liberalitate conſequatur, cum alijs, matre penitus excluſa, relinquere potuerit. cap.5.num.21. fol.50.

In ſubſtitutione pupillari eſt attendenda proximitas Teſtatoris, cum patris; non autem filij ſit teſtamentum. cap 5.n.22. fol 51.

Subſtitutio pupillaris quandoque iudicatur tamquàm teſtamentum patris, quandoque filij, prout magis ad Tabulas pupillares conſeruandas pupillo expedit. cap.5.n.28. fol.51.

Sed fauore pupilli, vna patris, filijque reputatur hæreditas. ibid.n.29.

Subſtitutioni pupillari, ſi præiudicium inferret, vel non expediret, quòd pro impuberis haberetur teſtamento, tunc Tabulæ pupillares pro patris teſtamento habendæ. ibid.n.30.

Subſtitutio pupillaris patris teſtamẽtum dici debet, vel ad matrem excludendam à querela inofficioſi aduerſus Tabulas pupillares. cap. 5.num 32. fol.52.

Vel, vt ſubſtitutus pupillaris non valeat patris repudiare hæreditatem; impuberis autem agnoſcere. ibid.n.33.

Subſtitutionem pupillarem, ſi impuberi ſubſtinere expedit, patris, & filij duplices Tabulæ, nedum duplices hæreditates eſſe cenſentur. cap. 5. num.34. fol.52.

In ſubſtitutione pupillari Gabella vnica; non autem duplex eſt ſoluenda, ſtante Statuto, quòd de quolibet teſtamento Gabella ſit ſoluenda. cap.5.num 35. fol. 52. & n.56. fol.55.

Reprobatur contraria ſententia. cap.5.numer.57. fol.55.

In quo caſu amplectenda. cap.5.num.58. & ſeqq. fol.55.

In ſubſtitutione pupillari in aliquorum ſententia non habet locum Statutum excludens fœminas propter maſculos, dimidia legitimæ matri reſeruata in hæreditate filij inteſtati, vel inteſtabilis, quia pupillus teſtatus decedere dicitur. cap.5. num.46. fol.53.

Subſtitutio tacita pupillaris non comprehenditur ſub vulgari expreſſa, ſi Statutum diſponat, quòd teſtamentorum verba intelligatur, prout iacent. cap.25.n.15. fol 184.

Succeſſio.

Succeſſiones ſunt ad inſtar fluminis, quod in proximum fluit canalem; non autem regurgitat in caput ſuum. cap 3.num.18. fol.35.

Succeſſio in capita, & non in ſtirpes præſumitur à Teſtatore demandata, quoties ſub vnica verborum ſtructura hæredes, ſucceſſoreſque ſubſtituit. cap.13. num.30. fol.115.

Succeſſio nepotum patruo, vel alteri collaterali. Vide Patruus.

Subſtitutio fideicommiſſaria, Vide Fidecõmiſsũ.

Succeſſor.

Succeſſorum appellatio eſt generalior appellatione hæredum. cap.66 num.30. fol 524.

Succeſsorũ appellatio, cũ ſit generalior appellatione hæredũ, eò magis copula, Et, appoſita inter hæredes, & ſucceſſores intelligi debet augmentatiuè ad includẽdos, etiã hæredes extraneos, qui ſub nomine legitimorum hæredum nõ comprehenduntur. cap.66.n.34 & 37. fol.524.

Succeſſoribus, an, & quando præiudicet crimen læſæ Maieſtatis à feudatario patratum reſpectu confiſcationis bonorum. cap.1.n 72. fol.15. Vide Contrauentio, Confiſcatio.

Tempus.

AD tempus conceſſum, poſt illud cenſetur denegatum. cap.65. num.2. fol.513.

Tempus in teſtamentis reſtitutioni adiectum, ſemper cenſetur in gratiam hæredis; non autem fideicommiſſarij. cap.49.n.52. fol.345.

Tempus in dubio potiùs cenſeri debet adiectum ad obligationem ſollicitandam, quàm ad illam perimendam, ſiue extinguendam. cap 62.num. 18. fol.489.

Præcipuè, quando non adeſt pactum reſolutiuum cum clauſula, & non aliàs. ibid.n.19.

Temporis curſum impedit impedimentum proueniens à Superiore Iuriſdictionem exercente, ideòque, non niſi impedimento ceſſante, currere incipit. cap.62.n.1. fol.487.

Temporis curſum impedit impedimentum proueniens ex facto Supremi Principis, neque, vt releuet impeditū requiritur proteſtatio. cap.62. num 6. fol.488.

Tempus non currit impedito ex facto Superioris, ſuper conuenta expeditione Priuilegij. cap.62. num.4. fol.488.

Tempus conuentionale non currit legitimè impedito. cap.62.num.5. fal.488.

Temporis conuentionalis lapſus ſuper expeditione aſcenſus, ad hoc vt noceat, eſt denunciandus,

dus, elapſo tempore impetrare obligato, vt ab impetratione aſſenſus deſiſtat. cap.62. num.17. fol.489.

Tempore conuentionali elapſo, quemadmodum poteſt emptor à venditore conueniri ad obtinendum beneplacitum. cap.62.n.20. fol.489.

Ita etiam tenetur venditor ad obſeruantiam contractus, ſtante implemento ſequuto, etiam tempore elapſo, cum emptor, & venditor, ſint correlatiui, in quibus eadem eſt Iuris diſpoſitio. ibid.num.21.

Temporis futuri verbum diſpoſitioni adiectum conditionem præfert. cap.76.n.7. fol.580.

Temporis in ſola dilatione conſiſtens præiudicium non poteſt dici magnum. cap.86.n.16. fol.609.

Temporis prorogatio, Vide Prorogatio.

Teſtamentum.

Teſtamenti condendi facultas ex lege duodecim Tabularum ad duplicem modum coarctabatur. Alter cum concione ad Populum Calatis Comitys, alter verò per as, & libram. cap.28.num.22. fol. 203.

Teſtamentum per as, & libram conficiebatur per familiæ, nempè, emancipationem, teſtamentique nuncupationem. cap.28.n.26. fol.203.

Mancipatio fiebat per familiæ, hoc eſt hæreditatis emancipationem, cui as, & libra adhibebatur: nam futurus hæres hæreditatem ſibi per obitum Teſtatoris reſtituendam, quodammodò emere videbatur. ibid.n.28. fol.204.

Nuncupatio teſtamenti per Teſtatorem tabulas teſtamenti manutenentem in hunc modum conſici conſueuit: Hæc vt his tabulis, cerisue ſcripta ſunt, ita dò, ita lego, ita teſtor, itaque vos Quirites, teſtimonium præbitote. *cap.28. num.26 fol.203. & num.27.* fol.204.

Teſtamenti condendi facultas publici Iuris eſt. cap. 28. num.17. fol.203.

Teſtamenta, inſpecta lege duodecim Tabularum, cum publicè fierent; ideò teſtamenti factio publici; non autem priuati Iuris fuit. cap.28.num.23. fol.203.

Teſtamentum, quamdiù adeſt, omninò ceſſat cauſa inteſtati. cap.36 num.1. fol.248.

Teſtamentum quouſque declaretur nullum per rem iudicatam, legitimi ſucceſſores nihil conſequi valent. cap.36.num.2. fol.248.

Neque legitimi contradictores dicuntur. ibidem num.3.

Teſtamentum; quod ab initio non valuit, tractu temporis conualeſcere non poteſt. cap.28. num. 65. fol.209.

Teſtamenti quò ad validitatem omninò requiritur habilitas tempore conditi teſtamenti, & tempore mortis. cap.28.n.66. fol.209.

Teſtamenti vna pars ab altera declaratur. cap 57. num.85. fol.456.

Ex teſtamento primo reuocato non poteſt deſumi interpretatio ſecundi teſtamenti. cap.1. num.77. fol.16.

Teſtamenta ex hæreditatum numero nõ diſtinguntur. cap.5.num.13. fol.49.

Teſtamentum præſumitur lectum Teſtatori, quoties illud ſigno Crucis ſubſcripſit. cap.36. n.32. fol.251.

Præcipuè, quando teſtes deponunt, Teſtatricem poſt conditum teſtamentum coram eiſdem pateſeciſſe in eodem teſtamento contenta. ibidem num.33.

Teſtamenti clauſi, & ſigillati, in aperitione quæ ſolemnitates requirantur. cap.39.n.21. fol.266.

Teſtamẽtaria Schedula, præcedẽti die à Notario conſcripta, Teſtatore dictante, in omnibus cõſonans cum Schedula ſcripta per Parochum coram duobus teſtibus rogatis, deſeruit pro vehementi adminiculo ad effectum probandi voluntatem defuncti. cap.40.n.30. fol.276.

Teſtamenti validitati, & veritati confirmationis die antecedenti conſcripti, Teſtatore dictãte præiudicium inferri nõ poteſt ex variatione, Teſtium, & Parochi in ſubſequenti depoſitione cap.40.num.41. fol.278.

Teſtamentum, quoties legitur conditum iuxta ordinem inteſtatæ ſucceſſionis à Statuto præſcripta, ſublata remanet falſitatis ſuſpicio, ob quàm Iura adeò ſophyſticas ſolemnitates in teſtamentis requirunt. cap.40. num.31. & ſeq. fol.276.

Teſtamentis ex duobus, ſi non appareat, neque prioritas, neque potioritas in tempore, neutrum eſt attendendum. cap.42 n.12. fol.288.

Teſtamentum fauore piæ cauſæ præſumitur poſterius. cap.42.n.14. fol.288.

Teſtamentum reuocatum non attenditur, cum nemo poſſit decedere cum duobus teſtamentis. cap.1.num.75. fol.16.

Præcipuè ſtante clauſula caſſans, &c. ex qua primum teſtamentum, neque etiam allegari poteſt ad alterius declarationem. cap.1. num.76.& ſeq. fol.16.

Teſtamenti publicatio dilata à Teſtatore ad diem ſequentem, an importet imperfectionem voluntatis, ſi Teſtator ante publicationem deceſſit. cap.40.num.6.& ſeqq. fol.273.

Teſtamenti publicatio, ſeu ſolemnis ſtipulatio ad diem ſequentem non eſt imperfectio voluntatis Teſtatoris, ſed ſolemnitatis, quæ non attenditur, quoties non agitur de probando teſtamento iam completo per ſcripturam, ſed per teſtes. cap.40.n.7. fol.273.

Teſtamenti publicationis ſuſpenſio non ſuſpendit voluntatem, cum imperfectio ex non ſequuta publicatione teſtamenti reſpiciat Notarium; nõ autem Teſtatorem, & voluntas, & publicatio ſcripturæ ſint inter ſe duo actus ſeparati, & diſtincti cap.40.num.8.& 9. fol.273.

Teſtamentum dicitur imperfectum ratione voluntatis, quoties Teſtator dixit, quod die ſequenti vellet diſponere, vel addere. cap 40.num.10. fol.273.

Secus, ſi aſſerat, velle ſubſcribere, & publicare teſtamentum. ibid.

In teſtamento in dubio, voluntas pro perfecta haberi debet, donec ex aduerſo doceatur, Teſtatorem voluiſſe vlteriùs diſponere. cap.40.nu.14. fol.274.

Te-

INDEX

Teſtamentum dicitur continere perfectionem voluntatis circa præcedentem diſpoſitionem, quoties ſubſequitur eiuſdem diſpoſitionis confirmatio, abſque eo, quòd aliquid fuerit additum, vel diminutum. cap.40 n.15. fol.274.

In Teſtamento condito in Terris Eccleſiæ ſufficiunt, etiam in profanis; vel duo Teſtes cum Parocho, vel quatuor ſine Parocho. cap.40. nu.1. fol.272.

Idque, etiam ſi teſtamentum fuerit conditum ab infirmo. ibid.

Reprobatur contraria ſententia. ibid.

Notarius connumeratur in numero quatuor teſtium, quando non agitur de probando teſtamento per ſcripturam, ſed per teſtes. ibidem num.2.

Loco Parochi ſufficit Confeſſarius, dummodò non ſit extraordinarius, ſed ordinarius. cap.40. num 44 & ſeq. fol.278.

In teſtamentis conditis in Terris Eccleſiæ forma præſcripta in Decretal. in cap. cum eſſes de Teſtamen. *non eſt præciſa, ſed probatoria. cap.40. num.42. fol.278.*

Idque comprobatur, quia requirit Parochum, duoſque teſtes, & nihilominus, etiã ſine Parocho quatuor ſufficiunt teſtes. ibid. n.43.

Prout etiam loco Parochi ſufficit Confeſſarius. ibid. num.44.

In teſtamentis conditis in Terris Eccleſiæ ob quam cauſam S. Mem. Alexander III. in Decretal. in cap. cum eſſes de Teſtam. *decreuit, vt duo teſtes cum Parocho ſufficiant, abrogata Iuris Ciuilis ſolemnitate. cap.40 n.46 fol.278.*

Teſtamentum dicitur nuncupatiuum, quoties Teſtator coram teſtibus, & Notario rogatis integrè ſuam patefecit voluntatem, tàm circa hæredis inſtitutionem, quàm legata relicta. cap. 40 num.3. fol.273.

Teſtamentum nuncupatiuum poteſt probari per teſtes. ibid. num.4.

Idque, etiam ſi Teſtator ad illud ſcribendum, & publicandum Notarium adhibuerit, cum de natura teſtamenti nuncupatiui non ſit ſcriptura, neque publicatio; ſed illa tantùm adhiberi debeat ad faciliorem voluntatis probationem. cap.40 n.5. fol.273.

In Teſtamentis nuncupatiuis forma nominandi hæredem ore proprio eſt peruneceſſè adhibenda reſpectu primi hæredis directè inſtituti; non autem ſubſtituti per fideicommiſſum. cap.30. num.24. fol.219.

Teſtamentum nuncupatiuum implicitum per relationem ad ſchedulam, ſiue diſpoſitionem factam coram teſtibus, ſuſtinetur. cap.39. num. 3 fol.263. & cap.40. n.16. fol.274

Idque, licet Teſtator non nominauerit hæredem ore proprio. cap.39. num.6 fol 264. & cap.40. num.16. fol.274.

Cum huiuſmodi forma teſtandi perindè valeat, ac ſi Teſtator ore proprio hæredem nominauerit. cap.36. n.26. & ſeqq. fol.250.

Teſtamenti nuncupatiui impliciti forma ſubſiſtit, ſiue agatur de legatis, ſiue de hæredis inſtitutione. cap.39. num.3. fol.263.

Reprobatur ſententia affirmans, huiuſmodi formam teſtandi ſolùmmodo procedere in legatis; non autem in hæredis inſtitutione. ibid. num.4.

Teſtamentum nuncupatiuum implicitum ſubſtinetur, ſemota ſuſpicione fraudis, & ſuppoſitionis. cap.40. num.17. fol.274.

Teſtamentum nuncupatiuum implicitum ſubſtinetur, etiam ſi ſchedula propria manu Teſtatoris non ſit ſcripta, ſed ſolùm ſubſcripta. cap. 39. num.5. fol.264.

Idque, etiam ſi ſubſcriptio ſit generalis. ibid.

In teſtamento nũcupatiuo implicito, iuxta æquiorem ſententiam, non requiritur, quòd Teſtator ore proprio nominauerit hæredẽ, cum non alia expoſcatur magis explicita hæredis inſtitutio, quam ſcriptura relata demonſtret. cap. 39. nu. 6. fol.264. & cap.36. n.27. fol.250

Reijcitur contraria ſententia affirmans, quòd requiratur explicita hæredis inſtitutio, vel ſaltem implicita coram teſtibus expreſſa. cap. 39. num.7. fol.264.

In teſtamento nuncupatiuo implicito ſufficit relatio ad ſchedulam conficiendam, ſeu tradendam, neque ſequiritur relatio ad ſchedulam iam confectam, ſiue traditam. cap.39. num.8. fol.264.

Teſtamenti nuncupatiui impliciti forma non ſubſiſtit, quoties certo teſtibus non conſtat de identitate Schedulæ, ſed de ſuppoſitione alterius aliquo modo ſuſpicari valet. cap.39. numer.9. fol.265.

Idque, non obſtante rogitu Notarij. ibid.

In teſtamento nuncupatiuo implicito identitas ſchedulæ præſumenda; quoties teſtium concurrerit ſubſcriptio; ſignanter, non concurrentibus vehementibus coniecturis in contrarium. cap. 39. num.18. fol.266.

Præcipuè, ſi Teſtatoris adſit ſubſcriptio in calce ſingulorum foliorum. ibid. n.18. in fin.

In teſtamento nuncupatiuo implicito de identitate ſchedulæ teſtamentariæ non poteſt hæſitari, quoties fuit ſcripta à Confeſſario. cap.36. num. 28. fol.251.

Vel ſubſcripta propria manu Teſtatricis, cum ſigno Crucis coram tribus teſtibus Sacerdotibus fide dignis pariter ſe ſubſcribentibus. cap.36. num.29. fol.251.

Vel, quando Notarius legalis, adhibitis ſeptem teſtibus, de conſignatione ſchedulæ teſtamentariæ fuit rogatus. ibid. n.30.

Traditur ſingularis caſus relatus per Burgos de Pax *ſuper ſuppoſitione Schedulæ teſtamentariæ abſque Notarii, & teſtium delicto. cap. 39. num.10. fol.265.*

In teſtamento nuncupatiuo implicito ſufficit moralis certitudo ſuper identitate Schedulæ in aliquorum ſententia ſupponentium, verifica-

tionem eiuſdem fieri poſſe per comparationem, & adminicula. cap.39.n.11. fol.265.

In teſtamento nuncupatiuo implicita Schedula, quando fuit dimiſſa in manibus Notarij rogati, nihil aliud requiritur pro verificanda illius identitate, quàm fides eiuſdem Notarij. cap. 36. num.31. fol.251.

In teſtamento nuncupatiuo implicita rogitus requiritur Notarij, vel vt certior reſultet probatio ſuper identitate Schedulæ, vel vt euitetur recognitio manus Teſtatoris, à quo Schedula fuit ſubſcripta. cap.39. num 12. fol.265.

Teſtamenti nuncupatiui impliciti formam ad ſubſtinendam rogitus ſolus Notarij non ſufficit, quoties dubitari poteſt de ſuppoſitione aliorum foliorum. cap.39.n.13. fol.265.

Sed aliundè identitas Schedulæ teſtamentariæ eſt probanda. ibid. num.14.

In teſtamēto nūcupatiuo implicito rogitus Notarij non requiritur, quoties conſtat de identitate Schedulæ, tàm ex ſubſcriptione Teſtatoris, quàm ex teſtamenti recognitione. cap.39. numer.15. fol.265.

In teſtamento nuncupatiuo implicita Notarij fides ſuper rogitu, an, & quando diminuatur, ſi fuerit appoſitus in folio ſeparato inuoluente ſchedulam teſtamentariam. cap.39. num.16. fol.266.

Teſtamenti nuncupatiui impliciti in aperitione nullum requiritur Iudicis decretum, aut alia ſolemnitas. cap.39. num.22. fol.266.

Præcipuè, quando Teſtator tribuit Notario facultatem aperiendi teſtamentum propria auctoritate. cap.39.n.23. fol.267.

Teſtamentū filijfamilias condere nō poſſunt, neque etiam patre conſentiente. cap.28. num.8. & ſeq. fol.202.

Teſtamenta, ob quam cauſam filij familias facere non poſſunt, plures afferuntur, & examinantur rationes. cap.28. num.10. & ſeqq. fol.202. & 203.

Teſtamentū, ideò facere filijfamilias non poſſunt, quia nulla bona habent, & à lege duodecim Tabularum teſtandi facultas fuit ſolùm conceſſa Patribus. cap.28. n.11. fol.202.

Huiuſmodi ratio improbatur, cum filijfamilias poſſint habere bona aduentitia quò ad proprietatem. c.28 n.12. & ſeq. & n.14. fol.202.

Lex duodecim Tabularum, ideò non dedit filijsfamilias hanc teſtandi facultatem, quia lex eum dare noluit. cap.28. n.15. fol.203.

Teſtamentum filijfamilias ideò non ſubſcinetur, ne alioquin teſtamentum ab arbitrio, voluntateque Patris dependeat. cap.28. n.19. fol.203.

Huiuſmodi ratio improbatur à Piccardo. ibid. num.20.

Teſtamenti condendi facultas, etiam ſi publici Iuris ſit, non inde conuincitur, eam ad filiumfamilias non pertinere, cum in his, quæ publici Iuris ſunt, patria non expectetur poteſtas. cap.28. num.21. fol.203.

Teſtamentum filijfamilias condere non poſſunt, quia, cum modus conficiendi teſtamentum ex lege duodecim Tabularum eſſet coarctatus, vel cū concione ad Populum Calatis Comitijs, vel per æs, & libram, poterat pater filiofamilias præcipere, ne Populum conuocaret. cap.28. num.22. & 24. fol.203.

Teſtamentum filiifamilias condere non poſſunt, quia, vtpotè ſub patria exiſtentes poteſtate, familiam habere non poſſunt. cap.28. num.29. fol.204.

Teſtamentum filiusfamilias condere non poteſt, non ob intereſſe patri competens ratione vſusfructus; ſed potiùs, quia non eſt legitima perſona ad teſtandum. cap.28. n.30. fol.204.

Teſtamentum condere, non ex eo, quòd filiisfamilias ſit interdictum ſuper rebus, in quibus patri fuit quæſitus vſusfructus, valet deſumi argumentum, quòd potuerit teſtari de rebus, in quibus patri non quæritur vſusfructus. cap.28. num.31. fol.204.

Teſtamentum filiisfamilias non eſt permiſſum condere, quia non habent integritatem ſtatus, neque in profectitiis, neque in aduenticiis. cap. 28. num.33. fol.205.

Teſtamentum, an poſſit condere filiusfamilias fauore pia cauſa, accedente patris conſenſu. cap.28. num.34. fol.205

Teſtamentum facere non poteſt filiafamilias nupta, neque etiam inter liberos de ſuis dotibus, ſiue profectitiis, ſiue aduentitiis, etiam patris accedente conſenſu, multòque magis illo deficiente. cap.28. num.2. fol.201.

Idque, etiam ſi filios æqualiter inſtituat, Patrique abſenti vſumfructum relinquat. ibid. num.3.

Reprobatur contraria ſententia. cap.28. numer.6. fol.202.

Teſtari poteſt filiafamilias nupta, quando, nempè, per Statutum à patriæ poteſtatis nexu ſit liberata. cap.28 num.4. fol.201.

Teſtari poteſt filiusfamilias, quando Statutum expreſsè diſponit, vt teſtari valeat, prout exeat Neapoli, in Hiſpania, & in Gallia. cap. 28. num.5. fol.201.

Teſtamentum conditum à filiofamilias, an ſubſtineatur in vim donationis cauſa mortis vigore clauſulæ codicillaris. cap.28. num.36. & ſeqq. fol.205.

Teſtamentum filiifamilias, ad hoc, vt vigore clauſula codicillaris ſubſtineri valeat, requiritur expreſſus, & ſpecialis patris conſenſus, qui pernecesſè eſt ſupponendus in ipſa teſtandi actu, vt cauſa mortis donare poſſit. cap.28. num.37. fol.205.

Conſenſus debet eſſe expreſſus, cum tacitus non ſufficiat. cap.28. num.38. fol.205. & numer.58. fol.208.

Conſenſus patris requiritur, tempore habili, quando, ſcilicet, à filiofamilias fuit conditum teſtamentum in vim donationis cauſa mor-

tis

tis valiturum, adedut ſuperuenient, ſignanter poſt mortem filii, non poſſit ſuffragari ad validandam donationem. cap.28.n.67. fol.209.

Teſtamentum conditum à filiofamilias abſque præſentia donatarii non valet, neque etiam in vim clauſulæ codicillaris, vti donatio cauſa mortis. cap.28.num.41. fol.206.

Neque ſufficit ſcientia, & acceptatio ſubſequens donatarij. ibid.n.42.

Teſtamenti condendi facultatem, neceſſè eſt, vt quis habeat, ad hoc, vt ex donatione cauſa mortis acquiri poſſit abſentibus, ſaltem in vim legati, & fideicommiſſi, vigore clauſulæ codicillaris.

Secus, quando diſpoſitio eſt facta ab eo, qui de Iure teſtari non poteſt cap.28.n.43. f.206.

Teſtamentum, ſi eſſet filiofamilias permiſſum condere, patris accedente conſenſu, adiecta clauſula codicillari, ſub mendicato titulo donationis cauſa mortis legalis teſtandi prohibitio euaderet eluſoria. cap.28.n.45. fol.206.

Teſtando, & vnà cum ipſo teſtamento, ſi donatio cauſa mortis fieret à filiofamilias, in hoc caſu, ſicuti teſtari nequit, ita, neque facere donationem cauſa mortis, quæ naturam vltimæ voluntatis redolet, ne alioquin eluſoria redderetur teſtandi prohibitio à lege filiisfamilias indicta. cap.28.num.46 & ſeq. fol.206.

Si verò facta eſt donatio cauſa mortis abſq; teſtamento, & per meram contractum, tunc fortaſsè poſſet ſubſiſtere ſententia affirmans, quòd ſubſtineatur donatio, quoties in bonis donatis patri non fuerit quæſitus vſusfructus. ibidem.

In teſtamento facta donatio, an valeat, tamquam donatio cauſa mortis, vel Iure legati, aut fideicommiſſi cap.28.n.44. fol.406.

In teſtamento continente clauſulam codicillarem, quoties à filiofamilias fit donatio cauſa mortis, tunc potiùs dicitur teſtari, quàm contrahere, ideòque teſtamentum in vim donationis non poteſt ſubſiſtere. cap.28.n.46. fol.206.

In teſtamento inter liberos ſufficit ſola ſchedula teſtamentaria ſubſcripta à Teſtatore, etiam ſine teſtibus. cap.35. num.45. verſ.idq; fol.243.

A teſtamento inter liberos ad diſpoſitionem ad pias cauſas valet argumentum. cap. 35. num.46. fol.244.

In teſtamento inter liberos, in quo filij ſunt æqualiter inſtituti, ideò lex ſolemnitates Iuris Ciuilis poſitiui remittit, quia eſt potiùs diſtributio eius, quod à Iure ſtatutam reperitur, quàm diſpoſitio. cap.40.num.32. fol.276.

In teſtamento militari ſufficit ſola ſchedula teſtamentaria à Teſtatore ſuſcripta, etiam ſine teſtibus. cap.35.n.45.verſ.idque fol.243.

In teſtamento militari, etiam Codicillis poteſt adimi hæreditas. ibid.n.53. fol.245.

In teſtamento ad pias cauſas ſufficit probatio naturalis, & duo teſtes, non ad ſolemnitatem, ſed potiùs ad probationem requiruntur. cap.35. numer.35. fol.242.

Idque, etiam procedit in foro ciuili, & in Statibus Eccleſiæ non ſubiectis. ibid.n.36.

Teſtamentum ad pias cauſas eſt regulandum naturali Iure, ſolaque naturali veritate; ideòque non admittit ſophyſticas Iuris Ciuilis ſubtilitates inter directas, & obliquas ſubſtitutiones. cap.35.num.55. fol.245.

In Teſtamentis ad pias cauſas ſola Schedula manu Teſtatoris ſcripta, vel ſubſcripta ſufficit abſque teſtium interuentu. cap.35.n.44. fol.243.

In Teſtamento ad pias cauſas teſtes non requiritur, quòd ſint rogati, ſed ſufficit quomodocumque interuenerint. cap.35. num.37. fol.242

Dummodò tamen ſint idonei, idoneitate ſaltem ordinaria ad concludendam perfectam probationem naturalem. cap.35.n.38. fol.242.

Neque requiritur, quòd ſint omni exceptione maiores, adeònt etiam fœminæ admittantur. ibid.num.39.

Refertur contraria ſententia affirmans, quòd requirantur teſtes omni exceptione maiores. ibidem num.40. fol.243

Teſtamentum ad pias cauſas, deficientibus teſtibus, debet probari per ſchedulam ſcriptam, vel ſubſcriptam, ſaltem ſigno Crucis Teſtatoris. cap.35.num.42. fol.243.

Reprobatur contraria ſententia, quòd in diſpoſitione ad pias cauſas, attenta diſpoſitione Iuris Communis, requiratur pro ſolemnitate interuentus ſaltem duorum teſtium. cap.35. num.43. & ſeqq. fol.243.

In Teſtamẽtis ad pias cauſas priuilegium procedit, nedum quando pia cauſa eſt inſtituta, ſed etiam ſubſtituta, ſufficit enim caſum ſubſtitutionis eueniſſe. cap.35.num.48. fol.244.

Reijcitur contraria ſententia affirmans, quòd teſtamentum non dicatur ad pias cauſas, quando eadem pia cauſa eſt ſubſtituta in incertum; & remotiſſimum euentum. ibid.n.49.

Teſtamentum imperfectum ratione voluntatis, neque etiam fauore piæ cauſæ ſubſtinetur, reprobata ſententia Bartoli, & Abbatis. cap.35.numer.58. fol.246.

In Teſtamento ad pias cauſas, ſi imperfectio non verſatur circa ipſam piam diſpoſitionem, iam in ſuo eſſe completam, ſed potius reſpectu integralitatis totius Teſtamenti, an ſubſiſtat. cap 35. num.61 & ſeq. fol.246.

In Teſtamento ad pias cauſas, an diſpoſitio dicatur, etiam imperfecta ratione voluntatis, quoties teſtamentum non eſt integrè perfectum reſpectu diſpoſitionis profanæ, licet completa ſit diſpoſitio fauore piæ cauſæ. cap.35.n.60. & ſeq. fol.246.

Teſtator.

Teſtator poteſt rem hæredis obligare, imò vnumquemque ex hæredibus in ſolidum. cap.51.n.20. fol.378. & cap.50.n.1. & ſeqq. fol.360.

Intellige in obligatione contrahenda, & in vltima voluntate, legando videlicet; & fideicommittendo, non verò in obligatione iam contracta, vtpotè eſt æris alieni obligatio. cap.51. num.21. fol.378.

Vide Hypotheca.

Teſtator de bonis hæredis diſponere poteſt, ſicut de proprijs, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos cap.50.n.5. fol.361.

Teſtatori eſt permiſſam rẽ hæredis legare. cap.51. num.121. fol.392.

Teſtator poteſt rem hæredis legare, ſiue ſciuerit, ſiue ignorauerit hæredis eſſe, & non ſolùm rem hæredis, ſed etiam, ſi non ſit hæredis propria, ſed illi debita. cap.51.n.121. *fol.392.*

Præcipuè, quando res hæredis, aut illi debita eſſet relicta perſonæ coniunctæ. ibid.n.122

Teſtator poteſt legare rem fideicommiſſo ſubiectam, ipſique hæredi reſtituendam. cap.51. num.121. *fol.392.*

Teſtator, ſi rem legauit ad eius hæredem ex fideicommiſſo ſpectantem, cum expreſſa etiam alienationis prohibitione, non eſt hæredi permiſſa prædicta rei vindicatio, niſi priùs hæreditatem reſtituat. cap.51.n.121. *fol.392.*

Teſtator tunc præſumendum, voluiſſe legi, ſeu Statuto ſe conformem reddere, quando lex, vel Statutum diſponit de caſu ab eodem fideicommittente diſpoſito, ſecus quando locum ſibi non vindicat in caſu diſpoſito, ſed loquitur de diuerſis perſonis. cap.12.n.13. fol.105.

Teſtator, ſi mandauit hæredi, vt debita ex fructibus ſolueret; non indè ſequitur, quòd, eueniente caſu reſtitutionis, voluerit dicta debita non eſſe detrahenda. cap.52.n.57. *fol.405.*

Teſtator fideicommittens, quoties omnibus eſt æqualiter coniunctus, præſumitur etiam æqualiter dilexiſſe, & æqualiter voluiſſe prouidere. cap.13.num 31. *fol.115.*

Teſtatori eſt permiſſum penes ipſum retentio teſtamenti ſecreti. cap.39.n.19. *fol.266.*

Prout, etiam eſt permiſſa reſeruatio penes tertium, vel hæredem. ibid.

Teſtator, ſi facit primum teſtamentum, & poſteà reuocat conficiendo ſecundum, an Notarius ad petitionem Teſtatoris debeat primum teſtamẽtum lacerare. cap.39.n.20. *fol.266.*

Teſtatoris verba ſunt intelligenda poſſibiliter; nõ autem impoſſibiliter. cap.52.n.18. *fol.400.*

Teſtatoris voluntas, Vide Voluntas.

Teſtator quò ad arbitrium, Vide Arbitrium.

Teſtator, quò ad poſſeſſionem bonorum, eorumdemque identitatem, Vide Identitas.

Teſtator, quò ad conditionem appoſitam, Vide Conditio.

Teſtator, quò ad reddendum ſe conformem Statuto. Vide Statutum excluſiuum.

Teſtis.

Teſtes *in teſtamento adhibendi debent eſſe rogati, adeòut de non rogatis nulla ſit habenda ratio. cap.40.num.25.* *fol.276.*

Idque, etiam procedit in teſtamento condito iuxta formam à Iure Canonico præſcriptam ibid. num.26.

Teſtium rogitus in teſtamento non requiritur pro forma, ſeu præciſa neceſſitate; ſed, vel, vt conſtet. quòd Teſtator non iocosè, & blandiendo, ſed potiùs animo deliberato teſtandi verba protulerit. cap.40.n.27. *fol.376.*

Vel, cum in teſtamentis adſit falſitatis ſuſpicio, eiuſque timor, prouida lex voluit, teſtes non fortuitò, ſed in ſpecie rogatos adhiberi. ibidem num.28.

Teſtium rogitus ſaltem implicitus, & virtualis ſufficit, vbi adeſt circumſtantia deliberatæ voluntatis redactæ ad actum teſtandi, ſublata alioquin falſitatis ſuſpicione. cap.40. num. 28. *fol.276.*

Teſtium rogitus, vtpotè ſolemnitas Iuris Ciuilis, in teſtamento ad pias cauſas non requiritur. cap.40.num.28. *fol.276.*

Teſtium teſtamentariorum exceptiones à numero, vel adminiculis tolluntur, vel ſaltem ſupplentur, & de pluribus adminiculis. cap.40. num.23. *fol.376.*

Teſtibus teſtamẽtarijs Sacerdotibus eſt valdè deferendum. cap.40.n.13. *fol.274.*

Teſtium, & Parochi diſcordia in cortice verborum ſuper diſpoſitione teſtamentaria non attenditur, cum ſufficiat, quòd in facto principali, & in ſubſtantia circa hæredis inſtitutionem concorditer de omnibus teſtamenti partibus deponant. cap.40.num 18. *fol.274.*

Si enim aliter diceretur raro per ſolos teſtes poſſe probari teſtamentum plura continẽs capitula, ibid.

Teſtes debent concordare, etiam in cortice verborum, alioquin ſingulares dicendi, quoties hæres inſtitutus ſe adſtrinxit ad probandum præciſa, & formalia verba Teſtatoris. cap. 40. num.20. *fol.275.*

In Teſtibus contrarietas in cortice, formalitateque verborum officit, quando ipſamet verborum formalitas fuiſſet articulata, vel à Iudice exacta. cap.40.n.22. *fol.275.*

Secus, vbi teſtis reſpondendo interrogatorijs ex ſe in illa prorumpit; tunc enim nihil intereſt, an in cortice verborum concordent, vel ne, dummodò in ſubſtantia non diſcrepent. ibid.num.22.

Teſtes debent concordare, etiam in cortice verborum, quando agitur de probandis verbis teſtamenti, quia fortè eſt vis in verbis, ſeu forma verborum. cap.40.n.21. *fol.275.*

Teſtis fidem non infringit modica diſcrepantia, ſeu contrarietas circa factum principale. cap. 40. num.19. *fol.275.*

Teſtes quot requirantur ad probandam mutationem voluntatis defuncti. cap.43.num.5.& 6. *fol.295.*

Teſtes ſufficiunt etiam ſingulares, quoties agitur de declaranda Teſtatoris voluntate, quatenus verba eſſent dubia. cap.43.n.8. *fol.295.*

Si verò agatur de probanda aliqua qualitate, ſeu circumſtantia, duo ſufficiunt teſtes. ibidem num.9.

Teſtes ad hoc, vt probent nouam Teſtatoris voluntatem, eſt pernecesſè probandum, quòd ad illum nouum actum diſponendi fuerint rogati, deponendo, Teſtatorem perfectè, deliberatèque ita diſponere voluiſſe. cap.43. num.10. *fol.295.*

Adeòut non ſufficiat Teſtium deſcriptio, & rogitus in teſtamento; cum ſolùm operetur quò

ad

ad ibidèm ſcripta; non autem quò ad alia, de quibus in eo nulla fit mentio. cap.43. num.11. *fol.295.*

Teſtem per vnicum Teſtatoris voluntas probari, & declarar. valet. cap.41. num.12. *fol.296.*

Intellige, vt concluſio procedat, quando Teſtator, nedum ſecretò alicui præſenti commiſit ſuam voluntatem illius ſequendo fiduciam. ibid. num.13.

Sed vlteriùs requiritur, quòd hæredi, vel alicui tertio ſuæ voluntatis declarationem commiſerit. ibid. num.14.

Teſti Sacerdoti valdè eſt deferendum. cap.40. numer.14. *fol.274.*

Tamquàm teſtis non poteſt quis vnum deponere, & tamquàm principalis aliud. cap.51. num.134. *fol.393.*

Teſtes de auditu, & fama in antiquis probant. cap.10. num.54. *fol.93.*

Teſtes loquentes per verba dubitatiua non coarctant negatiuam, ſed reuocāt rem ad poſſibilitatem ſcientiæ. quod aduerſatur probationi negatiuæ. cap.36. num.34. *fol.251.*

Teſtis inimicus, & maleuolus non probat. cap.36. num.40. *fol.252.*

Teſtis vilis; & pauper fidem non meretur. cap.36 num.19. *fol.252.*

Teſtis luſor non attendendus. cap.36. n.41. *fol.252.*

Teſtis conſanguineus non probat. cap.24. num.21. *fol.180.*

Teſtis aſſumens partes Iudicis fidem non meretur. cap.36. num.43. *fol.252.*

Teſtis propenſus erga partem aduerſam; & victoriam cauſæ non probat. cap.36. n.44. *fol.252.*

Teſtis quò ad metum probandum, Vide Metus.

Theodoricus.

Theodorici elegans dictum penes Caſſiodorum. cap.78. num.10. *fol.586.*

Titulus.

Tituli noui acquiſitio, & multiplicatio ſucceſſiua penes eumdem Dominum in eadem re, an, & quando ſubſiſtat. cap.7. n.36. *fol.66.*

Titulo ex vno ſemel Dominus poteſt alium titulum acquirere. cap.7. num.37. *fol.66.*

Sed conſtare debet de acquiſitione ſecundi tituli ad vberiorem cautelam, & ad effectum. vt ſi, opus ſit poſſit ex eo ſe defendere. ibid.

Titulus quo ad Regalia, Vide Regalia.

Tranſactio.

Trànſactionis non minor eſt auctoritas, quàm rei iudicatæ. cap.57. n.4. *fol.447.*

Tranſactio æquiparatur ſententiæ. cap.57. num.6. *fol.447.*

Tranſactionem extinctiuam primæ obligationis, & actionis non inducit ſententia, reſque iudicata. cap.57 num.5. *fol.447.*

Tranſactio inita cum poſſeſſore Maioratus non præiudicat ſucceſſoribus, ideòque ab eiſdem poteſt impugnari. cap.2. n.46. & ſeq. *fol.28.*

Idque etiam, ſi habuerint notitiam tranſactionis, & non reclamauerint. ibid. n.46.

Tranſactio facta cum donatario non infert præiudicium eius filijs ex proprio Iure venientibus. cap.22. num.37. *fol.178.*

Tranſactio bona fide inita ſuper re alienari prohibita ſubſtinetur. cap.2. n.51. *fol.28.*

Secus aſſerendum, quoties non adeſt controuerſia, & res eſt omninò clara. cap.2. num.52. *fol.28.*

Tranſactio ſuper re dubia ſuper feudo, an præiudicet Agnatis ſucceſſoribus, quorum intereſt ita fuiſſe tranſactum. cap.61. n.25. *fol.485.*

In tranſactione pactum reſolutiuum appoſitum, eueniente aliquo caſu, illam reſoluit, perindè, ac ſi non fuiſſet inita, eodem caſu eueniente. cap.2. num.53. *fol.29.*

Tranſactio, etiam intelligitur prohibita, quoties eſt prohibita alienatio. cap.2. num.49. *fol.28*

Tranſactio, an induat nouationem, Vide Nouatio.

Tranſmiſſio.

Tranſmiſſio non datur hæreditatis non aditæ. cap.30. num.37. *fol.221.*

Tranſmiſſionis ad effectum ſufficit tacita aditio reſultans ex actibus illam inſeruentibus. cap.30. num.35. *fol.220.*

Vide Vſufructuarius.

Pro traſmiſſione hæreditatis, etiam non aditæ, an ſufficiat, illam eſſe delatam heredibus inſtitutis poſt mortem vſufructuarij, ſtante Iure quæſito; vel delato in vſufructu; licet in tempus mortis vſufructuarij ſuſpenſo, & delato. cap.30 num.43. *fol.121.*

Tranſmittere poſſunt hæredes ſui ex potentia ſuitatis hæreditatem non aditam ad hæredes, etiā extraneos. cap.30. num.38. *fol.221.*

Tranſmiſſio hæreditatis ex potentia ſanguinis, quibus requiſitis concurrentibus admittatur, cap.30. num.42. *fol.121.*

Tranſmiſſioni ex capite Iuris deliberandi, vt poſſit eſſe locus inter alia requiſita illud eſt præcipuū, quòd hæres inſtitutus poſt mortem vſufructuarij deceſſerit infra annum à die obitus Teſtatoris. cap.30. num.41. *fol.221.*

Tranſmiſſionem, an impediat conditio certò extitura. cap.30. num.44. *fol.221.*

Tranſmiſſioni hæreditatis non eſt locus, niſi hæres poſt mortem vſufructuarij inſtitutus verbo, vel facto declarauerit, ſe nolle adire, viuente vſufructuario. cap.30. num.46. *fol.222.*

Reprobatur Peregrinus, *licet ſub oſcurè contrarium ſentiens. ibid. num.47.*

Tranſmiſſionis ex iure veniens non ſuccedit in re tranſmittenti, ſed primo decedenti, ideòque hæreditatem adit, non ex propria perſona; ſed ex perſona tranſmittentis, & vti eius hæres. cap.30. num.48. *fol.222.*

Trebellianica.

Trebellianica, & Falcidia in aliquorum ſententia contra voluntatem teſtatoris detrahuntur. cap.49. num.62. *fol.346.*

Trebellianicæ, & falcidiæ detractio impedit voluntatem Teſtatoris, plenum habere effectum. cap.49. num.63. *fol.346.*

Trebellianica, & Falcidia, attentis à Teſtatore diſpoſitis, in fideicommiſſo vniuerſali detrahuntur. cap.49. num.63. *fol.346.*

Abſque Trebellianicæ, & Falcidiæ detractione integram hæreditatem reſtituens propriè dicitur adimplere plenè, & in totum, quod Teſtator iuſſit. cap.49. num.64. *fol.346.*

Trebellianicæ detractio cenſetur prohibita ob ſtrictiſſimam prohibitionem alienationis omnium bo-

bonorum, expreſſa potiſſimùm ratione, vt conſeruentur in Agnatione, & familia. cap.10. num.65. fol.94.

Reprobatur contraria ſententia, & in quibus caſibus poſſit complecti. ibid.num.66. & num.68.& 69. fol.95.

Trebellianicæ detractio cenſetur prohibita, quando alienationis prohibitio eſt realis, & nedum legitur facta hæredibus, ſed etiam omnibus ſubſtitutis. cap.10.num 67. fol.95.

Trebellianicæ detractio fortaſsè non poteſt cenſeri prohibita, vel quoties alienationis prohibitio eſt nominatim facta hæredibus inſtitutis; non autem ſubſtitutis. cap.10.n.68. fol.95.

Vel, quoties eſt ad certum tempus reſtricta, maximè, ſi tempus expirare poterat, viuente adhuc hærede grauato.ibid.n.69.

Vel, quoties non eſt expreſſa, ſed tacita. ibid.num.70.

Trebellianicam hæres non amittit, non confecto inuentario, licet alioquin amittat Falcidiam. cap.11. num.19.& ſeqq. fol.99.

Trebellianicam non amittit hæres beneficiatus, quoties aliquid ſubripit ex hæreditate, attento Iure Codicis; ſed ſolùm duplum reſtituit. cap.11.num.25. fol.100.

Trebellianicam hæres retinendo, & reſtituendo merum Ius, licet alioquin inutile ſine corporibus non dicitur diminutum fideicommiſſum. cap.11.num.27. fol.100.

Trebellianicam non detrahit hæres grauatus, quando ſolius fideicommiſſarij gratia, & fauore fuit inſtitutus. cap.49.n.53. fol.345.

Tutela.

Tutela, quæ proximioribus defertur, intelligitur de proximioribus, qui poſſunt ſuccedere. cap.6.num.33. fol.61.

Tutor.

Tutor datus à Teſtatore in caſu ſecundarum nuptiarum vxoris non intelligitur datus in caſu mortis eiuſdem. cap.25.n.23. fol.185.

Tutor datus filijs, non intelligitur datus nepotibus. cap.27.num.1. fol.194.

Tutorem non petens mater filio, priuatur eius ſucceſſione. cap.38.n.12. fol.261.

Vectigal.

V*Ectigalium in exactione nouitates non ſunt permittendæ. cap.75.n.19. fol.578.*

Vide Gabella.

Venditio.

Venditionis contractus ex re, & pretio perficitur. cap.60 num.16. fol.476.

Venditionis contractus ea eſt natura, vt ſi pretium non ſoluatur, dominium rei venditæ remaneat integrum, & indiminutum penes venditorem, niſi de pretio fides fuerit habita. cap.60.num.17. fol.476.

In venditione valet pactum ſuper reſeruatione dominij penes venditorem, quouſque per emptorem fuerit pretium integrè ſolutum. cap.60.num 24. fol.477.

Intellige, ſi pactum ſit temporale, ſecus, ſi perpetuum. cap.60.n.25. fol.477.

Venditioni connaturale eſt pactum ſuper reſeruatione dominij, nihilque de nouo inducit; ſed tantùmmodò exprimit id, quòd ab intellectu Iuris in contractu continetur. cap.60.num.19. fol.476.

Ideòq; huiuſmodi cōtractus eſt purus, & nō conditionalis, cum contineat id, quod ex natura eiuſdem contractus inerat. ibid.n.20.

Idque noua requiritur traditio. ibid.

Vendita ea res non videtur, de cuius dominio id agitur, ne ad emptorem tranſeat; ſed hoc, aut eſt locatio, aut aliud genus contractus. cap.74. num.16. fol.572.

Vendita res cum reſeruatione dominij dicitur locata, non quò ad periculum, oneraque rei, quæ ſpectant ad emptorem, ſed quò ad alios effectus. cap.74.n.32. fol.573.

Venditæ res, quoties conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, ſeu menſurationem, ponderationem, & traditionem, non ſolùm dominium, ſed neque etiam periculum in emptorem dici valet translatum. cap.74 num.11. fol.571.

Idque etiam ſi adſit clauſula conſtituti. ibid. num.12. fol.572.

Secus aſſerendum, ſi vera adſit traditio. cap.74.num.13. fol.473.

Aſſertur contraria ſententia. ibid.n.14.

Præcipuè, quando mora emptoris non intereeſſit, neque per eum ſtetit, quominus traditio, ponderatio, & menſuratio ſequatur. cap.74.num.15.fol.572.& n.31. fol 573.

Venditæ rei periculum conſiſtentis in numero, pondere, & menſura dicitur in emptorē tranſlatum, quoties per eumdem ſtat, quominus menſuratio, vel ponderatio ſequatur. cap.74. num.31. fol.573.

Venditor.

Venditor cum pacto reſeruationis dominij præfertur omnibus creditoribus emptoris, tamquam in re propria. cap.60.n.23. fol.477.

Venditor non tenetur ex Iuris diſpoſitione emptorem releuare, quando, ſcilicet, de facto res auferitur. cap.91.n.2. fol.624.

Adeòut, neque etiam emptor habeat actionem pro reſtitutione pretij. ibid.n.3.

Idque licet venditor promiſerit defendere emptorem. ibid.n.4.

Venditor non tenetur releuare emptorem, quoties ſuppreſſio, vel translatio officij venditi euenit ex mero Principis facto ita iubentis. cap.91. num.6. fol.625.

Imò poteſt agere ad pretium, ſi illud adhuc non fuerit ſolutum. ibid.

Licet venditor pro pretio conſequendo poſſit habere actionem contra Principem. ibid.

Venditio quo ad euictionem, Vide Euictio.

Verba.

Verba indefinita non appellent Vniuerſali, quo-

ties

ties diuerſa adeſt ratio.cap.73.n.17. fol.566.

Verba indeſinitè prolatæ interpretationem paſſiuam à Iure recipiunt.cap.73.n.7. fol.566.

Verba quantumuis vniuerſalia declarantur, & reſtringuntur ab adiunctis, necnon à ratione, & cauſa, propter quam fuerunt prolata. cap. 57.num.56. *fol.*452.

Verba ſubſequentia, quamuis vniuerſalia, & effrænata; reſtringuntur ab antecedenti adiectione loci. cap.76.n.15. fol.581.

Verba ſunt interpretanda iuxta ea, quæ præcedunt. cap.57.n.57. fol.452.

Verba diſpoſitionis vbi non conueniunt; non poteſt conuenire diſpoſitio. cap.77.n.7. fol.583.

Verborum geminatio nihil operatur, quando proferuntur plura verba ſynonima idem prorſus ſignificantia, cum potiùs præſumantur appoſita gratia tollendæ dubitationis, quàm augendæ diſpoſitionis. cap.8.num.22. fol.71.

Verba abſolutè arbitraria, quando Teſtator adhibuit; tunc non niſi ordo, & diſtributio cenſetur hæredi commiſſa. cap.1.n.83. fol.17.

Verba precaria, nudumque deſiderium præſeferentia, an valeant fideicommiſſum inducere. cap.1.num.86.& ſeqq. fol.17.

Verba Teſtatorum, Vide Teſtatorum verba.

Verbum.

Verbum ad inuicem, Vide Subſtitutio reciproca.

Verbum diſponere *ad vltimam refertur voluntatem.cap.28.n.7. fol.202.*

Verbum Idem *repetit fideicommiſſum antecedēs cum eiſdem qualitatibus. cap.15. num.7. fol.125.*

Verbum ordina, e comanda *enixam præſefert Teſtatoris voluntatem.cap.52.n.62. fol.406.*

Verbum progenies *conuenit deſcendentibus ab eodem ſtipite. cap.63.n.17. fol.500.*

Verbum quicumque, *vtpotè effrænatum, comprehendit etiam hæredes extraneos. cap.56.num.*18. *fol.437.*

Verbum reſtituo *eſt commune. cap.16.num.26. fol.132.*

Verbum ſubſtituo *eſt commune. cap.13.num.4. fol.112.*

Veritas.

*Veritati cedere debet præſumptio. cap.50.num.*63. *fol.366.*

Veritas quantò magis conteritur, & aſtutijs oppugnatur, eò magis, expulſis tenebris, in lucem progreditur. cap.46.n.28. fol.313.

Veritas eſt fortior Vino, Regibus, & Mulieribus. cap.46.num.30. fol.313.

Vetuſtas.

Vetuſtas temporis magnam habet præſumptionem, ideò tribuimus ei titulum, cumque optimum fingimus auctoritate legis proceſſiſſe.cap.7.num.12. fol.64.

Via exequutiua.

*Via exequutiua non poteſt ampliùs creditor agere, euicta ſi fuerit res addicta via exequutiua pro ſolutione crediti vigore rei iudicatæ. cap.*80.*num.*3. *fol.591.*

Vicus.

Ex Vico, qui ortus eſt, eam Patriam intelligitur habere; cui Vicus ille reſpondet. cap.82. numer.12. fol.596.

Viduitas.

Viduitatis conditio non dicitur indicta ex conditione à Viro Vxori adiecta in Teſtamento inſimul cum filijs morandi, & ab eis non diſcedendi.cap.31.num.15. fol.225.

Præcipuè, ſi huiuſmodi onus fuit iniunctum, nedum Vxori, ſed etiam ipſius Teſtatoris Matri. ibid.num.17.& duob.ſeqq. fol.226.

Viduitatis conditio quando non dicatur repetita. cap.31.num.21.& ſeq. fol.226.

Viduitatis conditio indicta in particulari legato Iocalium non poteſt dici repetita in legato vſusfructus.cap.31.n.20. fol.226.

Viduitatis ſub conditione factũ legatum, vel donec Vxor vidua extiterit, & poſt eius mortem Titio, debetur Titio, ſtatim ac Vxor ſecundò nupſerit, inſpecta veriſimili mente diſponentis, qui caſũ mortis appoſuit exiſtimās, quòd vxor ad ſecunda vota non eſſet tranſitura.cap.34.num.1. fol.234.

Reprobatur contraria ſententia Romani. *ibid. fol.235.*

Vigeſima.

Vigeſima, quæ antiquitùs de rebus in teſtamento relictis pendebatur, fuit omninò ſublata per Iuſtinianum. *cap.5.n.36. fol.52.*

Villa.

Villam eſſe de territorio Caſtri probatur ex pluribus actibus Iudicialibus continuatis vltra centum annos. cap.59.n.1. fol.464.

Præcipuè, quando eſt contigua eidem Caſtro. ibidem.

Vinum.

Vini extractionem prohibens Statutum non comprehendit Acetum.cap.81.n.4. fol.593.

Vini centum amphoras ex certo fundo, ſi quis ſit ſtipulatus, ſi natum ſine culpa promiſſoris conſumptum fuerit, expectàre debet, vt iterum naſcatur, darivè poſſit.cap.76.n.9. fol.580.

Vini amphoras decem ex illo dolio, uel fundo legatis, ſi non decem, ſed pauciores inueniantur; tunc tantum accipietur, quantum inuenitur. cap.76.num.10. fol.580.

I N D E X

Vltima voluntas.

Vltimis voluntatibus irreuocabilitas directè aduerſatur cap.10.num.34. fol.90.
Vide Voluntas.

Vnio.

Vnio Caſtrorum facta Ciuitati intelligi debet quò ad caput, & regimen tantùm. cap.85.numer.19. fol.607.

Vnita licet ſint Caſtra Ciuitati, quoties tamen habent diſtinctum Cataſtrum, & Territorium, neque ad inuicem ad onera contribuunt, tunc non eſt facienda noua repartitio inter eadem Caſtra, & Ciuitatem. cap.85.n.21. fol.607.

Vnione facta æquè principaliter, quò ad caput, & Gubernium tantùm vnius Eccleſiæ alteri Eccleſiæ, tunc vtraque Eccleſia remanet in ſuo primæuo ſtatu cum proprijs Iuribus, & Priuilegijs. cap.85.num.20. fol.607.

Vniuerſitas.

Vniuerſitas aliud eſt, aliud ſinguli de Vniuerſitate. cap.78.num.22.fol.587. & cap.86.num.28. fol.611.

Vniuerſitati non quæritur Ius, & poſſeſſio ex actibus particularium. cap.78. num.23. fol.588. & cap.86.num.29. fol.611.

Vniuerſitati non poteſt inferri præiudicium ob fraudes in ſolutione Vectigalium commiſſas à ſingulis Ciuibus, vel Forenſibus. cap.78. num.24. fol.588.

Vniuerſitas ex facto particularium pœnam ſubire non debet, neque eius Priuilegijs priuari, cum ipſa non deliquerit. cap.78. numer.24. fol.588.

Vniuerſitatis aliud eſt factum, aliud particularium. cap.78.num.24. fol.588.

Contra Vniuerſitatem non poteſt acquiri quaſi poſſeſſio in exactione Collectarum ſine ſcientia, & patientia eiuſdem Vniuerſitatis.cap.86. num 30. fol.611.

Scientia, & patientia ad effectum præiudicij debet eſſe totius Vniuerſitatis, congregato Conſilio, neque ſufficit ſcientia, & patientia particularium.ibid.num.31.

Vniuerſitatis alicuius particulare perſonarum Concilium, ſiue Congregatio non poteſt aliquid decernere, niſi doceatur, vel de ſpeciali facultate, vel de approbatione Conſilij Generalis. cap.90.num.17. fol 622

Vniuerſitas, quæ infra annum à lege præſcriptũ in onerum repartitione nõ reclamauit, ampliùs non audienda. cap.85.n.8. fol.605.

Inter duas Vniuerſitates Ius petendi retractationem partiti ſpatio 40.annorum præſcribitur. cap.85.num.10. fol.606.

Vnum.

Vnum vbi eſt propter alterum, vtrobique eſt vnum tantùm. cap.20.n.16. fol.158.

Voluntas.

Voluntatis mutatio non præſumenda. cap.25.numer.27. fol.185.

Voluntas, quæ ex actu deducitur non extendenda vltra id, quod de neceſſitate ex ipſo inferatur actu.cap.64.num.14. fol.510.

Voluntates, quoties diuerſæ ſunt ratione perſonarum, rerum, & onerum, vna non dat alteri interpretationem. cap.20.n.25. fol.159.

Voluntas talis præſumenda, qualem verba demonſtrant. cap.65.num.27. fol.516.

Voluntas in corde talis intelligitur, quale eſt verbum, quod profertur in ore, nam tuba cordis eſt lingua loquentis iuxta Baldum.*cap.65. num.28. fol.516.*

Voluiſſe plus aliquem non eſt credendum, quàm dixerit. cap.65.n.26. fol.516.

Voluntas fruſtrà attenditur, quàm verba non patiuntur, etiam ſi alioquin voluntatis præſumptio magni ſit facienda. cap.65. num.24. fol.516.

Voluntas negligitur, quæ in diſpoſitionem non tranſit. cap 65.num.25. fol.516.

Voluntas magis ex cauſa, & ratione diſpoſitionis, quàm ex verbis elicitur, cap.25. numer. 28. fol.185.

A voluntate ſpeciali hominis, Auctoritas publici Iuris pendere non debet. cap.28. numer. 25. fol.203.

Voluntas libera reſultat, quando fuit à Teſtatore diſpoſitum, quòd hæres faciat, quod ſibi videbitur, vel placuerit.cap 1.n.85. fol.17.

Voluntas Teſtatoris eſt, quæ vltimas voluntates regit, non aliena.cap.43.n.1.in fin.fol.294.
Vide Arbitrium.

Voluntas, quæ intelligitur, non nocet, quæ ipſa ſi exprimeretur, noceret.cap.43.n.3.fol.295.

Voluntas illa Teſtatoris eſt ſequenda, quàm explicaſſet, ſi fuiſſet interrogatus. cap.22.num. 27.fol.172.& cap.25.n.29. fol.185.

Adeout pro diſpoſito, & expreſſo haberi debeat, licet diſpoſitum non fuerit cap.25.num. 29. fol.185.

Voluntas dubia Teſtatoris ab alia eius diſpoſitione declaratur; in qua clariùs fuit explicata. cap.42. num.42. fol.292.

Voluntas Teſtatoris dubia ex eius epiſtola declaratur. cap.42.n.6. fol.288

Voluntas dubia Teſtatoris declaratur ex ſcriptura priuata. cap.42. num.5. fol.287.

Voluntatis declaratio deſumi valet ex vicinis ſcripturis. cap.20. num 35. fol.160.

Voluntatis extentio de caſu ad caſum, Vide Extentio.

Voluntatis dubiæ Teſtatoris interpretatio eſt ſumenda à primis codicillis ad ſecundos. cap. 42. num.43. fol.292.

Voluntas Teſtatoris, etiam ex teſtamento reuocato ſumere poteſt interpretationem. cap.42. num.44. fol.292.

Vo-

Digitized by Google

I N D E X

Voluntas Teſtatoris hæredi præſumitur nota. cap.42. num.7. fol.288.

Voluntatem Teſtatoris ad declarandam quot requirantur teſtes. Vide Teſtis.

De voluntate Teſtatoris declaranda, quoties agitur, ſufficiunt Teſtes, etiam ſingulares cap 43. num.8. fol.295.

Si verò agatur de probanda aliqua qualitate, ſeu circumſtantia, duo teſtes ſufficiunt. ibid. num.9.

Voluntas in dubio pro perfecta haberi debet, donec ex aduerſo doceatur, Teſtatorem voluiſſe vlteriùs diſponere. cap 40 n.14. fol.274.

Voluntas Teſtatoris mutata non præſumitur. cap. 67. num.28 fol.531. & cap.25.n.27. fol.185.

Voluntas Teſtatoris enixa deducitur ex verbis, ordina, e comanda. *cap.52.n.62. fol.406.*

Voluntas Teſtatoris, attendi debet; non autem modus, & formula verborum, eademque voluntas omni modo poſſibili ſaluari, & impleri debet. cap 52. num.16. fol.400.

Voluntas Teſtatoris ſi non poteſt impleri, prout voluit, impleri debet prout poteſt. cap.52. numer.17. fol.400.

Voluntas Teſtatoris ſeruanda eſt omni meliori modo, quamuis non ſecundum modum à Teſtatore diſpoſitum cap.52.n.19. fol.400.

Voluntati Teſtatoris teſtamentariæ diſpoſitiones nituntur; non autem rationi, ideòque non habet locum extentio, neque etiam ex rationis identitate. cap.25.n.8. fol.184.

Voluntatem Teſtatoris pro ratione in teſtamentis allegamus. cap.25.n.9. fol.184.
Vide Diſpoſitio.

Voluntas in re propria eſt pro ratione. cap.25. numer.10. fol.184.

De voluntate defuncti vbi agitur, non eſt opus comparatione rationis ad extenſionem faciendam. cap.25. num.11. fol.184.

Voluntas Teſtatoris, quoties pinguiùs impletur, licet non eueniat caſus conſideratus, ſed alius, fit extentio de caſu ad caſum. cap.25. num.33. & 36. fol.186. & n.37. fol.187.

Voluntatem Teſtatoris ad effectum probandi deſeruit ſchedula teſtamentaria præcedenti die à Notario conſcripta, Teſtatore dictante, in omnibus conſonans cum ſchedula ſcripta per Parochum coram duobus teſtibus rogatis. cap. 40. num.30. fol.276.

Votum.

Votum captandæ mortis intentiùs conſideratur in hæreditate perſonæ certæ, quàm incertæ. cap.90. num.14. fol.622.
Vide Pactum futuræ ſucceſſionis, Renunciatio, Officium.

Vſus.

Vſus proprius in qualibet conuentione ſemper de Iure cenſetur exceptus. cap.73.n.8. fol.566.

Pro vſu neceſſario deductio procedit, tàm in diſpoſitione legis, quàm in contractu. cap.73. numer 22. & ſeqq. fol.567.

Reprobatur contraria ſententia aſſerẽs, procedere tantùm in diſpoſitione legis, non hominis ibidem.

Vſus proprius cenſetur exceptus in obligatione tradendi frumentum. cap.73.n.10. fol.566.

Vſum præter proprium Ciues tenentur vendere victualia pro indigentijs Vniuerſitatis. cap.73. num.11. fol 566.

Quò ad vſum non ligat Edictum prohibens victualium extractionem. cap.73. numer.12. fol.566.

Vſusfructus.

In vſufructu poſſunt dotes conſtitui. cap.12. numer.40. fol.109.

Vſusfructus ſuper feudo conſtitui non valet, neque eiuſdem reſeruatio tamquàm alienationis ſpecies, feudique ſeruitutem præſeferens. cap. 60. num.2. fol.474.

Idque, etiam procedit, inſpecta Pragmatica Regni, vulgò nuncupata, Nouem capitum. *ibidem. fol.475.*

Vſusfructus reſeruatio ſuper feudo, nedum ex indiuiduo voluntatis corruit, ſed etiam ipſemet contractus venditionis eiuſdem feudi. cap.60. num.3. fol.475.

Vſusfructus reſeruatio ſuper feudo vendito, pactumque ſuper hoc initum non eſt conſequutiuum, & naturale ipſimet contractui venditionis feudi, ſed potiùs omninò extraneum, ideòque nouo indiges aſſenſu. cap.60.n.11. fol.476.

Vſusfructus, an, & quando dici debeat conſtitutus ſuper feudo, ita ut aſſenſu indigeat, vel potiùs conceſſa ſimplex fructuum perceptio, tamquàm nudi facti aſſenſu non indigens. cap.60. num.27. & ſeqq. fol.477.

Vſusfructus ius dicitur reſeruatum ſuper feudo, quoties à vendente reſeruatur facultas integros fructus, vita eius durante, propria auctoritate liberè percipiendi. cap.60.n.33. fol.478.

Secus aſſerendum, vbi fructus reſeruati non ſunt propria auctoritate percipiendi, ſed à manu poſſeſſoris. ibid num.34.

Vſusfructus ius dicitur conſtitutum, quando emptor feudi ſibi reſeruauit facultatem de fructibus feudi liberè diſponendi. cap.60. numer.36. fol.478.

Præcipuè, quoties fructuum perceptio eſt conuenta durante vita reſeruantis. cap.60. num. 37. fol.479.

Vſusfructus Ius, vt non dicatur translatum ex conceſſione fructuum ad longum tempus, an operetur proteſtatio. cap.60. num.42. & ſeqq. fol.479.

Vſufructu grauius dicitur conſtitutum Ius in feudo, ſi tradatur in manus, & gubernium debentis fructus percipere. cap.60.n.46. fol.479.

Vſusfructus Ius dicitur ad longum tempus conſtitutum in feudo; quando ad vitam, ſiue concedentis, ſiue conceſſionarij conſtituitur, exemplo ducto à locatione. cap.60.n.47. fol.480.

I N D E X

Vſusfructus, ſi relinquatur etiam hæredi, cum id naturæ aduerſetur vſusfructus, ne exorbitantiæ multiplicentur, intelligi debet de primo; non autem de vlteriori hærede. cap. 50. numer. 93. fol. 370.

Idemque procedit in ceſſione vſusfructus per contractum. ibid num. 94.

Vſusfructus patri quæſitus in bonis aduentitijs filij non poteſt à patre remitti in creditorum præiudicium. cap. 49. num. 80. fol. 349.

Idemque aſſerendum de quolibet alio vſufructuario. ibid.

Secus aſſerẽdum; ſi de vſufructu agatur quærendo, quem pater in creditorum præiudicium poteſt remittere ibid. n. 81.

Vſusfructus oneri iniunctus correſpectiuus diuidi e ari debet inſeparabilis, ſicuti onus annexum, eſt inſeparabile à legato ex voluntate Teſtatoris. cap. 32. num. 11. fol. 229.

Vſusfructus vxori relictus per virum, exiſtentibus filijs, iuxta Bulgari conſuetudinem ad alimenta reſtringitur. cap. 31. num. 4. fol. 223.

Niſi tamen contraria deprehendi valeat Teſtatoris voluntas, quod integrum vſumfructum abſolutè relinquere voluerit. ibidem num 5. fol. 224.

Vſusfructus vxori per virum relictus vnà cum filijs, non reſoluitur in alimenta, ſed ſi plures ſint filij vxor habebit dimidiam partem vſusfructus, & filij alteram dimidiam ad æqualitatem ſeruandam. cap. 31. n. 8. fol. 224.

Reprobatur contraria ſententia. ibidem num. 9.

Vſusfructus matri à viro relictus quemadmodùm ad alimenta non reſtringitur, ita etiam idem aſſerendum, quoties ſub eadem periodo eidem matri Teſtatoris, vnà cum vxore relinquitur. cap. 31. num. 11. fol. 225.

Vſusfructus præſumitur relictus; non autem alimenta, ſtante clauſula exceptis, vel demptis legatis. cap 31. num. 12. fol. 225.

Vſusfructus alicuius Prædij, quoties in antecedenti legato fuit à viro vxori relictus per ſubſequens legatum. Vſusfructus eidem vxori relictum, vnà cum matre, & filijs eſt præſumendum voluiſſe pinguius conſulere. ibidem num. 13.

Vſusfructus à viro vxori relictus debetur, etiam ſi ad ſecundas conuolauerit nuptias, quoties tacitè, vel expreſsè non fuerunt prohibitæ. cap. 31. num. 14. fol. 225.

Vſumfructum Villæ, ſi Teſtator vxori legauit in quinquennium à die mortis ſuæ, & peracto quinquennio, cum eius vſusfructus eſſe deſierit, tunc Villam libertis reliquit, mortua vxore intra quinquennium, libertis non debetur Villa, licet Vxor mortua ſit intra quinquennium. cap. 34. num. 4. fol. 235.

Vſufructuarius.

Vſufructuarius non poteſt cedere in extraneum, vendere, vel hypothecare Ius ipſum vſusfructus, vtpotè eius perſonæ cohærens ſua vita durante. cap 49. num. 100. fol. 352.

Vſufructuarius poteſt cedere, vendere, hypothecare, vel in ſolutum dare creditoribus vſumfructum, vel fructuam commoditatem, eius vita durante. cap. 49. n. 102. fol. 352.

Vſufructuariam hæredem, quoties Teſtator vxorem inſtituit, & poſt eius obitum alios ſubſtituit, vocati non dicuntur per fideicommiſſum ſubſtituti, ſed purè, ac directè à principio inſtituti in proprietate. cap. 41. n. 1. fol. 280.

Vſufructuariam hæredem, ſi Teſtator vxorem inſtituerit, ſuſpendendo conſolidationem vſusfructus cum proprietate, donec vxor vixerit; ſi tamen fuerint interdictæ ſecundæ nuptiæ ſub pœna priuationis hæreditatis, non erit vlteriùs mors vxoris expectanda, ſed caſus mortis eſt ad caſum ſecundarum nuptiarum extendendus. cap. 41. num. 2. fol. 280.

Vſufructuaria vxor à viro relicta, poteſt ſuam dotem repetere, durante uſufructu, quoties ſpecificè in compenſationem eiuſdem dotis non fuit relictus. cap. 31. num. 3. fol. 223.

